PROSPERI FARINACII ... PRAXIS, ET THEORICA CRIMINALIS...

Prospero Farinacci





PROSPERI
FARINACII
IVRISCONSVLTI ROMANI
PRAXIS, ET THEORICA
CRIMINALIS AMPLISSIMA,

Quatuor titulis partita.

De { *Reo confesso, & conuicto.* / *Pœnis temperandis.* } { *Varijs, & diuersis quæstionibus.* / *Varijs, ac diuersis criminibus.* }

IN QVA PER REGVLAS, AMPLIATIONES,
Et Limitationes omnia distinctè miro ordine comprehenduntur,
quæ ad causas criminales pertractandas in dies
accidere consueuerunt.

Omnibus in foro versantibus, legentibus, & consulentibus perutilis, & necessaria.

Capita aliarum materiarum in ea tractatarum versa pagina indicat.

Cum Summarijs, ac Indice nedum principalium quæstionum, sed etiam rerum, ac sententiarum selectarum locupletissimo.

PLVRIMIS, QVIBVS EDITIO PRIMA SCATEBAT ERRORIBVS,
ACCVRATE PVRGATA.

Collegij SS. Blasij et Caroli.



PARMÆ, Ex Typographia Erasmi Viothi. MDCV. 1605

Superiorum permissu.

Capita Materiarum in Praxi comprehensarum.



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO CLEMENTI OCTAVO, PONTIFICI OPT. MAX.


Prosper Farinacius perpetuam prosperitatem.



IVRIS Prudentiæ Pater Beatissime, quod nemini, quam Sanctitati tuæ notius est, cui ad summum rerum humanarum fastigium illa parauit ascensum, duæ sunt partes, quarum vna in supplicio coercendis delictis; altera in iure suo cuique reddendo versatur. Illa vniuersæ Reipublicæ quieti consulit; hæc singulorum proprias rationes tuetur; Ex quo sanè perspicuum est, primam ad communem referri vtilitatem, alteram priuatum bonum spectare. Ac mihi quidem de vtroque genere consideranti, quemadmodum rem priuatam publicæ post habendam esse, nemo est, qui ambigat, ita inter professores, sectatoresque Iuris, qui criminum scientiæ diligenter incumbunt, longè melius operam suam locare videntur, quam qui in ciuili doctrina se dumtaxat exercent. Quare ad illam ego iam pridem iuris prudentiæ partem studio, iudicioque delatus, quæ disquisitione criminum continetur, publicæ seruiens vtilitati, præter Tractatum de Testibus superioribus annis Sanctitati tuæ nuncupatum, Praxeos Criminalis, primam partem bonis cęptum auspicijs ante euulgaueram; Nunc, cum primum secundæ partis volumen Deo Opt. Max. fauente, non sine magno, ac diuturno labore ad calcem perductum in lucem emittam, perperam me facturum existimaui, si alium ei patronum adoptarem, quam, cuius suprema authoritate, protegi, atque muniri felicissimè posset: Nam profectò, cum ob innumera, & singularia à benignitate tua in me collata beneficia; ita me tibi in perpetuum deuinxeris, nihil vt possit à me proficisci, quod non eidem tibi iure optimo debeatur, tum genus hoc Iuridicarum lucubrationum nemini iustius conuenire videtur, quam ei, qui supra omnes retro Principes acrem se omni tempore, atque peruigilem nocen-

tum vindicem ostendit; Eorum inquam nocentum, quos peruicacia, & atrocitas scelerum, visque publici exempli tolerari nullo modo permittit, sed tanquam contagiosa membra à toto Reipublicæ corpore celeriter abscindi: Nam, qui vel ob humanam infirmitatem, leuioresque culpas, vel alia de causa miseratione digni videntur, in eos huiuscemodi æquitas, mansuetudoque tua extare solita est, vt omnes Te Pontificem nominis, hoc est pium semper, verèque CLEMENTEM agnouerint. Atque hæc duo sunt, huius doctrinæ veluti cardines Beatissime Pater, in quibus omnis de Criminibus quæstio vertitur, vt quid debita pœnæ seueritate vindicandum, quid miti absolutione, atque indulgentia transmittendum sit cognoscatur, quorum vtrumque parte hac operis, quæ à me hoc tempore in lucem editur, quoad per vires licuit complecti, & explicare conatus sum; Etenim id, quod de Sanctitate tua dicere cœperam, præterquam, quòd ita exploratum est omnibus, vt à nemine negari possit, exules, latrones, sicarij declarant, in quorum tota prope Italia grassantem audaciam, atque furorem, cum diuini Pontificatus tui initia incidissent, ita omnes breuissimo temporis spatio iustissimis edictis, eximiaq; prouidentia tua fusos, deletosq; vidimus, vt ne nomen quidem eorum iam tot annos ad aures veniat; quorum quotidianis rapinis, ac cædibus miserè omnia personabant: Porrò in ijs Ciuitatibus, atque Prouincijs, quæ Ecclesiastico subsunt imperio, tanta quiete, ac moderatione viuitur, legibusq; obtemperatur, vt commissum aliquod paulò turbulentius facinus exaudiri, velut noua res, & insolita, ac non tui sęculi afferat admirationem; Mihi quidem Romæ, qua in patria natus sum Aduocationis hodie munus exercenti, vbi propter magnitudinem Vrbis, nationumq; eò confluentium diuersitatem, ac multitudinem, frequentius grauia, & atrocia delicta audiri pro magno non habebatur, verissimè, & ex certa scientia, quam assidua fori tractatio præbet testari licet; Hoc tempore eum rerum statum esse, vt sine vllo strepitu, aut offensione maxima tranquillitate, legumque reuerentia vita traducatur; ac si fortè insolens aliquod perrarò facinus eueniat, eius auctores clausis effugijs à iustitiæ ministris celeriter interceptos, debitæ vltionis pœnas non differre. His rationibus adductus, præter incredibilia merita, quibus me tibi obstrictum sentio Pater Beatissime, Criminale hoc opus meum, cui aptius, iustiusque quam Sanctitati tuæ deferrem non habui. Quamobrem ad tantæ Maiestatis pedes peruolutus, vt has qualescumque vigilias, laboresq; meos læta fronte excipere digneris suppliciter obsecro, vt benignitate tua animatus, si omnipotenti Deo me iam adulta senecta languescente tamdiu conseruare placuerit, Volumen alterum Secundæ partis Praxeos Criminalis, quod cœptum iam præ manibus habeo, persequi, & absoluere possim, atque eidem Sanctitati tuæ perfectæ obseruantiæ pignus, & supremum vitæ munus offerre: Intereà illum ipsum Deum, cuius Vices in terris geris, ardentibus votis precor, vt Te ad Christianæ Reipublicæ salutem, & Apostolicæ Sedis gloriam, quam diutissimè saluum, atque incolumen seruet.

Romæ, Kalen. Ianuarij M DC IIII.



PETRO ALDOBRANDINO CARDINALI AMPLISSIMO, S. R. E. CAMERARIO.



PROSPER FARINACIVS S. P. D.



DIV mecum, multumque cogitaui, Cardinalis Amplissime, quo nam modo gentibus declararem, infixam mihi penitus in pectore hęrere memoriam innumerabilium tuorum erga me meritorum. Vna autem ratio se se obtulit, vt labores, vigilias, sudoresque diurnos, atque nocturnos, quos in Criminale hoc meum opus contuli, clarissimo nomini tuo consecratos esse vellem; Etenim si plus haberem, vt ille Cæsari Augusto aiebat, plus darem. Nec enim est, vt sperare liceat, vel minimam à me partem referenda gratia exæquari posse eorum, quibus me cumulasti beneficiorum. Primum quidem Volumen hoc Secundæ Partis Praxeos Criminalis, quod modò in lucem profero, nemini æquius, quam Clementi VIII. Pontifici Maximo, ob eas causas, quæ in Epistola ad eum præmissa, significatæ sunt, debebatur. Iisdem de causis debitum est Amplitudini tuæ, quippe cum & pariter de me benemeritus, & Sanctissimo Seni ad Mundi regimen sustinendum, iustitiamque, & pacem toto Christiano orbe conseruandam præcipuum columen sis, & adiumentum. A te igitur ea, quæ par est animi submissione postulo, vt hoc quicquid est muneris, ingenita tibi humanitate libenter accipias, vt hinc ego incensus, atque excitatus, ad alterius, quod restat Voluminis absolutionem fessum ętate ingenium adijcere, ac conferre non reformidem. Enimuerò si diuina bonitas concesserit, vt id, quemadmodum inchoatum est, suppetente vita ad exitum perducatur, affirmare ausim, fœlicissimo hoc sæculo, quod Aldobrandini nominis virtutibus, ac gloria, seu

clarissimis sideribus illustratur, opus de Capitalium rerum quęstionibus eiusmodi in lucem exiturum, quod Magistratibus, & Gubernatoribus, omnibusque per orbem terrarum Ius dicentibus instar Bibliothecæ sit, cum leuati labore plurimos libros peruolutandi, in hoc vno reperturi sint omnia, quibus edoceantur, quemadmodum ex legum præscripto vindicari scelus, innocentia absolui, iustitia debeat administrari. Ego autem si id ipsum opus Clementis Octaui Maximi Legum Antistis auctoritate, Tuique Petre Illustrissime, nominis dignitate protectum, non tam ad famam ingenij mei commendatum, quam gratum, & vtile posteritati futurum comperere, præclarè me operam collocasse, vberemque laborum meorum fructum cępisse arbitrabor.

Romæ, Kalen. Ianuarij. M DC IIII.






TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.



VDIVERAM, Lector amice, quam plurimos eorum, qui in foro præcipuè criminali quotidie versantur, summa auiditate percupere, vt PROSPERI FARINACII *variarum Quæstionum, & Communium opinionum criminalium Liber Tertius, opus certè non minus præclarum, quam illis pernecessarium denuo imprimeretur; fortasse, quia impreßi paulò ante Venetijs exempla venalia deficiebant, aut si adhuc nonulla extarent, non sine aliqua difficultate ad omnium manus peruenire poterant; quandoquidem id ipsum (vt verum fatear) nobis superioribus mensibus accidit, quippe qui perpauca exempla à primis impressoribus multis precibus, ac litteris expostulantes iustißimi haud vnquam nostri, aut amicorum voti compotes fieri valuimus. Duo igitur nos, vt laudabilibus multorum desiderijs (quod par est) morem gereremus, hac recenti huius operis editione præstitimus; impressum scilicet Librum* FARINACII *in omnium commoditatem, ac lucem deferimus, & hic emendatior longe, quam antea, vt prodiret, quam maxima fieri potuit diligentia, ac studio curauimus. Ita enim futurum confidimus, vt aditus omnibus facilis huiuscemodi Volumen consequendi, & castigatius sanè legendi pateat. Quicquid itaq; propensionis in studiosos, & non illiberalis in nobis animi nuper extitit, humanißima fronte benigne Lector, accipito, deditißimos nos tuæ semper voluntati, et obsequio, quamdiu vita fruemur, habiturus. Vale.*



ARGVMENTA QVÆSTIONVM OMNIVM, QVAE IN HOC PRIMO TOMO SECVNDAE PARTIS PRAXIS, & Theoricæ Criminalis continentur.

DE REO CONFESSO, & Conuicto.



DE POENIS TEMPERANDIS.

DE VARIIS, AC DIVERSIS quæstionibus.

DE VARIIS, AC DIVERSIS Criminibus.

tur



INDEX LOCVPLETISSIMVS
RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hoc primo Tomo Secundæ Partis Praxis, & Theoricæ Criminalis continentur.

A

B

de

Banni-

C

Causa

mita

INDEX.

Corrum-

DAM-

D

DE-

E

Extor-

G

H

Habita-

flante

iudex

Iudex

L

LAI-

M

Roma-

P

qui

Procu-

si

Proxi-

REVS

I N D E X.

Senes

Statu-

Testis

V

Vena

I N D E X.

F I N I S.



PROSPERI FARINACII IVRISCONS. ROMANI VARIARVM QVÆSTIONVM, & Communium opinionum Criminalium

LIBER TERTIVS.

De Reo confesso, & conuicto, Titulus Nonus.

ARGVMENTVM.

Confessio Iudicialis an, & quando ad condemnandum sufficiat,& generaliter de materia.

SVMMARIVM.

Reus condemnari non potest nisi confessus, aut conuictus sit num.1. & seq. Vbi etiam quod parta sunt, quem esse confessum. aut conuictum.

Confessio iudicialis regulariter ad condemnandum sufficit & in confessum iudicis partes non sunt nisi in ipsum condemnando nu..3.

Confessione iudiciali nulla maior probatio facit rem manifestam, inducit notorium, habet vim rei iudicatæ, & ijs similia nu.4.

Confessio iudicialis spontanea validat nullitatem processus num.5.vbi remissiue.

Confessio facta in vno iudicio præiudicat etiam in alio, quod quando verum sit nu.6. vbi remissiue.

Confessio qualificata scinditur, potestq́; pro parte acceptari & pro parte non, quod quando verum sit nu.7.vbi remissiue.

Confessio spontanea non indiget ratificatione num. 8. contra nu.9.prima opinio est verior,& communior num. 10.præterquàm in confessione minoris num.11.Cautius tamen est, vt iudex faciat etiã ratificare confessionem spontaneam num. 12.

Confessio minoris etiam spontanea indiget ratificatione nu.11.

Confessio validat nullitatem processus etiam defectu inditiorum præcedentium nu.13.Contra nu.14. & seq.

Reus interrogari non potest sine inditijs nu.15.

Confessio delinquentis nocet etiam heredi nu.16.& seqq.

Hæres non potest contrauenire confessioni, seu assertioni defuncti tam in criminalibus, quàm in ciuilibus nu.16.& seqq.vbi declaratur hæc conclusio duobus modis.

Confessio defuncti potest reuocari per hæredem docto de errore nu. 19.

Confessio spontanea nocet confitenti etiam quod is fuerit absolutus per sententiam nu.20.

Confessio falsa non præiudicat confitenti nu.21.Et in parte falsa in totum præsumitur falsa nu.22. In dubio tamen confessio resoluitur vera,& non falsa nu 23.

Confessio dicentis se occidisse hominem, qui viuus reperiatur, confitenti non nocet nu.24.

Confessio non nocet confitenti, quando constat iudici de illius innocentia, tam ante sententiam, quàm post sententiam, & quid isto casu debeat facere iudex nu. 25.

Confitens mitius punitur, quàm conuictus nu.26. vbi remissiue.

Confessio facta coram iudice incompetenti non sufficit ad condemnandum nu.27.

Confessio inuerisimilis,& cui resistant inditia innocentiæ non est sufficiens ad condemnandum nu. 28.

Confessio impossibilis non nocet confitenti nu. 29.

Confessio debet verificari in omnibus suis circunstantijs, & qualitatibus, aliter confitenti non nocet nu. 30.

Confessio debet esse specifica, continens locum, & tempus commissi delicti, non autem generica,& informis nu.31.

Confessio dubia, incerta, tacita, vel implicita non sufficit ad condemnandum nu.32. & 34.

Confitens se socium criminis, an tacitè dicatur fateri crimen nu. 33.

Confessio dubia,& incerta interpretatur in bonam partem nu.35.Limita 1.in foro fori. secus in foro poli nu.36. Limita 2. in homine malæ famę num.37. Limita 3.in ijs, quæ de se mala,& prohibita sunt num.38.

Confessio dubia,& tacita licèt non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad torquendum nu. 39.

Confessio sine causa facta nihil valet nu. 40.

Confessio incidenter facta quando valeat nu. 41. vbi remissiue.

Confessio emanata sub spe impunitatis quando valeat num.42.vbi remissiue.

Confessio erronea quando valeat nu.43. vbi remissiue.

Confessio minoris sine curatore quando valeat num. 44.vbi remissiue.

Confessio emanata coram solo notario, iudice non præsente, non sufficit ad condemnandum nu.45.limita 1. quando notarius examinat de mandato iudicis nu.46. Contra num.47. Limita 2. quia talis confessio sufficit ad torturam nu.48. Declara, vt in nu.49.

Confessio emanata coram iudice non sedente pro tribunali non valet nu.50.licèt alij contra nu.51. Limita 1. quòad pœnam extraordinariam nu.52. Limita 2.quòad torturam nu.53.

Confessio non acceptata non sufficit ad cõdemnandum nu.54. Limita, quia sufficit, eam esse acceptatam à iudice nu.55.

Confessio emanata calore iracundiæ non nocet confitenti num.56. Ampliа idem in confessione emanata non deliberatè, sed repentinè, & ex abrupto Limita 1.dummodo cõfessio hæc fuerit reuocata, alias secus num. 58. Limita 2.dummodo probetur iracundia, alias secus nu.59.

Confessio procuratoris non nocet domino, Limita, nisi haberet speciale mandatum etiam ad confitendum nu.61. Item limita alijs modis, vt d.nu.61.

Confessio facta coram duobus ex tribus iudicibus datis, est nulla,& nõ sufficit ad condemnandum nu.62.

Confessio eorum, quæ non dependent à facto, & voluntate confitentis confitenti non præiudicat nu.63.idẽ in confessione iuris d. nu.63.

Argumentum de ciuilibus ad criminalia in materia confessionis.

An, & quando valeat nu.64. & seq.
Confessio iuris non nocet confitenti, si veritas iuris repugnat ipsi confessioni.nu.63. in fine.
Confessio non potest facere delictum, vbi delictum non est, nec minus illud punibile, vbi de iure pœnam non meretur.nu. 63.ad finem.
Confessio vnius alteri non nocet. nu.65.in 24. limitatione.
Confessio illius, qui dicit se deliquisse, & fecisse actum punibilem, qui reuera nec delictum sapit, nec punibilis est, delinquenti non nocet nu. 63.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. I.

1 MNES sciunt, reum condemnari non posse, nisi confessus, aut conuictus sit ad tex. expressum in cap.1.cap. nos in quemquam, & c. primates.2.q.1.& in l.qui sententiam. C.de pœn. Alber.in l.2.nu.1.versi.& nota, C.quorũ appellat. Gandin. in titu. de præsumpt.& indit.indubitat. post nu.2.vers.& primo vſ.Bero.in c.at si clerici num.4. in fin.extra de iud. Hostiẽ.c.1.nu.7.in verbo *vt debemus* extr. de conf.Marsil.in pract.§.secunda quæst. nu.1.& conf.14. Clementissimi Dei.nu.2.& conf.28.in causa inquisitionis. nu.1.& conf.29.nu.6.& conf.48.nu.22.& conf.130.num. 21.Foller.in pract.cri.in verbo.Dentur capitula,nu. 10.Socin.iun.cõf.37.nu.19.lib.2.vbi dicit, hanc esse tutissimam regulam.Anton Gomez.variar.resolut.tom.3.titu.de probat. delicti post nu.3.Thom.Triuisan.decis.crim. 50.nu.1. Bertaz.consf.342.nu.16.lib.2.Roland.conf.51.nu.24.lib.1. Brunor.à Sole in suo conf.crim.nu.202. Bertaz. consil.41. nu.1.& conf.54.nu.1.lib.1.& conf.449.nu.1.vers.Cõtra tamen lib.2.Et alibi passim, & communiter Doctores.

2 Sic pariter & reũ condemnari posse, si confessus tantùm, aut conuictus sit, cum paria esse, quem esse conuictũ, aut confessum dixerim in tract.de testib.q.63. num.234.& modò addo ẽt quòad pœnã ordinariam, prout pbat text. in c.at si clerici in vers.si verò,& ibi Butr.nu.2.in 1.notab. Zabarel.nu.1.vers.itẽ ꝙ cõuictio. Abb.nu.3. & nu.8. Aret. nu.2. Dec.nu.1. & nu.49.Bero.nu.4.in fi.Mant. ante nu.1. in 1.notabili extra de iudic. item & text.in c. de hoc extra de simon.& in d.c.1.& c.primates. 2. q.1. & in l. cum reis. C. de pœn.& in l.qui sententiam.C.eod.& in l.fin.C.de custod.reor.Alber.in d.l.2.nu. 3.C.quor.appellat. Grãma decis.36.sub nu.61.Rota in titu.de hær.decis.1. alias 875.nu. 3.in antiquis.Ioseph.Lud.decis.Lucen.13.nume.60. par.1. vbi,ꝙ ita hodie seruatur in praxi(quamuis Iodoc.in pract. crim. cap.38.nu.7.testetur in Flandria neminẽ ad mortem condẽnari,nisi sit conuictus,ꝙ & idem de generali consuetudine illius regni in pœnis capitalibus, & mutilationib⁹ mẽbri, & nisi delictũ sit notoriũ,testatur Guliel.de Bened. in repet.c.Rainutius,in verbo *mortuo*,nu.33.)pract.Mille. fol.mihi 79.nu.15. Corrad.in pract.tit.de cõfess. crim.nu. 10.in 13.amplia. fol. mihi 283.col.1.Clar.in pract. §.fin.q. 66.in prin.vbi ẽt quod ita practicatur ex Boss. quẽ allegat in tit.de conuict.nu.3.Flam.Cartar.qui alios adducit concordantes in tractatu de execut.sentent. pro cap.1. nu.79. vbi ampliùs dicit, quòd conuictus dicitur etiam ille, qui grauatus reperitur indubitatis inditijs(de quo tamen latiùs dixi infra hoc eodem titulo q. 86.nu.55.& seq)

Et nihilominus,ne decipiaris, aduerte quò ad pœnã ordinariam esse differentiam inter processum per viã accusationis,aut inquisitionis, & etiã inter ius Canonicũ & Ciuile;iure enim Canonico tunc demũ conuictus ordinaria plectitur pœna,quando per accusationem fuit processum, si verò per inquisitionem,non ordinaria, sed mitior arbitrio Iudicis pœna imponitur:De iure autẽ Ciuili quocunque modo procedatur,cõuicto ordinaria infligitur pœna secundũ Maria.Soc.in c.inquisitionis,nu.1.6.7. & 27.in fine,& in c.qualiter,& quando il 1.nu.1185.& 1189. de accusat.Decian.in tract.crim.lib.3.ca.30.num.5.quos in proposito refert,& sequitur Menoch.post hæc scripta,sed nõdum impressa habitus de arbitr.quæst. lib. 2.cas.594.

Cũ igit in prima parte nostræ Theoricæ, & practicę criminalis tractauerimus de modo accusandi,inquirẽdi, carcerãdi,& torquẽdi reos:Superest, vt in hac secũda parte;si rei sic accusati,inquisiti,& torti cõfiteãtur, vel si nõ torti, conuicti reperiãtur,prosequamur reliqua,q̃ ad eorũ cõdẽnationem pertinent.Dicturus itaque in primis de cõfessis.

3 REGVLAM cõstituo,quòd iudicialis,& spontanea confessio ad condẽnandum sufficit:Et in confessum(vt vulgò dici solet)Iudicis partes non sunt nisi in condemnãdo l.1. & ibi Bellapertica col.6.in fin. vers.dico quòd imò debet condemnari.Bald.nu.23.vers.primo casu,C.de cõfess.l.qui sententiã.C. de pœn.l.1. & ibi glo. in verbo *confessus*. Bart. ante nu. 1.Fulgos.nu.2. vers. & si quis dicat.ff.de cõfess.gl. in l.2.in verbo *confiterir*,vers. nã si plenè, & solemniter,& ibi ẽt Butriga.versi.contra hoc oppono.C.de custod. reor. Bart.in l.quoniã.vers.sed confessio in iudicio,& ibi etiãm Fulgos.nu.4.vers.confessio verò in iure.ff.de his,qui notãt. infam.idem Bar.in l.si confessus, nu. 1.vers.sed est veritas, & ibi etiã Alberic.nu.1.ff.de custod. reorum , idẽ Alberic. in l.1.§.Antoninus Seuerus,nu.1. versic.aut sponte,& sine tormẽtis.ff.de q̃st.glo.in ca.1.in verbo confessus, vbi alia cõcordat iura,adducit & ibi ẽt Archidiac. in prin. in vers. nota tñ,& vers.si obijciatur,il 2.Io. Andr.in prin.in verbo *credatur* Io. Monac.nu.3.de accusat.in 6.itẽ glo. in c.fin.in verbo *confessi* ad finẽ vers.item ꝙ in confesso, & ibi post alios Abb.nu.18.extra de confess. Lãfran.in c. quoniã cõtra in verbo *confessio* de probat.Marsil.in l.1.§.si quis vltro nu. 110.ff.de quæst.& conf.46. nu.18.vers.& facit etiã,& cõsil. 48.nu.2.& cõf.130.nu.1.Gram.conf.40.nu. 25. in fin.Dec. in c.at si clerici nu.1. vbi concordãtia iura adducit, & nu. 17.vers.quarto nota.de iudic.Innoc.in c. cũ super nu.3.de confess.& ibi ẽt Hostiẽ.nu.10.Dec.in c. cũ venerabilis nu. 108.de excep.Butr.in c.cũ dilecti nu.13.de accus.Ang.de malef.in verbo *fama publica*,nu.110.Pract.Mille.fol.79.nu. 17.& seqq.Marsi.singul.201.in prin.Brun.de indit. part.2. q.6.nu.14.Gram.decis.48.nu.8.Carer.in pract. in secundo tract. de indit. &c.§. in text.*ibi voce propria confessus* nu. 1. Foller.in pract.crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par.3.nu. 100.fol.330.Iodoc.in pract.crimin.c.34.nu.5.& c. 54.nu. 40.Cyrill.in summa crim.rub.16.de confess.§. 2. num.1.& num.15.vers.nam tunc.Gig.de crim.læs.Maiest. lib.2.titu. quom.& per quos crim.læs.Maiest.prob.q.1.nu.1. & seqq. Boss.in tit.de exam.reor.nu.1.vers.& ideò videmus.Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 268.nu.6.Pract.Corrad.titu. de confess.crim.nu.3.fol.mihi 280.col.2.in princ.vbi de cõi. Ant.Gomes.variar.resolut.tom.3.cap.12.rubr.de probat.delict.post nu.3.& post nu.8. vbi alijs relatis etiã testatur de cõi.Clar.in pract.§.fin.q.65.vers.1.vbi plures de cõmuni testantes refert.Monticel.reg.19.nu.1.Lauren.Tennin.in pract.cau.28.nu.4.vers.secundo casu Bertaz.consil. 341.nu.1.lib.2.Brunor. à Sole in suo conf.crim. nu.10.Idẽ Bertazz. conf.95.nu.3.lib.1.& conf.449.nu.1.& seqq.lib. 2.ex quibus hanc regulam nedum communem esse,sed cõtradictorem non habere, dubitandum non est.

4 AMPLIA I. propositam regulam, vt confessione nulla maior reperiatur probatio, nec probatione indigemus,vbi confessionem habemus, quia confessio facit rem manifestam,inducit notorium,habet vim rei iudicatæ,& ijs similia ad text.in c.vestra, &c.fin.de cohabita. cler.& mulier. Ang.in l.1. num.6. vers.quod si de crimine ff. de confess.Fulgos.in l.si confessus num.1.& ibi etiam Bart.& Alber.ff.de custod.reor.Bal.in l. properandum in princip. post nu.10.vers. Vnum tamen addo C.de iudic. Dec.in l. magistratibus num.7. vers. & inducit ff.de iurisdict.omn. iud.glo.in c.at si clerici in verbo *in iure confessi*.Bellam.ibi nume. 9.Bal. nume.7.in 3.notab.Anchar.nume. 1.in pri. notab.Zabar.nume. 1.vers.item quod conuictio. Abb.nu. 3.& nu.8.Dec.nu.1.& seq.& ibi Siluest. Aldobr. in addit. litt.A.Bero.nu.2.vers. Nam vltra quod.Mant.nu.1.vers. & dum dicit extra de iudic.glo. in c.1.in verbo confessus, & ibi etiam Archid. num. 2.vers. vnde cum ista. Gemin. nu.4.Franc.nu.8. de accusat.in 6.Foller.in pract.crim. verbo, *& si confitebuntur*, par.1.nu.70. fol.305.in fine,& nu. 75.& seq.fol.306.& nu.84.fol.307. Gig. de crim. læs. maiest.lib.2.tit.quom.& per quos crimin.læs.maiest.prob.q. 1.num.2.Capra.in tracta. de notorio membro 1. nu.27.& seqq.Boss.in tit. de cõfess.nu.82.Menoch. de recuper.poss. remed.1.

remed. 1. nu. 17. & seq. vbi latè hanc ampliationē exornat. Mascard. de probat. lib. 1. conclu. 344. nu. 1. & seqq. & lib. 2. conclu. 1102. nu. 2. Laurēt. Tennin. in pract. d. caut. 28. nu. 1. Thom. Triuis. decis. crim. 46. nu. 3. & seq. par. 2. Brunor. à Sole in suo compendio, vers. confessio plus operatur fol. 47. col. 1. & post alios, quos allegant antiquiores, consulendo tradiderunt. Alex. cons. 203. num. 10. lib. 2. & cons. 117. nu. 2. lib. 4. Marsil. cons. 29. nu. 4. Aym. cons. 217. nu. 10. Cephal. cons. 192. nu. 17. lib. 2. Rolan. consi. 21. nu. 3. & seq. lib. 1. & cons. 71. nu. 40. lib. 2. & cons. 75. nu. 13. & seq. eodē lib. 2. & cons. 6. num. 15. & seq. lib. 3. & cons. 54. num. 16. & seq. eodē lib. 3. Bertazz. cons. 341. nu. 2. & seq. lib. 2. Hippol. Rimin. cons. crimi. diuer. 84. nu. 17. lib. 1. Idem Bertaz. consil. 273. nu. 15. Hondede. cons. 15. nu. 2. & cons. 19. nu. 4. & cōs. 35. nu. 18. & cōs. 66. nu. 20. & cons. 87. nu. 34. & cōs. 108. nu. * 4. Ex quibus ita cōmuniter receptum esse à Doctoribus facile dici potest, & vide in proposito in prima parte tit. de delict. & pœn. q. 21. nu. 31. & seqq. vbi particulariter declaraui. An, & quando ex confessione inducatur notorium.

5 AMPLIA II. vt iudicialis, & spontanea confessio validet nullitatē processus: fuit originalis doctrina Innocēt. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 7. vers. non negamus tamē * ext. de accusat. quam communiter Doctores sequuti sunt, prout latiùs demonstrabo infra. hac eadem q. cap. 2. num. 66. & seqq. vbi latiùs reassumam materiam hujus ampliationis: hic repetere non est necesse.

6 AMPLIA III. vt confessio criminis facta in vno iudicio præiudicet etiam in alio Liubemus, & ibi Bald. C. de liber. cau. cum alijs, de quibus infra hac eadem q. c. 3. nu. 92. & seqq. vbi latiùs reassumam. An, & quando confessio in vno iudicio facta fidem faciat in alio, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, hic non repeto.

7 AMPLIA IIII. etiam in cōfessione qualificata, quę potest pro parte fisci pro parte acceptari, & pro parte non. Et propterea reiecta qualitate excusatoria, sufficit ad condemnandum, fuit doctrina Bart. in l. Aurelius. § idem quæ- * siuit nu. 2. ff. de liberat. legat. quem communiter Doctores sequuti sunt, prout latiùs dixi infra hac eadem q. cap. 4. nu. 114. & seqq. vbi (ni fallor) benè explicaui, An, & quando ex qualificata confessione reus possit condemnari.

8 AMPLIA V. vt licèt alias confessio in tortura emanata ad condemnandum non sufficiat, nisi fuerit ratificata, vt infra suo loco dicam, secus tamen est in confessione spontanea, in qua nullam requiri ratificationem, & vnicā sufficere, dummodo nō fuerit exprefsè reuocata, videtur de mente glo. in l. seruos in glo. 1. C. ad leg. Iuliā de vi publ. Et exprefsè scripserunt Bart. in l. vnica nu. 9. in fine, & nu. 10. vbi declarat opinionem glo. ibi contrarium tenentis intelligendam de confessione extorta metu tormētorum, non de spontanea. Et ibi etiam Paul. de Castr. nu. 9. in fine vers. Vel si non metu tormentorum C. de confess. idē Bart. in d. l. 1. nu. 5. ff. de custod. reor. vbi alijs relatis dicit, quòd ita seruat consuetudo Ang. in l. 1. num. 7. ff. de confess. vbi in specie reprobat glo. contrarium tenentem in d. l. vnica C. de confess. & in l. 2. in fine, vers. vbi autem quis C. quor. appellat. Et hanc ampliationem benè comprobat Butrig. in l. 2. post princ. vers. item sciendum, & in fine vers. in glo. quæ incipit &c. & ibi etiam Cyn. post Azo. & Odofr. quos allegat num. 2 vers. Azo tenet Bald. nu. 2. in fine, & num. 3. vbi quòd ita de consuetudine obseruandum ex Barto. & Gandin. in locis per eum relatis. Alber. in vers. Azzo tamē, vbi quod ita vbique seruatur Salyc. nume. 2. in fine vers. sed inquit glo. & nume. 3. & seqq. pluribus ibi relatis, & reprobatis contrarijs, quibus singulariter respondet, latè hanc defendit opinionem C. de custod. reor. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 1017. vbi ex Bu. & alijs ibi per eum allegatis, dicit ita seruare consuetudinem de accusat. Abb. post alios in c. olim num. 8. de rescri. Paris de Put. de sindi. verbo *tortus*, cap. 1. post num. 13. fol. mihi 333. & cap. 7. num. 5. ad finem fol. mihi 348. col. 4. & num. 12. vers. & sic dicit Bal. fol. 349. col. 4. in princ. & cap. 8. fol. 350. à tergo, & seq. per totum, vbi latè comprobat, & respondet contrarijs. Angel. de malef. verbo *quòd fama publica*. num. * 110. & ibi August. in addit. num. 112. in fine, vbi de communi ex Gandin. in loco per eum relato. Pract. Mille. fol. 79. num. 9. & fol. 105. nu. 56. Pract. Papien. in forma inquisitionis glo. 1. num. 15. Marsil. in l. repeti. post num. 19. ff. de quæst. Guid. de Suzzar. de indit. & tortu. nu. 43. & seq. vbi * relatis, & reprobatis contrarijs, hanc dicit communē opinionem. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 21. vbi de vera, & * communi opinione, & num. 23. Franc. Cason. in tract. de tormen. cap. 18. rubr. de confess. spontan. & nu. 4. vers. contra tamen, &c. vbi quod ferè sentiunt omnes Doct. & cap. * 19. rubr. de confess. metu torment. nu. 10. Bald. de quæst. & torment. cap. 2. nu. 1. in fine, & nu. 2. vbi de cōmuni. Caut. in pract. in prin. num. 23. & seqq. vsque ad nu. 30. vbi pluribus hincinde relatis, ita in hac opinione residet, & testatur communiter seruari non solum in spontè confesso, & conuicto, sed etiam in spontè confesso tantum. Foller. in pract. crimin. in verbo *& si confitebuntur*. par. 1. nume. 39. fol. 299. vbi pariter ex Brun. & Marsil. in locis præcitatis te- * statur de cōmuni, & obseruata opinione. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. sub nu. 40. Viui. opin. 140. nu. 1. vbi alijs re- * latis restatur de communi. Pract. Corrad. titu. de confess. crim. num. 4. & seq. fol. mihi 280. vbi alijs relatis, pariter te- * statur de communi. Anto. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. rub. de probat. delict. post num. 3. vbi pluribus modis respondet text. in l. 2. C. de custod. reor. & alijs relatis testa- * tur de communi. Clar. in pract. §. fin. q. 65. vers. sed quæro * nunquid, vbi plures refert testantes de communi & seruata opinione. Monticell. reg. 19. nume. 2. Boss. in tit. de confess. num. 2. vbi dicit ita sentire Doctores in l. 2. C. de custod. reor. & comprobatis Marsil. & Cumano. contrarium sentientibus dicit sufficere confessionem non esse reuocatam, licèt non sit perseuerata, Paris de Put. de sind. verbo *tortus*. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 34. vbi * alijs relatis testatur de communi. Flamin. Cartar. in pract. * interrogand. reor. lib. 4. cap. 2. nu. 18. vbi de communi, & seruata opinione.

9 Contra quòd confessio spontanea non sufficiat ad condemnandum, nisi confitens in ea perseueret voluit glo. in l. vnica. C. de confess. in gl. magna. vers. item in causa pecuniaria. C. de cōfess. vbi exprefsè dicit, quod cōdēnatur reus, si perseuerat in confessione per text. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. qui quidē tex. loquitur in confessione spōtanea, & iudiciali. Et ita ēt videtur de mente glo. in l. 2. in verbo *confiterit*. vers. vel dic C. de custod. reor. Et ibi Cyn. nu. 2. vers. & aduerte, & vers. sed pro sententia priorū itē gl. in l. 1. in glo. 1. ff. eod. de custod. reor. & in l. 1. § diuus seuerus in verbo *pro exploratis* ff. de quæst. & ita etiam videtur fuisse de mente Anchar. in cons. 23. sicut illum refert, & sequitur August. ad Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica* num. 117. ad finē. Marsil. in pract. § postquam nu. 22. vbi allegat bonā rationem, quam videas, & allegat Raphael. Cuman. in cons. 158. incip. hoc maximè proposi- um col. 1. vers. imò diù, &c. & hanc contrariam opinionem pluribus probat, respōdet contrarijs, testaturque de veriori, tutiori, & meliori sentētia. Ludou. Bologn. in addit. ad Guid. de Suzzar. qui primam tuetur opinionem. nu. 47. & seqq.

10 * Prima opinio est verior, communior, & practicata, quia satis dicitur reus perseuerare in confessione, ex quo, eam reuocat, vt per Parid. de Put. Boss. & alios in locis præcitatis.

11 Posset forsan hæc secunda contraria opinio saluari in confessione minoris, in qua, etiam quòd sit spontanea, requirit expressam ratificationem, & præsertim quoad condemnationem capitalem, voluit. Marsil. in pract. crimin. §. quoniam. nu 20. & seqq. quem refert, & sequitur Mōticell. reg. crimin. 19. num. 3.

12 Et nihilominus cautius esse, licèt nō necessarium, vt iu- * dex rei spontaneam confessionem ratificare faciat cōmuniter receptum est, vt videre est apud Parid. de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. num. 13. vers. & cautius est. fol. 333. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 1017. ext. de accusat. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*. nu. 110. vers. sed cautius iudex. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 22. Pract. Corrad. titu. de confess. crim. post num. 4. fol. mihi 280. Monticell. reg. 19. num. 2.

13 AMPLIA VI. vt cõfessio spõtanea valeat, & ad cõdem nandũ sufficiat, et q emanauerit sine inditijs, & sic validat nullitatem processus, & inquisitionis, etiam prouenientẽ ex defectu inditiorum tex. est in cap. 1. de accusat. in 6. vbi quòd sponte confessus puniri, ac condemnari potest, etiã quòd contra ipsum fama non laboret. Et ibi hoc notant glo. & communiter omnes. videtur de mente Bal. in c. at si clerici post num. 7. vers. sed glo. extr. de iudiţijs, vbi tamen hoc iudicis arbitrio relinquit ex qualitate personarum. Paris de Put. de sindic. in verbo *tortura*, cap. 9. num. 2. in fine, vers. sed confessio spontanea fol. 310. col. 3. & verbo *tortu.* cap. 1. num. 40. vers. secus tamen est fol. 316. colum. 4. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 36. vers. secus tamen si sponte, &c. Practic. Mille. fol. 79. nume. 17. & seqq. vbi testatur de communi. Ludou. Bolognin. in addit. ad Gaid. de Suzzar. de indit. ad tortur. num. 71. Fran. Cason. de tormen. cap. 5. rubr. 1. de non torquen. sine indit. num. 4. & cap. 18 rubr. de confess. spontan. num. 6. Gramat. decis. 48. num. 6. & seqq. vbi bene comprobat, & respondet contrarijs. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 68. fol. 305. Fran. Becci. cons. 70. nume 9. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. num. 7. in fine, & nu. 8. etiam in fine, & in tit. de inquisit. nu. 31. vers. & præmissis adde fol. 256. Monticell. reg. crimin. 19. num. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 5. post Ang. Aret. Ancharan. & Iacob. de Beluis. in locis per eum relatis, & nume. 34. vbi alijs pluribus relatis concordantibus testatur de communi, pro qua facit, quia si confessus potest condemnari sine processu, vt dixi intra num. 73. ergo multò magis inditijs non præcedentibus. Et hęc opinio seruatur in practica, cum viderim plures condemnatos confessos sponte etiam quod non præcesserint inditia, dummodo concurrant alia requisita ad validitatem confessionis. Nec obstet tex. qui pro contraria opinione mox allegabitur in l. 1 §. diuus seuerus. ff. de quæst. quia debet intelligi non de confessione spontanea, sed de emanata in tortura, cum sit positus sub tit. de quæst. Et iste fuit intellectus Raynerij ad illam legẽ. vt refert glo. ibi in verbo *pro exploratis*. vers. alij, vt Raynerius. Et faciunt pro hac opinione, quæ dixi infra de confessione validante nullitatem capturę nu. 71. & seq.

14 Contra quod confessio spontanea non validet processum, seu inquisitionem formatam sine inditijs emanatam non valeat, & non sufficiat ad condemnandum fortiter facere videtur text. in d. l. diuus Seuerus. ff. de quæst. in ijs verbis: *Diuus Seuerus rescripsit confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat*. Qui tex. & alia similia cum ad id benè ponderantur per Mille in pract. fol. 68. num. 67. & seqq. & fol. 86. num. 34. & fol. 105. num. 30. & seq. & fol. 130. sub num. 3. & 8. Marsil. consil. 130. num. 25. vers. alia etiam ratione, & 34. in fine. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. §. in tex. *ibi voce propria confessus*. num. 3. Sarmien. Select. interpret. lib. 3. c. 13. num. 4. vers. quinimo ex confessione. Ex Diuo Thom. & Domin. Sot. in locis per eum allegatis. Herculan. de negat. nume. 198. in princip. Hippol. Riminal. cons. 126. nu. 9. & seqq. lib. 2. vbi loquitur in casu statuti prohibentis Iudicem formare posse inquisitionem, sine inditijs: dicitque isto casu confessionem non validare ineptam inquisitionem, quia est nulla defectu iurisdictionis sic resistente statuto, & propterea nec etiam per confessionem prorogari iudicis iurisdictionem, ex quo sumus in iuditio inquisitionis, vt ibi per eum, qui pluribus hanc contrariam opinionem comprobat. Mascar. qui alios plures refert concordantes de probar. lib. 1. concl. 351. nume. 1. & seqq. Honded. cons. 101. nu. 19. & seqq. vbi hanc opinionẽ admittere videtur, saltẽ quò ad pęnã ordinariã, faciũt q dixi in materia inquisitionis formatæ sine inditijs supra in pri. par. titu. de inquisit. q. 1. nu 40.

15 Et facit etiam pro hac opinione, quia sine inditijs Iudex de delicto neminem inter reos ponere, & interrogare potest, vt per Marsil. in consil. 130. num. 34. in fine vers. Nam quando. Boss. in tit. de examin. reor. num. 6. & seqq. vbi de materia. Sarmien. d. cap. 13. eodem num. 4. vers. quinimo, &c. vbi quòd peccat mortaliter iudex interrogans reum de delicto, legitimis non præcedentibus inditijs, quod & idem latissimè per nouem fundamenta comprobat Nauar. in rub. de Iudic. § decimum tertium principale, &c. num. 1. & pluribus seqq. vbi etiam respondet argumentis, & iuribus contrarijs. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 1. cap. 2. num. 2. & num. 5. & 6. Sigismun. Scaccia in tract. de iudi. caus. ciuil. & crim. cap. 58. num. 8. & 9. & cap. 84. nu. 9. apud quos etiam reperies qualia debent esse ista inditia, & dixi aliquid in tit. de inquisit. q. 1. nu. 45. in 5. opinione. Ex Clar. in loco ibidem citato, & in tit. de indit. & tortu. q. 37. nu. 172. vbi in hoc allegaui, & ponderaui etiam Bullam Pauli iij. Et tit. de delict. & pœn. q. 18. nu. 45. vbi & vide.

16 AMPLIA VII. vt confessio delinquentis noceat etiam eius hæredi, & propterea potest conueniri hæres furis ad restituendum bona, quæ fur ipse abstulisse confessus est Gandin. in titu de aliquibus quæst. var. nu. 24. Ang. de malef. in verbo *& vestem celestem* nume. 18. Foller. in pract. crimin. in verbo *& si confitebuntur*, part. 1. nu. 1. vbi etiam, quid de confessione facta coram iudice incompetente, & num. 79. & nume. 85. & faciunt pro hac ampliatione, quæ dixi in prima parte titu. de inquisit. q. 10 num. 56. & seqq. Vbi posui. An, & quando pœna transeat ad hæredes reo mortuo confesso, vel conuicto; & nu. 72. vbi præcipuè. An & quando in crimine furti hæres teneatur ex delicto defuncti.

17 Simile est quod dicitur in ciuilibus, hæredem contrauenire non posse defuncti, ac testatoris assertioni, declarationi, seu confessioni, cum pariter, nec possit mendacium defuncti alligare, eiusq; assertionem minimè veram dicere. Bald. cons. 89. num. 3. lib. 1. Aym. cons. 125. num. 2. Thob. Non. cons. 16. num. 31. Cagnol. in l. hæredem. num. 10. ff. de reg. iur. Ioseph. Ludo. conclus. 161. in 22. illat. lib. 1. Mascar. conclu. 348. num. 22. lib. 1. Capra. cons. 10. num. 10. & seqq.

18 Vbi hanc illationem declarat duobus modis. Primo nisi defuncti assertio fuisset erronea, vt ibidem nu. 30. Secundo nisi fuisset prolata per verba enunciatiua, vt ibidem nume. 11. & 12. Istis enim duobus casibus non prohibetur hæres venire contra assertionem defuncti, & testatoris, vt

19 ibi per eum, & ita etiã declarat Afflict. decis. 233. Vbi vide, & vide etiam Ioseph. Ludou. d. conclus. 16 in 29. illat. Addo. & Mille. in Pract. fol. 12. num. 149. Vbi quod hæres potest reuocare confessionem defuncti, tanquam erroneam, & de errore probare.

20 AMPLIA VIII. vt iudicialis, & spontanea confessio noceat confitenti, etiam quòd ipse confitens fuerit absolutus, per sententiam. Quod quando verum sit, & de materia dixi in prima par. tit. de inquisit. q. 4. num. 43. hic non repeto.

21 LIMITA I. propositam regulam, vt procedat in confessione vera, secus in confessione, contraria veritati, & falsa. Bal. in l. vnica num. 13. vers. 2. casu. C. de confess. Albcr. in l. 1. §. si quis vltrò per illum tex. sub nu. 2. ff. de quæst. Paris de sind. verbo *tortus*, cap. 7. num. 7. vers. si verò confitetur falsum fol. 349. & cap. 8. num. 2. vers. secus si confitetur falsum fol. 351. August. ad Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 113. & in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, nume. 15. vbi propterea infert, quòd confessio non est tantæ potentiæ, vt possit facere id, quod in veritate non est. Lanfran. in c. quoniam contra in verbo confessio, num. 10. vers. si continet. Falsum de probat. Brun de indit. par. 2. q. 6. nu. 14. ad finem. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c. §. in tex. ibi voce propria confessus nume. 8. Iodoc. in pract. crimin cap. 54. nume. 26. Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de confess. §. 2. post num. 17. Pract. Corrad. titu. de confess. crim. num. 11. fol. mihi 283. col. 1. in fine. Monticell. reg. 19. nu. 8. Bertazz. cons. 29. nu. 1. lib. 1. & ibi in addit. littera A, vbi quod isto casu non est necessaria illius reuocatio, & testatur de communi. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 384. num. 1. faciũt, quæ dixi infra in 3. limitatione, nu. 25. vbi, quando cõstat de innocentia rei. Honded. cons. 101. nu. 48.

22 AMPLIA præcedentem limitationẽ, vt confessio in parte falsa in totum, in totũ præsumitur falsa. Soc. cõs. 82. num. 2.

num.2.vers.confirmo &c. lib.3. quem sequitur Dec. cons. 536.nu.10.Alciat. de præsumpt regu. 3.psumpt.21.num.3. Vbi quòd,quādo constat , aliquem in vna parte confessionis iuratæ errasse,de facili etiam iudex debet credere, etiā in alia confitentem idem fecisse ex Cuman. quem allegat in cons.154.col. fin. Herculan. de negat. nume.198 in 17. fallent.Mascard.de probat.lib.1 conclus.384. nume. 2.vbi alijs relatis testatur de communi.

23 SVBLIMITA eandem primam limitationem, vt in dubio confessio præsumatur vera, & non falsa. Bal.in l.vnica nu.23.vers.tertio casu.C.de confess.Lanfranc.in cap. quoniam contra,in verbo *confessio*, num.10. vers.in dubio autem,de probat.Marsil.in pract.§.secunda quæst.post nu. 32.vbi reddit rationem , quia nemo præsumitur seipsum odio habere , & ob id se indebitè inculpare. Brun.de indit. par.2.q.6.num.15.Pract. Corrad. tit.de confess.crim. nu. 10. in 8.ampliatione fol.mihi 282.col.2.conf.crim.diuer.94.nu.3.lib.1.Bertaz.cons.214.num 17.lib.1. faciunt, quæ dixi infra nu.337.vbi quòd confessio in dubio nō præsumitur erronea,nisi error probetur.

24 LIMITA II (Et hæc limitatio infertur ex præcedēti,)vt confessio rei dicentis,se occidisse hominem , qui viuus reperiatur tanquam falsa in nihilo nocet confitenti tex.est expressus in l.inde Neratius.§.fin.& l.seq. ff.ad leg. aquil.per quem tex.ita in specie voluit glo. in l. vnica in glo. magna, vers.item , quod subijcit, & ibi communiter notant omnes.C.de confessis. Item glo.in c.fina.in verbo *confessi*, ad finem, vers. item requiritur, extra de confess. Pract.Mille.fol.67.nu.52.& fol. 68.num.72. Marsil. in rubr.C. de probat.num.118.& in pract.§ postquam, num.7. in §.2.quæstio,nu.28.vers.quod autem, Carer.in pract.in 3.tract.de homicid §.11.excusat.&c.nu. 18 Foller.in pract.crim.verbo *& si confitebuntur*,par.1.num.36. Cyrill in summa crimin.rubr.16.§.2.nu.17. vbi etiam de eo qui fatetur stuprasse puellam,quæ virgo reperta est. Menoch.de arbitr.quæst.casu 269.nu.8.Herculan.de negat. num. 198. in 4.fallēt. vbi generaliter quādo repugnat euidētia facti. Monticell.reg.19.nu.8.Alex.Stiat.in pract. iudic. c.19.nu. 19.& hæc limitatio nō solum est communis, & verissima, sed nullam prorsus habet difficultatem. Nam si vt suo loco dixi;confessio non nocet confitēti,quando non cōstat de corpore delicti,multò minus debet nocere, quādo constat de non delicto.

25 LIMITA III. (& hæc limitatio venit etiam illatiuè ex eadem prima limitatione) vt pariter confessio cōfitenti non noceat, quando de illius innocētia iudici constat,nedum ante sententiam, sed etiam post sententiam , licèt hoc vltimo casu pro liberatione confitētis Princeps consulendus sit tex est in l.1.§.si quis vltro.ff de quæst.in illis verbis: *liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset, & infra in fine d. §.si quis vltro,dum dicit,sed præses prouinciæ eum, quem damnauit restituere non potest, cum nec pecuniariam sententiam suam reuocare possit. Quid igitur Principi eum scribere oportet,si quando ei, qui nocens videbatur, postea ratio innocentiæ constiterit.* Et ibi hic notat glo. & communiter omnes, Bald.post Innocē. quem allegat in l.1.nu.102. C. de cōfess. Et ibi etiam Salyc.num.23.& seq.Pract. Mille.fol.80.num. 34. vers.vnde si ex tali confessione.Marsil. in pract. §.secūda quæst.nu.30.Brun.de indit.par.2.q.6.nu.15.vers.si autē non esset. Carer. in pract. in primo tract. de appella.§. tertius casus,num.22.& in 2. tractat.de indit.&c §.in tex.ibi voce propria confessus, num.22.Foller.in pract. crim.verbo, *& si confitebuntur*, par.1. num 58.fol.302.& d.verbo, *& si confitebuntur*, par.3.num.116.fol.333.Boss.in titu.de confess.nume.70.vbi quod isto casu magis attenditur veritas,quàm confessio, quia nemo est dominus membrorū suorum. Et propterea confitens absoluendus est, etiam non allegato errore,per confitentem , ac etiam quòd ipse non faciat instantiam pro absolutione, quia tenetur iudex hoc facere ex proprio officio. Mascard. de probat. lib.1.conclus. 353. num. 26. vbi alios refert , & consulēdo tradiderunt Bal.cons. 479. tres sunt casus,num. 2. lib. 5. Thom. Douius in in suo cons. inter tract. crim. diuer. post tract.Ant.de Canar.de excusat.ad finem, versic.cum ergo sit probatum fol.mihi 18.Bertazz.cons.95.nu. 13.in fine lib.1.vbi dixit , quod quando constat de innocentia rei , omnes admittunt eum liberandum non obstantibus sexcentis confessionibus; faciunt quæ dixi supra in prima limitatione, num.21.hac eadem q.& in 1.par.tit.de inquisit.q.11.nu.20.

26 LIMITA IIII. Quia licet confessio iudicialis, & spontanea sufficiat ad condemnandum, mitius tamē semper agitur cum sponte confesso,quàm cum cōuicto,prout dixi infra cap.5.nu.172.& seqq. Vbi latius reassumā hanc materiam cum suis ampliationibus,& limitationibus, ibi videas, hic non repeto.

27 LIMITA V. in confessione facta coram iudice incompetenti,quam non sufficere ad condemnandum probat tex. in c.at si clerici, & ibi notant omnes extra de iudic.de qua materia latius pertractabo infra cap 6.nu. 188. & seqq.hic non repeto.

28 LIMITA VI. in confessione inuerisimili(nedum falsa,vt supra dixi) confessio enim ad hoc,vt ad condemnandum sufficiat,debet esse verisimilis,& probabilis,aliter nihil operatur, siue per torturam , siue etiam sponte emanauerit. Bald. cōs. 479. incip.tres sunt casus. num.2. lib.5. Vbi quod confessio nocet confitenti, nisi illi resistant inditia verisimilia,& probabilia innocentiæ. Paris de sind. verbo *confessio*,cap.1.nume.5.fol.mihi 150.& in verbo *tortus*.cap.4.in fine,num.1.fol.mihi 316.col.4.& verbo *tortus*, cap.1.num.13.fol.333.col.2. vers.& vbi sponte &c. vbi refert,& sequitur Bal.in loco præcitato,& cap.7.num.3. in fine fol.348.colum.3.& num.12.vers.sic. Ergo iudex fol. 350.col.1.& col.8.nu.2.fol.351.Adden.ad Angel.de malefic.in verbo *quod fama publica*,num.36.litera C. & ibi etiā August.de Arim.num.114.ijdem Adden.ad Ang.de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti,& confitebuntur totum*, post num.14.littera A,Tindar.de test.lib.2.par-1.cap.6.nume.3.& seqq. vbi reprobat Innocent.qui contrarium asserere videtur in c.per inquisitionem,de elect.Pract.Mille.fol.105.nu.32.Dec.in c.at si clerici,num 42.& seq. & ibi in addit.litt.B vbi alij referuntur concordantes,extra de iudic.Paris.cons.157.num.31.vers.& benè facit,lib.4. Marsil.in l. repeti post num.19.ff.de quæst.& in rubr.C de probat. num.120.Et in pract §. postquam,num.5.in fine, vers. & primò hoc patet,& nu.7.in fine,vers. constat hoc etiam Brun.de indit.par.2.q.6.nu.19.in fine,vers.confessionem ergo,Blanc.de indit.num.35.Fran.Cason. de tormen. cap. 18.rubr.de confess.spontan.num.9.& cap.10. rubr.de confess.in tormen.nu.3.Tiraquel.de reuocan. donat. in præfat.num.40.vbi alios refert Caret.in pract.in 2. tract.de indit.&c.§.in tex.ibi voce propria confessus, nu.2. Foller. in pract.crimin.verbo *& si confitebuntur*,par.1. num. 33.& seq.fol.298.Boss.in tit.de confess.nu.46.Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 269.nu.3.& num.9.Herculan.de negat. nu.198.in 3.fallen.Vulpell.cons.6. num. 6.& seqq. Brun.à Sole in suo cons.crim.nu.157.Bertaz.cons.29.nu.7.& seq. & cons.214.num.16.lib.1.Bursat.cons.201. num.37. lib.2. Pract.Corrad.tit.de confess.crim.nu.11.in 2. limitat. fol. mihi 283.Monticell.reg crim.18.nu.25.& reg.19. nu.9.& nu.11.Alex.Stiat.in pract.iudic.cap.19.num. 20. Mascard. de probat.lib.1.conclus.384.nu.4.Hōded.cons.108.nu.47. & seqq. Decian.qui etiam loquitur in crimine læsæ maiestat.in tract.crim.lib.7.cap.45.nu.22.Ex quibus hanc limitationem communiter à Doctoribus receptam esse , iunctis alijs,quæ in simili de confessione extraiudiciali dicam infra in q.82.num.32.dubitandum non est.

29 LIMITA VII. vt idem & multò magis sit in confessione impossibili. Confessio enim ad hoc, vt ad condemnandum sufficiat debet esse non solum verisimilis, & probabilis,vt in præcedenti limitatione,sed etiam possibilis, aliter nihil operatur secundum Marsil. in l. repeti, post num.19.ff.de quæst.Et in rubr. C. de probat.nu.118. & seq.vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur se fregisse cum ense inimico suo caput & ossa: Inquit ibi Marsil. hæc confessio est impossibilis à communiter accidētibus, quia vix medici cum candelis accēsis possunt & cum ma-

gno labore cognoscere an os sit fractum. Ergo impossibile est, vt hoc sciuerit vulnerans, qui statim illato vulnere aufugit. Idem Marsil. in pract. § postquam, nu. 6. in fine, vers. patet etiam in confessione impossibili. Franc. Ponzinib. in tract. de lam. num. 52. Franc. Cason. de tormen. cap. 18. rubr. de confess. spontan. nu. 9. Carer. in pract. tractat. de indit. &c. §. in tex. ibi voce propria confessus, nu. 2. & in 3. tractat. de homicid §. 11 excusat. &c, num. 19. in fin. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 36. & nume. 38. vbi refert exemplum Marsilij in loco præcitato. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. nu. 31. & nu. 33. vbi ponit duo alia exempla huius confessionis impossibilis. Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de confess. §. 2. num. 17. vbi pariter ponit alia exempla Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. titu. quom. & per quos crim. læsæ maiesta. prob. q. 1. nu. 18. Menoch. d. casu 269. nu. 3. & nu. 8. Pract. Corrad. tit. de cōfess. crim. num. 11. in 5. limitat. fol. mihi 283. Mōticell. reg. 18. nu. 25. & reg. 19. num. 8. vbi etiam refert exemplum Marsilij, vbi supra. Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 19. nu. 18. Bertazz. consi. 29. num. 1. lib. 1. Decian. lib. 7. d. cap. 43. nu. 22. ex quibus etiam ita à doctoribus communiter receptū fuisse patet.

30 LIMITA VIII. vt confessio non solum debeat esse verisimilis, probabilis, & possibilis, sed etiam debeat esse verificata in circunstantijs, & qualitatibus, præsertim substantialibus per reum confessatis, siue per torturam, siue etiam sponte emanauerit. Marian. Soci. in cap. qualiter, & quando, il 2. num. 975. de accusat. vbi propterea admonet iudices, vt benè inuestigent omnes qualitates, & circumstantias delicti confessati ad hoc, vt cognoscant, si reus fassus est propter veritatem, an verò dolore tormentorum, & ibi benè loquitur in materia, & nu. 1102. vers. si verò non concordauerit, vbi quòd confessio non verificata in suis qualitatibus non sufficit ad condemnandum, & vers. item si dixerit, vbi in specie quòd si reus dixerit se vulnerasse aliquo ferro, debet interrogare, vnde illud ferrum habuit, & vbi posuit mittere pro illo, & videre, an vulnera verisimiliter illo ferro facta sint. Paris. de Put. in tracta. sindica. in verbo *confessio*, cap. 1. nume. 5. fol. mihi 150. vbi infert ad eum, qui confessus est occidisse hominem, & in aliquo loco sepelijsse, quem dicit non posse condemnari, nisi essent verificata, quòd eo loco adessent ossa occisi, & quòd quidam Commissarius, qui fecit contrarium, stetit in magno periculo. Marsil. consi. 14 nume. 17. & seqq. vbi latè comprobat hanc limitationem, & consil. 22. nu 9. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 6. nu. 13. vbi dicit se vidisse, & audiuisse plures ex confessione non verificata iniustè, & ex inaduertentia, vel sæuitia officialium cōdemnatos, & morti traditos, & quod tunc illo tempore euenerat casus in Ciuitate Senarum, in qua confessus homicidium propter timorem torturæ, dicit se posuisse ensem, cum qua fassus est occidisse, modò in vno loco, & modò in alio, & nullibi talis ensis reperitur, dicitque, quod iudex si istum condemnaret ex huiusmodi confessione non verificata male faceret. Frā. Cason. in tractat. de tortura, cap. 1. rubr. de periculo torment. num. 9. & cap. 20. rub. de confess. in torment. nu. 1. & seqq. Vbi magistraliter loquitur, & præcipuè quod debet verificari, quod factum est de armis, & quòd exemplo perniciosum est non verificata confessione reos damnare & cap. 21. rub. de confess. ratificata, nu. 17. & seqq. Ant. Columb. in tracta præceden. in controuer. crim. artic. 205. & 206. vbi propterea quòd debet duci confitens ad locum, in quo dicit se commisisse delictū. Foller. in pract. crimin. in verbo *& si confitebuntur*, par. 2. sub nnm. 5. vers. & ideò sicut iudex. fol. 316. Brun. a Sole qui plures alios refert concordantes. In suo compendio. vers. confessio delicti non verificata, &c. Burs. consi. 201. num. 29. & pluribus seqq. lib. 2. vbi latè idem Brunor. in suo cons. crim. num. 175. & seqq. & num. 201. Bertazz. cons. 29. nu. 5. lib. 1. Ex quibus apparet ita communiter a Doctoribus receptum esse nō solū in crimine furti, prout in specie dixi in prima parte tit. de inquisit. q. 2. nume. 15. sed etiam generaliter in omni delicto. Et ita vidi semper à bonis iudicibus seruari, & si aliter fiat, maximum erit periculum, vt innocens condemnetur, & de tali condemnatione Iudex postea teneatur, & in hoc, & in alio sæculo & hæc limitatio præsertim procedit in confessione per torturam emanata ex ijs, quæ dixi infra q. 83. num. 68. vbi quantùm tortura res fragilis sit, & fallax demonstraui.

31 LIMITA IX. vt confessio ad hoc, vt confitenti noceat, debeat esse non generica, sed specifica. Rom. cōs. 455. num. 4. vbi reddit rationem, quia scilicet generalitas ambiguitatem parit ad gl. in l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. obli. cum alijs ibi per eum allegatis. Sed sic est quòd cōfessio ambigua, & obscura confitenti non nocet, vt dixi in seq. limit. ergo nec etiam nocebit confessio generalis, & sic non sufficit, vt reus fateatur se commisisse homicidium, nisi etiam exprimat in cuius personam, de quo loco, & de quo tempore, Paris de Put. de sindic. verbo *tortus*, cap. 10. num. 2. fol. 351. col. 4. Vbi de eo, qui confitetur se latronem, & stratarum disrubatorē, dicit talem confessionem ipsi non nocere, nisi latrocinia in specie cum suis qualitatibus fateatur, Boss. in titu. de confess. num. 43. & seqq. vbi alios refert, & reddit rationem, quia quando quis interrogatus nescit locum, & tempus delicti confessati, redditur eius confessio inuerisimilis. Ideò non potest ex ea condemnari ad ea, quę dixi supra nu. 28. in 6. limitatione. Et faciunt pro hac limitatione quæ dicam infra in sequenti limitatione, & quæ in simili de confessione extraiudiciali dixi infra q. 82. nu. 29. & seq.

32 LIMITA X. in confessione dubia, incerta, tacita, vel implicita, ad hoc enim, vt confessio ad condemnandū sufficiat, debet esse clara, certa, lucida, expressa, & explicita, aliter nihil operatur quoad condemnationem. Fely. in c. at si clerici num. 1. in princ. iuncto vers. quarto limita. extr. de iudic. Dec. ibidem nume. 30. & seq. & num. 32. vbi ampliùs, quòd isto casu implicita confessio habet naturam confessionis incidenter emanatę, idem Fely. in cap. 1. num. 6. vers. item dicas, & num. 12. extr. de except. Butr. in c. per inquisitionem col. 3. ad finem vers. per hoc dicit, &c. extr. de elect. vbi post Innocentium concludit, quòd confessio debet esse expressa, & discreta, alias non pręiudicat. Fely. in c. qualiter, & quando il 2. §. licèt autem num. 3 & 4. vbi de confessione implicita, & conditionali, & num. 7. vbi quòd confessio debet esse expressa, & nō tacita ext. de accusat. Marian. in d. c. qualiter, & quando il 2. num. 1013. vbi de confessione tacita, & in consequentiam. Rom. cōs. 455. nu. 2. & seqq. vbi de confessione dubia, & obscura, & reddit rationem, quia obscurè respōdens similis est nihil respondenti l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogat. actio. cum alijs ibi per eum allegatis. Bero. cōs. 178. nu. 24. & seq. lib. 3. vbi consuluit in pulchro casu, videlicet homicidij à pluribus in rixa commissi, in quo ignorentur vulnerantes, dicitque, quòd si vnus ex rixantibus fateatur hoc modo, videlicet *homicidium fuit a nobis commissum*, non per hoc dicitur fateri, quod ipse fuit vulnerans: cum potuerint esse alij rixantes, & sic illud verbum, *Nobis*, quod videtur comprehendere etiam personam loquentis, & confitentis non referatur ad vulnera, & percussiones, sed ad rixam, ex qua postea sequutum fuit homicidium. Et hoc quia talis confessio sic dubia confitenti non nocet, vt ibi per eum, Franc. Ponzinib. in tract. de lam. nume. 71. vbi quòd confessio non debet esse æquiuoca, Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 9. vbi quod debet esse non vaga, & generalis, sed certa, & specialis. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*. par. 1. nu. 59. vbi quod debet esse clara, & nō dubia, & num. 65. ad finem, vbi quòd debet esse simplex, & expressa, non autem tacita, vel implicita. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. nu. 34. vbi de confessione incerta, & dubitabili, & reddit rationem Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 2. num. 17. vers. igitur, &c. Herculan. de negat. num. 198. in 9. fallen. Vbi pariter de confessione incerta, Boss. in titu. de confess. nume. 83. & seqq. vbi propterea infert ad eum, qui interrogatus de plurib. delictis aliqua negauit expresšè, reliqua verò tacendo, & non negando confiteri præsumitur, dicitque, quòd talis confessio non sufficit ad condemnandum, & in titu. de confess. per tortur. post nu. 12. vbi quòd cōfessio nō debet esse obūbrata, sed clara

sicut

sicut sol,& nu.25.vbi quod debet esse inuulnerabilis Ant. Gomez.var. resolut. tom.3.c.13.rub. de tort reor.num.8. vers.& licèt prædicti Doctores,vbi quòd confessio debet esse certa, & liquida, quod & idem voluerunt Mascar. de probat. lib. 1.conclus.344.num.12. Ludou. Peguer. decis. crimin. 17. nume. 4. vers. & ratio Thom. Triuisan.decis. crim.46.num.5.lib.2. Bertaz.cons.29.num.17. vbi præsertim de confessione emanata in tortura quòd debet esse inuulnerabilis,& cons.54.num.2.& cons.55.nume. 6.vbi quòd confessio nullam debet pati exceptionem, vel labem, & sic debet esse omni exceptione maior quod,& idē repetijt in cons.61.nume.9. & cons.70. num.12.& consil. 114.nume.9.& consil. 187. nume.12.& nume. 15.& consil.215.nume.5.& nume. 9.& cons.241.nume.12.lib. 1. & lib.2.cons.472.num. 10. & seqq.vbi infert ad cōfessionem emanatam verbis enunciatiuis, & testatur de communi opinione.Honded.cons.108.num.46.vbi,quòd confessio debet esse nitida,certa, clara, & inuulnerabilis.

33 AMPLIA I. præcedentem limitationem,& quidem illatiuè, vt propterea quando quis excipiendo, vel aliàs dicit,alium socium criminis,& sic se etiam eiusdem criminis reum tacitè fatetur, non per hoc talis confessio tacita ad ipsum condemnandum sufficit Felyn. in c. at si clerici. num.1.in prin.iuncto vers.quarto limita. Et ibi etiā Dec. nu. 30. & seqq. extr.de iudic.ex glo.quam allegat in c.1.in glo.fina ad finem de test.in 6.Idem Fely.in c.1. num.12. de except.& alia glo.iu c. si quis papa in glo.magna ad finem vers.sed videtur distinct.79. cum alijs per Mascard. de probat.lib.1.conclus.348. num. 36. Et ad huius ampliationis materiam vide glo.in l.si filium in verbo *deest*,vers.& cauet,& ibi etiam Docto.C.de liberal.cau.Cyn. Bal. & Salicet.in l. si magnum. C. qui accusare non possunt Anan. in c.qualiter,& quando il 2.§.licet autem nu.5.de accusat.

34 AMPLIA II. eadem X.limitationē,vt multò magis procedat in confessione facta in alio iudicio,licèt enim, vt suo loco dixi,confessio facta in vno iudicio noceat etiā in alio.Hoc tamen sanè intelligendum est, vt procedat in confessione clara,expressa,& explicita,secus in dubia, tacita,& implicita,vt dixi,infra cap.5.nu.106. hic non repeto.

35 AMPLIA III. vt confessio dubia, & incerta interpretetur in bonam partem in fauorem confitentis, & secundum illius intentionē Bal.in l. vnica nu.23. vers.primo casu.C.de confess.Claud.Seysel.in repet.l.vt vim num.115.ff. de iust.& iure,vbi ponit aliqua exēpla huius limitationis. Dec.in c.venerabilis nu. 105.de except. & in c. in præsentia nu.44.de probat.Marian. in c.qualiter, & quando il 2. num.786.de accusat.& ibidem nu.1005.vers.sed si intricata iuncto num.1009.& seq.Butr. in c.cum dilecti num.20. de accusat.Paris de Put.de sindic.in verbo *tortus*.cap.7.nume.7.fol.mihi 349.Adden. ad Ang.de malef.in verbo *quòd fama publica*.post nu.112.litera b.in fine additionis Marsil. in pract.§.postquam nu.25.Rom.cons.455. num. 5. & seq. vbi propterea infert quòd confessio , quæ potest importare maius delictum, & minus debet interpretari in minus, potiusquam in maius, quia talis interpretatio est vtilior confitenti,& in dubio semper vtilior interpretatio capienda est Alciat.de præsump. reg.3.præsump. 1.nu.9. Frāc.Ponzinib. in tract.de lam.post nu.71.Brun.de indit. par. 2. q.6. nu.14.in fine Marian. in spec. tit. de confess.num.32. vbi respondet contrariæ rationi,& illā retorquet pro hac conclusione.Foller.in prac.crim . verbo *& si confitebuntur*. par. 1.num.59.Bero.d.cons.178. num.25.lib.3.Iodoc. in pract. crim.cap.54.num.35.Cyrill.in summa crim.rub.16. de cōfess.§. 2.nu.6.Herculan.de negat.nu.198.in 9.Fallen. Alex. Stiat. in pract.cap.19.nu.85.Bertaz. cons. 54.nu.2.& cons. 156.nu.53.lib.1.& cons.449.nu.28.vers.Nec obstat confessio lib.2. vbi loquitur, & in confessione continente repugnantia Hippol.Rimin.cons.88.nu.41.lib.1.Mascard.conclus.344.num.12.Thom.Triuis.decis.crim.46.nu. 8.par.2. Hōded.cons.108.nu.44.& 45. ex quibus ita à Doctoribus communiter receptum esse dici potest,& vide in proposito,quæ dixi infra num.317.hac eadem.q.& in q.85.nu.16. vbi generaliter posui, an verba dubia , & æquiuoca interpretentur potiùs pro delicto,quam è contra.

36 LIMITA I. præcedentem tertiam ampliationem, vt procedat in foro fori,secus in foro poli. Nam pro salute animæ præsumendum est peccatum vbi non est, & timenda est culpa,vbi culpa non est,c.consilium de optio. leg.cū simili ita per hanc rationem , hanc declarationem firmauit Anchar.cons.179.prima facie.num.5.& 6.quem refert,& sequitur Franc.Bonzi.nu.16. in tract. de lam.num. 90.post Felyn. in loco per eum citato.

37 LIMITA II. eandem tertiam ampliationem nō procedere in homine malæ famæ. Nam de malo homine nō debet præsumi nisi malum c.osius de elect.c.1. de cleric. non residen.ita per hanc rationem,hanc declarationem firmauit.Hostien. in summa. in tit.de iudæ.§.& in quibus ad finem nu.6.in fine vers.quid enim de iudæo , vbi ponit exēplum de quodam iudæo,qui iratus leuauit manus suas versus crucem dicens,*potius vellem esse suspensus sicut fuit ille, qui illic pendet , quam tale quid facere* : inquit ibi Hostien. quòd licèt ille iudæus voluisset interpretari suam confessionē, & dicere quòd ipse intelligebat de quodā homine, qui extra ciuitatem pendebat in patibulo , talis tamen interpretatio,& intelligentia non fuit admissa, & quicquid ipse in animo suo intelligeret, vt tamen alij terreantur,& propter malam qualitatem hominis proferentis illa verba fuit cōdemnatus in pœnam pecuniariam;refert, & sequitur Claud.Seysel.in repet.l.vt vim. nume.108. ff. de iust.& iure. Felyn.in c.auditis.nu. 32.vers.idem dic. de præscript. Franc.Ponzinib.in d.tract. de lam. num. 90.

38 LIMITA III. dictam ampliationem non procedere in confitente ea, quæ de se mala,& prohibita sunt. Nā tūc confessio nō in bonam,sed in malam partem interpretari debet,prout notant omnes communiter in c.cū delicti de accusat.vbi præserrim Butr.num. 20. dixit quòd confessio interpretatur in meliorem partem,quando factum confessatum non est in se malum, & dubitatur, qua intentione fuerit commissum,secus si factum sit in se malum,quia de malo non potest præsumi bonum , quòd & idem voluerāt ibidem Card. Zabar. nume.14. in 3.oppositione Anchar. num.8.& nu.12.vers.& nota hic,vbi amplius,quòd,quando verba confessionis sunt dubia , tunc possunt declarari, & interpretari per confitentem, & in meliorem partem, secus si essent clara,certa,& delictum sonantia, quia tunc interpretatione non est opus Anan.num.7. & nu.10.Abb. nu.4.& num.5.& num.10.Fely.num.2.in 7.notab.(Vbi tamen benè declarat,declarationem omninò videas) & nu. 4.vers.ista glosa, vbi, quòd nō admittitur interpretatio in meliorem partem in ijs,quæ vel in se mala sunt , vel prima facie mala apparent Aret.num. 8. & seqq. Vbi etiam benè loquitur.Barbat.cons.crim.diuer.93.num.37 lib.1. vbi refert,& sequitur Anchar in d.c.cum delicti. Gab.lib.7.concl.19.nu.6.Vbi,quod confessio, quæ potest importare bonum,& malum si sumus in prohibitis,interpretatur cōtra confitentem,nisi confitens probet excusationes ex Socin. quem allegat in l.cum quæritur in fine.ff.de reb.dub.

39 SVBLIMITA præpositam X.limitationem,vt licèt cōfessio tacita,& implicita incerta,& dubia non sufficiat ad condemnandum, benè tamen sufficit ad torquendum,ita expressè declarat. Claud. Seysel.in repet. l. vt vim.nu-116. ff.de iust.& iure,& pluribus comprobat.Boss.in tit. de cōfess.sub num.85.& seqq. Vbi exemplificat hanc sublimitationē. Nec dissentit Menoch.de præsumpt. lib.1.q. 89.nu. 24. Vbi ponit idem exemplum,quod posuit. Boss in loco præcitato, videlicet; quando quis accusatus de multis criminibus,& interrogatus,an ea commiserit, neget se commisisse aliqua ex eis,cætera verò tacendo,& non negando præsumitur confessus inquit ibi Menoch.ex Bal. quem allegat in l.siuè possidetis num.5. in fine C. de probat. quòd ex hac præsumpta, seu tacita confessione oritur violenta præsumptio ad torturam sufficiens.

40 LIMITA XI. propositam regulam non procedere in confessione sine causa,quæ nec valet,nec confitenti præiudicat Bellam.post Compost.quem allegat in c. per inquisitionem nu.1.ad finem de elect.Paris de Put.de sind.verbo *tortus*,cap.7.nu.12.ante finem vers. sic ergo iudex fol. 350. col.1. in princ. vbi propterea dicit,quòd videmus in dies

multos imbecilles animo confessos crimina, & deindè in supplitio in animae suae iudicium iurasse, non esse vera per ipsum cōfessata, & ita postea repertum fuisse quò dixerūt mendacium, ideò admonet iudices, vt bene aduertant ad reorum confessiones, vt in eis subsit delicti confessati veri similis causa. Mars. in pract. §. postquam nu. 10. in fine, & nu. 21. Blanc. de indit. num. 35. Vbi propterea quòd iudex debet interrogare reum, qui delictum confessus est, cur illud fecerit Cason. de tormen. cap. 18. rubr. de confess. spontan. nu. 12. vers. idem in confessione nuda, & sine causa, & nu. 18. & cap. 20. rub. de confess. in tormen. nu. 3. vbi idem si confessio esset cū causa, sed inuerisimili. Foller. in pract. crimi. verbo, *& si confitebuntur*. par. 1. nu. 45. fol. 300. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. nu. 11. in 13. limit. fol. mihi 284. col. 1. Monticell. reg. 19. nu. 18. Alex. Striat. in pract. iudic. cap. 19. nu. 7. Mascar. qui plures allegat concordantes de probat. lib. 1. conclus. 345. nu. 39. & ampliat etiam, quòd sit iurata. Ex quibus limitationem hanc communiter à Doctoribus receptam esse vnusquisque affirmare potest, & pro eo adduco inconuincibilem rationem, quia sine causa, quis delinquere non praesumitur, vt dixi in pri. par. in tit. de indit. & tort. q. 50. nu. 31. & q. 52. num. 150. Ergo confitens delictum, & non dicens causam, cur deliquerit, sine dubio confiteri dicitur, id, quod inuerisimile est, nec a lege praesumitur, ideò talis confessio; tanquam inuerisimilis non nocet confitenti ad ea, quae dixi supra in 6. limitat. num. 28. & vide, quae in simili de confessione extraiudiciali dixi infra q. 82. num. 31. & seq.

41 LIMITA XII. in confessione incidēter emanata, quae pariter ad condemnandū non sufficit, vt dixi hac eadem quaestione infra cap. 7. nu. 219. & seqq. Vbi latius pertracta ui materiā confessionis incidēter emanatae, hic nō repeto.

42 LIMITA XIII. in confessione emanata sub spe impunitatis promissae à Iudice, quam promittere non potest, talis enim confessio dicitur extorta per dolum, ideò inconfitentem non afficit, vt dixi infra hac eadem quaest. cap. 8. num. 176. & seqq. Vbi plenè discutiā, An, & quando talis confessio valeat, necne, hic non repeto.

43 LIMITA XIIII. in cōfessione erronea, quae reuocata, & docto de errore euanescit, & pro nulla habetur, put dixi infra hac eadem q. cap. 9. num. 315. & seqq. Vbi latè pertractaui an, quando, & quomodo confessio reuocari possit, & quomodo etiam probandus confessionis error, hic non repeto.

44 LIMITA XV. in confessione minoris, quae si fuerit emanata, sine authoritate curatoris nihil valet l. clarum, C. de authorit. praestan. verum de materia huius limitationis dixi infra hac eadem q. cap. 10. num. 352. & seqq. hic non repeto.

45 LIMITA XVI. in cōfessione emanata corā solo Notario, iudice absente. Talis enim confessio non dicitur iudicialis, & propterea ad condemnandum non sufficit l. cū scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. quem tex. sic declarat gl. in l. iubemus in verbo *aliud iudicium*. vers. nō obstat infra, &c. & ibi etiam Bal. C. de libera cau. Bal. in l. 1. num. 103. & ibi etiam Ang. num. 5. C. de confess. Ias. in l. magistratibus nu. 5. ff. de iurisdict. omn. iud. Mars. in l. 1. in prin. nu. 24. ff. de quaest. & in pract. §. postquam nu. 17. Diaz. reg. 125. in prin. Brun. de indit. par. 1. q. 3. nu. 17. Blanc. de indit. num. 212. Cason. de tormen. nu. 18. rub. de confess. spontan. &c. nu. 11. vers. 8. in confess. &c. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. & tortu. §. septimum inditium. nu. 4. Foller. in pract. crim in verbo *& si cōfitebūtur*, par. 1. nu. 8. & nu. 10. & seqq. Vbi exornat Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 2. nu. 8. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. nu. 11. in 12. limitat. fol. mihi 283. in fine Boss. post. nu. 47. in titu. de confess. Alex. Striat. in pract. iudit. c. 19. nu. 48. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 349. num. 6. & conclus. 344. nu. 6. & conclus. 348. nu. 52. & seq. Vbi alios refert cōcordantes, ex quibus apparet hanc limitationem esse communem.

46 SVBLIMITA I. hanc xvi. limitationem non procedere quando notarius examinat reum de mandato iudicis, quia tunc confessio facta coram illo notario plenè cōfitenti praeiudicat, prout declarat Ang. in d. l. 1. nu. 5. C. de cōfess. & videtur de mente. Marsil. in d. §. postquā. nu. 17. dum dicit, quod non valet confessio coram notario, qui ad hoc mandatum non habet a iudice. Ergo secus videtur sentire, quando habet tale mandatum, refert, & sequitur Monticell. reg. crimin. 19. num. 17. Nec dissentit Foller. in pract. crimin. in verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 14. quē videas in materia: & ista limitatio apud nos seruatur in pract.

47 Quamuis cōtrarium voluerit Petr. de Bellaperr. in l. 1. col. 3. in fine vers. si dubij. ius redditur C. de cōfess. vbi dixit quod licet de consuetudine iudex mittat tabellionem corā quo partes confiteantur, adhuc tamen talis confessio non dicitur emissa iure, quia quòd hoc possit tabellioni committi lex aliqua non dicit, nec iure cautum reperitur.

48 SVBLIMITA II. eandē xvi. limitationem, vt licèt talis confessio corā solo notario facta non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad torturam, quia habet vim confessionis extraiudicialis Ias. in l. in magistratibus. nu. 5. ff. de iurisd. omn. iud. Brun. de indit. par. 1. q. 3. num. 17. Blanc. de indit. num. 212. Cason. de tormen. cap. 18. nu. 11. in fine. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c. §. in tex. ibi voce propria cōfessus nu. 16. Foller. d. verbo *& si confitebuntur*, nu. 8. vers. sufficit tamen. Monticell. reg. 19. nu. 17. in fine. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 348. num. 54. vbi alijs relatis testatur de communi, & conclus. 349. nu. 6.

49 LIMITA hanc secundā sublimitationem non procedere, quando confessio fuit reuocata, quia tunc emanata coram notario solo, non facit inditium ad torturam, vt per Foller. in pract. crimin. de verbo. *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 8. in fine, sed de veritate huius limitationis; vide infra q. 82, nu. 27. & seq.

50 LIMITA XVII. vt proposita huius q̄stionis regula non procedat in confessione facta coram iudice nō sedente pro tribunali, & non in forma iudicij, talis enim confessio, nec etiam sufficit ad condemnandum d. l. cum scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. iuncta glo. in l. iubemus in verbo *aliud inditium*. vers. Non obstat infra, &c. & ibi etiā Bald. C. de liber. cau. idem Bal. in l. 1. num. 78. C. de confess. & ibi etiam Ang. nu. 5. Pau. de Castro num. 2. vers. & dicitur tacta in iure, & n. 5. in fine vers. primo ergo, Ang. in l. 1. nu. 5. ff. de confess. Ias. in l. magistratibus, num. 5. ff. de iurisdict. omn. iud. Rom. in l. cum mulier nu. 28. vers. secundo probatur, ff. solut. matrimon. Marsil. in l. 1. in princ. nu. 24. ff. de quaest. Imol. in c. at si clerici nu. 5. & ibi etiam Anan. nu. 7. Abb. nu. 6. in fine, & post nu. 17. Aret. nu. 8. in 4. notab. Felyn. num. 5. col. 4. in fine vers. adducitur etiam pro hac opinione Docto. nu. 144 Bero. nu. 36. & nu. 144. in fine Mant. num. 11. de iud Fely. in c. 1. post nu. 6. vers. vel facta, iudice non sedente pro tribunali. extra de except. Butr. in c. olim, nu. 19. vers. potest etiam fieri de rescript. Corset. sing. verbo *confessio*, 11. vers. & notat Diaz reg. 125. in princ. Marsil. in pract. §. postquam nu. 17. Blanch. de indit. nu. 212. Cason. de tormen. cap. 18. rub. de confess. spontan. nu. 11. in fine Maran. in specu. tit. de confess. nu. 30. Boer. decis. 90. nu. 8. Carer. in pract. in prin. nu. 32. & in 2. tract. de indit. & tort. §. septimum inditium nu. 4. & § in tex. ibi voce propria confessus num. 15. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 7. & nu. 60. vbi generaliter, quòd cōfessio debet fieri in loco solito iudiciorum, & non alibi Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de iudic §. 2. nu. 8. vbi ampliat etiā notario praesente, dummodo non in figura iudicij. Boss. in titu. de confess. post num. 47. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. nu. 11. in 12. limitatione fol. mihi 283. col. 2. in fine. Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. item potest dicere, & q. 21. vers. sed hic cadit, vbi alijs relatis testatur de communi. Alex. Striat. in pract. iudic. cap. 19. nu. 61. Capra in tract. de notor. membro 1. nu. 36. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 349. nu. 6. & concl. 344. nu. 7. vbi de communi, & conclus. 351. nu. 7. & conclus. 348. num. 6. Bertazz. cons. crim. diuer. 95. num. 3. lib. 2. vbi ampliat etiam quòd iudex nomine publico confessionem recipiat, & parte interrogante idem Bertazz. cons. 342. num. 3. lib. 2. Quamuis contra faciant dicta per Osasc. in decis. Pedem. 1. num. 46.

51

52 SVBLIMITA I. hāc xvij. limitationē, vt licèt talis confessio emanata, coram iudice non sedente pro tribunali, non

li,non sufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariã, sufficit tamen ad condemnandum in pœnam extraordinariam.ita videtur de mente Bald.in l.1.nu.78. C. de confess.Fely.in c.at si clerici num.5.col.4. in fine vers. adducitur etiam extra de iudic.

53 SVBLIMITA II. eandem xvij.limitationem, quia adhuc talis confessio sufficit ad torturam Ias.in l.magistratibus.nu. 5.ff.de iurisd.omn.iud.Fely.in d. cap. at si clerici num.5.col.4.in fine vers.adducitur etiam de iudic.Roma. cons.8.viso facto proposito nu.2. vbi communi Boer. decis.90.nu.8.Vbi refert,& sequitur Roman.in loco præcitato Blanch.de indit.nu.211.Franc. Cason. de tormen.cap. 18.nu.11.in fine Carer.in pract.crimin. in 2. tracta. de indit.& tortur.§.in tex. ibi voce propria confessus num. 16. Clar. §.fina.q.21.vers. sed hic cadit, vbi de communi; de qua etiam testatur Mascard.de probat.lib.1. conclus. 348. nu.26.& conclus.351.nu.7.& conclus.358.nu.26.& nu.46.

54 LIMITA XVIII. vt iudicialis confessio ad condẽnandum non sufficiat, nisi fuerit acceptata, quia & in ea requiritur partis præsentia Dec.in c.at si clerici num.141. & ibi etiam Bero.num.144 de iudic.Foller.in pract.crim. verbo *& si confitebuntur*,num.49.fol.301.plures ad hanc limitationem refert concordantes,qui credo loquantur in ciuilibus.Brunor. à Sole in suo compendio vers. confessio ad hoc vt inducat plenam probationem,& ibi testatur de communi ex Ias.& alijs ibi per eum allegatis,& vers confessio non acceptata, vbi alios refert concordantes; testaturque hanc omnium esse opinionem,& idem antea dixerat in suo cons.crimin.num. 161.& seq.vbi ampliat etiam, quòd confessio fuerit dissimulata.

55 SVBLIMITA hanc xviij.limitationem,quia iudicis præsentia supplet absentiam accusatoris, & ideò sufficit, quòd confessio acceptetur à iudice,etiam quòd accusator sit absens Bero in c.at si clerici d. nu. 144. de iudic.Foller. vbi supra d.num.49.Cyril.in summa crim.rub.16.de confessis.§.2.nu.3.vbi benè comprobat Alex.Stiat.in pract.iudic. cap.19.num.79. cum alijs relatis per Mascard. de probat.lib.1.concl.347.num.19.& 20.vbi declarat,& conclu. 348.nu.41.& nu.45. vbi etiam declarat quomodo debeat esse talis acceptatio,& nu.50.Brun.à Sole in suo compendio d.vers.Confessio non acceptata fol.46. in fine.

56 LIMITA XIX. in confessione emanata calore iracundiæ,quæ pariter ad condemnandum non sufficit.Albericus in l.1. num.3. C.de confess.Bero in c. at si clerici nu. 131.de iudic.Mant.ibidem num.27.vbi pluribus hanc cõprobat limitationem.Abb.in c.cum venerabilis nume.12. vers.sicut in simili de except.& ibi etiam Fely.nu.6.in fine Abb.in c. fina.nu.11.in fine extra de confess. Paris de Put. de sind.verbo *tortura*,cap.9. sub num.1.fol.320. & verbo *tortu*.cap.7.nu.9.fol.349. Lanfranc.in c.quoniam contra in verbo *confessio*, nu.2.de probat. Cason. de tormen. cap. 18.nu.12.ad finem Foller.in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*,par.1.num.134.Franc.Herculan. in tracta. de negat.nu.198. in 34.fallen. Alex. Stiat.in pract.iudic.cap.19. num.17.& est communis iũctis alijs, quæ in simili dixi de confess.extraiudic.infra q.82.nu.36.& in tit. de pen. temper.q.91.num. 24.

57 Et idem in confessione properè, repentinè,ex abrupto, & non deliberatè emanata scripserunt Abb.post glo.ibi in c.cum venerabilis nu.12.de except. Dec.ibidem nu. 40.& seq.vbi pluribus exornat hanc conclusionem.

58 SVBLIMITA I. vt hæc xix.limitatio procedat,dũmodo cõfessio fuerit reuocata, aliàs secus Bero.post Dec. in cap.at si clerici sub nu.131.de iudic. Mant. ibidem nu. 27.vbi licet multa adducat ad probandum, quòd talis reuocatio non sit necessaria, tamen in vltimo residere videtur cum Dec.in hac declaratione, ex quo iam in actis constat de confessione.Ideò nocet,nisi fuerit reuocata, vt ibi per eum.Abb.in c.cum venerabilis num.12. de except. vbi loquitur de confessione properè, & ex abrupto emanata, dicitque,quòd data perseuerantia talis confessio nocet,& ita etiam in effectu voluit Dec.ibidem nu. 42. iuncto nu. 48.vers.sed quantum,vbi dixit hanc confessionem præiudicare confitenti, sed benè posse reuocari etiam ex interuallo, & etiam non docto de errore. Abb. post alios in c. olim post num.8.de rescript.Vbi quòd confessio calore iracundiæ nocet si est ratificata,quod & idem voluit Tindar. de test.lib.2.par.1.cap.6. num.18.

59 SVBLIMITA II. dummodo probetur iracundia,aliàs secus.Bero.in c.at si clerici num. 131. de iudic.& dixi infra in tit.de pęn.temperan.q.91. num.43.

60 LIMITA XX. propositam regulam,vt procedat in confessione ipsius principalis, secus in confessione procuratoris,quæ minimè nocet Domino;Nõ enim potest quis ex alterius confessione condemnari,præsertim in criminalibus,in quibus numquàm procurator dicitur habere mãdatum ad faciendum incidere Dominum in pœnam. fuit originalis doctrina Compost.in c.per inquisitionẽ, & ibi eum sequuntur Bellam.nu.2.in fine vers.nam si esset facta per procuratorem, & ibi etiam Butr. num.31.Imol.nu.6. ad finem col.2.in fine vers.item prædicta vera. Anchar.nu. 2.in fine Card. Zabarel.num.7.ad medium vers. itẽ in eo, quod dixi.Abb.nu. 12. post medium vers.intellige in confessione propria,vbi quod ita tenent communiter Doctores,& plures reddit rationes extr.de elect.Felyn.in c. qualiter,& quando il 2.§.ad corrigendos nu.49.de accusat.August.ad Ang.de malef.in verbo, & ad querelam post num. 87.Foller.in pract.crimi.verbo *& si confitebuntur*,par.1.nu. 97.fol.309.Alexã.Stiat.in pract. iudic.cap.19.nu.58.& seq. vbi etiam;quid de confessione aduocati Honded.cons.66 nu.72. vbi & alijs relatis testatur, ita omnes tenent in c.1. vt lit.non contest.& hæc limitatio multò magis procedit, quando procuratoris confessio fuit facta in alio iudicio, vt dixi infra hac eadem q.c.3.nu. 108.

61 SVBLIMITA hanc xx.limitationem non procedere,quando procurator haberet speciale mandatum ad confitendum,quia tunc eius confessio nocet Domino,ex allegatis per Alexan.Stiat.in pract.iudic.cap.19.nu.57. vers.& hoc procedit.Item limita duobus alijs modis. Primo in confessione emanata per modum cõtentiosæ iurisdictionis. Secundò,quando principalis habuit notitiam confessionis sui procuratoris,& non contradixit:ijs inquàm casibus etiam procuratoris confessio nocet domino: vt per Brunor. qui alios refert concordantes in suo cõpend. vers.Confessio procuratoris fol.47. alios refert,& de communi testatur Honded.cons.66.nu.22. & seq. & nu.71.& seq.vbi amplius, quòd isto casu non sufficit mandatum generale ad confitendum,sed debet esse speciale ad sic confitendum,& nu.78.& seqq.vbi amplius, quòd non sufficit generale mandatum cum libera, &c.

62 LIMITA XXI. in confessione facta coram duobus ex tribus iudicibus datis.Ad hoc enim,vt cõfessio noceat, debet emanare coram omnibus iudicibus, si plures iudices deputati sunt,aliter nihil valet.Fely.in cap. qualiter, & quando d.§. licèt autem num 9. de accusat. Io. Andr.in c. olim num.8.de rescript.& ibi etiam Butr.nu.21.Foller.in pract. crimi. verbo *& si confitebuntur*,par.1.nu.6.Gabr. lib. 1.tit.de confess.conclus.1.num.6.

63 LIMITA XXII. in confessione eorum,quæ non dependent à voluntate,& facto confitentis, talis enim cõfessio non nocet,c.super eo,de eo, qui cogno.consang.vxor. suæ Roman.cons.260. num.4.Aret.cons.13.col. penult.& fin.vers.vnde cum neget.Aym.cõs.93.nu.1.Cardin.Alban. cons.7.num.6.Caputaquen.decis.185.num.4.par.1.Foller. in pract.crimin.verbo *& si confitebuntur*,par.1. nu.111.vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur, quem decessisse ex vulnere à confitente illato, talis enim confessio nõ nocet, si constat de cõtrario, videlicet, quòd vulneratus obierit ex malo regimine,vt vbi per eum, & per Signor.cons.178. col.pen.ad finẽ,lib. 2. prout illum refert Bertaz.cõs.29.nu. 6.lib.1. Villalob.in commun.opin.littera C. nu. 144. Alex. Stiat.in pract.iudic.cap.19.nu.30.& seqq. Mascard.de probat.lib.1,conclus.358.nu.8. vbi de confitente instrumentum validũ,quod reuera est nullum. Talis enim confessio est iuris,& non facti,ideò confessio eorum, quæ iuris sũt, non nocet confitenti,quando confessioni repugnat ipsius iuris veritas.l.confessionibus ff.de interrogat.action.gl.in L.vnica C.de confess.Roma.cons.520.num,5.vbi adducit aliud

aliud simile, quia scilicet veritas iuris gestorum errore nō vitiatur.l. illicitas §. Veritas ff. de offic. præsid. Et ad hanc limitationem, quòd scilicet confessio non noceat confitēti in ijs, quæ iuris sunt, & quæ non dependent à volūtate, & facto confitentis, quia confessio non potest facere delictum, vbi delictum non est, nec minus illud punibile, vbi de iure pœnam non meretur, vide pluries consulentem Bertaz. in cons. 26. num. 7. & consil. 28. nu. 10. & consil. 57. nu. 8. vbi alios refert, & cons. 103. nu. 20. & consi. 187. nu. 7. & cons. 198. nu. 9. & cons. 242. nu. 19. vbi ex hoc infert nō valere confessionem, qua quis se vsurarium dicit, nisi aliter exprimatur actus ex quo constet inductam vsuram, quia an actus, vel contractus sit vsurarius in iure consistit lib. 1. & cons. 204. num. 12. & cons. 323. num. 4. & cons. 417. num. 7. & cons. 429. nu. 11. & cons. 471. num. 12. lib. 2. Honde. cons. 66. nu. 67. & cons. 102. nu. 47. & facit pro hac limitatione regula illa, quòd per nostrum affirmare, vel negare veritas rei nō mutatur, de qua in l. cum falsa C. de iur. & facti ignoran. cum alijs relatis per Menoch. de arbitr. quæst. casu 336. nume. 29. & de præsum. litt. Z. præsumpt. 123. num. 9.

64 LIMITA XXIII. seu potiùs declara materiam hanc confessionis, vt in ea valeat argumentum de ciuilibus ad criminalia negatiuè, non autem affirmatiuè, hoc modo videlicet confessio in ciuilibus non præiudicat cōfitenti, ergò multò minus præiudicat in criminalibus, sed non è cōtra, quia in criminalibus pleniores, & magis concludētes probationes requiruntur, quàm in ciuilibus: sumitur hæc declaratio ex tradit. per Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. nu. 42. Diaz. reg. 125. in 2. fallent. ante finem Blanc. de indit. num. 210. & seq. vbi relatis contrarijs in hac opinione residere videtur Mascar. lib. 1. conclus. 349. nu. 1. in fine prin. iuncto num. 3. & seq. Franc. de Caldas. in repet. l. si curatorem in verbo. *vel aduersarij dolo*. num. 40. ad finē. vers. ex quo iam liquet. C. de in integ. rest. minor. Et hęc opinio mihi multum placet.

65 Quamuis contrarium quòd argumentum de ciuilibus ad criminalia valeat, etiam affirmatiuè, & sic, quòd quādo confessio præiudicat in ciuilibus confitenti, præiudicet ēt in criminalibus suaderi possit. ex tradit. per Dec. in c. at si clerici nu. 129. & seqq. de iudic. vbi respondet contrarijs, & ibi etiam per Mant. num. 33. vers. duplici tamen medio, & vers. sed ad primam, & seq. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt, &c.* & in termino defensionis produxerunt, &c. nu. 1. ad finem, vbi loquendo in materia reuocationis cōfessionis dixit, quòd in criminalibus proceditur ad similitudinem ciuilium, Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. nu. 10. & seq. Marsil. in pract. §. postquam nu. 25. in fine, & seq. vbi generaliter loquitur in materia confessionis Foller. qui etiam simpliciter loquitur in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. nu. 3. fol. 316.

LIMITA XXIIII. quia vnius confessio alteri non nocet, & hoc procedit ne dum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus l. duobus §. 1. & ibi Iaf. tit. de iureiuran. l. iuris iurandi in fine. C. de testibus l. Seia in princ. ff. ad Velleian. Fely. in c. 2. num. 12. de fide instrum. Tiraq. de retract. conuent. § 4. glo. 6. nu. 9. & nu. 17. vbi de materia. Natta cons. 438. nu. 11. Aym. cons. 966. nu. 16. Bero. cons. 202. num. 10. lib. 3. Afflict. decis. 245. num. 11. Alciat. cons. 174. nume. 2. Rolan. cons. 58. num. 14. lib. 2. Cephal. consi. 101. num. 8. & 28. Matthes. sing. 25. nu. 2. & ibi Gabr. Sarayn. in addit. ad med. vers. sed ad id quod hic dicitur de confessione, vbi refert doctores tractātes materiam huius limitationis. Paris cons. 19. nu. 6. lib. 3. & in alijs consilijs relatis per Mascard. de pbat. lib. 1. cōcl. 386. nu. 1. & seqq. vbi alios refert concordantes, ampliat vno modo, & limitat alio modo. Io. Pet. Surd. decis. Mantuan. 325. nu. 3. & num. 11. vbi ꝙ licet vnius confessio, alteri non præiudicet quò ad plenam probationem, præiudicat tamen quò ad aliqualem probationem, & coniecturam, & ibi præsertim ponit; quid in confessione iudiciali. Bertaz. cons. 412. num. 24. lib. 2. Honded. qui benè hanc limitationem comprobat. cons. 98. nu. 16. & seqq. Idē Petr. Surd. decis. Mātuan. 135. nu. 4 & 5. vbi hanc conclusionem declarat non procedere quando talis confessio, alijs cōiecturis, & verisimilitudinibus esset grauata ex Cyn. & Bal. in authen. hoc ius porrectum, C. de Sacrosan. Eccl. Rom. Bero. Ruyn. & Natta in locis per eum relatis, ꝙ & idem consuluit in cons. 290. nu. 46. & eadem decis. Mantuan. 325. nu. 6. & decis. 107. num. 7. & decis. 55. num. 3. & seqq. vbi benè exornat hanc declarationem, nec dissentit Bertazz. cons. 421. nume. 10. post Aym. in loco per eum citato, & voluit Rota diuers. par. 1. decis. 685. num. 4.

ARGVMENTVM.

Confessio validat nullitatem processus, Quando hoc verum sit, & quando non.

SVMMARIVM.



Confessio validat nullitatem processus, & vbi habemus confessionem, non attenditur defectus ordinis iudiciarij. num. 66. contra. num. 67.

Confessio validat ineptitudinem inquisitionis, seu accusationis. num. 68. contra. 69.

Confessio validat nullitatem processus etiam ex defectu inditiorum. num. 70.

Confessio validat nullitatem capturæ. nu. 71. contra. nu. 72.

Confessio validat nullitatem processus etiam quod sit omissus ordo substantialis. num. 73.

Confessus potest condemnari etiam perempta instantia, num. 74.

Confessus potest condemnari etiam nullo præcedente processu. nu. 75.

Et idem sine litis contestatione nu. 76.

Confessus potest condemnari a iudice non obstante nullitate processus, sed non per hoc iudex cogitur condemnare. num. 77.

Sententia in ciuilibus non reperitur quando reus confessus fatetur debitum licet secus sit in criminalibus num. 78.

Confessio non validat nullitatem processus quando nullitas resultat ratione præposterati ordinis num. 79. contra num. 80.

Confessio non præcedente inquisitione non sufficit ad condemnandum. nu. 81. contra. nu. 82. vbi declaratur.

Confessio emanata per torturam non validat nullitatem processus. num. 83.

Idem in confessione emanata metu tormentorum num. 84.

Et multo magis confessio per torturam non supplet defectum inditiorum. nu. 85.

Et generaliter confessio nunquàm supplet iniustitiā torturæ. nu. 86.

Confessio quando est nulla in se ipsa non sufficit ad condemnandum. num. 87.

Confessio facta coram iudice delegato, non validat nullitatem processus. num. 88.

Confessio non validat nullitatem processus prouenientem ex defectu iurisdictionis. nu. 89.

Confessio ficta non validat nullitatem processus. nu. 90.

Confessus non potest condemnari in pœnam ordinariam quando processus est nullus. num. 91.

Confessio validat nullitatem processus in ciuilibus, non autem in criminalibus, quod; an verum sit. nu. 85.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. II.



66 REGVLA sit, quòd confessio validat nullitatem processus, & vbi habemus confessionem defectus ordinis iudiciarij non facit, quin confitens possit condemnari, nec ad cōdemnandum confessum iudiciario ordine opus est; iuxta illud Ouidij, *Non est confessi causa tuenda rei*, & ijs similia tex. in c. 1. de accusa. in 6. vbi, quòd confessio sufficit ad condemnandum, etiam ꝙ inquisitio fuerit formata nō præcedente fama, ac etiam ꝙ illius capitula ipsi reo nō fuerint exhibita, & ibi hoc notant Archid. in prin. in verbo *confessus*. Io. Andr. in summario. Io. Monac. nu. 1. & nu. 3. Gemin. in princ. & num. 2. Franc. in summario, & nu. 1. fuit originale d. Innoc. in c. qualiter, & quando el 2. nu. 7. vers. non negamus tñ de accus. quem sequuti sunt ibi Ioā. Andr. post nu. 2. Anchar. nu. 42. Io. de Anan. in §. licèt autē nu. 3.

num.3.& in §.debet.num.3.vbi,quòd ita communiter dicunt Doct.Fely.num.1.vbi,quòd in hoc omnes scribentes sequuntur.Innoc.hic d.nu.1. in fi. vbi testatur esse tutã,& vulgatam conclusionem, ꝙ scilicet confessio nõ requirat telam iudicij,nec curet ineptitudinem processus, Fulgos. in l.1.nu.3.ff.de confess.Bart.in l.si confessus. nu. 2.& seq. ff.de custod.reor.Salyc.in l.2.nu.11.C.de custod. reor.relat' per Rom.in l.magistratib.nu.4.vers.adde pone. ff.de iurisdict.omn.iud.idem Rom. in l. cum mulieri.num.29.ff. sol.matr.Bellam. in c.at si clerici,num.16.ante 2.oppositionem,& ibi etiam Imol.num.3.Anchar.nu. 11. vers.tertio circa confessionem.Card.Zabar.nu.2.col.2.vers.& in hoc nota diuersitatem,Anan.nu.3.Abb.num. 5. vers.vnde tenet confessio,& nu.6.& 17.vers.quia confessio. Aret.post nu.6. vers.sed quando processus.Dec.nu. 18. vbi alijs relatis dicit istud dictum Innoc. communiter approbatũ, & nu.193.Bero.nu.24.vers.defectus autem,& num.32. ad finem,& num.37.extr.de iudic.Bal.in c. per inquisitionem, num.4.de elect.& ibi etiam Butr.post num.30. vers.immò plus.Marian. in c.qualiter,& quando,il 2.num. 1012. vbi quòd ita tenent ibi Innoc.& communiter doctores,Paris de Put.de sind.in verbo *executio sententiarum*, cap.2.nu.3. fol.mihi 177.& verbo *tortura*,cap.9.num.3. post medium fol.mihi 320.col.4.verbo *tortus*,cap.9.num.1. vers.quæ ratificatio fol.351. col.2.Adden.ad Ang. de malef.in verbo *quòd fama publica*,post num.112.lit.A.idem Ang.de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti,& confitebuntur totum*, nume.7. & ibi in addit. lit. A. Lanfranc.in cap. quoniam contra in verbo *confessio*, post nume. 21. de probat. Diaz. regu. 123. in princip. Marsil.in prac.§. postquam num. 12. vbi quòd in hoc omnes sequuntur Innoc.in loco præcitato,& nu.31.& idem repetijt in sing.201.in princ. vers.& adeo est vera hæc regula,Franc.Cason.de indit. tractat.8. cap.3.nu.4.& in tracta.de tormen.cap.18.rubr.de confess. spontan.&c.nu.6.Maran.in spec.tit. de confess. nume.24. Gramat.decis.48.nu.6.Carer. In pract. in 2.tract. de indit. &c.§ in tex.ibi voce propria confessus,nu.13.& §.circa septimum,num.6.in fine, Foller.in pract.crimin.verbo,*& si confitebuntur*,par.1.num.3.& nu. 65.Cyrill. in summa crimin.rub.16. de confess.§.2.nu.1;vers.confessio,&c. & nu. 5.Gig. de crim.læs.maiest.lib.1 rub.quom.in crim. læs.maiest. proced.7.nume.& lib.2.tit. quom. & per quos crim. læs.maiest.prob.q.1.num.6.Boss.in titu.de confess.nu.40. Viui,opin.140.num. 1. vbi alijs relatis testatur de communi.Capra.in tract.de notorio membro 1.num.30.decis.Pedemon. 109.nu.13. Pract. Corrad.tit.de confess.crim.nu. 6. & seq.fol.mihi 281. colũ.2.Ant.Gomez.variar. resolut. tom.3.tit.de probat.delict.cap.12.nu.8.vbi etiam alijs relatis testatur de communi.Clar.in pract. §. fina. q.55. vers. item posset allegare, vbi refert alios testantes de cõmuni, & quòd illam in iudicando intrepide sequi debemus tanquàm canonizatam in iudicijs, & scholis.Alex. Striat.in pract.iudic.cap.19.num.49.Laut.Tennin.in pract. cautel. 28.num. 1. vers. pariter tantæ est potentiæ. Mascar.de probat.lib.1.conclu.244.nu.4.& conclu.357.nu.3. vbi de cõmuni.Flamin.Cartar.de exequut.senten.cap.1. nu.34.& cap.fin.nu.215.& num. 216.vers.sed quoniam,vbi pariter, quod hæc opinio tanquam communis in iudicando,& in scholis canonizata est, Brunor. a Sole in suo compendio, vers. Confessio est tantæ poten tiæ, &c. fol.45. a tergo,& vers.confessio iudicialis,&c.fol.46.a tergo,& eam consulendo sequuti sunt,Marsi.cons.46.nu.17.& cons.29.nu.5. & cons.48.nu. 3.& cons.130.num.2.& 3. Gram. cons.40. nu. 26.& num.30.Neuiz.cons.18.nu.17.Bertaz.cons.341. num.1.lib.2.Rol.cons. 31. num.4. lib.1.Brunor.à Sole in suo cons.crim.nu.10.vers.& est tantæ potentiæ.Frãc.Becci.cons.70.nu.1.& post nu.9. Bertaz.cons.498.nu.7.lib.2.

67 Quamuis contrarium, quòd immò confessio facta in iudicio nullo respectu ordinis iudiciarij non sufficiat ad condemnandũ;voluerint. Roman. in l.magistratibus,nu. 4. vers. sed adde.ff.de iurisdict.omn.iud. Dec.in d.l.magistratib.nu.10. vbi,quòd confessio facta in iudicio nullo, habet vim confessionis extraiudicialis; ergo non sufficit ad condemnandum. Mant.in c.at si clerici,nu. 5. vers.verũ nec interim extra de iudic. vbi contra primam opinionẽ arguit,quia si nullum est subiectum, corruit etiam accessorium,prout voluit. Bald.in c.1. de feud.guar. in vsibus feud. per text. in c. 1.de fid. instrum. ita si processus est nullus,debet etiam corruere confessio ad processum accessoria, prout etiam videtur de mente tex.in d. c at si clerici, dũ dicit,quòd,sicut sentẽtia à nõ suo iudice lata est nulla: ita ẽt est nulla,qñ processus est nullus, nec tenet cõfessio, & expresse hãc cõtrariã opinionẽ pluribus cõprobat, & respõdet contrarijs. Augustin.ad Ange. de malef. verbo *comparuerunt dicti inquisiti,& confitebuntur totum*, post nu. 5. Marsil.cons.130.num.36.ex Ang.in cons.178. aliàs 293. ad finem,vbi,quòd tutius est, quando processus est nullus reum absoluere ab obseruatione iudicij, & nouũ inchoare processum,& quòd ita aliàs obtinuit. Adde pro hac cõtraria opinione relatos per Alex.Striat.in pract.iudic. cap. 19.post num. 50.& seq.& per Flam.Cartar.in tract. de execut. sent.c.fin.nu. 216. vbi plures refert doctor. sequẽtes, Ang.in d.cons.178.& volentes isto casu reum stante nullitate confessionis esse absoluendum, quos etiam ante eum refert Hippolit.Riminal.cõs.126.nu.18.& seq.lib.2. Rol. cons.31.nu.25.lib.1.idem Brun.a Sole in d. suo cons. crimin. nu.156.vers.Nam aliàs,& num.168.

68 AMPLIA I. (& hæc ampliatio venit illatiuè ex proposita regula,& est eadem materia) vt pariter confessio validet processus nullitatem orientem ex ineptitudine inquisitionis,seu accusationis,& sic confessus poterit condemnari etiam,quòd inquisitio,seu accusatio sit inepta.Bar.in l.si confessus,nu. 2.ff.de custod.reor. Aret. in c.at si clerici post nu.6. & ibi etiam Dec.nu.33.& seqq.vbi refert,& reprobat contrarium tenẽtes,Bero.nu.32.ad finem,& num. 44.per totum,vbi latè comprobat,respondet cõtrarijs, & testatur de veriori opinione extra de iudi. Fel. in c.qualiter,& quando,§.licèt autem num.1. in fine de accusat.vbi quòd hæc conclusio est vulgata,& tuta,Boss.in tit.de confess.nu.40.& ita fuit de mente omnium doctorum allegatorum supra nu.66.

69 Quamuis contrarium,quòd confessio nõ validet ineptitudinem inquisitionis consuluerit.Ang.in d.cons.178. ad finem dicẽs;tutiùs isto casu esse reum, licet confessum absoluere,& nouum inchoare processum, & Ang. sic dicẽtẽ sequuti sunt plures doctores,quos supra allegaui. num.67. Nec dissentire videatur. Mars.cons.130.nu.36. Marãt. in spec.in tit.de inquisit. nu. 208.& Herculan.de negat.num. 198.Bertaz.cons.187.nu. 11.lib.1.vbi quòd confessio non nocet confitenti,si inquisitio est inualida.

70 AMPLIA II. vt confessio validet nullitatem processus etiam,quòd emanauerit inditijs nõ præcedentibus, & sic etiam, quòd processus,seu inquisitio sit nulla ex defectu inditiorum,vt dixi supra hac eadem q.nu. 13. & seqq. hic non repeto.

71 AMPLIA III. vt confessio validet nullitatẽ capturæ factæ sine inditijs,licet enim reus fuerit indebitè, & sine inditijs captus, adhuc tamẽ potest cõdemnari, si delictum cõfiteatur,Boss.in tit. de confess.num.66.vers.est verum,& in titu.de captu.num.8. ibi remissiuè, & faciunt pro hac opinione doctores allegati supra num.13. volẽtes confessionem validare nullitatem processus, resultantem ex defectu inditiorum.

72 Quamuis cõtrarium voluerint Ancharan.& Alex.in locis relatis per Boss. qui bene illis respõdet in loco præcitato,& cõtrarium etiam voluisse videatur, August.ad Ang. de malef. in verbo *fama publica*,post num. 36. vers.plus dicebat,& videtur de mẽte Honded.in cõs.108. num. 28.& quidem apud nos deriderẽtur illi aduocati, qui reos confessos defendere vellẽt sub prętextu nullitatis capturę,quãdo confessio haberet alia requisita.

73 AMPLIA IIII. vt cõfessio validet nullitatem processus,etiã quòd sit omissus ordo substãtialis, ita ampliat, latè comprobat,& respõdet cõtrarijs Frãc.in c. 1. num. 5. vers.ex omnibus,& vers.sed aduerte,& num. 6. & seqq. de accusat.in 6.

74 AMPLIA V. vt cõfessus possit cõdemnari etiam perempta instãtia,Bal.in l.properãdum in prin. post nu.10. vers.

vers.vnum tamē addo. C. de iudic. quem sequuti sunt Dec. in l. magistratib⁹ nu.7. vers.& inducit ff. de iurisdict. omn. iud. Anan. in c. at si clerici num.3. & ibi etiam Bero. num. 23. ad finem. vers. vel potes exemplificare, & num. 24. de iudic. idem Anan. in c. qualiter, & quando il 2. §. licet autem num.6. de accusat. vbi benè comprobat hanc conclusionē. Frāc. in c.1.nu.7. vers. tertio ad idem de accusat. in 6. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitebuntur totum.* post num.5. Marsil. sing. 201. vers. pro qua doctrina, & cōs. 46. num. 18. & cōs. 48. num. 4. Foller. in pract. crim. verbo, *& si cōfitebūtur*, par. 1. nu. 30. vers. cōtrariam opinionem. fol. 297. & nu. 67. fol. 305. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. nu. 7. in fine fol. mihi 282. col. 1. Franc. Becc. cons. 70. post num. 9. Bertaz. cons. 276. nu. 5. & est communis, vt ex præallegatis apparet.

75 AMPLIA VI. vt confessus possit condemnari, etiā nullo præcedente processu. Abb. in c. at si clerici num.6. & nu.17. vers. tertio casu de iudic. & ibi etiam Bero. num. 37. & Mant. nu. 6. in 4. notab. Anchar. in c. cum super nu. 3. & 4. vbi reddit rationem, quia scilicet confessio inducit notorium: notorium autem non requirit ordinem iudiciarium c. vestra de cohab. cler. & mul. sequitur Card. Zabar. in d. c. cum super col. 2. vers. si de crimine testis titu. Anan. num. 5. extra de confess. Bal. in c. per inquisitionem nu. 4. & ibi Butr. num. 26. post med. col. 4. in prin. vers. potest assignari alia ratio. Card. Zabar. col. 2. post med. vers. dicit etiā generaliter de elect. Anchar. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 42. de accus. Fran. in c. 1. num. 7. in fine, & nu. 8. de accusa. in 6. Cors. sing. verbo *confessio*, nu. 11. in prin. cōns. crim. diuers. 94. nu. 17. Brun. de indit. par. 2. q. 6. nume. 9. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c § in tex. ibi voce propria confessus nu. 9. ex quibus sine dubio hæc ampliatio potest dici communiter recepta, quamuis contra eam consuluerit, Ang. in cons. 178. visis actis prædictis num. 3. vers. sed contra istam determinationem, & fortiter vrgere videantur tradita infra nu. 81. vbi dixi confessionem non supplere defectum inquisitionis, & sic confessum non posse condemnari non præcedente inquisitione, seu accusatione. Ergo multo minus sine processu, nisi saluando hanc ampliationem, dixeris posse hunc confessum sine processu condemnari, non in pœnam ordinariam, sed in extraordinariam, vt in simili de confesso sine inquisitione dixi d. num. 81. & faciunt generaliter tradita infra nu. 91. vbi dixi cōfessum posse condemnari non obstante nullitate processus, nō in pœnam ordinariam, sed extraordinariam.

76 Et idem confessum posse condemnari sine litis cōtestatione scripserunt Bero. in c. at si clerici. nu. 24. vers. & tamē confessio post Bar. & Innocen. in locis per eum relatis, & & ibi etiam Mant. nu. 5. extra de iudic.

77 LIMITA I. huius secundi capitis præpositam regulam, vt; licet iudex possit, si velit condemnare reum confessum, non obstante nullitate processus. Non tamē cogitur. Ang. cons. 178. in fine quem sequuti sunt Dec. in c. at si clerici, nu. 36. in fine extra de iud. vbi dixit hanc esse notabilē declarationem. Boss. in tit. de confess. nu. 40. ad finem, vbi dicit hoc esse notādum in casu, in quo quis habet iudicē fauorabilem.

78 LIMITA II. quia, licet confessio validet nullitatem processus, ac etiam in ciuilibus suppleat defectum sententiæ, quia scilicet cōfessus nō condemnatur, sed sine alia cōdemnatione ad soluēdum cogitur ad text. expressum in l. vnica, & ibi glo. & communiter omnes C. de confess. & in l. certum. ff. eodem: Non tamē supplet defectum sentētię in criminalibus, quia nisi condemnetur, non habetur pro cōdemnatio, & sic sententia, & condemnatio requiritur l. si confessus ff. de custod. reor. & voluit gloss. in d. l. vnica in glo. magna. vers. de criminali autem, & ibi etiam hoc adnotarunt Bellaper. col. 6. in fine vers. dico, quòd immò debet cōdemnari. Bart. num. 10. vers. veruntamen, &c. & num. 11. Alberic. nu. 9. post med. vers. in criminali. Salycet. num. 20. & seq. & num. 22. in fine. vers. aut quærimus. Pau. de Castro nu. 5. & nu. 9. vers. sed si erat criminalis, & num. 10. vers. nam, quòd in causa criminali. C. de confess. Bart. in l. 1. nu. 2. vers. habes ergo ff. eod. tit. de confess. & ibi etiā Fulg. num. 2. in fine. vers. quædam est cōfessio, glo. in l. si cōfessus, & ibi etiam Bart. in prin. Fulg. in prin. in 2. notab. Alber. num. 1. ff. de custod. reor. Ant. de Butr. in c. at si clerici post num. 28. vers. quādoque cōfessio il primo, & ibi etiam Abb. nu. 16. ad finem vers. 2. casu. Dec. num. 138. & nu. 183. Mant. num. 34. vbi licet aliqua in contrarium adducat, nō tamen ab hac limitatione, tanquam communi recedere videtur, extra de iudic. Franc. in c. 1. nu. 4. de accusat. in 6. Zaba. in c. olim post num. 7. & ibi etiam Abb. num. 9. vers. confessus autem in criminalibus, & Fely. num. 4. in fine vers. primo. quia. extra de rescrip. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 7. num. 5. ad medium fol. 348. col. 4. Tindar. de testib. lib. 2. par. 1. cap. 6. nu. 23. & seq. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 30. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c §. in tex. ibi voce propria confessus nu. 9. & nu. 11. vbi limitat in crimine raptus. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*. par. 1. nu. 98. vbi declarat. Cyril. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 2. post num. 1. vers. nam confessus; iuncto num. 15. vers. nec vnquam. Pract. Corrad. tit. de confess. criminis nu. 11. in 15. limitatione fol. mihi 284. vbi hāc conclusionem declarat tribus modis ex Socin. regu. 70 & fol. 286. in 23. limitatione, vbi declarat alio modo. Lauren. Tennin. in pract. cap. 28. nu. 3. Mascard. de probat. lib. 1. cōclus. 44. num. 1. iūcto num. 5. & num. 6. & cōclus. 346. nume. 7. & conclus. 349. sub nu. 3. Brunor. à Sole in suo compendio vers. confessio habetur pro iudicato. Ex quibus sine dubio, hanc limitationem verissimam, & communem esse, dubitandum non est.

79 LIMITA III. quando nullitas resultat ratione præposterati ordinis. Tunc enim confessio non validat nullitatem processus, nec ex ea potest cōfessus condemnari, secundum Ant. de Butr. post Hostien. quem allegat in c. qualiter, & quando il 2. num. 38. vers. quid si primo fiat inquisitio, & ibi etiam Fely. nu. 10. extr. de accusat. per tex. in c. cum post petitam ext. de elect. Foller. in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 65. in fine in 7. limitatione.

80 Cōtrarium, & forsan verius, quòd immo confessio validet nullitatem processus resultātem ratione præposterari ordinis latè defendit. Frāc. in c. 1. num. 5. vers. ex omnibus, & nu. 6. & seqq. de accusat. in 6. vbi bene comprobat, & respondet contrarijs, & pro hac contraria opinione faciunt doctores allegati in sequenti limitatione, volentes confessionem sufficere ad condemnandum, etiam, quòd emanauerit non præcedente inquisitione, dummodo post confessionem inquisitio subsequatur, & formetur.

81 LIMITA IIII. quia licèt, vt supra dixi, in prima ampliatione, confessio validet ineptitudinem inquisitionis: Non tamen suppler inquisitionis defectum, quia inquisitione non præcedente, seu accusatione, confessus condemnari non potest, saltem in pœnam ordinariam, licet bene si post confessionem subsequatur inquisitio, possit ex præcedente cōfessione in iudicio inquisitionis per fiscum repetita condemnari, quamuis d. inquisitio præcedere debuisset, colligitur hæc declaratio ex tradit. per Bald. post Innocē. quem allegat in l. 1. num. 33. C. de confess. Fulgos. in l. 1. num. 3. in fine. vers. exigitur tamē accusatio, vel inquisitio ff. eodem, & in l. si confessus num. 2. ff. de custod. reor. Lāfranc. in c. quoniam cōtra in verbo *confessio*. num. 21. de probat. Brun. de indit. par. 2. q. 6. post num. 30. & Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c § in tex ibi voce propria cōfessus nu. 10. & in 3. tracta. de homicid. §. & nota doctrinā nu. 13. Cyrill. in summa crim. § 16. de cōfess. §. 2. num. 2. Vul pell. cons. 1. num. 4.

82 Et licet cōtra hāc limitationem videatur facere ea, quæ dixi supra num. 75. dum probaui cōfessum posse cōdemnari sine processu. Ergo, & sine inquisitione prout expresse voluerūt incogniti aduocati in cōs. crim. diuer. 94. num. 15. lib. 1. qui propter eam declarāt doctrinam Bal. in d. l. 1. C. de cōfess. esse intelligēdam, vel in cōfessione emanata in tortura, vel etiam in cōfessione emanata incidēter, saluādo tamē hāc limitationem, respōde, prout pariter dixi in d. num. 75. quòd sine processu potest cōfessus cōdemnari, sed nō in pœnam ordinariam, ita hic cōfessus sine inquisitione præcedēte cōdemnatur, nō in ordinariam pœnam

nam,ſed in extraordinariam, prout etiam dicitur in d.cō ſil.crim.diuer.94.nu.15.verſ.qui tamen Baldus, & ſic nulla eſt contrarietas.

83 LIMITA V. vt huius ſecundi capitis regula procedat in confeſſione ſpontanea, ſecus autem in confeſſione per torturam emanata,etiam ꝙ legitimis præcedentib. inditijs emanauerit,ac etiam,ꝙ fuerit ratificata ex tali enim confeſſione ſtante,nullitate proceſſus, & ordine iuris non ſeruato,confeſſus damnari non poteſt,ita relatis,ac reprobatis cōtrarijs,hanc limitationem bene comprobat. Bero. in c.at ſi clerici. nu.60.& ſeqq.vſque ad nu.67. extr.de iudic.Foller.in pract.crim.verbo *& ſi confitebuntur*,par. 3.nu. 88.fol.mihi 319.Maſcar.de probat.lib.1.conclu.357.nu. 4. Rolan.conſ.31.num.8.lib.1.Brun.à Sole in ſuo conſ.crim. nu.158. & ſeqq.

84 Immò non ſolum confeſſio per torturam, ſed etiam metu tormentorum emanata,non validat nullitatem proceſſus. Nec ſufficit ad condemnandum, vt idem Bero.in d.c. at ſi clerici,nu.47.de iudic.vbi etiam ampliat in confeſſione facta metu probationum, (ſed de hac ampliatione dubito) ſicut & ipſe cogitandum relinquit.

85 Et multò magis confeſſio per torturam non ſupplebit defectum inditiorum, vt latiùs dixi infra q.85. vbi ꝓpriè eſt locus ſuus. Tunc enim cōnfeſſio eſt de ſe inualida, & propterea proceſſus nullitatem non ſupplet,per ea,quæ generaliter dixi in ſeq.limitatione,& in ſpecie cōſuluit Marſil.conſ.29 num. 50.vbi amplius,quòd illa concluſio, quòd confeſſio ſuper inordinato proceſſu præiudicat cōfitenti, procedit in ciuilibus,non autem in criminalibus,& gloſſ. quam allegat in l.pen.ff.de quæſt.ſed hoc vltimum nō credo verum, & contra mentem omnium Doctorum allegatorum ſupra nu.66.

86 Et generaliter, quòd confeſſio per torturam emanata, non ſuppleat iniuſtitiam ipſius torturæ ex quocunq; capitè fuerit indebitè illata,latè defendit Anto.Gomez. variæ ſolut.tom.3.cap.13.rub.de tortu.reor.nu.25.ad finem,vbi etiam reſpondet contrarijs.

87 LIMITA VI.vt eadem regula non procedat, quādo nullitas ineſt in ipſa confeſſione,vel vt alij dicunt, quando nullitas proceſſus reddit etiam nullam ipſam cōfeſſionem. Tunc enim confitens cōndemnari non poteſt, quia confeſſio nulla,& inualida nullum operari poteſt effectum, ſicut,poſt alios,quos referunt antiquiores,tradiderunt Vāt. de nullit.in rub.quib.mod.ſenten.nullit.repar. nume.126. Alex.Striat.in pract.iudic.c.19.nume.50.Flamin.Cartar.de execut.ſentent.cap.fina.nu.217.Bruno.à Sole in ſuo compendio, verſ. confeſſio inualida, & verſ.ſequenti fol.mihi 46.à tergo. Rom.conſ.167.nu.3.in fine,& num.4. Marſil. conſ.14.nu.3.& nu.17.& conſ.29.nu.9.& nu.49.in fine,& conſ.46.nu.19.Bertaz.cōſ.341. nu.17.& ſeqq.lib.2.Rolād. conſ.31.num.8.lib.1. & conſ.17.nu.23.& ſeq. lib.3.Brun.à Sole in ſuo conſ.crim.num.158.& ſeqq.idem Bertaz. cōſi. 449.num.3.

88 LIMITA VII. vt pariter dicta regula procedat in confeſſione facta coram iudice ordinario,ſecus autem coram iudice delegato : nam tunc nullitas proceſſus non ſanatur per cōfeſſionem rei.Marſil.qui alios refert in pract. § poſtquam.nu.14.& conſ.46.nu.19.ad medium. Carer.in pract. in 2. tracta. de indit. &c.§.in tex. ibi voce propria confeſſus, num.13.Foller.qui hæc benè declarat in pract. crim. verbo *& ſi confitebuntur*, par.1.nu.5.Monticell.reg. crimin.19. nu.15.

89 LIMITA VIII. quando nullitas proceſſus prouenit ob defectum iuriſdictionis, tunc enim confeſſio ſubſequuta, nec talem nullitatem validat,nec ad condemnandum ſufficit.Hippol.Riminal.conſ.126.nu.15.lib.2. vbi loquitur, ſiue defectus iuriſdictionis oriatur ratione incompetentiæ iudicis,de quo latius dixi infra hac eadem q. c.6. ſiue etiam ex eo,quòd ſtatutum,aut lex reſiſtat, aut prohibeat fieri proceſſum, & inquiſitionem formari, niſi ſub certa forma,vel ex aliqua alia cauſa. Flamin. Cart. qui ad hanc limitationem,& antiquiores,& iuniores refert concordantes,& etiam de veriori, & communi opinione teſtatur in tracta.de exequut.ſentent. cap. fina.nu.218.

90 LIMITA IX. in confeſſione ficta, quam non validare nullitatem proceſſus,plenè ſcripſit, & concordantes retulit.Flamin.Cartar.de exequut.ſent.c.fina.num.215.& ſeqq.& ante Cartar.Rolan.conſ.31.nu.6. iuncto nu. 11.& ſeqq. lib.1. & latè ego etiam dixi in prima parte tit. de inquiſit.q.11.nu.34.hic non repeto.

91 LIMITA X. vt licèt confeſſus poſſit condemnari ex proceſſu nullo,non tamen poteſt condemnari in pœnam ordinariam,ſed tantum in extraordinariam ſecundum Bero.qui hanc limitationem benè comprobat in c.at ſi clerici.nu.44.in fine verſ.& ſequendo hanc opinionem, & nu. 45.& nu.46.in princ.extra de iudic.ſequitur Hippoly. Riminal.conſ.126.num.18.& ſeq.lib.2.& ante iſtos conſulendo tradidit.Ang.in conſ.178.nu.2.& num.3.verſ.ſi quam ergò pœnam &c.ex Innocentio,quem allegat in c. per inquiſitionem,de elect.

ARGVMENTVM.

Confeſſio facta in vno iudicio, An & quando probet in alio.

SVMMARIVM.



Egula ſit, quòd confeſſio facta in vno iudicio probat in alio num. 92.

Amplia I. non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus.num.93.

Aplia II. vt confeſſio facta in iudicio ciuili, præiudicet in criminali nu.94.contra nu.95.

Amplia III.vt confeſſio facta in criminali,præiudicet in ciuili nu.96.

Amplia IIII.etiam à confeſſione facta coram arbitro nu.97.

Declara I. præcedentem ampliationem quoad ſemiplenam probationem,non autem quoad plenam nu. 98.

Declara II. vt procedat in ciuilibus,ſecus in criminalibus nu.99.

Amplia V.vt confeſſio facta in iudicio ſummario,probet etiam in plenario nu.100.

Amplia VI.in confeſſione facta in iudicio nullo nu.101.

Amplia VII.etiam in confeſſione facta à teſte nu. 102.

Limita I.inter eaſdem perſonas,ſecus inter diuerſas nu. 103.

Limita II. quoad tertium num.104.

Limita III.in confeſſione ficta nu. 105.

Limita IIII.in confeſſione tacita nu. 106.

Limita V.quando confeſſio fuit reprobata à iudice,vel à parte nu.107

Limita VI.in confeſſione procuratoris nu.108.

Limita VII.in confeſſione incidenter emanata nu.109.

Limita VIII in confeſſione emanata ad diuerſum finem nu. 109.

Limita IX.quando variatur modus agendi d. nu.109.

Limita X.quando agitur de intereſſe partis num. 109.verſ.Et quando, & ſeq.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. III.



EGVLA ſit in hoc tertio capite,quòd confeſſio facta in vno iudicio,præiudicat confitenti in alio. l. iubemus, & ibi præſertim Bal. C. de liber. cau. Diaz.reg.121.in prin.ex Purpura.in l.is apud quē, nu.82. C.de eden.Villalob.in comm. opin. litt.C, num.141.Abb.in c.per inquiſitionem,nu.12.de elect. Rota deciſ.8. nu.11.de teſtamen.in antiquis. & in tit. de confeſſ.deciſ.4.alias 855.nu.2.pariter in antiquis.Caputaquē. deciſ.208. num.6.par.2.& deciſ.190.num.1.par.1. Cephal. conſ.100.nu.17.lib.1.& conſ.215.num.56.lib.2.Paul.Granut.theorem.20.nu.26. vbi alios refert.

93 AMPLIA I. non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, nam cōfeſſio criminis facta in vno iudicio, quòd præiudicet in alio tradiderunt Bellam.in c.per inquiſitionem,nu.1.in 2.oppoſitione,& nu.6. verſ.aut nullum alium ſenſum,& ibi etiam col.3.in fine.verſ.dicit Innocentius,& col.4.in prin.& col.penul.nu.30. & ibi etiam Imol. nu.4.in fine,col.3.in prin.verſ.nota,ꝙ confeſſio,& num.6. verſ.tertius intellectus eſt. Anchar. nu.2. verſ.ſed contra

hoc

hoc oppono &c. Card. Zabar. nu. 6. & nu. 7. in 8. oppositione, vbi respondet contrarijs Abb. post num. 12. vbi de veriori, & communiori opinione, extra de elect. Mant. in c. at si clerici, nu. 9. extra de iudic.

94 AMPLIA II. vt etiam confessio criminis facta in iudicio ciuili, vel in causa criminali ciuiliter mota, praeiudicet in criminali iudicio. Spec. in tit. de action. §. super petitionibus, nu. 8. Butr. in c. per inquisitionem, num. 30. de elect. & ante eum videtur fuisse de mente Innoc. in d. c. per inquisitionem, prout eum refert, sed non sequitur. Abb. in c. qualiter, & quando, il 2. nu. 35. de accusat. Bal. Butr. Ang. Salyce. & alij relati per Fely. in d. c. qualiter, & quando, il 2. §. ad corrigendos, nume. 49. vers. est verum, iuncto vers. sed aduerte, extra de accusat. Purpurat. in l. is apud quem, nu. 83. ad fin. vers. quintò, vt confessio. C. de eden. Aret. in c. at si clerici, nu. 51. de iudic. & in c. causamque num. 17. & seq. vbi de communi, extra de testib. Dec. in c. at si clerici, nu. 208. extra de iudic. August. ad Ang. de malef. verbo *& ad querelam*, nu. 87. Diaz. reg. 121. in 5. ampliatione. Cason. de tormen. cap. 21. rub. de confess. ratifican. nu. 13. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nume. 140. Boss. in tit. quom. proced. per excep. nu. 4. & in tit. de plur. violen. post nu. 117. vbi de communi ex Aret. in loco praecitato, Pract. Corrad. rit. de confess. crim. nu. 10. in 14. ampliat. fol. mihi 283. col. 1. vbi de communi. Bertaz. cons. 129. nu. 16. lib. 1. Mascar. de probat. lib. 1. conclu. 348. nu. 16. & 17. vbi alios refert.

95 Contra, quòd confessio facta in iudicio ciuili, vel criminali, ciuiliter intentato non sufficiat ad condemnandum in criminali iudicio criminaliter intentato, voluit Abb. in cap. qualiter, & quando il 2. num. 35. ver. sed contrarium, de accusat. post glo. quam allegat in c. ex poenitentib. 30. di stin. Nec ab opinione Abbatis dissentit ibi Ioan. de Anan. in §. ad corrigendos, (licèt dubiè quodammodo loquatur) num. 26. & Ananiam sic intelligendum refert, & sequitur Felyn. ibidem num. 46. in fine, vers. & est verum, iuncto nu. 47. & ante istos ita etiam videtur fuisse de mente Bal. in l. quod euitando, nu. 1. in fine. C. de cond. ob turp. cau. vbi, quòd confessio facta in iudicio ciuili, operatur idem, quòd fama, vel denunciatio, ex qua iudex criminalis poterit nouum inchoare processum, & sic videtur tenere, quòd sufficiat ad inquirendum, non autem ad condemnandum, & Bal. sic dicentem refert Hier. Cucbal. in addit. ad Angel. de malef. in verbo *& ad querelam*, nu. 97. ad fin. vers. sed aduertendum, & sequitur Felyn. in c. causamque, nume. 22. post med. de testib. item contra tenent relati per Mascard. d. conclus. 348. num. 19. volentes, quòd quando variatur modus agendi, confessio facta in vno iudicio non praeiudicat in alio, & haec opinio tanquam verior magis placuit Clar. (licet primam dixerit communem) in pract. §. fina. q. 54. vers. sed quid si exhibeatur, vbi propterea, quòd in iudicio criminali non facit talis confessio emanata in iudicio ciuili, nisi semiplenam probationem, & sic inditium ad torturã, & ibi reddit bonam rationem, quia, scilicet, est facta corã alio iudice, & ad alium finem, quòd si casus contingeret, ita ipse seruaret: & ad hanc contrariam opinionem, pro qua etiam multum faciunt Doctores allegati, infra nume. 273. & seq. tanquam veriorem ex ratione per Clarum considerata, quę (ni fallor fortissima est) omninò in iudicando seruandã esse crediderim, praesertim, quando confessio est emanata in iudicio summario, quia tũc multò minus praeiudicabit in criminali iudicio ex allegatis per Masc. d. conclu. 348. num. 37.

96 AMPLIA III. quia è contra confessio facta in criminali iudicio praeiudicabit in ciuili, Purpurat. in l. is apud quem, nu. 83. in fi. vers. & è contra facta in criminali, & ibi etiam Cagnol. post Bal. Alex & alios, quos allegat nu. 128. C. de eden. Ægid. decis. 3. Fely. in c. causamq; nu. 23. ext. de test. vbi declarat hoc procedere inter easdem personas, vel quando iudex processit ex officio, secùs si inter alias personas, & quãdo criminale iudicium instante accusatore intentatum fuit, & ita etiam videtur consuluisse Io. de monte Sperello in suo cons. 115. quem vide in materia. Mascar. qui ad hanc conclusionem plures refert concordantes, de probat. lib. 1. conclu. 351. nu. 3. Et voluit Rota in vna Meliten. Abbatiae coram R. P. D. Gyptio, Lunae 27. Aprilis 1591. vbi etiam restatur ita aliàs fuisse resolutum in vna Beneuentana Abbatiae coram eodem Gyptio de anno 1590. & coram D. Seraphino Decano in vna Lucana Canonicatus 28. Februarij eiusdem anni 1592. Et rursus eadem Rota in vna Mediolanen. fratrum coram R. P. D. Pamphilio. Veneris 20. Iunij 1598. in fine decis. & in alia coram R. P. D. Mãtica Turritan. tertiariae: praemissa declarãdo resoluit, quòd confessio facta inter reum, & fiscum in iudicio criminali non nocet eidem reo in iudicio ciuili à parte intentato, quia inter diuersas personas; & faciunt pro hac declaratione generaliter tradita infra nu. 103.

97 AMPLIA IIII. etiam in confessione facta coram arbitro, quae pariter cõfitenti praeiudicabit coram iudice, Diaz. d. reg. 121. in prima ampliat. per tex. quem allegat in l. penul. C. de arbitr. & ex Purpurat. in d. l. apud quem, nu. 32. vers. & procedit primò, C. de eden.

98 LIMITA I. hanc iiij. ampliationem, vt talis confessio facta coram arbitro probet coram iudice non plenè, sed semiplenè, & sic non habebit vim confessionis iudicialis, sed tantum extraiudicialis ex allegatis per Alex. Sciar. in sua pract. iudic. cap. 19. nu. 53.

99 LIMITA II. eandem quartam limitationem procedere in ciuilibus, secùs autem in criminalibus, quia, quando agitur de poena; confessio facta coram arbitro dicitur facta coram iudice competente. Ideò in criminali iudicio non probabit, prout dicam infra hac eadem q. c. 6. & expressè voluit Cyrill. in summa crim. rub. 16. de confess. §. 3. post num. 1.

100 AMPLIA V. vt confessio facta in vno iudicio summario probet etiam in plenario, Diaz. dicta reg. 121. in 2. ampliat. post Innocen. Abb. & Alex. quos allegat, & quos etiam refert, & sequitur Purpurat. in d. l. is apud quem, nu. 82. vers. secundò etiam. C. de eden. Mascar. de probat. lib. 1. conclu. 348. nu. 9. & seq. & ante istos Aret. in c. at si clerici, nu. 51. & ibi etiam Dec. nu. 209. de iudic. Fely. in c. causãq; nu. 7. de testib. Socin. reg. 7. in penult. fallen. Vbi ampliat etiam, quòd agatur ad alium finem.

101 AMPLIA VI. in confessione facta in iudicio nullo, quae probabit etiam in alio iudicio. Purpurat. in d. l. is apud quem, num. 82. in fine, vers. tertiò etiam. C. de eden. quem refert, & sequitur Diaz. d. reg. 121. in 3. ampliat. & facit ratio, quia, vt dixi supra nu. 66. confessio validat nullitatem iudicij.

102 AMPLIA VII. etiam in confessione facta ab aliquo, vt teste in vno iudicio, quae pariter contra eundem testem sic examinatum, & confitentem probat in alio iudicio, Diaz. d. reg. 121. in 4 ampliat. & ita relatis hinc inde contrarijs residere videtur. Purpurat. in l. is apud quẽ, nu. 83. C. de eden. ex Fulgos. quem allegat in cons. 49. incip. Domina Antonia, in fine, & Cuman. in cons. 194. quòd ponitur, quòd D. Antonia, col. 2. ante med. vers. respondetur, quòd immo &c. quibus addo. Bart. in l. 1. nume. 1. ff de fals. Ias. in l. 2. nu. 24. C. de eden. Butr. in c. cum in tua, num. 10. de testib. & in c. per inquisitionem, num. 17. de elect. Grat. cons. 141. lib. 2. quorum dicta benè inducit, & ponderat. Io. Pet. Surd. decis. Mantuan. 309. nu. 8. & seqq. Et licèt contrarium videatur sensisse Rota in titu. de confess. decis. 4. aliàs 855. ad fin. in antiquis: & Capic. decis. 52. in fine, vbi dixit non esse curandum de cauda, quae in dicta decis. reperitur, ibi in vers. in oppositum &c. Et ita etiam consuluerit idem Surd. in cons. 135. nu. 117. Prima tamen opinio magis aequitati consona videbatur Senatui Mantuan. teste eodem Surdo d. decis. 309. post nu. 17. & omnino tenẽda, quando praesertim talis confessio testis esset alijs coniecturis adminiculata, prout isto casu fuit iudicatum per eundem Senatum.

103 LIMITA I. huius tertij capitis propositam regulã, vt procedat in cõfessione facta inter easdem personas, tũc enim emanata in vno iudicio, praeiudicat in alio, secùs si inter diuersas, Io. Andr. ad Spec in tit. de oblig. §. fina. nu. 7. in verbo *indebitum*. Imol. in c. per inquisitionem, num. 7. de elect. & ibi Card. Zabar. nu. 6. post med. vers. dic non esse diffe-

differentiam. Fely. in c. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos, nu. 47. vers. adde aliud requisitum, extra de accus. Mant. in c. at si clerici, post nu. 9. vers. quòd vos dicite, de iudic. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 140. fol. 314. Rota in tit. de confess. decis. 4. aliàs 855. in fin. in antiq. Natta cons. 94. nu. 7. lib. 1. Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 19. nu. 43. Caputaquen. decis. 207. num. 4. par. 2. Io. Pet. Surd. decis. Mantuan. 309. num. 4.

104 LIMITA II. (& hæc limitatio est ferè eadem cum prima) vt licèt confessio facta in vno iudicio confitēti prę iudicet in alio, non tamen præiudicat tertio, Purpurat. in d. l. is apud quem, nu. 80. in fine, vers. istam conclusionem. C. de eden. & facit generalis conclusio, quòd vnius confessio alteri non nocet.

105 LIMITA III. vt eadem proposita regula procedat in confessione vera, secùs in ficta; Card. Zabar. in c. per inquisitionem, nu. 7. vers. octauò oppono, vbi benè comprobat, & ibi Abb. num. 12. ante fin. extra de elect. Fely. in c. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos, nume. 48. de accus. & in c. causamq; nu. 9. extra de testib. Diaz. reg. 121. in 2. fallen. Purpur. in l. is apud quem, num. 80. in fin. vers. 2. limitetis. C. de eden. Hier. Cuchal. in addit. ad Ang. de malef. in verbo *& ad querelam*, num. 97. post med. vers. secundò in confessione &c. Boss. in tit. de plur. violen. post nume. 117. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. sub nume. 140. fol. 314. Mascar. de prob. lib. 1. conclus. 348. nume. 22. & seq. & nu. 32. & seq. Hondede. cons. 66. nu. 58. & nu. 75. quamuis contrarium voluisse videatur Ioseph. Ludou. conclu. 3. vers. quibus coniecturis, & vers. seq. Ex cuius dictis, & ex allegatis per eum ibi potes hanc quartam limitationem declarare.

106 LIMITA IIII. regulam procedere in confessione expressa, & explicita, secus in confessione tacita, vel implicita, quæ facta in vno iudicio, in alio non nocet. Felyn. in cap. 1. post num. 6. vers. item dicas, de except. Purpurat. in l. is apud quem, nume. 81. vers. sextò limitetis. C. de eden. Diaz. regu. 121. in 6. limitat. Paul. Granut. theorem. 20. nume. 16. vbi exemplificat in confessione tacita resultante ex productione scripturarum, & ita etiam loquitur Hondede. cons. 66. nu. 58. Mascar. de probat lib. 1. conclus. 348. nu. 30. & seq. & hæc limitatio nullam habet difficultatem, quia vt dixi supra hac eadem q. cap. 1. nume. 32. confessio tacita, & implicita confitenti non nocet, etiam in eo dem iudicio.

107 LIMITA V. quando contra confessionem fuit per iudicem pronunciatum, & sic ea fuerit reprobata, tunc enim in vno iudicio emanata, in alio non præiudicat. Purpurat. in d. l. is apud quem num. 81. vers. quartò limitetis. C. de eden. vbi ampliat, siue reprobetur in præiudicium confitentis, siue etiam in eius fauorem, vt quoniam ipse confitens, non obstante sua confessione, fuisset absolutus August. ad Ang. de malef. in verbo, *& ad querelam*, nu. 88. & ibi in addit. littera A, & in verbo *necnon ad denunciationem*, nu. 22. sub vers. secundò limito. Diaz. reg. 121. in 4. limitat. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. fol. mihi 286. in 25. limitat. vbi de confessione reprobata à iudice, vel etiā à parte: quod & idem probauit Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 19. nu. 33. Caputaquen. decis. 197. lib. 1. allegat Alex. in l. 2. nu. 27. vers. hanc conclusionem, & ibi Dec. nu. 61. & Rip. nu. 21. C. de eden. Mascar. de prob. lib. 1. conclu. 348. nu. 13. vbi alios refert concordantes, & nu. 29.

108 LIMITA VI. in confessione procuratoris, quæ sicut Domino non nocet facta in eodem iudicio, vt dixi supra hac eadem q. cap. 1. nu. 60. Multò minus nocebit in alio. Sic enim sentiunt omnes Doctores allegati vbi supra d. nu. 60. in c. per inquisitionē, de elect. & vltra eos hoc idē expresse scripserunt Felyn. in c. causamque nu. 8. de testib. Mant. in c. at si clerici, num. 10. vbi respondet contrarijs, extra de iudic. Felyn. in c. 1. post num. 6. vers. saluo nisi &c. de except. Diaz. reg. 121. in 3. limitat. Cason. in tract. de tormen. cap. 2. rub. de confess. ratifican. num. 13. Purpurat. in l. is apud quem. nume. 81. vers. tertiò limitetis. C. de eden. Hier. Cuchal. in addit. ad Angel. de malef. in verbo, *& ad querelam*, num. 97. post med. vers. & primò intellige. Villalob. in commun. opin. littera C, nu. 143. vbi de communi Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 348. nu. 11. & num. 20. & seq. vbi alij referuntur concordantes. Clar. in pract. §. fina. q. 54. vers. quæro, vbi quòd ita communiter dicunt Doctores ex Bero. in c. qualiter, & quando. nu. 91. de accusat. Hōded. cons. 66. nu. 74. vbi & alijs pluribus relatis testatur de communi opinione.

109 LIMITA VII. in confessione incidenter emanata, quæ sicut non probat plenè in eodem iudicio, vt dixi infra hac eadē q. c. 7. nu. 219. multò minus probat in alio, Bertaz. cōs. 471. nu. 10. & seq. lib. 2. vbi in specie de cōfessione facta per verba enunciatiua, & ante Bertazzolum Purpurat. in l. is apud quem, nu. 81. in fine, vers. & idem si incidenter. C. de eden. & faciūt deducta per Io. Petr. Sur. decis. Mantuan. 309. nu. 1. & seqq. Cuius tamen contrarium voluisse videtur Boss. in tit. de plur. violen. post nu. 117.

Sed quid in confessione emanata in vno iudicio ad vnū finem, & effectum, an probet in alio, in quo agitur ad diuersum finem, & effectum. Vide August. ad Ang. de malef. in verbo *nec ad denunciationem*, num. 22. vers. secundò limita, vbi primò facit conclusionem, quòd confessio facta in vno iudicio ad vnum effectum, non præiudicat in alio ad alium effectum. Deinde dubitat de hac conclusione, & videtur tenere contrarium saltem quòad inditium, & præsumptionem, sed Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 348. nume. 19. dixit, quòd confessio facta in vno iudicio, non præiudicat in alio, quando variatur modus agendi, cuius contrarium etiam videtur voluisse. Bertazzol. in cons. 97. num. 1. vbi quòd confessio facta in vno iudicio præiudicat in alio, etiam quòad alium finem tendatur. Vide quæ dixi de confessione incidenter emanata infra nu. 272. & seqq & Ang. in l. 1. §. hoc edicto, nu. 10. ff. de vi bonor. raptor. Vbi dixit, quòd confessus in vno iudicio, etiā coram competenti iudice, potest dicere oppositum in alio iudicio, quòad alium effectum. Allegat glo. in auth. item possessor. C. qui pot. in pign. hab.

Et quando agitur de priuato interesse partis, tunc eò minus confessio incidenter emanata in vno iudicio probat in alio, secundum Roman. in l cum mulier num. 37. & seq. ff. solut. matrim. vbi ponit exemplum in cōfessione furti incidenter facta in vno iudicio: non enim, inquit, ipse ex hac confessione confitens potest condemnari ad restitutionem rei furatæ Domino ipsius rei, quia confessio, quā quis facit contra se cum vna persona, non præiudicat quòad aliam l. fina. ff. de interrog actio. item quia confessio facta coram vno iudice ad vnius postulationem, non præiudicat sibi quòad alium l. interrogatam. C. de libera. cau. cum alijs ibi per eum allegatis, vbi pluribus hanc cōprobat declarationem.

Sed contra hanc Romani conclusionem vide Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 31. ad finem fol. 298. vbi ex Bar. & Ang. in locis per eum relatis dicit, quòd licet confessio delicti incidenter facta non sufficiat ad condemnandum criminaliter, sufficit tamen ad condemnandum ad interesse partis.

ARGVMENTVM.

Confessio qualificata, An & quando possit per fiscū scindi, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari.

SVMMARIVM.



Confessio qualificata in criminalibus, & in ijs, quæ habent cōtra se præsumptionem prout est homicidium, iniuria, & similia regulariter scinditur, & pro parte acceptatur, pro parte autem impugnatur num. 110. & seq. contra nu. 112.

Confessio probat contra confitentem, pro eo autem nihil probat. nume. 111.

Confessio qualificata, & emanata sub duplici structu verborum scindi potest, & pro parte acceptari, pro parte autem non. nu. 113.

Confessio

Confessio qualificata potest per fiscum pro parte acceptari, & pro parte impugnari, etiam quòd sit prolata sub vnico structu verborum. nu. 114 contra nu. 115. distingue num. 116.

Confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur, non solum, quando qualitas tendit ad omnimodam impunitatem, & excusationem, sed etiam si tendit ad mitigandum pœnam, vt in eo qui fatetur occidisse, sed non animo occidendi *nu. 117.*

Confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur, quando qualitas adijcitur ex interuallo post confessionem delicti num. 118. & 119. vbi quòd potest reus, qui a principio simpliciter fassus est delictum, ex interuallo postea qualitatem adijcere nu. 119 & isto casu imponitur pœna ordinaria num. 120. licet alij contra num. 121. nisi tamen reus adiectam ex interuallo qualitatem probauerit num. 122. sed quid si iurauerit meram, & plenam veritatem dicere num. 123. & 124.

Confessus commisisse homicidium appensatè, non potest amplius postea probare, quòd non appensatè occiderit nu. 125. contra num. 126.

Confessio qualificata ex interuallo, post præcedētem negationem potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari num. 127. Et licet isto casu reus non probibeatur probare qualitatem adiectam nume. 128. si tamen eam non probauerit, punitur pœna ordinaria num. 129. Declara, vt num. 130. & seq.

Confessio qualificata multò magis potest pro parte acceptari, & pro parte non; quando aliundè, quàm ex confessione constat de delicto nu. 132. Et isto casu imponitur pœna ordinaria nu. 133. sed quid si de delicto non constat, nisi per inditia nu. 134. & seq.

Confessus qualificatè potest torqueri, vt simpliciter sine qualitate respondeat nu. 136. contrarium seruatur in practica nume. 137. & est ratio, quia si in tortura reus persistat, purgat omnia, & absoluendus est nu. 138. & 140. licet alij contra nu. 139 et quid de eo, qui à principio negauit delictum, et deinde fassus est cum qualitate, an possit, vel debeat torqueri nu 141.

Confessio qualificata incipiens à negatiua non potest diuidi, sed debet in totum acceptari, vel in totum oppugnari nume. 142. Idem si absque negatiua confessio incipiat à conditione num. 143 Verū has confessiones, & responsiones iudex admittere non debet nu. 144 sed an isto casu possit imponi pœna ordiuaria, vel extraordinaria num. 145. & seqq.

Confessio qualificata non potest diuidi, qnando confitens adiecit clausulam, & non aliter, &c. *num. 148.*

Confessio qualificata non diuiditur in non probibitis, & non habentibus contra se præsumptionem nu. 149.

Confessus extraxisse frumentum extra territorium, sed cum licentia, an possit reiecta qualitate licentiæ condemnari nu. 150. & seqq.

Confessio qualificata non diuiditur, quando de qualitate constat aliundè, vel ex probationibus, vel etiam præsumptionibus nu. 153.

Confessio qualificata, an possit diuidi, quando aliundè non constat de delicto num. 154. & seqq.

Confessio qualificata sufficit ad condemnandum non in pœnam ordinariam, sed tantum in extraordinariam num. 157. licet alij contra num. 158. Amplia 1. vt nec etiam possit imponi pœna corporalis num. 159. Contra num. 160. Resolue num. 161. Amplia 2. etiam quòd confessio sit grauata alijs inditijs nume. 162. Amplia 3. etiā quòd cōfessio qualificata incipiat à cōditione nu. 163. Limita 1. quando confessioni adiecta est qualitas ex interuallo nu. 164. Limita 2. quando aliundè constat de delicto nu. 165. Limita 3. quando reus à principio negauit, & postea fassus est cum qualitate nu. 166. Limita 4. quando confessio emanauit sub duplici structu verborum num. 167. Limita 5. quando contra qualitatem adiectam confessioni adest aliqua præsumptio. Et quid si pro qualitate adest præsumptio. An istis casibus possit imponi pœna ordinaria, vel extraordinaria nu. 168. & seqq.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. IIII.



REGVLA sit in hoc quarto capite, quòd confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur; pro parte autem impugnatur, quādo sumus in prohibitis, & ijs, quæ habent cōtra se præsumptionem, prout est homicidium, iniuria, & ijs similia. Fuit originalis doctrina Bart. in l. Aurelius §. idem quæsiuit ff. de libera. cau. quem sequuti sunt Bald. qui plurib. hanc probat conclusionem, & respondet contrarijs in l. 1. nu. 44. & seq. C. de confessis, vbi amplius, quòd iudex non debet admittere hāc qualificatam confessionē Socin. in l. non vtique nume. 7. ff. de except. Ias. in l. vt vim. num. 13. vers. moueor per illud, vbi testatur de magis communi opinione, & ibi etiam Claud. Seysel. post nu. 81. vbi pariter testatur de communi, & etiam Riminal. iun. num. 228. vers. sed benè venit ff. de iustit. & iur. idem Riminal. in l. 1. nu. 94. vers. ego vero, & num. 95. vers. hinc dicit. Bart. ff. quòd quisque iur. Bero. in c. at si clerici. num. 73. de iudic. vbi alijs relatis testatur de magis communi opinione Dec. in c. cum venerabilis. num. 82. de except. & ibi etiam Fely. nu. 15. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 118. vers. si verò reus confitetur. de accusat. Abb. in c. cum dilecti. nu. 6. de accusat. Tho. Ferrat. caut. 5. nu. 2. vers. non obstat modò, vbi dixit doctrinam Bart. in d. l. Aurelius. esse communiter approbatam, & pro ea alios affert concordātes. Ang. de malef. in verbo *comparuerūt dicti inquisiti, & partim &c.* sub num. 1. August. in addit. d. num. 1. in fine, & nu. 2. vers. quæ limitatio, &c. Pract. Mille. fol. 71. num. 33. Boer. decis. 164. sub nu. 20. vbi etiam testatur de communi alios refert idem tenentes, testaturq; secundum hanc opinionem pluries fuisse per illam curiam iudicatum. Diaz. regu. 122. in princ. Marsil. in l. repeti nume. 35. ff. de quæst. & in pract. §. postquam, num. 22. in fine, vers. & circa prædictam, & seq. & in §. secunda quæstio. num. 14. & sing. 185. in princip. Ant. Columban. in tractat. præceden. in cau. crimin. artic. 215. Nouel. in tract. de defens. rubr. respons. reor. in constitu. num. 31. & seq. fol. mihi 118. Maran. in Spec. tit. de confessione, nu. 27. vers. super qua conclusione. Ploc. de in lit. iuran. §. 40. post num. 2. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 46. fol. 300. Boss. in tit. de confess. nu. 19. vbi quòd in hoc dictum Bart. est communiter approbatum. Gabr. lib. 7. conclu. 19. nu. 1. vbi testatur de magis cōmuni opinione post multos alios, quos allegat Menoch. de recuper. posses. remed. 9 num. 47. & de arbitr. quæst. cas. 93. num. 37. vbi alijs relatis testatur de communi, & casu 279. num. 6. Sarmien. selectar. interpret. lib. 1. cap. 1. num. 11. & 12. Villalob. in commun. opin. littera C, nu. 146. vbi de cōmuni. Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. posset quoque reus, vbi reprobato Marsil. contrarium tenente, hanc dicit magis communem, & practicatam opinionem; & propterea ab ea in iudicando nō esse recedendum. Monticel. reg. 19. nu. 18. vers. quartus est, Alex. Sriat. in pract. iudic. c. 19. nu. 39. relati per Mascard. de prob. lib. 2. conclus. 867. nu. 1. vbi etiam de communi. idem Mascard. conclu. 490. nume. 17. Thom. Triuisan. decis. crimin. 46. nu. 9. & omnibus seqq. par. 2. vbi relatis, & reprobatis contrarijs, hanc dicit communem, & secundum eam ita aliàs obtinuisse in facto. testatur Fului. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 13. & seqq. vbi alijs pluribus relatis testatur de communi, & hanc opinionem consulendo etiam sequuti sunt Alex. cons. 39. nume. 3. lib. 7. vbi de magis communi. Gram. voto 2. num. 1. Barbat. cons. crimin. diuer. 93. num. 36. & seqq. lib. 1. Calef fat. inter cons. crim. diuers. cons. 88. nu. 2. lib. 2. vbi etiam de communi. Hippol. Rimin. cons. crim. diuers. 83. num. 6. lib. 2. Bertazz. cons. 27. nu. 1. & cons. 67. num. 6. & cons. 122. num. 14. vbi de communi lib. 1. & cons. 449. nu. 2. Vulpell. cons. 44. nu. 4. & seq. vbi hanc opinionem magis communem, & in praxi receptam fatetur, licèt magnos habere contradictores non inficietur.

111 Et pro hac regula facit alia conclusio, quòd cōfessio probat cōtra confitētem, pro eo autem minimè probat glo. in c. fina. verbo cōfessi, vers. itē quòd cōtra se, & ibi post alios Abb. nu. 13. vbi de materia, extra de confess.

112 Contrarium, quòd confessio qualificata etiam, quòd habeat contra se præsumptionem (sicut in eo, qui fatetur occidisse ad suam defensionem, ponunt Doctores exēplum) non possit à fisco, seù accusatore pro parte acceptari, & pro parte non, tradiderunt Bal. in l. 1. num. 43. C. de confess. vbi licèt primam opinionem veriorem crediderit (vt supra eum retuli) hanc tamen communiter à Doctoribus receptam videre fatetur Salycet. ibidem num. 12. secundum antiquam impressionem, & secundum nouam nu. 8. idem Bal. in l. nec codicillos, nu. 2. C. de codicill. (vbi tamen non se firmat) faciunt deducta per August. ad Ang. de malef. in ver-

in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & partim, &c.* num.1. in fine, vers. & aduerte, & num.2. Pract. Mille. fol.69. num. 18. & nu.21. relati per Gabr. lib.7. conclus.19. num.1. vers. contrarium tenuit &c. Marsil. consi.129. num.1. & consil. 136. nu.31. & nu.44. vbi testatur de magis communi opinione. Tiraq. de pœn. temperan. causa 27. post nu.7. vers. Et certè, vbi contrariam opinionem admodum sibi durã videri testatur, quando aliunde non constat de probatione delicti, plures pro hac opinione refert (sed non sequitur) concordantes, etiam de communi testantes Thom. Triuisan. decis. crim.46. num. 10. & seqq. & nu. 16. & seqq. vbi etiam referuntur rationes, & fundamenta huius opinionis, item plures alij relati per Mascard. de probat. lib. 2. conclus.867. nu.3. & num.14. vbi etiam affert rationem, quia scilicet homicidium in dubio non dolosè, sed ad defensionem factum præsumitur, & sic qualitas in confessione adiecta habet præsumptionem pro se, Brunor. à Sole, qui tãtum loqui videtur in ciuilibus in suo cõpedio vers. confessio acceptari potest, vbi de veriori, & communi opinione, & vers. cõfessio qualificata, vbi etiam de communi. Vulpel. consi.44 nu.5. vbi tamen loquitur, quãdo qualitas non per modum cõfessionis, sed excusationis proponitur, & Vulpellum eò loci refert, & declarat Thom. Triuisan. decis.46. nu.14 Roland. consi.17. num.28. lib.3.

113 AMPLIA I. huius quarti capitis propositam regulam, quæ sine dubio magis communiter à Doctoribus recepta est, & à iudicantibus practicata, vt procedat non solum, quãdo qualitas est adiecta cõfessioni, sub duplici structu verborum, vt puta, si quis dixerit, *occidi, sed ad meam defensionem*, quo casu omnes ferè Doctores fatentur eam posse scindi, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari, prout testatur Aret. instit. de except. in princ. num. 39. & expressè voluerunt Ang. de malef. in verbo *comparuerũt dicti inquisiti, & partim &c.* post nu. 1. vers. & maximè quando, & Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, nu.16. ad finem, extra de probat. vbi quod hoc est clarum.

114 Sed etiam si sit facta sub vnico structu verborum, puta si dixero, *occidi me defendendo, vel ad meam defensionem*, sic enim videtur de mente omnium ferè Doctorum allegatorum supra nu.110 qui loquuntur, & exemplificant in huiusmodi confessione, sic vnico verborum constructu emanata latè comprobat, & respondet contrarijs. Bal. in l.1. num.44. & seq. C. de confess. (licet contrariam dixerit ibi communem, & mox eum referam) Aret. inst. de except. in prin. nu.39. vbi quod semper sibi placuit hęc opinio Abb. in c. auditis nu.32. de præscript. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. num.1018. post med. vers. sed vnico contextu de accusat. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & partim, &c.* sub num.1. vers. sed in hoc est dubiũ, vbi testatur, se ita in practica seruari vidisse, & ibi in addit. littera A, Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo *confessio*, num.16. & seq. de prob. Maran. in spec. tit. de confess. nu. 27. vers. & tunc non sit distinctio. Foller. in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par.1. num.47. vers. & tunc non sit distinctio, iuncto vers. aut contra illam, vbi distinguit, quòd in ciuilibus confessio emanata cum cõstructu verborũ non scinditur, secus in criminalibus: primo enim casu contra confitentem nulla est iuris præsumptio, secundò autem casu sic. Boss. in tit. de confess. nu. 20. & num.36. vbi de communi (licet Gandinus ibi per eum relatus contrarium dixerit) Vulpell. cons.44. nu 4. & seq. vbi hãc opinionem dicit magis communem licet magnos habere contradictores non inficietur.

115 Contra, quòd confessio emanata sub vnico structu verborum non possit scindi, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari, tenent communiter Doctores teste Bal. (licet is contrariam defendat opinionem) in l. 1. nu. 43. C. de confess. vbi etiam pro hac sententia plura per eũ adducuntur fundamenta Salycet. ibidem num. 12. & ceteri omnes allegati supra num.111. qui præcipuè loquuntur in confessione qualificata, & emanata vnico structu verborum. Card. Zabar. in c. cum dilect. nu.8. de accusat. Bart. in l. decem. ff. de verb. oblig. prout illum refert pract. Mille. fol.71. nu.38. plures refert Mascard. de probat. lib. 2. conclu.867. nu.7. Rom. cons.167. nu.6. vers. quartò, & quia verba, & cons.353. nu.11. & ibi Mandos. in addit. alios referens testatur de communi. Marsil. cons.136. nume.28. & seq. num.31 & 44 vbi alijs relatis testatur de magis cõmuni. Vulpell. cons.94. nu.10. Bertaz. cons.54. nu.3. vbi loquitur in confessione continẽte vnicum factum eodem tempore gestum.

116 In hac contrarietate reperio Decium in c. cum venerabilis nu.87. in fine vers. & ista opinio Abbatis ext. de except. distinguentem, quòd confessio emanata vnico structu verborum possit scindi, & pro parte acceptari, quoad impositionem pœnæ extraordinariæ, secus, quoad ordinariam pœnam, iuxta doctrinam Abb. in c. auditis de pręscription. de qua latius dixi infra num.157. & seqq. & ita etiam videtur fuisse de mente Mascar.d conclu.867. nu.7. nec dissentit Bertaz. cons.27. nu.4. lib.1. & quidem hæc distinctio est in se verissima, quia quocunque modo qualitas confessioni adijciatur, nunquam operatur impositionem pœnæ ordinariæ, vt dixi d. nu.157. & seqq.

117 AMPLIA II. quia confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur, pro parte autem non, solum quando qualitas tendit ad omnimodam impunitatem, & excusationem delicti, puta, si dixero, *occidi me defendendo*, sed etiam si tendat ad mitigandum pœnam delicti confessati, puta, si dixi, *occidi non animo occidendi*, Boss. in tit. de cõfess. nu.22. & nu.24. ex Bar. quem allegat in l. eum qui, in prin col.2 ff. de iureiurand. (reprobato Ang. contrarium sentiente in cons.27. vers. sed tertio dico, quem etiam consulendo sequutus fuit Io. Petr. Surd. cõs.173. nu.69. lib.2.) & ante Boss. hoc benè explicat pract. Mille. fol.70. nu.19. & nu 22. & seqq. (licet contrariũ videatur asserere in nu.21.) Foller in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par.1. nu.47. fol.301. Cyrillus in summa crimin. rubr.16. de confess. §.2. nu.11. & seq. vbi benè comprobat.

118 AMPLIA III. quia multò magis confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur, pro parte autem non, quando reus qualitatem adijcit, non incontinenti post cõfessionem delicti, sed ex interuallo. Si enim confessio scinditur, quando reus incõtinenti qualitatem adijcit, multo magis scindi potest, quando qualitas adijcitur ex interuallo, ita arguit Ias. in l. vt vim nu. 13. vers. moueor per illud. ff de iust. & iur. Claud. Seysel. in d. l. vt vim nume.81. vers. sed aduerte. Mascard. de probat. lib.2. conclus.867. nume. 5. vbi alios refert Thom. Triuisan. decis. crim.46. nume. 29. lib.2.

119 Posse enim reum qui à principio delictum simpliciter fassus est, ex interuallo qualitatem adijcere, ac puta, dicere *occidi ad meam defensionem*, fuit originalis doctrina Bal. in c. 1. §. item si vassallus col. fin. de controuer. inuestit. quẽ referendo sequuti sunt Boer. decis.164. nu 13. cum allegatis per eum Boss. in tit. de confess. nu.31 & ante Bossium Claud. Seysel. in l. vt vim. num.81. ff. de iust. & iu. vbi Baldi doctrinam defendit ab obiectionibus, Ias. in d. l. vt vim. Gabr. lib.7. conclus.19. nu.15. Pract. Corrad. tit. de cõfess. crim. nu.11. in 17. limitatione fol. mihi 284. Mascard. de probat. lib. 2. conclu.867. nu.6. vbi alijs relatis, testatur de communi. Seraphi. de priuileg. iuram. priuileg.135. nu.1.

120 AMPLIA rursus præcedentem tertiam ampliationem, vt isto casu confessio qualificata per qualitatem adiectam ex interuallo sufficiat ad imponendam pœnam ordinariam (quidquid secus sit, quando qualitas adijcitur incontinenti, vt dixi infra nu.157.) secundum Clar. in pract. §. fin. quæst.55. sub vers. fortè posset &c. ibi *item intellige*, vbi, quòd ita concludunt, & declarant communiter Doctores teste Boerio in decis.74. & 164 nu. 12. & seq. nu.14. in fine. Mascard. qui alios refert de probat. lib.2. conclus. 867. num.5.

121 Quamuis contrarium, quòd immò isto casu pœna ordinaria imponi non possit, videatur de mente Ias. in d. l. vt vim. nu.13. in prin. iuncto vers. tu tamen, & ibi etiã Claud. Seysel. nu.81. & seq. ff. de iust. & iu.

122 LIMITA prædictam tertiam ampliationem sic, vt supra ampliatam, vt non per hoc adijciens qualitatem ex inter-

interuallo post confessionem, prohibeatur adiectam qualitatem ad sui defensionem probare. Fely. post alios omnes communiter in c. cum dilecti col. 2. in princ. vers. per istũ tex. extra de accusat. Claud. in l. vt vim nume. 81. vers. sed aduerte. ff. de iust. & iur. Paris de Put. de synd. verbo, *tortus*, cap. 7. num. 12. vers. Nam si fuit confessus fol. 349. colum. 4. Gram. voto. 2. nu. 12. in fine, & seq. Villalob. in commun. opin. vers. reus. nu. 64. in fine, vbi de communi ex Cagno. in l. nemo nu. 4. ff. de reg. iur. Boss. in tit. de confess. nu. 31. Clar. in pract. §. fin. q. 55. vers. fortè posset in fine. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 867. nu. 5. vbi alios refert, & nu. 6. vbi de communi.

123 SVBLIMITA I. præcedentem limitationem, nisi reus iurasset plenam, & meram veritatem super contentis in inquisitione dicere; quia tunc si à principio simpliciter fassus fuisset delictum, non videtur posse admitti ad probandum dictam qualitatem, quia si qualitas probaretur, non dixisset à principio plenam veritatem, & sic veniret contra proprium iuramentum. text. est expressus in c. cum dilecti, & ibi glo. in verbo *plenam*, & in verbo *responsionem*, & in verbo: *prima forma*, & ibi præsertim Aret. num. 15. & seqq. vsque ad nu. 19. vbi pluribus hanc probat opinionem, & respondet contrarijs extra de accusat. & ante Aret. hoc idem dixerunt in dicto c. cum dilecti. Innocẽ. in princ. vers. si verò iurauit, plenam dicere veritatem, & in fine in verbo *non obstantibus*. Hostien. in figuratione casus in fine, & nu. 7. & 8. Io. Andr. in summario, & nu. 6. Butr. num. 1. in summario, & in figuratione casus vers. replicauerunt inquisitores, & num. 11. vers. nota, quòd confessio iurata, & nu. 15. Zabar. ante nu. 1. vers. secus si iurauit, & num. 14. in 4 oppositione, & sub 5. oppositione. vers. secus si iurauit iuncto versic. sed si fuerit interrogatus, Anchar. in summario, & nu. 12. in prima oppositione. Anan. ante num. 1. vers. secus si iurauit iuncto nu. 7. Abb. in summario, & in figuratione casus vers. si autem excusationes, & num. 3. in 4. notab. & nu. 13. Fely. in summario, & nu. 3. ad finem extra de accusat. Boss. titu. de confess. num. 32. & seq. & nu. 37. in fine vers. quam responsionem. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 135. nu. 2. & seqq. vbi benè hãc comprobat declarationem.

124 Non tamen per hoc, non obstante iuramẽto prædicto, prohibetur reus probare errorem suæ confessionis, & sic allegando erroneam confessionem admittitur ad probandum qualitatem prædictam non obstante iuramẽto. Boss. tit. de confess. nu. 35. & notant Innocent. & communiter omnes in d. c. cum dilecti de accusat. & faciunt, quæ generaliter dixi infra c. 9. nu. 318. & seqq.

125 SVBLIMITA II. eandem limitationem, de qua supra nu. 122. non procedere in eo, qui interrogatus. An homicidium commiserit, & an illud appensatè commiserit, respondet, quòd appensatè occidit, non enim tunc potest amplius defensionem probare, quia veniret contra propriam confessionem secundum Card. Zabar. in cap. cum dilecti colum. fin. vers. inducitur hæc decretalis extra de accusat.

126 Sed hæc opinio mihi nullo pacto satisfacit, quia sicut quis admittitur ad probationem erroris suæ confessionis, vt dixi infra cap. 9. nu. 315. ita etiam admitti debet ad probandum errorem qualitatis confessatæ, cum nulla videatur dari posse ratio diuersitatis inter casum, & casum.

127 AMPLIA IIII. huius quarti capitis propositam regulam, vt multo magis procedat quando quis à principio negasset delictum, & postea, vel timore probationum, vel etiam videns forsan se conuictum, vel ex quacunque alia causa illud qualificatè confessus esset: Tunc enim ratione doli, qui præsumitur ex præcedenti mendacio, & negatione talem confessionem scindi posse, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari voluit Bar. in l. eum qui. in princ. colum. 1. in fine. ff. de iureiuran. pro vt illum sic refert, & sequitur Bero. in c. at si clerici num. 75. vers. sed in contrarium, & vers. seq. extra de iudic. Bertazz. consil. 31. nu. 12. lib. 1.

128 AMPLIA rursus præcedentem quartam ampliationem, vt licèt isto casu etiam, quòd reus à principio delictum negauerit, non prohibeatur adiectam in cõfessione qualitatem probare argumento tex. in l. nemo ex his. ff. de reg. iur. in l. 3. §. diuus tamen. ff. de sepult. viola. & in specie tradiderunt Aret. in c. cum dilecti nu. 19. extra de accusat. vbi remissiuè, & ante eum Anan. ibidem. nu. 5. vbi relatis antiquorum opinionibus concludit ex Bald. ibi per eum allegato, posse negantem delictum, non obstante negatione, ad sui excusationem postea probare excusatoriam qualitatem, etiam quòd iurasset dicere plenam, & meram veritatem, sequitur ibidem Felyn. num. 10. Franc. Cason. in tract. de tormen. cap. 18. rubr. de confess. spontan. num. 25. vbi testatur de communi. Boer. decis. 164. nu. 14. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. nu. 106. vbi loquitur etiam in confesso per torturam. Villalob. in cõmu. opin. littera R. nu. 64. in fine, vbi de commu. ex Cagn. quẽ allegat in l. nemo. nu. 4. ff. de reg. iur. quem etiam refert Bonacoss. in comm. opin. vers. negans homicidium, par. 1. fol. 118. Boss. in tit. de confess. nu. 37. vbi pariter ampliat etiã, quòd à principio iurasset cum iuramento (reprobato Gandino contrarium in hac ampliatione sentiente) & in titu. de fals. nu. 66. vbi de notario, qui à principio falsitatem negauit, deinde videns se conuictum dicit non dolo, sed per errorem fecisse. Admittitur enim isto casu notarius ad probandum allegatum errorem, vt ibi per eum Vulpell. cons. 69. nu. 4. vers. quinimò etiam. Bertaz. cons. 31. nu. 10. & seq. Andr. Gayl. in tractat. de pace publ. lib. 1. cap. 18. nu. 6. vbi de communi. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 867. nu. 6. vbi alijs relatis testatur de communi. Laurẽ. Tennin. in pract. caut. 28. num. 7. Franc. Personal. in tract. de indit. & tortu. num. 89.

129 Si tamen qualitatem allegatam non probauerit, condẽnari potest in pœnam ordinariam, prout in specie tradit Boer. d. decis. 164. num. 12. & nu. 14. in fine. Lauren. Tẽnin. in d. caut. 28. num. 7. & 8. qui tamen loquitur, quãdo reus est conuictus, & videns se conuictum fatetur, sed qualificatè: tunc enim sine dubio condemnari potest in pœnam ordinariam, quia sic etiam condemnari potest, quamuis à principio non negasset, vt dixi infra nu. 133.

130 Quòd si reus non sit conuictus, & de delicto aliter non constat, quam per suam confessionẽ, & tunc inquit Boss. in tit. de fals. num. 65. & seq. quòd licèt de iuris subtilitate, stante præcedente negatione, possit iste confitens condemnari in pœnam ordinariam, ipse tamen si esset iudex cum agatur de vita hominis, nunquàm deueniret ad talem condemnationem, sed tantum ad torturam, ad hoc, vt explicitè, & sine qualitate respondeat. Imo si rectè verba Bossij ibidem ponderentur, loquitur ipse eo loci, quando reus à à principio negauit, & postea conuictus fatetur cum qualitate, & eo etiam casu dicit confitentem fore torquendum.

131 Sed tu verius dicas, quòd nec ad torturam deueniendũ est, siue reus negans, & postea confitens cum qualitate sit conuictus, vel non propter periculum, ne sustinendo veniat absoluendus: & ideò si plenè conuictus non sit tutius erit ipsum extra ordinem condemnare, etiam quòd à principio negasset, & qualitatem subsequutæ confessioni adiectam non probasset, per ea, quæ dixi infra nu. 137. & seq. & videtur de mente Bertazz. in consi. 27. num. 3. lib. 1. vbi, quòd negans delictum, & postea in tortura illud confitẽs, sed cum qualitate, non potest nisi in pœnam extraordinariam condemnari. Si verò plenè conuictus sit, frustra tractatur de tortura, cum ne verè possit in ordinariam pœnam condemnari, vt dixi infra nu. 133. quicquid in contrarium Boss. in loco præcitato annuisse videatur, & quidem, ni fallor, inaduertenter, & contrarius omnino iis, quæ dixerat in tit. de confess. nu. 24. prout ipsum retuli infra in seq. ampliatione. nu. 132.

132 AMPLIA V. propositam regulam multò magis procedere, quando constat de delicto aliundè, quam ex cõfessione. Tũc enim cõfessionem scindi posse, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari, scripsit Boss. in tit. de cõfess. nu. 24. & ampliat hoc procedere etiam, quòd de delicto cõstet per inditia, vt puta per vnum testem, & reddit rationem, quia si de delicto plenè cõstat, tunc non est

est opus confessione.l.qui sententiam. C. de pœn. cum alijs allegatis supra nu.2. Ideò dum Doctores dicunt confessionem qualificatam posse scindi, quando aliundè constat de delicto, intelligendi sunt, quando constat per inditia, nedum per plenam probationem.

133 AMPLIA præcedentem quintam ampliationem, quia, quando de delicto constat aliunde per plenas probationes, tunc non obstante qualitate confessioni adiecta, cõdemnatur reus in pœnam ordinariam,& est ratio, quia etiam sine confessione reus sic poterat cõdemnari, d.l.qui sententiam.C.de pœn.cum alijs allegatis supra num.2. Ita in specie tradiderunt Fely.in c.at si clerici, num.2. vers. secundò limita, extra de iudic.Boss.in.tit.de confess.post nume. 24. vers. quia si sola probatione. Clar. in pract.§. fina. q. 55. vers. fortè posset &c. *ibi, quòd tamen intellige, &c.* Ioseph.Ludou. decis.Lucen.19.nu.5.&6. vbi de communi; & nu.20.in fin.Mascard.de probat.lib.2.conclus.867.nume.4.Quamuis,quòd imò si conuictum se videns,postquã negauit delictũ, si postea illud cum qualitate fateatur debeat torqueri,non autem condemnari inaduertẽter,ni fallor,sensisse videatur idem Boss.in tit.de fals.nu.65.& seq.

134 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, vt procedat non solum, quando de delicto aliundè constat plenè,& concludenter,sed etiam, quando constat per inditia. Tunc enim etiam imponi posse pœnam ordinariã, non obstante qualitate confessioni adiecta, videtur de mente Clari.d.q.55. sub eodem vers.fortè posset, *ibi, quòd tamen intellige, &c.* vbi alternatiuè loquitur, quando scilicet,concurrit aliquod legitimum inditium, vel concludens probatio. Et videtur etiam de mente Boss.vbi supra d. num.24. præsertim in casu,in quo cum confessione concurrit vnus testis de visu, vt ibi per eum: qui sic intelligendum credidit dictum Abb.in c. auditis. de præscrip. dum dixit posse imponi pœnam ordinariam,non obstãre qualitate adiecta confessioni, quando de delicto aliter constat, quam ex confessione prædicta, vt scilicet, sufficiat constare,vel per semiplenam probationem,vel per inditia, aliter inquit Bossius,dictum Abbatis esset ineptum; quia ex sola probatione, etiam sine confessione potest quis in pœnam ordinariam condemnari, & ante istos hanc ampliationẽ tenuit Boer.decis.164.nu.15. vers.& hoc intellige.

135 Sed contrarium, ꝙ si de delicto aliundè solum constet per inditia, imponi non possit pœna ordinaria, pluribus comprobat Anchar. Regien. q.40.nu.1.& seqq.per totum, præsertim num.7.par.1.& expressè consuluit Hippolit.Riminal.cons.crim.diuers.83.num.16.& seqq.lib.1.& extat decis.Pedem.60. num.9. vbi testatur communẽ opinionẽ esse,quòd non possit imponi pœna delicti ordinaria, etiã quòd confessio habeat contra se vehementes tutis, seu facti præsumptiones,& etiam, quòd simus in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum, & ni fallor, optimè faciunt ea, quæ consulendo scripsit Io.Petr.Surd.in consil.175.num. 166.& seq.lib.2.dicens,quòd Boss.supra in contrarium allegatus, malè in sua declaratione percepit sensum Abb.in d.cap.auditis. concludens propterea,quòd semiplena, seu præsumptiua probatio sufficiat ad fauorẽ rei,& ad eius defensionem in probatione qualitatis adiectæ confessioni: secus autem in probatione delicti, & contra reum; & etiã facit pro hac eadem opinione aliæ conclusio communiter recepta,& de qua dixi infra in q.86.vt,scilicet, nunquam fiat coniunctio imperfectarum probationum ad pœnam mortis, seu ordinariam imponendam, & magis in terminis,quòd Boss.pessimè loquatur, vide consulentẽ Laderch. Imolen.consi.192.nu.1.& seqq.lib.1. vbi etiam respondet Boer.& Clar.supra in contrarium allegatis.

Sed quid è contra,si de delicto aliter non constet,quam per confessionem qualificatam,vide infra nu. 154.& seq.

136 AMPLIA VI. & principaliter,propositam regulam, vt confessus qualificatè possit, non solùm, vt supra condemnari,sed etiam torqueri,ad hoc,vt simpliciter, & sine qualitate respondeat.Bal.in l.1.nume.45.in fine, vers.si tamen iudex. C.de confess.Lanfranc.in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, num.19.de probat.Grammat. voto 2. num.4.iuncto num.16.vers.ex quibus,vbi ita tunc in illo cons. apud eum fuisse conclusum,& resolutum testatur in casu, in quo reus ad probandum qualitatem defensionis, testes examinare fecerat inter se contrarios, & suspectos. Idem Gramma. voto 24. nume.2. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par.1.nu.48. reprobato Thom. Ferrat.contrarium tenente in caut.5.Cyrill. in summa crimin.rub.16.de confess.§.2.num.12.in fine, vers.si tamen iudex. Boer.decis.164.num.16. vers.sed supradictam opinionem, vbi relatis hinc inde Doctoribus pro vtraque opinione, ita pluries in illa curia seruatum testatur. Boss. in tit.de confess.num.29.& in titu.de fals. num.65. & seq. vbi,& quòd plus est loquitur,quando reus à principio negauit delictum,& postea videns se conuictum, illud fateatur adiecta qualitate. Gabr.lib.7.conclus.16. nu.16.vers. contrarium,&c.Ioseph.Ludouic.decis.Lucen.19. in fine, & seqq. vbi, quòd doctrina Baldi in d.l.1. est communiter approbata, & eam millies practicauit: (sed loquitur, quando contra reũ cõcurrunt aliqua inditia,vel præsumptiones) Io. Royas de hæret.nu.180.& seq.Simanc.in vno Enchirid.titu.29.num.10.& in cathol.instit.tit.de confess. num.19. Maschard.de probat.lib.2.conclus.867. num.13. vbi plures refert Thom.Triuis.decis. crimin.46.num. 27. & seq. lib. 2. vbi refert Lanfranc.in loco præcitato. Bruno.à Sole in suo compendio, vers.confessio qualificata non potest &c. vbi,quòd in hoc opin.Bal.licèt sit seuerior, magis tamen seruatur in practica.Bertazz.cons.449.num. 27.lib.2.

137 Contrarium, quòd imò isto casu reus nullo pacto torqueri possit, sed quòd debeat in pœnam extraordinariam condemnari, pluribus comprobat Ferrat.caut.5. per totũ, quem referendo sequuti sunt. Grammar. voto 2. nume.4. & seqq. vbi pluribus fundamentis hanc comprobat opinionem in casu,in quo contra reum alia non vrgebant inditia. Boss.in tit.de confess.num.28.vbi,quòd prima opinio non seruatur in practica.Card.Alban.ad Bart.in l. Aurelius.§.idem quæsiuit.nume.2. vers. dicas in hac re.ff.de libera.lega.Gabr.lib.7.conclu.19.num.16.in princip. Hieron.de Monte q.16.num.19. Anchar.Regien. q.4. num.4. par.1. Clar. in pract.§.fina.q.55. sub vers. fortè posset &c. vbi,quòd hanc practicam torquendi reos cum qualitate confessos, vt simpliciter respondeant ipse non laudat, nec apud eum vidit vnquam seruari. Thom. Triuisan.decis.crimin.35.post nume.35.& seq. vbi,quòd doctrina Bal. iuridica non est, viam aperit iudicibus fraudes committendi pro saluandis reis, & in practica non seruatur ex Boss. & Clar.in locis præcitatis.Bertazz.cons.27.nu.8.lib.1.vbi refert Boss.in loco præcitato.

138 Ratio huius contrariæ opinionis, quæ sine dubio apud nos magis seruatur in practica traditur per Ferrat. d.caut. 5.nu.4.& per Gram.d.voto 2.nu.6.& nu.9. & per Bertazz. d.cons.27.nu.8.lib.1.& d.cons.449.nu.27 & seq lib. 2. & per Boss.d.tit. de confess.nu.29.quia scilicet,si reus tortus, vt simpliciter respondeat,persistat in tortura absoluendus itaque est,cum per torturam, non obstante quacunq; protestatione, tanquàm contraria facto,purgentur nedũ inditia,sed etiam probationes,vt ibi per eos,& ideò ad effugiendum istud periculũ cautius est deuenire ad pœnã ex-

139 traordinariã.Et licèt contrarium,quòd imò etiã, quòd sic confitens cum qualitate, si in tortura persistat possit condemnari videatur de mẽte Clari in pract.§. fina. q.55.vers. si fortè posset &c. vbi refert Grammat. in d.voto 2.nu.17. testantem ad triremes fuisse condemnatum quẽdam, qui in tormentis sustinuerat ad sui necessariam defensionem occidisse. Et ita etiam in illa curia seruatum fuisse testatur Boer.d.decis.164.nu.16. Primam tamen opinionẽ credo veriorem, quia si hæc vltima esset vera, sequeretur,quòd tortura nihil prodesset reo,quòd est absurdum,& Grãmatico vide benè respondẽtem.Bertaz cons.27.nu.5. & seqq. lib.1.licet in eo casu, in quo consuluit non potuerit ille reus pœnam pecuniariam effugere,licet tortus perstiterit, prout ipse testatur in fine consilij.

140 Et quid de eo,qui à principio negauit delictum,& deinde fassus est cum qualitate, an possit, vel debeat torqueri dixi supra num.131.

142 LIMITA I. propositam regulam in confessione negatiua, quando puta reus dixerit, *non occidi, sed si occidi ad defensionem occidi*. Tunc.n. confitens habetur pro negante, nec potest talis confessio pro parte acceptari, & pro parte impugnari. Bal. in l. si quidem nu. 4. C. de except. Bero. in c. at si clerici num. 75. de iudic. Fely. in c. cum venerabilis num. 15. vers. nota tamen. de except. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. num. 1018. in fine. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & partim &c.* post nu. 1. vers. vnde ad euitandum, &c. Pract. Mille. fol. 70. num. 31. Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur* par. 1. num. 150. fol. 314. Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 2. nu. 14. Boss. in tit. de respons. à reo facien. nu. 2. & in tit. de cōfess. nu. 25. Gabr. lib. 7. conclus. 19. nu. 13. Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. Cautius igitur, vbi de communi. Laur. Tennin. in pract. caut. 28. nu. 6.

143 Idem si confessio non incipit à negatiua, sed à conditione: puta si dixero, si occidi, occidi ad defensionem. Ias. in l. vt vim nu. 13. ad med. ff. de iust. & iu. ex Bal. vbi sup. in d. l. si quidem de except. Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de cōfess. §. 2. nu. 14. & est de mente omnium Doctorum allegatorum in praecedenti nu. 142.

144 Verum, quòd iudex non debeat admittere istam conditionatam, & non praecisam responsionem, & nisi reus praecisè, aut affirmatiuè, aut negatiuè respōdeat, possit torqueri tenet Cason. in tracta. de torment. cap. 18. rub. de cōfess. spontan. nume. 19. & dixi in tit. de indit. & tortu. q. 37. nu. 177. & seqq. par. 1.

145 AMPLIA istam primam limitationem, quòd si reus, qui sic qualitatem adijcit post negationem conuincatur de homicidio. Adhuc tamen propter praecedentem negatiuam non videtur huic conuicto imponi posse poenā ordinariam, si credendum est Laur. Tennin. in practic.

146 caut. 28. num. 6. iuncto num. 9. Quod certè non credo verum per ea, quae dixi supra num. 133. quòd scilicet, quando de delicto aliundè plenè constat non extraordinaria, sed

147 ordinaria imponitur poena. Et facit etiam quòd scripsit Dec. in c. cum venerabilis nume. 87. in fine vers. & opinio Abbatis extra de except. vbi dixit, quòd quando reus incipit à negatiua, & postea (quatenus deliquerit) qualitatem adijciat etiam quòd aliunde non constet de delicto; potest tamen extraordinaria poena puniri. Ergo quando de delicto constat debet puniri poena ordinaria, vt probatio delicti aliquid plus operetur, quàm non probatio, sed ad haec effugienda iudex cautus non debet admittere hanc conditionatā cōfessionem, sed debet reum cogere ad simpliciter respondendum, vt dixi supra nu. 144. & ita à bonis iudicibus practicatur.

148 LIMITA II. eandem regulam quando qualificatè confitens post adiectam qualitatem, adijcit etiam clausulam, *& non aliter, &c.* Tunc enim sic cōfessus habetur pro negante, & propterea confessio haec non potest per fiscum pro parte acceptari, & pro parte non. Bal. in l. si quidem nume. 3. col. 2. in fine. C. de excep. vbi testatur quotidie practicari, vt si interrogatus a iudice respondeat confiteor hoc modo, & non aliter, &c. perinde est, ac si confessio facta non esset, nisi secundum illum modum, & ex tali cōfessione nunquàm reus potest condemnari, nisi aliud probetur, & Baldum sequuti sunt Franc. Herculan. in tracta. de negat. nu. 198. in 19. fallen. Boss. in tit. de confess. num. 26. & in tit. de respon. à reo facien. post num. 2. Gabr. lib. 7. conclus. 19. num. 9. Vulpell. consil. 44 num. 7. & cons. 45. nume. 1. Vbi, quòd haec limitatio est communiter recepta, & ibi alios refert concordantes. Et pro hac opinione fortiter vrget, quia clausula *non aliter &c.* facit dispositionem, cui adijcitur, conditionalem, Bald. in auth. ingressi num. 23. vers. secundo quaero, C. de Sacrosanct. Eccl. Roland. cons. 58. nu. 48. & cons. 59. num. 11 lib. 3. Cephal. cons. 118. nu. 14. lib. 1. Osasc. decis. Pedemon. 165. num. 13. Ergo sicut confessio delicti qualificata incipiens à conditione non potest scindi, vt dixi supra nu. 143. ita nec scindi poterit confessiō, cui praedicta clausula adiecta fuerit, & licet Fului. Paciani aetatis nostrae validissimus scriptor in suo tractā. de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 52. & omnibus sequentibus latissimè hinc inde disputata materia, & ponderata in contrarium doctrina Bald. in c. fina. sub nu. 23. vers. sed quid dices inquisitus extra de confess. & Aret. in l. decem. column. fin. vers. secunda cautela ponitur. ff. de verb. oblig. Tandem pro concordia distinguit inter confessiones ciuiles, & criminales, vt primo casu confessio qualificata cū clausula praedicta scindi non possit, secundo autem casu sic, ex eo delinquens habet contra se praesumptionem. Ego tamen in occurrenti casu non discederem a propria limitatione (ni fallor) magis communiter recepta, & etiam aequiori, & quam etiam communem fatetur idem Pacian. in loco praecitato nu. 53. in fine ex Boss. & alijs ibi per eum allegatis.

149 LIMITA III. vt eadem regula procedat, prout loquitur in delictis, ac in ijs, quae prohibita sunt à iure communi, & contra se iuris praesumptionem habent, secus autem in non prohibitis, & ijs quae contra se praesumptionem non habent, tunc enim confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari. Pract. Mille. fol. 71. num. 33. & seqq. vbi generaliter loquitur in ijs, quae vel habent praesumptionem pro se, vel non habent praesumptionem pro, nec cōtrà. Vtroq; casu confessio scindi non potest, nec pro parte acceptari, vt ibi per eum Maran. in Spec. tit. de confess. nu. 27. vers. aut contra illam qualitatem, vbi tamen loquitur in confessione continente vnum capitulum, & vnico structu verborum emanata, & ita loquitur Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. num. 47. ad med. vers. aut contra illam qualitatem, fol. 301. Gabr. lib. 7. conclus. 19. num. 10. vbi de confitente illud, quòd non est apparenter malum, vt puta si dicat expendisse monetam falsam ignoranter, quam reputauit bonam. Hondede. consil. 96. num. 25. Bertazz. consil. 22 num. 9. lib. 1. Gabr. cons. 170. nu. 24 lib. 1. Ferret. consil. 24. num. 3. quos in proposito refert, & sequitur Claud. ad Bertazz. cons. 27. littera A, in fin. lib. 1. de cens. quòd quando sumus in non prohibitis, & non delictis, tunc absolutè verum est confessionem non posse scindi. Et pro hac limitatione facit, quia si, vt dixi supra in regula, diuiditur qualitas à confessione, quando sumus in prohibitis, & ijs, quae habent contra se praesumptionem. Sic pariter diuidi non debet, quando sumus in non prohibitis, & in non habentibus praesumptionem contra se, vt contrariorum sit eadē disciplina.

150 Hinc si quis confessus fuerit detulisse frumentum extra territorium, sed cum licentia, ex quo non sumus in prohibitis, & in habentibus praesumptionem contra se, talis cōfessio non potest per fiscum diuidi, sed debet, vel tota acceptari, vel tota impugnari, secundum Bertaz. in consil. 54. num. 3. lib. 1. vbi tamen loquitur, quando confessio continet vnicum factum eodem tempore gestum. Sed ante Bertazzolum simpliciter hanc illationem amplectitur. Boss. in titu. de confess. num. 23. ad finem. Et Bossium refert Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 19. num. 14. par. 1. qui tamen isto casu adhuc imponi posse extraordinariam poenam sentire videtur.

151 Verum haec Bossij illatio; prout testatur Fulu. Pacian. in tractat. de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 9. iuncto num. 17. & seq. valde dubia redditur ex Baldo in cons. 79. incip. *dauanti da noi fanno*, lib. 2. volente posse scindi confessionem eius, qui dicit se merces extraxisse, sed cum licentia datiarij, ex quo fraudatio gabellae est de genere prohibitorum, sic pariter & de genere prohibitorum censeri debet extractio frumēti extra territorium, cum communiter per Italiam sub grauibus poenis prohibeatur, prout voluit Bar. in l. fin. §. licet quis, in fine. ff. de publican.

152 Et sic rationabilis redditur distinctio Ludouici, de qua supra, quòd scilicet etiam isto casu possit imponi poena extraordinaria.

153 LIMITA IIII. quando qualitas confessioni adiecta iustificatur aliundè, vel ex probationibus, vt per Gabr. lib. 7. conclus. 19. num. 11. vel etiam ex praesumptionibus, vt ibidem nume. 14. Vtroq; enim casu confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte impugnari, vt per Gabr. in loco praecitato addo Alciat. cōs. 453. num. 3.

nu.3.& seq.secundum antiquam impressionem, vbi benè Vulpell.conf.94. nume.10. vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur se carnaliter cognouisse mulierem volentem, tamen, dicitq; quod hæc qualitas voluntatis mulieris, non potest per fiscum separari a confessione, quando est probata inhonesta vita ipsius mulieris, quæ facit præsumere, vt non inuita, sed volens cognita fuerit. Addo & Thom.Triuif.decif.crimin.46.num.16.lib.2. vbi facit conclus.quòd confessio qualificata diuidi non potest, quando præsumptio non est contra confitentem, vel quando pro qualitate adsunt inditia, aut præsumptiones. Bertazzo. consil.27. nu.10.in fine, & seqq.lib.1.vbi qualitatem defensionis cõfessioni de homicidio adiectam præsumptionibus probari benè consuluit, & ibi in addit.littera A, vers. Hæc multò magis procedunt, & conf.51.num.12.vers Nanque huiusmodi obiectum.d.lib.1.& conf.449.nu.14. & seqq.vbi plures ponit præsumptiones, quibus probatur qualitas defensionis confessioni adiecta.lib.2.& conf.450. nu.2.& seqq. d.lib.2.vbi repetit idem Honded.conf.96.nu.25.in fin.Io. Petr.Surd.conf.173.num.66.& seq.lib.2. Sed an isto casu possit imponi pœna ordinaria, vel extraordinaria dixi infra nu.168 & seqq.

154 LIMITA V. regulam non procedere, quando de delicto aliter non constat, quam per confessionẽ rei. Tunc enim confessio qualificata diuidi non potest ex Hier. de Monte q.16. num.18.& seqq. Mascard. qui alios refert, de probat.lib.2.conclus.867.nu.7.Hondede.qui tamen loquitur, quando confessio non habet contra se præsumptionem, conf.96.nu.24. lib.1.

155 Sed ego contrarium verius credo, nam si regula proposita haberet solum locum, quando de delicto aliundè constat, esset certè de indubitabili, tum quia eo casu non est opus confessione, vt dixi supra hac eadem q.nu.1. tũ etiã, quia tunc imponitur pœna ordinaria, nè dum extraordinaria, vt pariter dixi supra nu.133.

156 Idcirco etiam, quòd de delicto aliundè non constet, quam ex qualificata confessione rei imponi posse extraordinariam pœnam, fuit de mente eiusdem Mascard. concl. 867.nu.7.& ante eum expressè voluit Marsil. consi.129. nu.2. nec dissentit Osasc. qui de cõmuni opinione testari videtur in decis.60. nu.9.& dicã latius in seq.limitatione.

157 LIMITA VI. vt proposita regula procedat quoad pœnam extraordinariam, secùs verò quoad pœnam ordinariam: Confessus enim occidisse ad sui defensionem, licet reiecta qualitate confessionis condemnari potest, Hoc tamẽ intelligendum est, vt non possit ad mortem puniri, sed tantum extra ordinem iudicis arbitrio, fuit hæc originalis doctrina Abb.in c.auditis, num.33. versicu sed contra prædicta extra de præscript. vbi benè comprobat, quem sequuti sunt Felyn.ibidem sub nume.30. vbi, quòd hoc dictum Abbatis alibi non reperitur, & apud practicos modernos est in solemni cultu, & cum agatur de vita hominis, eius opinionem tanquam benigniorem sequi debemus. idem Fely.in c.significasti il 2.nu.13.colũ. 5.in fine vers.& vnum interim tene menti.de homicid. Iaf.in l.vt vim. num.13.vers.tu tamen, & ibi etiam Claud. Seysel.num.82. & Riminal. iun. num.240.vers.ego tamen ab opinione, vbi late ab omnibus obiectionibus hanc limitationem tuetur.ff.de iust.& iur. Bero. in c.at si clerici. num.74.vers.hanc tamen communem conclusionem extra de iudic.Felyn.in c.cum venerabilis num.15. in fine vers.secundo nota de exception.Dec.in d.cap.cum venerabilis num.85.& seqq. vbi late comprobat hanc opinionẽ, & respondet contrarijs, & ibi in addit.littera C, & hoc dictum Abbatis in maxima æquitate fundatum esse testatur idem Dec.in d.c.cum venerabilis.nu.87.in fine.Socin.sibi contrarius (prout modo eum referam) in l.1.nu.10.ff.de vulg.& pup.August.ad Ang. de malef.in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & partim, &c.* num.5.Thom.Ferrat. qui late hanc limitationem comprobat, & concordantes adducit caut.5 per totam in discursu Boer.decis.164.nume. 10.vers. tamen contrarium, & num. 11.& nume.15.vers. Et licet, vbi dixit, quòd quamuis hæc Abb.opinio, & declaratio sit magnæ consequentiæ ex quo per eam datur occasio delinquendi, & homicidia perpetrandi. Tamen in pœnis tanquam benignior est amplectenda, cum iudex sequi potius debeat misericordiam, quàm iudicium, ac pariter potius æquitatem quam rigorẽ.Diaz reg.122. in 1.limitatione, vbi alios refert concordantes. Marsil.in l.repeti nu. 35.ff.de quæst.& in pract.§.postquàm nu.24.vbi quòd ita aliàs euasit à pœna mortis quendam, qui furtum confessus fuit cum qualitate, quòd credebat res furatas esse suas, idẽ Marsil.in practica.§.secunda quæstio. nu.14. vers.at tamen ex tali confessione, & sing. 185.in fine vers. teneas tamen menti, & conf.129.nu.2.Grammat. voto 2.nume.3.Tiraq. de pœn.temperan. causa.27. nume.7. Neuizan.in silua lib. 1.cap.2.num.67.Carer.in pract.in 2. tracta. de homicid.§. & nota doctrinam nu.15.Foller.in pract.crim.verbo, *& si confitebuntur*, par.1.num.46.vers. tamen ex tali confessione fol.300.Boss in tit.de conuict.num.57.& in tit.de confess. num.20.& seq.vbi quòd hoc dictum est commune, reprobato Socin.& Felyn. contrarium sentientibus in locis ibi per eum relatis.Cardin. Alban.ad Batt.in l.Aurel. §. idem quæsiuit post num.3.ff.de libera.lega.Cyrill.in summa crimin.rubr.16.de confess.§.2. nume 14.in fine.Gabr.libr.7. conclus.19.num.7.vbi alios refert, Vasq.controuers. Illustr.cap.2.num.8.Menoch.de arbitr.lib.2.casu 93.num.38. & casu 279.num.6. & 7. vbi licet plerique ibi per eum relati contrarium senserint in foro tamen tutum non erit ab hac opinione recedere. Hieron.de Monte q.16. nume. 18.Osasc.decis. Pedemont.60.nume.9. vbi de communi. Anchar.Regien.q.40. per totam. par. 1. vbi latè comprobat hanc conclusionem, & eam dicit communem Matth. Gribal.in suis reg. crimin. vers vbicunque de delicto fol. mihi 347.col.2. inter communem opinionem diuers. par. 1.Pract.Corrad.titu.de confess.crim. nu.11.in 17. limitatione fol.mihi 284.Clar.in pract.§.fina.q 55. versicu.fortè posset: vbi alijs relatis testatur de communi, & seruata opinione.Monticell.reg.crimin. 19. nume.18.vers.quartus est, & reg.8.num.43. Alex.Stiat.in sua pract. indic. cap.19. nu.42 Laur.Tennin.in pract.caut.28. num.8.vbi de communi. Ioseph.Ludouic.decis.Lucens.nume.3. & num.7.& seqq. par.1. vbi de communi, & magis communi opinione, & ampliat non solum in confessione qualificata homicidij, sed etiam omnium aliorum delictorum, & ibi pluribus hanc probat limitationem, prout etiam comprobat Mascard.de probat.lib.2. conclu.867.num.8.& nume.12. vbi hanc opinionem dixit æquiorem, & amplectendam. Fulu.Pacian.in tracta.de probat.lib.1.cap.25.nu.16. Hippol.Riminal.conf.crim.diuer.83 nu.13.& seqq. lib.2.Bertazz.conf.27.nu.2.lib.1.vbi plures refert concordantes, dicitque, quòd licèt hæc opinio aliquos paucissimos habeat contradictores, communiter tamen à Doctoribus recepta fuit, & in practica seruatur, & ita aliàs dum ipse erat Regij prætor iudicatum testatur: & ita etiam alijs relatis testatur ibidẽ Claud in addit.littera A, & rursus idem Bertazz. conf.31.nu.12.& conf.122.nu.15. vbi pariter de magis cõmuni, & practicata apud eum opinione lib.1.& conf.449. nu.30.& seq.& conf. 450. nu.1.lib.2. vbi de frequentiori, & receptiori Doctorum opinione. Bursat.conf.77.nu.18. & 25.lib.1. vbi etiam de communi.

158 Quamuis contrarium, quòd immò isto casu imponi possit pœna ordinaria voluerint Socin. l. 1. post nu.33. vers. pone quod aliquis. ff. si cert. pet. & in l.nõ vtique nu.7.ff. de except.vbi latè comprobat, & respondet contrarijs relatis per Dec.(quos tamen ipse non sequitur)in d.c. cum venerabilis nu.8.& seq.de except. vbi pariter huius cõtrariæ opinionis referuntur fundamenta. Paris in d.cap. auditis. nu.28. de præscript. Sarmien.selec. interpreta.lib. 1.cap.2. nu.11.vbi dixit falsam esse opinionem Abb.in d.cap.auditis relati per Mascard.de probat.lib.2.conclus.867.num.1. & num.9.& seqq. vbi plures adducuntur.

159 AMPLIA I. hanc sextam limitationem, vt isto casu pœna extraordinaria, nec etiam poterit esse corporalis, sed tantum pecuniaria, vt pluribus comprobat. Ferrat. caut.5.per totam in discursu Hippol.& Grammat.in locis relatis per Gabr.lib.7.conclus.19.num 8.Anchar.Regien. quæst.40.nu.4.in fine.Villalob.in cõmun. opin. littera C,

num.146. Adden. ad Salyc.in l.1.num.8.littera C, ad finē. C.de confess.secundum ultimam impressionem. Hippol. Riminald.consil.crim.diuers.83.nume.14.lib.2. vbi,quòd non imponitur, nisi pœna, vel pecuniaria, vel exilij. Bertazzo.cons.27.nume.2.in fin.lib.1. vbi ita aliàs tempore suo, dum erat Regij prætor,iudicatum testatur,& num.5. & seq. vbi pariter, quòd isto casu non possit imponi nisi pœna, vel relegationis, vel pecuniaria: & modica,respondetque Gramma. voto 2.contrarium testanti, quòd scilicet,reus in casu suo fuerit ad triremes condemnatus, dicitq; hoc ideò ibi euenisse, quia reus ille erat cōuictus pluribus testibus,quòd non ad defensionem suam occiderit, quibus cessantibus non nisi pecuniariam pœnam imponi posse contendit,& ita in fine consilij testatur, quòd licèt carnifex iam loquen. exornasset pro suspendendo illum carceratum,pro quo consuluit;iudex tamen visis suis allegationibus,mutato consilio non nisi in centum aureis ipsum condemnauit,quibus infra mensem nō solutis ad triremes transmitteretur,& idē etiam seruatum testatur idē Bertazz. cons. 31.num.15.in fine,& cons.122.nu.15. lib.1. & cons.449.nu.31.& cons.450. sub nu.1.

160 Contrarium,& forsan veriùs, quòd isto casu possit imponi pœna corporalis,quando scilicet,delictum est capitale,& meretur pœnam mortis naturalis, prout est homicidium,& similia,voluit Gramm.voto 2.in fine,& decis.8.sicut illum refert Gabr.lib.7.d.conclus.19.nu.8. vers.cōtrarium &c.& eum pariter refert,& sequitur Clar.in pract.§. fina.q.55.sub versiculo fortè posset &c.

161 Pro resolutione huius difficultatis vide, quæ dixi infra q.86.in ea parte,in qua pertractabo,an,& quando ex præsumptionibus posset quis in pœnam ordinariam condemnari.

162 AMPLIA II. eandem sextam limitationem, vt procedat etiam,quòd confessio sit grauata alijs inditijs. Adhuc enim non potest imponi,nisi pœna extraordinaria,vt dixi supra nu. 134.hic non repeto.

163 AMPLIA III. etiam,quod confessio delicti sit nō simplex,sed conditionalis.Adhuc enim huic confessioni adiecta qualitate, condemnatur confitens in pœnam extraordinariam,vt dixi supra nu. 145.& seqq.

164 SVBLIMITA I. hanc sextam limitationem,vt procedat,quando qualitas adijcitur confessioni incontinenti post ipsam confessionem,secus si ex interuallo, quia tūc potest imponi pœna ordinaria,vt dixi supra nu. 120.

165 SVBLIMITA II. dictam sextam limitationē non procedere, quando constat aliundè de delicto per plenas probationes: Tunc.n.imponitur pariter pœna ordinaria, vt dixi sup.num.132. & seqq.

166 SVBLIMITA III. quādo reus à principio negauit delictum,& postea videns se conuictum illud fatetur, sed cum qualitate. Tunc enim & pœna ordinaria imponi potest,quòd quando verum sit,dixi supra nu. 128. & seqq.

167 SVBLIMITA IIII. eandem sextam limitationem procedere,quando confessio emanauit vnico structu verborum.Tunc enim verum est, quòd non potest imponi pœna ordinaria, vt dixi supra nume.116. secùs si sub duplici structu verborum.Tunc enim ordinariam pœnam imponi posse,voluit Ioseph.Ludou.decis.Lucen.19.nu.9. par.1. & ante eum dissentire non videtur.Boer.decis.164. num. 11. vers.sed Decius.iuncto num.15.in princ. cuius opinionem minimè veram credo,& contra mentem omnium Doctorum allegatorum supra num.157.qui generaliter & loquuntur in confessione qualificata nulla adhibita distinctione, An vnico,vel duplici structu verborum emanata fuerit.

168 SVBLIMITA V. vt dicta sexta limitatio procedat,quando qualitas confessioni adiecta habet pro se præsumptionem,vt puta,si quis dixerit, occidisse ad suam defensionem, vt probetur, quòd occisus habebat causam se vlciscendi, vt quia antea fuerat offensus ab occidente. Tunc enim dicenti se occidisse ad sui defensionem, non imponitur pœna mortis,& ordinaria,quia causa vlciscendi erat ex parte occisi,non autem occidentis, & sic qualitas defensionis erat probata saltem præsumptiuè secūdum Cason.in tracta.de tormen.cap.18.num.15.& seq.

169 Immò,quando est præsumptio,quòd sic qualificatè confitens occiderit ad sui defensionem,vt puta,si occidēs sit vir probus, nullamq; occidendi,& offendendi occisum causam habebat, & è contra occisus erat homo rixosus, ebrius,vel scandalosus: tunc vtique cum talis qualificata confessio non possit diuidi,vt dixi supra nu. 153. videtur (& quod plus est)nec etiam posse imponi pœnam extraordinariam, sed sic confitentem omninò absoluendum secūdum Sarmien.sclectar. interpre. cap.1.num.11. vers.ego existimo;& facit,quia, vt dicam infra q.86.nu.76.& seq.licèt præsumptiones non sufficiant ad condemnandum, benè tamen sufficiunt ad absoluendum.

170 Secus autem,quando contra qualitatem confessioni adiectam esset præsumptio, vt puta,si contra occidentem, quòd non occiderit ad suam defensionem,prout dicit probetur,quòd is sit solitus occidere, vel,quòd ab occiso fuerit aliàs offensus,& sic causam vlciscendi, & occidendi habuerit. Tunc inquam imponi etiam potest pœna ordinaria, vt per eundem Franc.Cason.in tract.de torment. cap.18.nu. 15. & seq.

171 Verùm ad præmissa,ne erres aduertas, quòd quādo adest præsumptio contra qualitatem confessioni adiectam, puta defensionis,tum minimè crederem esse imponēdam pœnam mortis ordinariam (quicquid in contrarium dixerit Cason. vbi supra) sed benè crederem imponi debere ordinariam pœnam, iudicis arbitrio grauiorem, tamen ea,quæ esset imponenda si contra dictam qualitatem nulla adesset præsumptio, & ad sic tenendum moueor ex illa cōmuni, & approbata Doctorum opinione, de qua latiùs dicam infra q.86. quòd scilicet, ex præsumptionibus delicti quantumuis grauibus, & violentis nemo in ordinariā pœnam mortis condemnandus est.

ARGVMENTVM.

Confessus spontè an, & quando mitius puniatur, quàm non spontè confessus, seu conuictus.

SVMMARIVM.



Confessus spontè præsumitur sine dolo deliquisse nu. 180.in 5. ampliatione.
Confessus spontè mitius punitur, quam conuictus num. 172. contra.nu. 173. vbi præsertim in atrocioribus.
Confessus timore probationum mitius punitur, quam conuictus.num. 174.contra.nu. 175.sed quando quis dicatur confessus timore probationum.nu.176.& seq.
Confessus spontè mitius punitur, quam conuictus in foro pœnitentiæ. num. 178.
Confesso spontè facilius princeps gratiam, & indulgentiam concedit, quam conuicto.nu. 179.
Statutum,quòd confesso minuatur pœna,an, & quando habeat locū, & de materia.nu.180.
Confessus spontè mitius punitur,quam conuictus, etiam in pœnis impositis ipso iure.nu.181. Contra. nu.182.
Confessus spontè mitius punitur,quam conuictus in pœnis arbitrarijs. secus in pœnis ordinarijs certis,& à lege statutis.nu.183. Contra.nu.184.& quid in iudice delegato.nu.185.
Confitens delictum,sed negans qualitatem aggrauantem delicti, non punitur mitius,quam conuictus, nu. 186.
Confessus spontè punitur mitius, quam conuictus ex veris probationibus,secus si quis conuictus sit ex præsumptionibus.nu.187.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. V.



172 REGVLA sit in hoc quinto capite affirmatiua, quòd scilicet mitius agatur cum spontè confesso,quam cum conuicto. tex. in cap.non dicatis. 12.quæst.1.ibi, *si hoc vltro confitetur parcitur illi, & oretur pro illo, si autem*

si autem deprehenditur, atque conuincitur secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius emendetur, facit etiam text. in l. quisquis. §. sane. C. ad l. iul. maiest. & in c. qui admisi. 15. q. 8. & in c. in primis. 2. q. 1. & in c. innotuit, de elect. Abb. in c. at si clerici, num. 8. & ibi etiam Aret. num. 9. Felyn. nu me. 2. Bero. nume. 20. & num. 87. vers. contrarium colligitur, & num. 88. in princ. & vers. prima opinio, & vers. seq. vbi testatur de veriori, & communi opinione, & vers. cæterum, & seq. vbi pariter testatur de communi, & respondet contrarijs, extra de iudic. Marian. in cap. qualiter, & quando, il 2. num. 976. extra de accusat. Tiraq. de pœn. & c. cau. 30. num. 1. & seqq. vbi, & iuribus, & rationibus, ac Doctorum, & Theologorum, sacræq; Scripturæ authoritatibus pluribus hanc probat conclusionem. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 82. fol 307. Boss. in tit. de conuict. nume. 6. Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de confess. §. 2. num. 7. Simanc. in tract. de hæret. cap. 55. num. 6. vbi de communi. Thom. Triuisan. decis. crimin. 46 num. 7. lib. 2. Bertazz. cons. 357. nu. 4. vbi etiam de communi, & cons. 505. nu. 27. lib. 2. Hippol. Riminal. cons. 245. nume. 57. & seq. lib. 3.

173 Contrarium, quòd immò mitius agatur cum sponte cõfesso, quam cum conuicto, faciunt iura adducta per glo. in c. de hoc, in verbo *confessi*, in princ. & ibi per Hostien. ante nume. 1. in verbo *in iure*, extra de simon. Item faciunt tradita per Bero. in d. c. at si clerici, nume. 87. in princip. & nume. 88. vers. contrarium verò, & pluribus sequentibus versiculis, vbi respondet omnibus iuribus, quæ propriæ opinione adducuntur, & nu. 91. per totum, vbi loquitur, quando pœna est ordinaria, & respondet contrarijs, extra de iudic. Item contra sentit Clar. in pract. §. fina. q 60. vers. non desunt etiam, vbi, quòd iudices non curant, nec attendunt, quòd reus sponte confessus sit, refertq; Alber. in l. 1. §. quæstioni, nu. 3. ff. de quæst. dicentem se nunquàm vidisse seruare, vt quis propter spontaneam confessionem mitius puniatur. Et Clarum refert Bertazz. d. cons. 357. nu. 6. Hippol. Rimin. cons. 245. nu. 61. lib. 3. Vbi, quòd hæc sola causa spontaneæ confessionis ad minuendum pœnam de se sola esset periculosa in practica, licet si alia concurrerent pro eiusdem pœnæ diminutione aliquod facerent fomentum, iuxta illud, & quæ non prosunt singula, multa iuuant. Et quidem, vt verum fatear, quicquid supra præcitati Doctores in contrarium pro regula allegari magis communiter, dixerint hanc secundam opinionem in practica seruatam, vide in atrocioribus delictis. Et quando reus à Curia captus, vel vocatus delictum fatetur.

Retenta tamen communi opinione.

174 AMPLIA I. regulam procedere, etiam quòd quis fateatur timore probationum, quia tunc etiam mitius agendum, & aliqualiter arbitrio iudicis parcendum est cõfitenti, licèt non tantum, quantum parcitur confesso sponte, & non timore probationum: fuit; originalis doctrina Hostien. in c. de hoc, num. 1. & num. 2. vers. puto tamen, quem ibidem referendo sequuti sunt Io. Andr. post num. 5. in verbo *non parcitur*. Butr num. 12. Card. Zabar. col. 1. & 5. opposit. Anan. num. 6. vbi saluando Hostiensem ab impugnatione Abbatis, dicit prædictis, Hostiensis doctrinam posse intelligi, quando ex confessione facta timore probationum, aduersarius aliquo modo releuatur ab onere probandi, quia tunc adhuc esset confitens mitius puniendus, vt ibi per eum. Fely. nu. 6. extra de simon. Abb. in c. at si clerici num. 8. vbi hoc dicit sibi videri satis æquum, & ibi etiam Aret. num. 9. in fine. Dec. nu. 53. in fine, & nu. 54. vbi quòd in hoc dictum Hostiensis videtur verius Bero. num. 87. vers. differentia autem, & nu. 8. ad finem vers. dicendum est ergo, vbi bene loquitur. Marian. nu. 13. vbi multis hinc inde relatis in hac videtur residere sententia (licet postea cogitandum relinquat) extr. de iudic. Tiraq. de pœn. temperan. cau. 30. num. 13. Bertaz. cons. 505. num. 29. lib. 2.

175 Contra hanc ampliationem, quòd scilicet non sit mitius agendum cum eo, qui fatetur timore probationum tenuerit gl. in d. c. de hoc in verbo confessi, circa princip. extra de simon. Abb. in d. c. de hoc num. 8. vbi dicit, quod dictum Hostiensis nullo iure probatur, sequitur ibidẽ Marian. nu. 11. & seqq. Item contra tenuit glo. in c. qui admisit in verbo si: confessus, 15. q. 8. & faciunt dicta per Dec. in d. c. at si clerici nume. 29. & nu. 50. & seqq. extra de iudic. vbi probat, quòd immò in iudicio inquisitionis plus punitur, qui timore probationis confitetur, quam si cõuictus esset, & per Bero. in d. c. at si clerici nume. 87. vers. secus si quis fuisset confessus, & nume. 88. in princ. vbi æquiparat confessionem factam metu tormentorum, & metu probationum, & vtroque casu pœnam non esse minuendã affirmat, prout, & idem affirmarunt Io. de Anan. in c. qualiter, & quando il 2. §. licet autem post nume. 3. vers. sed potest dici, & ibi Felyn. nume. 1. versicu. non obstat, quòd mitiùs agatur. extra de accusa. Practic. Milles. fol. 68. nume. 66. & fol. 79. nume. 16. & fol. 138. nume. 9. relati per Tiraquel. de pœn. caus. 30. nume. 9. Boss. in titu. de conuict. num. 7.

176 Sed quando quis dicatur confessus timore probationum? Dic secundum Abbatem in d. c. de hoc. nu. 8. & ibi Marian. nume. 11. extra de simon. quòd tunc dicitur metu probationum quis confiteri, quando non sponte, sed citatus, aut vocatus à iudice ad fisci, vel accusatoris instãtiam examinatus delictum fatetur, tunc inquam dicitur confessus metu probationum, quia sciuit, vel saltem verisimiliter scire debebat aduersarium venisse probationibus paratum ad iudicium, si vero non citatus, vel vocatus sponte iudicem adit, & delictum fatetur, & tunc nõ metu probationum, sed sponte fateri dicitur, quòd, & idem voluit Anan. in c. qualiter, & quando il 2. §. licet autem nume. 3. vers. posset autem dubitari extra de accusat. vbi dixit, quòd confessio dicitur sponte facta, quando emanauit ante inchoatam accusationem, vel inquisitionẽ, si vero emanauit post accusationem, vel inquisitionem, tunc dicitur facta metu probationum Pract. Mille. fol. 68. num. 66. vbi quòd in proposito confessio dicitur spontanea, quando emanauit nulla examinatione præcedente.

177 Verum ad præmissa aduerte prout aduertit. Bero. in d. c. at si clerici num. 93. extra de iudic. quòd si istorum doctrina esset vera, prout ipse Bero. eam veram non credit, rarissimè, aut nunquam haberet locum regula, quòd mitius sit agendum cum sponte confesso. Quia nemo reperitur tam stultus, qui non vocatus vadat ad confitendum delictum coram iudice, licet bene verum sit, quòd sponte se deferens fisco in pluribus casibus indulgẽtiam habet, de quibus per Bertaz. in cons. 73. nu. 3. vers. cęterum dato lib. 1. vbi amplius per tex. in l. edicto in princ. ff. de iure fisci, & in l. 1. C. de his quæ se deter. lib. 10. facit generalem conclusionem, quòd deferenti se fisco, antequam causa per alium sit fisco delata ignoscendum est. ideò melius dicas secundum Bero. loco præcitato, quòd confessus metu probationum dicitur ille, qui primò negat, & postea dubitans conuinci fatetur, & sic post litis contestationem, sponte autem confessus dicitur ille, qui in primo examine nulla præcedente interrogatione liberè delictum fatetur etiam, quòd vocatus, & citatus existat, ad idẽ adduco. Anan. in d. c. de hoc num. 5. & 6. quem ibi refert, & sequitur Fely. nu. 5. vers. in ea glo. extra de simon. vbi dixit, quòd sponte eum confessum credit, qui statim tractus ad iudicium confitetur, & vide etiam Tiraq. de pœn. causa 30. num. 10. & seqq. vbi ex Bar. & Bal. & alijs per eum relatis concludit, sponte confessum dici non solum eum, qui tractus ad iudicium statim interrogatus, antequam testes recipiantur fatetur, sed etiam eum, qui post negationem statim confitetur, dummodo accusator, vel iudex ex illa negatione non fuerint onerati probandi necessitate. Quod, & idem voluit Hippol. Riminal. d. cons. 245. num. 59. & seq. lib. 3.

178 AMPLIA II. propositam regulam multo magis procedere, quando essemus in foro pœnitentiæ, & animæ, tunc enim cum sponte confesso mitius agendum videtur. tex. in c. de his vero. 50. distinct. Idem quando essemus in foro ecclesiastico, & ageretur de dispensatione facienda, quia tunc cum sponte cõfessis facilius dispensatur, & mitius agitur, vt probat tex. in c. at si clerici, vers. si vero.

in fine de iudic.c.presbyterũ 50. distin.c.si quis presbyter 15.q.vltima. Idem quando sumus in foro claustrali, & agitur ad correctionem regularium.c.non dicatis 12.q.1. prout hæc omnia benè probat.Bero.in d.c.at si clerici nu. 88.vers.prima opinio, & nu.91.vers.non obstat igitur, & num.92.

179 AMPLIA III. multo magis, quando agitur de concedendo gratiam,vel indulgentiam a Principe. Nam tunc siue simus in foro Ecclesiastico, siue in seculari,facilius etiam conceditur spontè confesso,quam conuicto, vel aliàs metu tormentorum confesso.Bero.in c.at si clerici,nu.29. ad finem,vers.quartò regula,extra de iudic. per tex. in l.1. §.si quis vltro. ff.de quæst.

180 AMPLIA IIII. & multò magis statuto cauente, & confesso sit minuenda pœna,sed quando hoc statutum habeat locum, & quando nõ,vide per Marian.in c.qualiter, & quando,il 2.nu.978.de accusat. vbi præsertim quòd tale statutum non vendicat sibi locum in pœnis impositis ipso iure. Et quid de eo,qui primò negauit, & deinde fatetur; & quid de eo, qui fatetur delictum, sed negat delicti qualitatem, vide ibi per eum,& num. 1020 & seqq. vbi,quid de eo,qui partim fatetur, & partim negat. Felyn.in c.de hoc,num.5.ad finem,vers.item adde, quòd negans, extra de simon. vbi, quid si quis confiteatur delictum,sed negat qualitatem delicti,distingue, & ibi per eũ Ang.de malef.in verbo *comparuerunt dicti inquisiti,& partim,&c.* num.6.& ibi August.in addit.vbi,an hoc statutum suffragetur in pœnis impositis ipso iure,& num.7.& 8.& ibi etiam August.in addit.vbi, quid si reus primò cõfessus fuerit,& postea negauit, vel è contra, & in verbo *præsente d.Caio &c.*nu.31.& ibi August. in addit. vbi, quid de eo, qui in prima instantia negat delictum, & in secunda instantia illud fatetur. Pract. Millef.fol.79.num.23.vbi de eo, qui primò negauit,& postea antequàm conuincatur,fatetur,ad quæ, & de materia,vide etiam Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*,par.1.nu.87.88.& 89.fol.308.Clar.in pract.§.fina.q.82.in 9.statuto,vers.stante statuto, vbi secundum opinionem, quam dicit æquiorem,& magis communem, & contra Bart.in loco per eũ relato, dicit hoc statutum etiam habere locum in eo, qui prius negauit,& postea fatetur, & quòd si casus contingeret,ita ipse intrepidè iudicaret. Vulpell. conf.69.nume.2. & seq. vbi de eo, qui prius negauit,& postea confessus est, dicitque,q adhuc habetur pro spontè confitente, debetq; gaudere priuilegio statuti minuentis pœnam propter confessionem,quòd & idem voluit Bertazz.conf.505.nu.28. vbi de communi lib. 2.

AMPLIA V. vt confessus spontè, & liberè delictum de quo interrogatur,non solum mitius punitur, vt supra, sed etiam præsumitur sine dolo deliquisse, vt benè comprobat Franc. Becc. conf.96.nu.15. quem in proposito refert, & sequitur Bertazzol.conf.193.num.14.nec dissentit Port.Imolen. conf.95.num.15.Ioseph.Ludou.conclus.15. vers.antepen.

181 LIMITA I. in pœnis impositis ipso iure, in quibus confessus,& conuictus pari pœna puniuntur. Fely.in c.de hoc,num.5.vers.sed limita,extra de simon.relat⁹ per Dec. in c.at si clerici num.56.& seqq. extra de iudic. Tiraq.qui alios plures refert,de reuocan.donat.in verbo *reuertatur*, num.312.& de pœn.temperan.cau.30.nu.14.& seqq.vbi reprobato August.de Arimin.contrarium sentiẽte, prout infra eum mox referam,hanc defendit conclusionem Nicol.Moron.de fide treg.& pace,q.56.numa.1.& seqq.

182 Contrarium, quòd etiam in pœnis impositis ipso iure mitius agatur cum confesso,quam cum conuicto, voluit Dec.in d.c.at si clerici,& num.56.& seq.extra de iudic.& ante Dec. hoc idem voluit August.de Arimi. ad Ang. de malef.in loco relato per Tiraqu. de reuocan. donat. d. verbo *reuertatur*,nu.313.qui respondet iuribus in contrarium allegatis. Et eundem Augustinum refert etiam, sed non sequitur Tiraq.de pœn.causa 30.nu.15.& seq.

183 LIMITA II. vt mitius agi possit cum confesso,quã cum cõuicto in pœnis arbitrarijs, secus in ordinarijs,certis,& à lege statutis, ita post Dec.latè defendit Bero. in c.at si clerici,nu.91.per totum,& est de mente Fely.in c.de hoc,nu.5.vers.secundò limita, extra de simon.dum dixit, q sponte confesso minuitur pœna, quando illa est mitigabilis,secùs si non est mitigabilis, vt in exemplo,de quo ibi per eum.Tiraq.de pœn.causa 30.nu.19.& seq.

184 Contrarium,quòd & in pœnis certis, & à lege statutis possit iudex cũ cõfesso mitius agere, pluribus comprobat idem Bero.in d.c.at si clerici.nu.88.ad finem,vers.& quamuis,& nu.89.in princ.extra de iudic.& nu.90. Et faciunt, quæ dixi in tit.de delict.& pœn.q.17.nu.7.& seqq.

185 Et hanc vltimam opinionem declara procedere in iudice ordinario,secùs in delegato,qui pœnam arbitrariã isto casu temperare poterit spontè confesso,secùs autem ordinariam,& certam à lege statutam.Bero.in d.c.at si clerici, nu.90.extra de iudic. per text. quem dicit ad litteram hoc probare in c.de causis, extra de off.deleg.

186 LIMITA III. in confitente delictum,sed negante qualitatem aggrauantem. Is enim non punitur mitius si postea de negata qualitate conuincatur, quia nõ habetur p spontè confesso,etiam quòd spontè delictum principale confessus fuerit.Tiraq.de pœn.temperan. causa 30. nu.17. vbi alios refert,& vide, quæ in simili materia statuti dixi supra in quarta ampliatione num. 180.

187 LIMITA IIII. vt spontè cõfessus mitius puniatur, quam conuictus,intelligendo de conuicto ex veris probationibus;secùs autem de conuicto ex præsumptionibus: Quia is mitius punitur,quàm spontè confessus.Tiraq.de pœn.causa 30. num. 18.& vbi alios refert, & loquitur nè dum in conuicto ex plenis probationibus, sed etiam in conuicto ex indubitatis præsumptionibus. Vtroq; enim casu admittit spontè confessum esse mitius puniendum,secus autem dicit in conuicto ex præsumptionibus non indubitatis. Verùm hac de re ego latius dicam infra hoc eodem tit.q.86.

ARGVMENTVM.

Confessio emanata corã iudice incompetente quid, & quantum probet,& quando ad torturam faciat inditium.

SVMMARIVM.

Regula 1.sit,quòd confessio facta coram iudice incompetente non sufficiat ad condemnandum nu. 188.

*Amplia 1.etiam in confessione ratificata,& geminata, num.*189.

Amplia 2. etiam, quòd confessio emanauerit coram iudice incompetente,non tamen vetito. num. 190.*&* 192. *licet alij contra numе.*191.

*Amplia 3. coram iudice incompetente, non solum ratione personæ, sed etiam ratione causæ.num.*203.

*Amplia 4.in confessione criminis capitalis facta coram iudice Pedaneo.nu.*204.

Limita,vt talis confessio facta coram iudice incompetente,non sit nulla ipso iure.nu. 205.

*Regula 2.sit, quòd confessio clerici facta coram iudice laico non sufficiat ad condemnandum.num.*193.*&* 195. *licet alij contra. nume.*194.

*Amplia 1.etiam quòd clericus non inuitus, sed spontè coram iudice laico confessus fuerit.nu.*196.*licet alij contra.num.*197.

*Amplia 2.etiam in clericis prima tonsura. nu.*198.

*Amplia 3.etiam,quòd clericus fateatur se laicum.nu.*200.

Amplia 4.etiam si clericus fateatur coram iudice ecclesiastico,non tamen suo,sed incompetenti. nu. 199.

Limita 1.quia talis confessio facit præsumptionem, & adducit alias probationes. nu. 201.

*Limita 2 quia ex tali confessione oritur infamia, per quam potest clericus suspendi vsque ad debitam purgationem.nu.*202.

*Regula 3.sit, quòd confessio facta coram iudice incompetente faciat inditium ad torturam coram iudice competente.nu.*206.

*Limita 1.nisi fuerit reuocata.nu.*215.*contra.nu.*216.

Limita

Limita 2. in confessione emanata nullis præcedentibus inditijs num. 217.
Limita 3. quando de crimine agitur ciuiliter. num. 218.
Limita 4. in confessione incidenter emanata, vel etiam si principaliter emanauerit, non tamen ex ea orta fuerit aliqua infamia contra confitentem post num. 218.
Regula 4. sit, quòd confessio clerici facta coram iudice sæculari faciat contra ipsum inditium ad torturam coram Ecclesiastico, nu. 207. licet alij contra num. 208.
Amplia idem in confessione facta coram iudice seculari, non in forma iudicij sed extraiudicialiter, num. 209.
Limita 1. procedere in confessione spontanea, secus in confessione emanata per torturam. num. 210.
Limita 2. procedere quando clericus sponte comparet coram iudice seculari, secus si inuitus trahitur num. 211. quod, an verum sit. nu. 212. & seqq.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. VI.

188 REGVLA sit in hoc sexto capite, quòd confessio facta coram iudice incompetente non sufficit ad condemnandum; regula enim illa, quod confessio validet nullitatem processus non procedit, quando est defectus iurisdictionis; c. at si clerici in illis verbis *sicut enim sententia à non iudice lata non tenet, ita nec facta confessio coram ipso*, & ibi communiter, omnes, ac præsertim Bal. in prin. vers. vel sic. But. num. 3. in 2. notab. vers. & magis latè Imol. num. 2. vers. & ex hoc Abb. num. 5. vers. nota secundo Aret. num 6. Felyn. num. 1. vers. sexto limita, & num. 2. vers. nota optimum tex. Dec. num. 16. 22. & 23. Bero. num. 24. in fine principij. & num. 38. Mantua num. 5. in 3. notab. extra de iudic. Felyn. in c. qualiter, & quando il 2. §. licet autem num. 9. de accusat. Franc. in c. 1. num. 8. vers. tertio limita de accusat. in 6. glo. in c. cum super in verbo *confessus*, in prin. extra de confess. Hostiens. in cap. per Inquisitionem num. 7. de elect. & ibi etiam But. num. 27. specul. in tit. de confess. §. nunc videndum num. 4. vers. si quid quis confitetur crimen. Alber. in l. 1. num. 12. C. de confess. & ibi etiam Paul. de Cast. num. 2. vers. & dicitur facta in iure Ang. in l. 1. nu. 3. ff. de confess. Bart. in l. magistratibus, num. 4. & ibi etiã Alber. num. 6. vers. pone, vbi refert contraria, & illis respõdet. Roman. num. 4. in princ. Ang. num. 5. Paul. de Castro num. 3. Alex. num. 5. Ias. num. 3. Dec. num. 7. in prin. ff. de iurisdict. omn. iud. Roman. in l. cum mulier post num. 49. ff. solu. matrimi. Purpur. in l. is, apud quem num. 81. vers. si limiteris. C. de eden. Ang. de malef. in verb. *nec non ad denunciationem*, num. 21. & ibi in addit. Soc. reg. 62. in princ. Pract. Mille fol. 77. à tergo. num. 2. Marsil. in pract. §. post quàm num. 12. & seq. sing. 201. vers. potes tamen limitare, &c. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*. par. 1. num 5. & seq. Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de confess. §. 3. num. 1. Claud. Bertrand. reg. crimin. 54. num. 11. Albertin. de hæret. q. 25. num. 68. vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur homicidium coram Inquisitore. Fran. Herculan. in tracta. de negat. num. 198. in 35. Fallen. Boss. titu. de confess. num. 47. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. num. 10. fol. mihi 282. col. 1. & seq. in 2. & 4. limit. & fol. 283. col. 2. in 9. limitatione Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de proba. delict. num. 8. in fine vers. nec obstat text. Clar. in pract. § fin. q. 55. vers. præterea etiam, vbi alios testantes de communi refert Monticel. regul. 19. num. 14. Capra in tract. de notor. membro 1. num. 38. Masc. qui alios refert de probat. lib. 1. conclus. 252. numer. 1. Flamin. Cartar. de exequut. sent. 60. cap. fina. num. 218. vbi aliis relatis testatur de veriori, & communi opinione Honded. consil. 66. num. 59.

189 AMPLIA I. huius sexti capitis propositam regulam, vt procedat etiam in confessione pluries ratificata, & repetita. Bal. in c. at si clerici, ante num. 1. extra de iudic. Boss. in tit. de confess. num. 48. in fine.

190 AMPLIA II. etiam, quòd confessio emanauerit coram iudice incompetente, non tamen vetito, & cuius iurisdictio prorogari poterat. Adhuc enim talis confessio non valet, nec ad condemnandum sufficit ea ratione, quia in criminalibus iurisdictio non prorogatur ex allegat. per Bero. in cap. at si clerici, num. 38. vers. tertia conclusio, de iudic. Foller. in pract. crimin. verbo *et si confitebuntur*, par. 1. num. 1. vers. secundò verò casu. Boss. in tit. de confess. num. 52. post Bal. & Fely. in locis per eum relatis.

191 Et licèt contrarium scripserint Roman. in l. magistratibus, num. 4. vers. tu dicas, & ibi etiam Ripa post num. 7. ff. de iurisdic. omn. iud. Card. Zabar. in c. at si clerici, num. 2. col. 2. vers. aut est prorogabilis, & ibi etiam Dec. num. 24. & seq. Bero. num. 39. vbi respondet illi rationi, quòd scilicet, in criminalibus iurisdictio non prorogetur, extra de iudic. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. num. 17. versic. sed quid si confessio. Arnal. Albertin. in tract. de hæret. q. 25. num. 68.

192 Nec per hoc tamen recedas à proposita ampliatione in casu, in quo proceditur per inquisitionem. Tunc enim, cum iurisdictio non possit prorogari, hoc ideò confessio facta coram incompetenti iudice, cuius iurisdictio aliàs prorogari posset, confitenti non præiudicat, ita declarat Dec. in d. c. at si clerici, num. 26. & ibi etiam Bero. numer. 40. de iudic.

193 AMPLIA III. (& quidem illatiuè ex regula) vt confessio clerici facta coram iudice laico, ad condemnandum non sufficiat, tex. est expressus in c. at si clerici, in prin. de iudic. dum dicit, *at si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint, vel confessi de crimine, non sunt propter hoc à suo Episcopo aliquatenus condemnandi*. Et ibi hoc notant glo. & Doctores omnes in summario, ac etiam amplius ibidem Ioã. Andr. num. 2. Bellame. num. 10. & num. 35. in 9. q. in principio. Bal. num. 2. in figuratione casus, & in 2. notab. Ant. de Butr. num. 5. in 2. notab & num. 28. Imol. num. 1. in 2. notab. Card. Zab. col. 2. num. 2. vers. secùs autem, quãdo &c. Anan. num. 3. Abb. num. 2. in figuratione, hanc conclusionem Villalob. in commun. opin. littera C, num. 142. vbi de communi.

194 Contra prædictam ampliationem faciunt dicta Inno cent. in cap. per inquisitionem, num. 2. vers. sed quinimò respondebitur, de elect. vbi, quòd licèt confessio facta per clericum coram iudice sæculari, non sufficiat, vt ecclesiasticus possit confitentem ex tali confessione condemnare, potest tamen sic confitens iterum à iudice ecclesiastico interrogari, & si variet, non admittetur, nisi ad probandum, quòd sua confessio alio modo intelligatur, quod; & idem voluisse videntur ibidem Io. Andr. num. 17. & seqq. Henrich Boich. num. 5. & 4. Butr. num. 26. ante finem, colu. 4. post prin. vers. hoc autem contrarium. Socin. regu. 61. in prima fallen.

195 Verùm Innocentij hanc opinionem expressè reprobat Martin. de Silua relatus per Bellamer. in d. c. per Inquisitionem, nume. 4 de electio. & ibi Bald. nume. 2. expressè declarat Innocentij dictum procedere solum, quoad torturam, non autem, quoad cõdemnationem, & pariter, quòd Innocentij dictum intelligatur, vel quoad torturam, vel quoad inducendam purgationem ratione infamiæ, resultante ex d. confessione, nõ autem quoad condemnationẽ, expressè declarant Butr. ibidem num. 27. vers. & ita potest intelligi, & num. 18. in princ. vers. Et secundùm hoc potest intelligi, & d. num. 28 in fine, vers. & sic potest intelligi, Imol. ibid. num. 6. vers. nec obstat prædictis, & Anch. num. 3. Zabar. num. 7. Abb. num. 13. & ita etiam declarat Abb. in c. qualiter, & quando il 2. num. 35. de accusat. & ibi etiam Ioan. de Anan. in §. ad corrigendos, num. 26. & Fely. num. 46. ad finem, vers. vnde concludit D. Abbas. August. ad Ang. de malef. in verbo *nec non ad denunciationem*, num. 23. post prin. additionis.

196 AMPLIA I. hanc tertiam ampliationem, vt procedat etiam, quòd clericus non inuitus, sed sponte coram iudice laico confessus fuerit. Adhuc enim talis confessio spontanea ad condemnandum non sufficit. glo. in cap. at si clerici, in verbo non tenet, & ibi Hostien. num. 1. in fine, vers. & ex eo, quòd hic dicitur Io. Andr. post num. 13. vers. in glo. 2. ibi inuiti. Bellam. num. 15. post med. Anton. de But. num. 21. Imol. num. 9. vers. item aduerte, vbi, quòd ita com-

communiter tenetur. Anchar. num. 7. ad finem, vers. secundò oppono iuncto vers. sed fortè. (vbi tamen videtur dubitare de hac ampliatione) Zabar. num. 1. col. 1. in fine, vers. in glo. 2. &c. & col. 2. in princ. num. 2. vbi de materia huius ampliationis Abb. num. 18. vbi, quòd ita transeunt communiter Doctores cum glo Feli. nume. 5. ad fin. col. 5. post prin. vers. quod & alia ratione demonstro. Dec. num. 145. & seqq. extra de iudic. Card. Zabar. in c. per inquisitionem, post num. 7. de elect. vbi propterea, quòd nō potest benè defendi opinio Innocentij ibi contrarium sentientis.

197 Quamuis contrarium voluisse videatur Innocen. in ca. per Inquisitionem, num. 2. vers. sed quomodo respondebitur, extra de elect. vbi dixit, quòd, quando clericus fatetur coram iudice sæculari non tractus violenter, non admittitur coram iudice ecclesiastico ad reuocationem suæ confessionis, sed solum admittitur ad illam excusandum, & probandum, puta, quòd alio modo intelligatur sua confessio, quòd, & idem voluerunt ibi Heric. Boich. num. 4. Bellamer. col. 3. num. 6. ad med. vers. aut cum causa. But. num. 27. in fine vers. alium effectum Abb. num. 13. vers. secundo respondet.

198 AMPLIA II. eandem tertiam ampliationem, etiam in confessione clerici primæ tonsuræ. Boss. in tit. de confess. num. 51. post Abb. quem allegat in cap. cum non ab homine in fine, de iudic. & dixi hac de re latius in tit. de inquisi. q. 8. num 5. & seqq.

199 AMPLIA III. dictam tertiam ampliationem, vt & idem sit, si clericus fateatur coram Ecclesiastico iudice, sed incompetente. Iurisdictio enim non sui Episcopi prorogari non potest sine consensu sui Episcopi. Bero. in c. at si clerici num. 42. extr. de iudic. vbi tamen, quòd licet talis confessio non plenè præiudicet, facit tamen qualem qualem præsumptionem, & inditium. Boss. in tit. de confess. num. 49.

200 AMPLIA IV. etiam, quòd clericus coram iudice laico, fateatur se laicum. Bal. in l. 1. num. 39. C. de confess. Lanfran. in c. quoniam contra in verbo *confessio*, num. 14. de probat. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 122. Boss. in tit. de confess. num. 51. & dixi in tit. de inquisit. q. 8. num. 11. par. 1.

201 LIMITA I. hanc tertiam ampliationem, quia licet talis confessio clerici coram iudice laico emanata, de se sola non sufficiat ad condemnandum, facit tamen præsumptionem adiuuantem alias probationes, & ex qua postea iudex facilius deuenire potest ad condemnationem. Io. Andr. in cap. at si clerici num. 2. in verbo *condemnandi*, & ibi etiam Bellamer. ante nu. 1. in eodem verbo *condemnandi*, & post num. 9. vers. dicit Nouella Butr. num. 28. col. final. in fine Cardin. Zabar. num. 1. col. 1. in fine vers. appono extra glossam Abb. num. 14. extra de iudic.

202 LIMITA II. eandem tertiam ampliationem, quia ex tali confessione clerici facta coram iudice Ecclesiastico, oritur infamia, per quam debet ipse clericus suspendi, vsq; ad debitam purgationem, & si in purgatione deficiat, condemnatur tanquàm conuictus, quod, quando verum sit, & de materia vide glosam in d. c. at si clerici in verbo *non debet*, vers. si verò ex tali sententia, & ibi etiam Innocen. In prin. in verbo *iudice*, Hostien. post num. 1. in verbo *condemnandi*, Io. Andr. num. 14. in fine in verbo *ibi grauata*, Bellam. ante num. 1. vers. quo casu, &c. & num. 30. in 1. q. vers. sed videtur, velle, &c. & num. 35. in 9. q. vers. sed nunquid talis confessio. Anton. Butr. num. 15. & num. 28. in prin. & vers. quandoque fit coram incompetenti Imol. numer. 11. Anchar. num. 7. vers. venio ad oppositiones Abb. num. 9. & seqq. vsque ad num. 14. Aret. num. 12. & seqq. Feli. num. 3. col. 2. ad finem vers. capio glosam primam, & col. 3. vers. nota secundo. Dec. num. 70. & seqq. Bero. nu. 99. & seqq. & num. 123. in fine. Mant. num. 17. & seqq. de iudic. Butr. in c. per inquisitionem num. 27. vers. puta tamen de elect. & num. 28. in fine.

203 AMPLIA IV. & principaliter, propositam huius sexti capitis regulam, vt procedat non solum in confessione facta coram iudice incompetente ratione personæ, sed etiam coram incompetente ratione materiæ, & causę, ita Boss. in tit. de confess. num. 50. post Io. Andr. quem allegat, & ponit exemplum in laico confitente vsuras commisisse coram iudice laico. De quo quidem exemplo dubitat ibi Boss. cum contrarium senserint Bal. Aret. & Feli. in locis per eum relatis, sed resolutio pendet ab iis, quæ latius dixi in tit. de inquisi. q. 8. num. 134. & seqq. par. 1. vbi disputaui an pœnę vsurarū sint merè Ecclesiasticę an verò mixti fori.

204 Et ex hac ampliatione infertur, quòd confessio facta de aliquo capitali crimine coram magistratibus municipalibus, aut alijs pedaneis iudicibus, qui non habent nisi modicam coerctionem iuxta l. magistratibus. ff. de iurisdictio omnium iud. si causa remittatur ad incompetentem iudicem non sufficit ad condemnandum coram illo competente iudice, prout communiter notant omnes in d. l. magistratibus, & Bal. in c. at si clerici num. 4. de iudic. vbi facit generalem conclusionem, quòd non valet confessio coram illo iudice, qui potestatem condemnandi non habet.

205 LIMITA I. & principaliter eandem sexti capitis propositam regulam, vt licet confessio facta coram iudice incompetenti, sit nulla, non est tamen nulla ipso iure secundum communem, de qua aliis relatis testatur Boss. in tit. de confess. num. 55. ad finem, & num. 56. vbi infert ad cōfessionem clerici factam coram iudice laico reprobato. Bal. in l. 1. C. de confess. contrarium dicente, prout etiam contrarium defendit Aret. in c. at si clerici per illum textu in summario extr. de iudic.

206 LIMITA II. eandem regulam, vt licet confessio facta coram iudice incompetente, non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad torturam, & sic habet vim confessionis extraiudicialis, potestque confitens sic ad ratificandum cogi coram iudice competente. fuit originalis doctrina Innocentij in c. at si clerici extra de iudic. & in c. per inquisitionem extr. de elect. sic referédo sequuti sunt. Bald. in l. 1. num. 96. & ibi etiam Ang. num. 6. c. de confess. Roman. in l. magistratibus num. 4. vers. sed quòd hæc confessio, & ibi etiam Ang. num. 5. in fine. Pau. de Castro post num. 3. vers. sed bene potest. Alex. post num. 3. versic. sed benè potest Alex. post num. 5. & seq. vbi de communi Ias. num. 3. & seq. Dec. num. 8. ff. de iurisdict. omn. iud. vbi de communi Bero. in c. at si clerici num. 38. vers. tertia conclusio de iudiciis Imol. in c. per inquisit. num. 6. circa medium de elect. vbi, quòd ita communiter tenetur Anchar. in c. olim num. 8. in fine, de rescrip. Ang. de malef. in verb. *nec non ad denunciationem*, num. 22. ad finem, & in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*. num. 14. & ibi August. in addit. testatur de communi ex Imol. in loco per eum relato. Soc. reg. 62. post 1. fallen. vers. debet intelligi. Tindar. de testib. par. 1. cap. 6. post num. 3. Marsil. sing. 274. in fin. Boer. decis. 90. nu. 4. & seqq. vbi pluribus probat hanc limitationem, & relatis contrarijs num. 8. ad med. hanc dicit communem, & ita alias apud eum in illo consilio fuisse conclusum, & iudicatum testatur Blan. de indit. num. 218. Franch. Cason. de cap. 18. rub. de confess. spontan. num. 10. Caret. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium num. 13. Foller. in practic. crimin. in verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 74. fol. 306. Cyrill. in summa crimin. rubri. 16. de confess. §. num. 1. Claud. Battan. reg. crimin. 54. num. 8. & num. 10. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. num. 10. fol. mihi 282. col. 1. vbi de communi. Boss. in titu. de confess. num. 54. Viui. opin. 141. num. 1. vbi testatur de communi. Clar. in pract. § fin. q. 21. vers. sed hic quæro, vbi alios testantes de communi refert Rolan. cons. 31. num. 1. lib. 3. & ibidem num. 17. vbi de vera, & approbata doctorum opinione. Masc. qui alios refert, & de communi testatur de probat. lib. 1. conclus. 352. num. 1. Hiero. Lauren. decis. Auinion. 138. num. 4.

207 AMPLIA hanc secundam limitationem procedere etiam quando iurisdictio iudicis, coram quo emanauit confessio, est talis, vt prorogari non possit, vt puta in confessione clerici facta coram iudice Ecclesiastico, vel è contra. adhuc

huc enim talis confessio facit contra confitentem' inditium ad torturam, fuit originalis doctrina, Innocentij in c. per inquisitionem num. 2. vers. sed quomodo respondebitur. quem ibi sequuti sunt. Imol. sub num. 6. vbi, quod in hoc dictum Innocentij communiter tenere videtur. Card. Zabar. post num. 7. vbi, quod sic obseruatur. Abb. num. 13. ext. de elect. Bellamer. in c. at si clerici. num. 16. vers sic. dicunt tamen, & num. 30. vers. primò quæritur, in princip. & ibi Bal. num. 2. in fine, vers. tu dic, Ant. de But. (licèt is etiam pro contraria opinione adducatur) post num. 28. vers. secundò, glos. hic &c. & d. num. 28. vers. surgit etiam in ea inditium. Imol. num. 9. col. 2. ad finem, vers. vnde ibi dixit, Innocent. &c. & col. 3. num. 10. ibi post multa hinc inde relata testatur de magis communi, & practicata opinione (licèt de iure fortè veriorem crediderit) Anch. post num. 8. Card. Zabar. num. 2. col. 2. ad medium, vers. & licèt Ecclesiasticus. Anan. num. 2. vers. subdit hic. Aret. num. 25. & seqq. vsque ad num. 34 vbi aliorum relatis, & discussis opinionibus, hanc ibi num. 30. dicit communem, & à côtrarijs defendit. Dec. num. 67. & seqq. vbi in specie respôdet argumentis Ant. de Butr. & num. 105. & seqq. vbi pariter respondet omnibus rationibus adductis per Abb. & alios contrarium tenentes, & num. 115. & seqq. vbi hanc opinionem veriorem, & communiter approbatam testatur, & pluribus rationibus eam côprobat Bero. n. 124. î pr. vbi testatur de communi (licèt ipse, vt mox eum referam contrariam sequi videatur sententiam) & num. 127. & sequen. in princ. vbi pro hac opinione adducit quinque fundamenta Mant. num 25. vers. contrarium autem, vbi testatur de communi, & vers. ic. istis igitur non obstantibus, vbi dicit ab ista communi in iudicando non esse recedendũ (licèt in via disputatiua contrariã sequatur sent.] extra de iud. Ang. in l. 1. nu. 4. ff. de confess. Alex. in l. magistr. n. 5. & 6.. vbi de cõmuni, & in practica seruãda opinione (licèt contrariam veriorem dixerit ex Imol. ibi per eum allegato) Ias. num. 1. vers. primò, quando. Dec. num. 9. & seq. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs. ff. de iurisd. omnium iud. Augusti. ad Ang. de malef. in verbo, *nec non ad querelam*, num. 3. in princ. vbi de communi, & vers. item adde &c. in fine additionis. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. num. 17. vers. si verò non erat prorogabilis. Boer. decis. 90 num. 3. & seq. vbi relatis hinc inde contrariis, testatur idem, quòd testatus est Imol. in loco præcitato. Clar. in pract. §. fin. q. 21. vers. hanc tamen conclusionem, vbi relatis, & reprobatis contrariis, hanc testatur magis communem, & concordantes adducit Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 348. num. 4. vbi de communi, & conclus. 497. num. 6. & seqq. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 64. vbi etiam de communi opinione.

208 Quamuis contrarium, quòd immò confessio clerici facta coram iudice sæculari, vel è contra, non faciat postea inditium contra ipsum ad torturam coram iudice ecclesiastico, voluerit. Ant. de Butr. in d. c. at si clerici, num. 28. vers. puto, quod nec vt iudicialis, ext. de iudic. vbi pluribus hanc probat opinionem, & respondet contrarijs, & hanc Antonij de Butr. opinionem sequuti sunt in d. c. at si clerici. Fely. num. 5. ferè per totum, vbi eam defendit ab omnibus argumentis in contrarium adductis per Aretinum, & pluribus eam comprobat. Bero. num. 38. & num. 124. vers. mihi verò magis placet, & vers. sequen. & nu. 128. vers. istis non obstantibus, & 129. vbi pro hac contraria opinione adducit quatuor fundamenta, & plenè respondet contrariis Mant. num. 25. & 26. vbi latissimè relatis, & reprobatis contrarijs, hanc defendit opinionem, eamq; veriorem in puncto iuris (licèt, vt supra eum retuli, contrariam dixerit communem), & hãc contrariam sententiam sequuti, etiam Bal. in c. per inquisitionem, num. 2. vers. quòd autem, & num. 3. & ibi etiam. Anchar. num. 3. vbi testatur de veriori opinione, extra de elect. Ang. sibi contrarius in l. 1. in fine, num. 6. vers. si tamen iudex esset prohibitus. C. de confess. Alex. in d. l. Magistratibus, nu. 7. in 2. limitatione. ff. de iurisd. omn. iud. (licèt, vt supra eum retuli contrariã dixerit communem) Gram. cons. 42. Blanc. de indit. num. 214. & seqq. vbi relatis, & reprobatis contrariis, hanc pluribus comprobat, & dicit communem. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 13. vers. tamen in hoc &c. vbi, quòd ita per Doctores concluditur, & num. 20. Foller. in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1, vbi, quòd in hoc omnes Doctores videntur concurrere. Cyrill. in summ. crim. rub. 16. de confess. §. 8. sub num. 1. vers. quòd verum.

209 AMPLIA rursus præcedentem opinionem multò magis procedere, quando clericus confitetur delictum corã sæculari iudice, non in forma iudicij, sed extraiudicialiter, tanquàm priuato, quia tunc talis confessio facit inditium ad torturam, sicut aliæ confessiones extraiudiciales, dummodo sit probata per duos contestes clericos, ita Bero. in cap. at si clerici, num. 125. extra de iudic.

210 LIMITA I. ampliationem positam supra num. 207. procedere in confessione clerici emanata coram iudice laico spontè, secùs autem si per torturam emanauerit, quia tunc nullatenus cum ecclesiastico iudice facit inditiũ ad torturam. Bald. in c. at si clerici, num. 2. vers. licèt Innocen. dicat, & d. num. 2. in fine, vers. & dic, & ibi etiam Anchar. post num. 8. Fely. num. 5. ad fin. col. 5. post prin. vers. & per hoc cessat. Bero. num. 126. vbi testatur de magis communi Doctorum opinione, & loquitur etiam in confessione facta metu tormentorum, vel timore probationum, (sed de hoc vltimo, videlicet, de timore probationnm dubito) extr. de iudic. Anchar. in c. per inquisitionem, num. 3. ad finem, de elect. Clar. in pract. §. fin. q. 21. vers. hanc tamen cõclusionem, in fine, vbi de communi ex Bero. in loco præcitato.

211 LIMITA ij. eandem ampliationem procedere, quando clericus spontè comparet, & litigat coram iudice sæculari, tunc enim, coram eo, facta confessio facit contra ipsum inditium ad torturam coram iudice ecclesiastico, secus si inuitus trahitur coram sæculari iudice, quia tunc si confiteatur, non oritur ex confessione inditium ad torturam coram suo iudice, ita relatis hinc inde contrariis, & bene ponderatis rationibus. Anton. de Buttrio distinguit, & cõprobat. Abb. in d. c. at si clerici, num. 14. & per tot. extra de iudic. vbi dixit, hanc distinctionem satis æquam, & salubrem quam etiam refert ibidem. Aret. num. 25. vers. & pro veritate huius passiis, & num. 26. Bero. num. 26. versic. ex quibus infertur, & 124. in prin. & num. 126. vbi loquitur de confessione facta metu probationum, & testatur de magis communi, & pro hac distinctione. Abbatis faciunt deducta per Mant. in d. c. at si clerici num. 25. vers. quòd vbicunque vsque ad vers. contrariam autem, &c. & d. num. 25. vers. istis igitur non obstantibus, & num. 26. in princi. vsque ad vers. attamen istis non obstantibus. Addo etiam Imol. post Innocen. quem allegat in c. per inquisitionem, num. 6. vers. vel secundum Innocentium, & vers. credo tamen extr. de elect.

212 Contra primam partem huius distinctionis, in qua dicitur confessionem clerici spontè litigantis, & comparentis coram iudice sæculari, facere inditium ad torturam, corã iudice Ecclesiastico, facit quia confessio clerici facta corã iudice sæculari est nulla, siue fiat ab eo inuito, siue etiam spontè, & in iurisdictionem consentiente, vt dixi supra nu. 196. ergo nihil plus debet operari spõtè facta, q̃ nõ spõtè, & ēt ideò spontè factam confessionē coram iudice sæculari non facere inditium ad torturam pluribus probat. Bero. in d. c. at si clerici num. 124. vers. mihi verò magis placet, & num. 128. vers. istis non obstantibus, vbi respondet cõtrariis, & latè etiam comprobat, & defendit Mant. num. 26. vers. attamen istis non obstantibus extr. de iud. nec dissentit Blanc. de indit. num. 215. vers. ista distinctio, &c. & uers. seq. incip. aduertè.

213 Contra secundam partem eiusdem distinctionis, in qua dicitur, quòd confessio clerici facta coram iudice sæculari non spontè comparentis, sed citati, & uocati non faciat inditium ad torturam coram iudice Ecclesiastico uidetur de mente omnium doctorum allegatorum supra nu. 207. qui generaliter loquuuntur, & faciunt dicta per eundem Bero. in d. c. at si clerici num. 124. vers. mihi autem uidetur, & uers. seq. & quòd communis sit doctorum opinio clerici

clerici confessionem factam coram iudice sęculari indicium facere ad torturam indistinctè etiam, quòd is ad iudicium inuitus tractus fuerit; dixit communem Mantic. in d. c. ad si clerici num. 25. vers. quòd vbicunque iuncto vers. contrariam autem, & vers. istis igitur non obstantibus, vbi ampliat. quòd ab hac communi in iudicando non est recedendum (licet in via disputatiua contrarium latè defendat.)

214 Quòd dicendum crederem, quòd iure confessio sit facta à clerico spontè comparente, siue etiam citato, & monito coram iudice sęculari, & è contra semper contra ipsum faciat inditium ad torturam coram suo iudice, & ista est magis communis opinio, vt patet ex allegatis d. num. 207. à qua nec in iudicando, nec in consulendo recedendum erit.

215 SVBLIMITA I. limitationem positam supra num. 206. in qua dixi confessionem, coram iudice incompetente emanatam, facere inditium ad torturam, non procedere, quando talis confessio fuit reuocata per confitentem. Tunc enim nec ad torturam facit inditium etiam non docto de errore. Bal. l. 1. num. 96. C. de confess. Ias. in l. magistratibus num. 6. ff. de iurisdict. omn. iud. vbi dixit, hanc declarationem esse notandam in pract. Fely. in c. at si clerici nu. 6. vers. secundo restringitur, & ibi etiam Beto. nu. 140. (vbi tamen loquitur, quando confessio reuocatur re integra, videlicet antequam fuerit à iudice, vel à parte acceptata) Mant. num. 31. vers. attamen, &c. ext. de iudic. Socin. reg. 27. in fine vers. & prædicta debent intelligi. Afflict. in constit. damna clandestina num. 96. lib. 1. Brun. de indit. part. 1. q. 3. num. 17. in fine vers. item dictum Innocent. Blanc. de indit. num. 218. in fine vers. intellige prædicta, vbi bene exemplificat, quo casu possit habere locum hæc declaratio Petrasanct. Fran. & Thom. Ferrat. in locis relatis per Boer. decis. 90. num. 9. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 14. & seq. Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 3. num. 1. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. num. 10. in 3. ampliatione in fine fol. mihi 282. col. 2. & in 7. ampliatione fol. 285. col. 1. relati per Boss. (qui tamen eos non sequitur) in tit. de confess. num. 55. Roland. cons. 31. num. 2. & seq. iuncto num. 17. & seq. vbi testatur de communi opinione, & alios refert concordantes Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 352. nu. 7. & faciunt pro hac opinione Doctores allegati infra q. 82. num. 27.

216 Contrarium, quod confessio emanata coram iudice incompetēte, etiam reuocata, faciat indicium ad torturam; voluerunt Dec. in l. magistratibus num. 10. vers. sed aduertendum est. ff. de iurisd. omn. iud. Bellamet. in c. at si clerici, num. 30. vers. aut ipse eam reuocat, iuncto vers. saluo, quòd si non appareat, & ibi etiam Aret. num. 28. vbi, quòd Bald contraria opinio est falsa, Dec. num. 121. extra de iudic. Boer. decis. 90. num. 9. vbi relatis, & reprobatis contrariis, hanc dicit communem, & probat opinionem ea potissimum ratione, quia si reus non reuocaret confessionem coram iudice competente, sed eam ratificaret, non esset opus tortura, sed condemnatione. Ideò hæc conclusio, quòd faciat inditium ad torturam, intelligenda est, quando confessio est reuocata, non quando perseuerata, & num. 10. in fine, vbi quòd ita per illam Curiam iudicatur, & seruatur, refert, & sequitur Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. num. 1. ad med. vers. istud tamen Boss. in tit. de confess. num. 55. vers. veritas est in oppositum, vbi aliis relatis testatur de communi, & num. 57. & sequent. vbi benè comprobat. Clar. in pract. §. fin. q. 21. vers. sed quid si reus. Mascard. de probat. lib. 1. d. conclus. 352. num. 2. vbi etiam testatur de communi. dicitq; quod iudex competens potest cogere ad perseuerandum, & confirmandum coram ipso confessionem factam coram iudice incompetenti, nisi doceat de errore, & causa reuocationis, & num. 3. vbi etiam, quòd talis confessio non potest reuocari, præsertim si emanauerit legitimis inditiis præcedentibus, etiam, quòd coram iudice incompetente, ex quibus iunctis aliis, quos in simili retuli infra, q. 82. hanc contrariam opinionem dicere possumus, & veriorem, & magis communem.

217 SVBLIMITA II. eandem secundum limitationem non procedere, quando confessio coram iudice incompetente emanasset, nullis præcedentibus inditiis, quia tunc videtur, quòd nec etiam ad torturam sufficiat secundum Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 352. nu. 6. ex Boer. quem allegat. decis. 90. num. 10. & Corn. in cons. 20. in fine lib. 3. & cons. 134. in prin. lib. 4. licet Corn. & Boer. in locis per Mascar. citatis, non loquantur in confessione spontanea facta coram iudice incompetente, sed in confessione emanata in tortura coram iudice competente, sine præcedentibus inditiis, de quo dictum est infra q. 83. num. 1. & si termini videantur diuersi, limitatio tamen posset forsan sustineri, & tradit supra num. 14. & seq. vbi dixi secundū aliquos, quòd confessio etiam spontanea, non præcedentibus inditiis, non valet, nec validat processum nullū, sed magis in specie hanc conclusionem probat idem Boer. d. decis. 90. post num. 8. vbi ex Bald. quem allegat in l. Clarū C. de author. præstan. facit conclusionem, quòd iudex cōpetens potest cogere confessum coram iudice incompetente ad perseuerandum in confessione facta; si ea sit con iectutis adiuuata; aliter secus, & Baldum refert Aret. in c. at si clerici num. 29. de iudic. & ibi etiam Fely. num. 5. versic. secundo allegat. Bald.

218 SVBLIMATA III. quando causa criminalis ciuiliter tractatur, quia tunc confessio facta coram iudice incompetente non facit inditium ad torturam coram iudice incompetenti, vt dixi infra q. 82. num. 24. hic non repeto.

SVBLIMITA IV. in duobus casibus positis per Rolan. in cons. 31. num. 18. & seqq. lib. 3. Primò, scilicet, quando ex confessione emanata coram iudice incompetente, nulla orta fuit infamia contra confitentem (de qua tamen limitatione alibi dixi) secundo, quando confessio emanauit coram iudice incompetente, vt ibi per eum, qui benè hanc vltimam comprobat limitationem.

ARGVMENTVM.

Confessio criminis per viam exceptionis oppositi, vel alias incidenter emanata. An ad condemnandum sufficiat, quando, & in quam pœnam.

SVMMARIVM.



Confessio incidenter emanata de crimine ad quòd non agebatur regulariter ad condemnandum non sufficit, numero 219.

Confessio clerici promouendi ad sacros ordines de delicto ipso obiecto ne promoueatur, non sufficit ad ipsum condemnandum num. 220.

Confessio criminis per viam exceptionis obiecti tanquam incidenter facta, non sufficit ad condemnandum num. 221.

Probationes criminis per viam exceptionis obiecti, non sufficiunt ad condemnandum in alio iudicio, quòd an verum sit, & quando, num. 222. & 275.

Confessio testis de crimine per viam exceptionis contra ipsum opposito, tanquam incidenter emanata, non sufficit ad ipsum condemnandum num. 223. Contra num. 224. limita primam opinionē duobus modis num. 225.

Confessio accusatoris de crimine sibi obiecto ad effectum ipsum repellendi ab accusatione, non sufficit ad condemnandum num. 226.

Confessio vnius incidenter emanata, multò minus nocet tertio numero 227.

Confessio extraiudicialis incidenter emanata, non facit inditium ad torturam num. 228.

Confessio incidenter emanata in vno iuditio, an faciat fidem in alio num. 229.

Confessio incidenter emanata multò minus probat, quando agitur de interesse partis num. 230.

Con-

Confessio incidenter emanata probat in crimine falsi num. 231. & sequent.

Confessio testis, vel accusatoris dicentis se falsum deposuisse, & falsò accusasse, sufficit ad condemnandum. num. 233.

Confessio producentis instrumentum de falsitate d. instrumenti apposita, etiam quòd incidenter sit emanata sufficit ad condemnandum. num. 234.

Confessio incidenter emanata in crimine simoniæ sufficit ad condemnandum num. 235. contra num. 236.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnadum, quando iudicium, & illius tela fuit contra confitentem saltem generaliter ordinata num. 237.

Confessio incidenter emanata plenè probat in causa inquisitionis formata in capite, & membris num. 238.

Confessio incidenter emanata de crimine opposito plenè probat, quando exceptio criminis sapit accusationem, & illius locum assumit num. 239.

Confessio criminis per viam exceptionis oppositi, sufficit ad condemnandum, quando confitens assumpsit defensionem obiecti criminis: sed, An hoc verum sit, & quando num. 240. & seqq.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum parte instante, vel iudice inquirente num. 245. contra num. 246.

Confessio accusatoris de crimine per viam reaccusationis contra ipsum intentato sufficit ad condemnandum. num. 247.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum, quando condemnatio venit ex manu Principis num. 248.

Confessio testis interrogati, vt principalis quoad se, & testis quoad alios, sufficit ad condemnandum ipsum num. 249.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum, quando constat de delicto per alias probationes num. 250.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum, quando crimen confessatum tangit causam, & illi est connexum num. 251 contra num. 252.

Confessio testis, vel accusatoris dicentium se participes criminis, de quo principaliter agitur, sufficit ad eos puniendum num. 253.

Confessio accusatoris dicentis in accusatione contra iudicem, se iudicem ipsum corrupisse, sufficit ad ipsum puniendum de corruptione confessata num. 254.

Confessio vxoris accusatæ de adulterio, & dicentis maritum fuisse lenonem sufficit ad ipsam condemnandum de adulterio num. 257. contra num. 258.

Confessio testis dicentis se commisisse simoniam, pro qua excusanda, erat inductus ab altero, sufficit ad ipsum condemnandum, numero 259.

Confessio criminis tangentis causam, de qua agitur, vel illi annexi sufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam num. 260. licet alij contra num. 261. limita hanc conclusionem duobus modis num. 262. & seq.

Confessio incidenter emanata in iudicio ciuili, non sufficit ad condemnandum in iudicio criminali, etiam quòd crimen confessatum tangat causam, de qua agitur, & illi sit annexum num. 264. limita, & num. 265.

Confessio incidenter emanata, licèt non sufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariam, sufficit tamen quoad pœnam extraordinariam num. 266. & num. 268. licèt contra num. 267. limita, vt num. 271.

Confessio incidenter emanata in casibus, in quibus ad condemnandum sufficit, non tamen sufficit ad imponendum pœnam ordinariam, sed tantum extraordinariam, num. 269. contra num. 270.

Confessio incidenter emanata sufficit ad condemnandum, quando illa reproducitur in alio iudicio nouiter formato ad effectum condemnandi confitentem num. 272. contra num. 273. & seqq.

Confessio incidenter emanata sufficit ad torquendum in alio iudicio, num. 274.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. VII.

219 REGVLA fit in hoc septimo capite, quòd cōfessio incidenter emanata de crimine, ad quod non agebatur ad condemnandum non sufficit. Bart. in l. 2. §. si publico, num. 20. ff. de adult. Roman. in l. magistratibus, num. 4. in fin. verſ. sed quid si confessio. ff. de iurisd. omn. iud. idem Bart. in l. si confessus, num. 3. & ibi etiam Angel. num. 3. ff. de custod. reor. glō. in c. cum super, in verbo *confessus*, versic. sed nonne iste, vbi plura adducit concordantia iura, & ibi etiam Butr. num. 10. extr. de confess. glo. in c. at si clerici, in verbo *non debet*, ad finem, & ibi etiam Abb. post num. 6. & num. 17. vers. aut indirectè. Fely. num. 1. versic. quintò limita. Dec. num. 19. & num. 144. Bero. num. 33. in prin. Mant. num. 7. extra de iudic. Fely. in cap. 1. num. 6. col. 3. in fine, vers. & dixit Bal. &c. & col. 4. in princ. versic. diceres, & ibi etiam Dec. n. 16. Mant. nu. 16. ubi etiam respondet contrariis, extra de except. Anto. de Butr. in c. per inquisitionem, num. 29. de elect. Anan. in c. qualiter, & quando, il 2. §. licèt autem, num. 3. in fine, vers. & intellige. & ibi etiam Fely. num. 8. extra de accusat. Franc. in c. 1. num. 8. vers. nec etiam obstat, de accusat. in 6. Corsett. sing. in verbo *confessio* 11. vers. secùs si incidenter. Marsil. in l. repeti. num. 34. ff. de quæst. & in pract. §. postquam, nu. 9. Franc. Cason. de tormen. cap. 18. rub. de confess. spontan. num. 9. Tiraquel. res inter alios acta, fol. 8. in fine, vers. postremo, &c. & seq. vbi alij referuntur. Afflict. decis. 176. num. 4. & 5. Carer. in pract. in 2. tractat. de indit. &c. §. in tex. ibi voce propria confessus. Foller. in pract. criminal. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 31. fol. 297. & d. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. nu. 80. fol. 328. Iodoc. in pract. crimin. cap. 39. num. 2. Capra in tract. de notor. membro 1. num. 33. Cyrill. in summ. crim. rub. 16. de confess. §. 2. num. 9. vbi ponit duo exempla huius conclusionis. Bosſ. in tit. quom. proce. per excep. num. 4. & in tit. de confess. nu. 41. Matth. Gribal. in suis reg. crimin. vers. ex confessione criminis incidenter facta, fol. mihi 347. col. 1. in fine inter comm. opin. par. 1. Albertin. in tract. de hæret. quæst. 25. num. 67. Monticell. reg. 19. num. 12. Pract. corrad. tit. de confessione crim. num. 11. in 6. limitat. fol. mihi 283. Rolan. cons. 51. num. 2. lib. 3. Bertaz. cons. 471. num. 10. & seqq. lib. 2. vbi de confessione per verba enunciatiua, & ibi testatur de communi. Mascard. qui alios plures refert concordantes, de prob. lib. 1. conclus. 345. num. 21. & seqq. & conclus. 383. num. 1. vbi de communi, & num. 5. & sequent.

220 AMPLIA I. propositam regulam (& quidem illatiuè ex ea) vt si promouendus ad sacros ordines, ad quem repellendum obiiciatur crimen, puta homicidium illud fateatur, tunc quidem repellitur solum à susceptione ordinis, non autem ex hac sua confessione punitur, eo quia ad pœnam criminis non agebatur. Alber. in l. 1. num. 27. C. de confess. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. num. 1014. de accusat. Corsett. sing. verbo *confessio* 11. ad med. Tiraquel. res int. al. act. fol. mihi 8. vers. postremo &c. ad finem. Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 309. num. 2.

221 AMPLIA II. & generaliter, vt omnis confessio incidenter facta de crimine intentato per viam exceptionis ad condemnandum non sufficiat, text. est, & ibi notant omnes in cap. 1. de excep. Butr. in c. 2. §. verum, num. 45. de ordine cognition. Salycet. in l. vbi, num. 6. col. 2. vers. aut quæritur de eo puniendo, & vers. seq. C. de fals. Et isto casu multò minus potest imponi pœna, quando de crimine constat non per confessionem, sed per probationes, quia tunc nec etiam extraordinaria pœna imponi potest, vt dixi infra in seq. ampliatione.

222 AMPLIA III. (& hæc ampliatio venit ampliatiuè ad præcedentem) multò magis regulam sic, vt supra ampliatam procedere, quando de crimine obiecto constaret, nō per confessionem, sed per probationes. Tunc enim nec etiam extraordinaria pœna imponi potest, etiam quòd crimen obiectum tangat causam, de qua agitur, & illi sit annexum secundum Innocen. in c. 1. verbo *confessi*, vers. sed nec extraordinaria, & in verbo *præsertim*, extra de excep. sed an hęc ampliatio vera sit, & quādo, vide in d. c. 1. Hostien. num. 1. ad fin. col. 2. in princ. vers. si verò per alios testes, & num. 2. vers. præsertim, &c. Io. Andr. post num. 3. & post num. 4. Bellamer. post num. 2. ad med. & num. 7. in 1. q. Bal. num. 2. vers. sed si extrinsecus. Butr. num. 12. Anchar. num. 1. ad finem, & num. 6. Imol. sub num. 5. Anan. num. 5. Zabar. num. 2. vers. quæro eo casu. Abbas num. 15. Fely. num. 9. & num. 15. & num. 17. Butr. in c. 2. §. verum,

num.

num.50.col.antepen.ad finem,verſ.ſi autem crimen eſt,de ord.cognit.Imol.num.31.verſ.& dixit hic d. Ant.Abb.nu. 30. in prin.& poſt num.32.verſ.& hoc,& num. 33. per totum in diſcurſu,& ſeq. Innocent.in c. cum ſuper, ſub nu. 3. & ibi etiam Hoſtien. col. pen.& fin.ſub num. 10. in diſcurſu. Io. Andr.nu.9.per tot. Bellamer.num.9. & ſeqq.per totam ſecundam concluſionem, Butr. num.10. in diſcurſu.Imol.col. 1.verſ. & nota ſecundum Innocent. Anchar. num.5.verſ.opponit gloſ. &c.Card.Zab.col. 1. poſt princ. verſ.in ea glo.& d.col.1.poſt med.verſ.ſed Innocent. iuncto verſ. ſi alio modo &c. & verſ. prima pro nullo crimine.Abb. num.13. & ſeq. de confeſſ. Innocent.in c. per inquiſitionem,num.2.verſ.& non obſtat,de elect. & ibi etiã Boich. num.2. Bellam.col.2. in fin.num. 3.poſt med. verſ. tertia concluſ. Roman.in l.cum mulier,num.40.41.& 44. & ſeq. ff. ſolu. matrim. Aret. inſti.de excep. in prin. num. 41. in 9.& 10.concluſ.Salycet. in l. vbi,num.6. col. 2.in fine, verſ.quantum verò ad extraordinariam, vſque ad finẽ lecturę. C.de falſ.Pract. Papien. in forma inquiſitionis in glo.1.ſub num.36. vbi loquitur in caſu, quando agitur nõ ſolum ad effectum excipiendi,ſed etiam accuſandi, & puniendi. Cyrill. in ſumma crim. rub. 16. de confeſſ.§.2.nu. 9.ad finem, verſ.ſed ſi crimen. Monticell. in repertorio teſtium,verſ.teſtiis obiectione criminis repulſus, per tot. fol.300.col.2.

223 AMPLIA IIII. (& quidem etiam illatiuè ex regula) in teſte,qui puta,iudicialiter examinatus ſuper interrogatoriis partis aduerſę, reſpondendo fatetur aliquod crimẽ contra ipſum per viam exceptionis oppoſitum. Nam ex tali confeſſione ipſum damnari non poſſe,quia ad id in eo iudicio non agebatur,eſt text & ibi notant omnes in ſummario,& in figuratione caſus in cap.1.& ibi etiam glo. in verbo *contingere*, in fine extra de excep. cuius text. verba ſunt hęc. *Cæterum ſi de criminibus ad ſolam exceptionẽ obiectis,teſtes conuicti fuerint,ſiue confeſſi pœna ordinaria mulctari non debent*,& ita per hunc text.vltra annotata per Doctores ibi,vt dixi in figuratione caſus hanc ampliationem firmarunt idem Hoſtien. num. 1.ad finem in verbo *cæterum*, & num.3.ad finem. Bal.num.3.Anchar. num. 5.Imol. nu. 7. eſt etiam text. in c. 2. ad finem.de ord. cognit. dum pariter dicit. *Quemadmodum ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti obiicitur, vt à teſtimonio repellatur, & ſi crimen contra eum probatum fuerit,non ideò ſibi, pœna infligitur ordinaria, ſed eius dumtaxat teſtimonio non creditur, quod ea ratione contingit, quoniam in ipſum accuſatio non procedit*,& ibi hoc notant glo. magna in verbo *reſtitutio*, poſt prin. Hoſtien.num.45.glo.in c.cum ſuper in verbo *confeſſus*, & ibi Hoſtien. num.7. verſ.ſed videtur Bellamer. num. 8. verſ. ex qua reſtrictione extra de confeſſ. Bero.in c.at ſi clerici. num.33.de iudic. glo.in c.per inquiſitionem in gloſſ. fina. ad finem, verſ.ſed quare iuncto verſ ſi quis, & ibi etiam Henric. Boich.num.5. Bellamer. col.4.ad finem, verſ. aut non contingit.Butr.num.26.poſt princ.verſ. ſolutio, &c. col.2.in fine,& col.3.poſt princ. verſ.quandoque tela iudicialiter,& col.pen.nu.29.Card. Zab. col.2. poſt med. verſ. ſeptimo oppono de elect. Alber.in l.2.num.27.verſ. an teſtis confitens C.de confeſſ. Pract. Papien.in forma inquiſitionis glo.1.poſt num.36.vbi etiam ponit ſub qua forma teſti dicatur oppoſitum crimen, vt à teſtimonio repellatur,Tiraq. res int. al.acta.fol.mihi 9.verſ.poſtremo,&c. in fine Pract.Mille fol.65.num.44. Foller.in pract.crim.verbo, *& ſi confitebuntur*, par. 1.num.29.fol.297.& num.32.fol. 298. Cyrill. in ſumma crim. rub.16.de confeſſ. §. 2. num. 9. verſic. idem iuris. Monticell.in repertorio teſtium verſic.teſtis in cauſa ciuili interrogatus, &c. per totum folio mihi 303.vbi de materia.Maſc. qui alios refert,lib. 1.concluſ.345. num.24. Io. Pet. Surd. deciſ. Mantuan. 309. nu. ſecundo.

224 Quamuis contrarium,quòd immò teſtis confeſſus in iudicio crimen appoſitum poſſit ſine noua tela condemnari expreſsè voluerit Zabar.in c.cum ſuper col. 1.in princ.verſic.ſi de crimine conſtat,& col.3. verſ. ſi de crimine teſtis extra de confeſſ. vbi reſpondet contrariis,& loquitur etiã quòad pœnam ordinariam,& quando crimen confeſſatũ, contingit cauſam,de qua agitur,& reddit rationem,quia ſcilicet confeſſio facit crimen notorium, & ſufficit ad punitionem etiam ſine proceſſu.

225 LIMITA hanc quartam ampliationem duobus modis. Primo in teſte,qui fatetur,ſe falſum dixiſſe,vt dixi infra num.153. Secundo, quòad pœnam extraordinariam, vt dixi infra,num.266.

226 AMPLIA V. (& etiam illatiuè ex regula) in accuſatore,contra quem ſi obiiciatur crimen ad effectum illum repellendi ab accuſatione,ſi obiectum crimen fateatur,talis confeſſio non ſufficit ad condemnandum. Quæ enim excipiendo dicuntur,non operantur condemnationem, ſed ſolum excluſionem,ad quam actum eſt. Pract.Papien. in forma inquiſitionis.glo.1. poſt num.36. vbi etiam ponit,quando, & ſub qua forma accuſatori dicatur oppoſitum crimen ad effectum ipſum repellendi ab accuſatione. Bero.in c.at ſi clerici num.33. de iud.Dec. in c.1.num. 15. in fine verſ.& iſta concluſio,vbi,quòd non poteſt condẽnari,etiam pœna extraordinaria extra de excep.

227 AMPLIA VI. quia confeſſio incidenter facta: ſicut non nocet confitenti:multo minus nocere debet aliis perſonis non nominatis in cauſa, in qua confeſſio emanauit. Boſſ.in tit.quom. proced. per exceptionem poſt nume. 7. verſ. ſecùs ſi eſſent aliæ perſonæ.

228 AMPLIA VII. & multò magis in confeſſione extra iudiciali ad alium effectum,& finem, & ſic incidenter emanata,quę nec etiam facit inditium ad torturam.Care. in pract. in 2.tract.de indit.& tortu. §. ſeptimum inditiũ, num.19.in fine. Foller.in pract.crimin.in verbo, *& ſi confitebuntur*, par. 1.num. 1. ad finem, verſ. limitatur etiam, vbi relato. Alex. in loco per eum relato contrarium tenente,hanc videtur tenere opinionem.

229 AMPLIA VIII. & multò magis in confeſſione incidenter emanata in vno iudicio, quæ eo minus probat in alio, dixi ſupra,num. 109. & infra,num. 272. & ſeqq.

230 AMPLIA IX. etiam quando agitur de intereſſe partis. Tunc enim confeſſio incidenter emanata multò minus,probat dixi ſupra.num. 109.verſ. præſertim.

231 LIMITA I. huius ſeptimi capitis propoſitam regulã non procedere in crimine falſi,in quo confeſſio etiam incidenter emanata ad condemnandum ſufficit, fuit originalis doctrina Archidiac.in c. memoriam 19. diſtinctio. quem ſequuti ſunt. Anchar. conſ.173.num. 8. verſ. & cuius dictis.Dec.in c.at ſi clerici.num.20.& ibi etiam Bero. num. 34.verſ. ſecundus caſus. Mant.num.8.vbi bene comprobat,& reſpondet contrariis extra de iudic. Matth. Gribal.in ſuis reg. crimi.verſ.ex confeſſione criminis incidenter facta,fol.mihi 347.col.1.in fine inter commun. opin. par.1.Boſſ.in tit.de confeſſ.poſt num. 41. & in tit. quomodo proced. per excep. num. 9.vbi plures alios refert antiquiores,quę Archid. in loco præcitato ſequuntur Monticell. reg. crim. 19. num. 12. in fine,verſ. quòd verum,& reg.15.num.119. in 11.ſpeciali.Maſcard.de prob. lib. 1.cõcluſ.383.num. 1.

232 Verum, quia Boſſ.in loco præcitato valdè dubitat de veritate huius limitationis fundatæ in l. vbi. C. de falſ. quæ quidem lex non ſolum non probat eam, immò contrariũ, vt ibi per eum,ideò pro reſolutione,vide Cyn. Bal.& Salycet. in d.l. vbi,qui in hac materia ponunt tres Doctorum opiniones,& diſtinctiones.

233 LIMITA II. & quidem illatiuè ex præcedenti limitatione in teſte, ſeu accuſatore cõtra quos excipiatur, quòd ſunt falſi. Si enim per eorum confeſſionem conſtet de obiecto crimine falſi,talis confeſſio ſufficit ad condemnandum licet non ad pœnam.ſed ad eos repellendum, actum fuerit glo.in c. 1.ad finem in verbo contingere, verſ.ſic & teſtis,& ibi etiam. Hoſtien.nu.3.But.nu.12. in fine. Abb. num.14. & num. 17. ad finem. Mant.num. 32. extra de excep. Bart. l. 2.§. ſi publico,num. 20,ff.de adul. Bero.in d. c.at ſi clerici,num.34. verſ.ſecundus caſus extra de iudic. Roman.in l.cum mulier,num.39.ff.ſolu. matr. Cyn. in l. vbi,num.7.col. 2.verſ.aut quæritur de pœna ordinaria. C. de falſ.Cyrill.in ſumma crimin.rubr.16. de confeſſ.§.4.numer.9.poſt med. verſ.ſed ſi crimen. Et faciunt dicta per

Boſſ.

Boſſ. in tit. quom. proced. per excep. num. 7. Et licèt idem Boſſ. ibidem, num. 2. dixerit Doctores in c. 1. de except. magis tenere, quòd isto caſu teſtis non poſſit puniri de falſo, nec etiam pœna extraordinaria, quia ad id actum non eſt; aduertè tamen, quòd in hoc ipſe Boſſ. non benè loquitur, quia Doct. in d. c. dicunt iſto caſu teſtem non puniri, non quando conſtat de falſitate per eius confeſſionem, prout ſunt termini propoſitæ ampliationis, ſed quando de ea cōſtat per probationes, de quo dixi ſupra, num. 222. Verum quando de falſitate conſtat per confeſſionem, & tunc ſine dubio talis confeſſio ſufficit ad condemnandum, prout ſcripſerunt glo. Hoſtien. Butr. Abb. & Mant. in d. c. 1. & in locis, vbi ſupra relatis, & etiam expreſsè hoc idem admittit idem Boſſ. vbi ſupr. num. 3. vbi tenet iſto caſu confitentem poſſe puniri iudice inquirente, aut parte inſtante, & idem re petijt, num 9. verſ. ſed quando iudex, & ratio propoſitæ ampliationis, & communiter aſſertur, quia quando teſti, vel accuſatori opponitur de falſitate accuſationis, vel depoſitionis dicitur tunc agi de crimine annexo, & tangente cauſam, quæ principaliter agitur, ideò confeſſio incidenter emanata ad condemnandum ſufficit per ea, quę dixi infra num. 251. & ſeqq.

234 LIMITA III. (& etiam illatiuè ex prima propoſita limitatione) vt & idem ſit, ſi contra inſtrumentum productum excipiat de falſitate, & producens fateatur inſtrumētum falſum, tunc enim poterit producens ex hac confeſſione de vſu falſi inſtrumenti condemnari etiam, quòad id principaliter actum non ſit ſecundum Bar. in l. 2. §. ſi publico num. 20. ff. de adult. Cyn. in l. vbi. num. 7. col. 2. verſic. alij dicunt. C. de falſ. & ibidem num. 7. in fine, vbi tamen, quòd punitur pœna extraordinaria Boſſ. in tit. quom. procedit. per excep. num. 7. & licet idem Boſſ. vbi ſupra, num. 2. dixerit, quòd iſto caſu producens nulla pœna puniri poſſit, nec etiam extraordinaria, quia ad id actum non eſt, & ita etiam teſtantur Doctores magis tenere in d. c. 1. extra de excep. labitur tamen Boſſ. quia Docto. in d. c. 1. hoc nō dicunt, quando de falſitate conſtat per confeſſionem partis, licèt ſecùs, quando de ea conſtet per probationes, de quo dixi ſupra num. 222. & tamen idem Boſſ. ibidem nu. 3. tenet etiam iſto caſu producentem poſſe puniri iudice inquirente, aut parte ſic inſtante, & quòd tunc res nullam habet difficultatem, quòd, & idem repetijt num. 9. verſic. ſed quando iudex. Adde pro limitatione. Cyrill. in ſum. crim. rub. 16. de confeſſ. §. 2. num. 9. poſt med. verſ. item principalis, ratio autem huius limitationis ea eſt, quia quādo excipitur de falſitate aduerſus inſtrumentum productum dicitur agi de crimine annexo, & tangente cauſam principalem, de qua agitur, confeſſio incidenter emanata ſufficit ad condemnandum, per ea, quæ generaliter dixi infra num. 251. & ſeqq.

235 LIMITA IV. in crimine ſimoniæ, in quo confeſſio incidenter, & per viam exceptionis facta ſufficit ad condemnandum in eodem iudicio, & inſtantia. Bero. in c. at ſi clerici num. 88. verſ. hinc videmus de iudic. per text. in capit. 2. de confeſſ. & ibi etiam videtur eſſe de mente Mant. in d. c. at ſi clerici, num. 8. in fine verſ. nec obſtat.

236 Contra, quòd nec etiam in crimine ſimoniæ confeſſio incidenter facta nocet confitenti ad plenum pręiudicium dixit Mant. in d. c. at ſi clerici, num. 8. verſ. tamen dubito eſſe gloſam communiter approbatam (licet ipſe ibi hanc gloſ. non eſſe bonam crediderit] in c. 1. in verbo aſſequuti ad finem de teſtibus in 6. & ſi vis hanc contrariam tenere, facilis eſt reſponſio ad text. in d. c. 2. de confeſſ. quia, vt ibi adnotauit Abb. vel loquitur in alio iudicio, vel quando crimen ſimonię contingit cauſam principalem, quibus caſibus, vt ſuo loco adnotauimus, cōfeſſio incidenter emanata nocet etiam, quòd non agatur de crimine ſimoniæ, vide infra num. 259.

237 LIMITA V. quando iudicium, & illius tela fuit ſaltē generaliter ordinata contra eum, de cuius crimine incidenter conſtat, per eius confeſſionem. Tunc enim talis confeſſio ſufficit ad condemnandum etiam in eo iudicio, exemplum huius limitationis ſumitur ex text. in c. per inquiſitionem, vbi Papa commiſit diligentem, & generalem inquiſitionem fieri ſuper ſtatu Eccleſiæ, & totius capituli. Tunc ſi aduerſus aliquem de capitulo incidenter per eius confeſſionem conſtiterit de crimine, poterit ex hac confeſſione punitio ſequi, quia ille ſic confeſſus ſub generali inquiſitione, & tela iudicij includebatur, & per iſtum tex. hanc limitationem firmarunt ibi Hoſtien. col. 1. in princ. in verbo ſuper ſtatu Epiſcopatus, & col. 2. num. 4. in fine. Boich. num. 4. in fine. Bellam. num. 6. poſt med. col. 4. verſ. aut nullum. Butr. num. 26. poſt princ. col. 3. in princ. verſ. ſed crimen, & d. col. 3. ante med. verſ. quando tela eſt vniuerſaliter, &c. & col. 4. ad med. verſ. conſulendo hæc omnia, Imol. num. 6. in primo intellectu illius tex. Card. Zabar. num. 5. ad fin. verſ. & ſic non refert. Abb. nu. 10. & nu. 13. verſ. potes & quintò legi, extra de elect. Fely. in c. 1. num. 5. in 1. concluſ. de excep. Et licèt de veritate huius limitationis dubitet. Dec. ibidem num. 17. verſ ſecundò limitatur: tamen pro limitatione adeas Mant. in d. c. 1. nu. 18. vbi reſpondet argumentis, & rationibus Decij, & pro limitatione addo Roman. in l. cum mulier, num. 27. in 1. concluſ. ff. ſolut. matr. Aret inſti. de excep. in prin. num. 41. vbi amplies, quòd iſto caſu imponitur pœna ordinaria. Butr. in c. 2. §. verum, num. 50. de ord. cognit. & ibi etiam Abb. num. 29.

238 LIMITA VI. (& illatiuè ex pręcedenti limitatione) in caſu inquiſitionis formatæ in capite, & membris, in qua confitens etiam, vt teſtis, ſi eſt de membris puniri poteſt, glo. in c. 2. in glo. magna, in verbo *reſtitutio*, ad finem, verſ. in illa &c. & ibi etiam Butr. num. 47. in 3. oppoſit. Abb. ſub num. 28. verſ. ad c. per inquiſitionem, de ord. cognit. alia glo. in c. per inquiſit. in glo. fina. ad finem, & ibi etiam Hoſtien. col. 1. in princ. in verbo *feciſtis*, & ibi etiam Henric. Boich. num. 4. in fine, Butr. num. 26. col. 3. in princ. verſ. ſed crimen. Card. Zabar. num. 5. ad finem, verſ. & ſic non refert, Abb. num. 10. de elect. Hoſtien. in cap. 2. num. 8. verſic. vel inquiſitio, extra de confeſſ. Spec. in tit. de teſt. §. iam de interrogatorijs, ad finem, verſ. ſed nunquid, & eſt de mēte omnium Doctorum allegatorum in pręcedenti limitatione.

239 LIMITA VII. quando exceptio criminis oppoſiti ſapit accuſationem, & illius locum aſſumit Tunc enim confeſſio incidenter facta de illo crimine ſufficit ad condemnandum, etiam in eodem iudicio ſecundum Felyn. in c. 1. num. 7. in 3. concluſ. extra de excep. vbi tamen loquitur, quoad pœnam extraordinariam, & benè exemplificat hāc limitationem in eo, qui ſponte à nemine prouocatus, contra promouendum, vel petentem confirmationem electionis, opponit crimina, vt à dignitate repellatur. Tunc enim ſi is oppoſita crimina fateatur, non ſolum repellitur, ſed punitur, vt per Cyn. Bal. Salyc. & alios ibi per eum allegatos, quòd & voluit Roman. in l. cum mulier, num. 34. ff. ſolut. matr, qui licèt videatur contrarium tenere, (prout cōtrarium etiam expreſsè tenet Abb. in c. 2. num. 30. verſ. exemplum ſi petente &c. de ordine cogn) id tamen verum crediderit, quoad pęnam ordinariam, ſed de extraordinaria tacitè conſentit, prout declarat Fely. in loco præcitato, & Romanum refert, & ſequitur Aret. inſti. de excep. in prin. num. 41. ſub 4. concluſ. ad præmiſſa adde Butr. in c. 2. §. verum, num. 50. verſ. idem ſi crimen, & verſ. ſeq. de ord. cognit. vbi etiam ponit exemplum propoſitum. Et facit generalem concluſionem, quòd poteſt puniri crimen deductum in iudicio, vt exceptio; & vt accuſatio, vt puta, quando excipiens inſimul inſtat apud iudicem, & puniatur, ſequitur Abb. ibidem num. 30. verſ. aut iudex non vult procedere, (vbi tamen declarat, id non procedere, quando de crimine conſtaret, non per confeſſionem, ſed per probationes, & quia tunc nulla pęna, nec etiam iſto caſu imponi poteſt, vt ibi per eum, de quo tamen dixi ſupra numer. 222.) Butr. in c. per inquiſitionem, num. 26. ad finem verſic. aut non eſt pariter de elect. Pract. Papien. in forma inquiſitionis, glo. 1. poſt num. 36. verſ. aut exceptio criminis fuit oppoſita, etiam ad finem, & intentionem criminoſum puniendi, & ibi ponit formam, ſub qua talis exceptio ponitur, non ſolum ad effectum repellendi à iudicio, ſed etiā puniendi. Et vide in ſimili, quę dixi infra num. 247.

240 LI-

240 LIMITA VIII. quando is, contra quem intentatũ est crimen per viam exceptionis, puta testis, vel accusator assumit defensionem obiecti criminis. Tunc enim si de crimine opposito constat per confessionem eius, qui defensionem assumpsit, talis confessio sufficit ad condemnandum, tam in connexis, quàm in non connexis, & tam in vno iudicio, quam in alio. Innocent. Imòl. & Aret. in locis relatis per Felyn. in c. 1. num. 8. vers. quarta conclusio, extra de excep. vbi etiam ponitur exemplum huius limitationis, faciunt dicta per Dec. ibidem num. 17. vers. sed cõtrarium, & vers. sed responderi potest, vbi id allegat Archidiac. in c. primis. 2. q. 1. Addo Mant. in c. 1. num. 17. vbi benè comprobat hanc limitationem, & respondet contrariis. Butr. in c. 2. §. verum, col. antepen. num. 50. vers. si potest habere finem, de ord. cogn. Butr. in c. per inquisitionẽ, num. 26. ad finem, vers. aut iudicium.

241 Contrarium, quòd immò &c. quòd nec isto casu criminis confessio ad condemnandum verius credidit. Rom. in l. cum mulier. num. 36. ff. solu. matr. vbi latè, & iuribus, & authoritatibus hanc probat opinionem, sequitur Aret. in instit. de excep. in princ. num. 41. in 6. conclus. Idem Felyn. in d. c. 1. num. 8. vers. dic contra, extra de except. faciunt dicta per Dec. ibidem num. 17. in prin. Abb. in cap. 2. post num. 31. vers. & hoc dictum, de ord. cognit.

242 Pro concordia dico, quòd si testis, vel accusator suscipit defensionem criminis contra ipsos oppositi ad effectũ eos repellendi à iudicio tanquam testis, vel accusator, & tunc non potest puniri, & sic procedit secunda opinio, aut verò absolutè suscipit defensionem, quia consentit, quod de crimine contra eum cognoscatur, & tunc potest puniri, & procedit prima opinio, ita Dec. in d. c. 1. num. 17. vers. vnde concordando opiniones, extra de excep.

243 Sed quòd immò indistinctè procedat prima opinio, & quòd possit puniri, etiam, quòd non absolutè suscipiat defensionem, tenet, & defendit Mant. in d. c. 1. num. 17. de excep.

244 SVBLIMITA hanc octauam limitationem, vt procedat, quoad pœnam extraordinariam, secus, quoad ordinariam. Abb. in c. 2. num. 32. de ord. cognit. vbi cum hac limitatione concordat supra relatas contrarias opiniones.

245 LIMITA IX. quia confessus incidenter delictum, potest puniri etiam in eodem iudicio parte petente, & instante, vel iudice inquirente, vbi inquirere potest. Boss. in tit. quom. proced. per excep. num. 3. vbi hoc dicit nullam habere difficultatem, & idem repetijt in num. 9. vers. sed quãdo iudex, & ante Bossium hoc idem videtur voluisse. Hostien. in c. 2. post num. 9. extra de confess. vbi dicit, quòd sic, & aliàs quis punitur ex officio, licèt de eo puniendo principaliter non agatur. Butr. ibidem num. 9. vers. primò potest, vbi quòd pariter punitur, quando via inquisitionis, vel accusationis proceditur.

246 Hæc limitatio valde restringit regulam, quia nunquàm tractatur de puniendo aliquem, nisi parte, fisco, aut iudice ex officio instante, & respectiuè inquirente, & sic si talis limitatio vera esset, semper talis confessio incidenter emanata sufficeret ad puniendum, ideò pro solutione aduertas, quòd Boss. loquitur, quando confessio criminis incidenter facta tangit causam, de qua agitur, vel quando crimen confessatum, licèt incidenter, est tamen annexum crimini principaliter intentato, prout est, quando testis fatetur se falsum dixisse, vel quando pars fatetur falsum instrumentum produxisse; iis enim, & similibus casibus confessio incidenter facta sufficit ad condemnandum iudice inquirente, aut parte instante, vt dixi supra num. 233. & sequent. & infra num. 251. secus autem in aliis casibus, & si aliter diceremus esset certè, vt dixi destruere, ne dum restringere propositam regulam, & ista est veritas, ad quam benè aduertè, quia aliàs verba Bossij more suo dubia, & subcisa te deciperent, & ad præmissa adde But. in c. 2. §. verum, num. 50. vers. & sic debet intelligi, de ord. cognit. vbi expresse declarat dictum Dyn. in l. 2. §. si publico ff. de adult. volentis, posse iudicem ex officio procedere ad puniendum crimen oppositum per viam exceptionis, esse intelligendum, vt id possit iudex facere in alio iudicio, iuxta tradit. infra num. 272. non autem in eodem, & ita etiã si benè aduertas, in crimine annexo, & causam principalẽ contingẽte, vel quando est noua tela iudicij inchoata, loquuntur Hostien. & alij allegati supra ext. in c. 2. de confess.

247 Potest tamen Bossij hæc limitatio sustineri in casu verius exemplificato per Rom. in l. cum mulier, num. 33. ff. de excep. videlicet, quando sumus in casu, in quo accusator potest reaccusari. Tunc enim si accusatus excipiat de crimine contra accusatorem, ipsumq; principaliter de tali crimine reaccuset, & accusator re conuentus crimen oppositum fateatur, potest ex tali confessione parte, & accusatore sic instante, & petente, condemnari, quia tunc de crimine videtur cognita, non per viam exceptionis, & incidenter, sed principaliter, & per viam accusationis, & ibi per eum post Guid. de Suazar. & Io. Andr. in locis per eũ relatis, sequitur Aret. instit. de excep. in princ. num. 41. in 3. concl. vbi loquitur etiam de pœna ordinaria, & facit, quod dixi infra num. 259. quando criminis exceptio sapit etiam accusationem.

248 LIMITA X. quando condemnatio venit ex manu Principis, qui cum vndecunque crimina claruerint, punire possit, c. ecclesia. 23. q. 3. nec ligetur illa regula, quòd ad alium finem actus sit ea, propter quòd, tunc confessio incidenter emanata, etiam in eadem instantia sufficiat ad cõdemnandum, scripserunt glo. in cap. cum super, in verbo *confessus*, & ibi etiam Hostien. num. 8. vers. vel hic processit Papa. Bellamer. num. 10. post med. vers. nouetis tamen, & vers. est enim hoc verum. Bald. num. 1. ad finem. Imol. col. 1. vers. in glo. 1. Card. Zabar. col. 1. post princ. Abb. num. 9. extr. de confess. Idem Card. in c. per inquisitionem, col. 2 ad med. vers. dic etiam, quòd ibi fuit punitus per Papam, extra de elect. Dec. in c. at si clerici, num. 197. in fine extra de iudic. post Hostien. Io. Andr. Abb. & alios in c. cum literis, extra de test. Adden. ad Io. Andr. in c. 1. num. 4. litera C, in verbo *confessionem*, & ibi etiam Fely. num. 17. vers. & adde, quòd Papa. Dec. num. 17. vers. præterea textus ille, ext. de excep. Corset. sing. verbo *confessio iij.* ad finem, vers. hoc limita non habere locum in Papa. Boss. in tit. quom. proced. per excep. num. 11. & seq. vbi tamen videtur declarare hanc limitationem benè procedere in reo confesso, licèt incidenter, secus autẽ in conuicto ex probationibus, quia tunc (inquit ipse) tutius est Principem non apponere manum.

249 LIMITA XI. quando testis interrogatur, vt principalis quoad se, & testis quoad alios, & sic quando etiam tela iudicij principaliter contra ipsum dirigitur. Tunc si aliquid confitetur, poterit in tali confessione condemnari, ita in specie declarat Ant. de Butr. in c. per inquisitionem num. 26. post prin. col. 3. in princ. vers. quòd nota, iuncto vers. & solutio hæc verissima est, de electio.

250 LIMITA XII. quando vltra confessionem adsunt probationes delicti confessati incidenter. Tunc enim sine dubio confessus potest condemnari, si non in vim confessionis, saltem tanquam probationibus conuictus Boss. in tit. de confess. num. 42, ad med.

251 LIMITA xiij. quando crimen confessatum tangit causam, de qua principaliter agitur, vel illi est connexum. Tunc enim confessio d. criminis per viam exceptionis oppositi, seu aliàs incidenter emanata sufficit ad condemnandum tex. est in c. in fine, in illis verbis: *Præsertim vbi crimen, quod eis obijcitur, causam, de qua agitur, contingere videtur*: & ibi hoc notant glo. in verbo *contingere*, Innocẽ. in verbo *confessi*, & in eodem verbo *contingere*. Hostiens. num. 1. ad finem. col. 2. in princ in verbo *confessi*, & num. 2. in verbo *contingere*. Io. Andr. post num. 3. Bellamer. post num. 2. vers. opponitur. Butr num. 12. Anchar. num. 5. ad finem. Imol. num. 5. Card. Zab. num. 2. vers. in glo. vltima. vbi etiam generaliter, quando crimen dicatur causam cõtingere. Abb. num. 14. Fely. num. 10. & seqq. vbi declarat, & num. 15. vbi ampliat, hoc procedere, non solum quando crimen tangit causam, sed etiam quando prouenit ex facto in illa causa agitato. Dect. num. 17. vers. & conclusio pre-

prædicta, vbi, quòd ità tenent cõmuniter Doctores, & nu. 31. vers. in glo. finali, vbi, quòd Doctores communiter sequuntur in hoc glo. ibi, & quòd ab hac communi opinione non est recedendum (licèt ipse, vt mox eum referam contrarium teneat) Mant. num. 32. per totum, vbi pariter testatur de communi, & respondet contrarijs rationibus, & argumentis Decij, extra de except. Glos. in c. cum super, in verbo *confessus*, vers. vel ideò punitur, & ibi Innoc. post num. 3. Hostien. num. 8. in fine, & ibi in addit. littera D, & nu. 10. Bellamer. num. 8. in princ. & vers. sed iunge, & nu. 11. in prin. Bal. nu. 1 ad finem. Butr. nu. 10. Imol. col. 1. vers. nota, quòd vbi delictum, & vers. & nota secundum Innocẽtium. Anchar. nu. 1. in 1. notab. & nu. 5. post med. vers. primo casu. Card. Zabar. col. 1. vers. in ea glosa, vbi de cõmuni intellectu ad illum tex. Anan. nu. 1. & num. 5. Abb. num. 1. vers. si de crimine, & nu. 13. extra de confess. Item glo. in c. 2. in glo. magna, in verbo *restitutio*, ad finem, vers. ad illam decretalem, & ibi Butr. in §. verum, num. 48. in 4. opposit. & nu. 50. col. antepen. ad finem, vers. si autem crimen est cõnexum. Abbas num. 28. vers. item crimen illud, & post num. 31. de ord. cognit. Innocen. in c. per inquisitionem, nu. 3. & ibi etiam Io. Andr. nu. 17. Henric. Boich. nu. 5. Bellamer. nu. 1. in 1. & 2. resolut. & nu. 6. ante fin. col. 4. post. med. vers. aut processus. Butr. nu. 19. & nu. 26. col. 3. post med. vers. quinque delictum, & col. 4. d. nu. 26. in fin. vers. aut crimen est connexum. Imol. num. 6. vers. secũdus est intellectus. Card. Zabar. num. 5. ad med. col. 2. in fine, vers. item ad d. c. Abb. num. 11. in fine, vers. tertius intellectus, extra de elect. Bart. in l. 2. §. si publico, num. 20. ff. de adult. Rom. in l. cum mulier, nu. 35. ad finem, vers. ratione enim cõtingentiæ, & nu. 42. ff. solu. matrim. Aret. instit. de except. in princ. num. 41. in 8. conclus. Salycet. in l. vbi, nu. 6. col. 2. vers. aut crimen est probatum. C. de fals. Capra in tractat. de notor. membro 1. nu. 31. Boss. in tit. de confess. num. 42. & in tit. quom. proced. per except. num. 7. Clar. in pract. §. fin. q. 55. vers. posset etiam dicere, vbi, quòd in hoc omnes consentiunt. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1102. num. 4.

252 Quamuis contrarium, quòd scilicet, confessio incidenter emanata non sufficit ad condemnandum, etiam quòd crimen confessatum tangat causam, de qua agitur, pluribus comprobet, & respondeat contrarijs. Dec. in c. 1. num. 33. de except.

253 LIMITA XIIII. (& quidem illatiuè ex ea, prout etiam & illatiuè veniunt plures sequentes limitationes) in accusatore, vel teste, contra quem opponatur, quòd sit particeps criminis principaliter intẽtati, si enim d. accusator, vel testis se participem, & crimen oppositum fateatur, ne dum à testimonio, & accusatione repelletur, sed etiam ex sua cõfessione cõdemnabitur. Bal. in c. 1. ante nu. 1. vers. exemplum autem, extra de except. Bero. in c. at si clerici, num. 34. in 3. casu, extra de iudic. Butr. in c. per inquisitionem, col. 3. vers. quãdoq; delictum, extra de elect. & est gl. in c. 2. in glo. magna, in verbo *restitutio*, ad finem, extra de ord. cogn.

254 LIMITA XV. in eo, qui accusat iudicem, quòd pecunia sententiam tulerit, & in accusatione fatetur se ipsum iudicem corrupisse; talis enim cõfessio sufficit ad puniendum accusatorem de corruptione, etiam quòd incidẽter emanauerit, ex quo corruptio tangit crimen, quòd principaliter deducitur secundum Boss. tit. de confess. nu. 42. Quamuis cõtrarium dixerit Paris de Put. in tract. synd. verbo *corruptio*, nu. 3. fol. 105. prout illum refert. Io. Petr. Surd. decis. Mantuan. 309. nu. 1.

255 LIMITA XVI. in teste, cõtra quem, excipitur, quòd est falsus, qui propterea si se falsum dixisse fateatur in ea causa, in qua fuit examinatus, potest ex hac sua confessione, licèt incidenter emanata, condemnari, quia crimen confessatum est annexum causæ, de qua agitur, dixi supra nu. 233. hic non repeto.

256 LIMITA XVII. quando cõtra instrumẽtum productum excipitur de falsitate, & producẽs fateatur instrumẽtum falsum, talis enim cõfessio sufficit ad condemnandum, etiam quòd ad id nõ ageretur eò, quia confessatum crimen tangit causam, de qua agitur, vt dixi supra num. 234. hic non repeto.

257 LIMITA XVIII. in vxore accusata à viro de adulterio, quæ si excipiendo dicat maritum fuisse lenonem, potest ex hac confessione de adulterio puniri, etiam quòd sit incidẽter facta cum exceptione lenocinij aduersus virum opposita glo. in c. 1. ad fin. in verbo *contingere*, & ibi etiam Hostien. num. 2. col. 2. in eodem verbo *contingere*. Bal. ante num. 1. Imol. sub nu. 5. de excep. item glo. in c. 2. in glo. magna, in verbo *restitutio*, ad finem, & ibi Hostien. num. 45. in fine, vers. nec obstat lex. Butr. in §. verum, num. 49. vbi & de materia Imol. post num. 31. vbi etiam de materia Abb. post. num. 28. vers. ad l. 2. &c. vbi benè declarat de ordine cognit. Innoc. in c. cum super, nu. 3. in fine, & ibi Hostien. num. 9. & num. 10. ad finem, vers. sed nec obstat. Io. And. num. 10. Bellamer. post nu. 10. Butr. num. 10. in prin. & in fin. Zabar. col. 1. in fin. extra de confess. Bero. in c. at si clerici, nu. 35. de iudic. Bar. in l. 2. §. si publico, nu. 20. ff. de adult. Roman. in l. cum mulier, nu. 35. ad finem, & num. 42. ff. solut. matrim. Aret. instit. de except. in princ. num. 41. in 5 conclus. Boss. in tit. quom. proced. per except. num. 7.

258 Quamuis cõtra hãc limitationem fortiter faciat regula illa communis, quòd excipiens confiteri non videtur actoris intentionem, de qua in l. non vtique ff. de except. & in c. cum venerabilis extra eod. Et vtrobique communiter Doctores, & post alios Rom. in l. cum mulier, nu. 8. 17. & 26. ff. solu. matrim. vbi in terminis quòd excipiens lenocinium non fatetur adulterium.

259 LIMITA XIX. in accusato de simonia, qui si ad sui defensionem inducat testẽ, quòd nõ erat in terra, quãdo cum eo dicitur simonia commissa, vel quòd nõ ipse accusatus, sed alius fuit conscius, & author simoniæ, ipseque testis sic inductus ad exculpandum accusatum inculparet se de illa simonia, de qua in accusatione, cõfiteretur que aliquid simoniacè dedisse, vel recepisse. Tũc potest ex sua cõfessione, licèt incidẽti, puniri, quia cõfitetur crimẽ de quo agitur, & tangit causam Innoc. in cap. 1. in fine in verb. *de qua*, & ibi etiam Hostien. num. 2. in verbo *causam*, vbi benè declarat Io. Andr. nu. 5. Butr. num. 12. versic. quãdo autem dicatur cõnexum Anchar. num. 7. Card. Zabar. num. 2. vers. in glo vltima, &c. Abb. num. 17. de except. Butr. in c. per inquisitionem col. 3. post med. vers. quandoque delictum, de elect. & est tex. & ibi glo. & communiter omnes in cap. cum super. de confess. vide supra num. 235. & seq.

260 AMPLIA XIII. limitationem positam supra nu. 251. cum omnibus sequentibus limitationibus (quæ veniunt ampliatiuè ad dictam xiij. limitationem.) Vt quando constat de crimine connexo, & contingente causam, de qua agitur, tunc imponi possit pœna delicti ordinaria (licet secus sit, quando agitur de crimine non connexo, vt dixi infra num. 266.) Ita enim videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra dicto num. 251. & in specie hanc ampliationem firmarunt Innocen. in c. cum super, num. 3. ad finem, & ibi etiam Hostien. num. 9. in fine, & ibi in addit. littera D, Io. Andr. num. 9. pariter in fine Bellamer. post num. 8. Butr. num. 10. ad finem Imol. col. 1. vers. nota, quòd vbi delictum iuncto vers. nota secundum Innocent. Anchar. num. 1. in 1. notab. & num. 5. post med. vers. primo casu Card. Zaba. col. 1. ad med. versic. & de hoc Anan. num. 5. Abb. num. 1. versic. si de crimine, & nu. 13. de confess. Card. Zabar. in c. 1. nu. vers. eo casu extra de except. Abb. ibidem. num. 15. vers. aut est conuictus Fely. num. 10. vbi, quòd ita omnes ibi sentiunt. Dec. num. 17. vers. & conclusio prædicta, vbi, quòd ita tenent communiter Doctores. Butr. in cap. 2. §. verum, col. antep. ad finem, num. 50. vers. si autem crimen est connexum, & ibi etiam Imol. num. 31. vers. & dixit hic d. Ant. &c. Abb. num. 33. vers. si autem crimen, vbi de communi de ord. cognit. idem Butr. in c. per inquisitionem num. 19. & nu. 26. col. 3. post med. versic. quandoque delictum, de elect. Roman. in l. cum mulier num. 42. ff. solut. matrim. Aret. instit. de except. in prin. nu. 41. in 8. conclusione. Salycet. in l. vbi num. 6.

nu.6.col.2.vers.aut crimen est probatum. C. de fals.Diaz. reg.126.vbi declarat quatuor modis. Clar.in pract §.fina. q. 55. vers. posset etiam dicere, vbi quòd in hoc omnes consentiunt.

261 Licet contra, quòd immò isto casu non possit imponi pœna ordin. videtur de mente Host. in c. 2. nume.43.col. pen.in fine in verbo *contingit*, de ord.cognit.

262 LIMITA I. præcedentem ampliationem procedere, quando de crimine tangente causam de qua agitur, vel illi annexo constat per confessionem (prout sunt termini nostri) secus si constaret per probationes, quia tunc ex illis reus non punitur aliqua pœna, prout dixi supra num.222. hic non repeto.

263 LIMITA II. eandem ampliationē procedere, quando agitur coram iudice ordinario, secus si coram delegato, quia tunc ab eo, etiam, quòd crimen confessatum tangat causam principalem, non potest imponi pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria secundum Zabarel.in c. 1. nu.2.vers.eo casu de excep. & in c.cum super col. fin.vers. tertia conclusio, & vers.seq. vbi respondet contrarijs extra de confess. vide ad declarationem, & materiam huius limitationis.Innocen.Hostien.& alios in d.c.cum super.

264 SVBLIMITA propositam xiij. limitationem positam supra num. 251.procedere, quando iudicium in quo emanauit confessio incidenter erat criminale, secus si ciuile. Quia tunc talis confessio incidenter emanata in iudicio ciuili, non sufficit ad condemnandū etiam, quòd tangat causam, & crimen, quòd principaliter intentatur secundum Felyn.in c.1.num. 14. & 16. de except. Vbi benè hanc declarationem comprobat: ita etiam declarat Boss. in tit.quom.proced.per except.nu.8.post Fely. Abb.& Salycet.in locis ibi per eum allegatis, & num.9. vbi de materia.

265 LIMITA rursus præcedentem sublimitationem non procedere in crimine falsi, in quo confessio incidenter facta sufficit ad condemnandum etiam, quòd causa, in qua quis fuit confessus, fuerit ciuilis.Fely.in c.1.nu.16.in fine vers.est verum de except.

266 LIMITA XX. & principaliter propositam huius se ptimi capitis regulam non procedere, quòad pœnam extraordinariam, confessus enim crimen oppositum per viā exceptionis puta testis, uel accusatoris ad effectum eos repellendi à iudicio, vel alias incidenter, licet non possit puniri pœna ordinaria, poterit tamen puniri pœna extraordinaria, ita videtur tex.in c.1.de except.dum dicit, testem, qui confessus est crimen sibi obiectum, non puniri pœna ordinaria. Ergo sumpto, ibi argumento à contrario sensu poterit puniri pœna extraordinaria, prout sic arguendo adnotarunt ibi Innocen.in verbo *confessi*, vers. vel ibi,&c. & vers.sed nec extraordinaria,&c. Hostien.nu.1.ad finem col.2.in prin.in verbo *confessi*, vers.vel imponatur pœna extraordinaria. Io.Andr.post num. 3.Imol. num.6. Abb.sub num.15.Mant.num.15.per totum. vbi relatis, & reprobatis contrarijs latè hanc comprobat limitationem. Ad idē adduci potest tex. in c.2.in fine, in verbo *ordinaria*, & ibi Hostien.num.43.col.pen.in eodem verbo *ordinaria*, & in verbo *dumtaxat*, & in verbo *contingit*, & num.45.vers.sed illa iura Butr.in §.verum nu. 50. col.antep.post med.vers. si autem non assumpsit Abb.num. 32.de ord.cognit. Bellamer. in 2. in c. 2. num. 11.& ibidem etiam Butr.num.10. ad finem Imol.col.1.ad finem vers.& idem si per confessionem Cardin.Zabar.colum.1. post med. vers. si verò non contingit causam extra de confess.Innocen.in c.per inquisitionem post. num.3. vers. vel dic, & ibi etiam Henric. Boich.num.6.Bellam.num.1.in 2.& 3. solutione, & num. 6.ad finem vers.aut, vt puniatur Butr.col.5.vers.quando agitur de imponenda,&c. vbi infert ad pœnam infamiæ facti surgentis ex delicto incidenter confessato, & vers. quandoque crimen, vbi etiam infert ad pœnam priuationis beneficij accidentaliter prouenientem ex dicta facti infamia, & col.4.post med.vers.aut pœna est, & col.penul. num. 29. in fine Imol. num. 6. vers. vel posset etiam dici Card.Zabar.num.5.post med.col.3.in princ. vers.item in eo, quòd dicit iuncto vers.ex his dic extra. de elect. est etiā glo.in c.at si clerici in verbo non debet, ad finem, extra de iudic.Angel.in l.si confessus.num.3.ff.de custod. reor. vbi tamen declarat dummodo confessio sit clara, aperta, simplex, & non qualificata, secus si aliter, vt ibi per eum, bene hanc declarationem exemplificant Roman. in l. magistratibus.num.4.in fine, vers.sed quid si confessio ff.de iurisd.omn.iudic.Cyn.in l.vbi nu.7.col.2.vers. Petrus dicit, & ibi etiam,& Salycet.nu.6.col.2.vers.aut negotium principale non contingit.C.de fals. Pract. Millet.fol.65.nu.44.

267 Et licet contrarium, quòd immò confessus crimen oppositum per viam exceptionis, seu aliàs incidenter, non possit puniri aliqua pœna, nec etiam extraordinaria, voluerint Imol.in d.c.1.nu.7. vbi latè hanc contrariam opinionem defendit, respondet contrarijs, & testatur de veriori opinione, & ibi etiam. Fely.nu.9.& Dec.nu. 15.& seq.extra de excep.Roman.in l.cum mulier.nu.40.& seq.ff.solu. matrim.vbi expresè dixit primam opinionē falsam. Aret. instit. de except.in princ.nu.41.in 7. conclusione. Boss.in tit.quom.proced.per except.num. 2. ad finem vbi testatur de magis communi.

268 Ego tamen non discedo à prima opinione, & à proposita limitatione, quæ sine dubio, vt ex præallegatis apparet, magis communiter recepta est, & Bossius, qui de magis communi in contrarium testatur, loquitur, quando confessio emanauit in iudicio ciuili, & parte non instāte, nos autem loquimur in iudicio criminali, & parte, aut fisco instante, & ita poteris concordare has contrarietates.

269 AMPLIA hanc xx.limitationem (& hæc ampliatio potest esse generalis sublimitatio ad omnes limitationes, in quibus dixi supra, confessionem incidenter emanatam sufficere ad condemnandum) quia etiam in casibus, in quibus confessio incidenter emanata punitur, tunc non ordinaria pœna, sed extraordinaria imponi potest, ita in specie declarat Bero.in c.at si clerici, nu.35.de iudic. vbi eā reddit rationē, quia scilicet pœna ordinaria imponitur, quando de crimine proceditur pariter, & via ordinaria, videlicet accusationis, extraordinaria autem, quando proceditur via ordinaria, videlicet per exceptionem.

270 Hæc ampliatio posset forsan sustineri, si vera esset opinio eorum, qui dixerunt cōfessionem incidenter emanatam, nec etiam sufficere ad cōdemnandum in pœnam extraordinariam, de quibus dixi supra.num.267. nam in casibus exceptis, & in quibus hæc cōfessio potest puniri, nō esset absurdum dicere, quòd puniatur, sed extra ordinem. Verum retēta alia opinione, quæ, vt dixi videtur magis cōmunis, quòd scilicet in omni casu cōfessio incidēter emanata in iudicio criminali possit extra ordinem puniri. Hæc ampliatio sustineri non potest, quia si vera esset, nulla esset differētia inter casus exceptos, & casus nō exceptos, cum semper cōfessio extraordinem puniretur, quod videtur absurdum, ideò ampliationem non credo veram, & immò credo, quòd possit ordinaria pœna imponi, quando sumus in casu, in quo confessio incidenter emanata punibilis est, prout dixi infra num.272. vbi quando inchoatur nouum iudicium, & etiam nu. 260. vbi quando confessio tangit crimen, vel causam, de qua agitur, & sup.nu.137. vbi quando tela iudicij est ordinata contra eum, de cuius confessione incidenter constat, & supra num. 147. vbi quando pars petit, & reaccusat.

271 SVBLIMITA dictam xx.limitationem procedere, prout loquitur, quādo de crimine cōstat per cōfessionem incidenter emanatam, secus si constaret per probationes, quia tunc nulla pœna imponi potest, nec etiam extraordinaria, vt dixi supra num.222.hic non repeto.

272 LIMITA XXI. quia licet confessio incidenter facta non sufficiat ad condemnandum in illo iudicio, in quo facta fuit, quia ad hoc non agebatur, & sententia debet esse conformis libello, benè tamen sufficit ad condemnandum in alio iudicio, quod denuò formari potest ex illa incidenti cōfessione, quæ licet facta in vno iudicio incidēter præiudicabit, tamē in isto.glo.in c.cum super in verbo *confessus*, secūdum vnū intellectum, & ibi & Innoc. nu.3.ad fin.Host.nu. 10.ad fin.vers.nisi cōtra ipsum de nouo ageretur.Io.Andr.nu.9.in fin.Bellam.num.8.vers.dico tamen.

tamen. Butr. nu. 9. in fin. Imol. col. 1. vers. sed d. Ant. Anch. nu. 5. ad finem. Abb. nu. 1. vers. si quis confitetur, & nu. 12. extra de confess. Dec. in c. at si clerici, nu. 21. Bero. ibidem num. 35. vers. & in quantum, vbi dixit hoc esse notabile, & verum verbum, & num. 78. in fine, vers. aduertendum est, & d. nu. 78. in fine vers. sed in d. l. si confessus &c. Mant. nu. 9. extra de iudic. Fely. in c. 1. num. 5. vers. secunda conclusio, & nu. 6. in discursum, extra de except. Butr. in ca. 2. in §. verum, nu. 47. in 2. opposit. & nume. 50. vers. si autem tela iudicij, iuncto vers. non puto tamen. Abb. nu. 29. vers. & tunc aut iudex, de ord. cognit. Butr. in c. per inquisitionem, col. 3. post princ. vers. ad solutionem huius contrarij, & d. col. 3. in fine vers. secundus intellectus, & col. 4. ante med. vers. tertius est intellectus. Card. Zabar. colum. 2. ad med. vers. oportet tamen, & col. 3. ante med. vers. si autē intelligimus. Abb. nu. 12. vbi de veriori, & communiori opinione, extra de elect. Bart. in l. 2. §. si publico, num. 20. in fine. ff. de adult. Rom. in l. cum mulier, num. 28. & seq. in 2. conclus. ff. solut. matrim. vbi ampliat etiam quo ad pœnā, iuribusque, rationibus, & authoritatibus benè hanc limitationem comprobat Aret. instit. de except. in princ. num. 41. in 2. conclus. Salycet. in l. vbi num. 6. col. 2. vers. tu latius dic. C. de fals. Bald. in l. mercalem, vers. ego dico. C. de cōd. ob turp. cau. Corsett. sing. verbo *confessio iij*. Afflict. decis. 376. nu. 5. Boss. in tit. de confess. nu. 41. vbi ampliat etiam, quòd in iudicio summario facta sit ex Felyn. & Aret. in locis ibi per eum allegatis, idem Boss. in titu. quom. proced. per except. nu. 4. vbi expressè concludit, quòd ex illa confessione incidenti emanata in vno iudicio, siue ciuili, siue criminali, & etiam quòd emanauerit super exceptione aliqua, formatur nouus processus, & in isto secundo processu, & iudicio, confessio incidēter facta in primo, plenè nocet, & præiudicat confitenti ex Bart. Bald. & Aret. in locis ibi per eum relatis, & ibi testatur de communi, & seruata opinione. Cyrill. in summa crim. rubr. 16. de confess. § 2. num. 9. vers. equidem censeo, & d. nu. 9. in fine. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1102. num. 5. vbi alios refert, & latius lib. 1. conclus. 383. nu. 4. vbi alios plures refert, & conclus. 348. num. 38.

273 Contra hanc XXI. limitationem faciunt Doctores allegati supra nu. 109. concludentes, quòd confessio incidenter emanata in vno iudicio, non præiudicat in alio, item facit doctrina Ang. in l. 1. in fine, num. 6. vers. & etiam. C. de confes. vbi dixit, quòd confessio emanata coram vno iudice ad alium effectum, & sic incidenter, nihil operatur coram alio, immò tunc potest quis negare, quòd iam con fessus est ex glo. quam dicit ordinariam in Auth. item possessor. C. qui pot. in pign. habea. & ab hac doctrina Angeli quoad condemnationem, ac plenam probationem, non videtur discedere Alex. in l. magistratibus, nu. 6. ad finem, vers. & subdit notabiliter Ang. iuncto num. 7. ff. de iurisd. omn. iud. (licèt secus dicat quoad torquendum, vt dixi infra nume. seq.) & cum opinione Angeli concurrit etiam Ias. in d. l. magistratibus, nu. 8. Nec dissentire videtur Abb. in ca. 2. nu. 30. vers. & puto, de ord. cognit. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 31. vers. operatur tamen, vbi, quòd hæc confessio incidenter facta operatur, vt iudex ex ea instructus possit inquisitionem formare, non autem, vt possit condemnare, & nu. 32. vbi propterea infert, quòd si testis criminaliter inquiratur de eo, quòd ciuiliter examinatus confessus est, talis confessio sibi non nocet.

274 Et pro hac contraria opinione fortiter faciunt Doctores allegati supra nume. 95. quorum authoritate, & secundum veriorem opinionem dixi confessionem factam in iudicio ciuili, non nisi inditium ad torturam facere in iudicio criminali, prout & magis in specie, quòd confessio incidenter facta inchoato nouo processu, & iudicio sufficiat ad torquendum, voluit Alex. in d. l. magistratibus, nu. 6. ad finem, iuncto nu. 7. ff. de iurisdict. omn. judic. (reprobato Ang. contrarium sentiente in l. 1. ad finem. C. de confess.) eam reddens rationem, quia scilicet, confessio facta in vna causa facit inditium, & præsumptionem in alia ad glo. in l. & quia. §. fin. in verbo *praiudicet*. ff. de interrog. actio. cum alijs ibi per eum allegatis, nec dissentire videntur Dec. in d. l. magistratibus, num. 11. Carer. in pract. in 2. tractat. de indit. & tortu. §. in text. ibi voce propria confessus, num. 7. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. nu. 11. in 6. limitatione fol. mihi 283. Si talis confessio incidenter emanata inchoato nouo processu sufficit ad torquēdum. Ergo non sufficit ad condemnandum, fatui enim essent Doctores, qui torquendum dicerent reum, quem iudex condemnare posset.

275 Et quicquid Doctores præallegati inter se controuertant in confessione incidenter emanata, an alio nouo formato iudicio reproducta ad condemnandū sufficiat. Hoc tamen absolutum est, quòd quæcumque probationes criminis in vno iudicio factæ, & in alio nouo formato deductæ, & reproductæ minimè ad condemnandum sufficiāt, vt pluribus probat Felyn. in c. 1. nu. 5. vers. 2. conclusio, & nu. 6. extra de except. Et ante Fely. latè etiam comprobat Rom. in l. cum mulier, post nu. 29. vers. secunda pars & nu. 30. & seq. ff. solut. matrim. & faciunt Doctores allegati supra num. 222.

ARGVMENTVM.

Confessio sub spe impunitatis promissæ quando sufficiat ad condemnandum, quando ve iudex possit hanc impunitatem promittere, & promissam seruare, vel simulationibus, & artibus vti, & quibus, ad eruendum à reo confessionem.

SVMMARIVM.



Onfessio emanata sub spe promissionis impunitatis factæ à Iudice non sufficit ad condemnandum nu. 276. & 280. licet alij contra nu. 278.

Iudex, licet non possit impunitatem promittere, à tali tamen promissione multum præcauere debet, & promissam seruare tenetur, abstinendo se a condemnatione nu. 277. licet alij contra num. 279.

Princeps promissam impunitatem seruare debet, & idem in iudice illam promittente de mandato Principis, num. 281.

Confugiens ad Ecclesiam, si extrahatur ab ea per iudicē promittentem liberationē, an, & quādo talis promissio sit seruāda. n. 282.

Iudex eo magis tenetur impunitatem promissam seruare, quando vlterius dolosè processit suadendo reo, vt fateatur, quia alias non est modus euadendi. num. 283.

Confessio sub spe impunitatis emissa multo minus nocet confitenti, quando apparet falsa, vel non verificata num. 284.

Confessio sub spe impunitatis emissa, sufficit ad condemnandum, quando iudex dolosè non processit, sed tantum reo suasit, quod liberabitur, & nihil mali habebit si veritatē fassus fuerit nu. 285. contra num 286.

Confessio sub spe impunitatis non nocet confitenti, si fuerit reuocata, secus si ratificata num. 287. & isto casu ratificatio debet esse expressa, nec sufficit tacita, nu. 288. debetque ratificans certificari, q impunitatis promissa nulla habebitur ratio. nu. 289. & si confessio fuerit emanata per torturam, tunc ēt ratificata non nocet nu. 290. prout etiam, nec ratificatio operatur quando confessio emanauit nullis præcedentibus indicijs, nu. 291.

Confessio emanata sub spe impunitatis nocet confitenti, quando est adminiculata alijs indicijs. nu. 292. contra. num. 293. sed quid si inditia sint indubitata. num. 294. & 295.

Inquisitor potest promittere impunitatem in crimine hæresis pro habenda veritate nu. 296. declara nu. 297.

Iudex potest reo promittere gratiam, & impunitatem non expressè, sed verbis generalibus, & aliàs, vt in nu. 298.

Confitens falsum ex impunitate sibi promissa propter acceptum præmium punitur, ac si verè delictum confessus fuisset nu. 299.

Confessio emanata sub spe impunitatis, licet non sufficiat ad condemnandum sufficit tamen ad torquendum. nu. 300. sed isto casu tortura debet esse moderata. nu. 301.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. VIII.

276  REGVLA I. sit in hoc octauo capite, quòd confessio emanata sub spe promissionis impunitatis factę à iudice tanquàm eiusdem iudicis dolo extorta ad condemnandum minimè sufficiat secundum Imol. qui ad id communiter allegatur in cons. 109. quē referēdo sequuti sunt. Dec. in l. ea est natura. num. 7. & seqq. & ibi in addit. littera A, & littera B, ff. de reg. iur. vbi latè defenditur hæc cōclusio, & respondet contrarijs, nec dissentit ibi Cagno. nu 17. & seqq. vbi in hoc Imolæ opinionem dixit communē, veriorē, ęquiorem, & sibi magis placere. Marsil. in l. 1. §. quæstioni post nu. 29. ff. de quæst. & in rub. C. de probat. num. 127. & in pract. §. postquàm nu. 15. & seq. vbi propterea, ꝙ iudices, indocti, & modicæ fidei promittunt istas indulgētias, quas non possunt promittere, & sing. 201. ante finem versic. teneas tamen perpetuò menti. Adden. ad Alcia. in tract. de præsump. reg. 3. præsumpt. 27. littera A, post num. 4. Cason. de tormen. cap. 18. rubr. de confess. spontan. num. 11. vers. septimò in confessione &c. Neuiza. in silua lib. 1. cap. 2. nu 65. in fin. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c. §. in tex ibi voce propria confessus, num 17. & §. in tex. ibi formidine tormentorum, nu. 10. in 3. tracta. de homicid. §. & nota doctrinam, nu. 14. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 15. & seqq. vbi alios refert, benè comprobat, & respondet contrarijs. Gig. de crimin. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 1. nu. 21. vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis, siue cōfessio sit emanata in tortura, siue etiam spontè, refert eum, & sequitur Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 45. nu 22. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 2. nu. 16. vers. rursus & contrario &c. vbi alijs relatis testatur de veriori opinione, de qua etiam testatur, & pluribus eam comprobat (licèt contrariam dixerit veriorem) Plach. in epitom. delict. cap. 37. nu. 4. in fine, vers. nec desunt, & seqq. relati per Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 367. num. 6. vbi de communi ex Cagnol. in loco præcitato relati per Viui. opin. 415. nume. 3. vers. in contrariam verò partem. Anto. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de prob. delict. num. 6. & ibi in addit. Suarez. littera C, vbi hanc opinionem indistinctè sequendam, dixit reprobato Claro contrarium sentiente, & ita aliàs fuisse seruatum in Senatu Mediolani testatur idem Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. allegare etiam posset (licèt, vt mox eum referam in vers. circa secundum in cōtrariam partem, tanquam magis communem inclinare videatur.) Et hanc eandem opinionem dixit æquiorem idem Clar. in d. vers. circa secundū, ad fin. Monticell. reg. crim. 19. nu. 16. Bertazz. cons. 95. post nu. 3. & seqq. lib. 1. vbi, & alios refert, & testatur de communi, & ibidem num. 11. vbi ampliat etiam in cōfessione geminata, & duplicata. Claud. ad eundem Bertazz. consi. 95. littera C, vers. non licèt his artibus. Franc. Pegna in addit. ad director. inquisit. par. 3. comment. 23. fol. 469. col. 2. in fine, vers. postremo &c. & vers. seq. Sigismund. Scaccia de iudic. causa. ciuil. & criminal. lib. 1. cap. 86. num. 35. vers. inhonestam autem, & seqq. vbi licèt contrariam opinionem fateatur communem, eam tamen pluribus rationibus improbat, & hanc defendit sententiam Franc. Personal. de indit. & tortu. nu. 70. Et demum hanc defendit sententiam Andr. Tachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 61.

277 Ratio propositæ regulæ, & conclusionis ea est, quia licèt iudex non possit gratiam, & impunitatem delicti promittere, & à tali promissione multum præcauere debeat, promissam tamen seruare tenetur abstinendo se à cōdemnatione, quia turpe est fidem datam fallere, prout in ijs terminis scripserunt Dec. in d. l. ea est natura, nume. 7. & seqq. ff. de reg. iur. & ibi Hieron. Cuchal. in addit littera A. Nec dissentit ibidem Cagnol. num. 17. & seqq. faciunt tradita per Magalott. in tract. de saluoconduct. par. 2. nume. 21. Couarru. var. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16. vers. rursus è contrario, vbi dicit isto casu fidem seruandam ex veriori Doctorum opinione, & d. num. 16. ante finem, vers. cauendum, &c. dixit ab huiusmodi simulationibus, & promissionibus cauendum ex frequentissima Doctorum admonitione, & eodem num. 16. in fin. vers. quòd verò dicitur &c. concludit, quòd talis promissio non est seruanda, quando de delicto, & crimine constat per rectos iuris tramites, secus si iudex impunitatem promisisset in casu, in quo promittere non poterat, quæ distinctio iudicio meo ex omni parte hanc comprobat opinionem, quam etiam veriorem testatur, & pluribus comprobat Placha in epit. delict. d. c. 37. nu. 4. in fine, vers. nec desunt, & seqq. faciunt dicta per Viui. opin. 415. nume. 3. vers. in contrariam verò partem. Nec dissentire videtur Clar. in pract. §. fina. quæst. 55. vers. circa primum, ubi licèt aliam opinionem dixerit communem, eam tamen sibi nunquàm placuisse affirmat, quia per eum illaqueatur reus fraude, & mendacio, quòd à quolibet bono viro, & præsertim à iudice, qui veritatis amātissimus esse debet, summopere vitandum est, & propterea post Dyn. & Parid. de Put. quem allegat, consulit iudicibus, vt ab huiusmodi promissionibus se abstineant, & in hanc sententiam (ni fallor) tanquàm veriorem descendere videtur. Franc. Pegna in addit. ad director. inquisit. par. 3. comment. 23. fol. 468. col. 2. in fin. vers. Hæc tamen opinio, & fol. 469. col. 1. vers. Alteram sententiam &c. Nec dissentit Cattar. (licèt contrariam opinionem dixerit cōmunem) d. lib. 2. cap. 1. nu. 23. in prin. & nu. 24. & num. 39. vers. altera est, & seqq. vbi etiam refert fundamentū huius opinionis. And Tachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 61.

278 Contra hanc regulam, & quòd immò possit quis condēnari ex confessione emanata sub spe impunitatis promissæ, voluerunt Domin. Anchar. Imol. & Felyn. in locis relatis per Dec. (qui tamen eos non sequitur) in d. l ea est natura, nu. 7. & ibi per Zilet. in addit. littera A, & per Hieron. Cuchal. littera B, in princ. vbi testatur de communi. ff. de regu. iu. Item relati per Placham in epitom. delict. lib. 1. cap. 37. nume. 2. & seqq. vsque ad num. 5. vbi pluribus hanc probat opinionem, & testatur de cōmuni ex Cuchaleon. in loco præcitato, & per Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 367. nume. 7. & per Viui. opin. 415. num. 1. & seqq. & ita videtur de mente Corrad. in pract. tit. de confess. crim. nume. 11. in 11. limitat. fol. mihi 283. & in titu. de senten. nu. 20. fol. mihi 187. & ita etiam in hanc partem, quam magis communem suspicatur (licèt contrariam dixerit ęquiorē) relatis hinc inde cōtrarijs inclinare videtur. Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. circa secundum dicens, quòd imputet sibi reus, qui tali promissioni credidit.

279 Ratio huius cōtrariæ opinionis per Doctores affertur, quia scilicet, licet iudex nō habeat authoritatē promittēdi reo impunitatē, potest tamen illam promittere pro reperienda veritate, & ea comperta, quod promisit seruare non

non tenetur Archid. & Domin. in c. nos in quemquam. 2. q. 1. idem Archid. in c. vtilem 22. q. 2. vbi refert exemplum illud Alexandri Papæ iij. qui Episcopũ simoniã confessum, sub spe dispensationis, & gratiæ promissæ, ea non obstante, deposuit. Marian. Socin. in cap. qualiter, & quando, il 2. num. 974. versic. item non credat inquisitus. extr. de accusat. Alciat. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 27. num. 4. relati per Couarruu. variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16. versic. similiter ex hoc oritur controuersia iuncto vers. & ideò iudex, & vers. tametsi iudex, vbi, quòd licet contraria opinio sit verior, prout ipse ibi testatur. Adhuc tamen si Iudex impunitatem promiserit, & eam non seruauerit excusatur tot Doctorum authoritatibus tenentium hanc opinionem; nec erit acriter increpandus, nec pœna malè iudicantis puniendus, vt ibi per eum faciunt tradita, & deducta per Magalott. in tracta. de saluo conduct. par. 2. nume. 19. & seq. & num. 21. & seqq. & per Cottam in memoral. verbo *dolum bonum* per totum in discursu, & per Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 37. nume. 2. & seqq. vsque ad num. 5. vbi plura recensentur ad comprobationem huius conclusionis, & ibi testantur de communi ex Hieron. Cuchaleon. in loco per eum relato, & per Afflict. in constitut. regni. rub. de præst. iurament. à magno iusticiario cap. 1. nume. 7. vbi ponit exemplum in quodam regente magnæ curiæ Vicariæ, qui extorquebat à reis confessiones sub diuersis simulationibus, & promissionibus impunitatis, & in corde suo intelligebat condictionem si Principi placebit, vel si de iure hoc poterit facere, dicitque isto casu talem sic promittentem secundum eum non committere mendacium exemplo Sancti Francisci, & argumento tex. in auth. de mand. princip. §. coges. Iodoc. in pract. crim. cap. 37. num. 13. vbi, quòd in crimine læsæ maiest. & alijs enormibus criminibus potest iudex gratiam, & remissionem promittere, si sine tortura fassus fuerit. Horat. Luc. inter consf. crimin. diuers. conf. 167. num. 9 lib. 1. Boss. in tit. de confess. per tortur. num. 11. & in titu. de examin. reor. nu. 15. & 16. vbi alijs relatis dicit, quòd in foro contentioso res est absoluta, quòd talis promissio non est seruanda per iudicem promittentem faciunt dicta per Viui. opin. 415. nu. 1. & seqq. & videtur de mente Corrad. in tract. titu. de confess. crim. nu. 11. in 11. limitatione fol. mihi 283. & tit. de senten. num. 20. fol. 187. & hanc sententiam cõmunem etiam fatetur, rationesque, ac fundamenta, ac etiam concordantes (licet eam sequi non videatur) refert Franc. Pegna in addit. ad director. inquisitor. par. 3. comment. 23. fol. 468. colum. 2. vers. quantum ad primum. & fol. 469. colum. 1. vers. quantum ad secundum, & ita etiam ex prææallegatis communiter in hanc sententiam descendisse Doctores, testatur Flamin. Cartar. in pract. interrogan. reor. lib. 2. cap. 1. post nu. 23. & nu. 30. & seqq. vbi refert fundamenta huius opinionis, & num. 39.

280 Quid dicendum? res certè est multum controuersa, ideò pro solutione vide distinctionem de qua infra num. 287. & seqq. & nihilominus crederem, primam opinionẽ sicut apud nos à bonis iudicibus magis seruatam, ita etiã veriorem, & magis communiter receptam esse, & propterea ab ea in iudicando, & consulendo minimè recedendum, eo præsertim, quia pluries vidi multos sub spe impunitatis confessos falsum dixisse de se, & alijs, credentes enim se confitendo liberos, non aduertunt, nec curant contra se, & alios mentiri. Ad hæc igitur vitanda, caueas tu iudex ab huiusmodi promissionibus, quòd si forsan inanis gloriæ cupidus, & ad extorquendum confessionem impunitatem promiseris, scias te, nec in foro conscientiæ, nec etiam in contentioso (quicquid in contrarium dixerit Boss. vbi supra) posse istum reum condemnare.

281 AMPLIA I. propositam regulam multò magis procedere, quando impunitas est promissa, vel à Principe, vel etiam à Iudice habente authoritatem à Principe. Tunc enim illam omninò seruandam esse, nec posse reum confessum condemnari, pluribus probat, & benè à contrarijs defendit. Boss. in titu. de confess. per tortur. nume. 9. & seq. Clar. in pract. §. fina. quæst. 55. versic. circa secundum post med. vbi, quòd ita quotidie apud eum seruatur.

282 AMPLIA II. idem in iudice, qui confugienti ad Ecclesiam, vt illum ex ea extraheret, sine vi securitatem dedit, & libertatem promisit, tenetur enim promissionem seruare si non agebatur de delicto excepto, propter, quòd confugiens de iure non gaudebat immunitate Ecclesiæ, secus si delictum erat exceptum à tali immunitate. Ita Cyn. Bellapert. & alij in l. præsenti, C. de his qui ad ecclesf. confug. & est communis, prout testatur Couarruu. var. resolu. lib. 1. c. 2. num. 16. in fine. Petr. à Placha in epithom. delict. cap. 37. num. 10. Ant. Gomez. var. resolut. tomo 3. c. 12. tub. de probat. delict. num. 7. Flamin. Carta. in pract. interrogandor. reorum. lib. 2. cap. 1. num. 45. Imò secundum Fortun. Garz. in repet. l. conuentionum. num. 15. ff. de pact. etiam, quòd simus, in casibus, in quibus de iure ad Ecclesiam confugiens extrahi poterat, adhuc iudex fidem datã, seruare debet, & in pristinum statum reponere extractum, rationibus, ibi per eum adductis; Et ita alias testatur dum pubes erat, fuisse seruatum in Hispania à quodam Comite Prouinciæ Præside non obstante voto Assessoris sibi consulentis vt non obstante fide data extractum ab Ecclesia retineret, & puniret, cui quidem Assessori bonus ille Comes respondebat, *Tu leges me alias doceas: Contrariam ego legem à fidei ratione didici*. Et faciunt pro hac ampliatione, quæ dixi in 1. par. in titu. de carcerib. & carcerat. q. 29. nu. 95. & seq.

283 AMPLIA III. eandem regulam multò magis procedere, quando iudex hanc impunitatem promisit dolosè agendo, & dicendo, puta ac instando non simpliciter, *vt dicat veritatem*, vt infra dicam. nu. 285. Sed, *vt fateatur alias non, est modus euadendi*. Tunc enim confessio dicitur dolo malo extorta, & propterea sine dubio ad condemnandum non sufficit, prout in ijs terminis loquitur Imol. in d. cõsil. 109. expressè declarat Boss. in tit. de confess. per tortur. nume. 16. & in titu. de examinib. reor. sub nu. 17. in discursu, & nu 18. refert, & sequitur Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. circa secundum, ad med. & ante istos fuit de mente Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *tortus*, cap. 7. in princip. & nu. 1. & seqq. fol. 348. vbi pluribus probat non valere cõfessionem, quam iudex à reo extorquet persuasionibus ei dicendo, *vt confiteatur propter honorem Curiæ, & certis respectibus, & quòd de pœna non timeat*.

284 AMPLIA IIII. vt multò minus confessio facta sub spe impunitatis sufficiat ad condemnandum, quãdo apparet, eam esse falsam, puta, vel delictum non esse verum, vel alium deliquisse. Magalott. in tractat. de saluocõduct. par. 2. num. 24. vers. 2. casu, & nu. 25. vers. 3. casu, vbi idem, quando dubitatur, an sit vera, quia puta illius circunstantiæ, & inditia non verificantur, refert hæc, & sequitur Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. nume. 28. & seq. & nu. 38. vers. alia verò opinio, & num. 44 & hęc ampliatio est indubitata, quia confessio falsa, vel non verificata non sufficit ad condemnandum, etiam, quòd nõ emanauerit sub spe impunitatis, vt dixi supra num. 21. & seqq. & num. 30.

285 LIMITA I. propositam primam regulam, vt procedat, quando iudex dolosè processit vlterius, promittendo impunitatem, videlicet quando reum seduxit ad cõfitendum, quia aliàs non liberabitur, iuxta ea, quæ dixi supra. num. 283. secus autem si vlterius dolosè non processerit, sed simpliciter reo dixerit, *vt veritatem narret, quia nihil mali sibi eueniet*, vel etiam si promittat, *quòd liberabitur*. Potest enim iudex sic fingere, vt veritatem eruat, & propterea confessionem isto casu emanatam ad condemnandum sufficere, inquit Boss. in tit. de confess. per tort. num. 12. & ibi testatur de magis communi, & latius in titu. de examinibus reor. num. 17. per totum in discursu, & num. 18. refert, & sequitur Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. circa secundum, ad med. Nec dissentire videtur Iodoc. in pract. crimin. cap. 37. num. 13. vbi dicit, quòd in crimine læsæ maiestatis, & alijs enormibus criminibus, potest iudex gratiam, & impunitatem promittere *si veritatem sine tortura probauerit*.

286 Hęc declaratio Bossij est contra mentem omniũ Doctorum allegatorum supra nu.276.& seq. qui Iudicis dolum istο casu considerant, non ex eo, quòd simpliciter persuadeant confiteri, nõ autẽ dicere veritatem, sed ex eo, quòd impunitatem promittant, licèt enim iudex veritatem perquirere se dicat, impunitatis tamen promissio reum ad falsum dicendum allicit, & sic dolus in iudice deprehẽditur ex sola impunitatis promissione, quam promittere nõ potest, & propterea indistinctè reprobato Claro, qui Bossiũ refert in loco præcitato, confessionem sub promissione impunitatis emanatam, non sufficere ad condemnãdum, expresè voluit Soarez in addit.ad Ant.Gomez. variar.resolut.tom.3.cap.12.rub.de probat.delict.nu.6.littera C,& ita salua pace Bossij credo esse veritatem, ad quam faciunt etiam, quæ dixi in seq.limitatione.

287 LIMITA II. (& cum hac limitatione concordantur omnia contraria, de quibus supra num.276.& seqq.) eandem regulam procedere, quando confessio sub spe impunitatis emissa fuit per confitentem reuocata, secus autem si fuerit ratificata, & non reuocata; primo enim casu ad condemnandum non sufficit, secundo autem casu sic.Paris de Put.de sind.verbo *tortus*. cap.7. ante num.1.& d.nu.1.fol. mihi 348. Hieron. Cuchaleo. in addit.ad Dec. in l.ea est natura, num.7.littera A, vers.& dato, quòd prædicta opinio sit vera.ff.de regu.iur. Marsil.sing.201.ad fin. vers. quòd maximè procedit. Boss.in titu.de confess. per tortu.post num.12.& seqq. & nu.16. & seq.vbi loquitur, non solum in casu, in quo iudex dolosè extorsit confessionem sub spe impunitatis dicendo, *quòd alius non est remedium euadere, nisi fateatur*, sed etiam si simpliciter dixerit, vt fateatur, quia *liberabitur*, vel *nihil mali sibi eueniet*, adhuc enim isto secundo casu tutius est, inquit ipse, vt cõfessio ratificetur, & non reuocetur, vt ibi per eum Couarruu.variar.resolut.lib.1.cap.2.sub num. 16. vers. nisi spe promissionis &c. & vers. quòd si in ea confessione &c. Petr. à Placha in epitom. delict. lib.1. cap.37. post num.7. vers.potissimum &c.& vers.sin minus. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 367.num.2.& seq. Viui.opin. 415.& 4.& seq.vbi, quòd hæc distinctio colligitur ex mente omnium Doctorum. Monticell.reg.20.num.9. Nec dissentire videtur Magalott. in tract. de saluoconduct.par. 2. num. 35. vbi loquens in casu dubio, quando scilicet, non apparet aliundè ex processu confessionem factam sub spe impunitatis esse veram, vel falsam. Tunc, inquit ipse, eam non sufficere ad condemnandum, si fuerit per confitentem reuocata refert, & sequitur Flamin. Cartar.in pract. interrogandor. reor.lib.1.cap.1. num.29. & num.38.vers. alia verò opinio, & num.44. Bertazz.conf.95.num.8.& 9. lib.1.Franc.Pegna in addit.ad director.inquisit. par.3.cõment.23.fol. 469.column.2.in fine, vers.postremo &c.& vers.seq. vbi hanc distinctionem tutissimam, & veriorem dixit Franc.Personal.de indit.& tortu post nume.70. Andr.Tachin controuer.iur.lib.9. cap 61.

288 SVBLIMITA I. hanc secundam limitationem, vt procedat in ratificatione expressa, secus autem in tacita, quando scilicet confitens tacet, confessionemque iam factam non reuocat. Primo enim casu condemnatur etiam in pœnam ordinariam, secundo autem casu non ordinaria, sed extraordinaria tantum pœna iudicis arbitrio punitur, Couarruu.var.resolut.lib.1.cap.2.nume.16.vers.in eo tamen casu iuncto vers. pœna autem arbitraria.Petr.à Placha.in epitom.delict.cap.38. nu.8. vers. quòd si in ea specie.Menoch.de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 677.num.4.

289 SVBLIMITA II. eandem secundam limitationem, vt procedat, quando talis ratificatio fuit facta per confitentem, non solum sine repetitione promissionis impunitatis, sed etiam cum expressa denunciatione, quòd impunitatis iam promissæ nulla habebitur ratio, nisi enim hoc modo succedat ratificatio, nihil ad ipsum condemnandum operabitur, v per Boss.in titu.de confess. per tortur.num. 14. vbi, quòd aliter esset error nouissimus peior priore, & num.17. versi. aduertendo, tamen, vbi amplius, quòd si quoquomodo possit esse dubium, an reus sub spe impunitatis ratificauerit, adhuc talis confessio secundum eum non sufficeret ad condemnandum, & sic quando reus ratificat debet esse certus, quòd promissa impunitas sibi seruanda non est, prout etiam videtur de mente Couarru.variat.resolut.lib.1.cap.2.sub num. 16.versicu. nisi spe promissionis frustratus, &c.& vers. quòd si in ea confessione, &c. & Placa.d capitu.37.nume.7. vers.sin minus spe promissionis frustratus, &c. & expresè declarat Magalott. in tracta. de saluoconduct. par. 2. nume. 21. vers.sed Hippol. Bertazzol.d.consil.95.num.8.& num.11. lib.1.

290 SVBLIMITA III. dictam secundam limitationem procedere in confessione emanata sub spe impunitatis promissę spontanea. Tunc enim ratificata, vt supra nocet, secus si emanasset per torturam sub eadem promissa impunitate, quia tunc ratificatio nihil operatur, & est ratio, quia etiam, quòd tortus non esset confessus sub spe impunitatis, ratificatio erat necessaria, propter torturam inflictam, ideò talis ratificatio non potest tot defectus supplere, vt per Gig de crim.læs.maiest.lib. 2. tit. quom.& per quos crim.læs.maiest.prob.q.1. num. 21.

291 SVBLIMITA IIII. in confessione emanata nullis inditijs præcedentibus: Operatur enim ratificatio, immò est etiam necessaria, quando confessio propter commissam impunitatem emanauit præcedentibus inditijs, vt dixi infra.num.293. At si nulla præcesserint inditia, tunc videtur, quòd talis confessio etiam ratificata non sufficiat ad condemnandum ex Boss. in d. titu. de confess. per tortur. num.17. post Imol. quem allegat in consil. 109. & potest esse ratio, quia confessio emissa sub spe impunitatis promissæ videtur quodammodo emissa propter torturam, ex quo talis confessio videtur operari effectum torturæ, ideò inditijs non præcedentibus, etiam ratificata confitenti non nocet, sicut etiam non nocet, quando per torturam emanauit, prout dixi infra.in q 83. num.9.

292 LIMITA III. propositam primam regulam procedere in confessione emanata sub spe impunitatis promissæ nullis præcedentibus indirijs, secus autem si indicia præcesserint. Hoc enim casu confitentem posse condemnari colligitur ex trad. per Boss.in titu.de confess. per tortur.nume.15.& nume.17.Couarru.var. resolut.lib. 1.cap.2.nume. 16.vers. verum si contigerit. Clar. in pract. §.fina. quæst. 55. vers. circa secundum in fine, qui dicunt posse isto casu præcedentium inditiorum imponi etiam pœnam ordinariam, & est de mente Monticell. regu. crimin.18, nume.8. (sumpto ab eius argumento à contrario sensu.)

293 Verum de hac tertia limitatione, ego multum dubito, ex quo Boss. in loco præcitato post Imol. quem allegat in consil. 19. tenet, quòd quando inditia non præcesserunt, tunc talis confessio non sufficiat ad condemnandum, etiam ratificata, prout dixi, & eum sic dicentem retuli supra numer. 291. & pariter è contra si inditia præcesserunt, ad condemnandum sufficiat, dummodo sit perseuerata, aliter secus, prout etiam videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra num. 287. qui generaliter ratificationem requirunt, nulla facta distinctione, an præcedant, vel non præcedant inditia, sic enim intelligendus est Couarru. in loco supra citato, qui expressè loquitur, quando idem reus comperta iudicis simulatione confessionem non reuocauerit, vnde secus si reuocauit, vt dixi d.nume. 287. alias semper rei sic decepti possent condemnari ex eorum confessione, quia vix datur casus, in quo ex processibus non possint dici aliqua inditia, & propterea Didaci sententiam prędictam sic simpliciter, & generaliter sumptam minimè veram credidit. Menoch. de arbitr.quæst.lib.2.casu 367.num.9. & contra Couarru. etiam, quòd confessio sit alijs indirijs grauata non posse, nisi pœnam ordinariam imponi tutius esse dixit Fran. Pegna in addit.ad director.inquisit par.3.comment. 23. fol. 470.col. 1. vers.nos in hoc crimine &c. & ita pariter Clari sententiam, & Monticel.verba declaranda omnino esse indubitanter crederem, vt scilicet confessio emanata

sub

fub fpe impunitatis promiffæ, præcedentibus inditijs, fufficiat ad condemnandum, quando fuit ratificata, aliter fecus.

294 Poffet forfan propofita tertia limitatio faluari, quando præcederent inditia indubitata fecundum Magalot. in tracta. de faluoconduct. par. 2. num. 21. verfic. verumtamen, & feqq. vbi concordando contrarias opiniones pluribus probat, q̀ cõfeffio facta fub fpe impunitatis promiffæ valet, et nõ ratificata, quando ex proceffu, & fic aliũdè, vel per teftes, vel p̄ inditia indubitata cõftat de veritate confeffionis, & quòd ifto cafu fi reus fit pertinax in negãdo, poteft impunitatem promittere, & eam non feruare, fequitur Flamin. Carta. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 31. & feqq. iuncto. nu. 41. & feq.

295 Sed certè, quando de veritate confeffionis non conftat plenè per teftes, fed tantum per inditia indubitata, quòd poffit imponi pœna ordinaria, ego valdè dubito, quia communis eft Doctorum opin. quòd talis pœna imponi non poteft ex inditijs etiam indubitatis, prout dicam infra quæft. 86. hoc eod. tit.

296 LIMITA IIII. in crimine hęrefis, in quo licitum eft inquifitori gratiam promittere reo, vt veritatem fateatur fecundum Eymeric. in director. inquifitor. par. 3. nu. 100. in fine fub rubrica cautelæ inquifitorum, &c. fol. mihi 465. vbi, quòd poteft inquifitor dicere reo, *dicas veritatẽ, vt poffim, te ftatim liberare, & gratiam facere, poffifq; citius ad domum tuam redire*, & nu. 106. fub. 8. cautela, vbi exprefsè dicit, quòd poteft inquifitor promittere reo gratiam facere. Nam totum eft gratiofum, quòd fit pro conuerfione hæreticorum, & pœnitentiæ, quæ hæreticis dantur funt gratiæ & medelæ, & fatis fiet gratia, quòd ad mifericordiã admittatur, nec difentit ibidem Franc. Pegna in addit. comment. 23. fol. 469. col. 1. verf. verumtamen, vbi, quòd in tribunali Sanctifs. Inquifitionis, poteft inquifitor reo ftatim, & à principio non quidem impunitatem, fed amplã mifericordiam, & gratiam fi veritatem dixerit offerre, quia in temperandis pęnis habent inquifitores ampliorẽ, quam cæteri iudices poteftatem, c. vt commiffi, de hæret. in 6. & quamcunque faciant inquifitores gratiam, quamuis minimam, fidem datam adimplent, cum nõ omnimodam promiferint impunitatem, fed tantum gratiam, vt ibidem per eundem Franc. Pegnam. fol 469. col. 2. verfic. iam in hac promiffione, in fine refert, & fequitur Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 25. & feqq.

297 SVBLIMITA hanc quartam limitationem, vt procedat, prout loquitur, quando fcilicet, inquifitor promittit non omnimodam impunitatem, fed gratiam facere, fi veritatem dixerit, ea ratione, quia pęnitentiæ, quæ hæreticis dantur funt gratiæ, & medelæ, vt fupra deducitur, quòd fi inquifitor omnimodam impunitatem promiferit, quam (vt dixi) promittere non debet, reufque confeffionem fub impunitatis fpe emanatã reuocauerit: Tunc vtique nec eum in pœnam ordinariam condemnãdum, pluribus comprobat ibidẽ. Fran. Pegna d. commen. 23. fol. 468. & feqq. in verf. & inquifitor, & feqq. & plenè confuluit. Bertaz. conf. 95. poft num. 3. & feqq. lib. 1.

298 LIMITA V. quando iudex non exprefsè impunitatem promifit, fed vfus fuit quibufdam verbis generalibus, ex quibus ipfe reus poffit credere gratiam aliquam reportaturum à iudice, vt puta, dicendo: *veritatem fatearis, quia poftea faciam pro te apud Principem, vel Superiores quicquid potero, procurabo gratiam, mifericordiam, vel indulgentiam*, aut fimilia verba, ita videtur de mente Nicolai Eymeric. in fuo director. inquifit. par. 3. num. 106. in fine. verf. & vbi delatus, vbi etiam, quòd poteft iudex dicere reo *fatearis veritatem, quia fiet tibi plus quam petis*. Nec diffentit ibidem Franc. Pegna in addit. comment. 23. fol. 469. col. 2. verf. iam in hac promiffione.

299 LIMITA VI. quia licèt non valeat confeffio emanata fub fpe impunitatis, & gratiæ promiffæ, valet tamen, quando quis falfum confitetur propter impunitatem fibi promiffam, fperans ex tali confeffione præmium, vel vtilitatem fecundum Gulielm. de Benedic. in repetitio. c. Rainutius, in verbo. *mortuo itaq; teftatore*, il primo, nu. 340 & feq. de teftamen. vbi dixit, quòd licèt falfa confeffio confitenti non noceat, nocet tamen, quando quis mendaciter confitetur, fperans ex tali mendacio impetrare gratiam, & vtilitatem, ficut fperabat confequi filius Amalechitæ confitendo mendaciter Saulem interfeciffe, qui loco gratiæ, & vtilitatis mortem reportauit, ex quo de mandato Dauid fuit occifus, non aliter, ac fi verè Saulem interfeciffet, vt patet 2. Reg. 1. c. Cuius exemplo, inquit ibi Guliel. quòd quidam notarius apud eum, qui præmio accepto, & impunitate fibi promiffa, falsò cõfeffus fuit, falfum inftrumentum fcripfiffe, comperta fraude per Curiam parlamenti Tolofæ 22. Martij 1485. tanquam falfarius in amputationem manus dextræ fuit punitus, licet inftrumẽtum non falfaffet ex doctr. Bald. in l. 1. num. 6. C. de pœna iudicis, qui malè iudicat, refert hęc, & fequitur Anto. Columba. de modo proceden. in controuer. crimina. artic. 204. ad finem.

300 LIMITA VII. quia licèt confeffio facta fub fpe impunitatis, & reuocata non fufficiat ad condemnandum, fufficit tamen ad torquendum. Boff. in tit. de confeff. per tortu. nu. 13. & nu. 15. vbi ampliat etiam, quòd confeffio emanauerit nullis præcedentibus inditijs, quòd & idem voluit. nu. 17. in fin. verf. in primo cafu, & nu. 18. Et licèt. Imol. in conf. 109. ibi per Boffium allegatus nu. 16. & 17. dixerit, quòd in tali confeffione emanata fub fpe impunitatis, nullis præcedentibus inditijs, nullum poteft fieri fundamentum, etiam quoad torturam, prout etiam ex mente Boffij idem confuluit Bertazzo. conf. 95. num. 16. Hæc tamen reftrictio non placet Boffio in loco præcitato, nec verum eft, quòd Boff. eo loci (prout non benè ad id ipfum allegat Bertazzolus) loquatur, quando adfunt inditia, imò contrarium, prout ego fupra eum fideliter retuli, & addo pro hac eadem limitatione eundem Boff. in d. tit. de confeff. per tortur. num. 21. & feqq. vbi pluribus comprobat, & videtur de mente. Clari in Pract. § fin. q. 55. verf. allegare etiam poffet, vbi refert fenatum iuffiffe torqueri quandam Catherinam Candoliam, quæ blanditijs, & minis examinanti confeffa fuit, fe partum necaffe, & cum in tortura perftiterit, fuit abfoluta.

301 SVBLIMITA hanc 7. limitationem, quia hæc tortura debet effe moderata. Boff. in tit. de confeff. per tortu. num 13. vbi tamen, quòd non debet effe minus, quàm fat eft, fed non ita grauis, nec toties repetita, prout alias teftatur tempore fuo fuiffe tortum quẽdam notarium Biumienfem, qui trina vice crudeliffimè, & contra omnem humanitatem tortus fuit, & num. 15. vbi, quòd eò mitior debet effe tortura, quando confeffio emanauit nullis præcedentibus inditijs.

302 LIMITA VIII. quia confeffio extorta, fub fpe impunitatis, licèt non fufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariam, benè tamen fufficiet ad condemnandum in pœnam extraordinariam, & ita etiam potes concordare contrarias opiniones relatas fupra. num. 2 6. & feqq ex Menoc. de præfum. li. 3. pręfũp. 3 . n. 39. & de arbitr. q. lib. 2. cafu. 367. num 4. & feqq. qui nõ loquitur in cafu, in quo confeffio non fuit exprefsè, nec ratificata, nec reuocata iuxta ea, quæ dixi fupra num. 288. fecus fi fuiffet exprefsè ratificata, vel exprefsè reuocata, quia primo cafu pœna imponitur ordinaria, fecundo autem cafu nulla imponitur pœna, vt dixi fupra. num. 287. fic etiam intelligendus eft. Clar. in pract. §. fin. quæft. 55. verfic. circa fecundum in fine dum dixit, poffe imponi pœnam extraordinariam confitenti fub fpe impunitatis promiffæ, etiam quòd confeffio emanauerit inditijs non præcedentibus, vt fcilicet procedat, quando talis confeffio non fuit exprefsè, vel reuocata, vel ratificata fecundum prædicta, fecus autem fi reuocata, prout etiam videtur confuluiffe Bertaz. conf. 95. num. 5. vbi ex. Ioan. de Arnon. quem allegat foliloq. 41. dicit ifto cafu confeffum non poffe puniri, nec in ęre, nec in perfona.

303 Verum ad hæc vide Franc Peg. in addit. ad director. inquifit. par. 3. comment. 23. fol. 470. fub verfic. hãc opinionem, vbi exprefsè fentit poffe imponi pœnã extraordina-

riam, etiam, quod confessio hæc fuerit reuocata, & hanc contrariam opinionem etiam expressè tenet Andr. Tachin. cõtrouer. in lib. 9. cap. 61.

304 REGVLA II. sit in hoc octau. capite, quòd iudex potest pro habenda veritate delicti à reo, vti simulationibus, etiam fingere se velle tacere id, quod reuera non intendit agere exemplo Salomonis, de quo in c. afferte, & ibi communiter notant Doctores, & præsertim Ancharan. num. 1. Abb. num. 1. vers. nota, quòd licitum est Iudici Fely. nume. 1. vers. nota primo, extra de præsumpt. & tradiderunt post alios; quos allegat antiquiores. Afflict. in constit. regni incipien. inter cæteras. rubr. 44. in 3. notab. nume. 3. & seqq. par. 1. vbi magistraliter loquitur Dec. in l. ea est natura, num. 7. ff. de reg. iur. Magalott in tracta. de saluocon duct. par. 2. num. 20 Cyrill. in summa crimin. rubr. 16. de confess. §. 1. nume. 2. Boss. in titu de confess. per tortu. post nume. 10. & in titu. de examin. reor. num. 3. num. 15. & nume. 18. Catelia. Cotta in memoral. vers. dolum bonum, vbi post And. de Isern. & alios per eum relatos refert exemplum Caroli magni, qui informatus, quòd, aut filius, aut pater homicidium commiserat ad reperiendum, quis eorum verè occidisset, iussit ambos suspendi. Tunc pater videns nullam salutis spem sibi remanere, fassus est homicidium, & filium liberauit, prout hæc, & alia exempla refert. Petr. à Placha, qui etiam hanc pluribus comprobat conclusionem de delict. lib. cap. 37. nume. 2. & 3. vbi etiam testatur de crebriori, & recepta Doctorum sententia Co uarrun variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16. allegans in id tex. in cap. vtilem 22. q. 2. Ant. Gomez. varia. resolu. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortu. reor. sub num. 4. post princip. Practic. Corrad. titu. de senten. num. 20. fol. 187. & in titu. de confess. crimin. num. 11. in 11. limitatione. fol. 283. colũ. 2. in fine. Gaspar. Caballi. in constitut. March. lib. 4. cap. 1. in verbo *comparuit*. nu. 2. Viui. opin. 415. nu. 2. vbi quòd potest iudex vti cauillationibus. Franc. Pegna in commẽt. ad Nicol. Eymeric. in director. inquisit. par. 3. cõmẽt. 23. fol. 467. col. 1. vers. 1. & seqq. vbi de materia. Flam. Cartar. in pract. interrogand. reor. lib. 2. c. 1. num. 18. & seqq. & num. 46. & seqq.

305 Contra, quòd non possit iudex sub prætextu habendæ veritatis à reo vti cauillationibus, & fictionibus probat tex. in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transact. vbi notat glo. malitijs viam aperiendam non esse, & in l. 1 §. sed, & si quis ff. de carbonian. edict. per quæ iura potest comprobari id quòd dixit Paul. de Castro in l. si per errorem, num. 5. in fine ff. de iurisdict. omn. iud. & in l. edita. num. 9. C. de eden. quòd quamuis istæ cautelæ in foro fori admittantur, in foro tamen poli damnant iudicum animas, prout illum referunt. Fran. Pegna in addict. ad director. inquisitor. par. 3. comment. 23. num. 98. Flam. Cartar. in pract. interrogand. reor. lib. 2. c. 1. num. 17. & seq. Sigismund. Scaccia de iudic. causar. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 36. nu. 35.

306 AMPLIA I. præpositam secundam regulam, quæ sine dubio magis communiter recepta est, vt possit iudex pro reperienda veritate cum reo blandis verbis amicabiliter, & benignè tractare, & alia facere, quæ cum dulcedine ipsum ad confitendum veritatem promoueant, secundum Marian. Socin. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 974. de accusat. vbi propterea aduertit, reum non debere credere istis mellifluis verbis Officialis, quia multa promittunt, & nihil obseruant. Boss. in d. titu. de examin. reorum, num. 18. vbi post Parid. de Put. in loco per eum relato, dixit posse iudicem dare reo bona, & melliflua verba, item facere ipsum mederi, si infirmus sit, & alia signa humanitatis ostendere, item fingere, si rea sit mulier, se perire illius amore, amorisq; signa in illam demonstrare, ad hoc, vt facilius, & sine tortura delicti veritatem fateatur; sed hoc de muliere iure optimo improbatur per Baiard. in addit. ad Clar. q. 64. num. 80. & seqq. ad quæ addo Bertazz. cons. 95. num. 3. lib. 1. Eymeric. in director. inquisit. par. 3. nume. 100. sub secunda cautela. fol. 465. vbi ponit exemplũ blandorum verborum, quibus iudex cum reo vti potest, & nume. 106. sub 8. cautela, vbi etiam, quòd potest iudex ad hunc effectum cum cibo, & potu humaniter carceratum tractare, & ibidem Franc. Pegna in commẽt. 23. littera C. vbi ponit alia exempla blandorum verborum, dicitq; multos huiusmodi blanditijs emolliri, & confiteri. Et quidem ego semper soleo iudicibus consulere, vt cum carceratis potius blandis, & dulcibus verbis loquantur, ac leniter, & quodammodo amicabiliter tractẽt, quam alio modo; multoties enim ab ipsis, dum iudex fui, sic & multo facilius, ac etiam sæpius, & spontè confessiones delictorum habui, quàm per torturam.

307 AMPLIA II. quia etiam pro habenda veritate iudex potest cum carcerato intromittere extraneos, qui ipsius voluntatem perquirant, & explorent secundum Eymeric. director. inquisit. par. 3. nume. 100. sub rubr. cautelæ inquisitorum &c. fol. mihi 465. vbi loquitur de intromissione custodis, vel alterius ad effectum persuadendi carcerato, vt veritatem iudici dicat, quia est homo misericors, & similia bona verba. nume. 106. in 8. cautela, vbi etiam, quòd quando reus pertinaciter in negatiua persistit, potest iudex intromittere ad eundem carceratum aliquem probum virum, qui ipsum persuadeat ad fatendum veritatem, & quod si eam fatebitur erit mediator ad procurandum gratiam. Nec dissentit ibi Franc. Pegna in addit. littera C. & littera G. comment. 23. Immò secundum eundem Eymeric. ibidem nume. 107. in 9. cautela, dicit iudicem posse intromittere cum carcerato vnum de complicibus iam confessum, ad effectum, vt illi veritatem dicere persuadeat, & etiam ponere testes, & notarium extra carcerem in loco congruo, vbi eorum sermones audire possint ad effectum, vt ipsorum colloquia auscultantes, & verba colligentes, possint super talibus colloquijs, & sermonibus contra carceratum examinari. Nec etiam ab ista cautela dissentit ibidem Franc. Pegna in addit. littera I, hoc addito temperamento; dummodo tamen illi sic introclusi, & intromissi, siue sint socij criminis, siue alij, non dicãt mendacia, quæ, vt ibi per eũ, nullatenus dicenda sunt pro quacunque veritate habenda, & licèt prædicti loquantur in crimine hæresis, idem tamen iuris erit in alijs criminibus, secundum has cautelas, quandoq; etiam vidi à iudicibus nostri temporis seruatum, qui cum carceratis existentibus in secretis carceribus, introduxerunt exploratores ad obseruandum, & referendum ea, quæ ipsi carcerati dicebant, & faciebant, ac ad illis persuadendum, vt faterẽtur; & postea etiam super gestis, & dictis per ipsos carceratos examinabant, & hoc modo euenit, vt aliquando plura inuenerint delicta.

308 Verùm excepta hæresi, in alijs criminibus ab istis cautelis abstinendum consulo, quantum fieri potest, maximè introducendo exploratores, & homines, vt plurimum viles, & infames, qui cum mille mendacijs, ac fallacijs solent reo persuadere, non vt veritatem dicat, sed vt fateatur delictum, de quo imputatur, & ei promittunt gratiam nomine iudicis, & maria, & montes. Hæc enim sicut non licent, & detestabilia sunt in iudice ipso, multò magis detestanda videntur in alio, qui de iudicis mandato hæc operatur. Et benè scio, quòd quandoq; isti exploratores eorum malitia pœnitentiam agunt in eisdem carceribus, in quibus alios decipere quærunt, cum non multi sunt dies, quòd quidam explorator in quadam causa magna intromissus, in secretis carceribus Turris Nonæ ad effectum, vt obseruaret ea, quæ quidam nobilis carceratus ibidem diceret, aut ageret, detectus ab ipso carcerato, & alijs socijs, de media nocte luminibus iam extinctis, pugnis adeò percussus, & malè tractatus fuit, vt nisi ad eius magnos clamores custodes ad illum locum conuolassent, facilè ipsum occidissent, sed omninò iudicem abstinendum consulo ad intromissionem socij criminis iam confessi, in loco, vbi alter non confessus existit. Hoc enim aliud non est, quàm apertam suggestionem eorum, quæ sunt in processu subministrare, contra ea, quæ dixi suo loco infra quæst. 83.

309 AMPLIA III. vt pro habenda veritate iudex possit fingere, & simulare cum reo se iã esse benè informatum, & scire totum factum, & negotiũ, licèt reuera illud ignoret

secun-

secundum Eymeric. in director. inquisit. par. 3. sub num. 100. rub. cautelæ inquisitorum &c. fol. 465. & num. 101. vbi amplius, quòd ad hunc effectum potest in manibus accipere processum, & aliquam scripturam, & illam reuoluere, & fingere se legere testium depositiones, vel alias, vt ipse reus credat apud iudicem iam constare de veritate facti, & de ea esse benè informatum, & quòd propterea non debet negare, quia iam omnia sunt probata, & patefacta. Nec ab ista cautela dissentit Franc. Pegna ibidem in addi. littera D. cōmēt. 23. vbi declarat, quòd non debet iudex expresè dicere reo se eum scire eius factum, quòd reuera ignoret, quia hoc modo diceret mendacium, & peccaret, quòd nullo modo est admittendum, etiam pro detegenda veritate, sed tantum, quòd debet innuere, se scire facti huiusmodi, & taliter loqui, vt reus, quasi credat iudicem omnia scire, & hoc est licitum, & valdè accommodatum ad veritatem indagandam, & propterea iudices admonet, vt isto casu prudentia, & moderatione vtantur, ita vt mēdacium nullo pacto dicant, & hæc omnia refert, & sequitur Flamin. Cartar. in sua pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 77. & seqq.

310 AMPLIA IV. quòd multò magis posset iudex simulationibus vti pro veritate recipienda in crimine hæresis, vt videre est apud Nicol. Eymeric. in director. inquisit. pa. 3. in tit. de cautel. inquisit. &c. num. 98. & seq. & ibi Frā. Pegna comment. 23. vbi ponuntur plures simulationes, & cautelæ pro habenda veritate à carceratis in tali crimine, quæ quidem cautelæ reperiuntur etiam de verbo ad verbum positæ in repertorio inquisitor. in verbo *prouiso solerter*, §. sequuntur cautelæ, vers. 1. & seqq. fol. 644. Et ex ijs plerisq; approbantur per Io. Royas in singul. fidei, sing 44. Flamin. Cartar. in pract. interrogan. reor. lib. 2. cap. 1. nu. 21. & seq.

311 LIMITA I. huius octaui capitis propositam secundā regulam, vt licèt iudex pro habenda veritate possit fingere, & simulare, non tamen potest vti falsitatib. & mendacijs, differt enim fictio, & simulatio à mendacio, mendacium autem semper est illicitum, nec facienda sunt mala, vt veniant bona, c. vndecunque 56. distinct. c. neq; enim 14. q. 15. ita per hanc rationem firmarunt hanc limitationem. Afflict. in constitut. regni incipien. inter cæteras, rub. 44. in 3. notab. num. 3. & seqq. par. 1. Hieron. Cuchalon. in addit. ad Dec. in l. ea est natura, num. 7. littera A. ff. de reg. iur. Clar. in pract. §. fin. q. 55. vers. circa primum. Franc. Pegna in addit. ad director. inquisit. par. 3. comment. 23. fol. mihi 467. col. 2. vers. dando sibi, &c. & fol. 470. col. 1. in fin. vers. & faciat, & seq. vbi de materia Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 24. & num. 78. & seqq. vbi benè exornat hanc limitationem. Sigismun. Scaccia de iudic. causar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 86. num. 35. vers. hancque &c. & vers. seq. & num. 37.

312 LIMITA II. eandem secundam regulam, vt non per hoc possit iudex taliter fingere, & simulare, vt ex ea fictione oriri possit aliquod magnum præiudicium, prout accidit Beato Ioanni Capistrano magno fisci patrono Neapolis, in exemplo post Parid. de Put. relato per Boss. in tit. de examin. reor. num. 4. vbi tamen quòd, isto casu iudex teneretur non de toto, sed de excessu, & Alexand. Hippol. & aliis ibi per eum allegatis, & alios refert concordantes Flamin. Cartar. in sua pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 51. & seqq. & Sigismund. Scaccia de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 86. num. 35. vers. sed difficultas erit.

313 LIMITA III. & generaliter, vt iudex pro eruenda veritate possit vti simulationibus, & cautelis laudabilibus, & ad bonum finem ordinatis, ad tex. in c. quanto. 63. distinct. in c. illa præpositorum. 11. q. 3. secus autem simulationibus, & cautelis deceptoriis, & in malum finem directis. Franc. Pegna ad director. inquisit. par. 3. comment. 23. fol. 467. col. 1. vers. sed duo sunt cautelarum genera, & ibidem fol. 470. col. 1. vers. hoc semper est animaduertendum, vbi in proposito, quòd nihil admittendum est pro habenda veritate contra æquitatem, & iustitiam, nec aliquod illicitum committendum, iudices q. contrarium facientes vituperandi, & detestandi sunt, refert, & sequitur Flam. Cartar. in pract. interrogand. reor. lib. 2. c. 1. nu. 18. & seqq. & nu. 82. & seq. & nu. 46. & seq. iūcto nu. 50. nec post ipsos dissentit Sigism. Scaccia de iudic. causar. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 86. nu. 35. vers. sed tu, & n. 37. vbi etiam declarat, & exemplificat, quæ dicantur cautelæ honestæ, & licitæ, cōcluditq; id esse iudicis arbitrio remissū.

314 LIMITA IV. dummodo iudex faciat per notariū redigere in scriptis has simulationes, & fictiones, quia alias iudicio meo oriretur suspitio contra iudicem, quòd non animo inueniendi veritatem sic fingeret, & simularet, sed vt tanquam inanis gloriæ cupidus omninò confessionem à reo extorqueret, quo casu, prout dixit Boss. in tit. de examin. reor. nu. 19. iudex pœna capitis puniri potest ex Bart. quē allegat in l. 1. col. 5. C. ne ex delict. defunct. ita videtur de mente omnium Doctorum præallegatorum, dum dicunt, quòd iudex potest fingere se velle facere id, quod nō intendit reuera agere, vt videat, quem actum faciat reus, qualiter se gerat, & qualia verba proferat. Ergo, vt ex iis deueniatur in cognitionē veritatis, necesse est, quòd omnia in scriptis redigantur, aliter si reus cū istis fictionibus, & simulationibus non descriptis in processu confiteretur ego si iudex essem in huiusmodi confessione non facerem fundamentum, saltem quoad pœnam ordinariam, & vt dixi, valdè contrà iudicem suspicarer, quòd non animo veritatem inueniendi, sed confessionem omninò extorquendi illicitis simulationibus, deceptionibus, & mendaciis vsus esset.

ARGVMENTVM.

Confessio potest prætextu erroris reuocari: quando hoc verum, quandouè, & quomodo allegatus error probari debeat.

SVMMARIVM.

Confessio siue spontanea, siue per torturam, quando est erronea potest reuocari, & reuocata non nocet num. 315. licèt alij contra num. 316.

Confessio potest per confitentem recusari, declarari, & interpretari, num. 317.

Confessio etiam, quòd sit iurata, potest prætextu erroris reuocari, nu. 315. etiam, quòd confitens planam, & meram veritatem dicere iurauerit num. 319. licèt alij contra num. 320.

Confessio etiam acceptata potest reuocari, si est erronea 321. & 323. licèt alij contra num. 322.

Confessio deliberata, geminata, seu ratificata potest reuocari prætextu erroris num. 324. contra num. 325. distingue nu. 326.

Confessio erronea potest reuocari, etiam post sententiam num. 327. & etiam in causa appellationis num. 328.

Confessio, quando est erronea, potest reuocari, etiam à tertio inuito confitente num. 329.

Confessio quamuis sit alijs indicijs grauata, potest reuocari, si erronea sit nu. 330. & 332. licèt alij contra num. 331.

Confessionis reuocatio calumniosè proposita non est admittenda per iudicem num. 333. & quando dicatur calumniosa, remittitur arbitrio iudicis num. 334. declara, vt num. 335.

Confessio non potest reuocari, quando eam præcessit alia confessio extraiudicialis num. 336.

Confessio quando reuocatur, allegandus, & probandus est error, aliter reuocatio non prodest num. 337.

Error reuocatæ confessionis plenè probandus est num. 338. Contra, quòd sufficiant præsumptiones, & coniectura nu. 339. & seqq.

Confessionis reuocatio admittitur, quando pro reuocatione adsunt indicia num. 339.

Error confessionis probatur probando rem aliter se habere num. 343. declara vt num. 344. & seqq.

Error confessionis reuocatæ probatur per testes, non per torturam, num. 342.

Error confessionis deliberatæ non dicitur probatus, probando rem aliter

aliter se habere, nisi etiam probetur causa erroris, & quare sic reus confessus fuit n.344. licet alij cõtra nu.345. Declar. n.346.
Error confessionis vt dicatur probandus, non sufficit probare quemlibet errorem, seu erroris causam, sed debet probari talis error, qui non cadat in latam culpam. num. 347.
Confessionis reuocatio, quando fuit incontinenti admittitur etiam nõ probato errore num. 348. fallit quando confessio fuit acceptata à parte, vel à fisco num. 349.
Confessio in parte erronea in totum præsumitur erronea num. 350.
Confessio relatiua ad scripturam non nocet confitenti, quando in scriptura apparet contrarium eius, quòd quis confitetur nu.351.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. IX.

315 REGVLA sit in hoc 9. capite, quòd confessio siue spontanea, siue per torturã emanata, quãdo erronea est potest per confitentem reuocari, & reuocata non nocet confitenti, text. est in l.1 §. si quis vltrò, in verbo *perseuerante*, & ibi glo. in eodem verbo. ff. de quæst. Bald. in l.1. num. 49. C. de confess. vbi etiã reddit rationem, quia scilicet causa efficiens confessionis est consensus, dato autem errore, deficit consensus, ideò etiam debet deficere confessio, idem Bald. in l.2. num.4. C. de custod. reor. vbi præsertim si pro reuocatione adsunt aliqua inditia. Alber. in l.1 §. Ant. Seuerus, num.1. vers. nisi ipse. ff. de quæst. Bal. in l. in bonæ fidei, post num.5. C. de reb. cred. & iureiur. Bellamer. in c. ut si clerici, num.12. vers. tertio hoc probo, extra de iudic. Dec. in c. cum venerabilis, num. 108. & seqq. de excep. vbi quòd hæc est communis regula. Marian. in cap. qualiter, & quando, il 2. nu. 1006. de accusat. Franc. in c.1. num.1. in 3. notab. de accusat. in 6. vbi benè hanc regulam probat, & num.2. vers. secundò limita, vbi præsertim loquitur in capitalibus Aret. in c. cum dilecti, num. 27. in fine, & nu. 28. de accusat. & ante Aret. Innoc. ibidem in fine, & in verbo *non obstat*. Hostien. num.7. Ioan. Andr. n.6. Butr. nu.15. Anchar. num. 12. in opposit. Anan. num. 10. Abb. num. 13. Paris. de Put. de sindica, verbo *condemnatio*, cap.4. nu. 1. vbi amplius, quòd reuocare confessionem est species defensionis, & in verbo *tortus*, cap. 1. num 13. fol. 333. col. 2. vers. & si reuocet confessionem. Arnon. sing.94. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti &c.* & in termino defensionis produxerunt &c. num. 1. & ibi in addit. littera A, Pract. Millef. fol. 67. nu. 50. Marsil. in l.1. § si quis vltrò, num.114. ff de quæst. Guid. de Suzzar. in tractat. de indit. & tortu. nu.66. Franc. Cason. de tormẽ. cap. 18. rub. de confess. spontan. &c. num.5 & c. 19. rub. de confess. metu torment. nu. 11. Carer. in pract. in 1. tract. de appella. §. tertius casus, nu. 23. & in 2. tract. de notor. membro 1. nu. 34. Grammat. voto 7. num.1. & seq. Boss. in tit. de confess. nu.2. ad finem, & nu.5. & nu.60. vers. vnde habes septimũ requisitum, vbi de communi, & alios refert concordantes Pet. à Placha in epitom. delict. lib.1. cap.32. nu. 13. ver. sic. & hoc procedit vtriquè Pract. Corrad. tit. de confess. crimin nu.11. in 19. limit. fol.284. Ant. Gomez. variar. resolu. tom.3. cap.1. tit. de delict. nu.66. vers. & hoc procedit etiã in maiorib. Clar. in pract. §. fin. q.55. vers. fin. vbi de comm. Monticell. reg.20. num.1. & num.4. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1102. num. 9. Thom. Triuisan. decis. crim.31. num. 1. & seqq. vbi loquitur etiam in crimine heresis, & decis.62. nu. 38. lib.2. Bertazz. cons.11. num.3. Claud. ad eũdem Bertazz. cons.95. littera. D, vbi etiam ampliat in crimine heresis, idem Bertazz. cons. 103. nu. 21. & ibi Clau. in addit. littera C, & cons.153. post num.8. & cons. 162. n. 14. lib.1. & cons.326. num.1. & seq. Honded. cons.66. nu. 66. & seqq. Ex quibus hanc conclusionem verissimam, & communiter à Doctoribus receptam affirmare possum.

316 Quamuis contra eam faciant deducta per Cyrill. in summa crim. rub. 16. de confess. §. 2. num. 15. & ratio est n.16.

317 AMPLIA I. propositam regulã, vt si confessio, vt præfertur, potest reuocari, multò magis potest excusari, declarari, & interpretari per confitentem, etiam ex interuallo Marian. in c. qualiter, & quando il 2. num. 1005. vers. sed si intricata iuncto num. 1009. & seq. de accusat. est tex. in c. cum dilecti, & ibi præsertim Butr. num. 20. ext. eodem Paris. de Put. de sindic. verbo *condemnatio*, cap.4. ante nu. 1. & verbo *tortus*, cap. 7. num. 11. fol. 349. col. 3. & num. 12. d. fol. 349. col. 4. vers. tamen posset interpretari. Brun. de indit. par. 2. q.6. nu.23. Franc. Cason. in tract. de torment. cap. 18. rub. de confess. spontan. &c. nu. 5. & cap. 19. rubr. de confess. metu tormen. nu. 11 Foller. in pract. crim. verb. *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 128. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. fol. 285. col. 1. in fine, vers. an verò, vbi Bertaz. cons. 54 num. 3. lib. 1. & cons. 460. num. 11. & cons. 508. num. 20. lib. 2. vbi quòd confessionem dubiam quis non solum declarare potest, sed etiam non docto de errore reuocare; & vide supra nu. 31. vbi dixi dubiam confessionem pro confitente, & ad eius fauorem esse interpretandum.

318 AMPLIA II. etiam in confessione iurata. Dec. in c. cum venerabilis nu. 110. de excep. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. nu. 1008. de accusat. vbi remissiuè alios refert Paris de Put. de sindic. verbo *tortus*, cap.7. nu. 10. folio 149. August. ad Angel. de malef. in verbo *comparuerunt*, & in termino defensionis produxerunt instrumentum, &c. nu. 2. vers. quinimò Fortius Marsil. in l. 1. §. si quis vltrò nu. 115. & seqq. vbi pluribus comprobat, licet secus dicat in ciuilibus. Carer. in tract. in 3. tract. de homicid. §. 21. excusat. &c. num. 21. Foller. in pract. crimi. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. post nu. 50. fol. 302. in princip. & d. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. nu. 84. fol. 328. Grammat. voto 7. nu. 5. Boss in tit. de confess. num. 61. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. num. 11. fol. mihi 285. column. 1. in 4. ampliatione. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 1. rub. de delict. num 66. vers. sed extende etiam vbi de communi. Mascard. qui alios plures refert de probat. lib. 1. conclus. 345. num. 39. Monticell. reg. 20. num. 10. Alexan. Srian. in pract. iudi. cap. 17 nu. 69. Franc. Personal. de indit. & tortura num. 31. vers. Nam talis confessio Brunor. à Sole in suo compendio, vers. confessio etiam geminatã, &c. vbi alios refert, & testatur de communi. Franc. de Caldas. in repet. l. si curatorem in verbo, vel aduersarij dolo; sub num. 40. ante finẽ post vers. sed nihilominus, &c. C. de in integr. restit. min. Honded. cons. 102. num. 42. vbi de communi.

319 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, vt procedat sub quacunque forma iuramenti inquisitus iurauerit; scilicet, non solum si simpliciter super interrogatis veritatem dicere, sed etiam generaliter plenam, & merã veritatem super contentis in inquisitione dicere iurauerit, secundum communem, de qua testatur. Aret. in c. cum dilecti. num. 27. in fine, & num. 29. de accusat. Non enim inquit Aret. potest reuocans repelli tanquàm periurus, quasi falsum dixerit in confessione, quia ex quo hoc dixit errando credidit iurare verum, ideò non dicitur periurus cap. quanto de iureiur. & certè est communis ampliatio, vt videre est per alios scribentes in d. c. cum dilecti scilicet. Innocen. col. 1. in fine in verbo *non obstat*. Hostien. num. 7. & 8. Io. Andr. num. 6. Butr. num. 15. Card. Zabar. num. 14. in 4. opposit. Anchar. num. 12. in 4. oppos. Anan. num. 7. Abb. num. 13. Felv. num. 3. ad finem, & num. 4. vbi tamen, quòd isto casu propter iuramentum error difficilius probatur.

320 Contrarium, quòd scilicet non possit reuocari, quando confitens iurauit dicere plenam veritatem. Socin. reg. 64. in 6. Fallen. ex Anto. de But. quem allegat in c. fin. de confess. & in c. cum delicti de fide instrumen. Rom. cons. 391. n. 4. vbi post Ant. de Butr. in c. fide, de cõfess. concludit nõ posse eum, qui iurauit probare errorem suæ confessionis, nisi prius probauerit aliquam verisimilem causam, propter quam credere potuerit se iurasse verum.

321 AMPLIA III. etiam in confessione acceptata, quam prætextu erroris reuocari posse in criminalibus in specie scripserunt post alios, quos allegant Mille, in pract. fol. 66. nu. 38. Boss. in tit. de confess. num. 61. & nu. 78. Monticell. reg. crim. 20. num. 15. Claud. ad Bertazzol. cons. 103. littera C. vbi testatur de communi.

322 Contrarium, quòd acceptata confessio à fisco, vel à iudice nomine reipublicæ nõ possit amplius reuocari videtur de

de mente Marsil. in pract. §. postquam. nu. 16. & seqq. vbi dixit, quòd non esset ponere os in cœlum tenere hanc opinionem licet Alexander in loco ibi per eum relato contrarium dixerit, & num. 29. vbi amplius, quòd ad hoc, vt acceptatio operetur debet fieri incontinenti, secus si ex interuallo. Et hinc dixit Vulpell. in cons. 92. nume. 10. quòd quando confessio est acceptata à Fisco in fine examinis, non potest amplius reuocari. Addo pro hac contraria opinione Mascar. qui alios plures refert, & ampliat etiã, quòd reuocatio fiat incontinenti, de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 11. Brunor. à Sole in suo compendio, vers. confessio acceptata, vbi etiam alios plures refert concordantes.

323 Prima opinio sicut (ni fallor) verior est, ita etiã, apud nos magis in practica recepta, & si aliter diceremus, nunquàm confessio posset reuocari, quia semper in fine examinis fiscus si præsens est sin autem Iudex nomine fisci illam acceptat, & hoc est notorium apud notarios, Iudices, & Fiscales, & propterea aduertatur, quòd Doctores per Mascard. & Brunor. vbi supra relati loquuntur, vel in ciuilibus, vel non docto de errore.

324 AMPLIA VI. etiam in confessione deliberata, repetita, geminata, & ratificata. Felyn. post Bald. Alexã. & Rom. in locis per eum relatis in c. cum venerabilis. num. 5. vers. sed contrarium, & num. 6. de except. & ibi etiam Dec. nume. 100. & seqq. Franc. in c. 1. nume. 2. vers. secundo limita de accusat. in 6. vbi præsertim loquitur in capitalibus. Paris de Put. de sindic. verbo *tortus*, cap. 6. nume. 2. fol. mihi 347. & cap. 7. num. 9. fol. 349. August. ad Ang. de malef. in verbo *comparuerunt, &c. & in termino defensionis produxerunt instrumentum, &c.* num. 2. per totum, vbi relatis, & reprobatis contrarijs in hac residet opinione Gandin. in titu. de quæst. & tormen. num. 24. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro. num. 115. & seqq. licet secus credat in ciuilibus. Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. §. 11. excusat. &c. num. 21. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nume. 50. fol. 301. & d. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. nu. 84. fol. 328. Gabr. qui alijs relatis de æquiori, & magis communi testatur lib. 1. tit. de confess. conclus. vers. contrariam tamen opinionem. Pract. Corrad. tit. de confess. conclus. 5. vers. contrariam tamen opinionem. Pract. Corrad. titu. de confess. crim. num. 11. fol. mihi 285. colum. 1. in 3. & 4. ampliatione. Boss. tit. de confess. num. 61. Clar. in pract. §. fin. q. 64. vers. finautem reus ad finem. Gramm. cons. 45. post nu. 43. & voto 7. num. 2. Mandos. ad Rom. cons. 346. nume. 9. littera F. vbi alios refert, & testatur de magis cõmuni. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 27. Flamin. Cartar. in Pract. interrogandor. reor. lib. 4. num. 25. vbi de cõmuni. Brunor. à Sole in suo compend. vers. confessio etiam geminata, vbi alios refert, & testatur de communi. Honded. cons. 102. num. 43. vbi de communi.

325 Contrarium, quòd talis confessio deliberata, seu ratificata non possit reuocari tenuerunt ijdem Bal. & Rom. in locis relatis per Fely. & d. c. venerabilis, nu. 5. vers. dum tangit. Abb. de except. allegatur originaliter glo. in c. ex literis, in verbo admonita, in fine de diuort. quæ dicit, quòd confessio deliberata videtur, quòd non possit reuocari, quia confitens non posset probare errorem, & hanc gloss. sequuti sunt Archid. in c. 1. in princ. vers. sed nunquid de accusat. in 6. & ibi etiam Io. Andr. ante num. 1. vers. quærit. Aret. &c. Geminian. num. 5. Franc. nume. 2. & hanc contrariam opinionem tenuerunt Specula, Io. Andr. & alij relati per Ang. de malef. in verbo *comparuerunt, & produxerunt instrumentum, &c.* num. 2. Socin. regu. 64. in 5. fallen. vbi loquitur in confessione geminata. Rom. consil. 346. num. 8. in fine, & seqq. & ibi Mandos. in addit. allegat. sed non sequitur Curt. sen. testantem de communi in cons. 55. num. 13. relati per Gabr. lib. 1. conclus. 5. in princ. in tit. de confess. Monticell. reg. 20. num. 19. Franc. Becci. consil. 70. nume. 17. & seq.

326 LIMITA primam opinionem, quæ videtur magis communis (sed cum hac limitatione concordantur contraria) quia & si talis confessio reuocari posit, difficilius tamen reuocatur, quam confessio nõ deliberata, & nõ geminata. Fely. in c. cum venerabilis. nu. 6. vers. benè verũ est de except. Franc. in c. 1. nu. 2. vers. tertio limita, de accusat. in 6. vbi pulchrè etiam admissa contraria opinione glo. in d. c. ex litteris, volentis confessionem deliberatã nõ posse reuocari, intelligit eam non procedere, quãdo allegatur error in specie, & causa erroris, quia tũc docto de illis reuocatur confessio etiam deliberata, & cum hac limitatione (vt dixi concordant contraria) vt scilicet cõfessio deliberata non possit reuocari nõ absolutè, & simpliciter, sed nõ sic facilè, prout non deliberata reuocatur, vt ibi per Frãc. Nec dissentiũt Fely. in c. cum delicti, post nu. 4. de accusat. Quod & idẽ voluit August. ad Ang. de Malef. in verbo *cõparuerunt, &c. & in termino defensionis produxerunt instrumẽtũ* nu. 2. ad med. vers. & vbi deliberatè, &c. vide infra nu. 344.

327 AMPLIA V. vt confessio possit reuocari tanquàm erronea etiam post sententiã in criminalibus, quicquid forsan secus sit in ciuilibus. Alber. in l. 1. §. Antoninus Seuerus sub nu. 1. ff. de quæst. & in d. l. 1. §. si quis vltrò in illum rex. nu. 1. ff. eodem. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. nu. 2. vers. nam etiam condemnatio, fol. 331. col. 3. & cap. 7. nu. 2. vers. quia condemnatio, & num. 3. fol. mihi 348. col. 2. & post nu. 5. eodem fol. 348. col. 4. Gand. in tit. de quæst. & tormen. sub nu. 24. Pract. Mille. fol. 67. nu. 54. & fol. 80. nu. 30. & seq Guid. de Suzzar. in tracta. de indi. & tortu. post nu. 66. Franc. Cason. in tracta. de tormen. cap. 21. rub. de confess. ratifican. nu. 11. Gram. voto 7. nu. 2. Foller. in Pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, nu. 56 & num. 90. Pract. Corrad. in titu. de confess. crim. nu. 11. sub 19. limitatione, fol. 284. col. 2. in fine. Monticell. reg. 20. nu. 16.

328 AMPLIA VI. vt confessio possit reuocari etiam in causa appellationis. Aret. in c. cum dilecti num. 29. de accusat. Ang. de Malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis produxerunt instrumentum, &c.* post num. 1. Nell. de bannit. in 4. par. primi temporis, q. 1. post med. vers. non obstat, quòd eius contumacia. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 14. & num. 15. vers. si autem. Carer. in Pract in 2. tract. de indit. &c. & in textu ibi voce propria confessus, post nu. 21. Foller. in Pract. Crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 53. fol. 302. Pract. Corrad. titu. de confess. crim. num. 11. in 19. limitat. fol. 285. col. 1. vers. ampliat primo. &c. Monticell. reg. 20. nu. 6. & 7. & alios in idem allegaui in tracta. in titu. de var. ac diuer. quæst. quæst. 101. num. 151.

329 AMPLIA VII. quia confessio potest reuocari, & contra eam probari, non solum ab ipso confitente, sed etiam ab alio inuito confitente, & præsertim à patre, vel alijs consanguineis. Alberic. in l. 1. §. Antoninus Seuerus nu. 1. vers. nisi ipse vel alius. ff. de quæst. Bal. in l. reos. nu. 25. vers. iuxta hoc quæritur. C. de accusat. Marian. Socin. in c. veniens. nu. 239. & seq. extra de accusat. vbi etiam, an talis cõfessio filij possit per patrem interpretari. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 7. nu. 12 ad finem, & num. 13. fol. 350. Carret. in Pract. in princ. & idem repetit in 3. tracta. de homicid. §. 11. excusat. &c. nu. 19. Foller. in Pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 50. ad finem, fol. 302. Mõticell. reg. crim. 20. nu. 13.

330 AMPLIA VIII. vt confessio possit reuocari sub prætextu erroris etiam quòd sit alijs inditijs grauata, & sic etiam, quòd eam præcesserint inditia, ita in effectu concludit Bal. (licet prima facie videatur contrarium voluisse) & pro contraria opinione à pluribus allegatur in l. fina. num. 2. in fine, vers. ex quibus verbis. C. de probat. vbi, licèt dicat, quòd non possit confitenti reuocare confessionem, quando contra illum adsunt aliqua inditia, vltra confessionem in tormentis extortam, admittit tamen talem reuocationem, quando reuocans probat contrariũ, & hanc ampliationem probauit etiam Salycet. in d. l. fina. nume. 2. vers. item ponit iuncto, vers. hoc exemplum (vbi propterea reprobat ibi Bal. quẽ credidit contrariũ dixisse, prout non dixit inducẽdo eius verba, vt supra induxi) Addo pro hac conclusione Aret. in c. cum delicti, num. 31. & seq. de accusat. vbi loquens in confessione spontanea alijs inditijs grauata, licèt videatur isto casu dicere iudicis arbitrio remissum esse admittere, vel nõ admittere reuocationem, de quo particulariter dixi infra nu. 334. conclusi tamen

men

men in effectu,iudicem debere illam admittere, quando probatur,rem se aliter habere. Ang.de Malef.in verbo *com paruerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis produxerunt instrumentum,&c.*num.1. vbi ponderatis,& relatis dictis.Bal. & Salyc.in d.l. fina. ita se practicari vidisse testatur,& ibi August.in prin.additionis Foller.in Pract.crim. verbo *& si confitebuntur*, par.3.nu.98. vbi refert dicta per Bal.in d.l.fina.C.de probat.Pract. Corrad. titu.de confess. crim.nu.11.fol.mihi 285.col.1.in 2. ampliatione.

331 Contra,quòd non possit reuocari,quando procedunt inditia ante cõfessionem, dummodò clara,& indubitata, voluit Mascar. post alios,quos allegat de probat.lib.1.conclus.350.post num. 5. & ante eum ita etiam expressè tenet post Bal.& Parid.de Put. in locis per eum relatis. Carer.in Pract.in primo tracta. de appellat.§.tertius casus nu. 20.& in 2.tracta.de indit. &c.§.in tex. ibi formidine tormentorum.nu.18.& idem repetit in §.circa septimum, num.2.in fine vers potest tamen saluari.Foller.in Pract. crimin.verbo, *& si confitebuntur*,par.1.num.51.fol.302. Monticell.regu.20.num.18.

332 AMPLIA primam opinionem,quæ verior est,& magis communis, quòd isto casu non est in arbitrio iudicis, talem reuocationem admittere,vel non admittere,sed debet illam omninò admittere, vt dixi infra. nu. 335.

333 LIMITA I. huius ix. capitis propositam regulam non procedere, quando confessionis reuocatio sub prætextu erroris calumniosè proponitur August. ad Ang. de Malef.in verbo *comparuerunt, &c. & in termino defensionis produxerunt*, num.2.in fine,vers. intelligo prædicta. Pract. Milles.fol 60.num.37. vers.dummodo illa reuocatio non fiat calumniosè. Monticell.regu crimin.num. 3. in fine,& nume. 19.in 3. limitatione. Boss. in titu. de confess. nume.62.

334 Verum,an talis reuocatio proponatur calumniosè,necnè, videtur remissum arbitrio Iudicis secundum Boss. in tit. de confess.num.79.& seq. vbi dixit,quòd,quando confessio spontanea emanauit præcedentibus inditijs ad torquendum, est in arbitrio iudicis admittere,vel non admittere confessum ad probationem allegati erroris ex Aret. quem allegat in c.cum dilecti,col.penult.& fina. num.29. vers aut reus dixit ante tormenta, iuncto nume.31.& seq. extr.de accusat. & subdit ibidem Boss. se nunquàm vidisse reum sic confessum admissum ad se defendendum nouis his artibus,nisi pro eo aliquæ coniecturæ innocentiæ militarent,quæ iudicem inducerent ad ipsum exaudiendum, aliàs absque coniecturis innocentiæ, dicit Boss. se nescire an illum exaudiret.

335 Ego vero etiam, quòd confessio esset spontanea,etiam quòd illam præcederent mille inditia,ac etiam, quòd pro innocentia mille extarent coniecturæ, nunquàm crederem posse confitenti denegari probationem erroris suæ confessionis, quòd licet res se aliter habeat, quàm confessus est; sæpissimè enim videmus, reos pluribus grauari inditijs,& tamen non esse culpabiles,prout pariter videmus, plures spontè confiteri delicta,quæ tamen nunquàm commiserunt,vel propter metum,vel propter naturæ imbecillitatem,vel alia de causa, prout ad litteram dicit tex.in l.1. §.si quis vltro. ff. de quæst. cuius textus verba sunt hæc, *si quis vltro de maleficio fateatur non semper ei fides habenda est. Nonnunquàm enim aliqua alia de causa in se confitentur*, & non est adhuc lapsus annus, quòd mihi in facto contigit quendam nomine Ceccotum, etiam sine tortura confessum fuisse furtum, de quo erat valde inditiatus, & tamen illud non commiserat, prout postea benè compertum fuit. Ideò ad probationem erroris admitti confessum crederem, etiam quòd eius confessio sit grauata inditijs, vt in specie dixi supra, nume. 330. secundum veriorem,& magis communem opinionem, nec isto casu crederem esse in arbitrio iudicis admittere,& non admittere hanc reuocationem, quia vt ipse idem Boss.dicit in d. tit.de confess.nu. 80.Iuris quæstio non debet esse in arbitrio iudicis,sed facti.l.1 § calũniatoribus in fine.ff.ad turpill. & ad scripta per Aret.in d.c. cum dilecti ex. supra per Boss.allegato aduertendum est ad duo: Primò, quòd non simpliciter dicit iudicis arbitrio remissum esse,etiam non admittere reuocationem confessionis spontaneæ inditijs grauatæ docto de errore;& rem se aliter habere, prout Boss.ipsum sic dicere testatur,sed benè dicit,quòd talis reuocatio non admittitur, nisi etiam probetur causa erroris,quia reuocanti non sufficit dicere,confitendo: erraui, nisi etiam dicat,quare errauit,de quo in specie dixi infra num.344.Et ista fuit vera mens Aret.in d.loco si rectè eius verba perpendantur: Secundò est aduertendũ,quòd licet eo loci Aret. remittat iudicis arbitrio admissionem, vel non admissionem reuocationis huius confessionis,tamen in effectu concludere videtur,quòd iudex debet admittere talem reuocationem,probando rem se aliter habere,& non probata causa erroris,pro qua satis sit dicere reuocanti confessus fui, quia propter inditia contra me vrgentia timebam torqueri, & ideò concludas etiam spontaneam confessionem inditijs grauatam posse reuocari probando rem se aliter habere, nec Iudicem posse ex suo arbitrio talem reuocationem non admittere. Quæ omnia tu subtilis criminalista benè nota, quia sic habui, & obseruaui in facto,nec alibi sic discussa reperies.

336 LIMITA II. eandem regulam, vt iudicialis confessio non possit reuocari sub prætextu erroris, quando eam præcessit alia extraiudicialis confessio secundum Carer. in pract. in pri. tracta.de appellat. §. tertius casus, nu.20.& nu.23.in fine,post Bal.in Parid.de Put.in locis per eum relatis.Mascar.de probat.lib.1.conclus.350.nu.5.verum hęc limitatio apud me valde dubitabilis redditur ex ijs, quæ dixi supra nu.330.

337 LIMITA III. quia non sufficit simpliciter reuocare confessionem tanquàm erroneam, nisi etiam allegetur, & probetur ipsius confessionis error, quia in dubio confessio præsumitur vera, & non erronea.Bal. in l. fina. post nu.2.vers.ex quibus verbis. C.de probat. & in l.2.nu. 4.C.de custod.reor.Bero.in c.at si clerici, num.131. vers. præterea confessio extra de iudic. Aret. in c. cum dilecti, nu.27.in fine,vers.non allegato autem errore,& num. 28. vers.requirit tamen de accusat.Alber.in l.1. num.8. vers.at vbi esset dubiũ.C.de confess. vbi quòd statur confessioni, donec probetur contrarium.Ang.in l.1. num.7. vers.nisi probetur falsitas confessionis.ff.eodem Saly.in l.2.nu.7.in fine, vers.si autem confessionem reuocat. C. de custod. reor.Patis de sind.verbo *tortus*,cap.7.num.5.fol.mihi 348. colum.4.in princ.& post num. 12.ibi, *Nisi allegaretur error,& probaretur*,fol.349.colum.4.Pract.Milles.fol. 66.in fine,nu.43.& seqq.vbi pluribus probat hanc conclusionẽ, & num.52.Brun.de indit.par.2.q.6.num.22.in fine.Carer. in Pract.in 2.tractat. de indit. §. in text.ibi voce propria confess.nu.21.Foller.in Pract.crim.verbo, *& si confitebuntur*,par.1.nu.39.post med. vers. si autem nulla inditia, &c. & num.86. fol.307.Boss.in titu.de confess. num. 60. vers. cæterùm si confessus, vbi de communi, & seruata apud eum opinione reprobato Salycet. in loco per eum relato contrarium dicente,& in quæst.64.vers. sin autem reus in fine.Monticell.reg.crimin.20.sub num.4.Thom.Triuisan. decis.crimin.31.num.3.lib.2.Mascard.de probat.lib. 1.cõclus.350.num.6.in fine,& nume.7. vbi alijs relatis testatur de communi. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor.lib.4.cap.2.num.27.vbi quod ita omnes tenent,Brunor.à Sole in suo compendio, versicu.confessio præsumptionem inducit,fol.47.column.1.faciunt tradita supra, nume.23.vbi dixi, quòd confessio in dubio non præsumitur falsa.

338 AMPLIA I. hanc tertiam limitationem, vt non solum error reuocatæ confessionis probari debeat, sed etiã plenè probandus est, secundum Boss. post alios quos allegat in tit.de confess.nu.59. & seq.

339 Contra, quòd sufficiat illum probare per coniecturas, & inditia, videtur de mente Bal. in l.2.nu. 4.C. de custod. reor.vbi quòd error allegatus debet per reuocantem probari, quando pro reuocatione nulla adsunt inditia, secus si aliqua adsunt inditia, quia tunc admittitur reuocatio, vt ibi per eum, quasi velit dicere sine probatione erroris. Ad quòd facit etiam,quod dicunt Doctores admitti,

scili-

scilicet reuocationem confessionis, quãdo adsunt inditia facientia pro reuocatione secũdum Parid. de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. post nu. 13. vers. quando autem reuocatur, fol. 333. colum. 1. in fine, & cap. 7. nume. 12. vers. si autem reuocatur, fol. 349. columñ. 4. in princ. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 6. num. 22. in fine, vers. quandoque in con fessione, il secondo. Marsil. in Pract. §. quoniam, nume. 3. vers. sed idem. Bal. in l. 2. Foller. in Pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, num. 39. post med. fol. 299. column. 1. ad finem, ubi tamen quòd isto casu cogitur reuocans perseuerare.

340 Sed clariùs, quòd error probetur per coniecturas voluit idem Bald. in l. fina. nume. 2. ad finem, versic. ex quibus, ibi, *nisi reuocans probaret contrarium, vel clarè per inditia contraria elidentia*, quem ibi etiam refert Salycet. num. 2. versic. item ponit aliud exemplum. C. de probat. sequitur Paris de Pute. de sindica. verbo *tortura*, cap. 1. num. 5. fol. mihi 315. idem Bald. in l. error, post num. 12. C. de iur. & fact. ignoran. ubi secundum Iacob. de Aren. dixit quod error probatur ex qualitate facti, & coniecturis. Et considero quòd Baldus in dicta l. fina. loquitur, quando quis vult probare errorem confessionis emanatæ in tortura, præcedentibus inditijs, quo casu vult, illum probare per contraria inditia elidentia, quibus reus tortus fuit. Claud. ad Bertazz. cons. 103. littera C, uers. Error poterit multis modis probari, & uers. ego in tribus casibus lib. 1. Vbi probationem erroris per coniecturas præcipuè admittit in tribus casibus: primò, uidelicet, in confessione emanata per torturam, secundò, quando reus ex iudicis multiplici, & intricata interrogatione, potuit facilè errare, tertio in confessione rustici. Addo eundem Bertazzol. consil. 162. nu. 9. in fine. & seqq. ubi pluribus explicat cõfessionis errorem coniecturis, & præsumptionibus probari.

341 Quare ex præmissis potest dici, quòd licet error reuocatę confessionis, sit plenè probandus, vt per Boss. in loco prę citato, satis tamen dicitur plenè probatus, quando ex inditijs, & coniecturis probatus apparet, & pro ista conclusione facit alia conclusio, de qua dixi infra quæst. 86. num. 76. & seq. quòd scilicet, ad fauorem, & ad defensionem rei, præsumptiua probatio habetur pro plena, & concludenti probatione.

342 AMPLIA II. eandem tertiam limitationem, vt error probandus sit per testes, & non per torturam, nec tortura tollit confessionem, nec isto casu reus torquendus est tanquam varius, quia habita confessione, aliud quærendum non est. Boss. in tit. de confess. num. 65. & seq. Immò ego fatuum reputarem illum iudicem, qui reum legitimè confessum poneret ad torturam, ex quo confessionem reuocauerit tanquàm erroneam. Et ita etiam videtur de mẽ te eiusdem Boss. d. tit. de confess. nu. 80. vers. si tamen reuera (licèt aliqua in contrarium adduxerit in nu. 79. versic. sed difficultas est.) Clar. in pract. §. fin. q. 55. vers. fin. Claud. ad Bertazz. cons. 103. littera C, vers. in re nostra lib. 1.

343 AMPLIA III. vt licèt dici soleat, errorem probari, probando rem aliter se habere, prout est de mente omnium Doctorum allegatorum supra num. 337. & in specie sic, post alios, quos allegant scripserunt Ang. de Malef. in verbo *comparuerunt, &c. & in termino defensionis produxerunt, &c.* num. 1. ad finem. Pract. Millef. fol. 66. in fine, num. 43. vbi, quòd rem se aliter habere probatur, vel per testes, vel per instrumenta. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. &c. §. in tex, ibi voce propria confessus, nume. 21. ad finem. Foller. in Pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1, num. 54. fol. 302. Claud. ad Bertazzo. cons. 103. littera C, vers. poterit lib. 1. Honded. cons. 66. num. 69. & cons. 102. num. 44.

344 Quando tamen confessio respicit factum proprij confitentis, & est deliberata, non autem per iracundiam prolata. Tunc non solum allegandus, & probandus error in specie, & causa erroris, aliàs quis allegando errorem simpliciter non deberet audiri. Et sic non solũ probari deber, rem se aliter habere, sed etiam error confessionis, hoc est causa quare confitens motus fuit ad se confitendum, vt benè per Franc. in c. 1. num. 2. vers. 3. limita, de accusat. in 6. nec dissentire videtur Aret. in c. cum dilecti, nu. 29. vers. tu verò considera, iuncto num. 34. de accusat. vbi post Salicet. quem allegat in l. 2. C. de custod. reor. dicit, quòd cũ causa potest quis suam iudicialem confessionem reuocare, & ita testatur esse communem opinionem, sine causa autem, secus & pro causa dicit sufficere, non solũ metum à iudice illatum, sed etiam extrinsecum: sicut ponitur exẽplũ in l. 1 § si quis vltro. ff. de quæst. de illo seruo, qui timẽs redire in manus Domini, confessus est crimen non ab ipso commissum, sed etiam quamlibet iustam excusationẽ. Ad idem addo Abb. in c. fina. colum. fina. sub nume. 23. per totum, extra de confess. vbi, quicquid forsan, secus sit in confessione facti alieni, vel extraiudiciali, quando sumus in reuocatione confessionis iudicialis, super facto proprio, non sufficit probare, rem aliter se habere, sed est necesse probare errorem, hoc est causam, quare sic confessus est, & circunstantias ex quibus probabiliter errauit, puta suasionem iudicis, vel alterius longinquitatem temporis, ex qua potuit induci verisimilis obliuio, negotium implicitum, aut quid simile, & licèt Abb. ibi videatur loqui in ciuilibus. Idem tamẽ erit in criminalibus, quia ratio est eadẽ Paris dę Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 8. nu. 1. fol. 351. colũ. 1. ad med. vers. & si confessionem reuocat, vbi, quòd reuocans confessionem, oportet, quòd causam reuocationis dicat, & illam probet. Lanfranc. in c. quoniam contra. (qui tamen in ciuilibus loquitur) in verbo *confessio*, nume. 52. de probat. vbi ponit exemplum, quando quis probat se sic ductum ad confitendum persuasione aduersarij. Ant. Columban. in tractat. præceden. in cau. crim. artic. 211. vbi, quòd reuocans confessionem, debet reddere causam reuocationis. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius casus, num. 23. ad finem, vbi loquitur in confessione per torturam emanata, & ratificata, & in 3. tract. de homicid. § 11. excusat. &c. nu. 24. vbi, quòd in reuocatione confessionis non sufficit allegare errorem in genere, sed debet etiam exprimi causa erroris. Monticell. regu. 20. nu. 7. vers. quòd verum. vbi, quòd debet probari error in specie. Franc. Personal. de indit. & tortu. post nume. 81. vbi, quòd debet probari error in specie, & ibi testatur de communi, ex quibus negari non potest, hanc ampliationẽ cummuniter à Doctoribus receptam esse, & faciunt, quæ supra dixi. nu. 326. vbi vide.

345 Quamuis contra eam sentire videatur Ang. de Malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & in termino defensionis produxerunt, &c.* sub num. 1. concludens, quòd licet in reuocatione confessionis sit exprimenda causa erroris, leges tamen reuocationem permittunt absque alicuius causæ probatione.

346 LIMITA hanc tertiam ampliationem, vt procedat in confessione spontanea, secus in extorta per tormenta, vel metu illorum, quia tunc etiam, quòd sit ratificata, potest reuocari probato errore, rem scilicet, se aliter habere, etiam non probata causa erroris, pro qua sufficit allegare metum, seu dolorem tormentorum. Ita pulchrè & pluribus comprobat. Aret. in c. cum delicti. nu. 29. vers. tu verò con sidera, iuncto vers. & licet ipse, & nu. 30. vers. primo casu, extr. de accusat. vbi, quòd hæc declaratio habet in se magnam æquitatem, quamquam ex Doctoribus præcitatis in ampliatione aliqui loquantur generaliter, ac etiam in confessione per torturam emanata.

347 AMPLIA IIII. prædictam tertiam limitationem, quia ad reuocandum confessionem non sufficit probare quemlibet errorem, seu erroris causam, sed debet probari talis error, qui nõ cadat in latam culpã. Aret. post Bart. quem allegat in c. cum delicti. num. 34. in fine, de accusat. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 7. nume. 5. fol. 348. post Bal. quem allegat in l. cum falsa de iu. & fact. ignoran.

348 SVBLIMITA I. eandem tertiam limitationem non procedere, quando confitens incontinenti reuocat confessionem suam. Tunc enim non habet necesse probare errorem secundum glo. in c. fin. in verbo *iusta causa*, in fine, de iureiuran. in 6. Marian. in c. qualiter, & quãdo, il 2. nume. 1005. de accusat. vbi, quòd incontinenti dicitur reuo-

reuocata confessio, ne dum si reuocetur antequàm sit descripta in actis, sed etiam si reuocetur postquàm est scripta, dummodò incontinenti. Franc. in c. 1. num. 2. vers. quòd limita primo, de accusat. in 6. Abb. in c. fin. nu. 21. in fine, & seq. extra de confess. vbi etiã, quòd incontinenti dicitur non solum antequàm confessio sit scripta per notarium, sed etiam antequàm reus exeat ex iudicis cõspectu, vel & melius id remittatur iudicis arbitrio, qui confessionem reuocatam incontinenti iudicabit, vel non ex quantitate tpis, & ex quãtitate facti cõfessati intricati, vel non. Millesi. in pract. fol. 66. nu. 87. vers. dic, q confessio, vbi loquitur, qn reuocatur, anteq̃ confessio sit redacta in scriptis. Carer. in pract. in 3. tract. de homic. §. 11. excusat. &c. nu. 21. in fine. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21. nu. 3. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 138. fol. mihi 314. vbi tamen contra Marian. & Abb. in locis præcitatis dicit incontinenti factam reputari reuocationem, nec opus esse reuocatione erroris, quando ea fit antequàm confessio sit redacta in scriptis, secus si post ex Alex. quem allegat in cons. 34 nu. 1. lib. 1. & cons. 92. nu. 6. lib. 5. Boss. in tit. de confess. nu. 63. ex Ias. quem allegat in l. error. col. 2. C. de iur. & fact. ignoran. vbi etiam, quando dicatur in continẽti facta reuocatio remissiuè. Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 19. num. 60. & nu. 65. vbi, quòd dicitur in continenti antequàm confessio sit per notarium redacta in scriptis.

349 LIMITA rursus hanc primam sublimitationem non procedere, quando confessio fuit acceptata à parte, quia tunc etiam reuocata à parte indiget probatione erroris, aliàs reuocatio non prodest ex pluribus relatis per Mascard. de probat. lib. 1. d. concl. 350. nu. 11 & est cõis, prout alijs relatis Claud. ad Bertazzo. cons. 103. littera C.

350 SVBLIMITA II. dictam tertiam limitationem, quia licèt error sit allegandus, & probandus: sufficit tñ illũ probare in parte, confessio enim in parte erronea in totũ præsumitur erronea, vt dixi supra nu. 22. hic non repeto.

351 SVBLIMITA III. in confessione relatiua ad illã scripturam, in qua scriptura, si apparet contrarium eius, quod quis confitetur, vel non tantum, quantum in confessione continetur, satis dicitur probatum de errore absq; alia extrinseca probatione. Bertaz. cons. 53. num 1. & seqq. vbi benè comprobat, & cons. 199. nu. 13. & cons. 242. nu. 16. & seqq. lib 1.

ARGVMENTVM.

Confessio minoris emanata sine Curatoris authoritate, an, & quando valeat, & quando ipsi minori aduersus suam confessionem detur in criminalibus restitutio in integrum.

SVMMARIVM.



Egula prima sit, vt minoris confessio emanata sine tutoris, aut curatoris authoritate in criminalibus non valeat, nec sufficiat ad condemnandum. nu. 352.

Amplia i. vt multò magis in confessione infantis, quæ non valet etiam cum authoritate tutoris. nu. 353.

Amplia ij. etiam confessione minoris habentis patrem. nu. 354.

Amplia iij. vt nec valeat confessio minoris sine solemnitatibus requisitis à Statuto d. nu. 354 in 3. ampliatione.

Amplia iiij. etiam in confessione minoris patrisfamilias. nu. 355.

Amplia v. etiam in confessione adulti, & maioris 14. annorũ n. 356.

Amplia vi. etiam, quòd minor curatorem non haberet, quia isto casu curator dandus est. nu. 357.

Amplia vij. vt etiam negatio delicti, ex qua, minor consequeretur præiudicium, non valeat sine tutoris, aut curatoris authoritate. nu. 358.

Amplia viij. etiam in confessione minoris iurata. nu. 359.

Amplia ix. etiam in cõfessione minoris geminata, & repetita. nu. 360.

Amplia x. vt tutor, seu curator isto casu debeat interponere suam authoritatem non statim, sed ex interuallo & cum cognitione causæ. nu. 361.

Limita i. vt regula procedat in ijs, quæ respiciunt ordinem iudicij, pertinentq; ad iudicium sollemnizandum, secus autẽ in ijs, quæ fiunt ad inquirendum veritatem, prout est tortura, in qua licet etiam curator debeat interuenire in ipsius decreto, non tamen debet interuenire in ipsa tortura. nu. 362. licèt alij contra. nu. 363. declara limitationem, vt nu. 364.

Limita ij. quia sufficit curatoris authoritatem interuenire in iuramento dato minori, antequàm examinetur, non autem in ipso examine, seu confessione. nu. 365.

Limita iij. in confessione minoris ficta resultante, scilicet, ex eius contumacia. nu. 366.

Limita iiij. vt sufficiat loco curatoris dari per iudicem minori legitimum procuratorem. nu. 367.

Limita v. quando statutum habet minorem pro maiori nu. 368.

Limita vi. in confessione minoris non contra se, sed contra alium, vt testis. nu. 369.

Limita vij. vt quicquid sit de iure in pract. non seruatur hæc sollemnitas dandi tutorem, seu curatorem minoribus, quando examinatur in criminalibus. nu. 370. & seqq. vbi de materia, & quid seruetur in Vrbe vigore statutorum. nu. 372. & seq.

Regula secunda sit, vt minor restituatur in criminalibus aduersus suã confessionem. nu. 374 licet alij contra. nu. 375.

Amplia i. etiam, quòd confessio minoris sit valida emanata, scilicet, cum authoritate tutoris, seu curatoris. nu. 376.

Amplia ij. etiam non docto de errore, seu læsione nume. 377. contra. num. 378.

Amplia iij. etiam aduersus confessionem iuratam. nu. 380.

Amplia v. etiam aduersus confessionem delicti. nu. 381.

Amplia vi. vt etiam mulieri detur restitutio in integrum aduersus suam confessionem. nu. 382.

Limita i. in atrocioribus nu. 383. contra. nu. 384.

Limita ij. quando statutum habet minorem pro maiore. nu. 385.

Limita iij. quando minor confitetur veritatem. nu. 386. declara, vt in num. 387.

Limita iiij. quia isto casu an minori concedatur talis restitutio, iudicis arbitrio, remissum est. nu. 388. contra. nu. 389.

Limita v. quæ semel concessa restitutio, amplius concedi non debet. num. 390.

QVÆSTIO LXXXI. CAP. X.

352 

EGVLA I. sit in hoc 10. capite, quòd confessio minoris, sine tutoris, aut curatoris, authoritate ipso iure non valet, nec ipsi minori nocet, quia minor etiam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, tex. est in l. clarum. C. de auth. præstan. l. in vniuersis, C. qui tut. dar. poss. l. propter. C. de adult. *Cautius enim est* inquit tex. in d. l. clarum, *minores cum perfectissima suasione, responsa facere, ne ex sua imperitia, vel iuuenili calore aliquid vel dicant, vel taceant, quod si fuisset prolatum, vel non expressum prodesse eis poterat, &c.* & ibi hoc notant Cyn. num. 1. & 2. in 1. & 2. notab. Bal. in summario, & num. 4. vers. aut est maior infante, vbi, quòd ita dicunt omnes. Bald. in l. 1. num. 61. vers. sed in spontanea confessione, ubi respondet contrarijs, & nu. 63. vers. mihi videtur, & ibi etiam Alberic. num 9. vers. & ita sine curatore. Salyce. num. 30. ad med. vers. alia est opinio. Ang. num. 3. vers. vnde tene, vbi, quòd ita practicatur. C. de confess. Adden. ad Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, post nume. 117. post addit. August. ad Arim. idem Ang. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, num. 7. & ibi August. post num. 13. vbi ex Dyn. quem allegar, dicit, quòd hæc conclusio inualuit in iudicijs, & scholis. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in uerbo *confessio*, num. 24. de probat. Marsil. in l. 1. in prin. num. 25. ff. de quæst. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. num. 993. & 996. uers. concludit ergo Bal. &c. extra de accusat. Afflict. decis. 208. num. 4. & ibi Vrsill. in addit. num. 2. in fin. ubi de magis communi Gramm. cons. crim. 16. nume. 7. & seq. Foller. in pract. crim. uerbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 19. fol. mihi 296. Cyrill. in summa crimin. rub. 16. de confess. §. 2. nume. 10. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 32. nume. 13. uers. quamuis minor. Boss. in titu. de confess. nume. 67. Menoch. de arbitr. casu 268.

468.nu.2. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum &c. glo.1.nu.356. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. num.11. in 16. limitat. fol. mihi 284. Ant. Gomez. variar. resolut. tom.3. cap.1. tit. de delict. num.64. vbi alijs relatis testatur de communi, & num.65. in fine, vers. ex quo singulariter infero. Alexan. Stiat. in pract. iudic. cap.19. nu.25. vbi hanc cõclusionem dicit esse notãdam in practica, & num.73. & seq. Virg. Boccac. in constit. Picæni glo. 8. post num. 32. fol. mihi 161. à tergo. Hieron. Lauren. decis. Auinionen. 138. nu.1. vbi dicit, quòd ita apud eum ius commune seruatur, licèt in plerisq; prouincijs, & ciuitatibus nõ practicetur. Ioseph. Ludou. decis. 17. nu.1. & seqq. par. 1. Gaspar Caballi. in addit. ad cõstit. Marchiæ lib. 4. cap. 17. num.2. Odd. de restitut. in integr. par.2. q.65. nu.25. in 2. casu, vers. aut verò habet tutorem, & d. num. 13. vers. aut demum minor. & hãc regulam consulendo tradiderunt Marsil. cõsil. 48. num. 1. & num. 30. in fine, & cõsil. 430. num. 22. Neuiza. cons. 17. num. 77. vers. in criminalibus autem. Rolan. cons. 31. num. 1. & seqq. & num. 8. & seqq. & cons. 51. num. 34. & seqq. lib.1. & cons. 3. num. 34. lib. 3. Vulpell. cons. 34. nu.1. Decian. cons. 18. num. 17. & seq. lib. 1. & in suis tractat. crim. par. 2. lib. 5. cap. 37. num. 36. in fine, vbi loquitur in causa hæresis. Quòd & ante eum voluit expresè, & benè exornat Simanc. in tractat. de cathol. instit. tit. 29. nu. 60. vbi etiam benè declarat, quale debeat esse isto casu curatoris officium.

353 AMPLIA I. propositam primam regulam, vt multò magis procedat in cõfessione infantis, quæ non solum si emanauerit, sine authoritate tutoris, sed etiam nec valet, cum eius authoritate, cum nec etiam cum tutoris authoritate possit iudicium suscipere, & in ius vocari. l. quinque. ff. de in ius vocan. l. 1. §. ita tamen, & l. 2. in prin. ff. de administrat. tut. ita Cyn. in l. clarum, num. 5. & ibi etiam Salycet. num. 4. col. 2. in prin. in 3. q. Alber. nu. 2. vers. si autem minor. C. de auth. præstan. Abb. in c. fin. nu. 6. de confess. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo *confessio*, num. 24. de probat. Ant. Columb. in tractat. procedend. in controuer. crimin. art. 172. vers. cõfessio autem pupilli infantis. Odd. de restitut. in integ. par. 2. q. 65. post nũ. 13. in 2. casu, vers. aut sumus in minore.

354 AMPLIA II. etiam in confessione minoris habentis patrem, adhuc enim illi ad hoc, vt postea confessus possit cõdemnari, dãdus est curator, vel pater ipse, vel alius arbitrio iudicis, sicuti optimè comprobat Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 64. vers. quòd notabiliter extẽde post Bart. Bal. & Imol. in locis per eum relatis, nec dissentit Cæsar Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 208. nu. 2. vbi amplius, quòd debet interuenire curator simul cum Patre.

AMPLIA III. vt licèt minor delinquẽdo obligetur ex delicto, etiam nõ interueniẽtibus sollemnitatibus statutarijs, requisitis in obligationibus minorum, vt ex allegatis per Stephan. Lamberteng. de contract. &c. glo. 1. q. 90. num. 351. & seqq. Hoc tamen intelligitur, dummodo de delicto constet plenè per testes, vel alio modo, præterquam ex sua confessione, ex qua, sicut non potest condemnari, si fuerit emanata sine authoritate curatoris. l. clarum. C. de auth. præstan. ita etiam nec cõdemnari poterit, nisi interueniant statutariæ sollemnitates requisitæ. Virg. Bocacc. in constit. Picen. glo. 8. post num. 32. fol. mihi 162. Sed hæc ampliatio, sicut non seruatur in practica, ita nec iure probatur, nec allegata per Boccac. vbi supra, loquuntur in sollemnitatibus statutarijs, sed solum in authoritate curatoris, iuxta terminos d. l. clarum, & propterea statuta requirentia sollemnitates in obligationibus minorum, nõ procedunt in obligationibus ex delicto, vt per præallegatos, ex quibus hac ampliationem minimè ueram apertè comprehenditur.

355 AMPLIA IIII. etiam in cõfessione minoris patrisfamilias, & habentis filios, quia tunc nec etiam habet legitimam personam standi in iudicio. l. de his. C. de administrat. tut. per quẽ tex. ita in specie ampliat Marian. Socin. in c. qualiter, & quando, il 2. nu. 993. extra de accusat.

356 AMPLIA V. vt regula procedat, non solum in confessione pupilli minoris, scilicet, quatuordecim annorũ, sed etiam in cõfessione adulti, & maioris 14. annorum, sic enim tex. in d. l. clarum. C. de authorit. præstan. loquitur in minoribus 25. annorum, & sic tam in adulto, quàm in pupillo (licèt Dyn. quem & alij sequuntur teste Cyn. in d. l. clarum, nu. 2. vers. sed quid si minores, & ibi etiam Alber. nu. 2. contrarium voluerit in adulto) ita ampliat Marian. in cap. qualiter, & quando, il 2. post nu. 993. de accusat. ex Bal. in d. l. clarum, nu. 1. vers. per hoc etiam non videtur vera opinio Dyni &c. Odd. de restitut. in integr. par. 2. q. 65. nu. 13. in 2. casu, vers. aut verò ipse pupillus, iuncto vers. aut verò habet.

357 AMPLIA VI. vt confessio minoris non valeat facta sine curatore, non solum si curatorem habeat, sed etiam si curatorem non habet, quia isto casu curator dandus est. Marian. in c. qualiter, & quãdo, il 2. post nu. 993. & nu. 994. vers. Bal. verò, &c. iũcto vers. aut adultus curet curatore, extra de accusat. (licèt Petr. quem alij teste Cyn. in l. clarũ, nu. 4. & ibi etiam Alber. post nu. 2. C. de auth. præstan. contrariũ dixerint,) sed cõtra Petrum expresè tenet Bald. per Marian. vbi supra allegatus in d. l. clarum, num. 1. vers. sed hoc non videtur verum. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, nu. 24. vers. aut minor non habet curatorem, de proba. vbi testatur de veriori opinione.

358 AMPLIA VII. vt sicut confessio minoris non valet sine curatore, ita etiam nec valeat negatio, quando ex negatione minor consequeretur præiudicium, prout est text. expressus, & ibi notant omnes in l. si ex causa. §. nunc videndum, in fine. ff. de minor. vbi, quòd isto casu datur in integrum restitutio. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. nu. 996. vers. vult etiam extra de accusat. & nu. 997. vers. & quod possit. vbi, quòd isto casu minor etiam restituitur aduersus negationem, per quam veniret puniendus, per tex. in d. l. si ex causa. §. nunc vidẽdum. Ad quæ vide etiam idem tenẽtem Bal. in l. 1. num. 2. & ibi etiam Iacobin. de S. Geor. num. 7. in fine. C. si aduer. delict. Mathes. sing. 164. & ibi in addit. Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, num. 12. in fine, vers. aduersus tamen. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 22. fol. 296. Sarmien. selectarum interpræt. lib. 3. cap. 13. num. 2. vers. quartò pro ista opinione, & num. 9. vbi declarat Franc. de Cald. in reper. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, num. 40. vers. quamobrem, &c. num. 41. & num. 48. C. de in integr. restit. minor. vbi refert verba tex. in d. l. si ex causa, ad idem allegat Maurit. in tracta. de restit. in integr. cap. 252. & respondet contrarijs, ac demum pro declaratione, tex. in d. §. nũc vidẽdum dicit, quòd si in negatione minoris curator non interuenit, tũc negatio non valet, nec est necessaria restitutio si verò interuenit curator, & tũc aduersus eam minor restituitur: quicquid in contrarium dixerit Bal. in d. §. nũc vidẽdum, & in l. 1. C. si aduers. delict. in 2. oppositione. Et addo pro hac eadem ampliatione Doctores omnes allegatos, infra in tit. de pœn. temperan. q. 92. nu. 197. qui dicunt dari restitutionem minori, quando ciuiliter agitur ad hoc, ut pro confesso habeatur, cum negauerit.

359 AMPLIA VIII. vt confessio minoris sine curatore, &c. non valeat etiam iurata, licèt enim iuramentum represenser minorem. Azzo. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. c. 1. §. item sacramẽta de pact. iur. firm. in vsib. feud. Hoc tamen intelligitur secũdum Iacob Butrig. & Bal. in d. auth. sacramẽta, vt procedat in cõtractibus, secus autem in iudicijs. refert hæc, & sequitur, ac etiam alijs respondet cõtrarijs, Marian. in cap. qualiter, & quando, il 2. num. 998. & seq. de accusat. Ang. de Malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, num. 9. vbi de minore, qui promisit non venire cõtra confessionem, quòd & idem voluerũt Lanfran. in cap. quoniam cõtra in verbo confessio, num. 24. vers. aut confessio de probat. Marsil. in l. 1. in princ. num. 26. ff. de quæstio. & consil. 130. num. 24. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 21. Ioseph. Ludoui. decis. Lucen. 17. nu. 2. par. 1. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 208. post nu. 2. Rolan. cõsil. 31. nu. 10. lib. 1. & cõs. 51. nu. 37. eodem lib. 1. Vulpell. cõsil. 34.

fil.34.nu.1.Decian.conf.18.nu.175.lib.1.Gaspar Caballin. in addit.ad constit.March.lib.4.c.17.nu.7.& facit, quia ad uersus confessionem iuratam datur etiam restitutio in integrum, vt dixi infra.num.380.

360 AMPLIA IX. etiam in confessione minoris geminata, & repetita. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 368. nu.5.post Bal.in loco per eum relato.

361 AMPLIA X. vt minoris confessio sit nulla etiam cũ authoritate curatoris, quãdo curator suam authoritatem interponit statim, quòd est deputatus sine vlla causæ cognitione. Ideò requiritur interuallum. Foll. in Pract.crim. verbo *& si confitebuntur*, par.1.nu.26.Vrsill.in addit.ad Afflict.decis.208.post nu.2.Marsil.conf.48.nu.31.& seqq.Rolan.conf.3.nu.34.& seqq.vbi ampliùs quòd stilus in contrarium allegatus non præsumitur, sed est probandus, & adhuc probatus non releuat, quia est contra iuris communis dispositionem ex allegatis ibi per eum.

362 LIMITA I. propositam primam regulam procedere in ijs, quæ respiciunt ordinem Iudicij, & quæ ad sollẽnizãdum iudicium pertinẽt, tũc enim dãdus est minori curator, alias cõfessio nõ valet, secus verò in ijs, quæ fiunt ad inquirẽdum veritatem, prout est tortura, in qua licèt ēt interuenire debeat curator in decreto de torquẽdo, non tñ debet interuenire in ipsa tortura. Bal.in l.1.num.61.C.de confess.vbi ꝙ ita seruatur. Alberic.ibidem post nu.9.vers. si verò habet administratores, Salycet.post nu.30.vers.aut cõfitetur, & vers.nec obstat, & d.nu.30.in fine vers.nam in pronunciatione, & nu.31.vbi, ꝙ ita seruat communis practica. Ad prædicta vide etiã benè loquẽtem Marian.in c. qualiter, & quãdo, il 2.nu.993.vers.sed Nic.de Mat. vsquè ad nu.994.& d.nu.994.vers. fallit quãdo, & vers.aut adultus extra de accusat.& ante Marian. Cy.in l. clarum nu 4. per totum, & nu.6.C.de auth.præstan.vbi benè exemplificat qui sint actus pertinẽtes ad sollemnizãdum Iudicium, & qui nam ad perquirẽdum veritatem negotij, & ad idẽ vide ibidẽ Bal.n.1.col.1.vers.sed Nicol.de Mat.dicit, &c. iuncto vers.D.Iacob.Butr.&c.& seq. Salycet. nu. 4.col.2. vers. sed Nicolaus de Matar.& nu.5.Alber.post nu.2. vers. Nicolaus de Matar. Addo pro hac eadẽ limitatione Abb. in c fin.nu.9.vers ex his infertur extra de cõfess. Parid. de Pur.de sind.verbo *tortura*, il 3.c.6.nu.7.fol.mihi 329. Ang. de Malef.in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, nu.7.& seqq. vsquè ad num.14.vbi de materia. Marsil.in l.de minore in princ.nu.53.ff. de quæst. vbi de communi. Afflict.decis.208.nu.2.& 3.Neizza.conf.540. nu.5.Boss.in tit.si aduers.rem iud.nu.22. Ant. Columb.in tract.proceden in caus.crim.art.172.Foller.in Pract.crim. verbo *& si confitebuntur*, par.3.nu.48.fol.323.Petr à Placha in epitom.delict.lib.1.c.32.nu.13.in princ. vbi remiss siuè Ant.Gomez.var.resol. tom.3. c.1.tit. de delict.nu.65. post med.Caball.in addit. ad const. March. lib. 4. c.17.nu. 3.& omnibus seqq.in discursu, vbi benè exemplificat, & declarat prædicta, & testatur hanc opinionem magis practicatam. Ex quibus hanc limitationem commmuniter receptam esse negari non potest.

363 Quamuis Alber.in d.l.clarum, nu.2.in fine, vers.ego tamen, dixerit, quòd semper impugnauit cõfessiones minorum etiam factas in tormentis, & quòd ita per illam l. obtinuit, & cum Alber.senserit Fulgos.in d.l.clarum, prout illum refert August.ad Ang. de Malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, nu.13.ad finem vers. præterea, &c. dicens quòd hæc Alber. opinio est tutior; prout etiam eundem Albericum sic in proposito dicẽtem retulerunt, Afflict.decis.208.num.4.Clar.in Pract.§.fin.q. 55.vers.vlterius. Caballin.in addit.ad constit.March.lib. 4.cap.17.nu.6.in fine.

364 SVBLIMITA hanc primam limitationem procedere in adulto, secus autem in pupillo, cuius cõfessio finè tutore emanata ei non obest, siue tendat ad substantiandum iudicium, siue respiciat facti veritatem, ita declarat Salyc.in l.clarum, nu.4.col.2.in prin.vers.aut est maior infante. C.de author.præstan.vbi, quòd ita dicunt omnes, & ita etiam videtur fuisse de mente Cyn. in d.l.clarum, post nu.5.& Alber.nu.2.vers.aut est maior infante, vbi dicunt confessionem pupilli factam sine tutoris authoritate non valere indistinctè, & facit etiam, quia minor torqueri non potest, si non excedat 14.annos, vt suo loco dixi.

365 LIMITA II. quia curatoris authoritas nõ est necesse, quòd interueniat in examine, & interrogatorijs minori faciendis, & sic in ipsa confessione, sed sufficit, quòd interueniat in iuramento, ita post multa, & concordando contraria resoluit Salycet.in l. vnica, nu.30.ad finem.C. de cõfess. nec dissentit Marian.in c.qualiter, & quando, il 2 nu.993.in fine, & nu.996. extra de accusat. Afflict. decis. 208.num.3.in fine, & ibi Vrsill.in addit.nu.2.post med.ex Corn.quem allegat in cõs. 198.lib.4. vbi propterea infert, quòd curator interuenire debet, si est facienda interrogatio, & si non, quomodo ipse interuenire debeat, pluribus comprobat, concordantes adducit, & communem dicit Ant.Gomez.var.resolut.tom.3.c.1.tit. de delict.nu.65.ante med.vers.quo casu curator, &c.

366 LIMITA III. in confessione minoris ficta, resultante ex contumacia, potest enim minor tanquam confessus condemnati vigore statuti volentis, contumacem haberi pro cõfesso, etiam non dato ei curatore, prout dixi in tit. de inquisit.q.11.nu.26.& seqq. hic non repeto.

367 LIMITA IV. vt loco curatoris sufficiat minori per iudicem dari legitimus procurator secundum Marsil. in l.de minore, in prin.nu.54.ff.de quæst. vbi benè comprobat Foller.in pract.crim.verbo *& si confitebuntur*, par.1.nu. 19.in fine, & eodem verbo *& si confitebuntur*, par.3.num. 49.fol.313.in fine.

368 LIMITA V. quando statutum habet minorem pro maiori: tunc enim eius confessio nõ est nulla ipso iure secundum Boer.decis.63.num.7. vbi alios refert, & sequitur Odd.de restit. in integr. par. 2.q.65.art.7.nu.27.& nu.42. vbi tamen, quòd isto casu aduersus cõfessionem datur minori restitutio in integrum, quamuis Boer.d.q.63.nu.7.& alij per Odd.relati d.nu.42. contrarium dixerint.

369 LIMITA VI. vt minoris confessio sine curatoris authoritate non valeat, quando is confitetur contra se, secus si confiteatur contra alium, vt testis, quia tunc non est necessaria authoritas curatoris. Bal.in l.clarum, nu.1.col. 1.in fine, vers.item prædicta sunt vera. C.de auth.præstan. Foller.in pract. crimin.verbo *& si confitebuntur*, par.1.nu. 23.fol.296.

370 LIMITA VII. vt quicquid sit de iure in practica, tamen non seruetur dare curatorem minori inquisito, & propterea eius cõfessio de consuetudine valet, etiam sine authoritate curatoris, prout testatur Ant.Columb.in tractat.proceden.in controuer.crimin.artic. 171.& art.173. & seq.vbi loquitur non solum de stilo illius Parlamenti, sed etiam de iure communi, & ibi bonas reddit rationes Boer.decis.63.num.6.ad fin.vers.nec potest minor, vbi testatur de stilo curiarum Franciæ, & num. 10.Ang.de malef.in verbo *comparuerunt, & confitentur totum*, nu. 8.vbi, quòd est quasi ridiculum dicere contrarium. Cason. in pract.crimin.fol.76. vbi, quòd ita seruatur apud Venetos, & multa alia loca Italiæ. Matth. Brun.consil.94.nu.8.vbi, quòd vbique locorum ita seruatur, & etiam Romæ in curia Capitolij ipse seruauit, dum ibi præerat rebus criminalibus. Boss.in tit.de confess.nu.69.vbi, quòd quotidie vidit seruari contra d. l.clarum, tam quoad nullitatem confessionis, quàm etiam quoad restitutionem in integrum, nisi doceatur de errore, sed hoc de restitutione posui in seq. regula Bossium refert, sequitur & de eadem practica testatur Clar.in pract.§.fina.q.50.in princ.& q.55. vers.vlterius potest, vbi alios de hac practica testantes refert, & quòd ridiculum esset dicere contrarium ex Angel.de malef.in loco per eum citato. Menoch.de arbitr.quæstio.lib. 2.casu 268.num.2.in fin.vbi, quòd practica adhibendi curatorem minori examinando non seruatur apud Mediolanenses, & Venetos ex Casono, & Claro ibi per eum allegatis. Anton. Scapp. Bononien.ad præsens in Romana curia primarius aduocatus in suo tract. iur. non script. libro 5. cap. 47. num. 25.& seq. Ioseph. Ludou. decis. Lucen.17.vbi, quòd ita multoties ipse practicauit, & quòd ita etiam Lucæ practicatur. Cæsar Vrsill. in addit. ad Afflict.

Afflict. decis. 208. num. 5. in fine, vbi, quòd hodie in magna curia Vicariæ parùm obseruatur practica dandi curatorem minoribus. Decian. consil. 18. num. 180. in fin. lib. 1. vbi propterea concludit hanc consuetudinem esse attendendam. Menoch. consil. 98. post num. 149. lib. 1. vbi refert testantes de practica negatiua d. l. clarum. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 65. num. 13. in 2. casu, vers. quòd tamen hæc cómunis practica, vbi in id allegat Clar. & Menoch. in locis præcitatis. Flamin. Cartar. in pract. interrogan. reor. lib. 3. cap. 3. num. 4. & 5. & habemus constitutionem Egidianam lib. 4. cap. 17. qua cauetur maiorem 14. annorum habere etiam sine consensu patris, & curatoris legitimam personam standi in iudicio criminali, & ibi Caballin. in addit. num. 7. in fine.

371 Verùm in proposito vide Marsil. in consil. 48. num. 20. & num. 30. in fine, vbi testatur fuisse tempore suo datum cuidam minori in curatorem D. Thomam de Ruggerijs causidicum, & ita etiam testatur tempore suo fuisse datum alium curatorem. Rol. cons. 3. n. 34. lib. 3. Et vide etiam Hieronymum Lauren. decis. Auinion. decis. 38. num. 1. vbi testatur apud eum seruari dispositionem iuris communis.

372 Sed apud nos in Vrbe nunquam vidi datos istos tutores, vel curatores, nec etiam in curia Capitolij, licèt id ea adsit particolare statutum lib. 2. cap. 11. quo cauetur minores decem & septem annorum absq; curatoris legitimi interuentu, in iudicio criminali stare non posse, & aliter eorum confessiones, & gesta cum eis non valere.

373 Quòd ideò contingere, & sic seruari credo in illa curia, non obstante statuto prædicto, propter facultates, quas habent Senatores ex particulari motu proprio procedēdi in causis criminalibus ad instar Gubernatoris Vrbis, in cuius tribunali, sine dubio talis sollemnitas non seruatur, facultatibus autem cessantibus malefacerent iudices illi, si statuta non seruarent, & confessiones contra statutorū formam editas inualidas omninò existimarem.

374 REGVLA II. sit in hoc eodem 10. capite, quòd minori aduersus suam confessionem conceditur restitutio in integrum, test. est in l. certum, & ibi Bar. Ang. & alij. ff. de confess. c. fin. vbi glo. & Doctores eodem tit. in 6. l. nā & postea. §. si minor. ff. de iureiuran. Marian in c. qualiter, & quando, il 2. num. 997. extra de accusat. vbi notabiliter dixit, quòd licèt in delictis minor non restituatur. l. auxiliū. §. in delictis. ff. de minorib. id tamen intelligitur, data veritate delicti, sed aduersus læsionem contingentem ex facilitate ætatis in responsionibus factis in processu. Non video, inquit ibi Marian. quare nō debeat restitui, immò, quòd debeat probatur in l. si ex causa. §. nunc videndum, vers. sed si cum ex damno. ff. de minorib. qui text. loquitur in restitutione concedenda aduersus negationem factam à minore, per quam veniret puniendus, ergo multo magis aduersus confessionem, vt ibi per eum Quòd & idē voluerunt Cyn. in l. clarum, num. 2. in fine, C. de authorit. præstan. vbi de restit. conceden. aduersus confessionem minoris non habentis curatorem, & Cyn. refert, & sequitur Alberic. in d. l. clarum, num. 2. in discurso. Boer. decis. 61. num. 13. ad finem, licèt contrarium asseruisse videatur, num. 7. sed ibi loquitur in restitutione concedenda aduersus fictam confessionem, de quo alibi dixi. Afflic. decis. 208. num. 5. vbi ita per illud consilium vnanimiter fuisse votatum, & conclusum testatur, & ibi Vrsill. in addit. nu. [illegible] 2. in fin. Marsil. conf. 130. num. 25. Carer. in pract. [illegible] 2. tractat. de indit. &c. §. in tex. ibi voce propria confessus, num. 20. Sarmien. Selectar. interpret. lib. 3. cap. 13. num. 1. & seqq. vbi testatur de communi (licèt eam postea non sequatur) Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 66. vbi alijs relatis testatur de communi Monticell. reg. 20. num. 17. Virgil. Boccac. in constit. Piceni glo. 8. post num. 32. vers. & prædicta intellige. Boss. in tit. de confess. post num. 67. & in tit. aduer. rem iudic. n. 23. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 65. artic. 7 per totum, num. 15. & seqq. vbi refert concordantes, benè comprobat, & respondet contrarijs, & licèt non in specie loquatur in criminalibus, eius tamen rationes sunt generales, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & testatur de communi, sed etiam in criminalibus loquitur in d. quæst. 65. nu. 37. artic. 4. vbi pariter benè comprobat, & plures refert concordantes. Addo & Franc. de Cald. in l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo* num. 9. num. 39. vbi latè. C. de integr. restitut. minor. Gaspar Caballin. in addit. ad constit. March. lib. 4. cap. 17. num 6. Honded. conf. 99. num. 51. & conf. 102. num. 50.

375 Quamuis contrarium, quòd immo minori non sit cōcedenda aduersus suam confessionem talis restitutio pluribus comprobet, & respondeat contrarijs Sarmien. Select. interpret. lib. 3. cap. 13. num. 3. & seqq. omnibus, licèt ibidem num. 3. in fin. & num. 6. destinctionis fœdere has opiniones conciliare conetur.

376 AMPLIA I. propositā secundam regulam, vt restitutio minori concedatur non solum aduersus suam confessionem inualidam, emanatam scilicet, sine tutoris, aut curatoris authoritate, sed etiam aduersus confessionem validam, & emanatam cum authoritate tutoris, seu curatoris, secundum Cyn. in l. clarum, num. 4. versic. si confitetur adultus, & num. 5. ad fin. & ibi etiam Alber. num. 2. vers. alij in adulto, iuncto vers. aut est maior infante. C. de authorit. præstan. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, sub, num. 24. de probat. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, num. 129. ff. de quæst. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. § circa 4. num. 11. Boss. in tit. de confess. post num. 67. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 65. num. 15. in 2. casu, vers. aut verò ipse pupillus: allegat text. in l. apud. ff. de manum. vind. & d. num. 13. vers. aut demum minor, vbi etiam de restitutione concedenda aduersus confessionem minoris emanatam in casu, in quo ipse minor habet legitimam personam standi in iudicio sine tutore. Franc. de Caldas in l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo* num. 39. in fin. vers. idque intelligendum est. C. de integr. restit. min.

377 AMPLIA II. vt minori aduersus suam confessionem concedatur restitutio, etiam non docto de errore, aut læsione. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. circa 4. num. 11. in fin. Gramm. consil. 16. num. 1. Marsil. cons. 130. num. 25. Gabr. tit. de minor. conclus. 3. num. 3. Boss. in tit. de confess. num. 67. & in tit. si aduers. rem iud. num. 23. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 268. num. 4. Matth. Gribal. in suis regulis criminalibus, vers. minor 25. annis, fol. mihi 346. colum. 2. inter commun. opin. par. 1. Pract. Corrad. ritu. de cōfess. crim. fol. 285. colum. 2. in 6. ampliatione. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 66. vers. sed dubium nostrum extat, vbi pluribus comprobat hanc opinionem, quam et d. nu. 66. ad finem, dicit communem, & respondet contrarijs, & ita etiam in occurrenti casu apud eum in oppido Zalabricæ suæ patriæ seruatum, & iudicatum testatur (licèt hanc communem ipse postea non sequatur, vt infra eum referam.) Mōticell. reg. 19. num. 10. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 17. num. 3. par. 1. Rolan. consil. 51. num. 38. Odd. qui tamen loquitur in ciuilibus in tract. de restit. in integ. par. 2. q. 65. n. 16. vbi dixit, quòd læsio in cōfessione minoris eo ipso apparet, quia confitendo nulli lucro se exponit, damno verò sic, & nu. 30. vbi concordantes adducit. & num. 31. & seqq. vbi licèt dixerit magis communem esse, quòd sit probanda læsio in hac restitutione, eam tamen declarat non procedere, quando læsio, & præiudicium apparet re ipsa ex confessione, item quando cofitetur aliquid, quod nec verè, nec præsumptiuè contra ipsum probatum fuerat, vel verisimiliter probari poterat, sed in criminalibus, quòd omninò detur restitutio aduersus confessionem minoris, etiam non probata læsione, dixit communem, plures refert concordantes, & benè comprobat, idem Odd. d. q. 65. artic. 9. num. 37. vers. sed contra. Addo Franc. de Caldas in repet. l. si curatorem, in uerbo *vel aduersarij dolo* num. 39. & 40. C. de integ. restit. min. vbi relatis, & reprobatis contrarijs, hanc sententiam dixit magis communem, & ab ea in praxi non recedendum Honded. consil. 102. num. 50. vbi de communi.

378 Contrarium, quòd immò non probata læsione, aut errore confessionis, non sit concedenda minori talis restitutio,

tutio, videtur de mente, Cyn. in d. l. clarum, num. 4. vers. si confitetur adultus. C. de auth. præstan. & ibi etiam Alber. num. 2. vers. Nicolaus de Mattharell. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, num. 24. vers. aut loquimur in adulto, de probat. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, post num. 129. & in l. de minore, in prin. num. 53. vers. si. tamẽ. ff. de quæst. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 19. ad finẽ. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 208. num. 1. in fin. vbi tamen, quòd isto casu sufficit probare læsionem per vnum testem, & num. 2. ad med. vbi etiam, quòd sufficit docere de læsione summariè. Petr. à Plach. in eppit. delict. lib. 1. cap. 32. num. 13. vers. tametsi, &c. Sarmien. selectar. interpret. lib. 3. cap. 13. per totum, vbi latè disputata materia, hanc omninò probat opinionem, quãdo confessio respicit factum proprium ipsius cõfitentis. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 66. vers. sed his non obstantibus, vbi licèt primam opinionem dixerit communem, & quandoque apud eum seruatam, vt supra eum retuli. hanc tamen contrariam tanquã veriorem latissimè comprobat, eamq; in iudicando, & consulendo sequendam esse omnino arbitratur, & ita testatur se consuluisse Theologos probatæ vitæ, & conscientiæ, qui fuerunt eiusdem opinionis, refert, & sequitur Clar. in pract. §. fin. q. 60. in fine principij ibi, *proderit etiã minor ætas* vbi amplius, quòd ita apud eum seruatur, plures adducit concordãtes, benè comprobat, respondet cõtrarijs, & magis communem dixit idem Odd. (qui tamen in ciuilibus loquitur) in tract. de restitut. in integ. q. 65. artic. 8. num. 30. vers. in contrarium, &c. artic. 9. num. 37. in princ. vbi loquitur in criminalibus, & pro hac opinione aliquos refert concordantes, pro qua adde Boss. in tit. de confess. num. 69. vbi, quòd quicquid sit de iure in practica, non datur restitutio aduersus confessionem minoris sine probatione læsionis. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 268. num 3. & 4. vbi licèt admittere videatur restitutionem concedendam sine probatione erroris, & læsionis, requirere tamen etiam videtur, quòd minor probet *se dolo aduersarij, vel iudicis blanditijs* allectũ cõfessum fuisse. Monticell. sibi contrarius reg. 20. nu. 17. in fine; vers. quod verum. faciunt deducta per Fran. de Caldas (licèt ipse, vt supra eum retuli hanc opinionem non sequatur) in l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo* num. 40. in discursu. C. de in integ. restit. min. vbi latè & hæc contraria opinio apud nos seruatur, quando minoris confessio præcedentibus inditijs grauata reperitur.

379 AMPLIA III. vt talis restitutio concedatur etiam aduersus confessionem ratificatam. Bal. cons. 310. num. 2. lib. 2. prout illam refert Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 65. artic. 9. num. 39. vbi tamen de veritate huius ampliationis remittit se ad scripta per ipsum alibi.

380 AMPLIA IIII. quia datur restitutio etiam aduersus confessionem minoris iuratam secundum communem, de qua alijs relatis, testatur, Odd. de restit. in integ. q. 65. artic. 7. num. 19. & seqq. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs. Franc. de Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, nu. 39. ad fi. C. de integ. restit. min.

381 AMPLIA V. vt restitutio minori concedatur, non solùm aduersus confessionem delicti, sed etiàm aduersus negationem, prout dixi sup. nu. 358. hic non repeto.

382 AMPLIA VI. vt etiam mulieri detur restitutio aduersus suam confessionem, quãdo de delicto, aliter non cõstat, Foller. in Pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. num. 27. ex Afflicto, quem allegat in constitutione obscuritatem, col 3. q. 2.

383 LIMITA I. huius 2. capitis propositam secundam regulam, non procedere in atrocioribus, in quibus minori non succurritur aduersus suam confessionem. Bar. in l. auxilium, num 6. ff. de minor. Marsil. in l. minore, num. 55. ff. de quæst. vbi, quòd isto casu, minor non admittitur ad reuocandam suam confessionem. Gabr. tit. minor. concl. 3. in fine. Franc. Mari. decis. 792. num. 3. & decis. 121. nu. 16 par. 1. prout hos sic refert, sed non sequitur, Odd. in tract. de restit. in integ. par. 2. q. 65. nu. 40. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 208. num. 3. allegat. Marsil. in consil. 9. nu. 18. dicitquè, quòd ita alias fuit obseruatũ de anno 1554. in causa cuiusdam Matthæi de Alphano.

384 Contrarium, quòd etiam in atrocioribus minor restituatur aduersus suam confessionem, voluit Gramma. in cons. 16. per totum, & ita in sodomiæ crimine, quod atrocissimum est, fuisse iudicatum, refert Ant. Gomez. de delict. cap. 1. num. 67. Et facit ratio, quia quo magis delictum est atrox, maioremque meretur pœnam, magis minor ex sua confessione læditur. Ideò magis ei succurri debet, ex quibus hanc contrariam opinionem, & veriorem, & æquiorem, dixit Oddus vbi sup. num. 40. & seqq. & ibi respondet contrarijs, dicitq;, quòd quamuis Gomez. vbi supra, asseruerit hanc secundam opinionem sibi non placere, prout nec Theologis placebat, & quòd si iudex fuisset, contrarium iudicasset, prout etiam si casus contigisset idem se facturum, testatur Clar. in Pract. §. fina. q. 60. in fine princ. Adhuc tamen hanc eandem sententiam verissimam credit declaratam, tamen secundũ ea, quæ dixerat sup. n. 8. De qua declaratione dicã infra in 4. limitatione.

385 LIMITA II. quando statutum habet minorem pro maiore, quia tunc ei aduersus suam confessionem non datur restitutio, prout dixi supra, num. 368. hic non repeto.

386 LIMITA III. quando minor fatetur veritatem, tũc enim cum faciat id, quod quilibet vir probus facere tenetur, l. quoties. §. sicut, ff. de admin. tut. l. non est. & l. qui solidum. §. etiam, ff. de leg. 2. l. 3. C. si aduer. fisc. cessat vtriq; læsio. l. fin C. de integ. restit. & consequenter cessat restitutio, vt per Odd. in tract. de restitut. in integ. par. 2. q. 65. num. 15. & num. 17. vbi, quòd hoc nullam habet difficultatem, & ante Oddum, hanc eandem limitationem plenè comprobat, Sarmien. Select. interpret. lib. 3. cap. 13. nu. 5. vers. sed pro resolutione, & num 6. vbi magistraliter declarat, an, & quando minor dicatur fateri verum, vel falsum, eum in occurrenti casu, & in hoc articulo omninò adeas.

387 Sed hęc limitatio, vel non est de regula. vel potius est superflua, quia si aliundè constat de veritate criminis, tunc non est opus confessione ad condemnandum minorem, & ideò ei non datur restitutio, nisi eum saluando dixeris de veritate confessionis ipsius minoris tũc dici apparere, quando per ea concurrunt causæ circunstantiæ, & verisimilitudines delicti confessati, prout videtur de mente Sarmien. Select. interpr. lib. 3. cap. 13. num. 10.

388 LIMITA IV. quia, an talis restitutio minori concedatur, vel non concedatur, remissum est iudicis arbitrio, qui quidem iudex restitutionem dabit, quando minor confessus fuerit simplicitate, metu tormentorum, vel iudicum, vel carceris, vel dolo, aut blanditijs ipsorum iudicum, vel aliorum, secus si conscientia patrati criminis, & Deo ita volente, vt veritas detegatur. Isto enim secundo casu non concedetur restitutio, nisi probata læsione, saltem semiplenè, ità Odd. de rest. in integ. par. 2. q. 65. artic. 9. num. 38. vbi tamen, quòd ex hac minoris confessione iudex ipsum non condemnabit, sed torquebit.

389 Sed certè Oddus nihil allegat, pro hac sua limitatione, & de ea dubitò loquendo de iure communi, secundum quòd expresè cautum est dari isto casu restitutionem, etiàm læsione nõ probata, vt dixi sup. num. 377. Ergo iudicis arbitrio non videtur remissum: Et quatenus restitutio non concederetur, nescio videre, quare ex tali confessione minor sit torquendus, & non condemnand[illegible] enim datur tortura, nisi ad habendam confessione[illegible] go data confessione frustra torquetur reus.

390 LIMITA V. quando minor post concessam restitutionem aduersus suam confessionem, iterum interrogatur, & iterum fatetur, vel spontè, vel etiàm per torturam, hoc enim casu amplius ei non concedendam restitutionem probat Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 66. ad med. versic. sed adhuc tenendo istam partem per regulam, quòd in vna, & eadem causa duplex restitutio non admittitur de qua in l. fina. C. si sæpius in integ. restitut. postul. & ibi gloss. & communiter Doctores.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis, an probet plenè contra confitentem, & quando.

SVMMARIVM.

Regula sit, quòd confessio extraiudicialis non probat plenè, ideò non sufficit ad condemnandum. nu. 1.

Limita i. quando confessio extraiudicialis est adminiculata, & verisimilis, nu. 2. contra nu. 3. concorda, vt nu. 4.

Limita ij. vt in confessione extraiudiciali facta parte præsente, nu. 5. contra, nu. 6. Et hæc contraria opinio videtur verior, nu. 12. præterquam, quando de crimine agitur ciuiliter, quia tunc facta parte præsente, plenè probat d. num. 12. sed an sit necessaria expressa acceptatio, dic quòd sic, nu. 7. contra, num. 8. Item an talis confessio possit acceptari ab aliquo notario nomine fisci, dic quòd sic num. 9. & an ab aliqua priuata persona, num. 10. & num. 11.

Limita iij. in confessione extraiudiciali geminata, qua plenè probat delictum, num. 13. contra, num. 14.

Limita iiij. in confessione extraiudiciali facta ad exonerationem conscientiæ, vt puta, quando quis in articulo mortis fatetur se vsuram commisisse, nu. 15.

Limita v. in confessione extraiudiciali facta coram populo, seù multitudine personarum, num. 16.

Limita vi. in confessione extraiudiciali facta coram sindico repræsentante populum, nu. 17.

Limita vij. in confessione extraiudiciali iurata, nume. 18. contra, num. 19.

Limita viij. quando agitur de probando aliquid, quòd consistit in animo, num. 20.

Limita ix. in crimine hæresis, num. 21.

Limita x. quando confessio extraiudicialis continet in se delictum, vt puta quando clericus se gloriatur de aliquo crimine, quia tunc sufficit ad condemnandum in pœnam extraordinariam, nu. 22.

QVÆST. LXXXII. REGVLA I.



HACTENVS vidimus de iudiciali, & spontanea confessione. Videamus modo de confessione extraiudiciali. Et in hac quæstione pro faciliori intelligentia primò discutiemus, an eadem confessio plenè probet, & ad condemnandum sufficiat: secundò, an semiplenè. & an ad torturam inferendam potens sit.

1 REGVLA I. sit in primo propositæ quæstionis capite, quòd confessio extra iudicialis plenè non probat contra confitentem, & ideò ad condemnandum non sufficit spec. in tit. de confess. §. nunc videndum, vers. siquidem quis confitetur crimen extra iudicium. Bar. in l. si confessus, num. 3. ff. de custod. reor. & ibi etiam Ang. num. 1. est glo. in l. capite quinto, in verbo *accusatori*, vers. sed si in iudicium. ff. ad l. Iul. de adult. & ibi Bart. ante num. 1. Fulgos. num. 4. Albet. in l. quoniam. num. 1. ff. de infam. vbi benè comprobat, dicitquè se ita vidisse seruari, & ibi etiam Fulgos. num. 5. in fine, vbi testatur de communi, & Ang. num. 4. Card. Zabar. in cap. at si clerici, post num. 1. vers. secus extra iudicium de iudic. & ibi etiam, Fely. num. 6. & Mant. num. 29. Bellamer. in c. 2. nu. 14. & ibi etiam Imol. in 1. notab. Anan. nu. 1. in fine, extra de confess. Bellamer. in cap. p inquisitioné, num. 1. in 2. oppositione, in princ. de elect. Abb. in cap. olim. post. num. 9. de rescript. Fely. in c. olim. n. 2. de rescript. glo. in cap. de hoc in verbo *confessi*, & ibi Abb. num. 7. Anan. num. 4. Fely. ante, num. 1. de simon. Boer. decis. 90. num. 5. Bellamer. decis. 721. incip. licèt confessi. Milles. in repertorio, in verbo *confessio extraiudicialis*, & in Pract. fol. 146. num. 13. Ferrat. caut. 27. in prin. Paris de Puteo de sind. verbo *tortura*, cap. 3. num. 1. fol. mihi 316. Diaz. reg. 125. in princ. Marsil. in l. eos, num. 20. ff. de fals. Iodoc. in Pract. crimin. c. 54. nu. 37. & seq. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos, crim. læs. maiest. prob. quæst. 1. nu. 16. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 331. Claud. Battand. reg. crim. 54. num. 5. Albertin. in tract. de hæret. quæst. 25. num. 18. Clar. in pract. §. fina. quæst. 55. in princ. vbi alios de communi testantes refert, Masc. de probat. li. 1. cóclus. 497. n. 1. & seqq. vbi alijs relatis, testat de cói opin. & cócl. 350. n. 1. & cócl. 347. nu. 8.

2 LIMITA I. propositam regulam non procedere, qñ cum confessione extraiudiciali, concurrerent alia inditia, coniecturæ, & verisimilitudines. Tunc. n. ex ea posse confitentem condemnari, voluit. Bart. post glo. in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infam. quē sequuti sunt. Alber. in l. qm, n. 1. vers. consentiunt tñ Doctores. ff. de infam. Aret. in c. at si clerici, n. 30. de iudic. Fely. in c. olim. num. 9. in 8. fallen. de rescrip. vbi benè comprobat hanc limitationem, reprobata opinione eorum, qui dixerunt isto casu confessionem extraiudicialem non nisi inditiū ad torturam facere, facit pro hac conclusione, tex. in l. quæro. §. fin. ff de edil. edict. per quē tex & alia iura, ac rationes, latè hanc cōclusionem probat Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 5. vers. aut enim cum confessione, &c. & seqq. pluribus, & nu. 37. Diaz. reg. 125. in 11. fallen. Marsil. in l. de minore, in prin. n. 50. ff. de quæst. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. n. 16. ad fin. vers. aduerte tñ, vbi dixit hanc esse nouá opinionem Tindari, Tiraquel. de reuocan. donat. in præfat. n. 41. in fine. Caret. in Pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, n. 17. Boss. in tit. de conuict. n. 32. hec. dissentire videtur. Clar. qui tñ vltra alias coniecturas videtur requirere etiam præsentiá partis in pract. §. fin. q. 55. vers. vnum tamen in fine, Bertazz. cons. 42. n. 4. & ibi Claud. in addit. littera B. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 350. n. 38. vbi alios refert. Simon. de Præt. cons. 104. n. 22. & nu. 37.

3 Verùm de hac limitatione sicut supra, latè p Tindar. cōprobata dubitare videtur. Ias. in l. magistratibus, n. 9. ff. de iurisdict. omn. iud. Et in effectu, q talis confessio ēt quòd alijs cōiecturis, & verisimilitudinibus adminiculata sufficiat tm̄ ad torturá, & non ad condēmnationē videtur cōcludere Idē Tindar. qui pro contraria prima opinione ab omnibus cōiter allegatur d. c. 6. n. 19. & seqq. & licèt supra dixerit, per eá induci plená probationē. Declara tñ, q hæc plena probatio non sufficit ad cōdemnandū, sed tm̄ ad torquendū rationibus ibi per eū allegatis, & idem repetijt, n. 43. vers. interdum concurrunt verisimilia, & Tindatū sic dicentē referre videtur. Foller. in pract. crimi. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. n 31. & videtur de mente Arnal. Albertin. in tract. de hæret. q. 25. nu. 23. vbi dixit, q isto casu confessio extraiudicialis plenè probat contra confitentē, ad hoc vt ex ea possit confessus cogi ad perseuerandū in tortura; & sic nisi sit perseuerata in tortura nō videtur sufficiens ad condemnandū. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. n. 10. in 9. ampliatione, vbi ex Tindar. in loco præcitato dicit, confessionē extraiudicialē, si verisimilis sit, plená fidem facere, requirere tñ perseuerantiá, ergo, nisi in iudicio ratificetur, non nisi inditium ad torturam facit etiam, quòd concurrat cum eá verisimilitudo.

4 Pro concordia potest dici, q prima opinio potest procedere quoad imponendá pœna extraordinariá & mitiorem pecuniariá scilicet, secunda aūt quoad impositionē pœnæ ordinariæ, & corporalis. Ita distinguit Boss. in d. tit. de conuic. n. 34. vbi mouetur ex illa generali conclusione, q ex inditijs quārumuis indubitatis, iudex non pōt corporalē penam infligere scdm cōm. & practicatam opinionem, de qua ita testatur, & dicam latiùs infra quæst. 86.

5 LIMITA II. in confessione extraiudiciali facta parte præsente, quæ plenè probat, & sufficit ad condemnandum, ita videtur de mente Bald. (licèt forsan ab alijs pro contraria opinione allegatur) in l. quoniam C. de his. qui notan. infam. qui tex. loquitur de confessione extraiudiciali facta parte præsente, & acceptante, dicitque ibi Bald. quòd isto casu sufficit ad condemnationem, & habet vim iudicialis confessionis, licèt regulariter sufficiat ad torturam. Et hanc opinionem sequuti sunt Iacob. de Aren. Ant. de Butr. & Abbas in locis relatis per Aret. (qui tamen, vt infra eum referam contrarium credit verius) in c. at si clerici, nu. 35. de iudic. Bero. in c. at si clerici, n. 142. vbi relatis, & reprobatis rationibus, Aret. ibi contrarium
3 sentientis, hanc pluribus comprobat opinionem, & verio-

rem dicit, & etiam communem. Mant, num. 23. per totum, vbi pariter latè defendit, & respondet contrarijs argumentis ibi per Aret. & Dec. adductis. Abb. in cap. olim, num. 10. vers. sed dictum Innocentij, de rescript, vbi ponit exemplum in eo, qui in præsentia mariti confitetur se adulterasse vxorem. Talis enim confessio plenè contra confitentem probat, & ibi per eum faciunt pro hac opinione deducta per Tindar. de test. lib. 2, part. 1. c. 6. nu. 10. & seqq. Diaz. reg. 125. in 2. fallent. Foller, in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 32. fol. 321. Capra in tract. de notor. membro 1. num. 43. vbi tamen loquitur in confessione facta coram pluribus relati per Mascard. (quos tamen ipse non sequitur) de probat. lib. 1. conclus. 349. num. 1. in princ. & num. 7. in fine, & conclus. 497. nu. 9. & conclus. 350. num. 23. item relati per eundem Mascard. conclus. 346. num. 5.

6 Contrà, quòd confessio extraiudicialis emanata parte præsente non ad condemnandum, sed tantum ad torturam sufficiat, allegatur, vt dixi Bal. in d. l. quoniam, col. fin. vers. & aduerte, q. in criminalibus. ff. de infam. & expressè voluerunt Ant. de Butr. in c. at si clerici, n. 28. col. fin. ver. si an noceat, extra de iudic. Imol. ibidem num. 10. ad med. vbi, ni fallor, videtur testari de communi opinione, Aret. num. 35. vbi relatis, & reprobatis contrarijs, dicit, hanc opinionem veriorem, & sibi magis placere. Fely. nu. 5. ad finem. vers. quid autē operetur. Dec. nu. 128. & seqq. vbi videtur residere in opinione Aretini, cuius fundamēta refert, & ibi in addit. littera A. Felyn. in c. olim, num. 3. & 4. vbi benè comprobat hanc opinionem, extra de rescript. Paris de Put. de sindic. verbo *tortura*, cap. 3. sub nu. 3. vbi refert, & sequitur, Bald. in d. l. quoniam. fol. mihi 316. Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 9. vers. & si dicis, iuncto num. 19. & 20. vbi benè declarat, & reddit rationem. Diaz. reg. 125. in 8. fallen. vers. sed contrariam sententiam. Blanc. de indic. num. 210. & seq. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 3. vbi licèt ex Tindaro, quem allegat, dicat, confessionem extraiudicialem sufficere ad plenam probationem, si parte præsente facta fuerit. Hoc tamen videtur restringere quoad hoc, vt confitens possit cogi ad perseuerandum in tortura; & sic videtur sentire, quòd non, nisi sit ad torturā inditium. Anto. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortur. num. 8. vers. rursus etiam extende. Clar. in pract. §. fina. q. 55. vers. vnum tamē. vbi, quòd quicquid sit de iure, ita semper vidit in practica seruari, nisi vltra præsentiam tot alia concurrerent, vt omnibus simul iunctis diceretur de crimine liquere (sed de hoc vltimo dixi in præcedenti limitatione.) Mascar. post alios, quos allegat d. conclus. 349. post. num. 1. vers. sed quòd tantum, & num. 2. & seqq. & conclus. 497. nu. 10. & seq. & conclus. 346. num 6. vers. contra tamen: vbi alijs relatis testatur de communi. Mandos. in adit. ad Rom. cons. 373. in vltima addit. in fine, vers. amplia, &c.

7 SVBLIMITA primā opinionem (si eam tenere volueris) vt in casu, quo confessio extraiudicialis emanata parte præsente, plenè probat, debet intelligi, dūmodo fuerit expressè acceptata, aliter secus secundum Millel. in suo repertorio, vers. confessio extraiudicialis, sicut illum refert Masc. de probat. lib. 1. concl. 497. n. 12. Cy. Saly. & Alex. relati per Dec. in c. at si clerici, n. 137. vers. cōtrarium tñ. de iudic. Bero ibidē n. 143. vers. sed contrariū vbi de cōmuni, & vers. quare cogita, vbi, quòd nisi confessio fuerit à parte præsente expressè acceptata, non facit inditium.

8 Contrà, quòd non sit necessaria expressa aceptatio, sed sufficiat sola partis præsentia, dixit communem. Mascar. d. conclus. 497. num. 13. ex Dec. quem allegat in c. at si clerici, num. 197. de iudic. qui reuera non testatur de cōmuni, sed de veriori opinione, & loquitur, quando confessio est parti præsenti fauorabilis, quia tunc tacendo videtur acceptare, vt ibi per eum, & isto casu expressam acceptationem non requirit, tenent relati per Bero. (quos tamen ipse non sequitur) in d. c. at si clerici, num. 143. in prin. iuncto vers. at vero, & seq. & expressè ibi Mant. num. 33. ad finem, vers. cogita, & an sola, &c.

9 LIMITA rursus præcedentem sublimitationem, vt etiam, quòd requiratur expressa acceptatio, sufficiat eam fieri, nedum à fisco, sed etiam ab aliquo notario, tanquàm publica persona nomine fisci, & reipublicæ, & isto casu confessio extraiudicialis plenè probabit secundum Fely. in c. olim, num. 2. in 2. fallen. vers. contrarium, &c. & num. 6. in 5. fallen. extra de rescript. & in c. at si clerici, num. 6. ad fin. & ibi etiam, Dec. post num. 133. & Mant. num. 33. vers. secundò, quia, in fin. de iudic. Butr. in c. per inquisit. num. 28. in princ. & vers. & idem puto, de elect. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 32.

10 Immò non solum ab ipso notario, tanquàm publica persona nomine fisci acceptari potest talis confessio, sed etiam à qualibet priuata persona, sic nomine absentis fisci, ac reipublicæ, acceptante, & hoc casu talis confessio, etiā extraiudicialis plenè probabit. Diaz. reg. 25. in 7. fall. Aret. in d. c. at si clerici, num. 35. ad finem, de iudic. vbi dixit, quòd confessio extraiudicialis plenè probat crimen, quando est facta præsente parte, & acceptante, tam nomine suo, quàm reipublicæ & fisci, nec dissentire videtur ibidem Dec. num. 139. & seqq. vbi respondet contrarijs, & Mant. num. 33. vers. secundò, quia. & vers. ad secundum, &c. Mascard. d. conclus. 350. num. 34.

11 Contrarium, quòd talis confessio non possit acceptari à persona priuata nomine fisci, voluerunt Felyn. in d. c. at si clerici, num 5. in fine. & num 6. vers. fallit secundò, de iudic. Butr. in c. per inquisitionem, num. 28. vers. si autem fiat coram priuata, extra de elect. Fely. in c. olim, num. 2. in 2. fallen. de rescrip. relati per Mascar. d. conclus. 350. num. 33.

12 Verùm hæc omnia cessant retenta contraria opinione, de qua supra, num. 6. & quam libentius amplector, quòd scilicet, confessio extraiudicialis etiam facta, parte præsente, & acceptante, non probet crimen, quoad condemnationem, sed tantum quoad torturam, & ita teneas, præterquam, quando de crimine ciuiliter ageretur, tunc enim extraiudicialem confessionem plenè probare dixerunt Bald in d. l. quoniam, in 1. lectur. col. fin. vers. sed in ciuilibus causis. ff. de infam. Aret. in d. c. at si clerici, num. 35. post med. extra de iudic. Mascard. post alios, quos allegat dicta conclus. 349. num. 7.

13 LIMITA I. in confessione extraiudiciali geminata, quæ propter geminationem plenè probat delictum. Bar. per illum tex. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11 Roman. in l. nulla ratio. post prin. ff. de donat. Ias. in §. in persona, nu. 48 Instit. de actio. & in l. si pacto, nu. 5 C. de pact & in l. sed & si possessori. §. fin. num. 8. ff de iureiur. Paul. de Cast. in cons. 51. nu. 2. lib. 1. Marsil. in l. 1. nu. 40. C. de sican. & in l. 1. §. quæstioni, ante num. 3. ff de quæst. Mant. in c. at si cler. nu. 32. de iudic. Fely. in c. olim, nu. 9. ad finem, vers. & forte, extra de rescrip. Anan. in c. de hoc, nu. 5. & ibi etiam, Fely. num. 3. de simon. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. nu. 27. in fin. fol. 335. col. 3. in prin. Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 17. plures refert, sed non sequitur. Diaz. reg. 125. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. nu. 37. Gabr. lib. 1. tit. de confess. concl. 3. nu. 3. Claud. Battand. reg. crim. 54. nu. 5. Rom. cons. 190. num. 7. & ibi Mandos. in addit. littera G, vbi plures alios refert concordantes, de communi testatur. Bertaz. cons. 42. num. 3. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 497. nu. 16. & conclus. 350. n. 24. vbi alios refert Bru. à Sole in suo cōpen. vers. cōfessio geminata extraiudicialis, vbi et alios refert cōcordātes. Et voluit Rota (q. tñ in ciuili iudicio loqtur) in vna Meliten. Abbatiæ corā b. m. R. P. D. Gyptio, Lunæ 27 Aprilis 1592. vers. tertiò ad huiusmodi confessionem, &c.

14 Sed quicquid prædicti Doctores dicant, ego nunquā ex confessione extraiudiciali, et geminata, aliquem cōdemnarē, sed acrius torquerē, & propterea de hac limitatione, tanquam nō tuta, dubitat idē Mascar. d. cōclus. 350. n. 24. vers. sed Bar. &c. dicens propterea, q. hæc opinio posset procedere in ciuilibus, prout Bar. in d. l. cū scimus, & cæteri, q. eū sequuntur loqui videtur, secus in criminalibus, & ita etiam ante Mascar. dubitat, & eam non tutam credit, Diaz. reg. 125. in 3. fallen. vers. sed tu aduerte.

15 LIMITA III. in confessione extraiudiciali facta

ad

ad exonerationem conscientiæ, quæ valet etiam parte absente, & probat crimen, vt puta, quando quis, præsertim in articulo mortis, fateretur se vsuram commisisse, aliquid in depositum habuisse, aut quid simile Bald. in l. 1. num. 3. C. de fals. cau. adiect. lega. Maran. in Spec. tit. de confess. n. 36. Foller. in Pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 38. Mascard. qui alios refert, de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 25. & seqq. vbi dat duas declarationes; prima est, vt procedat de iure canonico, & de illius æquitate, ac etiam in foro pœnitentiali, secus de iure ciuili: secunda est, dummodo talis confessio sit specifica, ac in ea enumerentur personæ, à quibus extorsit pecunias per vsuram, secus si simpliciter dixisset, se vsuram commisisse, & non specificaret, cum quibus, vt ibi per eum, qui concordantes refert, sed ante, Mascar. videas Fely. in c. olim. num. 8. in 7. fallen. extra de rescript. vbi vltra prædictas declarationes, dixit, talem confessionem non valere in vim propriæ confessionis, sed in vim legati, concurrentibus tamē primò, quòd sit iurata: secundò, quòd notarius stipuletur pro parte absente, vel quod ipsa pars sit præsens, & acceptans, & ibi testatur, quòd ita communiter tenetur idem, Fely. in c. de hoc, num. 4. de simon. vbi facit regulam, quòd confessio facta pro exoneratione conscientiæ, puta, dicentis in articulo mortis se vsurarium, præiudicat confitenti in iuditio Ecclesiæ, & fauore animarum. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, post num. 47. vers. quæritur vlterius, de probat. vbi quærit, an talis confessio possit reuocari, & dicit, quòd sic, nisi fuerit facta parte præsente, vel notario pro ea stipulante. Diaz. reg. 125 in 4. fallent, vbi, quod talis confessio operatur contra confitentem restitutionem vsurarum, sed non punitionis criminis. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. nu. 93. vbi, quòd talis confessio dicentis se vsurarium, etiam, quòd in iudicio facta sit, nihil prorsus valet propter eius incertitudinem, & idem repetij, num. 116. Bruno. à Sole in suo compendio, vers. confessio damnati ad mortē, vbi, quòd talis confessio, quòd viuens vsura extorserit, fisco præiudicat, quoad restitutionem vsurarum, licèt sic damnatus sit seruus pœnæ, nec testari possit, nisi fiscus contrarium probauerit ex Bald. Aym. & alijs in locis ibi per eum relatis.

16 LIMITA V. in confessione extraiudiciali facta in publico, & coram multitudine personarum. Tunc enim videtur transire in notorium, & ideò ad condemnandum sufficit. Fely. in c. at si clerici, num. 7. vers. fallen. Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par. 2. num. 33. fol. 321. Gabr. tit. de confess. conclus. 1. num 70 lib. 1. vbi tamen loquitur in confessione facta corā toto populo. Capra in tract. de notor. membro. 1. nu. 39. & seqq. vbi quòd confessio facta coram populo, vel eius maiori parte, aliquo nomine Fisci, vel eo cuius interest acceptante, inducit notorium, si verò nemo confessionem acceptet, tunc talis cōfessio nō inducit notorium, sed solum quandam præsumptionem, & suspicionem sufficientem, tamen ad condemnandum, vt ibi per eum, vbi etiam benè declarat, quòd si confessio facta fuerit non coram populo, vel eius maiore parte, sed coram pluribus, an tunc inducat notorium, & an, & quando sufficiat ad condemnandum. Mascar. qui alios refert de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 35. & lib. 2. conclus. 1002. n. 12. vbi refert, Capram in loco præcitato.

17 Idem si fiat coram sindico repræsentante populum. Fely. in c. at si clerici, num. 7. vers. fallit. 4. de iudic. in c. olim, num. 6. ad finē, extra de rescript. Diaz. reg. 125. in 10. fallen. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 18.

18 LIMITA VI. in confessione extraiuditiali iurata, quam plenè probare, scripsit Foller. in pract. crim. in verbo *& si confitebuntur*, par. 2. nu. 31. ex Ang. & Bal. in l. generaliter. C. de non num. pecun. quos pariter in idem allegat Grammat. decis. 34. post nu. 59. vers. sicut etiam dicimus, & cons. 40. num. 19.

19 Contrarium credo veriùs in criminalibus, quia deficit locus, & iudex, cum talis confessio non fuerit facta coram iudice, nec in tribunali, & tex. allegati, Bald. & Angel. loquuntur in ciuilibus.

20 LIMITA VII. quando agitur de probādo aliquid, quòd in animo consistit. Tunc enim illud benè probatur per confessionem extraiudicialem, secundum Foller. in pract. crim. in verbo, *& si confitebuntur*, par. 2. num. 26. & seq. vbi ex Ang. quem allegat in cons. 10. ponit exemplum in eo, qui effugeret, cum, esset citatus, sed dubitatur, an animo latitandi id effecerit, dicitquè, quòd si probetur confessio extra iudicium facta, quòd animo latitandi aufugerit, talis confessio sufficit ad condemnandum, l. fulcinius. §. quid si latitare. ff. quibus ex caus. in possess. ea. similiter dicit per extraiudicialem confessionem probari, quòd quis ictū balistæ, seù scloppetti emiserit animo nocēdi.

21 Hinc per confessionem extraiudicialem plenè probari crimen hæresis, scripsit Arnal. Albertin. in tract. de agno scen. assert. cathol. & hæret. q. 25. num. 10 & seqq. vbi pluribus probat, & benè exemplificat hanc illationem, & inter alias rationes eam adducit, quia scilicet ea, quæ in animo consistunt, probantur per confessionem extraiudicialem.

22 LIMITA VIII. quando confessio extraiudicialis deducitur in iudicio, tanquàm delictum particulare, & de per se, vt puta, quia clericus de delicto se extollit, & gloriatur, præsertim si talis gloriatio tendat in infamiam alterius, quia tunc talis confessio sufficit ad imponendum aliquam pœnam extra ordinem arbitrio iudicis tex. expressus in c. quam sit graue, de excess. prælat. Spec in tit. de confess. §. nunc videndum, num. 5. vers. vel nisi ex huiusmodi confessione. Ang. in l. 1. num. 6. vers. item sufficiens, & vers. sufficit etiā ff. de confess. Ant. de Butr. in c. at si clerici. num. 28. col. fin. in princ. vers. dic si quæritur, & ibi etiam, Abb. post. num. 14. vers. fatetur tamen, il primo, & num. 16. vers. primo casu. Fely. num. 7. vers. fallit quinto. Bero. num. 134. extra de iudic. Hostien. in c. 2. ad finem. nu. 11. & ibi etiam, Ioan. Andr. num. 10. ad fin. Beliar. num. 10. ad med vers. item refert, Hostien. Butr. num. 21. Card. Zabarel. col. 1. ad med. vers. alij, vt Hostiensis, &c. vbi, quòd hæc conclusio communiter approbatur. Abb. num. 15. extra de confess. Hostien. in c. per inquisitionem, nu. 2. de elect. Abb. in c. olim, num. 9. vers. posset tamen puniri, vbi etiam de materia, & Fely. num. 7. in 6. fallen. extra de rescrip. Abb. in c. de hoc, num. 8. & ibi etiam, Anan. post. num. 4. Marian. num. 9. ad fin. Fely. num. 5. de simon. Mars. in l. de minore, in princ num. 51. ff. de quæst. & in l. eos. nu. 21. ff. de fals. Bellam. decis. 721. licèt confessio in fine. Paris de, Put. de sindic. verbo *tortura*, cap. 3. num. 4 in fine, fol. mihi. 316. Gabriel. Sarayn. ad Matthæ. singul. 13. ad finem additionis, vers. & vide, &c. Diaz. regul 125. in 6. fallen. Franc. Cason. de torment. cap. 18. rubr. de confess. sponta. num. 11. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortur. §. septimum inditium, num. 16. Foller. in pract. crimin. in verbo, *& si confitebuntur*, part. 2. num. 23. Cyrill. in summa crim. rub. 16. de confess. §. 3. sub num. 2. Menoch. de Arbitr. quæst. lib. 2. casu 331. num. 2 & seqq. vbi defendit hanc conclusionem ab impugnationibus. Boerij contrarium sentientis, prout asserit in quæst. 168. in fine. Pract Corrad. in tit de confess. crim num. 10. post nonam ampliationem, fol. mihi 282. colum. 2. in fine. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tortur. reor. num. 8 in fine, vbi alijs relatis testatur de communi. Bertazz. consil. 42. num. 2. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 497. num. 14. & seqq. & conclus. 350. num. 36. & sequen.

SVBLIMITA hanc octauam limitationem, vt talis confessio sufficiat ad condemnandum in pœnam extraordinariam, vt dixi, arbitrio iudicis, non autem in pœnam ordinariam delicti confessati extraiudicialiter, ita probat tex. in d. c. quàm sit graue, vbi presbyter beneficiatus confessus crimen adulterij non deponitur, sed suspenditur, sic expresè declarat Bellamer. in cap. 2. nu. 14. de confess. & est de mente omnium allegatorum supra in limitatione. Anan. in cap. de hoc, post num. 4. de simon.

Vide tamen in hoc Innoc. in cap. per inquisitionem,

num. 2. extra de elect. vbi quòd hæc confessio extraiudicialis sufficit ad priuandum clericum beneficijs, non solũ iam habitis, sed futuris, & reddit rationem, quia scilicet sic crimen confitens incurrit infamiam facti, cuius effectus est abstinere se à beneficijs. l. 3. C. de dignit. quod & idem voluerunt ibi Hostien. num. 4. ad finem, in verbo *indignum*, & num. 5. in fine, vers. quinimo confessio, & nu. 6. Bellam. num. 3. vbi benè comprobat hanc Innocentij opinionem. Butr. col. 3. post med. vers. quandoquè crimẽ iuncto, vers. item hanc pœnam, Card. Zabar. colum. 2. ante med. vers. deinde fecit Innocen. & d. col. 2. in fine, vers. dicit etiam Innocen. nec dissentire videtur. Fely. in c. de hoc, post num. 5. de simon. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 25.

Verùm contra Innocentij opinionem tenuit idem Card. Zabar. in cap. super eo, de elect. ea ratione, quia potest esse, quòd ex tali confessione extraiudiciali non oriatur infamia, sicut præsupponit Innocentius, prout sic se alias tenentem, refert ipse Card. in d. cap. per inquisitionem, colum. 2. post. med. vers. dicit etiam generaliter, & idem etiam voluit ibi Abb. num. 11. dicens, non esse verum, quòd propter solam facti infamiam possit quis beneficijs priuari, sed benè tantum suspenditur, vel ei iniungitur purgatio canonica. Idem Abb. in cap. de hoc, num. 7. in fine, & ibi etiam Marian. num. 10. de simon. & sic non recedas à proposita sublimitatione.

ARGVMENTVM.

Confessio extraiudicialis regulariter sufficit ad torturam, sed quando hoc verum sit, & quando nõ.

SVMMARIVM.

Regula sit, quòd confessio extraiudicialis facit contra confitentem inditium ad torturam, num. 23.

Amplia i. etiam in confessione extraiuditiali minoris, nu. 24. licet contra, num. 25.

Amplia ij. vt confessio extraiudicialis accusatoris ad fauorem accusati, faciat magnum inditium innocentiæ pro ipso accusato, num. 26.

Limita i. quando confessio extraiudicialis fuit reuocata, num. 27. contra num. 28.

Limita ij. in confessione extraiuditiali informi, incerta, generali, indiscreta, & facta sine loco, & tempore, num. 29. contra, num. 30.

Limita iij. in confessione extraiudiciali facta sine causa, num. 31. contra, num. 32.

Limita iiij. in confessione extraiudiciali non verisimili, & non probabili, nu. 33. & num. 35. licet alij contra, num. 34.

Limita v. in confessione emanata calore iracundiæ, num. 36.

Limita vi. in confessione extraiudiciali emanata ioco, per lasciuiam, seu iactantiam, num. 37.

Limita vij. in confessione extraiudiciali emanata metu, minis, vel persuasionibus, num. 38.

Limita viij. in confessione extraiudiciali clerici, quæ non facit inditium ad torturam, nisi præcedat diffamatio, num. 39. & 41. contra, num. 40.

Limita ix. quando de crimine agitur ciuiliter, num. 42.

Limita x. in confessione extraiudiciali incidenter emanata, num. 43.

Limita xi. dummodo confessio sit cõcludenter probata per duos testes idoneos non singulares immo, & rogatos, num. 44. et seqq.

QVÆST. LXXXII. REGVLA II.

23 REGVLA II. sit in hac 82. quæstione, quòd cõfessio extraiudicialis, licèt nõ sufficiat ad condẽnandũ, vt dixi supra in prima regula, benè tamẽ sufficit ad torquendũ, secundum glo. in l. capite quinto, in verbo, *accusatori*, vers. itẽ, & quòd, & ibi Bart. num. 1. Fulgos. num. 4. Ang. num. 6. ff. de adult. Bar. in l. quoniam, vers. veritas est, ff. de his qui notan. infam. Bald. in l. vnica, num. 20. C. de confess. & ibi etiam Paul. de Castro, num. 9. in fine, vers. facta, verò extra iudicium. Angel. in l. 1. num. 6. ff. de confess. Fulgos. in d. l. quoniam, num. 4. & ibi etiam Ang. num. 4. ff. de infam. Ias. in l. magistratibus, num. 4. ff. de iurisdict. omn. iud. Imol. in c. at si clerici, num. 10. & ibi etiam Cardin. Zabar. num. 2. vers. aut criminali. Abb. post num. 16. versic. quæro quem effectum, & versic. primò casu, &c. Aret. num. 35. Felin. num. 5. ad fin. versic. quid autem operetur confessio extraiudicialis, & num. 6. vers. fallit primò. Dec. num. 121. Bero. nu. 22. ad fin. vers. tamen confessio. Mant. num. 29. extra de iudic. Bellam. in c. 2. num. 14. ad fin. de confess. Bald. in c. per inquisitionem, num. 1. in fine, & num. 2. vbi, quòd ita seruatur in practica Assessorum. Butr. ibidem post nu. 28. in prin. & d. num. 28. in fine, vbi loquitur tam in foro ciuili, quam in ecclesiastico, Imol. num. 6. ad med. vbi, quòd
* ita communiter tenetur, extra de elect. Anan. in c. qualiter, & quando, il 2. §. licet autem, num. 4. de accusat. Abb. in c. olim, num. 9. in fin. vers. sed vbi confessio, & ibi etiam, Felyn. num. 2. vers. fallit primo, extra de rescript. Butr. in c. de hoc, num. 13. & ibi, Abb. num. 7. Anan. num. 4. Marian. Socin. post num. 9. Felyn. num. 1. & num. 4. vers. quintò limita, extra de simon. Boer. decis. 90. num. 5. vers. & aduer-
* te. Ferrat. caut. 27. in prin. vbi de communi, Paris de Put. de sindic. verbo *tortura*, cap. 2. num. 1. fol. mihi 316. & in verbo *tortus*, cap. 3. nu. 4. fol. 343. Adden. ad Matthes. sing. 13. vers. tamen in criminalibus. Arnol. sing. 93. incip. volo tibi adducere vnum pulchrum. Ang. de malefac. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, &c. & negauerunt totum*, nu. 4. Tiudar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 2. in fin. vbi, quod
* glo. in d. l. capite quintò, in hoc ab omnibus approbatur, & num. 8. vers. secundò sententia eadem, &c. Pract. Mille, fol. 146. num. 13. in fin. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, num. 19. de probat. Diaz. reg. 125. in prima limitatione. Marsil. in l. de minore, in princ. nu. 48. ff. de quæst. & in l. repeti, post num. 19. vers. aut ipse reus. ff. eodem. & in l. eos, num. 20. vers. alio etiam casu. ff. de fals. & sing. 310. incip. credo te scire, Brunor. de indit. & tortur. par. 1. q. 3. num. 14. & seq. Blanc. de indit. num. 204. & seq.
* vbi de communi. Fran. Cason. de indit. tractat. 8. cap. 3. num. 1. Maran. in Spec. tit. de confess. num. 3. & ibi Zilet. in addit. vbi alijs pluribus concordantibus relatis, testatur de communi. Carer. in pract. in 2. tract. de Indit. & tortur. §. septimum inditium, nu. 1. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 22. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiestat. prob. quæst. 1. num. 26. Boss. in tit. de confess. num. 57. Cyrill. in summa crim. rub. 16. de confess. §. 3. num. 2. Gabr. tit. de confess. conclus. 1. num. 53. lib. 1. vbi alijs relatis testatur de
* magis communi. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. n. 14. & seqq. vbi alios refert, & ratione comprobat, & de arbitr. quæstio. lib. 2. casu 331. num. 1. Villalob. in com-
* mun. opin. littera C. n. 135. vbi de communi. Viu. opin. 138,
* num. 5. vbi de communi. Claud. Battand. regul. crimin, 54. num. 1. vbi crebriori Doctorum sententia. Albertin. in tract. de hæret. quæst. 15. num. 18. Herculan. de negat. num. 197. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. fol. mihi 286. colum. 1. in 24. limitat. Ant. Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortu. teor. num. 8. vbi alijs relatis testatur
* de communi. Clar. in pract. § fin. quæst. 21. vers. confessio extraiudicialis, vbi alijs relatis dicit, quòd ita omnes fatentur. Mascar. qui alios plures adducit concordantes, de probat. lib. 1. conclus. 349. post num. 1. vers. sed quòd tantum, & num. 2. & seqq. & concl. 497. num. 1. & seqq. & conclus. 350. num. 2. versic. in contrarium. vbi alios refert,
* & testatur de communi, & num. 3. & num. 39. vbi propterea, quòd facit semiplenam probationem, & conclus. 347.
* num. 9. vbi testatur de communi, & num. 119. vbi pariter
* alios refert, & testatur de communi, & conclus. 346. nu.
* 6. vbi alijs relatis testatur de communi. Hierony. Lauren. decis. Auinionen. 138. num. 4. vers. immò etiam, vbi de
* cõi. Ludouic. Peguer. decis. criminal. 17. n. 3. Brunor. à Sole in suo comp. versic. confessio facta absente parte vbi alios

alios refert, & testatur de communi. Rom. conf. 8. num. 1. & conf. 373. num. 6. vers. in quibus est expressum, & ibi Mandos. in addit. litte. G. alios plures refert cōcordantes, & conf. 451. num. 2. Grammat. conf. 40. num. 20. Bertazz. conf. 42. num. 2. lib. 1. & conf. 396. num. 6. & conf. 474. nu. 1. lib. 2. vbi etiam de communi.

24 AMPLIA I. propositam secundam regulam, vt procedat non solum in confessione extraiudiciali alicuius maioris, sed etiam in confessione extraiudiciali minoris, quæ si verisimilis sit, facit contra ipsum inditium ad torturam, etiam emanata sine authoritate curatoris. Bald. in l. clarum, num. 4. C. de auth. præstan. Ant. Columb. sing. 15. incip. quando, &c. Marsil. in l. de minore, in prin. nu. 49. ff. de quæst. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. num. 1002. de accusat. Tiraq. de reuocan. donat. in præfat. nu. 41. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 2. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 28. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 22. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortu. reor. nu. 8. vers. quando notabiliter extende. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 497. num. 15.

25 Licèt contra, quòd immò aduersus extraiudicialem cōfessionem detur minori restitutio, sicut aduersus iudicialem faciunt deducta per Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3. cap. 1. tit. de delict. num. 66. ad med. vers. ex quo videtur inferendum.

26 AMPLIA II. vt sicut confessio extraiudicialis facit inditium ad torturam contra reum, qui extraiudicialiter confessus est delictum, Ita etiam confessio extraiudicialis accusatoris, qui puta, dixerit, accusatum non esse delinquentem, facit magnū inditiū, pro ipso, de sua innocentia. Rom. conf. 167. incip. Antonius accusatus col. 2. post nu. 6. vers. quinta præmissis, &c. vbi ponit exemplum de vxore, quæ virum suum de adulterio accusauit, si posteà extraiudicialiter cōfessa est, sic accusasse, non quòd res ita se haberet, talis confessio maximè prodest ad accusati absolutionē, vt ibi per eum, quem referendo, sequitur Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 497. num. 4. vbi dicit hoc dictum Romani esse menti tenēdum, tanquàm non omnibus scribentibus benè notum, quòd, & idem referendo sequuti sunt. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthes. sing. 13. post med. Adden. ad Ang. de malef. in verbo *comparauerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum*, post num. 7. littera C.

27 LIMITA I. hanc eandem secundam regulam non procedere, quando confessio extraiudicialis fuisset reuocata. Tunc enim ex ea non oriri inditium ad torturā, scripserunt Iason. in l. magistratibus, nu. 6. ff. de iurisdict. omn. iud. Rip. in l. admonendi, nu. 156. ff. de iureiuran. Ferrat. caut. 27. vers. tu autem. Bero. in c. at si clerici, num. 140. de iudic. vbi tamen loquitur, quando confessio fuit reuocata re integra, scilicet antequàm fuerit à iudice, vel ab aduersario acceptata, sed simpliciter, quòd confessio extraiudicialis reuocata, non faciat inditium ad torturam plenè probat, & respondet contrarijs rationibus adductis, ibi per Decium, Mant. in d. c. at si clerici, nu. 31. per totū. Fely. in c. olim, nu. 2. vers. secundus, nisi, &c. extr. de rescript. idem Fely. in cap. de hoc, num. 1. vers. limita istam conclusionem. de simon. Gabr. Saray. ad Matthesil. sing. 13. post med. vers. talis tamen confessio. Diaz. reg. 125. in 1. limitatione, vers. sublimita secundo. Marsil. sing. 310. Caret. in pract. in 2. tracta. de indit. & tortur. §. septimum inditiū, num. 7. & in 3. tract. de homicid. §. 11. excusat. &c. nu. 22. & seq. (vbi tamē declarat, dummodo reuocatio fuerit facta incontinenti, & non ex interuallo, & dummodo non fuerit acceptata) Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par. 2. num. 20. & nu. 22. vers. secundo, nisi confessio fuisset reuocata. Cyrill in summa crim. rub. 16. de conf. §. 3. sub nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 25. vbi aliorum, qui contrarium tenent, argumenta leuia dicit Anchar. regien. q. 58. num. 8. par. 1. Villalob. in communi opin. littera, C. n. 135. in fine, vers. nisi reus reuocauerit, Claud. Battand. reg. crim. 54. num. 2. Albertin. in tract. de hæret. quæst. 25. num. 22. Herculan. de negatiua, sub num. 197. videtur de mente Caccheran. in decis. pedemont. 79. num. 25. Pract. Corrad. tit. de confess. crimin. fol. 28. in 7. ampliatione. Rolan. consil. 31. sub num. 17. lib. 3. Bertazz. conf. 396. num. 6. lib. 2. Bursat. conf. 166. num. 22. in fine, lib. 2. relati per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 350. nu. 6. & faciunt pro hac opinione Doctores relati supra, num. 215.

28 Contrarium (& ni fallor verius) quòd confessio extraiudicialis etiam reuocata, faciat inditium ad torturam, tenet Boss. d. tit. de confess. num. 55. vers. veritas est in oppositum, & num. 56. vbi quòd Ias. contrarium asserens pessimè loquitur, & aliter dicere esset ridiculum, & ante Boss. fuit de mente Boer. in decis. 90. num. 9. vbi ea potissimum mouetur ratione, quia si confessus extra iudicialiter perseuerat in eadē cōfessione in iuditio, tunc non est opus tortura, sed condemnatione. Ideò illa cōclusio, quòd confessio extraiudicialis sufficiat ad torturam intelligenda est, qñ reuocatur in iudicio, nō autem qñ ratificatur, & in hāc contrariam opinionem inclinare videtur. Dec. in cap. at si clerici, num. 122. de iudic. Blanc. de indit. num. 209. vbi benè comprobat. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tortur. reor. num. 8. vers. item etiam limita, vbi duobus fundamentis hanc comprobat opinionem, & primam cōtrariam expressè falsam affirmat. Clar. in prac. §. fin. quæst. 21. ver. confessio extraiudicialis. Addo pro hac contraria opinione Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 6. versic. contrarium tamen, & versic. & quòd dictum est, iuncto nu. 7. vbi quòd talis confessio parum refert, vt reuocetur, nisi doceatur de errore, & alijs relatis, ibi testatur de cōmuni. Ludou. Peguer. decis. crim. 17. nu. 4. vers. quam doctrinam. Et faciunt Doctores allegati supra q. 81. nu. 216.

29 LIMITA II. in confessione extraiudiciali informi, & simplici, incerta, generali, seu indiscreta, vt puta facta sine loco, & tempore, quæ nec ad torquendum sufficiet, secundum Parid. de Put. de sindic. verbo *tortura*, capit. 3. nume. 1. & seq. fol. mihi 316. post Bal. in locis per eum relatis, vbi propterea infert, quòd confessio informis, vt quia quis fateatur commisisse homicidium, nihil operatur. Diaz. regu. 125. in prima limitatione, versic. sublimita 4. Marsil. in l. de minore, in princip. nume. 49. in fine. ff. de quæst. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 3. nume. 16. Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. & tortu. §. septimum inditium nume. 5. & 6. Foller. in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 2. nu. 13. fol. 317. Menoch. de præsumption. lib. 1. q. 89. num. 20. Paris. conf. 153. num. 31. ad finem, vers. præterea, tunc lib. 4. Bertazz. conf. 396. num. 9. lib. 2. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 350. nume. 16. & seq. vbi alios refert Ludoui. Peguer. decis. crim. 17. num. 3. & 4. vbi de communi, & faciunt quæ in simili de confessione iudiciali dixi sup. q. 81. num. 31.

30 Verum Boss. in titu. de confess. num. 45. dicit, quòd hæc limitatio non posset obtineri in practica, quia nullus reperitur, qui dum extraiudicialiter fatetur delictum, rem ipsam recenseat à principio vsque ad finem, & in specie, quòd confessio extraiudicialis afficiat confitentem, etiam non expresso loco, & tempore commissi delicti, videtur de mente Tindar. in tract. de testib. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 39. & pro hac contraria opinione facit etiam Alber. in l. quoniam sub num. 1. vers. quidam enim. ff. de infam. vbi dixit, quòd non nocet extraiudicialis confessio, quòd quis homicidium commiserit, non nominata persona occisi, sed benè nocet, quando quis confitetur se occidisse Titium, & sic non videtur requirere loci, & temporis expressionem, sed tantum specificationem personæ occisæ, facit ad idem, quod voluit Ant. de Butr. post Iacob. de Aren. quem allegat in c. at si clerici, num. 28. col. fina. in princip. extr. de iudic. vbi dixit non censeri confessionem extraiudicialem indiscretam, quando in eo continetur certum delictum, & de certa persona, secus si hæc non specificaret confitens, & ita etiam exemplificat Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 13. rubr. de probat. delict. num. 8. vers. & intellige prædictam conclusionem, & Ludou. Peguer. decis. 17. nume. 4. & sic credo veritatem, quòd non sit necesse exprimere in confessione extraiudiciali qualitates loci, & tem-

temporis, ac alias circumstantias delicti, sed solum delictum, & certam personam, in quam delictum fuit commissum, secus si hæc non exprimeretur, & ita pores concordare has contrarias opiniones.

31 LIMITA III. in cõfessione extraiudiciali facta sine causa, quæ pariter non operabitur inditium ad torturam, Iacob. de Aren. in l. quoniam. ff. de infam. prout illum refert. Ant. de Butr. in c. at si clerici, num. 28. col. fina. in princ. vers. Iacobus de Arena, &c. ext. de iudic. refert, & sequitur Abb. ibidem post num. 16. Addo pro hac eadem conclusione. Abb. in d. c. at si clerici, nu. 16. post med. vers. & etiam est necesse, de iudic. Innocen. in c. per inquisitionem, num. 2. vers. & hæc sunt vera, extra de elect. vbi, quòd confessio etiam extraiudicialis debet fieri ex causa expressa, & ibi etiam Bellam. post num. 19. vers. modo in prima inquisitione. Anchar. num. 2. ante finem Card. Zabar. nu. 6. versic. dicit tamen Innocentius. Put. de sindic. verbo *tortura*, cap. 3. sub num. 1. Addendo ad Matthes. sing. 13. post med. additiones. Diaz. reg. 125. in 1. limitatione, vers. sublimita quarto, relati per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 345. num. 2. & faciunt, quæ in simili de confessione iudiciali dixi supra, q. 81. num. 40.

32 Contra, quòd confessio extraiudicialis etiam sine causa afficiat confitentem, videtur voluisse Alberic. in l. quoniam, sub num. 1. versic. & hanc opinionem. ff. de infam. vbi dixit, quòd in realibus, & criminalibus nõ est necessaria expressio causæ in confessione, licèt secus sit in personalibus actionibus, & ita dicit communiter Doctores tenere. Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 39. Mascar. qui alios refert, & de communi testatur, de probat. lib. 1. conclus. 345. num. 2. vers. contrariam tamen. & num. 3. Et pro hac contraria opinione adduci possunt etiam Anton. de Butr. & Abb. in d. c. at si clerici, in locis supra pro prima opinione allegatis, qui dicunt tunc confessionem factam cum causa, quando in ea specificatur certum delictum, & certa persona, & sic non videntur requirere aliam delicti causam, item facit, quòd voluit Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 4. vbi post. Blanc. in tract. de indit. num. 207. dixit confessionem extraiudicialem non operari, nisi etiam quis confiteatur causam delicti, vel aliter de ea constet, & sic non requirit pro necessitate expressionem causæ in confessione, sed benè requirit, vt de causa confessati delicti constet, aliter non constito de causa confessio redditur inuerisimilis, vt per Blãc. d. num. 107. quia cessante causa delicti delictum non præsumitur, vt dixi in tit. de indit. & tortu. q. 52. num. 150 & ista est pura veritas, & ita etiam videtur sentire. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 17. vbi, quòd confessio extraiudicialis ad hoc, vt operetur, debet habere causam p̃existentem, nam sine causa factum quòd non præsumitur, vt ibi per eum, quòd & idem dixit. Viui. opin. 138. num. 7.

33 LIMITA IIII. in confessione extraiudiciali inuerisimili, & non probabili, sicut enim talis confessio si iudicialis sit, non sufficit ad condemnandum, vt dixi supra q. 81. num. 28. ita etiam nec sufficiet ad torquendum, si fuerit extraiudicialis secundum Ias. in l. magistratibus, num. 7. ff. de iurisdict. omn. iud. Paris de Put. de sindic. in verbo *tortura*. cap. 3. num. 2. & 3. folio mihi 316. Tindar. de test. lib. 2. par. 1. cap. 6 num. 1. vers. sed illud arbitror verum, vbi tunc dicit verisimilem confessionem extraiudicialẽ, quando cum ea concurrit fama, vel aliqua alia suspitio, per text. quem allegat in l. quæro. §. fin. ff. de edil. edict. & idem repetijt ibidem d. cap. 6. num. 41. versic. nunc est respondendum. Diaz. reg. 125. in prima limitatione, vers. sublimita quinto. Marsil. in l. repeti. num. 19. ad finem. ff. de quæst. Brun. de indit. & tortur. par. 1. q. 3. num. 14. in fi. Blanc. de indit. num. 56. & nu. 207. Franc. Cason. de indit. tract. 8. cap. 1. no. 1. Carer in pract. in 2. tracta. de indit. & tortur. §. septimum inditium post num. 7. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 1. post med. vers. limitatur etiam. Foler. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. nu. 5. fol. 316. vbi, quòd talis confessio debet esse verisimilis respectu loci, temporis, ac aliarum circumstantiarum, aliàs non sufficit ad torturam, licèt aliqui minus docti iudices aliter faciant, vt ibi per eum d. num. 5. & nu. 7. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 17. Viui. opin. 138. nu. 7. Claud. Battand. reg. crim. 54. nu. 7. Prac. Corrad. tit. de confess. crim. fol. 286. in 24. limitatione. Bertaz. cõs. 396. nu. 9. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 350. num. 18. & seq. vbi alios refert.

34 Contra hanc limitationem faciunt tradita per Tindar. in tract. de testib. lib. 2. par. 1. c. 6. num. 5. in fine. vers. aut simile, &c. est confessio, iuncto num. 28. & seqq. & nu. 43. quibus locis videtur concludere, quòd confessio extraiudicialis facit inditium ad torturam, etiam sine alijs verisimilibus. Et propterea de eadẽ limitatione dubitat. Dec. in l. magistratibus, nu. 10. ad finem. vers. sed aduertendum est. ff. de iurisdict. omn. iud. ea ratione motus, quia Doctores loquentes de confessione inuerisimili, intelligunt de confessione iudiciali ad condemnandum, non autẽ de extraiudiciali ad inditium, & ad torquendum, quod totum arbitrio iudicis pendet, vt ibi per eum.

35 Verum ijs non obstantibus, non recedas à proposita limitatione, quæ, vt vides magis communiter recepta est: & labitur, Dec. quia Doctores præallegati loquuntur in specie in confessione extraiudiciali. Et ratio inuerisimilitudinis vrget, & militat, non minus in confessione extraiudiciali, ac in iudiciali. Nec Tindari conclusio aduersatur prædictæ limitationi, quia iam bene fateor, quòd confessio extraiudicialis etiam sine alijs verisimilibus, & coniecturis facit inditium ad torturam. Sed quòd idem operetur, si inuerisimilis sit, hoc non dicit Tindarus. Et sic possunt benè stare, quòd confessio extra iuditialis nõ coadiuuetur alijs verisimilibus. Et tñ non per hoc sit inuerisimilis. Immò qñ confessio extraiuditialis est adminiculata alijs verisimilitudinibus, & coniecturis, tunc non solum sufficit ad grauius torquendum, sed etiam dubitant Doctores, an sufficiat ad condemnandum, vt dixi sup. hac eadem quæst. num. 28. & seq.

36 LIMITA V. in confessione emanata in calore iracundiæ, quæ sicut si iudicialis sit, non sufficit ad condemnandum, vt dixi supra, q. 81. num. 56. ita etiam nec facit inditium ad torturam, si extraiuditialis fuerit, secundũ Dec. in l. magistratibus, num. 12. ff. de iurisdict. omn. iud. vbi etiam, quòd iudicis arbitrio remittitur, qualis debeat esse ista iracũdia. Abb. in c. at si clerici, num. 15. Dec. num. 125. vbi benè comprobat. & alios refert Bero. sub nu. 131. vbi tamen, quòd iracundia est probanda per confitentem. Mant. num. 27. vbi etiam benè comprobat, extra de iudic. August. ad Ang. de malef. in verbo. *nec non ad denuntiationem*, num. 21. vers. limito tamen istam communem, &c. Franc. Cason. de indit. tracta. 8. cap. 3. nu. 2. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum, nu. 19. Foller. in pract. crimin. verbo, *& si confitebuntur*, par. 2. num. 10. fol. 317. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. n. 19. in fi. Bertazz. cons. 396. nume. 10. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 350. nu. 20. & seqq. vbi exornat hanc limitationem.

37 Idem in confessione extraiuditiali ioco, vel per lasciuiam emanata. Foller. d. verbo. *& si confitebuntur*, par. 2. eodem, num. 10. fol. 317. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. nu. 19. vbi alios refert Bertazz. cons. 396. num. 11. lib. 2. de confessione iactationis, & variæ gloriæ causa emanata, vt sæpius faciunt plures.

38 LIMITA VI. in confessione extraiudiciali extorta per metum, per minas, vel persuasionibus aduersarij, vel veri delinquentis, vt se ab inditijs contra ipsum existentibus exoneraret. Talis enim confessio non facit contra confitentem inditium ad torturam, secundum Foller. in pract. crim. in verbo *& si confitebuntur*. par. 2. num. 9. Et vide in simili, quæ dixi in materia exculpationis, dixi in tit. de indit. & tort. q. 43. num. 23.

39 LIMITA VII. in confessione extraiudiciali facta à clerico, quæ non facit contra ipsum inditium ad torturam, nisi idem clericus fuerit infamatus de delicto, de quo inquiritur, secundum Fely. in cap. at si clerici, nu. 5. col. 5. in princ. vers. tamen ego teneo, & num. 6. versic. tertio restringe, vbi tñ non se firmat, Dec. n. 126. vbi testatur de cõi opinione. Bero. num. 141. Mant. num. 31. ad finem,

nem, in 4. limitatione, extr. de iudic. Felyn. in c. olim, nu. 2. vers. tertius casus de rescrip. in cap. de hoc, num. 2. vers. sic. secūda, limitatione, verbo sublimita 3. vbi alios refert, Carer. in pract. in 2. tracta. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 11. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 1. vers. debet etiam concurrere, & par. 2. num. 22. in fine in tertia limitatione. Mascard. qui plures refert concordantes de probat. lib. 1. conclu. 350. num. 12. & num. 14. vbi ampliat etiam quòd contra clericum, vltra confessionem extraiudicialem adessent mille inditia, quibus adde Doctores allegatos in tit. de indit. & tortu. q. 41. num. 6. qui maximè hanc limitationē comprobat.

40 Contra, quòd non requiratur ista infamatio, omnes Doctores sentire testari videtur idem Fely. in c. at si clerici, sub num. 6. vers. cuius tamen contrarium, extra de iudic. (vbi tamen cogitandum relinquit) nec dissentire videtur. Dec. sibi contrarius ibidem num. 114. & ibi in addit. littera D, vbi quòd ita obseruatur, & alij ibi referuntur concordantes, & faciunt Doctores allegati, d. quæst. 41. num. 7.

41 Dic primam opinionem veriorem, declaratam tamen prout declaraui in d. q. 41. num. 8. & seqq. vbi vide.

42 LIMITA VIII. quando de crimine agitur ciuiliter, quia tunc confessio extraiudicialis, siuè etiam facta coram iudice incompetenti non facit contra confitentem inditium ad torturam, secundum Abb. in c. at si clerici, num. 15. vers. item limito, & ibi etiam Aret. num. 27. ad finem, vers. quam tamen limitat singulariter. Fely. num. 6. vers. restringe, nisi Dec. num. 123. & seq. vbi tamen limitat in casu, cap. 1. de deposit. in quo casu ciuilis habet crimen annexum, ideò infertur tortura etiam, quòd ciuiliter agatur, vt ibi per eum, & ibidem per Mant. num. 28. vers. & tenendo sic, & dixi suo loco, extra de iudic. Mascard. de probat. lib. 4. conclus. 350. num. 15. & aduerte, quòd licèt Dec. & Bero. in d. cap. at si clerici, dubitent de hac limitatione, & doctrina Abbatis, & ratione, quia, scilicet si in criminalibus, in quibus clariores requiruntur probationes, confessio extraiudicialis facit inditium, multo magis debet facere inditium, quando de crimine ciuiliter agitur, quo casu confessio magis nocet, quàm in criminalibus. Non tamen per hoc ab ea recedas, quia non negamus, quòd talis confessio de sui natura non faciat inditium, quando ex tali inditio tunc non deuenitur ad torturam ex natura causæ, quia scilicet, vt suo loco dictū est, quando ciuiliter agitur tortura non potest inferri. Et hæc fuit mens, & ratio Abbatis, & propositæ limitationis, & in specie respondet Mant. in d. c. at si clerici, num. 27. vbi pro hac limitatione dicit esse tex. secundum communem intellectum in cap. olim. de rescrip. & ibi hoc notāt But. num. 18. & seq. Abb. num. 9. in fine, vers. hic autem. Fely. num. 2. vers. primus, vbi Diaz. reg. 125. in prima limitat. vers. sublimita 1. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 10. Foller. in pract. crimin. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 22. vers. primo, vbi agitur, &c.

43 LIMITA in confessione extraiudiciali incidenter ad alium effectum emanata, quæ pariter non facit inditium ad torturam, vt dixi supra q. 81. num. 228. hic non repeto.

44 LIMITA X. regulam procedere, dummodo extraiudicialis confessio sit concludenter probata, aliter secus secundum Bero. in cap. at si clerici, num. 135. vers. requiritur etiam, de indic. & num. 136. vbi ad id allegat tex. in c. fina. extr. de success. ab intest. & num. 137. vbi eam reddit rationem, quia scilicet, quodlibet inditium remotum debet probari per duos testes. Franc. Cason. de indit. tract. 8. cap. 3. num. 1. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 1. fol. 316. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 21. Viui. opin. 138. num. 6. Albertin. in tractat. de hæret. q. 25. num. 19. dec. Pedemont. 79. num. 29. Paris. cons. 133. num. 27. & seqq. lib. 4. Bertaz. cons. 159. num. 1. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 497. num. 17. post Bar. & Alex. in locis per eum relatis, ex quibus ita communiter à Doctoribus receptum esse dubitādum non est. Quamuis contrarium videatur sensisse Iodoc. in pract. crimin. cap. 10. num. 19. & cap. 36. num. 21.

45 AMPLIA I. hanc x. limitationem, vt testes probantes hanc confessionem extraiudicialem debeant esse contestes, nec singulares sufficiant, prout dixi in tract. de testib. q. 64. num. 145. quibus adde Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. septimum inditium, num. 8. Foller. dict. verbo *& si confitebuntur*. par. 2. num. 2. Viui. d. opin. 138. numer. 6. Burs. cons. 166. num. 20. & seq. lib. 2. vbi de comm.

46 AMPLIA II. eandem x. limitationem, vt testes probantes extraiudicialem confessionem debeant esse idonei, & legales, secundum Bero. in c. at si clerici, num. 137. extr. de iudic.

47 AMPLIA III. vt immò testes deponentes super extraiudiciali confessione debeant esse rogati, nec sufficit, quòd fortuiti audiuerint secundum glo. in cap. de his, in verbo *audiuerunt*, vers. & generaliter. 3. q. 9. per quam glosam hoc esse mirabile dictum ad elidendum inditium, resultans ex confessione extraiudiciali, dixit Bero. in c. at si clerici, num. 136. de iudic. & ab ea ipse minimè recedere videtur, quando agitur de graui præiudicio, vt pura in criminalibus ad torquendum, & in ciuilibus ad condemnandum. Nec huic limitationi contradictorem reperio, quamuis apud nos à iudicibus in practica non reperiatur.

ARGVMENTVM.

Confessio emanata in tortura sine legitimis præcedentibus inditijs non valet: Quando hæc conclusio vera sit; Et quando præsumatur tortura, & quot modis probetur.

SVMMARIVM.

Regula sit, quòd confessio per torturam extorta inditijs non præcedentibus est nulla, & non sufficit ad condemnandum, num. 1.

Amplia i. etiam in confessione iurata, num. 2.

Amplia ij. etiam in confessione emanata coram iudice habente liberum, & absolutum arbitrium, num. 3.

Amplia iij. vt nec conualidetur perueniente inditia, num. 4. declara ampliationem, vt num. 5.

Amplia iiij. etiam in crimine læsæ maiestatis, & alijs exceptis, & atrocissimis delictis, num. 6.

Amplia v. vt multo magis, quando reus protestatur in tortura, vel ante, quòd si quid fatebitur erit propter indebitam torturam, & illius dolorem, num. 7.

Amplia vi. vt talis confessio nec etiam noceat alijs nominatis nu. 8.

Amplia vij. etiam in confessione ratificata, num. 9. licèt alij contra num. 10.

Amplia viij. etiam in confessione verificata per inspectionem oculorum, num. 11. Declara ampliationem, vt num. 12. & 13.

Amplia ix. vt non solum non valeat confessio, sed nec etiam valeant omnia inde sequuta, num. 14.

Amplia x. vt talis confessio extorta sine inditijs non faciat nouum inditium ad torturam, num. 15. & 16.

Limita i. in confessione hominis robusti, & leuiter torti, num. 17. contra num. 18.

Limita ij. in publicis latronibus, & diffamatis viarum crassatoribus num. 19.

Limita iij. quando confessio fuit ratificata coram alio indice, qui vim non intulit, num. 20. contra num. 21.

Tortura non præsumitur, ideò probanda, num. 22. contra num. 23.

Tortura præsumitur illata, quando in processu non apparent inditia, vt iudex qui extorsit confessionem, erat malæ qualitatis, & solitus torquere sine inditijs, num. 24.

Testibus deponentibus de tortura, & de confessione per torturam emanata, magis creditur, quàm deponentibus de confessione spontanea, num. 25.

Tortura est difficilis probationis, ideò probatur coniecturis, num. 26.

26. *Declara, vt num. 31.*
Tortura probatur per famam, num. 27.
Tortura probatur per clamorem, & gemitum, num. 28.
Tortura probatur per signa ligatura, & stigmata, num. 29.
Tortura probatur per domesticos, & familiares, num. 30.

QVÆSTIO LXXXIII. CAP. I.

1 REGVLA fit, quòd confessio extorta à iudice per torturam sinè inditiis, vel cum inditiis, sed non legitimis, aut ad torturam non sufficientibus, non valet, nec confitenti præiudicat, tex. est ferè ad litteram, in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. dum dicit, diuus Seuerus *rescripsit confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.* glo. in l. penul. in prin. & ibi Bar. num. 1. vers. secundo modo. ff. de quęst. Felyn in c. at si clerici, num. 1. vers. 7. limita. Dec. nu. 37. vbi alios refert concordantes. Bero. num. 49. & 57. extr. de iudic. Felyn. in c. qualiter, & quando, il secondo. §. licèt autem, nume. 13. de accusat. Paris. de sind. verbo *tortus*, c. 1. nu. 4. vers. in tortura, fol. mihi 332. Rom. sing. 132. incip. tu habes. Matthes. sing. 55. incip. nota, quòd quotiescunque. Practica Milles. fol. 105. num. 33. & seq. & fol. 118 num. 13. Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 42. & seqq. vbi latè, & ibi num. 48. ponit, an sententia lata vigore dictę confessionis sit nulla ipso iure. Blanch. de indit. nu. 221. Franc. Cason. de tormen. cap. 5. rub. de non torquen. sinè indit. num. 3. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. nu. 28. Boer. decis. 90. num. 10. Carer. in pract. in primo tracta. de appella. §. tertius casus, num. 11. & seqq. & in 2. tract. de indit. &c. §. circa quartum. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. rubr. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 1. nu. 22. & seqq. Boss. in tit. de confess. per tortu. num. 1. & post numer. 17. Monticell. reg. 18. num. 1. vbi alios refert, & num. 4. Franc. Personal. de indit. & tortu. num. 67. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 385. num. 5. lib. 3. Brunor. à Sole in suo compendio, vers. confessio facta per torturam, vbi alijs relatis testatur de communi. Marsil. cons. 14. num. 19. in fine. Gramm. consil. 15. num. 10. & cons. 40. num. 12. in fine, & seq. & voto 6. num. 9. & seq. & num. 12. Roland. cons. 12. num. 90. lib. 3. Vulpell. cons. 21. num. 6. Brunor. à Sole in suo cons. crimin. num. 159. in fine, & seq. Fra. Becc. cons. 70. post num. 6. Bertazz. cons. 28. nu. 1. & cons. 34. num. 7. & cons. 116. num. 25. & cons. 117. num. 1. & cons. 214. num. 4. lib. 1. & cons. 427. num. 9. lib. 2. Et pro hac regula faciunt Doctores allegati in tit. de indit. & tortur. quæst. 37. num. 1. vbi pluribus probant, torturam inferri non posse legitimis non pręcedentibus inditiis.

2 AMPLIA I. propositam regulam, vt procedat etiam in confessione iurata. Marsil. in l. quæstionis, num. 67. & pluribus seqq. ff. de quæst. vbi latè relatis, & reprobatis contrarijs hanc defendit ampliationem. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 1. num. 31. Monticell. reg. crim. 18. num. 6. Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing. 55. nota quòd quotiescunquè, vers. & an talis confessio. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 3. vbi alij plures referuntur concordantes. Bertazz. cons. 341. num. 19. lib. 2. Rolan. cons. 12. num. 92. lib. 3. Brunor. à Sole in suo cons. crim sub nu. 183. idem Bertaz. cons. 39. num. 8. & cons. 61. num. 4. lib. 1. & cons. 449. num. 5. lib. 2. Bursat. cons. 201. num. 24. lib. 2. Et est de mente omnium Doctorum allegatorum in præcedenti num. 1. Honded. cons. 108. num. 20. & num. 32. vbi quòd hæc conclusio est ab omnibus approbata.

3 AMPLIA II. etiam in confessione emanata coram Iudice habente liberum, & absolutum arbitrium in procedendo. Dec. in cap. at si clerici, num. 38. de iudic. Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing. 55. nota quòd quotiescunquè, vers. amplia etiam. Marsil. in l. quæstionis, nu. 27. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. num. 3. Boss. in tit. de confess. per tortu. num. 6. in fine, vers. & procedit hæc conclusio. Monticell. reg. crim. 18. num. 5. Marsil. cons. 14. num. 20. vers. & idem etiam dicendum est & cons. 46. num. 14. in fine Bertazz. cons. 341. num. 20. lib. 2. Roland. cons. 12. num. 95. lib. 3. Idem Bertazz. cons. 61. num. 7. lib. 1. & cons. 449. num. 6. lib. 2. Bursat. cons. 201. num. 42. lib. 2. Et faciunt pro hac ampliatione Doctores allegati in tit. de indit. & tortu. quæst. 37. num. 21. & seqq.

4 AMPLIA III. vt confessio extorta sinè legitimis inditiis non conualidetur per superuenientia inditia. Alber. in l. maritus, num. 4. ff. de quæst. vbi quòd ita tenent communiter Doctores, & Aduocati. Alex. in l. qui in aliena. §. celsus, num. 12. in fine. ff. de acquir. hæred. Felyn. in cap. at si clerici, n. 1. in fine, vers. & dicas, Dec. nu. 38. in fine. Bero. num. 58. de iudic. Marian. in c. qualiter, & quando, il secondo, num. 105. de accusat. Paris. de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. num. 13. fol. 333. col. 2. ad med. & num. 41. fol. 336. col 4. Roman. cons. 167. Antonius accusatus, nu. 6. & ibi Mandos. in addit. littera D, Corn. cons. 134. num. 4. lib. 4. idem Rom. sing. 132. incip. tu habes. Marsil. in l. quæstionis, num. 13. & seqq. ff. de quæst. & ibidem num. 35. & seqq. vbi pluribus hanc probat opinionem, & respondet contrariis, & in practica §. secunda quæstio num. 3. & seqq. Brun. de indit. par. 2. quęst. 6. num. 8. Franc. Cas. in tract. de tormen. cap. 5. rub. de non torquen. sinè indit. num. 4. Neuizz. in silua lib. 1. cap. 2. num. 65. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. num. 32. Iodoc. in pract. crim. cap. 34. num. 30. Gig. de crim. læs. maiest. titu. quom. & per quos crim. lęs. maiestatis, prob. q. 1. nu. 30. Boss. in tit. de confess. per tortu. num. 6. in fine, vers. & procedit hæc conclusio. Viu. opin. 139. num. 2. Clar. in pract. §. fin. q. 55. vers. si verò confessio, in fin. & q. 64. versic. dixi etiam, vbi alijs relatis testatur de communi. Monticell. regu. crim. 18. num. 15. Mascar. qui alios referr de probat. lib. 3. conclu. 1385. num. 6. Hieron. Laurent. decis. Auinionen. 138. num. 2. Franc. Personal. de indit. & tortur. num. 68. & seq. vbi de communi. Brunor. à Sole in suo compend. vers. confessio habita in tortura, vbi alijs relatis, testatur de communi, & consulendo hāc ampliationem sequuti sunt Bald. cons. 479. tres sunt casus nu. 1. lib. 5. Rom. cons. 167. nu. 6. & ibi Mandos. littera D. vbi alios refert Marsil. consil. 46. num. 16. Grammat. consil. 21. num. 10. & voto 6. nume. 11. Bertazz. cons. 341 num. 19. lib. 2. Rolan. cons. 12 nume. 93. lib. 3. Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 187. & nu. 189. Franc. Becc. cons. 70. post num. 5. idem Bertazz. cons. 8 nu. 50. & cons. 39. num. 9. & cons. 40. num. 5. in fine, & cons. 61. num. 6. & cons. 162. num. 6. Bursat. cons. 201. num. 41. lib. 2. vbi de communi. Honded. cons. 108. nu. 35. vbi etiam de communi.

5 LIMITA hanc tertiam ampliationem (sed ego limitationem non credo veram, cum videatur contra mentem omnium Doctorum proximè allegatorum) non procedere, quando inditium superueniens esset confessio extraiudicialis ante torturam illatam. Nam ex ea conualidatur confessio emanata in tortura, non legitimis præcedētibus inditijs, si credendum est Marsil. in l. quæstionis, nu. 66. ff. de quæst. & in l. eos, nu. 20. ff. de fals. quem refert, & sequitur Monticell. reg. crim. 18. nu. 16. & nu. 21. qui & in idem allegat Grammat. cons. 40. num. 20. nec dissentire videtur Baiard. in addit. ad Clar. q. 64. nu. 30.

6 AMPLIA IIII. etiam in crim. læs. maiest. & alijs exceptis, & atrocissimis delictis. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*. par. 3. num. 2. & idem repetijt ibidem nu me. 38. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 1. num. 17. Viui. opin. 139. num. 5. Monticell. reg. crim. 18. num. 12. Franc. Personal. in tract. de indit. & tortu. post num. 68. Marsil. cons. 14. nu. 20. Rolan. cons. 3. nu. 55. & cons. 12. num. 94. lib. 3. Brunor. à Sole in suo cons. crim. nu. 160. vers. quòd ne dum, & num. 187. ad finem. Bertazz. cons. 8. num. 49. & cons. 28. nu. 2. & cons. 39. num. 8. & cons. 61. num. 5. lib. 1. & cons. 449. num. 5. lib. 2. Bursat. cons. 201. nu. 41. vers. quòd procedit etiam lib. 2. Vide, quæ dixi in tit. de indit. & tort. q. 37. nu. 79. & seqq. Honded. cons. 108. nu. 36. & seqq.

7 AMPLIA & multò magis, quando reus ante torturā, vel in ipsa tortura protestatur, quòd non potest tormenta suffer-

sufferre, & quòd propterea, si quid fatebitur non erit secundum veritatem, sed metu, ac dolore tormentorum. Talis enim protestatio valde iuuat confitentẽ, quando inditia non præcesserunt, secus si præcesserunt, ita colligitur ex trad. per Fulgos. in l. qui in aliena. §. Celsus, num. 8 & sequen. ff. de acquiren. hæred. vbi præsertim, quando tormẽta sunt maxima, & excessiua. Honded. cons. 108. post num. 42.

8 AMPLIA VI. & multò magis, vt confessio extorta sine inditiis non solum non noceat confitenti, sed nec alijs nominatis. Cater. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius casus, num. 12. & in 2. tract. de indit. & c. §. circa quartum, num. 2. in fine, & faciunt pro hac ampliatione, quæ dixi de indit. & tortu. q. 43. nu. 193. & seq. & in tract. de testib. q. 79. num. 73. & seqq.

9 AMPLIA VII. vt confessio emanata in tortura sine inditiis non valeat, etiam ratificata, & geminata. Bar. in l. pen. num. 1. vers. & ita intelligo, ff. de quæst. Alber. in l. 1. §. Antoninus Seuerus, num. 2. ff. eodem. Ang. in l. qui in aliena. §. celsus, num. 3. & ibi etiam Imol. num. 3. in fin. vers. & tene menti. Paul. de Cast. num. 7. in fine. Alex. num. 11. vers. quoad secundum, & d. num. 11. vbi reprobatis Bal. & aliis contrarium tenentibus, testatur de magis communi opinione, & quòd ita pluries vidit seruari in pract. Aret. num. 10. vers. primo casu. Ias. num. 37. & seqq. vbi pariter reprobato Bal. contradicente, testatur de communi, ff. de acquir. hæred. Felv. in c. at si clerici, num. 1. vers. septimò limita, & ibi etiam Bero. num. 49. & 57. & seq. vbi testatur de veriori, & æquiori opinione, reprobato Bald. contrarium tenente de iudic. idem Fel. in c. qualiter, & quando, il 2. §. licèt autem, num. 13. de accusat. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, post num. 9. Mars. in l. 1. in prin. num. 32. & in §. diuus Seuerus, num. 10. ff. de quæst. & in l. quæstionis, num. 13. & seqq. ff. eodem, vbi latè comprobat, & testatur se ita Bononiæ bis obtinuisse, & duos homines à pœna mortis saluasse. Paris de Put. de synd. verbo *tortura*, cap. 9. sub num. 1. fol. 320. & verbo *tortus* c. 1. n. 3. & n. 40. fol. 336. col. 3. & verbo *tortus*, c. 7. nu. 5. in fine, fol. 348. col. 4. in fin. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 36. & ibi August. in addit. vbi reprobata Baldi contraria opinione, hanc conclusionem benè cõprobat, testaturq; se ita aliàs obtinuisse Romę in primo anno, quo fuit creatus aduocatus consistorialis ad fauorem cuiusdam de Arimino, qui & ipse vocabatur Augustinus, idem Ang. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum*, num. 16. Gandin. in tit. de quęst. & torment. nu. 26. Matthes. sing. 55. incip. nota, quòd quotiescumquè, & ibi Gabr. Sarav. in addit. vbi de communi. Pract. Millef. fo. 107. num. 12. Gramma. cons. 45. num. 39. Marsil. in pract. §. postquàm, num. 2. Ludoui. Bologni. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tortu. num. 29. idem Guido de Suzzar. ibidem num. 70. Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 24. & seqq. vbi benè comprobat, & reprobat Bald. contrarium tenentem, & q. 6. num. 3. vbi quod communis opinio est contra Bal. & miratur de eo, quòd isto casu ita insipidè contra morem suum loquutus fuerit, & d. q. 6. num. 9. Franc. Cason. in tract. de tormen. cap. 18. rub. de confess. spontan. num. 6. in fine, & cap. 21. rub. de confess. ratifican. nu. 4. Bal. in tract. de quęst. & tormen. cap. 2. num. 9. Cater. in pract. in primo tract. de appell. §. tertius casus, num. 21. & seq. & in secundo tract. de indit. & tortu. §. in tex. ibi formidine torment. & n. 12. & §. circa 4. n. 2. & §. circa sept. post nu. 2. vers. & licet, Bal. vbi quòd contra Baldum communiter tenetur Foller. in pract. verbo, *& si confitebuntur*, par. 3. num. 1. & seq. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. num. 28. in fi. Gig. de crim. lęs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crimin. læs. maiest. probet. q. 1. num. 22. & seqq. Boss. in tit. de confess. per tortu. sub num. 1. & num. 5. & num. 8. vers. quasi pręcedebant, vbi ampliat, etiam quòd fuissent centum perseuerantia. Villalob. in commun. opin. littera C, num. 151. vbi de communi. Viui. opin. 139. num. 1. vbi aliis relatis testatur etiam de communi. Franc. Marc. decis. 60. nu. 11. par. 2. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. fol. mihi 185. col. 2. in 21. limitatione, vbi de communi, & tit. de inquisit. num. 31. vers. & præmissis, adde fol. 256. Ant. Gomez. var. resolut. tomo 3. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 25. vbi de vera, & communi opinione, & quòd ab ea, nec in iudicando, nec in consulendo recedendum est. Clar. in prac. §. fin. q. 55. vers. si verò confessio, vbi alios refert concordantes, reprobatisq; contrariis, hanc dicit magis communem: relati per Monticell. reg. 18. num. 2. Mascar. de prob. lib. 1. concl. 353. num. 3. & seq. vbi concordantes referuntur Hieron. Lauren. decis. Auenionen. num. 15. Brunor. à Sole in suo compendio, vers. confessio facta per torturam, vbi aliis relatis testatur de communi, & vers. & confessio rei torti. Rom. cons. 167. num. 5. & ibi Mandos. in addit. littera B. vbi plures alios refert concordantes, & testatur de communi. Marsil. cons. 14. num. 4. & cons. 22. num. 8. & cons. 29. num. 28. & consil. 46. num. 16. Gramm. cons. 15. num. 11. & cons. 21. num. 20. & seqq. & cons. 40. num. 13. & voto 6. num. 7. & num. 10. in fine, & num. 13. Bertazz. cõs. 341. num. 19. lib. 2. vbi alios plures refert concordantes, & num. 4 & seqq. vbi quòd contra Bal. & sequaces, qui contrariam defendunt opinionem est communis Doctorum sententia, & ibi alios refert, dicens insuper, quòd si aliter diceremus, sequeretur magnum absurdum, quòd omnis iudex extorqueret confessionem per indebitam torturam & posteà faceret eam ratificare, & sic daretur materia delinquendi. Rolan. cons. 3. num. 54. & seq. & cons. 12. num. 91. lib. 3. vbi de communi, & cons. 57. num. 14. lib. 4. Vulp. cons. 34. num. 2. Brunor. à Sole, in suo cons. crim. num. 160. & latiùs num. 182. & pluribus seqq. Franc. Becc. cons. 70. post num. 5. & num. 6. Bertazz. cons. 8. num. 48. & num. 52 & cons. 40. num. 14. & cons. 61. num. 3. & cons. 162. num. 6. & seqq. & cons. 225. num. 21. & seqq. lib. 1. & cons. 449. num. 4. lib. 2. Hippol. Rimin. cons. 88. num. 54. & seqq. vbi etiam de communi, lib. 1. Bursat. cons. 201. num. 18. & seqq. pluribus, vbi latè comprobat, testaturquè de veriori, communiori, & practicata opinione. Honded. consil. 108. num. 33. & seqq. vbi aliis relatis testatur pariter de practica, & & magis communi opinione. Pro qua etiam optimè faciunt, quæ dixi infra, num. 58. vbi videtur eadem materia.

10 Quamuis contrarium, quòd immò confessio expressè ratificata, sustineatur etiam, quod tortura fuerit illata, non legitimis pręcedentibus inditiis, originaliter voluit Bal. in l. vnica, num. 18. in fine, vers. si verò tormenta iuncto, num. 19. C. de confess. vbi expressè dixit, quòd quando inditia non præcedunt, vel si pręcedunt, sunt leuia. Tunc non statur confessioni, nisi confitens in ea perseuerat, & quòd plus subdit etiam, quòd satis dicitur perseuerare si confessionem non reuocet, & hanc Baldi opinionem, sequutus sunt. Paris. de Put. de synd. verbo *tortura*, cap. 9. num. 2. & seqq. fol. 320. vbi latè eam defendit, & verbo *tortus*, cap. 1. num. 40. in fine, fol. 336. col. 4. vers. sed Bald. &c. & cap. 6. post num. 2. vers. & dixit Bald. fol. 347. col. 1. & cap. 8. post num. 6. vers. & circa supradicta. fol. 349. Grammat. cons. 45. num. 44. & decis. 34. num. 58. & num. 60. & cons. 40. num. 15. & 17. & num. 23. & seq. Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing. 55. in fine additionis, vers. & ad prædicta faciunt. Cater. in pract. in primo tractat. de appell. §. tertius casus, num. 16. & in 2. tract. de indit. & tortu. §. in tex. ibi formidine tormentorum, num. 13. & in §. circa quartum, num. 2. ad med. & §. circa septimum num. 2. in fine, vbi licèt supra dixerit, dictum Baldi communiter reprobari, subdit tamen postea illud posse saluari, quando ratificatio est expressa. Tunc enim valet confessio per torturam, extorta etiam sine legitimis inditiis. Monticell. reg. crim. 18. num. 18. & seqq. Mascar. de probar. lib. 1. conclus. 353. num. 9. & num. 31. relati per Bertazz. cons. 341. num. 12. lib. 2.

11 AMPLIA VIII. etiam in confessione verificata per oculorum inspectionem, sicut post Marsil. quem allegat in pract. §. secunda quęstio per totum, voluit etiam Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing. 55. nota quòd quotiescunq; vers. item prędicta adeò vera sunt, vbi ponit exemplum in eo, qui confessus est, tribus vulneribus hominem occidisse, illumq; sepelijsse in horto, in quo facta perquisitione

de

de mandato iudicis, fuit repertum occisi cadauer sic cum tribus vulneribus, prout reus fatebatur confossum, & sepultum. Talis, inquam confessio, etiam sic verificata nō sufficit ad condemnandum, vt vbi per eum, quem etiam consulendo, sequutus fuit Bertazz. cons. 341. num. 21. lib. 2. Brunor. à Sole in suo cons. crim num. 179. idem Bertaz. cons. 8. num. 51. & cons. 40. num. 6. & cons. 161. num. 6. lib. 1. & cons. 449. num. 6. lib. 2.

12 LIMITANDO, seù potius declarando præcedentem ampliationem, aduerte secundum Marsil. in loco præcitato, quòd licèt posset iste reus confessus in extraordinariam pœnam condemnari. Attamen tutius erit illum absolui ab obseruatione iudicij, & deinde nouo inchoato processu ipsum seruatis seruandis condemnari. Et hoc modo, inquit ibi Marsil. delictum confessatum non remanebit impunitum, refert, & sequitur Foller. in pract. crim. in verbo *& si confitebuntur*, par. 3. num. 35.

13 Hæc declaratio Marsilij est multum iudicio meo periculosa, præsertim si causa retractetur coram eodem iudice, qui iam confessionem extorsit sine inditiis. Nam si coram eo reus iste iterum constituatur, constituitur vtiquè coram iudice suspecto, & iniusto, & de cuius iniustitia ex eisdem actis benè liquet, postquàm sine inditiis torturam inflixit, & ideò sicut semel grauauit, semper, & in futurum, quòd grauare paratus sit credendum est. Quare ab eodem iudice processum nouum formari posse, & contra istum sic indebitè tortum, & confessum procedi debere minimè admitto, & crederem etiam, quòd si is ab isto iudice in nouo iudicio iterum interrogatus, iterum etiam spōtè fateretur delictum aliàs confessatum in tortura, quòd nec etiam ex hac confessione sua posset condemnari, per regulā, quòd confessio extorta inditiis non præcedentibus, nō solum non sufficit ad condemnandum, etiam, quòd sit geminata, & millies ratificata, sed etiam omnia inde sequuta sunt nulla ipso iure, vt in proprijs terminis concludit idem Marsil. in pract. §. occurrit ante num. 1. vers. Nam etiam secunda confessio. Verum coram alio, & diuerso iudice, coram quo cessare præsumitur omnis metus, posset forsan prædicta Marsilij declaratio verificari, iuxta ea, quæ idem Marsil. dixit in d. §. occurrit, num. 1. & seqq. & ego etiam dixi infra num. 20. & propterea si coram alio iudice iste reus spontè fateretur, crederem ex hac sua confessione posse condemnari, concurrentibus tamen iis, quæ dixi in d. num. 20. si verò negaret esset vel in pace dimittēdus, vel ad plus in aliquam extraordinariam pœnam condemnandus, non tamen corporalem, & ita teneas pro veritate.

14 AMPLIA IX. vt confessio per torturam sine inditiis extorta, non solum non valeat, sed nec etiam valeant, & nulla sint, ipso iure, omnia inde sequuta, sic enim post alios, quos recensent antiquiores scriptū reliquerunt. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q. 1. num. 33. post Parid. de Puf. & alios ibi per eum allegatos. Pract. Corrad. tit. de confess. crim. fol. mihi 285. col. 2. in fine. in 21. limitatione, vbi de commun. Monticell. reg. crim. 18. num. 7. Bertazz. cons. 341. num. 42. lib. 2. Bertazz. cons. 4 post num. 52. lib. 1. Hippol. Rim. cons. 88. num. 58. lib. 1. Bursat. cons. 201. num. 23. lib. 2. vbi de communiori, & veriori opinione. Honded. cons. 108. num. 32.

15 AMPLIA X. quia, quando confessio est inualida ex eo, quòd fuerit extorta per torturam non præcedentibus inditiis. Tunc ea nec amplius facit inditium ad torturam, nec ita confessus potest amplius torqueri. Bertazzol. cons. 39. num. 10. & Boss. quem allegat in tit. de confess. per tortu. num. 23. voluit dicere num. 22. Honded. cons. 108. num. 34. lib. 1.

16 Sed certè Bossius eo loci loquens in confessione extorta per metum, nullis prorsus præcedentibus inditiis, voluit contrarium, quòd scilicet, talis confessio faciat nouū inditium ad torturam, vt etiam dixi infra num. 66. Ideò crederem, quòd quando confessio fuit per iudicem extorta per torturam inflictam sine inditiis. Tunc ex tali confessione nullum oriatur inditium ad nouam torturam, prout dicunt Bertaz. & Honded. in locis præcitatis, alioquin esset uiam iniquo iudicio aperire, reum sine inditiis torquere, & exinde habita confessione iterum illum torquere, contra ea, quæ communiter tradūt Doctores, quos retuli supra num. 14. & si fatebitur, prout credendum est, postquàm primam torturam sustinere non potuit, ipsum condemnare, quæ omnia sunt absurdissima, & à iure improbata; si verò confessio fuit per iudicem extorta non cum tanta vi, nec cum tortura, sed cum metu, & sine tortura, iuxta ea, quæ posui infra cap. 2. & tunc potest procedere opinio Bossij in loco præcitato, quòd scilicet, faciat nouum inditium ad torturam, licèt ad condemnandum non sufficiat.

17 LIMITA I. in confessione hominis robusti, qui leuiter fuit tortus, valet enim talis confessio, si fuit ratificata, etiam quòd tortura, sine legitimis inditiis inflicta fuerit. Grammat. decis. 34. num. 55. & seqq. vbi latè comprobat, & sub num. 59. testatur ita in facti contingentia fuisse iudicatum per magnam curiam Vicariæ; idem Gramm. cons. 40. post num. 15. & seqq. & voto 6. num. 8. Monticell. reg. crim. 18. num. 17. Franc. Personal. de indit. & tortu. num. 74. & 75. vbi alios refert concordantes, & etiā comprobat hanc conclusionem Claud. ad Bertaz. consil. 161. littera D, in vltima additione. Hippol. Rimin. cons. 88. num. 56. lib. 1. Et faciunt pro hac limitatione, quæ dixi infra, num. 82. vbi amplius, quòd nec isto casu est necessaria ratificatio. Et item faciunt, quæ de confessione metu torturæ, dixi pariter infra num. 65.

18 Contrarium verius est, quando non præcesserunt inditia legitima, nec etiam ad leuiter torquendum, quia tunc absurdum est dicere, quòd possit reus leuiter torqueri, pro vt probaui in tit. de indit. & tortu. q. 37. num. 95. & seqq. hic non repeto. Et aduertatur, quòd Grammat. in dicta decis. 34. sub num. 59. dum testatur ita fuisse iudicatum in magna curia Vicariæ, non intellexit quoad validitatem confessionis, sed quo ad excusandum iudicem, qui sic sine inditiis robustum hominem torsit.

19 LIMITA II. in publicis latronibus, diffamatis, viarum crassatoribus, & similibus, qui cum possint torqueri, etiam non præcedentibus inditiis, prout declaraui in tit. de indit. & torru. quæst. 37. num. 161. & 172. Hoc ideò sub sequens confessio sufficit ad ipsos condemnandum, sicut in specie post Carer. quem allegat, scripsit Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 30.

20 LIMITA III. quando confessio per tormenta, vel metu tormentorum extorta sine inditiis fuerit spontè ratificata coram alio iudice, qui metum non intulit, sufficit enim talis confessio ad condemnandum, & habetur pro spontanea. Gramm. cons. 40. num. 22. in fine, & num. 23. & num. 25. Monticell. reg. crim. 18. num. 22 Gabr. Saray. in addit. ad Matthes sing. 55. nota quòd quotiescunquè, vers. & quid si tortus, vbi in id allegat Marsil. in pract. in §. occurrit, num. 1 & seqq. vbi latè disputat, & tandem sic concludit altero de duobus concurrentibus, vel quòd reus sit persona sagax, & non rudis, vel quòd iudex ipsi dixerit, quòd non timeat de tortura, sed liberè fateatur veritatem, secus si hoc non dixerit, & reus fuerit homo rudis, vel imbecilis, aut mulier, vt ibi per Marsil.

21 Verum hæc distinctio Marsilij non admodum satisfacit Hieron. Lauren. in decis. Auenion. 138. ante num. 1. in narratione facti iuncto num. 4. vers. itaquè cum Ascanius, & num. 5. & 6. vbi testatur in contingenti casu proposita dubitatione, in Rota illa; an confessio metu facta, coram vno iudice, & ratificata coram alio, qui metū non intulit, sed ritè processit, & tertio loco iterum reuocata coram eodem iudice, sub prætextu, quòd primo loco per metum emanauerit, & sic ab infecta radice prouenerit, sufficeret ad illum sic confessum, & confessionem reuocantem condemnandum. An verò saltem ad torquendum testatur inquam, omnes illos Dominos, vno excepto fuisse in voto, quòd nec ad condemnandum, nec ad torquendum sufficiebat. Et propterea stante metu in prima confessione, illato per primum iudicem, fortè etiam istum sic confessum absoluendum, & pro hac opinione adduci et

potest

potest. Idem Marsil. cons. 14. num. 20. in fine, & seq. vbi videtur tenere, quod confessio metu torturę emanata coram vno iudice non reconualidetur per aliam confessionem, seù ratificationem factam coram alio iudice, & reddit rationem, quia metus semper durare præsumitur, donec etiam duret eadem torquendi potestas, licet iudices sint diuersi.

22 LIMITA IV. regulam procedere dummodo tortura probetur, non enim sufficit dicere confessionem emanasse in tortura, nisi illa probetur, quia regulariter non præsumitur. Et sic potius confessio præsumitur spontanea, quàm per torturam. Bald. in l. 1. num. 23. vers. tertio casu. C. de confess. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 16. & seqq. vsque ad num. 21. vbi latè comprobat hanc conclusionem, & dicit ita se habere puram veritatem, licet idem Bal. & & Anchar. quorum dicta refert in locis per eum citatis, contrarium dixerint Boss. in tit. de confess. num. 74. Frãc. Becc. cons. 70. num. 14. vbi Anchatani contrariam opinionem sic simpliciter intellectam nimis absurdam credit. faciunt Doctores allegati, inf. num. 34.

23 Contrà, quòd tortura præsumatur, & quòd confessio præsumatur facta per torturam, quando confitens sic se tortum dicit, videtur voluisse Bal. cons. 479. tres sunt casus, num. 3. lib. 5. quem sequuti sunt, Anchar. in cons. 14. num. 2. & seqq. Paris. de Put. August. de Arimin. Marsil. & alij relati, inf. num. 33. Materia enim videtur eadem Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 40. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1384. num. 6. Franc. Personal. de indit. & tortu. nu. 72. Brunor. à Sole, qui alios refert in suo compendio, vers. confessio delicti præsumitur facta per tormenta. Franc. Becc. cons. 70. num. 4. vbi aliis relatis testatur de communi, & num. 15. vbi hanc Anchatani opinionem videtur admittere, quando reus reuocat confessionem, tanquàm metu torturæ factam. Monticell. reg. crim. 18. num. 23.

24 Primam opinionem credo veriorem, & in iudicando sequendam, pręterquàm quando reus non solùm fuisset cõfessus, nullis pręcedentibus inditiis, sed etiam quando iudex, qui eum examinauit erat malæ qualitatis, & solitus reos torquere sine inditiis ad ea, quæ in simili dixi infra, n. 39. & num. 49. ex hoc enim actu iniusto, & iudicis natura potest pręsumi, confessionem extortam per torturam, etiã quòd de ea non appareat aliter secus. Et hoc modo possunt concordari. Ita latè comprobat Boss. videndus in tit. de confess. num. 74. in fine iuncto, num. 75. & seqq. (vbi tamen sub num. 76. dicit, quòd talis confessio sufficeret potius ad torquendum, quàm ad condemnandum, de quo particulariter dixi infra, num. 66.) Adde ad idẽ Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 20. in fine ibi, nisi ex consuetudine iudicis aliud esset dicendum, &c.

25 SVBLIMITA I. hanc quartam limitationem, vt licèt tortura non præsumatur, nisi probetur; magis tamen creditur duobus testibus deponentibus, quem fuisse confessum per vim, & torturam, quàm deponentibus de spõtanea confessione. Ita videtur de mente Amad. in tract. sindic. num. 178. post Innoc. quem allegat in c. super hoc, de renunciat. Bal. in l. si quis in hoc genus sub num. 4. C. de Episcop. & cleric. vbi amplius, quòd probata tortura impossibile est probare contrarium, & propterea magis creditur testibus pędictis, quàm contrariis, etiam quòd illi contrarij essent plures, vt per Brun. de indit. par. 2. q. 5. nu. 40. in fin. vers. subiungo aliam notabilem quæstionem. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1384. num. 9. & seq.

26 SVBLIMITA II. eandem quartam limitationem, vt cum tortura sit difficilis probationis, ideò præsumptionibus, & coniecturis probatur secundum Bald. in l. si quis in hoc genus, num. 4. vers. credo etiam. C. de Episcop. & cleric. vbi, quòd de istis coniecturis statur arbitrio iudicis, & Bald. sequuti sunt. Paris de Put. de sindic. verbo *tortus*. c. 1. num. 13. ad finem fol. 333. col. 2. in fine, vers. & difficilis est probatio torturæ, Marsil. sing. 1. ad finem, vers. facit etiam. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 5. num. 37. Menoch. de arbit. quęst. lib. 2. casu 116. nu. 19. Boss. in tit. de confess. num. 75. Monticell. reg. crim. 11. num. 10. & seqq. Mascar. qui alios plures refert concordantes, de probat. lib. 3. conclus. 1384. num. 17. & seqq. & facit quòd in simili dixi infra num. 61.

27 Hinc torturam probari per famam scripserunt Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori, num. 17. in fine. ff. de no. oper. nunciat. Amad. de sind. num. 189. in prin. Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 39. Monticell. reg. crim. 18. num. 25. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1384. num. 15.

28 Hinc etiam probari per clamorem, & gemitum auditũ ab iis, qui clamantis, & gementis in loco torturæ notam vocem habebant, scripserunt Bal. in c. at si clerici, num. 6. de iudic. Amad. de sindic. num. 189. Monticell. reg. crim. 18. num. 24. & reg. 11. num. 10. Brun. de indit. part. 2. q. 5. num. 39. vers. item probatur. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1384. num. 12. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. num. 67. vbi quòd isto casu testes de auditu plenè probant torturam, concurrentibus tamen adminiculis, videlicet, clausis ianuis, & his similibus.

29 Et pariter potentem tortura coniecturam esse, quando reus portaret brachia ad collum, & in illis stigmata, & signa ligaturæ apparerent, voluerunt Bar. Paris de Put. & Franc. Cason. in locis relatis per Mascard. de probat. lib. 3. conclu. 1384. num. 13. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 5. post num. 37.

30 Et demum ob difficultatem probationis torturam probari per domesticos, & familiares Potestatis, nec non etiã per carceratos, & consocios rei carcerati, qui dicitur tortus, voluit idem Brun. de indit. & tortu. par. 2. quęst. 5. num. 37. in fin. vers. & hoc fortè, iuncto num. 38. vbi amplius, quòd isto casu domestici, & familiares Potestatis, tanquam verisimiliter informati poterũt cogi, & torqueri: (quòd tu intellige præcedentibus inditiis, & aliis, de quibus dixi in materia torturę testium, & pręsertim, quòd sint domestici in eo loco, in quo prętenditur illatam torturam.) Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1384. nu. 14.

31 LIMITA pręcedentem secundum sublimitationem, volentem torturam probari coniecturis, procedere ad effectum inualidandi confessionem, nõ autem ad effectum condemnandi officialem, quia ad hoc non sufficiunt præsumptiones etiam vehementes, sed requiritur plena probatio. Amad. de sind. num. 189. vers. & pędicta intellige. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 5. num. 37. vers. tu autem dicas, & num. 38. vers. aut quęrimus. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1384. num. 17. & seqq.

ARGVMENTVM.

Confessio metu tormentorum extorta inditijs non præcedentibus, an, & quando confitenti noceat, & ad condemnandum sufficiat: quando dicatur metu tormentorum extorta.

SVMMARIVM.

Confessio metu tormentorum extorta ad condemnandum non sufficit, quia æquiparatur confessioni facta in tormentis, quando nulla pracedunt inditia, nu. 32.

Confessio præsumitur potius facta metu tormẽtorum, quam sponte, num. 33. contrarium verius, num. 34. & seq.

Confessio in carcere emanata, dicitur facta metu tormentorum, num. 37. Contra, nu. 38. Prima opinio posset saluari, quando carceratio fuit decreta, non solum sine inditijs, sed etiam à iudice mala qualitatis, & fama, solitoq; metum, & violentiã inferre, nu. 39. Item posset saluari eadem prima opinio, quando carcer haberet qualitates, de quibus remissiuè, num. 40.

Confessio dicitur facta metu tormentorum, quando est facta in carcere atroci, in qua valde reus pateretur, & cruciaretur, nu. 41.

Confessio dicitur facta metu tormentorum, quando reus detinebatur in carcere, in quo famem, & sitim patiebatur, nu. 42. Idem si in loco, in quo alimenta denegabantur, nu. 43.

Confessio dicitur metu extorta, quando est facta ab eo, qui detinebatur in cippis, cathenis, & manicis ferreis, nu. 44.

Con-

Confeſſio dicitur metu tormentorum extorta ex ſolis minis de torquendo illatis à iudice, nu.45. contra nu.46. declara, vt num.47. Vbi prima opinio verior reputatur præſertim, quando reus eſt perſona non ſagax, ſed timida, & trepida complexionis, prout eſt mulier, d. nu.47. & præſertim etiam, quando minæ de torquendo fuerunt atroces, & vehementes, num.48. & iudex fuerit terribilis, & ſolitus minas exequi, num.49.

Confeſſio dicitur metu tormentorum extorta, quando emanauit poſt decretum de torquendo factum à iudice, num. 50.

Confeſſio dicitur metu tortura extorta. quando quis examinatus fatetur apud tormenta, vel in loco tormentorum, nu.51. contra, nu. 52. Dic quòd minis interuenientibus, prima opinio eſt verior, nu.53. Minis verò non interuenientibus eſt verior ſecunda opinio, quando reus eſt perſona ſagax, & non puſillanimis, ſecus ſi ſit perſona timida. & puſillanimis. nu.54.

Confeſſio dicitur metu tortura extorta, quando eſt facta ab eo, qui eſt ligatus ad torturā, cum minis de torquendo, nu.55. Immò etiam quòd minæ non interueniant, num.56.

Confeſſio dicitur metu tortura extorta, quando eſt facta ab eo, qui de mandato iudicis fuit ſpoliatus, vt torqueretur, num.57.

Confeſſio dicitur metu extorta, etiam quòd metus non fuerit illatus, ſi tamen præcedenti die fuerit illata tortura, num.58. Declara vt, num. 59.

Teſtibus deponentibus de confeſſione extorta per metum, magis creditur, quàm deponentibus de confeſſione ſpontanea, nu.60.

Confeſſio quando dicatur metu tormentorum extorta, iudicis arbitrio remiſſum eſt, num.61.

Confeſſionis metus purgatur per ratificationem, nu 63. contra, num. 64. Et quid ſi ratificatio ſubſequatur coram alio iudice, nu.62.

Confeſſio non dicitur metu extorta in hominibus aſſuefactis tortura, num.65.

Confeſſio metu tormentorum extorta, licèt non ſufficiat ad condemnandum benè tamen ſufficit ad torquendum, nu.66.

QVÆSTIO LXXXIII. CAP. II.

32 REGVLA ſit in hoc ſecundo capite, quòd cōfeſſio facta metu tormentorum æquiparatur factæ in tormentis. Ideò non nocet ſi eam inditia legitima non præceſſerint, text. in l. 1. §. ſi quis vltro, ibi, *nonnunquam etiam, aut metu, &c.* & ibi gloſ. in verbo *nonnunquàm.* ff. de quæſt. facit text. in l. 2. C. quorum appellat. non recip. ibi, *aut formidine tormentorum territus aliquid dixerit*, & ibi glo. in verbo *aliquid*. Bart. in l. 1. num. 10. C. de confeſſ. & ibi etiam Alberic. poſt num. 9. ante med. verſ. quia per metum extorta. Paris de ſindic. verbo *tortus*, cap. 1. poſt num. 27. folio 335. colum. 2. ad med. Pract. Milleſ. fol. 107. num. 6. Marſil. in l. 1. in princ. num. 54. & ſeqq. vbi num. 57. in fine dicit, quòd ita omnes concludunt, & num. 60. & ſeqq. ff. de quæſt. & in pract. crim. § ſecunda quæſtio, num. 31. & ſeqq. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 1. & nu. 2. vbi quòd nec valet conſuetudo in contrarium. Foller. in pract. crim. verbo *& ſi confitebuntur*, par. 3. num. 115. fol. 332. Foller. in pract. crimin. cap. 54. num. 15. & num. 20. Franc. Herculan. in tract. de negatiua, num. 198. in 5. fallen. Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crimin. poſt num. 5. verſ. æquiparatur enim, fol. mihi 281. col. 1. Capra in tract. de notor. mēbro 1. num. 35. Boſſ. in tit. de confeſſ. num. 4. & num. 73. & in tit. de tortu, num. 3. vbi quòd licèt confeſſus formidine tormentorum non dicatur propriè tortus, quia ſine corporis cruciatu, & dolore, quis non dicitur tortus, l. itē apud labeonem. § ad quæſtionē ff. de iniur. l. 1. §. in quæſtionem. ff. ad ſyllanian. Tamen quoad inualiditatem confeſſionis habetur, ac ſi fuiſſet tortus, & dicitur confeſſio metu torturæ emanata. Addo eundem Boſs. in d. tit. de tortu. num. 22. in fine, vbi quòd idem operatur probabilis tormentorum ſuſpitio, quòd ipſa tortura. Monticell. reg. 18. nume 10. Franc. Marc. deciſ. 60. nume. 10. par. 2. Maſcar. de proba. lib. 1. concl. 353. num. 14. & lib. 2. concluſ. 1102. nu. 11. Brunor. à Sole in ſuo compend. verſ. confeſſio facta metu torturæ, vbi alijs relatis teſtatur de communi, & conſulendo tradiderunt. Bal. conſ. 479. Tres ſunt caſus in princ. lib. 5. Marſil. conſ. 14. nu. 5. & nu. 7. & conſ. 29. n. 29 & 30. Gramm. conſil. 65. num. 6. & voto 6. nu. 14. Rolan. conſ. 17. nu. 14. & ſeqq. lib. 3. Brunor. à Sole in ſuo conſ. crimin. nu. 163. Fran. Becc. conſ. 70. num. 5. Bertazz. conſ. 95. num. 10. Burſat. conſ. 201. n. 17. lib. 2. Et faciunt, quæ dixi in titu. de ind. & tortu. q. 37. n. 96. & ſeqq. vbi plura de materia huius regulæ. Hier. Lauren. deciſ. Auinionen. 20. num. 17.

33 AMPLIA I. vt, quando non præcedunt inditia, confeſſio præſumatur potius facta metu tormentorum, quàm ſpontè, ſic enim ſuaderi videtur ex iis, quæ ſcripſi ſupra, num. 23. Et in ſpecie ſcripſerunt etiam Amad. de Sindic. poſt Bal. in loco per eum relato, num. 188. poſt verſic. quinimò dixit Bal. &c. Et faciunt ſcripta per Parid. de Put. de ſind. verbo *tortura*, cap. 4. in fine principij, ante num. 1, fol. mihi 316. colum. 4 vbi etiam dixit, quòd in officiali ſemprer præſumitur terror, & carcerato pro crimine ſemper inſtat metus, & verbo *tortus*, cap. 1. nume. 13. ad finem, fol. 333. colu. 2. verſ. vbi autem dicat, &c. vbi, quòd timor tormentorum præſumitur per locum à communiter accidentibus, eò quia nemo vitam ſuam odio habet, ita vt velit ſpontè confiteri. Et propterea confitens ex ſola confeſſione reuocata, non condemnabitur, vt ibi per eum, & num. 27. verſ. & dixit ibidem Bald. fol. 335. col. 2. poſt med. Et d. verbo *tortus*, cap. 7. num. 11. verſ. ſi tamē curia, &c. & allegat Ancharan. in conſ. 122. viſa inquiſitione, quem in libro meo inueni in conſil. 24. num. 2. verſ. prǣterea aduertendum, & ſeqq. vbi pluribus hanc probat opinionem, & ita de facto obtinuiſſe teſtatur, & Anchar. etiam referunt, & ſequuntur Aug. de Arim. ad Angel. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, num. 117. in fine. Marſil. ſing. 1. verſ. & ideò dixit Neuizz. in ſilua lib. 1. cap. 2. numer. 64. vbi Alex. quem allegat in l. qui in aliena. §. celſus, ad fin. ff. de acquiren. hęred. dicit cum Aancharan. tranſire communem opinionem Doctorum. Monticell. reg. crimin. 18. num. 23. Marſil. conſ. 48. num. 29. & ſeqq. vbi præſertim in confeſſione minoris. Roland. conſ. 17. num. 22. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 70. num. 4. & nu. 15. vbi hanc Ancharani opinionem admittere videtur, quando confitens reuocauit confeſſionem, & metum allegauit. Claud. ad Bertaz. conſ. 29. littera C, lib. 1. vbi ex hoc ideò confeſſionem metu factam pręſumi profitetur, quia inueriſimile eſt, quòd quis contra ſe ſponte fateatur. Honded. conſil. 106. num. 61. vbi ex Rolan. vbi ſupr. & ex Burſ. in conſil. 201. num. 2. lib. 2. teſtatur de communi, & quòd ab ea in iudicando, & conſulendo recedendum non eſt.

34 Contra, quòd immò confeſſio non metu torturæ, ſed ſpontè facta pręſumatur, & quòd metum allegans probare debeat, vltra Doctores allegatos ſupra nu. 22. qui hanc opinionem maximè probare videntur, voluit Bal. in l. vnica, num. 24. verſ. ſequitur tertium membrum, iuncto verſic. & ſic cum duę præſumptiones. C. de confeſſ. & in l. ſi quis in hoc genus, num. 4. C. de Epiſc. & cleric. & Bal. refert, & ſequitur Paris. de Put. de ſindic. verbo *tortus*, cap. 7. num. 8. in fine fol. mihi 349. vbi propterea, quòd quando in confeſſione concurrunt duæ pręſumptiones, vna metus, & alia conſcientię criminis, pręſumendum eſt, quō confeſſum fuiſſe non metu, ſed ex conſcientia patrati criminis. Et Franc. in cap. quoniam contra, in verbo *confeſſio*, num. 11. de probat. Marſil. ſing. 218. verſ. alius caſus, videlicet, &c. (vbi tamen dubitat de hac concluſione per ea, quę dixit in ſing. 1. ex Ancharan. in loco infra in contrarium citando.) Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 6. nu. 16. & ſeqq. vſque ad num. 21. vbi hanc concluſionem benè comprobat, & relatis Bald. & Anchar. contrarium ſentientibus, hanc dicit eſſe puram veritatem. Grammat. deciſ. 48. poſt num. 8. vbi dixit, rationes Ancharani contrarium ſentientis, eſſe parum vrgentes, & num. 11. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. §. in tex. ibi formidine tormentorum, nu. 21. vbi hanc ſequitur opinionem, licèt alij ibi per eum relati contrarium dixerint. Pract. Corrad. titu. de confeſſ. crim. num. 10. in 2. ampliatione, fol. mihi 283. col. 1. Conſil. crim. diuerſ. 94. num. 4. iuncto num. 9. lib. 1. vbi declarat Ancharanum contrarium volentem in conſ. 24. loqui, quando tortura præceſſit confeſſionem, iuxta ea, quæ dixi

infra

infra num. 56. secus si nulla præcessit tortura. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 353. n. 33. Bertazz. cons. 541. nu. 12. vers. Nam in dubio, lib. 2. Franc. Becc. cons. 70. num. 14. vbi contrariam Ancharani opinionem sic simpliciter intellectam absurdam sibi videri dicit.

35 Et aduerte, quòd Alexand. in l. qui in aliena. §. celsus ad finem. ff. de acquiren. hæred. allegatus per Neuizz. vbi supra, pro contraria opinione non dicit id, ad quod allegatur, videlicet, quòd contraria opinio communiter tenetur, sed loquitur in casu, quo confessio sine inditiis extorta per torturam, non fuit ratificata, dicitquè tunc non valere non obstante ratificatione, & ita testatur esse communem opinionem, & in practica seruari, sed isti non sunt termini nostræ quæstionis.

36 Quid dicendum? hęc vltima opinio mihi verior videtur, & eam teneas declaratam tamen, secundum ea, quæ scripsi supra num. 24.

37 AMPLIA II. vt quando confessio emanauit non præcedentibus inditiis, tunc ex eo solum, quòd in carcere facta fuit, præsumitur per metum extorta. Amad. de find. num. 188. in fine num. 189. vers. item si dicatur, vbi etiā loquitur de confessione, seu depositione testium ex Cyn. & Bal. in locis per eum relatis. Marsil. in l. 1. in princ. num. 56. & seq. ff. de quęst. & in tracta. de bannit. in verbo *carcerati*, num. 30. vbi testatur de veriori, & rationabiliori opinione, & in pract. §. attingam, num. 29. Neuizan. in silua nupt. lib. 1. cap. 2. num. 64. vbi testatur de cōmuni ex Alex. quem allegat in l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acqu. hered. Brun. de indit. ad tortu. par. 2. q. 5. num. 38. in fine, & num. 39. Boss. in tit. de carcer. num. 22. ad med. vers. & ideò si detentus ex Alex. quem allegat in cons. 52. col. 2. in fin. lib. 3. Bero. in c. at si clerici, num. 51. vers. sexto confessio, extra de iudic. Calefatt. consil. crim. diuers. 102. nu. 8. lib. 2. in paruis, vbi loquitur de eo, qui steterit in secretis per dies 20. Claud. Battand. reg. crim. 55. nu. 1. & seqq. Prac. Corrad. tit. de confess. crim. num. 5. ad fin. fol. 281. col. 2. Monticell. reg. crim. 18. n. 13. Mascard. de prob. lib. 1. conclus. 353. num. 17. & seq. & conclus. 367. nu. 6. & lib. 3. cōclus. 1384. num. 7. Franc. Personal. de indit. & tortu. nu. 73. vers. immò & solum, vbi expressè loquitur, quando carceratio est facta nullis præcedentibus inditiis (prout isti sunt proprij termini propositę conclusionis) & consulendo tradiderunt Mars. cons. 29. num. 33. & seqq. & num. 40. & cons. 48. num. 24. & seqq. Roland. cons. 17. num. 19. & seqq. & num. 34. & lib. 3. vbi reprobato Cępolla, & Bossio contrarium sentientibus dicit ab hac opinione in consulendo, & iudicando non esse recedendum. Brunor. à Sole in suo consil. crim. num. 168. vers. quòd etiam, vbi de communi. Franc. Becc. cons. 70. num. 4. vbi aliis relatis testatur de communi. Bertazz. cons. 125. num. 23. Bursat. cons. 201. num. 15. lib. 2. Honded. consil. 108. num. 30. & pro hac ampliatione faciunt Doctores allegati, hac eadem q. num. 35. & supra hoc eodem tit. q. 81. num. 14.

38 Contrà, quòd ex solo carcere confessio non dicatur metu facta voluerunt, Bal. in l. 1. num. 27. ad finem, vers. quęro nunquid confessio. C. de confess. & in l. si quis in hoc genus, num. 4. C. de Episc. & cleric. & in cap. at si clerici, num. 8. extra de iudic. vbi benè comprobat Paris de Put. de sind. in verbo *tortura*, cap. 7. num. 4. fol. 348. colum. 3. idem Brun. sibi contrarius de indit. & tortu. par. 2. q. 2. n. 2. & num. 4. vers. confessio autem, & q. 16. num. 16. in fine. Franc. Cason. in tract. de torment. cap. 19. num. 8. Carer. in pract. crim. in verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 62. per totum in discursu, fol. 303. Ferrant. Gargiare. consil. crim. diuers. 126. num. 90. vers. vnde si reus, lib. 1. vbi quòd ita quotidie, in practica seruatur cum rei, qui fatentur in carceribus condemnentur, & puniantur. Clar. in pract. § final. q. 64. vers. sed an fortè, vbi quòd contraria, opinio non est nec vera, nec communis, & dicit verum. quia Alexander per Neuizz. allegatus in d. §. celsus, non loquitur in terminis quæstionis nostræ, videlicet, in confessione emanata in carcere, sed in aliis terminis, vt videre est apud eū, sic ēr, & Alex. allegatus per Boss. in cons. 52. lib. 2. nō testatur de comm. prout ad id allegatur, & malè, & idē etiam dixit Flamin. Cattar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 61. Addo pro hac contraria opinione eūdem Mascard. de probat. lib. 1. concl. 367. num. 7. & seqq. Franc. Becc. cons. 70. num. 13. vers. non obstat, & num. 14. vbi quòd prima opinio sic simpliciter intellecta, est absurda. Et propterea est intelligenda, non quando quis simpliciter detinetur in carcere, sed quando in carcere & famē, & sitim, & frigus patitur, iuxta ea, quę dixi infra, num. 42. & etiam declarauit Claud. ad Bertazz. consil. 162. littera in fine, lib. Et hanc opinionem pro qua etiam multum faciunt ea, quę scripsi sup. q. 81. num. 13. & hanc eandem q. num. 34. crederem veriorem, quia si alias diceretur, prout considerant Doctores pręfati, omnes cōfessiones reorum dicerentur metu factæ, quia omnes rei, vt plurimum in carceribus fatentur, quòd omninò est absurdum.

39 Posset forsan saluari prima opinio, quando reus carceratus confessus fuit, non solum sine inditiis pręcedētibus, prout videntur termini propositę ampliationis (quia aliàs si inditia præcesserint absurdum est dicere, quòd ex solo carcere confessio dicatur metu extorta, sicut in specie adnotauit Franc. Becc. cons. 70. num. 19. & nemo contradicit) sed etiam quando confessus fuit carceratus à iudice malę qualitatis, & solito metum, & violentiam inferre. Tunc enim posset dici confessionem in carcere factam reputari non spontaneam, sed metu emanatam ad tradit. per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi pętori, num. 14. & seqq. ff. de nou. oper. nunciat. quem videas, quia benè loquitur in materia, & videtur de mēte Bossij, quem pariter videas, in tit. de confess. num. 74. & seqq quem refert Honded. in cons. 108. num. 30 Et faciunt quæ in simili dixi supra, num. 24. & forsan, num. 49. & aduerte, quòd ideo dixi duobus concurrentibus, quia si solum concurrat defectus inditiorum, non per hoc annullatur spontanea confessio, secundum veriorem, & practicatam opinionem, de qua dixi supra, quæst. 81. num. 13.

40 Et pariter prima opinio potest procedere, quando carcer haberet qualitates, & conditiones, de quibus in seqq. ampliationibus.

41 AMPLIA III. in confessione facta per carceratum in carcere atroci, in quo valde pateretur, & cruciaretur in corpore. Reperiuntur enim in quibusdam locis quidam carceres subterranei, qui & nomine, & re sunt potius fouea, & putei, quàm carceres, in quibus pauperes detēti, & propter humiditatem, & propter frigus, & propter alia incommoda dici possunt esse potius in tortura, & cruciatu, quàm in carcere, si enim isti loci, impatientia affecti, confitentur, sine dubio eorum confessionem metu tormentorum extortam dicerem, nec ex ea illos condemnarem, nisi legitima præcessissent inditia, ac nisi subsequuta fuisset ratificatio ipsis existentibus in alio carcere, non aliter, ac si in tormentis, vel metu tormentorum fassi fuissent. Et fuit de mente Abb. in cap. fin. num. 11. de confess. vbi facit conclusionem generalem, quòd confessio dicitur facta metu tormentorum, vbicumq; est facta in carcere, in quo vel mortis timor, vel corporis cruciatus confitentem pręmebat. Et propter quòd talis confessio ipsum non afficit, nisi fuerit perseuerata, & existente in loco, in quo cessabat talis violentia, vt ibi per eum, num. 12. Pract. Milles. fol. 107. num. 10. vbi de confessione facta in arcto, & stricto carcere, per tex. in l. item, apud Labeonem. §. quæstionis. ff. de iniur. cuius text. verba sunt hæc, *Quæstionis verbo, etiam ea, quam malam mansionem gręci dicunt, continebitur*.

42 AMPLIA IV. in confessione facta à carcerato, qui detinebatur à iudice, in loco, in quo famem, & frigus patiebatur, secundum Salyce. in l. 2. post num. 9. C. de custo. reor. Bar in l. 1. §. Diuus Seuerus, nu. 2. ff. de quæst. Bero. in cap. at si clerici, num. 51. vers. quarto quando, extra de iudic. vbi de posito in carcere, in quo vel frigus, vel vigiliam pateretur. Abb. in cap. fina. num. 11. extra de confess. Paris de Put. de sindic. verbo tortus, cap. 1. num. 3. vers. & idem si stringatur, fol. 335. col. 2. Gandin. de quęst. & tormen. num. 31. vbi de iudice, qui in hyeme ponit carceratū ad aerem spoliatum omnibus pannis, quòd, & idem dixit

xit Guid. de Suzzar. de indit. & tortu. num. 74. Cason. de torm. cap. 19. num. 6. Bald. de quæst. & tormen. cap. 3. post num. 2. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 5.

43 Nec ab iis differens est, quòd communiter tradunt Doctores de confessione carcerati, cui alimenta denegantur, quam, & metu factam, cum denegare alimenta sit non solum torquere, sed etiam necare, ad l. vel necare ff. de lib. agnosc. scripserũt glos. in l. item apud Labeonem. §. quęstionis, in verbo *grati dicunt*. ff. de iniur. Salycet. in l. 2. num. 9. vers. idem dicit si in carcerem &c. C. de custod. reor. Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus, nu. 2. ff. de quæst. Bero. in c. at si clerici, nu. 51. vers quartò, quando, &c. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, c. 1. nu. 3. vers. Et idem si stringatur, fol. mihi 331. col. 3. Gandin. in rub. de quæst. & tormen. post nu. 31. Pract. Millef. fol. 107. num. 10. Marsil. in l. 1. in prin. nu. 60. in fin. ff. de quæst. Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tort. num. 74. & ibi in addit. nu. 75. Brun. de indit. par. 2. q. 2. nu. 1. Bald. de quęst. & torment. cap. 3. post nu. 2. Carer. in practic. in 2. tract. de indit. &c. §. in tex. ibi formidine tormẽtorum, num. 5. Boss. in tit. de tortu. post Bart. Alber. Ang. & Gandin. in locis ibi per eum relatis. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 267. num. 8. & seq. vbi alios refert.

44 AMPLIA V. in confessione facta ab eo, qui detinebatur in cippis, cathenis, & manicis ferreis, nam & tunc confessionem dici ex carcere metu extortam scripserunt Bero. in c. at si clerici, n. 51. in fine, de iudic. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. § in tex. ibi formidine tormentorum, num. 6. Foller. in pract. crim. verbo, *& si confitebuntur*, par. 1. num. 62. in princ. iuncto vers. & in quantum supra dixi, vers. qnicquid sit pro nũc, & d. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. post num. 113. fol. 332. Marsil. cons. 48. nu. 25. Verum, quando essemus in loco, in quo similes carcerati sic detineri solerent, tunc talem ampliationem in practica recipi minimè crederem.

45 AMPLIA VI. vt confessio dicatur metu tormentorum extorta ex solis minis per iudicem illatis in carceratum de illo torquendo, nisi fateatur secundum Bald. in l. 1. num. 24. vers. si autem. C. de confess. vbi quòd præsumitur metus ex minis terribilibus, seu minacibus iactantiis, nisi malefactor esset talis, cui iudex deberet terribilis imminere, & Baldum sic vt supra dicentem retulerunt Paris de Put. in tract. de sindic. verbo *tortus*, cap. 7. post num. 8. folio 349. Brun. in tract. de indit. par. 2. q. 6. post num. 6. Ergo circumscripta terribilitate rei inducitur metus ex minis terribilibus, vt ibi per Bald & simpliciter, quod ex minis de torquendo confessio reputetur metu facta, fuit de mente Anchar. in cons. mihi 24. incipien. visa inquisitione, num. 2. in fine. vbi quod ad præsumendum metum in tortura sufficit terror eorum, qui illatum terrorem ferre possunt. Et sic solæ minę iuncta potentia exequendi eas inducunt metum, vt ibi per eum Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo, *confessio*, num. 11. extra de probat. vbi loquitur in minis atrocibus. Marsil. in l. 1. in prin. nu. 54. & seqq. & num. 57. ff. de quæst. Marian. in c. qualiter & quando, il 2 nu. 1017. in fine extra de accusat. vbi propterea infert, isto casu esse necessariam ratificationem. Cason. in tract. de tormen. cap. 18. rub. de confess. spontan. numer. 3. vbi quòd confessio dicitur spontanea, quando reus sine minis fatetur. Ergo à contrario sensu non dicitur spõtanea, quando cum minis, & num 4. vbi quòd quando est aliquis terror, notarius non debet scribere, reum spontè confessum, & cap. 19. num. 2. vbi de minis vehementibus. Gabr. Saray. ad Matthes. sing. 55. nota, quòd quotiescunq; vers. ex quo dicit, & ita etiam videtur de mente Bossij in tit. de confess. post num. 73. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 353. num. 14. & num. 33. Franc. Personal. in tract. de indit. & tortu. sub num. 73. vbi, quòd ista opinio est communis de iure communi, & licèt Clar. in q. 64. vers. nunc de gradibus, asserat contrarium seruari in practica apud eum in statu Mediolani; hanc tamen practicatam declarat ibi Personalis procedere, quando in processu adest cõtra reum, saltem aliqualis in formatio, aut inditium, vt ibi per eum Marsil. cons. 14. num. 6. & cons. 29. num. 29. & seqq. Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 163. ad med. & faciunt pro hac opinione Doctores aliàs per me allegati in tit. de indit. & tortu. q. 37. num. 96. & seq.

46 Contrarium, quòd solæ minæ de torquendo reo, non spoliato, non ligato, nec posito ante tormenta, non reddunt confessionem metu extortam, fuit de mente Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus, num 2. ff de quæst. quem refert, & sequitur Abb. in c. fin. num. 11. extra de confess. & expressè hanc conclusionem firmarunt Paris de Put. in tract. de sindic. verbo *tortus*, cap. 1. num. 3. post. med. vers. & si dixerit. August. ad Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, post num. 117. vers. iudex dixit. Gandin. in tit. de quęst. & tormen. num. 30. Pract. Millef. fol. 106. num. 1. Guid. de Suzzar. in tractat. de indit. & tortu. num. 76. Bald. in tract. de quęst. & tormen. cap. 3. num. 2. vers. sed quid si extra locum, &c. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 7. & seqq. Gabr. Saray. in additio. ad Matthes. sing 55. nota quòd quotiescunque, in fine additionis, vers. notandum tamen est, vbi ampliat duobus modis. Primò etiam, quòd confessio emanauerit sine inditiis: secundò etiam, quòd emanauerit apud cordam (sed de hac vltima ampliatione vide, quæ dixi infra num. 51. & seqq.) Boss. in tit. de tortura, num. 4. in fine, & num. 5. & seq. Practica Corrad. tit. de confess. crimin. post num. 5 vers. & hic nota. fol. mihi 281. col. 1. vbi de vultu terribili iudicis. Ant. Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 4. ad med. vers. quòd tamen intelligo. Clar. in pract. §. fin. q. 64. versic. nunc de gradibus, ibi, sed certè, &c. vbi quòd quicquid sit de iure, ita in practica seruatur. Ex Gandin. & Carer. in locis per eum relatis. Flamin. Cartar. in pract. interrogand. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 61. vbi quòd in hoc Doctores sequuntur Gandinum in loco præcitato; & faciunt pro hac contraria opinione Doctores alias per me allegati in tit. de indit. & tortur. quæst. 37. num. 98. & seqq.

47 Quid dicendum. Aduerte, quòd ista ampliatio, sicut & omnes aliæ ampliationes sunt semper intelligendæ, præsupposita, non existentia præcedentium inditiorum. Si enim inditia præcedunt, tunc confessio non redditur nulla, non solum ex metu torturæ, & ex minis illatis, sed nec etiam ex ipsa tortura. Et hoc non habet difficultatem; prout supra aliàs in alio proposito admonui; Inditiis igitur non præcedentibus saltem talibus, vt nec ad torturam comminandum, & ad terrendum iudex legitimè procedere potuerit, iuxta ea, quę alias scripsi in tit. de indit. & tortu. quæst. 37. num. 96. & seqq. & num. 101. & seqq. indubitanter crederem primam opinionem esse veram.

Presertim in persona non sagaci, & timida, trepideq; complexionis, & debili, vt puta in muliere, tunc enim per solas minas de torquendo subsequentem confessionem reputari metu extortam, scripserunt Ludou. Bolog. in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tortu. num. 77. Nec dissentit Cason. in tract. de torment. cap. 19. num. 4. & fuit de mente Iodoc. in pract. crim. cap. 54. nu. 25. Et faciunt ea, quæ post Bal. scripserunt Paris de Pu. & Brun. in locis supra allegatis pro secunda opinione, dum dicunt per minas induci metum in confitente, nisi reus sit talis, cui iudex deberet terribilis imminere. Et faciunt ea, quę dixi infra, hac eadem quæst. num. 54.

48 Et præsertim etiam, quando minæ de torquendo non fuerunt simplices, & ordinariæ, sed terribiles, atroces, vehementes, & geminatæ. Tunc enim eò magis crederem ex ipsis confessionem reputari metu extortam, secundum Bald. Parid. de Put. Lanfranc. Cason. in locis supra citatis pro prima opinione.

49 Et quando sumus in iudice rigoroso, terribili, & solito suas minas acriter exequi. Tunc sine dubio, & eo magis reputabitur confessio metu extorta ad ea, quæ in alio proposito dixi supra, hac eadem quæstione, num. 24. & nu. 39. Et in specie aduerterunt Bero. in cap. at si clerici, num. 51. vers. 5, qñ &c. extra de iudic. Ludouic. Bolgni. in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tortu. nu. 77.

50 Et

50 Et in proposito vide Milles. in pract. fol. mihi 106. num. 2. in fine, vers. sed videtur sufficiens, vbi etiam aduertit, quòd quando iudex torturā minatur per suum decretum scriptum à notario. Tunc ex solo isto decreto subsequens confessio dicitur metu extorta, & est notabile dictum.

51 AMPLIA VII. in confessione illius, qui examinatus fatetur apud tormenta, vel in loco tormentorum. Per simplicem enim conductionem ad locum torturæ, cōfessio dicitur facta illius metu, etiam quòd reus non sit manibus retroligatus, secundum Parid. de Put. in tracta. sindic. verbo *tortus*, cap. 1. nu. 26. Idem August. ad Ang. de malef. in d. verbo *quòd fama publica*, post num. 117. versic. sed vide. Gandin. Marsil. in l. 1. in princ. num. 57. ff. de quæst. Ludoui. Bologni. in addit. ad Guid. de Suzzar. de indir. & tortu. num. 73. vbi ex Bal. quem allegat in l. nouissimè ff. de excus. tut. dixit per illum text. quòd confessio facta apud tormenta, dicitur facta in tormentis. Brun. de indit. par. 2. q. 2. nu. 4. in fine, Marsil. cons. 14. num. 6. & cons. 29. num. 30. Grammat. cons. 15. num. 7. & cons. 21. num. 23. Carer. in pract. in princ. num. 31. vbi quòd ductus sub tortura, & tormentis, non dicitur spontè confiteri. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. §. in tex. ibi formidine tormentorum, num. 4. Iodoc. in pract. crim. cap. 54. num. 18. vbi benè comprobat Mascar. de probat. lib. 1. concl. 353. num. 15. & 16. post Bal. Abb. Alex. de Neuo, in locis per eum allegatis, qui omnes cum de minarum interuentu, nullam faciant mentionem, tacitè videntur sentire, etiam minis non præcedentibus confessionem dici metu extortam per simplicem conductionem rei ad locū torturæ, Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 164. Bursat. cons. 201. num. 18. lib. 2.

52 Contrarium, quòd isto casu non dicatur cōfessio emanata, metu torturæ, scripserunt Abb. in cap. afferte, num. 1. vers. nota, quòd licitum est, & ibi etiam Fely. num. 1. in 1. notab. de præsump. vbi dicunt, quòd licitū est iudici ad habendum à reo veritatem, terrorem illi incutere, & facere eum ducere ad locum tormentorum, etiam quòd animum torquendi, non habeat Ang. in l. apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniur. prout illum refert Augu. ad Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, post num. 117. Alij addentes ad eundem Ang. de malef. in dict. verbo *quòd fama publica*, post num. 112. littera B, vbi quòd valet consuetudo examinandi reos in instantia tormentorum, ex Cępoll. quem allegat in cons. 40. Nec dissentit Boss. in tit. de tortu. post num. 4. & num. 7. & num. 8. & seq. vbi ex eodem Cępoll. in dict. cons. 40. col. pen. vers. sed plus dici posset, ampliat hanc conclusionem, etiam quòd locus torturę sit talis, vt ad eum non soleant conduci rei, nisi quādo torquentur. Cason. in tract. de tormen. cap. 19. nu. 3. vbi ita ferè omnes Doctores tenere testatur, sequitur Foller. in pract. crimin. in verbo, *& si cōfitebuntur*, par. 3. num. 37. Nec dissentit Clar. in pract. §. final. quæst. 64. vers. nunc de gradibus, ibi, *Pariter etiam conductio rei ad finem.*

53 Quid dicendum? Dic, quòd si reus est positus, vel examinatus in loco torturæ, & ad locum torturæ ductus, minis de torquendo interuenientibus, & tunc sine dubio cōfessio dicitur extorta metu tormentorum. Et in hoc credo non adsit contradictor in specie, & voluerunt Bero. in c. at si clerici, num. 51. vers. tertio si præcesserint minæ. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 110. vers. nam confess. & ibi August. in addit. post. num. 117. vers. sed vide Gandin. in tit. de quæst. & tormen. num. 29. Practic. Milles. fol. 107. nu. 9. Cason. de tormen. cap. 19. nu. 1. Gramm. cons. 65. num. 7. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi, formidine tormentorum, nu. 8. Iodoc. in tract. crim. cap. 54. num. 22. & 24. Boss. in tit. de tortu. post num. 4. & nu. 7. & seqq. Pract. Corrad. sub de confess. crim. post num. 5. fol. mihi 281. col. 1. Ferrans Gargiar. cons. crim. diuers. 126. num. 90. lib. 1. Bertaz. consil. 341. num. 39. lib. 2.

54 Si verò nullæ de torquendo interuenerint minę, & tūc distingui potest, quòd si reus confitens sit persona sagax, non pusillanimis, & talis, qui verisimiliter, non ita de facili ex quolibet errore ad confitendum inducatur. Et tunc pręcedat secunda opinio. Si verò sit persona timida, debilis, & pusillanimis, quòd iudicis arbitrio totum remissum esse, dixi infra num. 61. Et tunc præcedat prima opinio, quòd scilicet, confessio dicatur metu extorta ex sola conductione ad locum torturę, etiam minis non interuenientibus, ita concordando contrariam distinguit. Cason. in tract. de tormen. cap. 19. num. 4. Carer. in pract. in 2. tractat. de indir. & tortu. §. in text. ibi formidinem tormentorum, num. 4. in fin. Foller. in pract. crim. in verbo *& si confitebuntur*, par. 1. num. 62. in discursu, folio 303. & dict. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. sub nu. 113. fol. 332. Nec dissentit Iodoc. in pract. cri. c. 54. n. 25. & expressè voluit Boss. in tit. de tortu. nu. 23. Et faciunt dicta supra num. 47. vers. præsertim in persona non sagaci.

55 AMPLIA VIII. in confessione illius, qui ligatus est ad torturam cum minis de torquendo, hanc enim cōfessionem metu extortam dici voluerunt. Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus, num. 2. ff. de quæst. Bero. in c. at si clerici, nu. 51. vers. timore etiam tormentorum, extra de iudic. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. num. 1017. in fin. Abbas in cap. fin. num. 11. extra de confess. Paris de Put. de sind. in verbo *tortus*, cap. 1. num. 3. sub vers. confessio rei, &c. fol. mihi 331. & num. 26. folio 855. Ang. de malefic. in verbo, *quòd fama publica*, post num. 110. vers. Nam confessio. Gandin. de quæst. & tormen. num. 28. Pract. Milles. fol. 107. num. ... Marsil. in l. 1. in princ. num. 57. ff. de quæst. & consil. 14. num. 5. vers. Nam ipse, & num. 4. vers. & fortius, & num. 6. & cons. 29. num. 30. Grammat. cons. 15. num. 7. & num. 9. & cons. 21. num. 23. & cons. 65. num. 5. ad fin. Guid. de Suzzar. in tractat. de indit. & tort. num. 72. & ibi in additt. Brun. de indit. par. 2. q. 2. num. 3. & 4. Cason de tormen. cap. 19. num. 1. Ghirlan. in tract. de quęst. & tortu. q. 4. num. 1. & 2. vbi generaliter de cōfessione facta in præparatorijs ad torturam prout est, quādo reus spoliatur, ligatur, & in ordinē ponitur. Car. in practic. in 2. tract. de ind. & tort. §. in tex. ibi, formidine tormētorū, nu. 4. Foller. in pract. cri. verbo *& si confitebuntur*, par. 1. sub nu. 62. fol. 303. & d. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. sub nu. 113. fol. 332. Pract. Corrad. tit. de confess. cri. post nu. 5. fol. mihi 281. Boss. in tit. de tort. n. 4. Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. tit. de tort. reo. c. 13. n. 4. ad med. vers. quòd tn̄ intelligo. Ferrās Gargiar. cons. cri. diuers. 126. n. 90. li. 1. Bertaz. cōs. 341. n. 39. lib. 2. Bursat. cōs. 201. n. 15. vers. præterea dato lib. 2. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 353. nu. 13. Franc. Personal. de indit. & tortu. nu. 73. vbi de communi.

56 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, quia licèt plerique ex prædictis Doctoribus dicant pręcedentibus minis. Ego tamen idem credo & minis non præcedētibus, sed quod ductio, & ligatio ad torturā sufficiat, quia plus est facto, quàm verbis minari, & metum inferre, l. si tamen. §. ei. ff. de edil. edic. Et propterea plures ex præcitatis Doctoribus loquuntur simpliciter, nulla facta mentione minarum, & ista est veritas, licè sit verisimile numquam reum ligari ad torturam, quin iudex ei torturam comminetur.

57 AMPLIA IX. etiam in confessione illius, qui fuit spoliatus ad effectum, vt torqueretur etiam, quòd nō fuerit ligatus, aut minis perterritus secundum Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, post num. 110. vers. dicitur etiā facta metu. Marsil. in l. 1. in princ. nu. 57. vers. idem dicit. ff. de quæst. & cōs. 14. num. 3. in fin. & consil. 29. nu. 31. Gram. cons. 15. nu. 8. Brun. de indit. par. 2. q. 2. nu. 5. vers. Adde, quòd Bart. &c. Cason. de tormen. cap. 19. nu. 1. vers. idem etiam Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 4. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 2. num. 113. fol. 332. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortu. reor nu. 4. ad med. vers. quod tamen intelligo. Boss. in tit. de tortu. nu. 22. Bertaz. cons. 341. num. 39. lib. 2. Bursat. cons. 201. num. 14. lib. secundo.

58 AMPLIA X. vt confessio dicatur facta metu tormentorum, & ad condemnandum nō sufficiat, etiā quod quis fateatur spontè, nullis illatis minis, aut metu, quando pręcedēti die, seu alias prius ab eodē præsertim iudice fuit tortus

tortus, quia metus tamdiù dicitur durare, quamdiù durat eadem torquendi potestas, vt per Marsil. qui benè cõprobat hanc conclusionem in conf. 29. num. 36. vers. nec habet obstare, & num. 37. & seqq. & num. 45. vbi facit cõclusionem, quòd iniusta tortura semel illata causat iustum metum in futurum. Gramm. conf. 40. num. 14. in conf. cri. diuers. 94. nu. 4. lib. 1. vbi declarat Anchar. in cõs. 24. volentem in dubio præsumi confessionem extortam metu torturæ, vt scilicet hoc intelligatur, quando ante cõfessionem præcessit tortura. Bertaz. conf. 162. nu. 7. & seq. vbi quòd illata reo prima tortura sine inditiis præsumitur reo metus durare quousquè fuerit detentus, & idem dixit in cõs. 225. num. 23. Bursat. conf. 201. num. 19. in fine, & seq. lib. 2. & faciunt, quę latiùs dixi supra num. 9. vbi videtur eadem materia.

59 LIMITA, hanc x. limitationem benè procedere, quãdo precedens tortura fuit illata sine inditiis, prout in specie loquitur Marsil. in locis præcitatis, & prout sunt termini dictæ ampliationis. Si enim præcesserint inditia, & tunc sufficeret ad condemnandum, etiam quòd minis, & tortura fuisset extorta, ne dum ex memoria præcedentis torturæ.

60 AMPLIA XI. vt propterea magis credatur testibus deponentibus de cõfessione extorta per metum, quàm deponentibus de confessione spontanea. Bal. in l. 1. si quis in hoc, num. 4. C. de Episc. & cleric. vbi ampliùs quòd probato metu, impossibile est probare contrarium, faciunt, quæ dixi supra, num. 25. vbi vide.

61 AMPLIA XII. quia, an confessio dicatur facta metu tormẽtorum, iudicis arbitrio relinquitur, quia in hoc non potest dari certa doctrina. Ita videtur de mente Bossij in tit. de tortu. num. 23. & ante Bossium hoc idem voluit Paris de Put. de synd. verbo *tortus*, cap. 1. num. 26. in fine, vbi quòd probatur metus coniecturis, de quibus statur arbitrio iudicis, folio 335 col. 2. & ibidem num. 27. vers. & est arbitrio iudicis, &c. quòd & ante eum voluit Bart. in l. de pupillo §. si quis ipse Prætor num. 17. vers. respondeo hoc probari ex coniecturis. ff. de nou. oper. nuncia. facit in simili, quòd dixi de torturæ probatione supra num. 26. Foller. in pract. crim. verbo *& si confitebuntur*, par. 3. num. 112. fol. 332.

62 LIMITA I. in confessione ratificata non coram iudice, qui metum intulit, sed coram alio. Talis enim ratificatio purgat metum illatum à primo iudice, prout dixi supra hac eadem q. num. 10. & seq. vbi vide.

63 LIMITA II. & generaliter in omni confessione ratificata. Ratificatio enim semper videtur purgare præcedentem metum. Ita videtur de mente Mariani, in cap. qualiter, & quando, il secondo, num. 1017. de accusat. vbi dixit, quòd licèt regulariter non sit necessaria ratificatio in confessione spontanea, tutius tamen est facere illum ratificare ad hoc, ne confessus possit dicere se confessum fuisse metu torturæ.

64 Contrarium est verius. Nam aut confessio emanauit præcedentibus inditiis, aut sine, primo casu non est curandum de metu, quia si præcedunt inditia, metus fuit iustus, secundo casu ratificatio non supplet, prout in specie dixit Gribal. qui alios refert in suis reg. crim. vers. confessio metu tormentorum, fol. mihi 347. col. 2. inter commun. opin. par. 1. & ante eum Marsil. consil. 29. num. 47. & seq. Hieron. Lauren. decis. Auinion. 20. num. 17. Et ita est veritas.

65 LIMITA III. vt regula procedat in hominibus timẽtibus torturam, secus in assuefactis torturæ, qui sicut non timent torturam ipsam, multò minus timẽt illatum metũ secundum Marsil. in l. 1. in prin. num. 75. ff. de quæst. & vide quæ in simili dixi sup. hac eadem q. nu. 17.

66 LIMITA IV. quia licèt confessio facta metu tormẽtorum non sufficiat ad condemnandum, benè tamen sufficit ad torquendum, secundum Boss. in tit. de confess. nu. 76. & in tit. de confess. per tortu. num. 22. vers. quando cõfessus, &c. vbi loquitur de confessione extorta metu carcerationis, & capturę factæ nullis precedentibus inditiis, sed hæc declara secundũ ea, quę dixi supra, num. 15. & seq.

ARGVMENTVM.

Confessio per torturam extorta an, & quando ratificari debeat, & non ratificata ad condemnandum sufficiat.

SVMMARIVM.

Regula sit, quòd confessio facta in tortura non sufficiat ad condemnandum, nisi fuerit ratificata, num. 67.

Tortura est res fragilis, & periculosa, quia plerique propter tormentorum impatientiam fatentur ea, quæ non commiserunt, & è contra aliqui tormentorum duritia, ita contemdunt, vt nunquam veritatem fateri velint, num. 68.

Confessio emanata in tortura, & formiter ratificata sufficit ad condemnandum, non aliter, ac si esset spontanea. Immo dicitur confessio spontanea, nec notarius falsum scribit scribendo, quòd ratificans spontè confessus sit, quod an verum sit, & quando, n. 69.

Confessio in tortura, sed metu tormentorum emanata adhuc ratificari debet, num. 70.

Confessionis ratificatio debet fieri extra locum, & aspectum torturæ, num. 71.

Confessus ad hoc, vt postea ratificet, & non reuocet confessionem factam potest reponi in alio carcere, ne ab alijs carceratis instruatur ad non ratificandum, num. 72.

Confessio ratificari debet, non in continenti, vel paulò post torturam, sed ex interuallo, cessato dolore tormentorum, num. 73. hoc autem interuallum debet esse ad minus vnius diei, & vnius noctis, & sic horarum 24. num. 74. immo secundum aliquos debent expectari tres dies, & tres noctes, nu. 75. sed veritas est, & ita magis communiter receptum est, quod hoc interuallum remittitur arbitrio iudicis, & alias, vt in num. 76.

Confessio spontanea non indiget ratificatione, num. 77.

Confessio adminiculata non indiget ratificatione, num. nu. 78. Contra num. 79.

Confessio per torturam emanata præcedenti extraiudiciali confessione non indiget ratificatione, num. 80. Contra num. 81.

Confessio non indiget ratificatione quando tortura fuit leuis, & tortus fuit homo robustus, num. 82. Contra num. 83.

QVÆSTIO LXXXIII. CAP. III.

67 REGVLA sit in hoc tertio capite, quòd confessio facta in tortura non sufficit ad condẽnandum, nisi fuerit ratificata secundum gl. in l. 2. in verbo *aliquid*, C. quorum appell. nõ recip. & in l. seruos, in glo. 1. C. ad l. Iul. de vi publ. & in l. auxilium §. in delictis, in verbo *fateatur*. ff. de minor. Butrig. in l. vnica, col. 1. in princ. vers. item oppono. & ibi etiam Alber. post num. 9. vers. spontè, &c. Ang. num. 2. vers. sed si in tormentis. Paul. de Castr. nu. 11. vers. item licita. C. de confess. Ang. in l. 1. num. 7. in fin. ff. eodem Idem Butrig. in l. 2. in summario. C de custod. reor. & ibi etiam Bald nu. 1. & sub num. 3. Bart. in l. 1. § diuus Seuerus num. 1. ff. de quæst. Bero. in c. at si clerici, post num. 21. & num. 48 & post num. 51. vers. quòd intelligas, de iudic. Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. num. 1017. vbi quòd ista fuit opinio Rogerij antiqui glossatoris, & quòd ita seruat consuetudo secundum Barto. ibi per eum allegatum, & num. 1101. de accusat. Archidiac. in cap. 1. ante num. 1. versic. si obiiciatur, il primo, & il secondo, de accusat. in 6. Io. Andr. in cap. olim, num. 8. extra de rescrip. Paris de Put. de sindic. verbo *tortura*, cap. 9. num. 1. fol. 320. & verbo *tortus*, cap. 1. nu. 2. in fine, vers. vel dic. fol. 331. & ibidem num. 3. vers. confessio rei; & nu. 13. fol. 333. Gandin. in tit. de quæst. & torm. nu. 28. Tindar. de testib. lib. 2. par. 1. cap. 6. nu. 25. vbi testatur de generalissima practica. Pract. Millet. fol. 105. num. 37. & num. 42. vbi huius conclusionis congruas reddit rationes. Pract.

Papi.

Papien. in forma inquiſ. glo. 1.n.13. Lanfranch. in c.quoniam contra, in verbo *confeſſio*, num. 7. de probat. Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tortu. num. 45. & num. 64. & ibi in addit. num. 64. Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 6. num. 3. vbi reprehendit Bal. qui contrarium dixit, & miratur de eo, quòd ita inſipidè loquutus fuerit iſto caſu cõtra morem ſuum, & d.q. 6. num. 21 Bal. de quæſt. & tormen. cap. 2. poſt num. 2. & ſeq. & num. 8. Ant. Columban. in tract. proceden. in controuer. crimin. art. 209. Marian. in Spec. in titu. de quæſt. num. 15. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. §. circa ſeptimum, num. 2. & num. 3. & num. 5 vbi ponit formam interrogandi reum pro habenda ratificatione. Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 88. & in tit. de confeſſ. per tortu. num. 1. Foller. in pract. crimin. verbo *& ſi confitebuntur*, par. 1. num. 39. fol. 299. Iodoc. in pract. crim. cap. 54. nu 16 & poſt nu. 40 Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſæ maieſt. prob. q. 5. nu. 17. Menoch. de arbit. q. lib. 2. caſu 38. nu. 1. Viui. op. 140. nu. 2. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 13. rub. de tortu. reor. nu. 14. vbi aliis relatis teſtatur de vera, & cõi opinio. Clar. in pract. §. fin. q. 64. verſ. cæterum fine, vbi aliis relatis teſtatur de cõi, & ſeruata opinione. Lauren. Tennin. in ſua pract. caut. 28. nu. 4. Franc. Perſonal. de indit. & tortur. nu. 84. Flamin. Cartar. in pract. interrog reor. lib. 4. cap. 1. num. 139. & ſeq. vbi de cõi, & practicata opinione, & ponit etiam modum habendæ ratificationis à reo, nu. 149. & ſeq. vbi etiam proſequitur modum, & formam habendæ ratificationis prædictæ, de qua etiam d. lib. 4 cap. 2. n. 17. & poſt num. 23. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 353. num. 19. vbi teſtatur de cõi opinione Bertaz. conſ. 95. nu. 12. lib. 1. Raphael Cuman. conſ. 138. incip. hoc maximè propoſitum, col. 1. verſ. quantum ad primum articulum. Ferran. Gargiar. cõſ. crim. diuerſ. 126. nu 89. in fin. verſ. dicunt, in lib. 1 Rol. conſ. 17. n. 27. lib. 3. vbi, quòd hæc eſt indubitata iuris concluſio Bertazzol conſ. 117. num. 5.

68 Ratio propoſitæ regulæ ſumitur ex l. 1 §. quæſtioni. ff. de quæſt. dum dixit, torturam fragilem, & periculoſam rem eſſe, cum licèt plerique patientia, ſiue duritia tormẽtorum, ita tormenta contendant, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit. Aliorũ tãta ſint impatiẽtia, vt in quouis mentiri potius, quàm pati tormenta velint. Et dixit Iodoc. in practic crimin. cap 39 rub. de confeſſ. rei in tortu. nu. 4. ſæpè numero compertos fuiſſe reos ex torturæ intolerabili cruciatu, & ex deſperatione ſæpè audacter cõfeſſos ea, quæ ne cogitarunt quidem vnquam, ne dum opere compleſſent, quodlibet mortis genus alacriores potius ſubituros, quàm cruciatum diutius perpeſſuros. Et dixit etiam clar. in pract. § fi q. 64 verſ. vltimo propter tormentorum ſæuitiam tempore ſuo aliquos fuiſſe confeſſos, & condemnatos, qui tamen poſt plures annos reperti fuerunt innocentes, prout hec, & ſimilia exempla recenſentur etiam per Siman. Cathol. inſtitu. tit. 65. num. 84. & per Flamin. Cartar. in pract. interrogan. reor. lib. 4. cap. 1. num. 129. quibus etiam addo poſt alios, quos allegant antiquiores Bruno à Sole in ſuo conſ. crim. nu. 165. verſ. alij tanta, & num. 167. Bertaz. conſ. 29. nu. 4. & conſ. 162. num 9. Franc. Perſonal. in tract. de indit. & tortu. num. 81. in princ. iuncto verſ. alij ſunt adeò, & alibi paſſim, & communiter exclamant Doctores. Hinc confeſſionem in tortura emanatam omninò ratificandam eſſe meritò inductum fuit.

69 Confeſſio enim emanata in tortura, & formiter ratificata ſufficit ad condemnandum, nõ aliter, ac ſi eſſet ſpontanea. Immò, quando præceſſerunt legitima inditia, dicitur confeſſio ſpontanea, nec notarius dicitur falſum ſcribere, quando ſcribit ſponte confeſſum eum, qui ſic ratificauit ex interuallo, poſt torturam inflictam præcedentibus inditiis, licèt ſecùs eſſet, ſi inditia non præceſſerunt. Quòd, quãdo verum ſit, & de materia Notarij ſcribentis quem ſponte confeſſum, qui metu tormentorum confeſſus eſt, & quid ſi notarius ſciebat, vel ignorabat torturã, vel torturę metum illatum, quando dicatur falſum committere, & alia ad materiam, vide Ang. in l. qui in aliena §. celſus, poſt nu. 3. ff. de acquir. hæred. & ibi etiam Imo. poſt num. 5. verſ. & tangit hic Ang. &c. Rom. num. 7 Paul. de Caſtro, num. 7. Alex. num. 11. Aret. num. 10. per totum in diſcurſu, vbi inter alia, quòd in ratificatione non eſt neceſſe, quòd notarius exprimat confeſſionem fieri ſpõtè, vel coactè, ſed ſufficit dicere, quòd ita conſtitutus coram iudice, &c. ratificauit confeſſionem alias factam in tortura. Et verum dicit, & apud nos ſeruatur, quòd & idẽ voluerunt Franc. Caſon. in tract. de tormen. cap. 18. rub. de confeſſ. ſpontan. &c. nu. 3. & c. 10. rub. de confeſſ. metu torment. nu. 9. ad quæ vide etiam Iaſ. in d §. celſus, num. 30. & ſeqq. Bal. in l. 1. num. 19. C. de confeſſ. Marian. in c. de hoc, num. 14. de ſimon. vbi poſt glo ibi notat contra cõmunem practicam officialium, qui confeſſum in tormentis faciunt ratificare, & dicunt tunc ſponte confeſſum, inquit enim Marian quòd ibi ex ea glo. expreſsè probatur contrarium, ſequitur ibi Felyn. num. 5. in fin. Adde ad eandem materiam Parid. de Put. in tract. de ſindic. verbo *tortus*, c. 4. ante num. 1. fol. mihi 316. Ang. de maleſ. in verbo *comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum*, num. 16. & 17. & ibi Auguſt. in addit. Pract. Milleſ. fol. 107. num. 13. & ſeqq. Marſil. in l. 1. §. ſi quis vltrò, nu. 112. & ſeqq. ff. de quæſt. Brun. de indit. par. 2 q. 6. num. 23. in fine, & ſeqq. vbi latè Caſon. in tract. de tormen. cap. 18. num. 3. & c. 19. nu. 5. Carer. in pract. in prin. nu. 21. & num. 31. & in 2. tract. de indit. &c. §. circa ſeptimum, num. 9. Foller. in pract. crim. verbo *& ſi confitebuntur*, par. 3. num. 89. & nu. 95. fol. 329 Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crim. num. 5. verſ. Hinc eſt, fol. mihi 281. Clar. in pract. §. fi. q. 64. verſ. debet quoque ad fin. Flamin. Cartar. in pract. interrogan. reor. lib. 4. c. 2. nu. 19. & ſeqq.

70 AMPLIA I. propoſitam regulam, vt ſit neceſſaria ratificatio, non ſolum in confeſſione emanata per torturã, ſed etiam in emanata extra torturam, metu tamen tormẽtorum, ſecundum Marian. in cap. qualiter, & quando il ſecondo, num. 1017. verſ. aut confitetur metu tormentorum, & d. num. 1017. in fine, extra de accuſat. Paris de Pu. de ſind. verbo *tortus*, cap. 1. num. 3. ſub verſ. confeſſio rei. Ang. de maleſ. in verbo *quòd fama publica*, num. 111. Gandin. in tit. de quæſt. & tormen. num. 28. Pract. Milleſ. fol. 105. num. 39. Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tortu. poſt num. 72. & ibi in addit. num. 73. Brunor. de indit. par. 2. quæſt. 6. num. 22. verſ. quando in confeſſione, il primo. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 2. & §. circa ſeptimum num. 4.

71 AMPLIA II. vt ratificatio, licèt de iure communi ſit forſan facienda extra carceres, & ad bancbum iuris, & etiam teſtibus adhibitis, conſuetudo tamen obtinuit, vt poſſit etiam fieri in carcere, & ſine teſtibus, dũmodo fiat extra locum torturæ, & extra illius aſpectum. Paris de Put. de ſind. verbo *tortus*, cap. 1. num. 3. ad finem verſ. tortus ad perſeuerandum, fol. mihi 331. col. 4. & num. 13. fol. 333. col. 2. verſ. tamen illa ratificatio, & num. 29. verſ. & requiritur, fol. 335. col. 3. & d. verbo tortus, cap. 9. num. 2. fol. 351. col. 3. Auguſt. ad Ang. de maleſ. verbo *quòd fama publica*, poſt num. 117. Gandin. in tit. de quæſt. & torm. num. 32. Pract. Milleſ. fol. 105. num. 39. Ludouic. Bologni. in addit. ad Guid. de Suzzar. in tractat. de indit. & tortu. poſt num. 69. Idem Guid. de Suzzar. ibidem, num. 78. & ibi in addit. Brun. de indit. par. 2. quæſt. 6. num. 4. Bald. de quæſt. & tormen. cap. 3. num. 3. Foller. in pract. crimin. verbo *& ſi cofitebuntur*, part. 1. num. 63. fol. 304. & dict. verbo *& ſi confitebuntur*, par. 3. num. 81. fol. 328. Clar. in pract. §. fina. quæſt. 64. verſic. debet quoque. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 145. & ſeqq. vbi etiam, an conſuetudo contraria valeat, & in quo caſu, Brunor. à Sole in ſuo cõſ. crimin. 164.

72 AMPLIA III. quia ad hoc, vt reus confeſſus, ſuam ratificet confeſſionem, poſt habitam confeſſionem non debet reponi, & reconduci ad illos carceres, in quib. forſan antea permanebat, & in quibus adſint alij carcerati criminoſi, experti, & docẽtes cõfeſſionẽ reuocare, ſecundũ Andr. de Iſernia Parid. de Put. Affl. & Iul. Clar. in

in locis relatis per Flamin. Cartar. in pract. interrogand. reor. lib. 4. cap. 1. nu. 138. & ita Romæ, & Bononiæ seruari testatur Ant. Scapp. de iur. non script. lib. 5. cap. 1012 in fine. Et hinc in grauioribus causis sæpè reum confessum in alio carcere secreto, donec ratificet, vel solum, vel etiã adhibita custodia repositum vidi, nec per nuntium, vel per schedulas, vel alia signa extra carceres dari solita ad reuocandum confessionem edoceatur., & consulatur.

73 AMPLIA IV. vt ratificatio confessionis debeat fieri non incontinenti, vel paulò pòst per torturam, quando adhuc durat torturæ dolor, sed ex interuallo, & dolore tormentorum cessante, secundum Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus, num. 4. ff. de quæst. Butrig. in l. 2. in princ. vers. quidam iudices, vbi benè comprobat hanc ampliationem Salyc. ibidem num. 9. vers. idem dicit si confessus iuncto vers. & idem si non illico. C. de custod. reor. Ang. in l. qui in aliena §. celsus, post num. 3. & ibi etiam Imol. nu. 3. in fine, vers. dummodo inter tormenta. Iaf. post num. 30. ff. de acquir. hæred. Bero. in c. at si clerici, nu. 52. de iudic. Paris de Put. de sindic. verbo *tortus*, cap. 1. num. 13. vers. sic. tamen illa ratificatio, fol. 333. col. 2. & num. 28. vers. & dicitur quis. fol. 335. col. 3. & ibidem num. 29. & cap. 9. post num. 1. vers. dum tamen, nõ incontinenti, fol. 351. col. 2. Angel. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 110. ad finem. Gandin. de quæst. & tormenr. num, 33. Lanfran. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, num. 8. de probat. Diaz. reg. 125. fallen. 3. in fine, vers. & nota. Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus, num. 6. de quæst. Brun. de indit. par. 2. q. 6. num. 5. Cason. de tormen. cap. 21. num. 2. Ant. Columb. in tract. proceden. in controuer. crim. artic. 210. Clar. in pract. § final. q. 64. vers. & circa. Masc. de prob. lib. 1. concl. 353. num. 11. & seqq. & concl. 355. num. 1. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 4. cap. 1. num. 140. & seqq. vbi quòd qui contrarium faciunt, pessimè faciunt. Marsil. cons. 29. num. 49.

74 Hoc autem interuallum debet esse ad minus vnius diei, & vnius noctis, & sic horarum 24. secundum Butrig. in d. l. 2. vers. oportet ergo. C. de custod. reor. Paris vbi supra d. vers. tamen illa ratificatio. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 112. Pract. Millef. post num. 40. fol. 105. & fol. 107. num. 11. Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo *confessio*, num. 8. de probat. Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus nu. 9. ff. de quæst. Ludou. Bolognin. in addit. ad Guid. de Suzzar. in tract. de indit. & tort. num. 48. & post num. 69. Brun. de indit par. 2. q. 6. num. 5. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. circa septimum, nu. 5. & num. 6. ad med. Iodoc. in pract. crim. cap. 39. num. 7. & c. 54. num. 17. Menoch. de arbitr. quæst. casu 38. num. 2. in fine, lib. 1. Ant. Gomez. var. resol. tomo 3. cap. 13. rub. de tortur. reor. num. 24. vers. iustum tamen, & competens tempus. Clar. in pract. §. final. q. 64. vers. & circa in princ. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 4. cap. 1. num. 141. & 142. in fine, vbi de communi, & seruata opinione, ex Ant. Gomez. in loco præcitato. Et quidem quando tortura fuit grauis, hoc tempus omnino expectandum tutius crederem, Hippol. Rimin. consil. crimin. diuers. 84. num. 23. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 353. numer. 2. & num. 13. & conclus. 355. num. 2.

75 Immò si credendum est, Cason. in tract. de tormen. cap. 21. rubr. de confess. ratifican. num. 3. debent expectari tres dies, & tres noctes, nam per solam diem, & noctem, adhuc reus dicitur esse in dolore, & cruciatu, & ita seruari in tribunali Inquisitorum hæreticæ prauitatis, testatur Simãch. cathol. instit. tit. 65. num. 71. sed Ymbert. Locat. in oper. inquisit. in verbo *tortura*, num. 6. dicit ratificationem differri in diem sequentem, prout hos refert Flamin. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 144.

76 Veritas est, & ita magis communiter à Doctoribus, & in praxi receptum est, quòd arbitrio iudicis, secundũ qualitatem personæ tormentatæ, & quantitatem illati tormẽti remissum est interuallum, in quo reus confessus confessionem ratificare debeat secundum Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus, num. 4. ff. de quæst. Ang. in l. qui in aliena. §. celsus, post num. 3. & ibi etiam Imol. num. 3. in fine, vers. quod relinquitur arbitrio iudicantis. Alexãd. nu. 11. vers. & ex interuallo. Iaf. post num. 30. ff. de acq. hæred. Bero. in cap. at si clerici, num. 52. extra de iudic. Marian. in c qualiter, & quando, il secondo, nu. 1102. de accusat. Paris de Put. de sind. verbo *tortus*, cap. 1. num. 3. in fine, vers. & cum aliquid, fol. mihi 331. colum. 4. & num. 13. vers. tamen illa ratificatio, fol. 333. & cap. 9. num. 1. fol. 351. Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 112. & ibi August. post num. 117. vers. & breuiter dixi, & in verbo *comparuit rum dicti inquisiti & confitentur totum*, num. 17. in fine, & ibi in addit. littera B, Pract. Millef. fol. 107. num. 15. Marsil. in l. 1. §. Diuus Seuerus, num. 8. ff. de quæst. Guid. de Suzar. de indit. & tortu. num. 79. & ibi in addit. Bal. de quæst. & torment. cap. 2. num. 1. vbi quòd iudex post torturam debet stare per diem, vel aliud tempus, secundum qualitatem criminis, & personæ, & cap. 3. num. 3. vers. sed quantum tempus. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 38. num. 29. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tortu. reor. post num. 24. vers. & si quæras infra quantum tempus, &c. Clar. d. quæst. 64. vers. & circa hanc, vbi ex hoc infert, quòd quandoque expectatur vna sola nox, & non spatium 24. horarum, & ita apud nos seruatur. Nec dissentit Flamin Cartar. in pract. interrogandor. reorum, lib. 4. cap. 1. num. 141. & seq. vbi pariter licèt iudicis arbitrio, id omne remittit, secundum communem, de qua testantur Simanc. & Anton. de Canar. in locis per eum relatis, non tamen negat, posse ratificationem in sequentem diem, etiam quòd non intercesserit spatium viginti quatuor horarum differri.

77 LIMITA I. huius tertij capitis propositam regulam procedere, prout loquitur in confessione emanata per torturam, secùs autem in confessione spontanea, in qua nullam interuenire debere ratificationem dixi supra q. 81. nu. 8. & seqq. hic non repeto.

78 LIMITA II. eandem regulam non procedere quando confessio in tortura emanata reperitur adminiculata aliquo inditio, vel adminiculo. Tunc enim non esse necessariam ratificationem voluit Bald. in l. 1. num. 18. vers. si verò tormenta iuncto, num. 19. C. de confess. Vbi amplius, quòd in casu, in quo ratificatio requiritur, ea sufficit tacita, quòd scilicet confessio non reuocetur, licèt Assessores quærant etiam habere expressam ratificationem ex interuallo, nè reus possit appellare. Nec dissentire videtur Alber. in l. capite quinto, post num. 23. ff. de adult. vbi dixit confessioni in tormentis non perseueratæ non stari, nisi legitima præcesserint inditia. Ergo inditiis præcedentibus ratificatio non est necessaria. Quòd & magis explicitè voluit idem Bal. in l. fin. col. 1. post num. 2. vers. exemplum in confessione. C. de probat. vbi dixit, quòd confessio facta in tormentis indicat veritatem facti non per se, sed perseuerantia, vel fama, vel verisimilitudine, vel aliis adminiculis. Et isto casu inquit Bal. nihil prodest confitenti reuocare confessionem, si contra se adsunt aliqua inditia, nisi reuocans probaret contrarium. Et sic videtur concludere, quòd ratificatio non est necessaria, quando confessio est adminiculata, & inditiis grauata, cum requirat ad validitatem confessionis emanatæ per torturam vel perseuerantiam, vel cõcursum adminiculorum, & Bald. sic dicentem referunt, & sequuntur Paris de Put. de sind. verbo tortura, cap. 1. num. 3. in fine, vers. & dixit Baldus, & num. 4. & seq. fol. mihi 315. & in verbo *tortus*, cap. 1. nu. 25. vers. non prodest confitenti, folio mihi 335. & cap. 7. num. 3. vbi propterea dicit, quòd verba Salyceti in d. l. fin. reprehendentis Baldum sunt nullius saporis. Pract. Millef. fol. 105. num. 34. & seqq. & fol. 118. num. 11. Cason. de tormen. cap. 21. rub. de confess. ratifican. num. 9. & seq. vbi videtur tenere, quòd quando confessio est signis verificata, iuxta ea, quæ dixi de verificata confessione supra q. 81. nu. 30. tunc nõ indiget ratificatione. Gramm. decis. 72. nu. 3. & seqq. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, num. 18. vbi tamen loquitur, quando præcesserunt inditia indubitata, & idem repetit in §. circa septimum, num. 2. in fine, vers. potest tamen saluari. Foller. in pract. crim. in verbo, *& si confitebuntur*

fitebuntur, par. 2. num. 29. Grammat. deciſ. 34. nu. 60. Marſil. in l. repeti, num. 21. & 22. iuncto num. 30. ff. de quæſt. vbi loquitur, quando præceſſerunt inditia indubitata, & agitur de imponenda pœna pecuniaria, & idem repetiit in pract. §. quoniam, num. 33. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 353. num. 25. & concluſ. 350. nu. 4. vbi alios refert.

79 Contrarium, quòd immò confeſſio adminiculata, & inditiis grauata, per torturam, extorta ratificatione indigeat, aliàs confitenti non nocet, fuit de mente gloſſæ in l. 2. in verbo *aliquid*, in fine. C. quorum appella. non recip. vbi quòd non ſeruatur in practica valere confeſſionem aliquibus probationibus adminiculatam ſine ratificatione, ſed debet ratificari, vt ibi per eum, & expreſsè voluit Salycet. in l. final. num. 2. verſ. item ponit aliud exemplum, iuncto verſ. hoc exemplum mihi non placet. C. de probat. vbi reprobat Baldum contrarium ibi dicẽtem. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tortu. nu. 3. iuncto num. 5. vbi quòd malè faceret iudex, qui ſine ratificatione condemnaret reum cõfeſſum in tortura, etiam quòd confeſſio eſſet adminiculata, & inditiis grauata. Et quòd nunquam vidit contrariã opinionem in practica ſeruari, & verum dicit, quia niſi præcedant inditia, confeſſio in tortura non valet, etiam quòd millies ratificata, vt non daretur caſus, in quo ratificatio eſſet neceſſaria in tali confeſſione. Addo pro hac eadem opinione eundem Boſſ. in d. tit. de confeſſ. per tortu. num. 7. & num. 8. verſ. quia ſi præcedebant inditia, & in tit. de conuict. num. 31. vbi, quòd optimo fundamento Salyc. in d. l. fin. reprobat Baldum ibi contrarium dicentẽ. Et hanc contrariã opinionem pluribus rationibus tuetur Clar. in pract. §. fi. q. 64. verſ. cæterum ſi reus. vbi, quòd ita communiter teneturex Care. in loco per eum citato. Et ita etiam tu teneas, & ſerua in practica.

80 LIMITA III. (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti limitatione) in confeſſione per torturam emanata, quàm præceſſit alia extraiudicialis confeſſio. Tunc enim non eſſe neceſſariam aliam ratificationem ſcripſerũt glo. in l. capite quinto, in verbo *accuſatori*, verſ. item & quòd pro hoc, &c. ff. ad l. Iul. de adult. Iaſ. in l. magiſtratibus, num. 4. in fine. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Fely. in cap. olim, num. 9. ſub 8. fallen. verſ. & ſubdit ſingulariter, extra de reſcript. poſt Bart. quem allegat in l. Lucius. ff. de condit. & demonſtrat. Paris de Put. de ſindic. verbo *tortura*, cap. 3. num. 4. fol. 316. col. 3. & in verbo *tortus*, c. 1. num. 27. in fin. fol. 335. Arnon. ſing. 93. incip. volo adducere tibi vnum pulcrum. Tindar. de teſtib. lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 26. licèt dicat cautius eſſe etiam iſto caſu adhibere ratificationem. Diaz. reg. 125. numer. 5. limitat. vbi dicit hanc concluſionem, licèt duram, eſſe tamen memoriæ figend. Marſil. in l. 1. §. diuus Seuerus, nu. 10. ff. de quæſt. & in d. l. 1. §. quæſt. verſ. vlterius, & ſeqq. ff. eod. Relati per Boſſ. (quos tamen non ſequitur) in tit. de confeſſ. per tort. num. 2. iuncto num. 4. vbi propterea dicit videri omninò excuſandum in ſindicatu eum iudicem, qui iſtum ſic confeſſum per torturam ſine alia ratificatione condemnaret. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius caſus num. 19. & in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 14. vbi multò magis, quando præceſſit bina extraiudicialis confeſſio, & idem repetit num. 17. & §. circa ſextum, num. 11. & §. circa ſeptimum, num. 8. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crimin. læſ. maieſt. prob. q. 5. num. 29. Claud. Battandier. regul. crim. 54. num. 9. Albertin in tract. de heret. q. 25. nu. 23. Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crim. num. 10. ſub 9. ampliatione, verſ. at aliud ſingulare, fol. mihi 282. col. 2. in fine. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 353. num. 24. poſt Imol. Alex. & Marſil. in locis per eum relatis.

81 Contrarium, quòd & iſto caſu ſit neceſſaria ratificatio magis placet. Boſſ. in d. tit. de confeſſ. per tortu. num. 5. & ea ratione, quia confeſſio extraiudicialis præcedens potuit eſſe facta glorioſè, prout ſæpè contingit. Alia iudicialis in tortura, metu torturæ, & ſic apud iudicem prudẽtem aliquid dubij remanet. Ideò malè facit, ſi ſine ratificatione condemnat. Et nunquàm contrarium in practica ſeruari vidiſſe teſtatur. Quod & idem affirmauit in tit. de conuict. num. 33. in fine ex rationibus deductis per Salyc. quem allegat in l. fin. C. de probat. Et ante iſtos fuit de mente Alber. in l. capite quinto, num. 3. verſ. vnde ſi intelligeres ff. de adult. & ibi etiam Fulgoſ. num. 5. vbi falſam dicit opinionem glo. in d. l. capite quinto. Blanch. de indit. num. 208. vbi propterea reprehendit Iaſ. contrarium dicẽtem in d. l. magiſtratibus Caſon. in tract. de tormen. cap. 21. rubr. de confeſſ. ratifican. num. 6. Ant. Gomez variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tort. reor. num. 8. verſ. Et intantum eſt verum, vbi relatis, & reprobatis contrariis primam opinionem falſam arbitratur. Flamin. Cartar. in practic. interrogand. reor. lib. 4. cap. 1. num. 153. vbi quòd cõtraria opinio nullo iure nititur, & in pract. recipienda non eſt.

82 LIMITA IV. quando is qui fuit confeſſus, erat homo robuſtus, & tortura fuit leuis. Tunc enim talis confeſſio dicitur potius ſpontanea, quam per torturam emanata, & propterea quòd ratificatione non indigeat, voluerunt Paris de Put. poſt Bart. & Bal. in locis per eum relatis in tract. ſindica. verbo *tortura*, cap. 9. num. 1. in fine. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius caſus, nu. 18. & in 2. tract. de indit, &c. §. in text. ibi formidine tormentorum, num. 10. Foller. in pract. crimin. verbo, *& ſi confitebuntur*, par. 1. num. 62. verſ. ego tamen pro nũc, &c. fol. 303. & d. verbo *& ſi confitebuntur*, par. 3. nu. 83. fol. 328. Gramm. deciſ. 34. num. 55. & ſeqq. & voto 6. nu. 8. Maſcardus, qui alios refert de probationib. lib. 1. concl. 353. num. 22. & ſeq. Flamin. Cartar. in pract. interrog. reor. lib. 4. cap. 1. num. 154. (vbi tamen ſubdit tutius eſſe etiam iſto

83 caſu ratificationem ſumere, & verum dicit. Et ita apud nos ſeruatur) Immò contrarium, quòd etiam in leui tortura ſi neceſſaria ratificatio, videtur voluiſſe Claud. ad Bertaz. conſ. 71. littera l, lib. 1. Et vide in ſimili, quæ dixi hac eadem q. num. 17. & ſeq. & in tit. de indit. & tort. q. 37. num. 96. & ſeq. vbi latius.

ARGVMENTVM.

Confeſſio per interrogatoria ſuggeſtiua extorta, ſiue in tortura, ſiue extra, quando ad condemnandum ſufficiat.

SVMMARIVM.

Confeſſio extorta per ſuggeſtionem ad condemnandum non ſufficit, & omnia inde ſequuta ipſo iure nulla redduntur, num. 84.

Suggeſtio eſt prohibita non ſolum in damnum rei, ſed etiam in damnum fiſci, nu. 85.

Suggeſtio eſt prohibita etiam in examine teſtium. num. 86.

Suggeſtio eſt præſertim prohibita, quando reus interrogatur de complicibus. nu. 87.

Suggeſtiua interrogatoria quæ ſint, & eorum exempla, nu. 88. & ſeqq.

Suggeſtiua interrogatoria quæ ſint Iudicis arbitrio remittitur, num. 89.

Iudex non debet legere reo completas teſtium depoſitiones ad ipſum conuincendum, propter ſuggeſtionis periculum, nu. 90.

Suggeſtionis duplex eſt ſpecies, vna ſcilicet aperta, altera autem palliata, nu. 91.

Suggeſtio præſumitur, quando non apparet de qua re fuerit in ſpecie reus interrogatus, ſed apparet reſponſio notario ſcribente ad opportunam Domini interrogationem, *nu. 92.*

Suggeſtio eſt etiam prohibita per interpoſitam perſonam, nu. 93.

Iudex, an, & quando poſſit in ſecretis carceribus alium carceratum, ſeu extraneum ponere ad effectum, vt obſeruet, quæ per reum aguntur, vel dicuntur, vel quòd prohibeat reum alios alloqui, vel etiam, quòd ipſum diſponat ad dicendum veritatem, nu. 93.

Confeſſio per ſuggeſtionem extorta, etiam quòd ſit ratificata non nocet confitenti. nu. 94.

Confeſſio per ſuggeſtionem extorta non ſolum non nocet confitenti, ſed nec etiam nocet alijs. nu. 95.

Iudex, quando reus pendet in tortura non debet minari, aut importunè suadere, vt confiteatur; & quomodo gerere se debeat in interrogando ipsum reum, num. 96.

Suggestio non est prohibita, quando inditia sunt manifesta, quia tunc reus potest etiam in specie interrogari, num. 97.

Reus de consuetudine potest etiam interrogari in specie super delicto, de quo agitur, num. 98.

QVÆSTIO LXXXIII. CAP. IV.

84 REGVLA sit, quòd suggestio tam in tortura, quam ante, & extra eam à iure iudicibus prohibita est, & ideò confessio per suggestionem extorta non sufficit ad condemnandum, & omnia inde sequuta sunt, ipso iure nulla. tex. est in l. 1. §. qui ad quæstionem, & ibi Bart. & Marsil. ff. de quæst. Salyc. in l. fin. num. 8. C. de accusat. Marian. in c. qualiter, & quando il 2. num. 1102. vers. debet tamen iudex, de accusat. Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, num. 118 & ibi Augu$t. in addit. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. in text. ibi, formidine tormentorum, num. 16. Boss. in tit. de exam. reor. num. 12. vers. illa confessio. Gaspar. Caballin. in constit. Marchiæ, lib. 4. cap. 1. in verbo *comparuerunt*, num. 1. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. rubr. de tortu. reor. num. 23. in fine. Flamin. Cartar. qui pluribus hanc probat conclusionem, & plures ad eandem refert concordantes, in pract. interrogandor. reor. lib. 2. ca. 1. num. 54. & seqq. vsque ad num. 64. & lib. 4. cap. 1. num. 94. & seqq. Sigism. Scaccin. in tract. de iudic. caus. ciuil. crim. cap. 86. num. 7. & nu. 40. vbi expresse loquitur, & tàm in tortura, quàm extra, & benè comprobat hanc con-
85 clusionem, & num. 41. Vbi quòd est prohibita suggestio, non solùm in damnum rei, sed etiàm in damnum fisci, & benè exemplificat, quando iudex dicatur suggerere in damnum fisci.

86 AMPLIA I. propositam huius quarti capitis regulam, etiam procedere in examine testium, in quibus etiam à iure prohibitam esse suggestionem, dixi in tract. de testib. quæst. 79. num. 78. & seqq. Vbi in specie declaraui materiam, & ibi tradita in occurrenti casu confessionis extortæ à reo per suggestionem videas, quia etiam ad hanc materiam conferunt.

87 AMPLIA II. vt etiam suggestio prohibita sit, quando reus interrogatur de sociis criminis, de qua re latiùs dixi in tit. de indit. & tortu. quæst. 43. num. 132. & seqq. hic non repeto.

88 AMPLIA III. (& hæc ampliatio venit illatiuè ex regula) vt propterea iudex non debeat reum interrogare de circumstantiis, & qualitatibus specialibus commissi delicti. *An scilicet interfecerit Titium in tali loco, tali die vulnerando in pectore cum ense, & sic de singulis.* sed debet ipsum generaliter interrogare. *An à tanto tempore citra fecerit aliquam rixam, cum quo, in quo loco, qualiter, an quo tempore. An illata fuerint aliqua vulnera, quæ, quot, & in qua parte corporis.* & his similia, vt per Marian. in cap. qualiter, & quando, num. 950. & 1102. vers. vnde non debet interrogare extra de accusat. Ang. de malef. in verbo *fama publica*. num. 118. & ibi Augu$t. in addit. Caret. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. circa septimum, num. 11. Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 57. Franc. Cason. in tract. de tormen. cap. 15. num. 2. Boss. in tit. de exam. reor. num. 12. Vbi pariter, quòd iudex non debet interrogare de modo, & causa, sed tantùm in genere, si maleficium commisit. Gaspar Caballin. in constit. Marchiæ, lib. 4. cap. 1. in verbo *comparuerit*,
89 num. 1. & 2. Vbi ampliùs, quòd Iudicis arbitrio remittitur, quæ dicantur interrogatoria suggestiua, & quæ non, Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 54. & num. 65.

90 Vbi propterea infert, quòd ad euitandum suggestionis periculum, Iudex non debet reo legere testium depositiones (quod tamen hodie parum obseruatur, & malè) & num. 67. & seq. vbi etiam benè exemplificat quomodo, & quando Iudex non debeat reum interrogare super circumstantijs, & qualitatibus delicti. Sigism. Scac. in tract.
91 de iud. caus. ciuil. & crim. lib. 1. c. 86. nu. 8. Vbi in proposito duplicē suggestionis esse speciem affirmat; vnam scilicet apertam, alteram verò palliatam, & ibi benè declarat, & exemplificat, quando suggestio dicatur aperta, & quando
92 palliata. Et inter alia dixit post Cartar. in loco per eum relato, quòd palliata præsumitur suggestio, quando non apparet, de qua re fuerit reus interrogatus, vt puta, quando subsequitur responsio notario scribente *ad opportunam dominum interrogationem*, & his similia, & num. 40.

93 AMPLIA IV. vt etiam sit prohibita suggestio per interpositam personam, quādo puta iudices in secretis carceribus supponunt aliquem, qui plenè informatus de delicto, de quo quæritur, instruit, & suggerit carcerato factum cum suis qualitatibus, vt postea in tormentis eorum dolore oppressus, illud sic fateatur, licet forsan innocens sit. Talis enim confessio sic extorta non sufficit ad condemnandum, ita videtur de mente Marian. in cap. qualiter, & quando, il 2. nu. 975. extra de accusat. qui ponit vnum exemplum, & casum, suo tempore occursum, in quo instigatores, & amici carcerati posuerunt cum eo in carceribus vnum ad sic suggerendum, & sic re comperta innocens ille (qui tamen negauerat, euasit innocens) sed certè idem etiam ego crediderim si fassus fuisset, & multò magis id prohibitum existimo iudicibus, qui talia faciunt, qui propterea aduertant, quòd non excusabuntur ex eo, quòd dixerint se illuc cum carcerato introduxisse aliquem, vt pro fisco vigilaret, ne idem carceratus, vel fugeret, vel cum aliquo alloqueretur, vel alicui transmitteret apocas, aut similia faceret (prout hodie multos iudices obseruare vidi. Et ego etiam quādo periculum cognoui, obseruaui) Si enim sub prætextu prædictorum iste sic ad hunc fictum effectum introductus carceratum persuaserit ad confitendum sub spe impunitatis, illiq; delictum, & eius qualitates suggesserit (prout & plurimum tales homines persuadere, & suggerere solent putantes, Iudici rem gratam facere, absquè eo, quòd eorum animæ perniciem præ oculis habeant) sciant inquàm se grauiter peccare, & in hoc, & in alio modo debitas debere luere pœnas, vnà cū Iudice, qui talia mandat, aut permittit.

94 AMPLIA V. vt confessio per suggestionem extorta confitenti, non noceat etiam, quòd fuerit ratificata. Caret. in pract. in 2. tract. de indit. & tort. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, num. 16.

95 AMPLIA VI. vt confessio per suggestionem extorta, non solum non noceat confitenti, sed nec etiam noceat aliis. Caret. vbi sup. d. nu. 16. ex Gramm. quem allegat, voto 34. Et faciunt quę in simili dixi de socio criminis, in tit. de indit. & tort. quęst. 43. num. 192.

96 AMPLIA VII. vt iudex in tortura non possit reo ne dum suggerere, sed nec etiam minari, aut importunè suadere, vt cōfiteatur, ità expresse videtur tradere Iodoq. in pract. crim. cap. 37. rub. de quęst. num. 9. cuius verba sunt hæc: *Non est boni iudicis, neq; in ipsius potestate, sine authoritate maleficum, aut reum in tormentis eo conari inducere, & persuadere, vt quippiam sibi aduersus confiteatur, neq; item minis ipsum solicitare; aut terrere, aut intermitari maiora supplicia, si fateri nolit, sed æquo libramine, animoq; sedato, pergat exercere cruciatum donec ipsius prudentia, & iustitiæ ex animo verè christiano ad summum videbitur pœnam intensam fuisse, adeò vt grauiora perpeti nequierit.* Quæ quidem verba valdè notanda sunt contra modernos, & crudeles iudices, qui quando reum in tormento habent, & verbis, & minis, & importunis suasionibus, & quòd peius est, quandoquè etiam contumelijs, & pugnis, seu etiam verberibus adeò ipsum infestant, vt maiorem hoc modo quoddammodo inferant cruciatum, eo, quam per torturam ipsam pauperes isti patiantur. Quàpropter ego semper obseruaui, reum in tortura pendentem nullo modo aliter infestari, quàm cum duobus, aut tribus interrogatorijs, & monitionibus, vt veritatem, de qua alias fuit interrogatus, fateatur, nec sinat se amplius in tormento cruciari, quòd si in negatiua perstitat, completa hora ad summum, deponendum mandaui. Et aduerte, quòd licet Flamin. Cartar. in pract. interrogand.

rogand.

rogand. reor. lib. 4. cap. 1. num. 81. & seqq. Foller. Nouell. & Cuman. quos allegat, & in cap. 2. num. 5. in formula constituendi reos ad locum torturæ, ponat etiam formam interrogatoriorũ ipsi reo faciendorum, ex quo apparet, posse iudicem interrogare de nouo super inditiis, de quibus in processu, & de quibus alias fuit interrogatus extra torturam. Hæc tamen practica a bonis Iudicibus, nec seruatur, nec vnquam seruare eam vidi, cum antequã reus ponatur in tortura, iudex diligẽtèr supvnoquoq; inditio reum interrogat. Et in vltimo constituto, si tamen legitima præcedunt inditia, ipsum specialiter interrogat, an tale delictum commiserit, & eo negante, monetur, & suadetur ad dicendum veritatem, de qua iam Curiæ videtur satis constare ex testibus examinatis, iuribus productis, & aliis, de quibus in processu. Quæ omnia ad magis ipsum disponendum, denuò per iudicem ipso benè intelligente, singulariter numerantur, & significantur. Quòd si adhuc in negatiua perfistat, pro habenda veritate fit decretum torturæ, & postea eleuatur, & vt dixi, in tortura amplius non interrogatur, nec monetur, nisi in genere, vt veritatem liberè dicat. Et hoc etiam non importunè, & in solenter, sed sedato animo, & per duas, aut tres vices, & ita, vt dixi practicaui, & practicari vidi à Iudicibus, qui Deum, & iustitiam timent.

97 LIMITA I. hanc huius quarti capitis regulam non procedere, quando inditia sunt manifesta. Tunc enim reus potest etiã in specie interrogari. Aug ad Ang. de mal. in verbo *quòd fama publica*, num. 118. vers. putarem ego. Brun. de indit. par. 2. q. 5. num. 57. in fin. Cater. in pract. in 2. tract. de indit. &c. §. circa septimum, num. 11. in fi. Boss. in tit. de exam. reor. num. 12. vers. nisi inditia essent ita magna, &c. Flamin. Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. num. 64. Vbi loquitur, quando inditia talia sunt, vt iudex certè sciat illum commisisse delictum. Sigismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. & crimin. &c lib. 1. cap. 86. num. 38. Vbi loquitur siue reus interrogetur extra torturam, siue etiam in tortura, & num. 39. Vbi declarat, qualia isto casu debeant esse inditia præcedentia, dicitq;, quòd si reus interrogatur extra torturam, inditia debet esse aliquantulo vrgentiora illis, quę debent præcedere, antequàm reus interrogetur in genere; si verò interrogatur in tortura, & tunc requiruntur talia, vt ex illis iudex certè sciat illum commisisse delictum. Et isto casu tũc iudex dicetur certo scire, quando habebit plusquàm semiplenam probationem, & nihilominus, etiam quòd iudex habeat ista prædicta manifesta, admonet iudices, vt antequam reum in specie in delicto interrogent, priùs illum interrogent in genere, & super generalibus, & deindè paulatim ad qualitates, & circumstantias, ac demum ad ipsum delictum in specie deueniant. Talis enim interrogandi modus, quem, & ipse post Pegu. & Cartar. in locis per eũ relatis in practica seruari testatur, facilius operatur, vt reus veritatem fateatur, quàm si à principio, nullo pręcedente interrogatorio generali in specie de delicto ipsu interrogaretur. Et hoc non habet difficultatem. Vide ad materiam huius limitationis, quę dixi in prima par. tit. de indit. & tortu. q. 43. num. 132. & seq. & tract. de testib. tit. de oppos. contr. exam. test. num. 79. & seq.

98 LIMITA II. vt quicquid sit de iure, de consuetudine tamen reus potest interrogari etiam in specie super delicto, de quo agitur prout dicit Clar. in pract. §. fi. q. 45. vers. debet autem, ex Cason. in loco per eum citato. Quòd tamen dictum Clari, crederem posse procedere secundum ea, quæ in simili de teste torquendo dixi in tractat. de testib. q. 79. num. 80. vt scilicet, possit reus interrogari, an cõmiserit vel nõ tale delict. (prout Clarus dicit) non autem de eius qualitatibus, prout latiùs probaui supra hac ead. q. num. 88. & expressè declarat Cason. in tractat. de tormen. c. 15. num. 3. & ex iis sit impositus finis reo confesso. Prosequamur modo, quæ ad reum conuictum pertinent.

ARGVMENTVM.

Delictum an, & quando probetur per scripturam, seù instrumentum.

SVMMARIVM.



onuictus dicitur reus tribus modis. Testibus scilicet, instrumentis, & inditijs indubitatis ante num. 1.
Delictum regulariter non probatur per instrumentum, nu. 1. & num. 2. Ubi ponuntur rationes huius regulę, & nu. 4. Ubi ponitur exemplum regulæ prædicta.
Delictum commissum in præsentia notarij, nec etiam probatur per instrumentum, num. 3.
Delictum eo minus probatur per scripturam, quando agitur de imponendo pœnam, num. 5.
Delictum non probatur per instrumentum, seù scripturam etiam repertam in Archiuio publico, num. 6.
Delictum probatur per instrumentum, seù scripturam, quando illud committitur scribendo, paciscendo, & seu contrahendo, de quo pacto, seu contractu fiat per paciscentes. & contrahentes instrumentum, & scripturam, num. 7. & num. 8. Vbi declaratur hac conclusio, dummodo constet, quòd delinquentes confecerint illud instrumentum, seù scripturam; aliàs secus, & num. 10. Ubi declaratur alio modo, dummodo scilicet tale instrumentum, seù scriptura fuerit facta de consensu, & voluntate delinquentium, aliàs secus.
Delictum probatur per scripturam, seù instrumentum, quando talis scriptura, seu instrumentum est de se delictum, habetq; de se intrinsecum delictum, num. 7.
Delictum probatur per scripturam, quæ contineat statutum factum contra libertatem Ecclesiasticam, num. 9.
Delictum coniurationis, & conspirationis probatur per scripturam, num. 11.
Crimen læsæ maiestatis An probetur per scripturam, num. 11.
Usurarum crimen probatur per scripturam, num. 12.
Delictum iniuriarum, an probetur per Instrumentum, num. 5.
Falsi crimen An probetur per scripturam, num. 13. & 14.
Periurium probatur per Instrumentum, & scripturam, num. 15.
Hæresis crimen probatur per scripturam, num. 16.
Delictum An probetur per scripturam, quando ciuiliter agitur, nu. 17. & 18.
Scriptura priuata probat delictum, num. 19. declara, vt num. 20.
Delictum probatur per instrumentum, seù scripturam factam de ordine, seù consensu, et voluntate delinquentis, num. 21. Declara dummodo non agatur de pœna corporali. num. 22.
Delictum probatur per Instrumentum fori, & acta iudiciaria, prout est instrumentum confessionis, vel instrumentum sententia. n. 23.
Delictum probatur per instrumentum, quando non agitur de præiudicio alicuius, vel de præiudicio leui, num. 24.
Inobediëntia, & contumacia, ex qua incurritur excommunicatio, ad effectum absoluendi excommunicatum, probatur per instrumentum, num. 24. Declara, vt num. 26 & seqq.
Delicta parua, & leuia probantur per scripturam, num. 26.
Spoliatio violenta probatur per instrumentum ad effectum recuperandi possessionem, num. 27. Declara vt num. 29.
Excommunicatio opposita in vim delatoriæ, probatur per Instrumẽtum, num. 28. Declara vt num. 29.
Cadaueris visitatio cum vulneribus reperti, probatur per Instrumentum notarij num. 30.
Delictum licèt non probetur per instrumentum, quatenus est iuris, probatur tamen quatenus est rude factum, nu. 31. contra nu. 32. Delictum probatur indirectè per Instrumentum, num. 33.
Delicti adminicula, & circumstantię probantur per instrumentum, num. 33.
Delicta licèt non probentur per instrumentum, plenè facit tamen tale Instrumentum aliquam probationem, num. 35.
Violentia probatur per Instrumentum, num. 34. Et quid de violenta iniectione manus in clericum, num. 28. & seqq.

QVÆSTIO LXXXIIII.



ACTENVS diximus de reo confesso, nũc vt dicamus de reo conuicto consequens est; Et quia reus dicitur conuictus tribus modis. Testibus scilicet: instrumentis, & inditiis indubitatis, vt benè probat tex. in l. sciant iuncti, & ibi præsertim Bal. & Salyc. in summario, C. de probat. Ideò cum de conuincendo reum per testes satis abundè (ni fallor) in nostro tractatu de testibus dixerimus. restat modo, vt de conuincendo reum per instrumenta, vel scripturas verba faciamus. Et in hac inspectione.

1 REGVLAM constituo negatiuam, quòd scilicet, delictum non probatur per instrumentum. Cyn. in l. final. num. 1. & seq. per totum, vbi latè relatis contrariis iuribus, & argumentis hanc defendit conclusionem, & præsertim col. 2. post med. vers. hæc est, &c. testatur de verissima opinione, & ibi etiam Iacob. de Arena in vers. sed certè hoc non credo. Bart. num. 1. in fine, vers. aut volo probare ipsum maleficium principale. Bal. num. 7. vbi testatur de communi. Fulgos. num. 2. vers. nota quòd crimen, & num. 3. vers. sed si delictum. C. de probat. Iacob. Butrig. in l. contra negantem, vers. item quæro, & ibi etiam Bal. n. 6. vers. quandoq; extra instrumentum. Adden. ad Salyce. num. 1 littera A, Vbi alios plures refert concordantes. C. ad l. aquil. Bartol. in l. ad Senatus, num. 2. vers. si vero volo probare ff. ad Turpillia. cuius doctrinam communiter à Doctoribus probatam esse testatur. Curt. Iun. in auth. si quis in aliquo, num. 34. vers. quarto aduerte. C. de eden. Florian. in l. 3. §. diuus, il 2. num. 1. in primo notab. ff. de testib. Salyc. in l. singulari. num. 2. C. de accusat. & ante eum Bal. ibidem, vbi quòd iudex non debet credere dicto notarij, sed debet inquirere. Bart. in auth. si quis in aliquo. nu. 9. C. de eden. Alex. in l. prętor, num. 7. ff. de eden. Io. And. in reg. semel malus, in q. seq. num. 2. & omnibus seqq. de reg. iur. in 6. Vbi disputata ad partes quæstionis, iuribusquè, ac argumentis contrariis hincinde descussis, hanc firmat conclusionem declaratam. Tamen, vt in seqq. limitationibus sequitur ibidem Franc. num. 4. & in iure canonico habemus glo. in cap. cum in ecclesijs in verbo Authenticas, vers. quòd non est verum, & ibi etiam Bal. nu. 2. vers. aut extrinsecus. Henrich. Boich. num. 7. & seqq. Imol. nu. 4. ad finem, vers. directè autem. Card. Zabar. in 2. col. in fine, vers. quero circa dicta, & col. fin. ad fin. vers. aut de probatione directa. Ant. de Butr. num. 14. in fin. Abb. num. 2. in prin. vers. & tunc aut instrumentum. Fely. num. 1. de maior. & obedien. Bero. in c. at si clerici, num. 14. vbi testatur de communi opinione. Oldrad. cons. 99. num. 4. Spec. in tit. de accusat. §. 1. num. 28 vers. veruntamen. Ias. cons. 34. nu. 9. lib. 1. Paris. cons. 169. nu. 21. lib. 4. Gig. de crim. lęsę maiest. lib. 2. tit quom. & per quos crim. læs. maiestat. prob. q. 21. num. 1. & seqq. in discursu. Aym. de antiq. tẽp. par. 1. sect. quarto limitatur, num. 13. Boss. in tit. de conuict. num. 64. Clar. in pract. §. fin. q. 54. in princip. Vbi ex Gandin. post Aym. in loco per eum relato, dicit hanc conclusionẽ seruari pro magna veritate. Masc. de probat. lib. 1. concl. 460. num. 1. & num. 4. & num. 10. & conclus. 499. num. 1. & nu. 5. Ex quibus patet regulam hanc passim, & vbique à Doctoribus receptam esse.

Quamuis contra eam prima facie facere videatur tex. in l. 2. C. quor. appellat. prout ibidem adnotarunt Bart. nu. 2. Bald. in d. l. fin. nu. 1. in fin. C. de probat. in 4. notab. Alb. in d. l. 2. num. 3 vers. vltimò hic videtur, &c.

2 Rationes regulæ per Doctores deducuntur plures: Prima, quia nemo absens condemnari potest, l. absentem. ff. de pœn. Ergo multò minus conuinci. c. pro scriptura. 3. q. 2. l. 2. C. de requirend. reis, & l. fin. C. de accusat. Secunda, quia testes in criminalibus debent coram iudice venire. l. iudices cum auth. ibi posita. C. de fid. instrum. Tertia, quia testibus, & non testimoniis credendum est. l. testium. §. itẽ diuus. ff. de test. Quarta, quia in criminalibus ad condemnandum testes debent esse omni exceptione maiores, l. fi. C. de probat. In instrumentis autem possunt recipi testes minores, infames, seù aliàs inhabiles. Ideò, &c. Quinta, quia testes, vt reum conuincant, debent ipso citato, aut præsente iurare, c. 2. de testib. Sic enim has rationes in proposito deduci, & considerari reperio per Cyn. in d. l. final, num. 2, col. 2. vers. item facit, & seqq. Et ibi etiam Bar. num. 1. Bal. num. 7. Salyc. post nu. 4. C. de probat. Henric. Boic. num. 8. & 9. Butriga. in l. contra negantem, vers. itẽ quæro. C. ad l. Aquil. Bart. in l. in senatus, num. 2. in fine. ff. ad Turpill. Salyc. in l. 2. num. 2. de accusat. Bart. in auth. si quis in aliquo num. 9. C. de eden. Io. Andr. in reg. semel malus, in q. seq. num 4. & num. 5. de reg. iur. in 6. Bal. in c. cum in ecclesiis, num. 2. vers. porrò in criminalibus, & ibi etiam Imol. nu. 4. Card. Zabar. col. 2. in fin. Ant. de But. n. 14. in fin. & num. 15. Abb. post num. 2. vers. quia non creditur testibus. Felyn. num. 1. de maior. & obedien. Gig. de crim. lęs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 21. nu. 5. Mascard. de probat. lib. 1. cõclus. 460. num. 2. & seq. & concl. 499. num 3.

3 AMPLIA I. propositam regulam procedere, etiam quòd delictum esset commissum in præsentia notarij. Adhuc enim non probatur per instrumentum ab ipso desuper confectum, prout videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra in regula. Et expresse aduertit. Bal. in l. contra negantem, num. 6. vers. quandoq; extra instrumentum. C. ad l. Aquil.

4 Et patet in exemplo huius regulæ communiter traditæ per Doctores hoc modo, videlicet. *Meuius accusauit Sempronium de homicidio, vulnere, seu alio crimine; & ad ipsum conuincendum produxit instrumentum, tenoris huiusmodi: In Dei nomine Amen. In præsentia mei Notarij, & testium infrascriptorum, &c. Sempronius percussit, & vulnerauit Titium cum ense, taliter, quòd vidente me notario, & testibus prædictis d. Titius incontinenti cecidit in terram mortuus de dicto vulnere, &c.* Ita Cyn. in d. l. fin. num. 2. & ibi etiam Bald. num. 7. C. de probat. Bart. in auth. si quis in aliquo, num. 9. C. de eden. Io. Andr. in regul. semel malus, in q. seq. in princ. de reg. iur. in 6. & ibi etiam Franc. num. 4.

5 AMPLIA II. eandem regulam multò magis procedere, quando agitur de imponendo pœnam. Mascard. de probat. lib. 1. d concl. 460. num. 1. 4 & 10. & concl. 499. nu. 1. & num. 3. & concl. 902. num. 2. & 3. vbi facta conclusione, quòd iniuria probetur instrumento, declarat postea illam procedere, quando ciuiliter agitur, secus si criminaliter ex Curt. Iun. quem allegat in cons. 148. circa controuersiam, nu. 2. & 3, & est de mente allegatorum supra in regula.

6 AMPLIA III. etiam quòd instrumentum, seù scriptura sit reperta in archiuio publico. Aym. de antiq. temp. par. 1. sect. quarto limitatur, num. 13. Mascar. in locis prœcitatis.

7 LIMITA I. dictam regulam non procedere in delicto, quòd committitur scribendo, paciscendo, & seù cõtrahendo de quo pacto, seù contractu delictum continente, fiat per paciscentes, & contrahentes instrumentum, vel scriptura. Tunc enim cum ipsum instrumentum, & scriptura sit de se delictum, habeatq; in se intrinsecum delictum. Hoc ideò istis casibus, seù aliàs quandoq; per instrumentum, & scripturam committitur delictum, sine dubio per ipsam scripturam, & instrumenta ipsum delictum probari voluerunt Bart. in l. non intelligitur. § citata. ff. de iu. fisci. Cyn. in l. fin. col. 2. in fine. vers. nàm per instrumẽtum iuncto, vers. aut crimen committitur pacto C. de probat. & ibi etiam Bart. num 1. vers. quandoq; delictum committitur contrahendo, allegat tex. in l. quoniam ff. de iis qui notan. infam. & in l. in Senatus ff. ad Turpil. Bal. in d. l. fin. nu. 7. vers. breuiter dicunt Doctores allegat tex. in l. iubemus. §. œconomus, vers. his tabellionibus. C. de Sacros. Eccles. & in auth. de non alienan. §. quoniam verò leonis, & in l. si quis legati. C. de fals. Fulg. ibidem in d. l. fin. num.

8 2. vers. summa rei est, Salyc. num 4. vers. veritas est. Vbi quòd quando ipsa confectio instrumenti probat delictum, & tunc per instrumentum probatur delictum, nisi confectio instrumenti negetur, quia tunc oportet eã probari, & vers. aut instrumentum est extraiudiciale

vbi

vbi idem de delictis quæ contraendo committuntur. Bal. in l. contra negantem, num.6. vers. vel dic.C. ad l.Aquil. vbi facit conclusionem generalem, quòd scriptura, & instrumentum probat delictum, quando illud committitur scribendo. Adden. ad Salyc. ibidem, num.1. sub littera A. Bart. in l. in Senatus, num.2. ff. ad Turpilli. Florian. in l. 3. §. Diuus, il secondo, num.1. vers. circa quòd ff. de testibus, vbi loquitur, quando delictum consistit in fabricā-
8 do, vel fabricari faciendo instrumentum. Et sic quando maleficium consistit ex instrumento. Salycet in l. singuli, num.2. vers. & eius conclusio est. C. de accusat. Bald. in cap. cum in Ecclesijs, num.2. vers. idem collectarius, & ibi etiam, Henric. Boic. num.9. Imol. sub num.4. vers. & conclusio est, vbi etiam ponit exemplum, quando per scripturam fit statutum contra Ecclesiasticam libertatem. Card. Zabar. col.2. in fine, vers. & dic quòd aut ex tenore instrumenti. Anan. num. 6. vers. quòd est verum. Abb. num. 2. vers. & conclude. Fely. num.3. in fine, vers. sed si ipsum, &
9 num.4. Vbi ponit illud idem exemplum de faciente statutum contra libertatem Ecclesiæ, & num. 5. de maior. & obedien. Mant. in cap. at si clerici, num.4. extra de iudic. Bero. ibidē, num.14 vers. Ideò pro declaratione, & vers. similiter, quando crimen diceretur committi contrahendo, Gig. de crim. læs. maiest. lib.2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q.21. sub num.3. Boss. in tit. de conuictis, nu.63. Clar. in pract. § fin q.54. in princ. vers. hoc tamen intelligit. Franc. Marc. decis. 910. par.2. Mascard. de probat. lib.1. conclus. 460. num.13. & num.15.

10 SVBLIMITANDO hanc primā limitationem aduerte eam procedere, quando instrumentum, seù scriptura est confecta, seù celebrata de voluntate partium, iuxta ea, quæ dixi infra, hac eadem quæstione, num.21. Et est de mente omnium Doctorum, nunc proximè allegatorum, aliàs si sine partium consensu, & voluntate talis scriptura confecta esset sine dubio, nullā fidem faceret, etiam quòd in se delictum contineret, prout pariter est de mente eorundem Doctorum.

11 LIMITA II. in delicto coniurationis, aut conspirationis factæ contra Principem, vel alium, de qua coniuratione, seu conspiratione factum sit inter coniurantes, seù conspirantes scriptura, vel instrumentum, secundum Cyn. in l. fin. col.2. ad finem, vers. veruntamen, & ibi etiā, Salycet num 4 col.2. in fin. vers. & idem in confederatione, & coniuratione. C. de probat. Adden. ad Salycet. in l. contra negantem, num.1. littera A, post med. vers. item conspiratio. C. ad l. Aquil. Ioan And. in cap. semel malus, in q. seq. num.3. vers. & conspiratio, de reg. iur. in 6. Card. Zabar. in cap. cum in Ecclesijs, colum.1. in fine, vers. & dic quòd aut ex tenore instrumenti, & ibi etiam Anan. num. 6. in fine, vers. item si canonici. Abb. num.2 vers. Canonici obligauerunt se. Felin. nu. 5 de maior. & obed. Gig. de crim. læs. maiest. lib.2. tit. quom. & per quòs crim. læs. maiest. prob. q.21. num.3. in fine, & num.7. Vbi quòd crimen læsæ maiestatis probatur per instrumentum, quando illud in coniuratione, seù conspiratione contra Principem cōsistit. Boss. in tit. de conuict. num.63. Mascar. de prob. lib. 1. conclus. 460. num.15. & conclus. 499. num.6. & conclus. 410. num. 5. Decian. in tract. crim. lib.7. cap.45. num. 27.

12 LIMITA III. in crimine vsurarum, quod quidem crimen probari per scripturam, seù instrumentum factum de voluntate partium, voluerunt, Felyn. in cap. cum in Ecclesijs, nu.5. in fine, vers. Amplia etiam de maior. & obed. Bero. in cap. at si cleri. num.14. post med. vers. similiter ad conuincendū aliquem de vsuraria prauitate ext. de Iudic. Clar. in pract. §. fina. q.54. in fine princip. vbi quòd quando debitum consistit in facto connexo ipsi instrumento, vt puta quando quis facit instrumentum vsurarium, tunc vsuræ probantur ex ipso instrumento. Mascard. de probat. lib.1. conclus 460. num. 10.

13 LIMITA IV. in crimine falsi, quòd pariter per instrumentum, voluit glo. in l. fina. in verbo *documentis*. C. de probar. per l. optimam. C. de contrah. & committen. stipulat Fulgos. in d. l. fin. num.3. vers. vel pone, vbi ponit exemplum in vendente rem duobus separatim, qui teneatur crimine falsi, per l. qui duobus. ff. de fals. Bald. in l. 2. nu. 11. C. quor. appell. Vbi dixit maleficiū probari per instrumentum, quando agitur de falso instrumento, vel de falso testimonio, vel de sibi ascribente. Adden. ad Salyc. in l. contra negantem, num.1. sub littera A. C. ad l. Aquil. Bal. in l. 1. num.6. C. de apoch. publ. lib.10. vbi quòd delictum, quod committitur scribendo probatur per scripturam, & instrumentum, prout est falsum. Io. And. in reg. semel malus, in q. seq. num.3. vers. quinto videtur casus, de reg. iur. in 6. Felyn. in c. cum in ecclesijs, num.4. vers. & dicit Bald. extra de maior. & obed. Bero. in c. at si clerici, nu.14. vers. similiter scriptura, de iudic. Franc. Marc. decis. 910. num.2. par.2. Mascar. de prob. lib.1. conclus. 460. num 14.

14 SVBLIMITA præcedentem limitationem, vt procedat, quando instrumentum est rogatum de voluntate partium, contra quas falsitas prætenditur, iuxta generaliter tradita infra num.21. alias nec per instrumentum probari crimen falsi verius crederem, cum & isto casu etiam vrgeant rationes regulæ, de quibus supra, num.2.

15 LIMITA V. in periurio, quòd probari per instrumentum, & scripturam scripserunt, Io. Andr. in reg. semel malus, in q. seq. num.3. vers. quinto videtur casus, de reg. iur. in 6. propter quem allegat in c. fin. de iureiuran. glo. in cap. cū in ecclesijs, in verbo *authenticas*, in prin. de maior. & obedien. allegat tex. in c. Epiphanium 5. q. vltima. Bald. in d. c. cum in ecclesijs, num.2. Abb. num.2. vers. item pone exemplum, vbi de eo, qui ad positiones respondit contraria, tunc enim probatur periurium ex lectura responsionum, vt ibi per eum, & hoc exemplum spectat ad acta iudicij, & instrumentum fori, de quibus dixi infra, num. 23. & benè declarat glo. in c. fin. in verbo *datis*, de iureiur. in 6. vbi per illum tex. notat ꝙ per scripturas actorum, in quibus apparet de contrarijs positionibus probatur eiusdem ponentis periurium. Bero. in c. at si clerici, num.14. vers. posset etiam exemplificari, de iudic. vbi quoad conuincendum aliquem de periurio, possunt coniungi inuicem scripturę, vt puta instrumentum, in quo quis iurauit, & scriptura, in qua iuramēto contrauenit per c. sanè aliàs si fortè. 24. q.2 & c.1. 15. q.6. & ponit etiam ibi Bero. aliud exemplum periurij, quando scilicet, minor iurauit se maiorem. Tunc enim ad ipsum de hoc conuincendum sufficit producere instrumentum, in quo iurauit ad l. 3. C. si minor se maior. dix.

16 LIMITA VI. in crimine hæresis, quod etiam per scripturam probatur. Clar. in pract. §. fin. q. 54. sub prin. vers. hoc tamen intellige. Mascar. de probat. lib.1. conclus. 460. num.13. & conclus. 858. lib.2. vbi declarat.

17 LIMITA VII. Quando ciuiliter agitur de crimine, tunc enim crimen ipsum per scripturam probatur, secundum Cyn. in l. fin. in fine. C. de probat. Doct. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. & ibi presertim. Fulgos. in vers. ideò si agatur. Butrig. vers. sed dic. Cyn. num.3. in fin. vers. vel dicendum, Bal. num.6. in fin. Innocen. in c. cum in ecclesijs, num. 2. vers. item non agebatur criminaliter, & ibi etiam, Henr. Boic. num.4. in fin. Bellam. sub 2. oppos. Imol. num.4. vers. sed potes dicere. Card. Zabar. col. 1. post prin. in 4. solut. Ant. de Butr. num.16. & post, num.17 Fely. nu. 8. de maior. & obed. Put. decis. 10. num 4. vbi, quòd spolium probatur per instrumentum notarij, quando ciuiliter agitur. Mascar. de probat. lib.1. conclus. 460. nu. 20. & cōclus. 499. num. 7. & lib. 2. cōclus. 901. num.2. & 3. vbi inferendo ad crimē iniuriarum, dixit illud per scripturam, & instrumentum probari, quando ciuiliter agitur, secus si criminaliter.

18 Verum de hac limitatione valdè dubito, eamque (licèt doctores simpliciter, & indistinctè loquātur) haud minimè verām credo, cum cōtra eam vrgeant aliquæ ex rationibus regulæ deductis supra num. 2. vel saltem illam declarandam arbitror, quādo instrumētum est factum de voluntate, & consensu partium, iuxta tradita infra, num. 21. aliàs secus cognita tamen.

19 LIMITA VIII. in scriptura priuata, quæ pariter probat delictum, quādo est scripta ab ipso delinquente, vel ipso volente, ita videtur colligi ex trad. per Anan. in c. cum in

in ecclesijs, num.6. in fin. vers. quòd est verum, de maiorit. & obed. vbi ponit exemplum in vno, qui alteri scribit litteras, vt Titium accuset, & illi soluat pecuniam. Ad glo. in l. in senatus, in glo. 1. ff. ad Turpil. de quo tamen vide, quæ dixi in suo loco de fid. & probat. epistolæ, & in specie Fräc. Marc. decis. 910. par. 2. vbi dixit, quòd per litteras, seù epistolam priuatam probatur delictum, quod committitur promittendo, vel contrahendo, vel quando in ea aliquod illicitum continetur, & vide etiam Fely. in d. c. cum in ecclesijs, num. 5. vers. Amplia etiam. vbi, quòd scriptura priuata probat contra scribentem receptionem vsurarũ, quem sic dicentem refert, & sequitur Mascar. de probat. lib. 1. cõclus. 460. num. 10. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 21. post num. 3. vbi pariter ex Bar. quem allegat in l. non intelligitur, nu. 2. §. tacita. ff. de iur. fisci, dixit per scripturã priuatam probari delictum, quòd promittendo, vel contrahendo committitur, & nu. 8. vbi, quòd coniuratio, seù conspiratio cõtra Principem probatur, nè dum per instrumentum publicum, sed etiam per scripturam priuatam, quòd & idem voluit Mascard. de probat. lib 1. conclus. 420. nu. 6.

20 SVBLIMITANDO præcedentem limitationem, vide, sed in proposito pulcram distinctionem. Bald. in l. 1. nu. 6. C. de apoch. pub. lib. 10. vbi dixit, quòd in ijs, quæ ad scribentis officium pertinent, delictum probatur per scripturam, vt puta, in publico exactore, cuius scriptura probat indebitam exactionem, secus autem in ijs, quæ ad scribentis officium non spectant, prout est, si ego scriberem, me fecisse adulterium, quia tunc talis scriptura non probat contra me, nisi tantum, quantum probat extraiudicialis confessio.

21 LIMITA IX. quando instrumentum est celebratum, & rogatum à notario ad instantiam, seù de mandato eius, de cuius delicto tractatur. Regula enim procedit in instrumentis rogatis, & scripturis confectis, ignorante delinquente, secùs si eo sciente, & volente. Tunc enim delictum per instrumentum, & scripturam probari voluerunt. Ioan. And. in reg. semel malus. in q. seq. num. 6. versic. nam, & video, de reg. iur. in sexto, per tex. in cap. sanè. 24. q. 2. & c. neq; 88. distin. & l. si quis legatum. C. de fals. Iacob. de Aren. in l. contra negantem, in fine, vers. sed certè instrumenta, & ibi etiam Adden. ad Salycet. num. 1. littera A, post med. addit. C. ad leg. Aquil. Henr. Boic. in cap. cum in Ecclesijs, num. 5. vers. si primo modo, & num. 11. in fine, vers. nam etiam, & ibi etiam Card. Zabar. col. fin. in fi. vers. aut conficitur de consensu criminosi. Abb. num. 2. vers. aut iste quidam criminosus, consentit Felyn. post nu. 3. & nu. 6. de maior. & obed. Bero. in cap. at si clerici, post vers. ideò pro declaratione, extra de iudic. vbi infert ad instrumentum ratificationis spoliationis violentæ, quòd propriè dicitur mandatum de spoliando, probari ex cap. cum ad sedem, de restit. spoliat. & generaliter in omni instrumento ratificationis delicti, loquitur Clar. in pract. §. fin. q. 54. in princ. vers. item si quis ratificet. Fab. à Monte Leo. in sua prac. arbitr. fol. 40. num. 34. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 460. num. 12. & num 16.

22 SVBLIMITA præcedentem ix. limitationẽ, vt procedat dummodo crimen non mereatur pœnam corporalem, ad quàm cum nemo se obligare possit, hoc ideò tunc instrumentum, & scriptura delictum non probat etiam, quòd accedat consensus delinquentis, aliàs facilè esset cupienti mori, vt interficeretur à Iudice contra l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Ita per hãc rationem scripserunt Card. Zabar. in cap. cum in Ecclesijs, col. fin. in fin. & ibi etiam Abb. n. 2. ad finem. vers. sed quoad pœnam. Felyn. num. 3. de maior. & obed. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. quæst. 21. sub num. 5. Mascard. d. conclus. 460. num. 11.

23 LIMITA X. in instrumento fori, prout est instrumentum confessionis factæ in iudicio, vel instrumentum sententiæ condemnatoriæ. Tunc enim notarius fidem facit eorum, quę sunt in actis, ideò plenè credendum, & hoc non habet difficultatem. Bal. in l. fin. num. 7. vers. item est verum. C. de probat. Salycet. ibidem, post, num 4. vers. & tunc, aut est instrumentum fori. Adden. ad Salyc. in l. contra negantem, nu. 1. sub littera A. C. ad l. Aquil. ante med. addit. Florian. de S. Petro in l. 3. §. Diuus, il secondo, num. 1. vers. item hoc verum. ff. de testibus, Salyce. in l. singuli, nu. 2. vers. & hoc exemplificat. C. de accusat. Henric. Boic. in cap. cum in Ecclesijs, num. 6. & ibi etiam Anan. num. 6. in fine. Felyn. num. 9. de maior. & obed. Mascar. de prob. lib. 1. conclus. 460. num. 21.

24 LIMITA XI. quando non agitur de præiudicio alicuius, vel si agitur de præiuditio, illud est leue, vt puta in probatione inobedientiæ, & contumaciæ, ex qua incurritur excommunicatio, ad effectum absoluendi excommunicatum, ijs enim casibus, delictum probatur per instrumentum ad tex. in cap. cum in Ecclesia, vers. cum igitur, & ibi Innocen. num. 1. in fine, Bal. num. 2. Henric. Boic. num. 4. Bellam. sub 2. oppos. Imol. num. 4. ver. & nota hanc solutionem. Imol. post num. 4. vers. & similiter delictum inobedientiæ. Card. Zabar. colum. 2. in prin. vers. tertio, soluit Innocentius, &c. & vers. seq. Ant. de Butr. n. 6.
25 & num. 17. ad med. Fely. num. 7. Vbi idem in paruis criminibus, & post, num. 9. vbi generaliter in omni contumacia, quæ scribitur in actis de maior. & obed. Adden. ad Salyc. in l. contra negantem, num. 1. sub littera A, vbi pariter de contumacia. Bero. in c. at si clerici, num. 14. post med. vers. Abbas idem, & vers. vlt. &c. & num. 15. & seq. de iudic. ex cuius dictis in proposito colliguntur infra-
26 scriptæ conclusiones. Prima est, quòd cõtumacia, quæ cõstat ex actis, probatur per scripturam actorum. Contumacia verò quæ non constat ex actis, nõ probatur instrumento, seù scriptura, sed depositionibus prælatorum redactis in scriptis. Secunda est conclusio, quòd quando agitur de leui, seù modico præiuditio, tunc delictum proba-
27 tur per instrumentum. Tertia est conclusio ex præcedentibus illatiua, quòd vbi agitur de probando violentam spoliationem ad effectum recuperandi possessionem, ex quo causa est modici præiudicij. l. vnica. C. si de momentan. poss. tunc probatur spoliatio, & eiectio per instrumen-
28 tum. Sic etiam ad probandum excommunicationem oppositam in vim delatoriæ sufficit probare per instrumentum violẽtam iniectionem manus in clericum, quia talis exceptionis cognitio est modici præiudicij cap. quia. de
29 excep. in 6. Secus autem si istis casibus ageretur ad pœnã, & criminaliter, quia tunc nec violẽta spoliatio, nec in clericum violenta manus instrumento probaretur, cum de graui ageretur præiudicio, vt ibi per eum, & idem voluit ante Beroum, Rom. conf. 349. num. 1. & 2. & ibi in addit. per Mandos. littera A, vbi etiam allegat Marsil. in pract. §. & quia, num. 41. in fin. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 460. num. 17. & sequentibus.

30 LIMITA XII. in visitatione cadaueris occisi, cum vulneribus in eo repertis, quæ pariter per notarij instrumentum probatur. Fely in cap. cum in Ecclesijs, post num. 2. de maior. & obed. ex Bar. quẽ allegat in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan. sed hoc declarat procedere, ex Bald. in rubr. de fid. instr. post, num. 3. quando hoc instrumentum est rogatum à Tabellione habente causæ cognitionem commissam sibi à Iudice mandante, vt visitet cadauer (de qua re alibi suo loco diximus in tit. de inquisit. q. 2.) aliàs secùs, ꝙ & idem adnotarunt Addẽtes ad Salyc. in l. contra negantem, num. 1. littera A, ad med. addit. C. ad l. Aquil. Marsil. in pract. crim. §. & quia, num. 40. vbi pariter dixit, quòd notarius non potest facere instrumentum de qualitate vulneris, nisi sit ad hoc deputatus à iudice ex Bal. & aliis ibi per eũ allegatis. Masc. de probat. lib. 1. cõclus. 499. n. 2.

31 LIMITA XIII. vt licet instrumentum non probet delictum, quatenus est iuris, probat tamen illud, quatenus est rude factum secundum Oldrad. conf. 99. num. 5. vbi ponit exemplum in homicidio facto ad defensionem, dicitque, quòd instrumentum probat homicidium, quatenus respicit extinctionem hominis, sed quatenus sit factũ ad defensionem, quæ est iuris, non probat. Ita, ni fallor, colligitur ex dictis, Oldrad. in loco præcitato, & sic eum dicentem refert, & sequitur, Mant. in c. at si clerici, n. 4. in fine principij, de iudic.

32 Verùm

32 Verùm ad hanc limitationem vide Felyn. in c. cum in ecclesijs, num. 1. vers. Dixit tamen Oldrad. vbi refert verba Oldrad. in contrarium sensum, vt videlicet, instrumentum non probet delictum, seu homicidium, quatenus est rude factum. Sed benè probet quatenus est iuris, an scilicet, sit licitum, vel illicitum factum, vel non factum ad defensionem. Deindè ad materiam huius declarationis refert verba, Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de accusat. §. 1. num. 28. littera D, ex quibus (ni fallor) idem, Fely. satis dubiam reddit Oldradi distinctionem. Immò, & eam minimè credo veram, cum sit de directo contra mentem omnium Doctorum allegatorum supra in regula, volentium per instrumentum minimè probari homicidium, vulnus, furtum, adulterium, & similia, etiã quòd consistat in rudi, & simplici facto. Vltra quòd etiam rationes regulæ prædictæ, de quibus supra, num. 2. militant tam in rudi facto, quàm in dispositione iuris, & ita teneas, quicquid in contrarium dixisse videatur Oldrad. vbi supra.

33 LIMITA XIIII. quia licèt instrumentum non probet delictum directè, illud tamẽ probat indirectè, & coadiuuat alias probationes, vt puta, quando agitur de probando circunstantias, & adminicula ipsius delicti, vt ecce si ad probandum adulterium produxero instrumentum matrimonij illius mulieris, cum qua dicitur commissum adulterium, vel si ad probandum damnum datum in vinea mea produxero instrumentum emptionis dictæ vineæ, aut quid simile: probatur hæc limitatio in l. 2. & ibi præsertim, Cyn. nu. 3. C. quorum appell. & per gloss. in l. contra negantem, in glo. 1. quam sic intelligendam ibi dixerunt Iacob. de Aren. num. 1. vers. Nam licèt, Fulgos. post num. 1. & ibi etiam Alber. num. 1. vers. & hanc glosam. Cyn. nu. 3. vers. sed potest, Bal. num. 6. in prin. & in. vers. circumferentia verò. Adden. ad Salyc. ibi num. 1. sub littera A, C. ad l. Aquil. Cyn. in l. fin. col. 2. post med. vers. & primo, & ibi etiam Bart. num. 1. vers. quandoq; delictum committitur extra contractum. Bald. num. 7. vers. quòd est verum Fulgos. num. 3. vers. verum tamen est Salyc. post nu. 4. col. 2. in fin. vers. alia vero delicta. C. de probat. Bart. in l. in senatus, nu. 2. vers. quædam sunt delicta ff. ad Turp. Salyc. in l. singuli, num. 2. versic. sed benè possunt coadiuuari. C. de accusat. Io. Andr. in reg. semel malus, nu. 7. vers. posset etiam, & ibi etiam Franc. num. 4. vers. indirectè autem, de reg. iur. in 6. Henr. Boic. in c. cum in ecclesijs, num 10. & seq. & num. 12. & ibi etiam Imol. num. 4. vers. si autem non committatur. Card. Zabar. col. fin. vers. & autem quæritur. Fely. num. 2. in princ. & vers. adde etiam, de maior. & obed. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 460. num. 7.

34 & seqq. Vbi propterea infert, quòd violentia potest probari per instrumentum, & conclus. 459. num. 7. & lib. 2. conclus. 952. num. 8.

35 LIMITA XV. quia licèt delictum non probetur plenè per instrumentum, facit tamen tale instrumentum aliquã præsumptionem, seu adminiculum. Henr. Boic. in c. cum in ecclesijs, post num. 7. & ibi etiam Card. Zabar. col. 2. in princ. vers. vel secundum Goffredum. Ant. de Butr. num. 17. de maior. & obed. Florian. de S. Petro in l. 3. §. diuus. il 2. num. 1. vers. sed si consistat. ff. de test. Bal. in rub. C. de fid. instrum. sub num. 7. Bar. in auth. si quis in aliquo, num. 9. in fin. vers. facit tamen aliqualem præsumptionem. C. de eden. Gig. de crim. læs. maiest. li. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 21. num. 2.

ARGVMENTVM.

Delictum in dubio an præsumatur: Et pro exclusione delicti quando omnis interpretatio fieri debeat.

SVMMARIVM.

Delictum in dubio non præsumitur, num. 1. & seqq.
Clericus in dubio non præsumitur delinquens, num. 2.
Delicti præsumptio exclusiua dicitur præsumptio iuris, num. 3.
Pœnam non esse incursam in dubio iudicandum est, num. 4.
Actus indifferens ad delictum, & ad non delictum præsumendus est potius bonus, quam malus, num. 5.
Actus, qui vno loco, & tempore est licitus, alio autem loco, & tempore illicitus, præsumitur gestus loco, & tempore licito, potius quam illicito, num. 6. Declara, vt num. 7. & seqq.
Verba, quæ possunt trahi ad bonum, & ad malum, interpretanda sunt potius ad bonum, quam ad malum, num. 10. & seqq. vbi etiam de materia.
Verba, quæ possunt trahi ad falsitatem, & ad non falsitatem interpretantur pro non falsitate, num. 11.
Testis dictum interpretatur potius in bonam, quàm in malam partem, num. 12. & seq. Contra num. 15.
Verba sunt interpretanda in bonam partem, etiam in crimine hæresis, num. 14. & quid in crimine blasphemiæ, ibidem.
Verba improprientur ad hoc, vt excludant delictum, num. 17.
Consilij verba interpretantur potius ad bonum, quàm ad malũ, n. 18.
Præsumptio exclusiua delicti attenditur potius, quàm inclusiua, n. 19.
Causa actus præsumitur potius licita, quam illicita, nu. 19. in fine.
Delicti præsumptio exclusiua procedit, & habet locum, etiam quod in contrarium adsit aliqua specialis præsumptio; sed an hoc verum sit, & quando, num. 20. & seqq.
Delictum minus præsumitur potius, quàm maius, num. 26.
Delictum præsumitur in ijs, quæ prima fronte habent delicti speciem, num. 27. & seqq.
Osculum potius præsumitur datum ex libidine, quàm ex alia iusta causa, num. 28.
Clericus osculando non præsumitur velle benedicere. num. 29.
Delictum præsumitur in ijs, quæ de sui natura mala sunt, & à Iure prohibita, num. 34. & seq. Limita primo, procedere in ijs, quæ prohibita sunt à Iure naturali gentium, vel diuino, secus in prohibitis à Iure positiuo, vel à Statuto, num. 36. & seqq. Limita ij. quando probatur causa, seu factum, et potest excludi, seu excusari delictum, quia tunc excluditur, & excusatur etiam in prohibitis à Iure naturali, gentium, vel diuino, num. 40.
Malum omne factum prauè semper præsumitur actum. nu. 35.
Delictum non præsumitur etiam in actu prohibito quando actus ille neminem lædit, & si lædit, leuis est læsio. num. 38.
Delictũ non præsumitur, quando ex hac non præsumptione delicti venit absolutio rei, ipsi, vel præsumptio est fauorabilis, secus si non est fauorabilis, & ex non præsumptione delicti reus veniret condemnandus, num. 41. Quamuis contrarium teneuerint aliqui, num. 42.
Delictum non præsumitur ad fauorem rei, secus ad fauorem Actoris, qui in dubio præsumendum est, quod deliquerit ad excludendum delictum rei, num. 43.
Quamuis contrarium alij referant, num. 44.
Delictum præsumitur in foro conscientiæ ad vtilitatem animæ, n. 45.
Testator si confessus est se fuisse vsurarium, fit interpretatio, quòd semper fuerit vsurarius ad hoc, vt hæres compellatur ad vsurarum restitutionem, num. 46.
Contra, num. 47. Resoluitur, num. 48.
Delictum præsumitur, quando agitur de præiudicio tertij, num. 49.
Delictum non præsumitur, quando constat de aliqua causa excludente delictum, secus si de ea non constet. num. 50. Declara vt, n. 51.

QVÆST. LXXXV.


IXI in præcedenti quæstione, quomodo per instrumentum, & scripturam, reus de delicto conuincatur. Dicendum modo est, quomodo idem reus pariter conuincatur præsumptionibus, & inditijs. Et antequàm deueniam ad illam satis amplam quæstionem: An, scilicet, & quando præsumptiones, & inditia sufficiant ad condẽnandum reum; operepretium est in genere, aliqua de generali delicti præsumptione in medium afferre. Et in hac inspectione.

1 REGVLA sit negatiua, quòd scilicet in dubio delictum non præsumitur, ideò per illud allegantem probare debere, tex. est in l. meritò, & ibi gloss. 1. vbi alia refert cõcordantia iura, & hanc nobilem nuncupat præsumptionem. Bar. qui & eam nobilem dicit præsumptionem, & ibi in addit. Card. Alban. ad Bar. vbi supra, nu. 1. & seqq. vbi alios plures refert concordantes, & 6. in fin. Vbi hanc regulam

2 regulam maximè dicit procedere in clerico.ff. pro socio. Bald.in l.precibus,nu. 21. verf.excufat ergo.C. de impub. & alijs fubft. Iaf.in l.non folum.§.fciendum, num.10.ff.de oper. nou.nunciat. Alciat.de præfumpt.reg.3. præfumpt. 1.num.1. & ibi in addit. littera A. Boer.decifio. 215. num. 22.Crot. confil.82.num.16.Aym.conf.18.num.23.verfic. & fi dicas,& confil.151. num.18. Cepolla confil. crimin. 21. num. 17.Natta,conf.549.num.11.& conf.407.num.20. Foller. conf.crim.diuerf.139.num.16.& feqq.lib.1.Duen. reg. 194. in princ. Marfil.in rubr.de fideiuffor,num.52.& feqq. Vbi infert, & exornat, Hercula de negat. num.45. Gabr.lib.7.cõcl.2.num.1. & feqq. vbi hanc regulam pluribus illationibus, & exemplis exornat, & concordantes alios adducit, Cephal. conf. 76.num.23.lib.1. Rolan. confil.1.num.93.& conf.10.num. 24.lib.3. Burfat. conf.94.nu. 10.& conf. 111. num.24. Menoch. conf.82. num. 105.cõf. 99.num.12 & cõf.101.num.54.& cõf.102. nu. 6. Vulpell. cõf.38.num.3.& 5.Bertazzol.conf. 54.num.6.Bruno à Sole,in fuo cõf.crim.num.63. Menoch.de præfum.lib.5.præ fump.2.num.1.& feqq.vbi benè ponderat, & inducit iura
3 probantia hanc regulam, eamque benè, & magiftraliter exornat, dicitq; hanc effe Iuris præfumptionem, ex Bal.in l.precibus,num.21.verf.excufat ergo.C.de impube.& alijs fubft. Mafcar. de probat. lib.1.cõcluf. 49. num.1.& lib.3.
4 concluf.1167.num.2. Vbi ex hoc infert pœnam in dubio non effe incurfam,iudicandum effe,& lib.2.concluf.864. num.30. Vide ad comprobationem huius regulæ,infra,q. 89.num.2. vbi in fimili dixi dolum in dubio non præfumi.

5 AMPLIA I. propofitã regulam, vt propterea actus indifferens, & de fui natura fonans in delictum, & non delictum præfumendus eft, potiùs bonus, & non delictũ, quàm malus, & in delictum. Probatur hæc ampliatio per tex.in l.meritò.ff.pro focio, & in l.idem apud Labeonem. §. fi communem.ff. de iniur. & in l. cum pater. §. rogo.ff. de leg.2. & in l.omni modo, in princ.C.de inoffic.teftam. Card. Alban. ad Bar. in l.meritò. num.7.ff.pro foc.Iaf.in l.non folum.§. fciendum,num.11.ff.de nou.oper. nuncia. Abb. in c.1.num.7. de cleric. non refidentibus, Felyn. in c.1.num.16.in fin.verf.& ifta procedunt,de præfumpt.idẽ Felyn. in c.cum delicti, verf.& per hoc,& verf. & aduerte, de accufat. Adden.ad Alciat. de præfumpt.reg.3. præfump. 1.fub litteta A. Franc. Trigon.fing. 70.num.2.Marfil. in rub.ff.de fideiuffor. num.52. & feqq.Blanc.in pract.§. vifis inditijs,num.130. fol.mihi 55. Cæphal.cõf.75.num.9.lib. 1. Brunot.à Sole in fuo conf. crim. num. 65. Mafcar. de probat.lib. 2. concluf. 1003. num. 14. & 15.Menoch. de præfump.lib.5. præfumpt.2. num. 1. & feqq. vbi benè inducit, & ponderat iura præallegata, hanc allegationem comprobantia, pluribusq; eam exornat illationibus,exẽplis,& Doctorum authoritatibus.

6 AMPLIA II. vt idem fit in actu,qui vno loco, & tempore eft licitus, alio autem loco,& tempore illicitus. Tunc enim potiùs præfumitur geftus loco, & tempore licito, quàm illicito, allegatur pro hac ampliatione originaliter, Bart.in l.non folum.§. fed vt probari.vbi ex hac ampliatione infert ad plures notabiles quæftiones, & exempla, & ibi etiam,Cuman.num.1.Bal.in verf.quoniam, quæ poffunt cadere. Paul.de Caftro, num.2.vbi benè declarat, Iaf.num. 2. Roman. num.2.& 3. vbi reprobato,Bal. contrarium fentiente in l. matrem.C. de probat. ac illius rationibus refutatis, Bar. opinionẽ veriorem teftatur. Alex. num.3. & feqq. vbi etiam, Bart.opinionem(quam,vt dicit,totus mundus fequitur) à contrarijs latè defendit.ff. de oper. nou.nunciat. Ang.in l.item apud Labeonem. §. fi communem.ff. de iniur.Doct.in c.in præfentia,& ibi præfertim Ancharan.num.19. & feq. Abb.num.6. Aret. num. 17.& feqq. Fely.num.13. Paris.num.31.& feqq.Vbi,quòd hæc Bar. opinio ab omnibus ferè Doctoribus tenetur, & eam latiffimè ab impugnationibus contradicentium, ac præfertim, Decij defendit Bero.num.133.vbi,quòd cum hac doctrina, Bart. trãfit in numerus orbis de probat. Iaf. in l.1.num.25.C.de feru.fugit.Claud.Seyfel.in repetit.l.vt vim,num.94.ff. de iuft. & iut. vbi teftatur de communi, & d.nu.94.& feqq.pluribus,vbi ad faturitatem, & figillatim refert,& reprobat omnia Doctorum contraria argumenta. Abb.in c.auditis,num.30.& feqq.& ibi etiam,Fely. num.30. & feqq. vbi refpondet contrarijs argumentis de præfcrip.Io. Ant. Trigon. fing. 70.per totum,vbi refpondet contrarijs omibus argumentis,& præfertim Decij; & teftatur de communi, apud quos omnes vltra infrafcriptos reperies comprobata omnia exempla pofita per Bart. in d.l.non folum.§. fed vt probari. Alex.conf.24. num.3. lib. 2.Aym. conf. 205. num.9. Ang.de malef. in verbo *de anno præfenti*,num. 5. & 6. Alciat.de præfumpt.reg 3.præfumpt. 1.num.2.Gabr.lib.7. concluf.2.num.26. vbi relatis, & reprobatis contrarijs,hanc teftatur effe magis communem opinionem, eamq; pluribus Doctorum authoritatibus exornat, Boff. in tit.de conuict.num.60.vbi pariter refert exempla, Bar.in d.l. non folum, & teftatur de communi. Rolan.confil.11.num.40.lib.3.Bertazz.conf.54.num. 5.& feq.lib. 1. Mafcar. de probat.lib.3.concluf.1124.nu. 31.& lib.2.concl. 1003 n.16. Menoch.de præfump. lib. 5 pſum. 2.10.& latius pſump.3.nu.49. & n. 119. verf.ita ẽt & feqq. vbi huius ampliationis refert exempla pofita per Bart. in d.l.non folum.§. fed vt probari, de nou. oper. nunc.

7 LIMITA hanc fecundam ampliationem procedere, in ijs, quæ regulariter funt permiffa, & fine delicto,licèt certo loco, & tempore prohibita, & illicita. Tunc enim procedit præfumptio pro nõ delicto, quòd fcilicet, actus cenfeatur potiùs geftus tpe licito,& permiffo,quàm è contra, fecus autem in ijs, quæ regulariter, & de fui natura funt prohibita,& punibilia, certo autem loco,& tempore nõ prohibita, nec punibilia. Nam tunc præfumũtur gefta tempore, & loco prohibito, nifi probetur de tempore, & loco permiffo, ita per tex.quem ad id inducit, & ponderat in l.1.§.1.ff. de aleat. declarat. Iaf. in d.l.nõ folum.§. fciendum, num. 5. ff. de nou.opet.nunciat. Nec diffentit, Fely.in cap.in præfentia,num.13.verf.fed vltra,de probar. & ibidem hanc limitationem latiffimè ab obiectionibus, Abb.& Aret. defendit Dec. num.13. & feqq. vbi, præfertim,num. 55. loquitur in ijs,quæ iure naturali, vel diuino prohibita funt; faciunt deducta per Bero. in d.c. in præfentia, num. 135. per totum, vbi adhibet in hac materia quandam nouam diftinctionem, quæ fi benè eam cõfideres, cõcordat in omnibus membris cum ifta limitatione. Idem Fely. in c.cum delicti,num.2. verf.& per hoc dicit hic d.Petrus,extra de accufat.

8 Contra,quòd etiam in delictis prohibitis,prout eft homicidium, furtum, & fimilia, actus præfumatur factus non tempore prohibito, fed tempore licito,probata tamẽ caufa,ex qua etiam tempore licito fieri potuerit,exquo in criminalibus probatio dubia, & poffibilis offufcat claram actoris probationem, & ad abfoluendum fufficit: latè ab omnibus cõtrarijs defendit, Auguft.ad Ang.de malef. in verbo *de anno præfenti*,poft num.6.per totam additionem, & eft de mente Alex. in l.nõ folum.§.fed vt probari, num. 3. & feqq. in difcurfu, & præfertim, num. 5. in fine,verf. nec obftat in quantum.ff. de nou.oper.nunciat. Aret. in c.in præfentia,num.18. & feqq.de probat. vbi dixit,quòd licèt in prohibitis delictum præfumatur, quãtum ad hoc, vt qui actum prohibitum geffit, præfumatur malo animo geffiffe, non autem, vt præfumatur factum tempore prohibito, quòd poterat fieri tempore permiffo,quo cafu factum nõ eft de genere prohibitorum,& hanc contrariam opinionem ab impugnationibus. Iaf.& Dec. in locis præcitatis latiffimè defendit.Paris in d.cap.in præfentia, num. 31.& feqq.quem omninò videas,& rurfus pro hac cõtraria opinione poffunt confiderari deducta per Bero. in d. cap.in præfentia, num.134. verf.quare pro folutione, vbi in propofito facit tres conclufiones, quarum vltima, maximè hanc probat fententiam, quàm & latè comprobat, & contrarijs refpondet Ioan. Anton. Trigon.fing.70. nu. 4.& feqq.omnibus.

9 LIMITA rurfus eãdem ampliationem pluribus alijs modis de quibus per Fely. Claud. Rui. & Parid. in locis remiffiuè relatis per Gabr.lib.7.d.concluf.2. num. 26.verf. tenendo primam opinionem.

10 AMPLIA IIII. vt pariter verba, quę fecundum diuer-

diuersos intellectus possunt trahi ad bonum, & ad malũ,
ad delictum, & non delictum, ad casum licitum, & illici-
tum, trahenda, & interpretanda sunt, potiùs in bonum, &
non delictum, ac ad casum licitum, quàm in malum deli-
ctum, ac ad illicitum casum. Marsil. in rub. ff. de fideiussor.
11 num. 52. & seqq. Vbi latè infert. & exornat, Gabr. lib. 7.
conclus. 2. num. 14. Vbi infert ad verba, quæ possunt im-
portare falsitatem, & non falsitatem, quòd sint interpre-
tanda, vt potiùs importent nõ falsitatem, quàm falsitatem,
de quo particulariter dixi in tract. de testibus, quæst. 67.
num. 105. & seqq. & dicam etiam in materia falsi, in ea
quæst. in qua agetur de præsumpt. falsitatis. Addo gene-
raliter pro ampliatione, eundem, Gabr. d. conclus. 2. num.
25. Card. Alban ad Bart. in l. meritò, num. 2. ff. pro socio.
12 Vbi ex Barbat. quem allegat in cons. 90. col. 5. vol. 3. dixit,
testis dictum, quòd vellet Titium obtinere in causa, in-
telligendum esse iustitia mediante, & sic in bonam par-
tem. Rolan. cons. 21. num. 33. & pluribus seqq. lib. 3. Vbi
latè comprobat, infert, & exemplificat Brunor. à Sole in
suo cons. crimin. num. 64. in fine, & num. 65. versic. quòd
verba. Octauian. Caccheran. cons. 64. num. 54. & seqq. vs-
13 que ad num. 60. Vbi pluribus exornat hanc ampliationẽ;
& præsertim, ibidem, num. 55. loquitur in depositionibus
testium, quas si pariter, & licito, ac etiã illicito modo in-
telligi possint, debere intelligi modo licito, non autem il-
licito, benè exemplificat, & idem repetijt in consil. 65. nu.
39. & seq. Menoch. de præsump. lib. 1. præsumpt. 2. num. 7.
14 & num. 12. Vbi ampliat etiam in crimine hæresis, in quo
si aliqua sit dubia, assertio, quæ possit significare hæresim,
& non hæresim in dubio Catholica præsumitur, & non
hæretica, ex Royas, quem allegat in tract. de hæret. part. 1.
num. 367. quòd & idem voluit Albertin. in tract. de a-
gnoscend. assert. cathol. & hæret. q. 34. num. 38. & seqq. Et
faciunt scripta per Decian. in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c.
5. num. 15. vbi idem de verbis, quæ possunt, & nõ possunt
importare blasphemiam, nisi in contrarium aliæ vrgeant
coniecturæ, vt puta, qualitas personæ, vt in exemplo
ibi per eum posito.
15 Verùm contra id, quòd supra dicitur de dictis testium,
faciunt, deducta per Mascard. de probat. lib. 1. conclus.
495. num. 21. Vbi dixit quòd regula l. meritò. ff. pro socio.
non habet locum in dicto testis. Quòd si contigerit pos-
se accipi in delictum, & in nõ delictum, præsumendum e-
rit potiùs delictum, quàm è contra ad hoc, vt noceat pro
ducenti, ex Ang. quem allegat in cons. 10. col. 3. vers. nunc
descendo ad tertiam, quem etiam retulit, Card. Alban ad
Bar. in l. meritò, sub. nu. 4. in 4. limitatione. ff. pro soc.
16 Ad materiam huius ampliationis, vide quæ dixi supra
quæst. 81. num. 35. vbi posui. an verba confessionis dubia
interpretentur pro non delicto, & ad fauorem confiten-
tis, an verò pro delicto, & contra confitentem.
17 AMPLIA IV. vt verba interpretentur, potiùs in
non delictum, quàm in delictum, etiam quòd aliquo mo-
do impropriarentur, gloss. in c. nequis arbitretur in glo. 1.
ad finem 22. quæst. 2. Marsil. cons. 2. num. 9. vers. & adduci
potest, refert hęc, & sequitur, Gabr. lib. 7. conclus. 2. nu. 10.
& num. 15. Idem Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. num. 63.
Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1003. num. 7. Bertazz.
cons. 76. num. 21. lib. 1. vbi quòd verba ampliantur, & re-
stringuntur ad effectum excludendi præsumptionem de-
licti, per tex. in cap. cum tu. de test. & ex Aym. in consil. 6.
nu. 126. & cons. 9. nu. 24. cum alijs ibi per eum allegatis.
18 AMPLIA V. vt pariter consilium alicui datum, si
sonet in delictum, & non delictum, in dubio præsumitur
potiùs datum ad bonum, quàm ad malum, & eius inter-
pretatio pertinet ad eum, qui illud dedit. Bal. in l. 1. num.
13. C. de ser. fugit. Ias. ibidem, num. 24. Fely. in cap. auditis.
n. 33. in fi. de præscrip. Alciat. de præsump. 1. n. 3. reg. 3. præs.
1. n. 3. Aym. cons. 205. n. 9. Gabr. lib. 7. conclus. 2. n. 2. Ma-
scard. de probat. lib. 2. conclus. 1003. num. 17. & ad mate-
riam huius ampliationis vide quæ dixi in materia consi-
lij, infra q. . . nu. . . .
19 AMPLIA VI. vt, quando in aliquo actu concurrũt
duæ præsumptiones, Vna scilicet inclusiua delicti, altera
verò exclusiua, attenditur semper illa, quę excludit deli-
ctum, non autem illa, quæ delictum includit. Rom. cons.
68. num. 8. vers. cum enim, & ibi Mandos. in addit. littera
D. Grammat. decis. 18. num. 5. Foller. cõs. crim. diuers. 139.
nu. 18. lib. 1. Rolan. cons. 11. num. 35. & seqq. lib. 3. Caph.
cons. 75. nu. 8. Vbi alios refert, & cõs. 76. nu. 19. lib. 1. Brun.
à Sole in suo cons. crim. nu. 62. & nu. 64. Bertazz. cõs. 80. n.
10. & cons. 41. nũ. 24. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2 con-
clus. 864. num. 30. Vbi plures refert concordantes, & lib. 3.
conclus. 1224. num. 30. & seqq. Vbi alios plures refert re-
centiores consulentes Octauian. Cacheran. consil. 64. nu.
57. in fine, & cons. 65. num. 40. lib. 1. & faciunt ad hanc am
pliationẽ, quæ dixi infra in tit. de pœn. tẽperan. q. 89. nu. 7.
Et hinc est, quòd ad actum faciendum quis præsumitur
potiùs motus ex causa licita, & excludente delictum, quã
ex causa illicita, & inclusiua delicti, secundum Bar. in l. fin.
§. de illo, vers. quarto quando. ff. de bon. eor. qui mor. & c.
Corn. cons. 261. de duobus, num. 15. lib. 4. Abb. cons. 68.
col. 2. vers. probo sic, lib. 1. Aym. cons. 18. Andreas Iuuenis.
in fin. Ruyn cons. 4. Proponitur. nu. 19. lib. 5. Iacob. Pott.
Imolen. consil. 95. num. 20.
20 AMPLIANDO rursus præcedentem ampliationẽ,
vide Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 2. num. 22. vbi
amplius, quòd ista generalis præsumptio pro non delicto
procedit etiam, quòd in contrarium adsit aliqua alia iu-
ris specialis præsumptio, ex Rom. quem allegat in cons.
355. in fine, vers. est ergo, quem in idem allegauerat priùs
Card. Alban. ad Bart. in l. merito, num. 1 ff. pro socio, & ex
hoc infert ibi Menoch. quòd licèt in dubio quis donare
nõ præsumitur, ad excludendum tamen delictum, dona-
tio præsumitur, ex Alciato, & Fortun. Garzia. in locis ibi
per eum relatis, quos etiam asserit, se sequutum fuisse in
eod. tract. de præsump. li. 3. præsump. 142. Et ante Menoch.
hoc idem videtur fuisse de mente Rolan. cons. 11. nu. 35.
& seq. lib. 3. Vbi dixit, quòd licèt de præterito præsumatur
in præsens l. siue possidetis. C. de probat. Hæc tamen præ-
sumptio cessat, quando ex ea resultat delictum, quia præ-
sumptio l. meritò ff. pro socio, quòd scilicet, quis nõ præ-
sumatur delinquere, tanquàm potentior, tollit aliam præ-
sumptionem contrariam, & faciunt, quæ in simili dixi in
titu. de indit. & tortur. quæst. 47. nu. 283. & seq.
21 Contra hanc ampliationem facit, quòd voluit idem
Menoch. vbi supra d. præsump. 2. num. 55. Vbi quòd ista
præsumptio generalis quòd delictum non præsumatur,
excluditur, quando in contrarium adest aliqua vrgentior
præsumptio ex, Alciat. quem allegat tractat. de præsumpt.
reg. 2. presump. 21. in fine, quòd & idẽ voluit Claud. Seysel.
in repet. l. vt vim. num. 108. ff. de iust. & iur. vbi dixit, quòd
in prohibitis cessat generalis pręsumptio exclusiua delicti,
quando contra accusatum vrget alia præsumptio vehe-
mentior, quod & idem voluisse videtur, Hieron. Lauren.
decis. Auinionen. 20. num. 10. & Mascar. de probat. lib.
1. conclus. 495. num. 16. vbi dixit, quòd delictum præsumi-
tur, qñ pro delicto ad sunt præsumptiones, ex Abb. & Fely.
quos allegat in c. 1. de præsumpt. faciũt pro hac contraria
opinione, quæ dixi in tit. de indit. & tortur. q. 47. nu. 285.
& quæ scripsit, Decian. cum allegatis per eũ in tract. crim.
tom. 2. lib. 6. cap. 5. nu. 15. vbi in specie dixit, Verba æqui-
uoca, quæ possunt in bonum, & in malum sensum, vt pu-
ta in blasphemiam, & in non blasphemiam accipi, intelli-
genda esse in bonum sensum, potiùs quem in malum, nisi
aliquæ coniecturæ in contrarium vrgeant, vt puta quali-
tas personæ proferentis.
22 Dic pro veritate, quòd licèt, Alciat. in loco præcitato lo
quatur in ciuilibus, non autem, quando agitur ad pœnam,
& criminaliter, prout sunt termini quęstionis nostræ, quo
casu delictum non præsumi, etiam quòd in contrarium
adsit alia præsumptio, ibidem sentire videatur. Attamen,
quando contra hanc generalem præsumptionem non
delicti vigeat aliqua delicti specialis pręsumptio, tũc sine
dubio crederem hanc delicti specialem præsumptionem
23 præualere illi generali, exclusiuę delicti, per regulã, quòd
specialis præsumptio tollit generalem, de qua in l. cum de
indebito, & ibi Bar. ff. de probat. Bal. in l. siue possideris, col.
1. in

1.in fin.C.eod.cum alijs relatis per Step. Lamberten. de contract. eorum,&c. glo.finis,nu.127.& per Mascard.de probat.lib.3. conclus. 1114. nu.6. & seqq. & dixi in simili de fama in tit.de indit.& tort.q.47.nu.193. & seqq.

24 Quòd si cum præsumptione generali exclusiua delicti, concurrat aliqua alia specialis præsumptio pariter pro nõ delicto, & tunc alia contraria delicti præsumptio, licèt specialis, tollitur per prædictas præsumptiones non delicti: generalem,s. & specialẽ simul per aliam regulam,quòd

25 plures præsumptiones vincunt minores, de qua per Nat. consil. 31. num. 9. lib.1.& conclus.39. nu.14. eodem lib. 1.Beto.cons. 160. num.7.lib.1.& cons.19.num.2.& cons. 119.num.18.lib.2.Decian.cons.100.nu.48.lib.2.cum alijs relatis per Mascard.d.conclus.1124.num.26. & per totam illam conclusionem,in qua benè discutitur;an,& quando vna præsumptio aliam tollat, & ex ibi traditis benè poteris decidere alios casus in materia huius ampliationis cõtingentes.

26 AMPLIA VII. vt pariter delictum minus præsumatur,potiùs quàm maius.Bal.in l.fi. col.fin.vers.sed si nihil appatet,num.17.C. de edilit.action. Roma consi. 455. num.5. & seq. Alcia. de præsump.reg. 1.præsump.6.num. 1. & seqq.vbi hanc ampliationem pluribus illationibus,& exemplis exornat,& concordantes adducit.Gabriel.lib.7. conclu. 2. num.6. Rolan.cons.11.num.38.lib.3.& cons.1. num. 36. & seq. eodem lib.3. Menoch.de præsump. lib. 5. præsump.2 num. 24. & seqq. vbi pariter refert exempla, & illationes, de quibus per Alciat.in loco præcitato, & n. 21.vbi, quòd, sicut delictum non præsumitur: ita & multò minus præsumitur pluralitas delictorum, ex Aym. quẽ allegat in cons.6.num.35. & cons.73. num. 38. Hinc præsumi potiùs culpam, quàm dolum dicit, Mascard. post alios, quos allegat,de probat.lib.1. conclus.467.num.17.& 18.Et ante istos voluit Dyn. in reg. in obscuris,nu.17. vbi pariter dixit,quòd in dubio est potiùs præsumenda qualitas exgrauans delictum,quàm illud aggrauãs,sequitur Florian.de S.Petr.in l.item mella.§.sed si plures, num.5. post med.vers.vno modo,ff.ad l.Aquil.

27 LIMITA I. propositam regulam nõ habere locũ in ijs,quæ prima fronte secundum communẽ vsum loquendi,& à cõiter accidentibus habent maiorem formam, & speciem mali,ac delicti,quàm boni,prout est conspiratio, quæ licèt possit capi in bonã, & in malam partem, in dubio tamen intelligitur potiùs in malam, quam in bonam, allegatur ad id per Doct. tex in c.estote,& in c. cum delicti,& ibi scriben. de accusat.Fely.in c.auditis,nu.32 de pscrip.Alciat.de presump.reg.3.presump.3. n.5.Mascar. de probat.lib.2.conclus.1003.nu.19.Menoch.de presump.li.

28 5.presump. 2.nu.57.& seq. Vbi affert aliud exẽplum, videlicet,in osculo, & amplexu mulieris. Tales enim actus licèt sint indifferentes ad bonum, & ad malum,quia tamẽ a communiter accidẽtibus, & ex communi vsu loquendi ad actum libidinis,& impudicitię referũtur;hoc ideò in

29 malam partem,& non in bonã interpretantur. Et hinc nõ bene locutam glo. in c.absit.11.q.3.dum dixit esse psumẽdum,quòd clericus potius velit benè dicere mulierem,quã amplecti, q & ante Menoch. considerauerat Felyn. in c. auditis,nu. 32. vers.& per predicta, extra de prescriptis.

30 Contra hanc limitationem tribus fundamentis insurgit, Alciat.d.reg.3.presumpt. 1.nu. 5.vers.sed tu aduerte,& nu.6.& seq.quæ quidem fundamẽta refert(sed in alio proposito.) Menoch. de præsump. lib.5.præsum.3.nu.115. & seqq. Item contra eandem limitationem faciunt dicta infra nu.40.vbi probaui,quòd nec in prohibitis à iure naturali delictum præsumitur,qñ alia coniectura capi potest, prout etiam benè considerauit Felyn.in d.cap.auditis.nu. 32.vers.considera, &c. de præscript. & Ang. in d.l. Item apud.§ si communem,per illum tex.ff.de iniur.

31 In hac contrarietate distinguit, Fely. in d.cap.cum delicti,num. 2. vers.posset tamen,&c. de accusat. vt scilicet nostra limitatio procedat,quando de actu,de quo dubitatur,an sit, vel non sit delictum, constat per confessionem rei,tunc inquã, inquit ipse, talis actus prima fronte sonãs in malũ præsumitur delictũ, quia cõfessio cõtra confitẽtẽ interpretatur. c.fin.de cõfess.l.1.C.eod.Contraria aũt pcedũt, qñ de tali actu cõstat,nõ p cõfessionẽ, sed p probationes.

32 Verùm hæc distinctio non placet Alciat. de præsumpt. 1.num.8.in fi.& seq. ea ratione,quia scilicet ratio differẽtiæ inter confessionẽ, & probationem isto casu per Fely. considerata nõ est vera,cum,vt latè dixi supra hoc eod.tit. q. 81.num.35.confessio dubia non contra confitentem, sed ad illius fauorem interpretatur.

33 Quid dicendũ? Dicas,quòd,si ea q̃ prima fronte habẽt formam, & speciem mali,& delicti,sunt etiã prohibita à iure naturali,gentium, vel diuino, &,quòd delictum præsumitur,secùs aũt in nõ sic prohibitis,secundũ, Alciat. in trac.de psump.reg.3.d.psump.1.n.10. q ita distinguẽdo cõcordat has cõtrarias opin. & dicã latiùs in seq. limitat. vbi tradita conferunt ad declarationẽ huius limitationis.

34 LIMITA II. in ijs,quæ de sui natura mala sunt, & à iure prohibita, tunc enim delictum præsumi scripsit præcipuè Felyn.in cap.in presentia,num.13.vers.sed vltrà,de probat.vbi quòd delictum non præsumitur in ijs, quæ indifferenter possunt se habere ad delictum,& non delictũ, secùs in ijs, quæ de sui natura sunt delicta, & prohibita. Dec.ibidem,num. 55. vbi latissimè defendit hanc limitationem,idem Fely.in c.cum delicti,num.2.vers.& per hoc dicit hic D.Petrus,&c.extra de accusat.Capol.cons.crim. 29.num.4.vers.item quia in delictis Gramm.voto 3.num. 5.Marsil.cons.4.nu 21.& consil.7.num.6.Grat. respon.48. num.10.lib.2. Tiraq.de pœn. temperan. in præfatione, nu. 56.vbi quòd actus in se malus ad malum in dubio referendus est,licèt possit habere aliquam excusationem.Facit regula illa,quòd omne malum factum prauè semper præsumitur actum,de qua in c. 1. de præsump. & in cap.si quis non iratus.15. q.1.& in c.15. q.6. & in l.nam lusus.ff. ad l. Aquil.quæ iura ad id adduxit Mascar.de probat. lib. 1.cõclus.123.num.5. vbi declarat, nisi contrarium suadeatur ratione personæ.Gabr.lib 7. conclus.2.num.61.vbi plures ad hanc limitationem referuntur concordantes. Blanc.in prac.§.visis inditijs; post num.131. fol.mihi 55. Mascard. de probat. lib.1.conclus 495.nu.4. & seq.vbi pariter alios refert,& lib.2.conclus.1003.num.21.& 61.& ex præmissis patet hanc limitationem esse communiter receptam, pro qua etiam faciunt, quæ dixi in tit.de indit.& tortu.q.47. num. 30.& infra in tit. de pœn.temperat.q.89.nu.77. vbi idem de præsumptione doli.

36 SVBLIMITA I. hanc secundam limitationem procedere in ijs, quæ prohibita sunt à Iure naturali, gentium, vel diuino, prout est homicidium,furtum,& alia, quæ cadunt sub illo præcepto. *Alterum non lædere*. Tunc enim est præsumendum potiùs delictum, quàm non delictum secundum Dec.in cap.in præsentia,nu.55.de probat. Alc. de præsumpt.reg. 3.præsump.1 nu.10. Mascard.de proba. lib.2. conclus. 1003.nu. 20.& faciunt, quæ dixi supra in materia confessionis,hoc eod.tit.q.81.nu.38.

37 Secus in ijs,quæ prohibita sunt à Iure positiuo,in quib. si criminaliter agitur ad pœnam, vel ad priuationem beneficij,delictum non præsumitur. Alciat.de præsump.reg. 3.præsumpt.1.num.10.vers.aut est simpliciter reprobatus, & num. 6. & seqq. vbi plura magistralia referuntur exempla huius declarationis,quæ et in idem retulit sequẽdo Alciatum in loco præcitato, Menoch.de præsump.lib.5.pre-

38 sump.3. nu.115. & seqq. vbi facit cõclusionẽ, quòd nec ẽt delictum præsumitur in actu prohibito à iure positiuo, qñ actus ille neminem lædit, aut lædere potest, & si lædit; leuis est læsio. Dec. in c. in præsentia d.nu.55. de probat.

39 Vbi pariter quòd non præsumitur delictum in ijs, quæ prohibita sunt non à iure communi,sed à Statuto;& faciunt, quæ de doli præsumptione dixi in simili infra in tit. de pœn.temperan.q.89.num.78.

40 SVBLIMITA II. eandem secũdam limitationem, vt nec etiam præsumatur delictũ in prohibitis à iure naturali,vel diuino, prout est homicidium,furtum, & similia; qñ probatur causa, seu factũ,ex quo põt excludi,seu excusari illud delictum.Ita colligitur ex latè deductis per Aug. ad Ang.de malef.in verbo *de anno præsenti*,post num.6.per totam additionem, vbi respondet contrarijs, & est de mente

mente Alex. in l. non solum. §. sed vt probari, num. 5. in fi. vers. nec obstat in quantum. ff. de nou. oper. nunciat. nec dissentire videtur, Ang. in l. item apud Labeonem. §. si cōmunem, per illum tex. ff. de iniur. vbi dixit etiam in prohibitis ad exclusionem criminis actum præsumit potiùs gestum licitè, quàm illicitè. Paris. in cap. in præsentia, num. 31. & seqq. de probat. quem omninò videas, quia latissimè ab omnibus impugnationibus hanc defendit opinionē, eamq; magistraliter comprobat, prout etiam facit, Io. Ant. Trigon. sing. 70. num. 4. & omnibus seqq. nec dessentire videtur Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. nu. 49. vers. conciliando has opiniones, & vide ad materiam huius sublimitationis, quæ dixi infra hac ead. q. nu. 50.

41 LIMITA III. regulam procedere, quando ex præsumptione exclusiua delicti venit absolutio rei, & sic quādo præsumptio non delicti est reo fauorabilis, secùs autē si non esset sibi fauorabile nō præsumere delictum, & ex nō præsumptione veniret condemnandus. Tunc enim ne condemnatio sequatur, erit potiùs præsumendum delictum, quàm nō delictum, allegatur ad id per omnes communiter, glo. in l. qui iurasse. §. si pater, in verbo, *acquisiti*, in fi. & ibi Doctores, ac præcipuè, Bart. num. 3. & 4. Ias. nu. 8. vbi, quòd ita notant omnes Doctores. ff. de iureiuran. Bar. in l. meritò. ff. pro socio, & ibi ēt Bal. in ver. & aduerte. Card. Alban. n. 3. vers. Hāc autē regulam. Fely. in cap. fi. nu. 13. de præsumpt. Dec. in l. si emancipari, in 3. notab. nu. 3. vers. non obstat alia ratio. C. de collat. & in c. osius. col. 2. num. 12. vers. item illa regula, de elect. & in c. super litteris, nu. 31. vers. item, quòd quis præsumatur, extra de rescript. Alex. cōs. 27. nu. 12. vers. vnde nunquàm, lib. 4. Rom. cōsil. 304. nu. 2. ad fin. & ibi Mandos. in addit. littera B. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 1. nu. 4. vbi hanc limitationem fatetur communem (licèt eam non sequatur, vt modo eum referam) & ibi in addit. littera E. Socin. Senior cōs. 13. nu. 27. & cōs. 57. nu. 17. lib. 4. Ruin. cōs. 68. num. 4. vers. nec etiam obstat, lib. 4. Gozadin. cōsil. 66. nu. 3. vers. tertio dico. Aym. cōsil. 57. nu. 6. vers. sexto, & vltimo Ludo. Gomez. in tract. de grat. expectat. nu. 80. vers. & hoc regulare est. Marsil. consil. 77. num. 7. & cōsil. 124. num. 10. vers. & pro hoc facit, & cōsil 62. num. 4. vers. Nam nunquàm. & cōsil. 104. nu. 34. Idem Marsil. in l. si in rixa, num. 60. ff. de sicar. Gabr. lib. 7. cōclus. 2. nu. 56. & 57. vbi alios plures refert concordantes, ex quibus facilè iudicio meo dici potest, hanc limitationem esse communiter receptam, prout eam receptam fatetur, Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. nu. 31. & seq. vbi hanc sequitur limitationem, & respondet Alciato contrarium sentienti, idem Menoch. cōsil 60. num. 32. & seq. Mascar. de probat. lib. 1. cōcl. 495. num 2. & nu. 10. & nu. 19.

42 Et quamuis contrarium sustinuerit Alciat. d. reg. 3. præsump. 1. eodem, nu. 4. vers. sed tu aduerte, vbi licet dixerit communem conclusionem illius, glo. in d. l. qui iurasse. Eam tamē nō verā credit. Immò cōtrariā sentētiā æquiorē dixit, & illam glosæ nō mediocrem fraudibus occasionē præstare. Tu tamen non recedas à proposita limitatione, pro qua optimè faciunt etiam, quæ dixi in seq. limitatione, cuius materia videtur eadem cum ista. Et in tit. de indit. & tortur. q. 47. nu. 296 & seq.

43 LIMITA IV. vt delictum nō præsumatur ad fauorem rei, secùs ad fauorem actoris, qui in dubio, præsumēdum est, quòd deliquerit, vt excludatur delictū rei. Aym. consil. 57. num. 6 Gabr. lib. 7. cōclus. 2. num. 56. vbi alios plures refert concordantes, ex quibus, iudicio meo, ita communiter à Doctoribus receptū esse dici potest. Card. Alban. ad Bart. in l. meritò, num. 4. versic. secundò limita. ff. pro socio. Brunor. à Sole, in suo cons. crim. nu. 27. Mascad. de probat. lib. 1. conclus. 495. num. 2. Menoch. de præsump. lib. 5. præsumpt. 2. num. 31. Vbi alijs relatis testatur de recepta opinione.

44 Licèt contra hanc limitationem insurgat Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1, num. 4. ad finem. versic. & facit ea ratione, quia quoad probationem nō videtur inducenda differentia inter actorem, & reum, cum vterque suæ intentionis fundamentum concludenter probare debeat d. cap. in præsentia, de probat. cum alijs ibi per eum allegatis. Tu tamen nō recedas à proposita limitatione, quæ maximè etiam comprobatur ex trad. in præcedenti limitatione, & in tit. de indit. & tortur. quæst. 47. num. 296. & seqq. vbi materia videtur eadem, & rationi per Alciatum deductæ, benè respondet Menoch. vbi supra d. præsumpt. 2. num. 33.

45 LIMITA V. in foro conscientiæ, & ad vtilitatem animæ, quo casu delictum præsumitur, cap. concilium. §. cum autem de obseruat. ieiun. cap. ad eius, in fi. distinct. 5. glo. in cap. iuuenis, in verbo, *dubia*, de sponsal. Innocen. in cap. ad audientiam, num. 3. in fine, de homicid. Abb. in cap. fi. in 2. notabil. de ijs qui fil. occid. Fely. in cap. fin. num. 14. de præsumpt. & in cap. in præsentia, num. 13. vers. 2. nota & ibi etiam. Dec. num. 56. extra de probat. Felyn. in cap. auditis, num. 32. versic. limita 2. de præscrip. & in cap. cum delicti, nu. 2. versic. idem dicas de accusat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. num. 13. Socin. iun. consil. 29. num. 13. lib. 2. Gabr. lib. 7. conclus. 2. nu. 12. Catell. Cotta, in verbo, *delictum in dubio non præsumitur*. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 40. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 495. num. 6 & seqq. vbi infert ad crimen hæresis, & irregularitatis, in quo quando agitur de imponenda pœnitentia pro vtilitate animæ, tutiùs est præsupponere delictum, quàm non delictum, ex Albert. quem allegat in tract. de agnoscend. assert. cathol. quæst. 7. num. 17. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1003. num. 64 Brunor. à Sole, in suo consil. crim. num 69 & seqq. Ioseph. Ludou. conclus. 51. vers. sed ista præsumptio, & faciunt dicta in tit. de indit. & tortur. q. 47. num. 299.

46 Hinc dixit Anchar. in cons. 179. incip. prima facie, quòd si testator confessus est se fuisse vsurarium, fiet interpretatio, quòd semper fuerit talis ad finem, vt hæres compellatur ad vsurarum restitutionem, ex quo hoc est salubriùs pro anima defuncti, sequitur Felyn. in cap. in præsentia, num. 13. versic. 2. nota de probat. & in cap. fin. num. 14. de præsump. & in cap. auditis, num. 31. versic. limita 2. de præscript. Marsil. singul. 151. semper in obscuris.

47 Contra hanc illationem Anchar. magistraliter insurgit Alciat. d. præsumpt. 1. num. 14. versic. sed fortè, cuius rationes ibi videas.

48 Verum rationibus, & fundamentis Alciati singulariter respondet Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 2. num. 42. & seqq. sed tandem, num. 48. id totum remissum credit Iudicis arbitrio, qui propterea sua diligentia, & prudentia consideret, quamdiù is fœnus exercuit, & quos cōtractus, & negotia pertractauit, alioquin nimis dura foret (inquit ipse) opinio Ancharani volentis, non nisi modici temporis vsuras restituendas, & mihi hæc declaratio placet.

49 LIMITA VI. quando agitur de præiudicio tertij, quia tunc ad excludendum illius præiudicium delictum præsumitur, secundum glo. in cap. statutum. §. cum vero, vers. ab aliquo, de rescript. in 6. vbi quòd quando agitur de præiudicio tertij, quis non præsumitur bonus, de quo particulariter dixi supra in tit. de indit. & tortur. q. 47. num. 288. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. nu. 2. Gabr. lib. 7. conclus. 2. num. 11. Card. Alban. ad Bart. in l. merito, n. 3. in fi. ff. pro soc. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 1003. num. 60. Ioseph. Ludou. conclus. 51. vers. dicta etiā regula. Menoch. de præsump. lib. 5. præsumpt. 2. num. 51. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 495. num. 3.

50 LIMITA VII. vt regula proposita procedat, quando constat de aliqua causa exclusiua delicti. Tunc enim delictum non præsumitur, actusque æquiuocus sonans in delictum, & in nō delictum, potiùs interpretatur in non delictum, quàm in delictum, secùs si de tali causa nō constat. Ita probare videtur tex. in d. l. meritò. ff. pro soc. Vbi vtens re cōmuni præsumitur vti simpliciter pro iure suo, non autem, vt interuertat ius alterius, quia iam præsupponitur vtentem habere partem in ea re, ex quo delictum excluditur. Vnde secus, si talis causa nō probaretur. Alex. in

in l. non solùm. §. sed vt probari, num. 5. in fin. ff. de nou. oper. nunciat. Paris in cap. in præsentia, num. 31. vers. secus si causa, & nu. 33. de probat. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. num. 11. & 12. & præsum. 2. num. 4. vers. 2. limitatur. Gabr. lib. 7. conclus. 2. num. 13. & num. 60. Card. Alban. in addit. ad Bart. in l. merito, num. 3. vers. declara tamen. ff. pro socio. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 2. num. 35. & seqq. Vbi ad comprobationem huius limitationis adducit illud simile, quòd licèt causa qualibet etiam iniusta excuset à dolo ad l. igitur. §. causa. ff. de libera. caus. Hoc tamen intelligitur quando apparet causa, ex qua potuit quis moueri, aliter secùs, ex Corn. Rui. & Claud. in locis ibi per eum relatis, & ego dicam alibi infra in tit. de pœn. temperan. q. 90. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 495. num. 13.

51 SVBLIMITA hanc vltimam limitationem, vt procedat quando agitur in specie circa inuestigationem alicuius negotij, secùs si in genere, quando quis non habet aliquid facere cum alio, quia tunc in dubio præsumitur eum non deliquisse, etiam quòd nõ allegetur causa, super qua fundetur talis præsumptio delicti exclusiua. Alciat. de præsumpt. reg. 4. præsumpt. 1. num. 12. vers. aduerte tamen, & hanc declarationem dicit veram Menoch. vbi supra d. præsump. 2. num. 39. Mascard. d. conclus. 495. num. 14.

ARGVMENTVM.

Probationes in Criminalibus debent esse luce meridiana clariores. Quando hæc conclusio vera sit. Quandouè ex indicijs, & præsumptionibus possit quis condemnari, & qua pœna.

SVMMARIVM.

Præsumptiones, & inditia regulariter ad criminaliter condemnandum non sufficiunt, nu. 1. quamuis alij contra n. 2. Præsumptiones, seù probationes plures imperfectè diuersæ speciei non coniunguntur in criminalibus ad condemnandum, nu. 3. Contra nu. 4. Distingue vt, num. 5.

Probationes in criminalibus debent esse non solum concludentes, sed etiam luce meridiana clariores, num. 6. etiam quòd agatur de pœna applicanda parti. nu. 7. & siue agatur per accusationem, siue etiam per inquisitionem, num. 8. & etiam siue causa criminalis sit magna, siue minima. num. 9.

Suspiciones etiam quòd sint plures, non sufficiunt ad condemnandum criminaliter, num. 10.

Præsumptiones leues tanto minus ad condemnandum sufficiunt, num. 11. Quamuis alij contra, num. 12.

Præsumptiones ad condemnandum non sufficiunt, etiam quòd sint verisimiles, & probabiles, num. 13. Sed quid, si istæ præsumptiones sint plures? num. 14.

Præsumptio violenta nec etiam ad condemnandum sufficit, num. 15. contra, num. 16. Dic, quòd ad condemnandum ciuiliter sufficit præsumptio violenta, num 17. Ad condemnandum verò criminaliter pariter sufficit in pœnam pecuniariam, secus in corporalẽ, n 18. Sed quid si præsumptiones violẽtæ fuerint plures? n. 19.

Probationes duæ semiplenæ diuersi generis non coniunguntur in criminalibus ad effectum condemnandi, etiam quòd tendant ad eundem rei finem, nu. 20. Contra, num. 21. Distingue inter pœnam corporalem, & pecuniariam, nu. 22.

Probatio semiplena iuncta cum alijs adminiculis, & coniecturis non coniungitur, nec sufficit ad condemnandũ, nu. 23. Contra nu. 24. præsertim quando illa adminicula, & coniectura perficiunt aliã semiplenam probationem. n. 25. Distingue inter pœnã corporalẽ, & pecuniariam, nu. 26. Declara distinctionem, vt num. 27.

Testis vnus de visu iuncta fama, fuga, seù alijs adminiculis, an, & quando sufficiat ad condemnandum, nu. 23. & seqq.

Præsumptiones, & inditia sufficiunt ad condemnandum in delictis occultis, & difficilis probationis, num. 29. & 32. Quamuis alij contra, nom. 31. & isto casu coniunguntur plures probationes imperfectæ, & præsumptiones etiam ad condemnandum, num. 30. Limita primò hanc conclusionem, dummodò præsumptiones, & inditia sint violenta, & indubitata, aliter secus. num. 33. Limita secundò, vt procedat quoad pœnam extraordinariam, & mitiorem, secus quoad ordinariam, num. 34.

Delicta occulta: & difficilis probationis, quæ sint, num. 35.

Tractatus, consilia, & similia dicuntur difficilis probationis. Ideò in ijs sequitur condemnatio ex præsumptionibus, & inditijs, num. 36. Limita primò, dummodò præsumptiones, & inditia sint indubitata, aliter secus, n. 37. Limita secundò, vt id procedat quoad pœnam extraordinariam, secus quoad ordinariam, nu. 38.

Noctis tempore commissa delicta reputantur occulta, & difficilis probationis, ideò in illis sequitur condemnatio ex præsumptiua probatione, num. 39. Quamuis alij contra, num. 40.

Assassinij crimen probatur probabilibus argumentis, n. 41. Amplia et quoad pœnam ordinariam, nu 42. sed quæ nam isto casu dicantur probabilia argumenta nu 43. & seqq & an prius debeat constare de ista qualitate assassinij, & quomodo, nu. 49. & seqq.

Argumenta probabilia dicuntur inditia indubitata, num. 43. et 48. vbi præsertim in materia assassinij.

Argumenta probabilia dicuntur ea, quæ faciunt inditium ad torturam, q. 86. num. 44.

Argumenta probabilia dicuntur idem, quòd iuris præsumptio, nu. 45.

Argumenta probabilia quandoq; accipiuntur pro semiplena probatione, num. 46.

Assassinij qualitas in primis constare debet, vt illius specialia in materia probationis locum habeant, num. 49. & quomodo talis qualitas dicatur constare. nu. 50.

Præsumptiones violentissimæ, & vrgentissimæ sufficiunt ad condemnandum, num. 51.

Præsumptiones iuris, & à iure approbatæ sufficiunt ad condemnandum criminaliter, num. 52. Et an sufficiat præsumptio iuris, an verò requiratur iuris, & de iure, num. 53. & seq.

Inditia indubitata sufficiunt ad condemnandum criminaliter, num. 55. & 56. Contra vt num. 57. Resolue vt, num. 58.

Conuictus dicitur etiam ille, qui indubitatis inditijs grauatus reperitur, num. 56.

Inditia plura dubitata faciunt vnum inditium indubitatum sufficiẽs ad condemnandum num. 59. licèt alij contra, num. 60. Quod limita duobus modis: primò, vt illa inditia dubitata sint grauia, & proxima, non autem leuia, & remota, num. 61. Secundò, vt sufficiant ad condemnandum in pœnam pecuniariam, non autẽ in corporalem, num. 62.

Inditium indubitatum sufficit ad condemnandum, etiam quòd vnicum sit, num. 63.

Inditia indubitata, licèt sufficiant ad condemnandum, potest tamen Iudex si vult, ex illis non deuenire ad condemnationem, sed ad torturam, nu. 64. Contra, nu. 65. Distingue vt, nu 66.

Inditia indubitata ad hoc, vt sufficiant ad condemnandum debent esse ita clara, & rem ante oculos Iudicis ponere, vt contrarium credi non possit, & ijs similia, num. 67.

Præsumptiones, & inditia sufficiunt ad condemnandum, quando de crimine agitur ciuiliter, num. 68. dummodò tamen istę præsumptiones sint violentæ, num. 69. & quando ciuiliter agitur habet locum regula, Si non prosunt singula, multa iuuant, num. 71. licèt alij contra, num. 70.

Præsumptiones, & inditia (quamuis imperfecta) coniunguntur ad effectum torquendi, num. 72. & 74. licèt alij contra, num. 72. Et multò magis coniunguntur ad effectum inquirendi, num. 75.

Præsumptiua, dubia, & non concludens probatio sufficit ad defensionem rei, num. 76. Præsertim in ijs, quæ sunt difficilis probationis, num. 77.

Præsumptiones, & inditia non sufficiunt ad condemnandum in pœnam corporalem, etiam quòd essent mille inditia, secus autem in pœnam pecuniariam, num. 78. & seq. Et quid si pœna est arbitraria, num. 80. Et quid si delicta sint leuia, in quibus non possit inferri tortura? An tunc inditijs, & præsumptionibus possit sequi condemnatio? num. 81. Sic etiam, quando agitur de pœna pecuniaria fit coniunctio probationum, & præsumptionum, habetq; locum regula, Si non prosunt singula, &c. num. 82. Quandoq; tamen inditia possunt esse adeò indubitata, vt etiam in illis pœna corporalis imponi possit, num. 83. Et è contra, nec etiam ex inditijs, & præsumptionibus potest deueniri ad condemnationem in pœnam pecuniariam, nisi illa sint vrgentissima, & violentissime, num. 84.

Pre-

QVÆST. LXXXVI.


DE generali præsumptione delicti satis dixi in antecedenti q.85. Videndum modo in specie est, an, & quando ex delicti præsumptionibus possit quis condemnari. Et quia materia est multum intricata, & à Doctoribus nō perfectè tractata, & à Iudicantibus nostro tempore non benè forsan intellecta, cum grauissimos viros, & Iudices viderim in ea sæpiùs errantes. Hoc ideò accuratiùs illam pertractando.

1 REGVLAM constituo negatiuam, quòd scilicet ex præsumptionibus, & inditijs nemo criminaliter condemnari potest, tex. est in l.absentem in princ. ff. de pœn. & ibi glo. in verbo damnari, & ibi Bart. col.1. vers. venio ad secũdum. Bal. in l.milites, nu.5. C. de quæst. Bart. in l.quod Nerua, nu.15. in fine ff. deposit. Aret. in cap. tertio loco, nu.15. in fine, de probat. glo. in l.fi. in verbo, *vel inditijs*, vers. non autem ex præsumptione. C. de probat. & ibi Cyn. num.1. Paul. de Castro nu.3. Bal. in l.1. num.6. vers. item quoniam ad cōmissionem pœnarum. C. de his quæ pœn. nom. Boer. decis.164. nu.1. Brun. de indit. & tortu. par.1. q.4. nu.7. ver. item adde. Ang. de Castr. cōs. crim. diuers.94. nu.1. lib.1. in paruis. Gramma. cōs.13. nu.37. Dec. cōs.189. nu.3. & nu.15. Boss. in tit. de cōuict. nu.16. Ant. Gomez. de delict. cap.12. rubr. de probat. delict. nu.25. vbi de communi. Monticell. reg. crim.11. nu.2. ampliat etiam quòd præsumptiones essent probabiles, & euidentes. Octauian. Caccheran. cons. 65. nu.46. Mascar. de probat. lib.1. conclus. 459. nu.8. & 9. & conclus.496. nu.2. & lib.3. conclus.1167. nu.3. Et faciũt pro hac conclusione à qua tanquàm verissima in iudicando non recedas, Doctores allegati infra hac eadem quæst. nu.3. in seq. ampliatione.

2 Quamuis contrarium, quòd immò, & iudicijs, & præsumptionibus possit quis criminaliter cōdemnari, videatur fuisse de mente Doctorum allegatorum infra hac ead. q. nu.4. & in specie scripserunt Marsil. in l.1. § idem Cornelio, sub num.3. ff. de quæst. Vbi alios refert concordantes. Rom. cons.7. num.3. & ibi Mandos. in addit. littera D, vbi plures alios refert concordantes. Igne. per illum tex. in l. excipiuntur, nu.30. ff. ad Syllan.

3 AMPLIA I. (& hæc ampliatio videtur continere eandem materiam ipsius regulæ) vt inditia, probationes, seu præsumptiones plures diuersæ speciei, quarum singulę de per se ad condemnandum non sufficiunt, nec etiam coniunguntur, vt simul iunctæ sufficiant. Et sic illa regula Si non prosunt singula multa iuuant non habet locum in criminalibus, prout fuit de mente Rom. in l.excipiuntur, num.3. in princ. iuncto, vers. aut sunt alia inditia. ff. ad Syllan. Dec. consil. 189. num. 15. Cæpoll. consil. crimin.32. num. 17. faciunt dicta per Gandin. d. tit. de indit. & præsump. indubitat. num.2. versic. è contrario videtur dicendum, vsque ad versic. solutio, &c. vbi refert pro hac opinione tres rationes. Marsil. consil. 20. nume. 48. Matth. in suis regulis crimin. versic. in criminalibus plures diuersæ probationum species, fol. mihi 344. colum.2. Brunor. à Sole in suo cons. crim. num.79. & seqq. Gabr. lib.1. tit. de probat. conclus. 1. num. 23. & 26. Vbi alijs relatis testatur de communi. Mascar. de probat. lib. 1. conclus.459. num.7. & num.9. & lib.3. cōclus.1223. num.29. Personal. in tracta. de indit. & tort. num.23. ad finem. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q.40. num. 10. Vbi tamen loquitur, quãdo præsumptiones nō sunt plures, quàm duæ, de quo particulariter dixi infra, nu.93. Honded. qui alios recēset cōsil.102. nu.82. & seqq. lib.1. Hippol. Riminald. cōs.683. nu. 50. & seqq. lib.6. Vbi ampliat etiã quòd probationes diuersæ speciei essent in suo genere perfectæ, ex Surdo, quem allegat in consil. 132. nu.59. & seq. lib.1. Ludou. Peguer decis. crim.17. nu. 41. Vbi testatur de communi, sed loquitur quando vnaquæq; probatio de se non est concludenter probata, iuxta ea, quæ dixi infra, num.95.

4 Contra quòd immò, & in criminalibus habeat locum regula, Si nō prosunt singula multa iuuãt, & sic quòd etiã ad condemnandũ, fiat coniunctio imperfectarum probationum, inditiorum, & præsumptionum, voluit Rom. consil.7. num.3. & ibi Mandos. in addit. verbo *inducitur*, plures alios adducit concordantes faciunt dicta per Gandin. in d. tit. de præsumpt. & indit. indubit. num. 2. vsque ad versic. è contra, vbi & iura, & quatuor rationes, pro hac opinione, adducit Ang. de Castr. cons. crim. diuers.94, num.3. lib.1. in paruis. Iustin. Bonderan. consil. crimin. diuers.54. numero 24. & pluribus seqq. lib. 2. in fol. vbi pluribus hanc comprobat conclusionem. Igne. in d.l. excipiũtur, numero 30.31. & seq. ff. ad Syllan. vbi benè, & magistraliter loquitur Paul. Meren. inter eadem consil. consil. 90. num. 26. lib.2. Ludou. de Alfer. cōsil.143. num.13. lib.1. inter eadem cōsilia relati per Gabr. libro 1. titu. de probat. cōclus. prima, num.27. & seq. idem Hippol. Riminal. cōsil. 7. nu.114. & seqq. lib.1. Menoch. de præsumpt. lib. 1. quęst. 40. num.11. vbi alijs relatis loquitur, quãdo præsumptiones sunt plures, quam duæ. Ludou. Peguer. decis. crim.17. numero 41. & seqq. in discursu, vbi licèt cōtrariam opinionem dixerit communem, eam tamen declarat procedere, quãdo probationes, seu præsumptiones diuersi generis nō essent in genere suo cōcludenter, & perfectè probatæ, iuxta ea, quæ dixi infra numero 95. secus autem si singula de se sint plenè probata, quia tũc benè cōiunguntur etiam ad cōdemnandum, vt ibi per eum, & fuit doctrina Bal. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. numero 4. ff. de eden. cuius doctrinam communiter sequũtur Doctores, teste Bertran. in cōsil.137. in fine libro 2. & cōsil. 164. in fine libro 7. prout illum refert Clar. in pract. §. fi. q.63. ver. tu scis, post princ. & Bal. in proposito refert, & sequitur Catellian. Cotta in suis memoral.

memoral. verſ. probationes plures fol. mihi 563. aliàs 707. ſecundum aliam impreſſionem, & in verſic. inditia plura coniungi poſſunt, fol. 324. aliàs 406.

5 Quid dicendum? Non recedas à prima opinione, quę & verior, & communior eſt. Niſi tamen inditia, & præſumptiones, nō ſolum ſint in genere ſuo perfectè probatæ, iuxta ea, quæ tradit Peguer. in loco nūc citato, ſed etiam ſint violētiſſimæ, iuxta tradita, infra nu. 51. vel indubitatę, iuxta pariter infra trad. num. 55. quia tunc coniunguntur, & ſufficiunt ad condemnandum, vt in dictis locis, quoad pęnam pecuniariam, licèt non quoad corporalem, prout etiam dixi infra, nu. 78. & ſeq. & iſta eſt veritas, ad quam vide etiam quæ dixi infra num. 59. & ſeqq. vbi videtur eadem materia.

6 AMPLIA II. propoſitam regulam, vt non ſolùm ex præſumptionibus nemo cōdemnari poſſit, verum etiā ad effectum condemnandi probationes debeant eſſe, ne dum concludentes, ſed etiam luce meridiana clariores, prout eſt tex. in l. ſciant iuncti, quæ eſt fina. C. de probat. canonizata 2. q. vltima, cap. ſciant cuncti, vbi dum loquitur de probatione teſtium, addit *idoneorum*, dùm de probatione inſtrumentorum, addit *apertiſſimorum*, & dum de probatione inditiorum, addit *indubitatorum, ac etiam luce meridiana clariorum*, & ibi hoc notant glo. & communiter omnes eam præcipuè reddentes rationem, quia ſcilicet cū in criminalibus de hominis ſalute tractetur, hoc ideò exactior requiratur probatio. Et uide præſertim Bal. in d. l. fi. num. 4. vbi magiſtraliter demonſtrat, in quibus debeat conſiſtere claritas iſta probationis in criminalibus, & Bal di doctrinam referendo ſequuti ſunt ibidem Alberic. numero 3. Paul. de Caſtro, num. 1. & ſeq. idem Alberic. in l. abſentem, numero 2. ff. de pœn. Addo pro hac ampliatione Boer. deciſ. 164. numero 1. Dec. conſ. 415 num. 1. Foller. in pract. crim. verbo *dentur capitula*, num. 21. Brun. de indic. & tortu. par. 1. q. 4 num. 1. Gramm. deciſ. 56. num. 19. Marſil. conſil. 40. num. 26. & conſil. 44. num. 11. Boſſ. in tit. de conuict. num. 9. & num. 13. Iacob. Nouell. reg. 162. in 3. fallen. Anton. Gomez. de delict. rub. de probat. delict. cap. 12. num. 25. verſic. confirmatur, quia, vbi de communi. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 19. num. 15. Pract. Corrad. in tit. de reſtit rubr. omni exceptione maior nu. 89. fol. 110. colum. 1. Menoch. de arbitr. quæſt. caſu 279. numero 2. & caſu 499. numero 1. Soarez. in theſaur. commun. opin. littera L. nu. 315. Monticell. reg. crim. 11. num. 1. vbi alios refert concordātes. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 186. num. 5. & num. 10. Octauian. Caccheran. conſ. 65. nu. 46. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 459. num. 2. & concluſ. 496. nume. 1. & lib. 3. concluſ. 1167. num. 3. Theſaur. deciſ. Pedemon. 24. num. 6.

7 AMPLIA rurſus præcedētem ſecundam ampliationem tribus alijs modis, & primo etiam quòd agatur de pęna parti applicanda, ſecundùm Boſſ. in tit. de conuict. nu. 10. poſt Alex. & Imol. in locis per eum relatis.

8 Secundò, ſiue agatur per accuſationem, ſiue etiam per inquiſitionem. Boſſ. d. titu. de conuict. nume. 10. verſicu. item procedit, &c. poſt Anan. quem allegat in conſil. 59. colum. 1. in fine.

9 Tertiò, ſiue cauſa criminalis ſit magna, ſiue etiam minima. Boſſ. in tit. de conuict. nu. 10. in fine. Vbi quòd hęc tertia ampliatio procedit ſine dubio.

10 AMPLIA III. eandem regulam, vt multo minùs poſſit quis condemnari ex ſuſpitionibus, cum, vt ſuo loco dixi, ſuſpicio ſit minus, quàm inditium, & præſumptio, probatur hæc ampliatio in l. abſentem, in princ. in illis verbis, *ſed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari Diuus Adrianus Aufidio Seuero reſcripſit*, & ibi Bart. col. 1. ver. venio ad ſecundum, & Alber. nu. 2. ff. de pœn. Cyn. in l. ſciant cuncti, in princ. C. de probat. & ibi etiam Alber. num. 1. verſ. ſed meliùs dixiſſet ſuſpitiones. Dec. conſil. 189. num. 13. Boſſ. in tit. de conuict. num. 54. poſt. Bal. Felyn. in locis per eum relatis. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. numero 25. vbi de communi. Maſcard. de probat. libro 3. concluſ. 1221. numero 47. & ſeq. vbi alijs relatis teſtatur de communi. Menoch. de præſumption. lib. 1. quæſt. 97. nume. 15. Vbi quòd ex ſuſpitionibus hominis, vel etiam legis non, niſi mitior pœna iudicis arbitrio imponitur, ſed veriùs credo nullam imponi poſſe pœnam ex præallegatis.

11 AMPLIA IV. vt multo magis regula procedat in pręſumptionibus leuibus, ex quibus certum eſt neminem poſſe condemnari. Dec. conſ. 189. nu. 15. Menoch. de præſump. lib. 1. q. 94. nu. 5. & ſeq. Vbi idem, & multo magis, ſi præſumptiones ſint temerariæ. Ioſeph. Ludou. conclu. 45. verſ. declara id. Vbi quod ex præſumptionibus non proceditur ad condemnationem, niſi ſint vrgētes (ſed de hoc vltimo dicam infra in 6. ampliatione) & hęc ampliatio nullam habet difficultatē apud Doctores. Quamuis Menoch.

12 de præſump. lib. 1. q. 97. nu. 15. videatur concludere, quòd ſola hominis ſuſpitio, quę (vt ſuo loco dixi) minùs eſt, quā præſumptio ſufficit ad imponendum pęnam mitiorem, & nu. 16. in fine, vbi idem dixit in ſola hominis præſumptione non violenta.

13 AMPLIA V. vt nec etiam poſſit quis cōdemnari ex præſumptionibus veriſimilibus, & probabilibus (ſi enim præſumptiones forēt inueriſimiles, & nō probabiles dubitabile eſſet, quòd ex illis nō poſſet ſequi condēnatio) Maſcar. de prob. lib. 3 cōcl. 1221. num. 76. vbi alios refert Menoch de præſumpt. lib. 1. q. 94. num. 4 Vbi tamen quòd huiuſmodi præſumptiones ſufficiunt ad inducēdam purgationem canonicam.

14 LIMITA. hanc ampliationem non procedere, quando præſumptiones veriſimiles, & probabiles eſſent plures, quàm duæ, quia tunc videntur facere vnum violentum, ſeù indubitatum inditium, iuxta ea, quæ dixi infra hac ead q. num. 59. Ideò tunc ad condemnandum ſufficiunt, ſecundum Ioſeph. Ludou. d. concluſ. 45. verſ. ſi tamen, &c. vbi etiam dixit, quòd iſta materia condemnandi ex præſumptionibus eſt ſatis arbitraria, quòd & idem dixit in verſ. & quemadmodum, &c. ſed parcat mihi in hoc iſte bonus vir, quia iſto caſu per præallegata, & tutiùs, & meliùs eſt reum torqueri, quàm condemnare, vt dixi infra, num. 94.

15 AMPLIA VI. vt quis cōdemnari nō poſſit ex violēta præſumptione, ſecūdum Iaſon in l. ſeruū fugitiuum, n. 19. C. de ſeru. fugit. Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 254. & ſeqq. vſq; ad nu. 260. Vbi latè defendit hāc opinionem, alios refert, & teſtatur de magis communi, & æquiori opinione, & in l. repeti, n. 27. ff. de quęſt. & in pract. §. quoniā, nu. 32 & in §. diligenter, nu. 22. Foller. in pract. crim. in verbo, *dentur capitula*, nu. 24. vbi alij referuntur. Matth. in ſuis reg. crim. verſ. in criminali, etiam violenta præſumptio, fol. mihi 344 colum. 2. inter commun. opin. diuerſ. tom. 1. relati per Menoch. quos tamen ipſe non ſequitur, de præſumpt. lib. 1. quæſt. 97. num. 22. Cæphal. conſ. 204. nume. 23. vbi de communi.

16 Contra, quòd immò ex pręſumptione violēta poſſit ferri ſentētia diffinitiua, videtur tex. in c. afferte, & ibi glo. in verbo, *date*, & notāt communiter omnes in ſummario extra de præſumpt. & ibi pręſertim Abb. num. 6. in fine, verſ. aut præſumptiones non ſunt vrgentiſſimæ, vbi expreſsè loquitur, non ſolùm, quando agitur ciuiliter, prout videtur loqui ille tex. ſed etiam ſi criminaliter, & quòd etiam in criminalibus ex violentis præſumptionibus poſſit quis condemnari, voluit Monticell. qui alios refert reg. crim. 11. num. 5. vbi amplius dixit, quòd violenta præſumptio importat idem, quòd indubitatum inditium (de quo tamen dixi in. q. 36. nu. 35. & ſeqq. iuncto num. 110. & ſeqq. vbi videas) Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo, *quòd fama publica*, ſub num. 22 & 24. vbi ſentire videtur ex præſumptione violenta poſſe etiam ſequi condēnationem, & pro hac parte faciunt deducta per Marſil. in rub. C. de probat. nu. 248. & ſeqq. vſque ad 254. & nu. 255. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 94. nu. 3. vbi, quòd ita omnes admittunt in d. c. afferte. Ioſeph. Ludou. concluſ. 45 verſ. declara id, vbi de præſumptione vrgente, & verſ. ſeq. vbi de pręſump. violenta.

17 Verùm ſuſtinendo ampliationem aduerte, quòd tex. in d. c. afferte, nō videtur obſtare, quia ibi licèt ex violēta pręſumptione

sumptione fuerit lata sententia, nõ tamen fuit lata criminaliter, & ad pœnam, sed tantum ciuiliter ad restitutionẽ rei, & propterea videtur, quòd præsumptio violenta sufficiat ad condemnandum ciuiliter ad restitutionem rei, nõ autem criminaliter ad pęnam. Et iste videtur communis intellectus ad illum tex. (quicquid in contrarium ibi dixerit Abb.) vt ibi præsertim per Anan. nu. 1. verſ. & procedit istud in causa ciuili. Ant. de Butr. nu. 7. verſ. sed posset dici, Card. Zabar. in fin. verſ. ex hoc dicit. Imol. nu. 3. verſ. posset tamen dici, & nu. 4. verſ. aduerte tamen. Ancharan. nu. 3. in 4. notab. Præposit. in c. is, qui fidem, nu. 4. de sponsal. & vltra prædictos sic etiam illum text. intellexerunt, & hanc materiam declararunt Paul. de Castro in l. sciant cuncti, post num. 4. C. de probat. Matth. sing. 118. & ibi Gabr. Sarayn. in addit. vbi alios plures refert concordantes Sarmien. select. interpret. lib. 1. c. 1. nu. 8. Boss. in tit. de par. suppos. num. 31.

18 Quid dicendum? Distingue inter pœnam pecuniariam, & corporalem: Primò enim casu ex præsumptione violẽta potest quis in aliquam pęnam pecuniariam condemnari, & ita de pœna pecuniaria videtur loqui August. ad Ang. de malef. vbi supra allegatus d. verbo, *quòd fama publica*, nu. 22. & 24. Secundò autem casu, hoc est quoad pęnam corporalem secùs: Sic in specie reperio distinguẽtem Marsil. in d. rubr. C. de probat. sub num. 254. & seqq. in verſ. & sic ista videtur communis opinio, & in d. l. repeti num. 26. & 27. ff. de quæst. & latè docet Menoch. de præsump. lib. 1. q. 97. nu. 19. & seqq. Et faciunt pro hac distinctione, quæ dixi infra hac eadem q. num. 78.

19 Et aduerte in proposito, quòd proposita ampliatio loquitur de vnica violẽta præsumptione, quòd si huiusmodi præsumptiones violẽtæ fuerint plures, ex quibus formetur vnum inditium indubitatum, iuxta ea, quæ dixi infra hac ead. q. nu. 59. & seqq. Et tunc posse ex dictis pluribus violentis præsumptionibus ad condemnationem deueniri, dubitãdum nõ est, ex trad. infra nu. 55. Sed an in pœnã pecuniariam, an verò in corporalem, vide, quæ dixi infra, nu. 62. & rursus etiam nu. 113. & seqq.

20 AMPLIA VII. quia in criminalibus, nec etiã duæ semiplenæ probationes diuersi generis, quamuis ad eundem finem tẽdentes ad effectum cõdemnandi coniungantur, secũdum Gandin. in tit. de præsumpt. & indit. indubitat. nu. 2. ad med. verſ. & licèt in causa ciuili. Io. Bapt. de S. Seuer. in repet. l. admonendi, nu. 207. ff. de iureiuran. vbi, quòd ita videtur teneri per Doctores ibi per eum allegatos, quibus dicit non inuenisse cõtradictores. Grat. consil. 47. nu. 7. lib. 2. vbi de communi, prout eum refert Simãc. de hæret. cap. 50. nu. 2. & ambos sic dicẽtes refert Clar. in pract. §. fi. q. 63. verſ. tu scis. Gabr. lib. 1. titu. de probat. conclus. 1. num. 23. & 26. vbi de communi, licèt aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Boss. in tit. de conuict. num. 23. vbi alios refert concordantes. Ant. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 26. vbi alios plures refert concordantes. Bertaz. conſ. 41. num. 21. in fine, lib. 1. Hippol. Rimin. conſ. crim. diuerſ. 84. nu. 11. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 459. num. 7. vbi alij referuntur.

21 Et quamuis cõtrarium, quòd immò duę semiplenę probationes coniungantur in criminalibus dixerint Alber. in l. 2. §. fi. nu. 2. ff. de excusat. tut. vbi, quòd ita vidit communiter teneri, prout illũ refert Clar. in pract. §. fi. q. 63. versic. tu scis, in princ. Alex. conſ. 24. nu. 41. lib. 2. vbi benè loquitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 499. nu. 2. & 3. vbi tamen hoc Iudicis arbitrio relinquit ex Io. Bapt. de S. Seuer. quem allegat in loco præcitato, de quo vltimò dixi infra hac ead. q. nu. 1. & seq.

22 Tu tamen non recedas à proposita ampliatione, quę & verior, & magis communior est, vt ex præallegatis, & ex alijs, quæ in simili de fama iũcta cum vno teste, dixi in tit. de indit. & tortu. q. 47. nu. 80. Et nihilominus pro concordia potes distinguere, quòd prima opinio, & sic ampliatio procedat, quoad pœnam corporalem; prout de corporali loquutus fuit Ant. Gomez. vbi supra: secunda autem procedat quoad pœnam pecuniariam. Sic enim pluribus relatis concordantibus expreſsè declarauit Menoch. de præsump. lib. 1. q. 41. nu. 8. & seqq. vbi testatur de magis recepta Doctorum sententia, & faciunt, quæ dixi in d. q. 47. nu. 81. & infra nu. 26. & seqq. & latiùs nu. 113. & seqq.

23 AMPLIA VIII. vt nec semiplena probatio, vtputa vnius testis de visu cum alijs adminiculis cõiungantur ad effectum condemnandi, secundum Paul. de Castr. in l. fin. nu. 6. C. de probat. post Bald. in loco per eum citato. Ant. Gomez. de delict. c. 12. rub. de probat. delict. num. 26. vbi alios refert concordantes. Bertaz. conſ. 41. nu. 22. lib. 1. Hippol. Rimin. conſ. crim. diuerſ. 83. nu. 18. & seqq. lib. 2. Decia. conſ. 92. num. 8. lib. 2. vbi, quòd contrarium tenentes loquuntur in ciuilibus, non autem in criminalibus. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 459. nu. 13. vbi pariter, quòd qui contrarium tenent, sunt intelligendi quoad torturã, non quoad condemnationem: facit, quia si, vt dixi supra in antecedenti ampliatione, duæ semiplenæ non sufficiũt, multò minus potest sufficere vna semiplena cum adminiculis.

24 Contrarium, quòd immò semiplena probatio vnius, puta testis de visu cum alijs adminiculis cõiungatur, & sufficiat ad cõdemnandum voluerunt Bar. in l. 1. §. idem Cornelio, nu. 3. & ibi latiùs Marsil. etiam nu. 3. ff. de quæst. Bal. in l. fin. nu. 8. verſ. quædam est probatio. C. de probat. Aret. in c. tertio loco, nu. 16. in fin. verſ. sed tamen hic, extr. de probat. Brun. de indit. par. 1. q. 4. nu. 2. ad fin. Marsil. in rub. C. de probat. nu. 249. in fine, vbi ex Socino, quem allegat dixit, quòd vehemens adminiculum supplet semiplenam probationem. Gramm. decis. 42. nu. 6 in fine, & seqq. vbi in casu suo vltra vnum testem de visu concurrebant assentio vulnerati, fama, inimicitia, & fuga cum ensibus denudatis. Capic. decis. 126 nu. 13. & seqq. ex Bal. quem allegat in d. l. fi. C. de probat. Boss. in tit. de conuict. num. 37. verſ. Primò, quando, & nu. 47. Mascar. de probat. lib. 3. cõclus. 1221. nu. 8. & seq. vbi alios plures refert cõcordantes, relati per Decian. conſ. 92. nu. 8. lib. 2. Item relati per eundẽ Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 459. nu. 11. & seq. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 40. nu. 10. Ludou. Peguer. decis. crim. 17. num. 40. in fine, & omnibus seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc sustinet opinionem, & ita dicit alias apud eum seruatum, & iudicatum fuisse, etiam quoad pœnam ordinariam, & capitalem, quod vltimum mihi nullo pacto placet (vt mox dicam.)

25 Et si volueris sustinere hanc secundam opinionem, eam omninò intellige, dummodò adminicula, seu præsumptiones perficiant aliam semiplenam probationem, aliàs secùs, vt ex pręallegatis per Brunor. à Sole in suo consi. crimin. num. 85. & per Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1223. nu. 11. & 18. & nu. 12. vbi amplius declarat, dummodò dictum vnius testis constituens vnam semiplenam probationem, & aliæ præsumptiones tenderent ad eundem finem, aliàs secùs.

26 In hac cõtrarietate potes distinguere inter pœnam corporalem, & pecuniariam, prout in simili distinxi supra nu. 22. & generaliter dixi infra hac ead. q. nu. 113. & seqq. vt scilicet, prima opinio procedat quoad pœnam corporalem, prout de pœna corporali loquũtur Paul. de Castro, & Ant. Gomez. in locis præcitatis. Secunda autem opinio procedat quoad pęnam pecuniariam, sic enim expreſsè reperio distinguentem Bal. in d. l. fin. in loco præcitato. C. de probat. & expreſsè declarat Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 98. nu. 1 & seqq.

27 Vel etiam potes dicere, posse isto casu reum etiam corporaliter puniri, dummodò illa pœna non sit ordinaria delicti, iuxta ea, quæ dixi infra hac ead. q. nu. 114. & ita loquitur Gramm. d. decis. 42. & expreſsè voluit Capic. d. decis. 126. in fine, vbi loquitur de pœna fustigationis, vel triremium per annum, vel biennium, & voluit etiam Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1220. num. 13. Verùm de veritate huius vltimæ declarationis, vide, quæ dixi infra nu. 113. & seqq.

28 Et vide ad materiam huius ampliationis, quæ dixi in tit. de indit. & tort. q. 47. num. 80. Vbi posui, an, & quando ex depositione unius testis iuncta fama, possit quis cõdemnari, &

nari, & quæst.48.num.67 & seqq. vbi quid de vnico teste, iuncta fuga.

29 LIMITA I. propositam regulam non procedere in delictis occultis, & difficilis probationis, quibus posse sequi cōdemnationem ex præsumptionibus, & inditijs scripserunt Bald.in l.quicunque, nu.15.C.de seru.fugit.Alex. consl.69.num.1.& seqq.lib.2. Brun.de indit.& tort.par.1. q.4.nu.7.vers.item adde.Aym.cons.73.nu.19.& seq.Gramma.cons.22.nu.15.& seq.Marsil.cōsil.44.nu.8.& seqq. Carer.in pract.in 2.tract.de indit.& tort.§.in tex.ergo *ibi argumentis conuictus*, nu.2.Nouell.reg.160.in 3.fallen.vbi infert ad occultationem, seu lacerationem scripturarum; & reg.162.in prin.& in 2.fallen. Herculan.de negat.(qui tamen in ciuilibus loqui videtur)nu.309.& 317.Petras.sing. 8.in princ.vbi testatur de communi Paris.consil.57.num. 33.& seqq.& cons.75.num.16.& seqq.lib.1.Iustin. Bonderan.cons.crimin.diuer.54.num.34.& seqq.lib.2.Paul.Meren.inter eadem consilia 90.num.27.& seqq. eodem lib.2. Matth.in suis regul.crimin. versic.in criminalibus occultis.fol.mihi 346.colum.1.inter commun.opin.diuers.lib. 1.decis.Pedem.72.nu.1. vbi alij referūtur. Monticell.reg. crim.11.nu.18.& nu.19.vbi alij referuntur.Clar.in pract. §.fi.q.20.vers.scias tamē,ad finem. ibi *Alij verò dicunt, &c.* vbi quòd ita communiter tenetur ex Carer. in loco per eum citato, & quòd ita apud eum seruatur *Ioseph.* Ludou.conclus.45.in 6.ampliatione. Eugen.consil. 27.num. 12.Mascard.de probat.lib. 1. conclus.496.num.4.& conclus.459.num.16.& conclus.461.num.10.vers.limita conclusionem,& lib.2.conclus.830.num.4. & num.7.vbi alios plures refert concordantes,& lib.3.conclus.1386.num.4. & seqq.

30 Sic & pariter imperfectas probationes,ac præsumptiones cōiungi ad condemnādum in criminibus occultis, & difficilis probationis scripserunt Rom cōs.7.nu.3.Marsil. cons.44 nu.10.Aym.cons.73.nu. 19. & seq.Paris cons. 57. nu.36.& seqq.& cōs.75.nu.20.& seqq.lib.1. Alex.cons 24. nu.42.lib.2.Grat.cons.104.nu.15.& seq.lib.1. Gabriel.lib. 1.tit.de probat.conclu.1.nu.30 & nu.32. Brunor.à Sole in suo cons crimin.num.7.Nicol.Moron. de fid. treg. & pac. quæst. 186.sub num.7.Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 40. num.13.

31 Et licèt contrarium, quòd immò etiam in criminibus occultis,& difficilis probationis,non possit sequi condemnatio,ex præsumptionibus, & coniecturis defendat Boss. qui contrarijs respondet in titu. de conuict. num. 46. & seqq.post Dec. quem allegat in cap. porrecta, colum.1. de confirma.vtil. vel inutil.& in consi.149.colum.1.quod & apertiùs scripsit Præpos.in ca.is qui fidem, num.4.de sponsal.prout illū refert Menoch.de præsumpt. lib.1.quæst. 58. num.18.Bertazz cons.41.num.11.& seqq.lib.1.(licèt secùs dicat in ciuilibus.) Mascar.de probat.lib.3.conclus.1220. num.14.vbi videtur residere cum Boss.in loco præcitato, quicquid in contrarium dixerit Clar. in quæst. 20. versic. scias tamen,in fine,& cum hac contraria opinione,quando agitur de pœnis atrocibus pertransire etiam videatur. Decian.in tractat. crimina. libro 7. cap. 45. num. 1. & num.36.

32 Tu tamen nō recedas à proposita limitatione,quę sicut magis communiter recepta est,ita etiam est verior.& Dec. qui in contrarium allegatur per Boss. in loco præcitato, non loquitur in inditijs, seu præsumptionibus, sed in suspitionibus, quæ minus sunt, quàm inditia, seu præsumptiones,prout benè aduertit Menoch.de præsumpt. lib.1. q 58.num.19.

33 SVBLIMITA I. hanc primam limitationem, vt procedat in præsumptionibus,& inditijs indubitatis, iuxta ea,quæ posui infra hac ead.q.num.55.Tunc enim in delictis occultis, & difficilis probationis, ex ijs sequi potest condemnatio, secùs autem si præsumptiones, & inditia non sunt indubitata. Colligo hanc declarationem ex Doctoribus allegatis supra, prima opinione, num.29 & seq. Nam Bal.in d.l quicunquè, loquitur,quando inditia sunt ita certa, vt vix denegari sufficiant. Sic & Carer.in loco præcitato loquitur de inditijs indubitatis. Pariter & Mascar.in conclus.459. nu. 16. loquitur in præsumptionibus vrgētissimis,& in cōclus.496.n.4.loquitur de præsumptionibus,non solùm validis, sed à Iure approbatis, de quibus dicam infra hac eadem q.nu.25.Et demum Menoch.in d. q.58.nu. 19. hāc eandem limitationem admittere videtur in præsumptionibus vehemētibus, (quicquid in cōtrariū dixerit Boss.vbi supra per eum ibidem relatus.)Et demum idem Boss.in titu.de par.suppos.nu.32.vers.Nō recedas: tamen admittit præsumptiuam probationem in criminibus occultis, quādo præsumptiones,aut sunt violētissimæ, aut violentæ,aut etiam adsint inditia indubitata,iuxta terminos l.fi.C.de probat.aliter secùs, prout dixerat in d.tit.de conuict.nu.46.& seqq.Et ista est veritas, cum qua poteris concordare contrarias præcitatas opiniones, & faciunt pro hac declaratione, quæ dixi infra in seq. limitatione, num.37.

34 SVBLIMITA II. eandem primam limitationem, vt procedat nō quoad pœnam ordinariam, sed quoad extraordinariam,& mitiorem,iuxta generaliter tradita,infra hac ead.q.nu.110.& declarat Boss. in d. tit.de par.suppos.nu.32.ad finem, nec dissentit Menoch. de præsumpt. lib.1.d.q.58.nu. 19.& q.40.num.13.vbi ampliùs, quòd isto casu non potest imponi,nisi pœna pecuniaria. De quo tamen vltimò dixi infra hac ead.q.num.113.& seqq.& vide quæ in specie de secretis tractatibus, dixi infra hac eadem q nu.38. Et vide etiam Andr. Tachin.controuer.iur. lib.1.cap. 29. vbi in puncto iuris generaliter defendit: Ex præsumptionibus neminem cōdemnari posse ad aliquam pœnam, etiam extraordinariam, sed tantummodo torqueri.

35 Et in materia huius primæ limitationis si scire volueris, quæ sint delicta occulta,& difficilis probationis, vide quæ dixi in tit.de delict.q.18.nu. 105. & in tit. de indit.& tort.q.37.nu.150.Dicasque esse dolum,fraudem, simulationem, partum suppositum, incendium,adulterium,sodomiam,simoniam,furtum,tractatum, mandatum, conspirationem,venenationem,falsitatem,falsam monetam, Et alia ijs similia, de quibus infra sparsim in suis locis particularibus dicetur(si dicendi,gratia à Deo, concessa fuerit) quādo delictorum in specie materias pertractabimus, sed pro nunc facias conclusionem,quòd ea dicuntur delicta occulta, & difficilis probationis, quorum probatio à communiter accidentibus(Iudicis arbitrio)non facilè haberi potest, sicut post alios tradiderunt Herculan. de negat.num.310.& Menoch.de arbitr. quæst. lib.2.casu 116. num.1.& per totum, vbi infert ad omnia prædicta delicta. Et latiùs explicat in tract.de præsump.lib.1.quæst.58. per totum. quibus addo Simon. de Præt. de Interpreta. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1.solut.10.num.6.vbi ponit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus plures casus, qui à Iure reputantur difficilis probationis. Et inter criminales, vltra prænarratos, ponit latrocinium disrobationem. Ostium fractum, & apertum. Introitum in locum periculosum. Delicta domestica. Vsuram. Damnum de nocte datum. Iniuriarum æstimationem. Minas per maritū vxori illatas.Et quòd filius percusserit matrem.

36 LIMITA II. & principaliter propositam regulam (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti)non procedere in tractatibus, & consilijs quæ secretò committuntur, & proptereà dicuntur difficilis probationis, potest quis condemnari ex inditijs,& præsumptionibus.Bal.in l. quicunquè,num.25.C.de seru.fugit.Brun.de indit.& tortu.par.2.q.8.nu.9.Carer.in pract. in 2. tract. de indit. & tortu.§.in tex. Ergo, *Ibi argumentis conuictus, &c.* num.2. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2. casu 116. num. 15. Monticell.reg.crimin.11. num. 17. vbi alios refert Clar. in pract. §.fi.q.20. vers. scias tamen ad finem. Ibi, *Alij verò dicunt,* vbi quòd ita communiter tenetur, ex Carer. in loco per eum citato,& quòd ita apud eum seruatur Mascar.de proba. lib. 3.conclus.1386.nu.4.& seqq. & per totam vbi ampliùs ponit quis, & quomodo probare debeat tractatum, & quibus inditijs, & conclus.1139.nu.19.vbi ponit etiam ex quibus contrarijs probationibus, possit tolli illud inditium tractatus,quod sumitur ex colloquio,seu congregatione

gatione plurium facta in eodem loco, de qua re dixi etiam infra, in tit. de pœn. temperan. q. 96. nume. 77. & ſeq. & nume. 86.

37 SVBLIMITA hanc ſecundam limitationem eiſdem duobus modis, quibus ſublimitaui præcedentem limitationem. Primò, ſcilicet vt procedat in inditijs, & coniecturis indubitatis ſecùs in alijs: Sic enim de inditijs, quæ ſint ita certa, vt vix denegare ſufficiat, loquitur Bal. qui originaliter in hac materia allegari ſolet, in d. l. quicunque. C. de ſeru. fugit. quem ſic dicentem retulerunt Boer. deciſ. 164. num. 4. ante medium. Brun. d. q. 8. nume. 9. par. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 822. num. 14. & expreſsè in inditijs indubitatis loquitur Carer. in loco præcitato, & faciunt ad hanc declarationem quæ dixi ſupra hac eadem q. num. 33.

38 Secundò, vt procedat, non quoad pœnam ordinariam, ſed tãtum quoad extraordinariam, & mitiorem, ſic enim de pœna extraordinaria loquitur Clar. in d. q. 20. verſic. ſcias tamen ad finem, quamuis eam corporalem poſſe eſſe non neget, de quo tamen vltimò, latiùs dicam infra hac eadem q. num. 113. & ſeqq. & vide quæ generaliter de delictis occultis, & difficilis probationis dixi hac ead. q. num. 34.

39 LIMITA III. in delictis de nocte commiſſis, quæ cum reputentur à iure occulta, & difficilis probationis, hoc ideò inditia, & præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum, ſecundum glo. in l. ſi cum exceptione. §. in hac, in verbo *ignorantia*. ff. quod met. cau. Bal. conſ. 77. num. 5. lib. 3. Alex. cõſil. 24. num. 8. lib. 2. Gramm. cõſil. 22. num. 15. Marſil. cõſ. 44. num. 5. & ſeqq. Boer. deciſ. 86. num. 6. Iuſtin. Bonderan. cõſil. crimin. diuerſ. 54. num. 36. & ſeqq. libro 2. Paul. Meren. inter ead. cõſil. conſ. 90. num. 27. & ſeqq. d. libro 2. Foller. in pract. crim. in verbo, *dentur capitula*, quòd ſuffocauit vxorem, num. 13. vbi alij referuntur. Boſſ. in tit. de indit. & conſiderat. ant. tortu. num. 171. & ſeq. Herculan. in tract. de negat. num. 310. Bonacoſſ. poſt ſuas commun. opin. in extrauagan. 2. par. num. 37. verſic. delictum, quod de nocte fit. Vbi alijs relatis teſtatur de communi. Monticell. reg. crim. 11. num. 12. vbi alios refert Menoch. de arbitr. quęſt. lib. 2. caſu 116. num. 14. & de pręſumpt. lib. 1. q. 58. nu. 11. Magon. deciſ. Lucen. 89. num. 7.

40 Et licèt cõtrarium, quòd immò delicta commiſſa de nocte non dicãtur difficilis probationis, nec admittant præſumptiuas probationes, niſi delictum tũc commiſſum de ſui natura ſit tale, quod per ſe à Iure reputetur difficilis probationis, prout eſt furtum, adulterium, & ſimilia, conſulendo tradiderit Burſat. conſil. 316. num. 38. & num. 39. verſic. tertio, iura omnia lib. 3. & faciunt dicta per Honded. conſil. 107. nu. 54. Ego tamen in conſulẽdo, & iudicando, nõ recederem à propoſita limitatione, quæ (vt vides) communiter recepta eſt, & pro qua faciunt tradita per nos in tract. de teſt. q. 62. nu. 33. vbi poſui an in factis nocturnis admittantur teſtes inhabiles, & in titu. de indit. & tortu. quæſt. 37. num. 150. Vbi pariter poſui, quòd in delictis de nocte commiſſis tortura infertur ex leuioribus inditijs.

41 LIMITA IV. in crimine aſſaſſinij, in quo ad condemnandum ſufficere probabilia argumenta probat tex. in c. pro humani de homicid. in 6. in illis verbis, *& postquam probabilibus conſtiterit argumentis*, & ibi præſertim Gemin. poſt num. 9. Archid. num. 2. poſt med. col. 2. in verbo *argumentis*, & Franc. num. 5. in 11. notab. Felyn. in cap. afferte, num. 9. in tertia limitat. de pręſump. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo *quòd fama publica*, num. 26. Boſſ. in tit. de indit. num. 201. Dec. conſ. 189. nu. 4. Boer. deciſ. 164. num. 5. verſ. & pro hac parte. Petr. à Placha in epith. delict. ca. 19. num. 15. Rolan. conſil. 27. num. 4. lib. 1. Gabriel. lib. 7. concluſ. 1. num. 20. Monticell. reg. 8. num. 23. Clar. in pract. §. fi. quæſt. 20. verſic. ſcias tamen, & in §. aſſaſſinium, verſic. prætereà, quamuis Maſcar. de probat. lib. 3. concluſ. 1221. nu. 77. vbi ex Boſſ. & Clar. in locis ibi per eum citatis, teſtatur de communi, & lib. 1. concluſ. 137. nu. 1. Decia. in ſuis tract. crim. par. 2. lib. 9. cap. 30. tit. de manda. pecun. intercedẽn. num. 22.

42 AMPLIA hãc quartam limitationem, vt ex probabilibus argumentis poſsit in crimine aſſaſsinij deueniri ad pœnam ordinariam, & capitalem, prout videtur de mente omnium Doctorum præallegatorum, & in ſpecie ſcripſerũt Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 19. nu. 16. vbi dicit id eſſe cõſtitutiſsimum refert, & ſequitur Clar. in pract. §. aſſaſsinium, verſ. prætereà quamuis Monticell. reg. crim. 8. nu. 23. & reg. 11. nu. 24. in tertia limitatine. Ioſeph. Ludou. concluſ. 45. in prima ampliatione. Decia. d. par. 2. lib. 9. cap. 30. num. 22.

43 SVBLIMITA I. eãdem quartam limitationem procedere, dummodò hæc probabilia argumenta ſint talia, vt ex illis oriatur indubitatũ inditium, aliter ſecùs. Sic enim probabilia argumenta in propoſito, hoc eſt inditia indubitata, interpretatus fuit Felyn. in c. afferte, num. 9. in fine, de præſumpt. quem ſequuti ſunt Gramma. voto 11. nu. 22. & in cõſil. 1. de fori. Iudic. nu. 64. & ſeqq. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. circa igitur tertium de homicidio commiſſo verbo, num. 20. & ſeq. Matth. Brun. cõſil. crim. diuer. 115. nu. 80. tomo 2. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 19. nu. 14. Monticell. d. reg. crim. 8. nu. 24. in fine, verſ. prædicta autem ex Gramma. in loco præcitato. Ad quæ etiam facit deciſ. Caputaq. 146. incip. Alexandrina in manuſcriptis, vbi in terminis bullæ Alexandrinæ, quæ requirit probabilia argumenta, ſicut tex. in d. c. pro humani, de homicid. in 6. concludit requiri inditia indubitata ad illius Bullæ incurſum. Item facit tex. in cap. cum in diæceſi, de vſur. vbi dicitur argumẽtis probari, quem vſuratium manifeſtũ, & tamen non niſi per inditia indubitata id probari poſſe voluit Couarru. var. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 5. in fine.

44 Et quamuis dici poſſet probabilia argumenta eſſe ea, quæ faciunt inditium ad torturam, per tex. in l. milites. C. de quæſt.

45 Et ſecundum Simanc. de hæret. titu. de præſumpt. rubr. 50. nu. 6. dici etiã poſſet, quòd probabilia argumenta aliud non ſint, quàm Iuris præſumptiones.

46 Et ſecundum Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 137. nu. 1. argumenta probabilia videntur eſſe ſemiplenæ probationes.

47 Et quamuis etiam, quòd immò in materia aſſaſsinij nõ requirãtur inditia indubitata, & ſic, quòd eo caſu probabilia argumenta non ſint idem, quòd inditia indubitata, dixerit communem Boſſ. in tit. de conuict. nu. 55. in fi. reprobato Fely. vbi ſupra contrarium ſentiente, & in tit. de indit. nu. 201. & videatur de mente eiuſdem Monticell. d. reg. crim. 8. nu. 23.

48 Ego tamen in occurrẽti caſu, & ad effectum cõdemnandi nũquàm recederem à propoſita limitatione, quæ ſicut mihi & verior, & à Doctoribus (vt ex pręallegatis apparet) magis recepta videtur, ita etiam apud nos in practica ſeruatã teſtari poſſum, cum nunquam viderim pro aſſaſsinio aliquem cõdemnatum ex minoribus inditijs, quàm indubitatis. Indubitata autem inditia, quæ ſint, dixi in tit. de indit. & tort. in prima q. illius tit.

49 SVBLIMITA II. dictam quartam limitationem nõ procedere, niſi prius conſtet de qualitate aſſaſsinij. Pariſ. conſ. 166. num. 4. & ſeqq. lib. 4. Maſcar. de probat. lib. 1. concl. 137. nu. 5. verſ. intellige hanc ampliationem, vbi de communi, pro qua faciunt, quæ dixi in tit. de inquiſit. q. 7. nu. 11. & q. 8. nu. 85. & 86.

50 Hãc autem qualitatem probari poſſe ex probabilibus argumẽtis dixit Monticell. d. reg. crim. 8. nu. 19. & ante eum Alex. cõſ. 176. nu. 5. lib. 7. & ſic ex inditijs indubitatis, prout videtur de mente omnium Doctorum allegatorum ſupra in antecedenti ſublimitatione. Quamuis Hier. Gabr. in conſ. 170. nu. 26. lib. 1. dixerit eam veris, & plenis probationibus apparere debere, nec propterea ſufficere aſſertiones eorum, qui ſe criminis ſocios faciunt.

51 LIMITA V. regulam non procedere in pręſumptionibus violentiſsimis, ſeù vigentiſsimis, quas æquiparati inditijs indubitatis (de quibus dixi infra hac ead. quæſt. num. 55.) & propterea ad condemnandum ſufficere dixerunt Imol. in c. afferte, num. 4. verſ. fallit ſecundum Ioan.

Andr. & ibi etiam Abb. nu. 1. in figuratione casus, extra de præsump. nec dissentit Boss. in tit. de conuict. nu. 29.

52 LIMITA VI. In præsumptione iuris, & à iure approbata, quando scilicet, in causa criminali lex præsumit, & super præsumpto disponit. Tūc enim sicut ex tali præsumptione legi crimen patet, ita etiam debet parere Iudici, & propterea licèt aliàs, quando quis ex præsumptionibus cōdemnatur, imponi non possit pœna ordinaria delicti (vt dixi infra hac ead. quæst. num. 110.) ex tali tamen præsumptione posse quemquam in pœnam ordinariam delicti, & etiam corporalem condemnari probat tex. in l. si hi qui. C. de adult. & in Auth. vt lic. matri. & aui. §. fi. collat. 8. & in c. de hoc, de simon. glo. in l. sciant cuncti, in verbo, *& luce*, C. de probat. & ibi etiam Iacob. de Aren. in fin. Bar. in prima oppos. Alber. num. 1. in fine, in 2. oppos. Paul. de Castr. num. 6. in fi. glo. in l. absentem, in verbo *damnari*, & ibi Bart. col. 1. versic. venio ad secundum. Alber. num. 2. vers. aut est præsumptio iuris. ff. de pœnis. Rom. in l. excipiuntur, num. 5. & ibi etiam Igne. numero 31. ff. ad Syllan. Bar. in l. quòd Nerua, nu. 15. in fin. ff. depos. Aret. in c. tertio loco, num. 16. de probat. Dec. ibidem num. 58 Fely. in c. afferte, nu. 7. de præsumpt. apud quos omnes huius limitationis pluries reperies exempla. Gandin. in tit. de præsump. & indit. indubitat. num. 2. ad finem, vers. sed licèt, vbi loquitur in præsumptione iuris, & de iure; & talem dicit esse eam, de qua in d. l. si hi qui. August. ad Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, nu. 32. in fine, & nu. 25. Marsil. in rubr. C. de probat. num. 252. & num. 255. vers. & hoc primo, & in l. repeti, num. 29. ff. de quæst. Boer. decis. 164. post num. 2. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. num. 3. & num. 4. in fin. & nu. 15. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 27. num. 10. Grammat. decis. 42. nu. 2. & 3. Boss. in tit. de conuict. num. 29. & 34. & num. 44. in fin. & num. 49. Ant. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 25. vers. Quòd tamē singulariter intellige, vbi alijs relatis, testatur de communi opinione, & plura huius conclusionis ponit exempla Laurent. ab Oua. cons. crim. diuer. 63. num. 2. & nu. 25. vers. Non obstat, il primo, tomo 2. in fol. Ferran. Gargiar. inter eadem consilia cons. 162. in fine additionis, vers. dixi insuper, post nu. 109. lib. 1. Monticell. reg. crim. 11. nu. 24. vers. primò limita. Clar. in pract. §. fi. q. 20. vers. fi. incip. item scias, vbi quòd ita tenent omnes ex Boss. in loco præcitato. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 186. num. 7. Ioseph. Ludou. cōclus. 45. in 4. ampliatione. Vulpel. cons. 126. nu. 35. Mascard. de proba. lib. 1. conclus. 196. nu. 4. & lib. 3. conclus. 1221. nu. 41. & seqq. vbi huius conclusionis plura ponit exempla, & testatur de communi, & nu. 51. & seq.

53 SVBLIMITA hanc vj. limitationem, vt procedat (prout loquitur) in præsumptione, nō solum iuris, sed etiā in præsumptione iuris, & de iure, vel vt alij dicūt, à iure approbata. Tūc enim ex ea potest quis cōdemnari, etiam in pœnam corporalem, & ordinariā, vt in exemplis traditis per Doctores præallegatos, secus autem in præsumptione iuris tātum, ex qua non talem pœnam imponi posse benè declarat Mascar. de probat. d. conclus. 1221. nu. 51. & seq. iuncto nu. 59. & seqq. sequitur Bursat. cons. 346. nu. 19. 20. & 32. ante finem lib. 4.

54 Quamuis cōtrarium, quòd siue sit præsumptio iuris, & de iure, siue etiam iuris tantum, & siue præsumptio sit in specie, siue in genere à iure approbata possit semper ordinaria pœna imponi, pluribus contendat Menoch. de præsump. lib. 1. q. 92. nu. 1. & seq. & latiùs q. 97. nu. 1. & seqq. vsque ad num. 16.

55 LIMITA VII. in inditijs indubitatis, (Inditia autem indubitata, quæ sint tangam aliquantulum infra hac eadem limitatione, num. 67. & latiùs dixi in tit. de indit. & tortu. q. 36. nu. 36. & seqq.) ex quibus posse quem criminaliter condemnari probat tex. in l. fin. incip. sciant cuncti, *Ibi vel inditijs ad probandum indubitatis, & luce clarioribus.* Et ibi hoc notant glo. in verbo, *Vel inditijs*. Bar. in 2. oppos. Bal. nu. 2. Alber. in summario, & nu. 1. vers. item, quòd per inditia indubitata, & in prima oppositione. C. de probat. Bar. in l. milites, nu. 5. vers. aut inditia sunt indubitata. C. de quæst. Rom. in l. excipiuntur, nu. 5. vers. & debes scire. ff. ad Syllan. Imol. in c. afferte, num. 4. vers. fallit secundum Io. Andr. de præsumpt. Ant. de Butr. in c. tertio loco, num. 20. & ibi etiam Abb. num. 9. & seq. de probat. Gandin. in tit. de præsump. & indit. indubitat. nu. 2. ad finem, vers. item ex quolibet inditio indubitato. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. nu. 1. Marsil. cōsil. 20. post num. 48. Boer. de cis. 164. nu. 3. & seqq. vbi plures refert cōcordantes, & nu. 5. testatur ita bis apud eum iudicatum fuisse. Carer. in pract. in 2. tract. de indit. & tort. in prin. §. in tex. ergo, ibi, *Argumentis conuictus, &c.* num. 1. vbi plures alios refert cōcordantes, faciunt pro hac opinione deducta per Marsil. in rub. de probat. nu. 248. & seqq. vsque ad nu. 254. & 255. & seq. & in l. repeti, nu. 23. 24. & 25. ff. de quest. & in pract. §. quoniam, num. 29. & seqq. Gramma. decis. 42. num. 1. & seqq. & per totum. Paris. cōs. 57. num. 39. lib. 1. Boss. in titu. de cōuict. lib. 5. & nu. 26. & 27. & sub nu. 30. Monticel. reg. crim. 11. & 15. Clar. in pract. §. fi. q. 20. vers. ad condemnandum verò. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 3. cōclus. 1221. nu. 34. vbi de communi, & num. 53. & lib. 2. cōclus. 865. nu. 1.

56 & seqq. vbi in idem multos citat scribētes. Et facit pro hac limitatione alia conclusio, quòd cōuictus dicitur ille, qui indubitatis inditijs grauatus reperitur. l. 2. C. quorum appellat. ibi, *Argumentis conuictus*, Dec. in c. at si clerici, num. 12. & ibi etiam Bero. nu. 2. vers. nec non quarto, & Mant. num. 1. in fine, vers. vltimo violenta præsumptio, extra de iudic.

57 Cōtrarium, quòd ex inditijs indubitatis quis cōdemnari non debeat, sed tutius sit inditiatum torquere post Io. Andr. quem ad id originaliter allegant, expressè voluerūt Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, num. 18. ad finem, & ibi Augustin. in addit. nu. 22. Alber. in l. absentem, num. 2. ff. de pœn. per tex. vnius. §. 1. ff. de quæst. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. nu. 11. vers. sed Io. Andr. & nu. 13. post Bal. in locis ibi per eum relatis. Dec. cōs. 175. nu. 8. col. fi. vers. præterea etiam, vbi de communi. Marsil. in rubr. de probat. nu. 254. & seqq. vsque ad nu. 260. vbi latè comprobat, & respondet contrarijs, testaturq; de æquiori, & communiori opinione, & in l. repeti, nu. 26. & seqq. ff. de quest. & in pract. §. quoniam, nu. 31. & seq. Foller. in pract. crim. verbo *dentur capitula*, num. 24. Iul. Scarlatin. cons. crim. diuers. 120. num. 1. lib. 1. vbi pluribus alijs relatis testatur de veriori, æquiori, & communiori opinione Lauren. Kircou. in commu. opin. cent. 2. concl. 95. vbi testatur de communi ex Dec. quem allegat in cons. 175. num. 8. versic. obstat, quòd ex inditijs indubitatis. Clar. in pract. §. fi. quæst. 20. vers. scias tamen, vbi de communi, ex Dec. Marsil. & Nouell. in locis ibi per eum relatis. Hippol. Rimin. consil. crim. diuers. 84. num. 10. lib. 2. vbi alios plures refert concordantes. Cæph. consil. 204. num. 23. lib. 2. vbi de communi. Bertaz. consil. 41. num. 25. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1221. num. 54. vbi refert Ioan. Andr. in loco præcitato.

58 Quid dicēdum? dic vt dixi infra hac ead. quæst. nu. 64. & seqq. vt scilicet sit in arbitrio Iudicis ex inditijs indubitatis, vel torquere, vel condemnare, & ita est veritas, quàm apud nos praxis etiam amplexa est. Quāuis Andr. Tachin. cōtrouers. Iuris. lib. 1. cap. 29. In puncto Iuris generaliter defendat, ex præsumptionibus, reum nunquam condemnandum, sed tantummodo torquendum.

59 AMPLIA I. hanc vij. limitationem, vt plura inditia nō indubitata, cōiungantur ad faciendum vnum inditium indubitatum ad cōdemnandum sufficiēs. Bal. in l. fi. nu. 2. vers. sed qñ, & vers. item ponit, & nu. 3. vers. patet ergo, & ibi etiam Alber. nu. 2. C. de probat. Igne. in l. excipiūtur, nu. 30. 31. & 32. in discursu. ff. ad Syllan. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. nu. 3. vers. quādoquè tamen, & nu. 5. Iustin. Bonderan. cōs. crim. diuers. 54. n. 30. & seqq. lib. 2. Boss. in tit. de cōuict. nu. 26. & faciūt quæ dixi in tit. de indit. &

60 tort. q. 36. nu. 41. & hac eadem q. supra nu. 4. & nu. 14. Et licèt cōtra hanc ampliationem fortiter vrgeāt Doctores allegati supra nu. 3. Tu tamen ijs non obstantibus non recedas ab ea, quæ verissima est, additis tamen infrascriptis duabus declarationibus.

61 Primò,

61 Primò, vt procedat quādo plura inditia, ex quibus generari debet vnum inditium indubitatum, non sint remota, & leuia, sed grauia, & valde proxima, secūdum Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. nu 3. verſ. quod intellige, vbi exemplificat, quādo concurrunt vnus testis de visu: duo de confessione extraiudiciali: & etiam confessio iudicialis per torturam, licèt reuocata.

62 Secundò, vt procedat quoad pęnam pecuniariam, non autem quoad pœnam corporalem. Ita post multa hinc inde deducta cōcludit Gandin. in tit. de præsump. & indit. indubit. nu. 2. per totum, & ita etiam in pœna pecuniaria loquitur Iustin. Bonderan. d. cōſ. crim. diuerſ. 54. num. 32 & seqq. lib. 2. Verum ad materiam huius secundę declarationis vide, quæ dixi infra hac eadem q. nu. 78. & seqq. & nu. 113. & seqq.

63 AMPLIA II. eandem vij. limitationem, vt licèt Doctores in plurali numero loquētes dicāt ex indubitatis inditijs posse quem criminaliter cōdemnari, veritas tamen est, quòd etiàm ex vnico indubitato inditio potest sequi cōdemnatio, secundum Aret. in c. tertio loco, nu. 17. & 18. de probat. vbi notabiliter dixit, quòd licèt regulariter ex vno solo inditio, quātumcunq; vehementi, non videatur posse sequi cōdemnatio etiam in atrocibus. Hoc tamē fortè posset limitari, quādo illud vnum inditium esset adeò indubitatum, vt multis æquiualeret, quamuis hoc rarò contingat, vt ibi per eum, nec dissentit Boss. qui alios refert in tit. de conuict. num. 27.

64 SVBLIMITA I. propositam vij. limitationem, vt licèt ex inditijs indubitatis possit reus criminaliter condemnari: Potest tamen Iudex, si vult, eundem reum non condemnare, sed torquere, quod totum eius arbitrio remittitur. Ita videtur de mēte Bal. in l. fi. num. 8. versic. si autem adiūgitur confessio. C. de probat. vbi loquēs in casu, in quo cōtra reū vrget plusquàm semiplena probatio, videtur cōcludere, esse in arbitrio Iudicis, vel torquere, vel cōdemnare in pœnam pecuniariam. & Bal. sic dicētem referēdo sequuti sunt. Gramm. voto 15 num. 15. Capic. decis. 126. num. 14. Ioseph. Ludou. concluſ. 45. verſ. solent etiam, vbi quòd ita faciunt practici Iudices deueniendo ad condemnationem, omissa tortura, quādo timent delicta remanere impunita ex eo, quòd reus parui faciat tormēta, nec dissentire videtur Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 91. num. 1. & seqq. vbi relata distinctionè. Anton. Gomez. (quem mox infra subijciam) inter præsumptiones liquidissimas à iure approbatas, & præsumptiones hominis, vt primo casu debeat omninò condemnare. secundò autem omninò torquere. Concludit tamen hoc totum relinqui arbitrio Iudicis, qui pro inditiorum, & præsumptionum qualitate, ac pro conditione personæ arbitretur, an extra ordinem damnari, an verò torturæ subijci debeat.

65 Contrà, quòd nō sit in arbitrio Iudicis isto casu torquere, vel in pœnam extraordinariam cōdemnare videtur de mēte Sarmien. select. interpr. lib. 1. cap. 1. per totum, præsertim ante primum nu. verſ. & in primis, & nu. 3. ad med. verſ. quod etiam apparet, nec dissentire videtur Ant. Gomez. de delict. cap. 12. nu. 26. verſ. aduertēdum tamen. Vbi dixit, quòd si Iudex habet præsumptiones liquidissimas, & à lege approbatas iuxta ea, quæ dixi supra. col. 31. & tūc Iudex nō ad torturam, sed ad cōdemnationem procedit etiā in pœnam ordinariam, vt dixi hac eadem q. supra nume. 52. si verò non habet has præsumptiones liquidissimas, & à lege approbatas, sed tantum hominis, & tunc non cōdemnare, sed torquere debet, si reus sit talis, qui torqueri possit, esset enim (inquit ipse) satis iniustum, & reipublicæ damnosum, isto casu reum diffinitiuè absoluere pœna quadam extraordinaria imposita, refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 3. concluſ. 1221. num. 53. in fine, & seq.

66 In hac cōtrarietate crederem esse distinguendum inter inditia indubitata prouenientia ex præsumptione Iuris, & de iure (tunc enim, & ex ea resultans inditium dici indubitatum, dixi in titulo de indit. & tortu. q. 36. num. 40.) & inter ea, quæ ex præsumptionibus iuris tantum, aut hominis, quamuis vehementibus proficiscuntur (de quibus dixi d. q. 36. num. 35. & seqq.) Primo casu teneo secundam opinionem, iuxta distinctionem Ant. Gomez. in loco præcitato. Quòd scilicet non sit in arbitrio Iudicis condemnare, vel torquere, sed quòd omninò debeat condemnare cum præsumptio Iuris, & de iure, vel (vt alij dicunt) à iure approbata dicatur liquidissima probatio, & ad cōdemnandum sufficiat etiam in pęnam corporalem, prout probaui supra, num. 52. Secundò autem casu primam opinionem credo veriorem, quòd scilicet sit in arbitrio Iudicis, vel condemnare, vel torquere. Ad cuius confirmationem possunt adduci omnes Doctores allegati supra, num. 57. qui optimè eam probant. Qui quidem Iudex isto casu si videt reum robustum, & talem, qui facilè spreta tortura, eam sustinebit, deueniet ex inditijs indubitatis ad illum condemnandum in pęnam extraordinariam. Si verò verisimiliter crediderit eum dictutum veritatem, & non aptum ad tormenta sustinenda. (Quæ isto casu erunt grauiora, quàm ea, quæ ex inditijs non indubitatis inferri solent) & nunc ad torturam, vt delicta debita, & perfecta pœna puniantur (si voluerit) deuenire poterit, & ita aliàs seruaui, & communiter seruari vidi. Quamuis fortè in puncto iuris, isto casu non ad condemnationem, sed ad torturam deueniendum esse probet Andr. Tachin. controuer. Iuris. lib. 1. cap. 29. quem etiam retuli supra nu. 57. in fine.

67 SVBLIMITA II. eandem vij. limitationem, vt tūc demum inditia indubitata sufficiant ad condemnandum, dummodò sint ita clara, vt contrarium credi non possit, aliter secùs, secundum Iul. Scarlatin. conſ. criminal. diuerſ. 120. num. 5. lib. 1. vbi, quòd debent ponere rem ante oculos Iudicis. Clar. in pract. §. fi. quæſt. 20. in fine principij, Vbi, quòd isto casu inditia debent esse nedum plusquàm semiplena probatio, sed etiam quasi plena probatio. Et prædictis addo Paul. de Castr. in l. fina. num. 5. & ante eum Iacob. Burrig. in fi. C. de probat. Boer. deciſ. 164. num. 3. & 4. Pract. Corrad. in tit. de negat. crim. & torm. num. 48. fol. mihi 350. col. 1. Anton. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delicti, num. 25. post verſ. ex quibus infero Mascard. de probat. lib. 3. conclu. 1221. num. 49. Qui omnes communiter probant non dici inditium indubitatum, nisi quando possibile non est rem aliter se habere, quàm, quòd ex inditio prædicto Iudex ad sic credendum inclinet: & vide diffinitionem, seù descriptionem inditij indubitati supra in titu. de indit. & tortu. q. 36. nu. 35. & sequentibus.

68 LIMITA VIII. propositam regulam nō procedere, quando de crimine agitur ciuiliter. Tunc enim ex præsumptionibus, & inditijs iudicem posse ad cōdemnationem deuenire videtur communiter de mēte omnium Do-

69 ctorum allegatorum supra, num. 17. Qui tamen loquūtur secūdum terminos c. afferte, extra de præsump. videlicet, quādo præsumptio est violēta, aliter secùs, prout etiam sic intelligunt, & declarāt Boss. post alios, quos allegat in tit. de cōuict. nu. 50. & seqq. & in tit. de pat. suppo. num. 31. & seqq. Mascard. de probat. lib. 2. concluſ. 822. nu. 15. & lib. 3. cōcluſ. 1220. nu. 7. & seqq. Menoch. de præsump. lib. 1. q. 98. nu. 4. in fine.

70 Verùm hæc limitatio non trāsit sine difficultate ex relatis per eundem Mascard. de probat. lib. 1. concluſ. 459. nu. 3. & num. 4 qui apertè contrarium tenent, etiam quòd de crimine agatur excipiendo. Et etiam ex relatis per me in tit. de indit. & tort. q. 47. nu. 61. & seqq. & nu. 79. & nu. 81. qui pariter probant nō posse aliquem cōdemnari ex dispositione vnius testis de visu iūcta fama, quamuis ciuiliter agatur, & tamen, quòd ex vnico teste de visu, & fama non oriatur violenta præsumptio, & plusquàm semiplena probatio negari non potest.

71 Quòd si adsint plures imperfectæ probationes, quæ simul iunctæ faciant vnam perfectam probationem, quòd tunc in ciuilibus coniungantur, & quòd in ciuilibus locum habeat regula. Si non prosunt singula multa iuuant, post iura, & antiquiores, quos allegat, scripserūt Neuizza. conſ. 27. nu. 21. Caph. conſ. 46. num. 5. & conſ. 90. num. 25. lib. 1.

lib.1.& consil.215.num.11.& seq. lib. 2. Brunor. à Sole in suo cons.crim.nu.6. Carel. Cotta in suis memorial.in ver. probationes plures. Ant.Gomez.de delict.tom.3.in tit.de probat.delict.nu.26. Clar.in pract.§.fina.q.63.vers.tu scis, in princ.Menoch.de arbitr.quæst.q.89.num.65.& seq.Mascar.de probat.cóclus.1223.nu.1.& seq.lib.3. & dixi latiùs in meis quæstionibus ciuilibus non impressis.

72 LIMITA IX. vt licèt præsumptiones,& inditia nõ sufficiant, nec coniungantur ad effectum condemnandi; coniunguntur tamen,& sufficiunt ad torquendum, & sic ad effectum torturæ procedit régula, si non prosunt singula,multa collecta iuuant secundum Brun.in tract.de indit. & tortu.par.1.q.2.num.6. Cæpol.cons.crimi. 32.num.17. Gramma. cons. 3.num.6.Socin. cons.54.num.2.& 3.lib.3. relati per Marsil.consil.20.num.47.& 49.Paris.consil.153. num.36.vers.quarto principaliter, lib.4. Grammat.decis. 34.num.35.Ant.Galear.Maluaticen.cons.crim.diuer.110. num.6.& seqq.lib.1.Brunor.à Sole in suo consil.crim.nu. 6.Arnal. Alberti de agnoscen. assert.cathol.& hæret.q.25. num.20.& seq Gabriel.lib.1.tit.de probat.conclus.1.num. 27.Marc. Ant. Eugen.cõs.27.num.11.vbi alij referuntur. Paul.Granut.Theorem.23.num.14.Menoch.de præsump. lib.1.q.40.nu.9.vbi alij referuntur. Honded.cons.202.nu. 5.& seq.Ludou. Peguet.decis.17.num.36.apud quos plures alios reperies concordantes.

73 Et licèt contrarium, quòd immò plura inditia imperfecta, quorum singula de se ad torturam insufficientia minimè coniungantur, & quòd nec isto casu habeat locum regula,si non prosunt singula, &c. consuluisse videantur Marsil.cons.20 num. 48. Maluaticen. d.cons.crim.diuers. 110.nu.14.& seq.lib.1.Hippol. Riminal.cons. 683. nu.49. & seqq.lib.6.Eugen.d.cons.27.nu.60.Honded.qui alios recenset d.cons.202.nu.8. & seqq.lib.1.

74 Non tamen recedas à proposita limitatione, quæ sicut verior est, ita etiam, & à Doctoribus magis communiter recepta,& pro ea facit viua ratio, nam vt suo loco dixi in materia torturæ,certum est,quòd vnum inditium remotum de se non sufficit ad torturam, & tamen plura remota inditia ad hoc,vt coniungãtur ad effectum torturæ necesse est, vt in genere suo sint perfectè probata, dixi infra hac ead.q.nu.95.& seqq.

75 Et multò magis,quòd plura inditia coniungantur ad effectum inquirendi post alios, quos allegant tradiderunt Gabriel. lib. 1. tit. de probat.conclus. 1.num.28.Menoch. de præsumpt.lib.1.d.quæst. 40.num.9. Honded. d. consil. 202.num.6.

76 LIMITA X. ad defensionem rei,& cõtra accusatorem,& fiscum,túc enim dubia,& nõ cócludẽs, seu etiam præsumptiua rei probatio tollit cõtrariam fisci probationem,quamuis cócludentem,& plenam,quia isto casu satis est reo adnubilare eiusdem fisci, & accusatoris intentionem,secundum Bar.in l.nõ solum.§.sed vt probari,num. 2.& seq.ff.de nou.oper.nunciat.vbi infert, & eius illationes benè explicãtur per Bal.Roma. Alex. & alios scribẽtes ibi, & ego etiam dixi in anteced.q.85.& Bar.doctrina canonizata est per Doct. omnes in c.in præsentia,de probat. & ibi præsertim Abb num.6,Fely.num. 13. Bero.nu.131. & seqq.Dec.num.252.Paris.num.31.vbi de communi,dicẽtes, quòd licèt regulariter dubia probatio probãtem nõ releuet d.c.in præsentia,releuat tamẽ,quãdo agitur de excludẽdo delictum.Gramm.decis.56.num. 18. Neuizza.in sylua lib.1.cap.2.num.66.vbi pariter,quòd totus mundus sequitur doctrinam Bartoli in d.l.nõ solum. §. sed vt probari. Boss.in tit.de conuict.num.59.Sarmien.select. interpret.lib.1.cap.1 num.5.vers.aut probatio est dubia.Aym. cons.2.num.16.vbi amplius, quòd sufficit semiplena probatio. Menoch. de præsumpt. lib.5.præsumpt.48.num.8. Brunor.à Sole in suo cons.crim.num.79.vbi,quòd regula,si nõ prosunt singula,&c.procedit in fauorabilibus, nõ autem in odiosis. Cæph.cons.140.num.13 lib.1.vbi, quo ad innocẽtiam probãdam nõ solum admittũtur leuiores probationes,sed etiam coniecturæ,Iudicis arbitrio. Mascar.de proba.lib.2.conclus.904.num.16. Eugen.cons.31. nu.70. Menoch. de præsumpt. lib. 5.præsumpt.3.num.50. Honded.cons.112.nu.28.& consi.100.nu.32.lib.1.& consil.87.num.33.lib.2.

77 Quòd præsertim locum habebit in ijs,quæ sunt difficilis probationis, vt expressè voluit Bal.in l.quicunquè,nu. 25.C.de seru. fugit. vbi isto casu admittit præsumptiuam probationem tam quoad condemnationem, quàm quoad absolutionem, prout verba Bal. sic vt supra dicentis ad idem ponderat Osasc. decis. Pedemon. 79. num. 55. & seq.

78 LIMITA XI. vt proposita huius quæstionis regula procedat quoad pœnam corporalem, in quam nemo ex præsumptionibus,& inditijs cõdemnari potest, secùs autem in pœnam pecuniariam. Sumitur hæc distinctio ex trad.per Paul.de Castr.in l.fin.num.4. & seqq.in discursu.

79 C.de probat.Vbi inter alia dicit,quòd etiam si essent mille inditia, nõ potest quis in corporalem pœnam cõdemnari, secundum Bald.in loco per eum citato. Aret.in c. tertio loco,sub num.16.de probat.vbi de communi Fely.post alios in c.afferte, nu.6.de præsump.Gandin.in titu.de præsumpt.& indit.indubit.num.2.ad finem, vers.& ideò ex prædictis. Alciat. de præsumpt. reg.2.præsump.9.num.4. Boss.in tit.de conuict.num.34. & seqq.pluribus, vbi alijs relatis, testatur de cõmuni, & practicata opinione,& nu.

80 42. vbi loquitur etiam in pœna arbitraria, quàm dicit etiã minuendam,quãdo probatio est præsumpta.Menoch. de recuperan.possess.remed.15.num.395. Ant.Gomez.variar.resolut.tom.3.de delict.cap.12. rub. de probat. delict. num.25.vers. Immò, & quòd magis est, vbi alijs pluribus relatis testatur de communi, & ibi in addit. Soarez.littera G,vbi pariter testatur de veriori,receptiori,iustiore,& publicæ vtilitati magis cõsona opinione. Mõticell.reg.crim. 11.num.20.& 23.vbi cum Castren. in loco præcitato ampliat etiam,quòd inditia, & præsumptiones essent plures, & alios ibi refert cõcordantes. Cæpha.cons.141.num.19. lib.1.Bertaz.cons.341.num.36.& seq.lib.2.Ioseph.Ludou.

81 conclus.45 vers.sed reducendo. Vbi, quòd potest quis ex præsumptionibus condemnari in pœnam pecuniariam, quãdo delicta sunt leuia,& talia, vt propter eorum leuitatem in ijs nõ possit inferri tortura. Mascat.de probat.lib. 1.conclus.459.nu.15.& lib.3.conclus.1220.num.9.vbi alij referuntur.

82 Sic plura inditia, pluresuè præsumptiones cõiungi ad effectum imponẽdi pœnam pecuniariam,& extraordinariã, licèt nõ sit ad effectum imponẽdi pœnam corporalem, seù ordinariam, colligitur ex trad. per Gandin.in tit.de præsumpt.& indit.indubit.num. 2.propè finem, vers. & ideò ex prædictis,Cæpol.cons.crim.32.num.16.Gabr.lib.1.tit. de probat.conclus.1.num.26.Clar.in pract.§.fin.q.63.vers. tu scis,vbi propterea aduertit,quòd licet Senatus Mediolani,& Cons.Regium Neapol. aliàs cõiunctionem probationum admiserint, etiam ad imponẽdum pœnam corporalem, nõ per hoc talis obseruãtia est extẽdẽda ad alios Iudices ordinarios, qui non habẽt authoritatem Principis, sicut habet Senatus, qui potest secũdum consciẽtiam iudicare, quod non habent alij iudices. Moron.de fid.treg.& pace. q.186.nu.6.Menoch.de præsump.lib.1.quæst.97.nu. 18.Mascard.de probat.lib.3.concl.1223.nu.30.& seq. Ex quibus apparet ita communiter teneri per Doctores. Quãuis Andr.Tachin.cõtrouer.iur.lib.1.cap.29.in puncto iuris vetus esse dixerit. ex præsumptionibus,& inditijs neminem condemnari posse, nec in ordinariam, nec in extraordinariam pœnam.

83 SVBLIMITANDO, & declarando hanc xj.limitationem aduerte, quòd ex illa colligũtur duæ conclusiones;Vna scilicet negatiua,quoad pœnam corporalem.Altera verò affirmatiua,quoad pœnam pecuniariam. Circa primam cõclusionem rursus aduerte, quòd quãdoq; etiã, quãdo inditia sunt indubitata,potest imponi pœna corporalis,secũdum opinionem eorum,quos retuli infra hac eadem q.num. 114. dummodo tamen nõ sit ordinaria illius delicti,de quo agitur,ac ipsum delictum sit capitale, vt ibi

84 dem dixi: Circa verò secundam cõclusionem affirmatiuã, pariter aduerte,quòd nõ ex omnibus præsumptionibus,& inditijs potest Iudex in pœnam pecuniariam cõdemnare. Nam

Nam si habet inditia verisimilia, probabilia,& etiam proxima,nõ tamen indubitata, vel etiam habeat præsumptiones,nõ tamen vrgentissimas,& violẽtissimas, nõ vtiq; potest in pœnam aliquã,etiam pecuniariam cõdemnare, sed tãtum poterit torquere,si ita prædictas præsumptiones,& inditia ad torquẽdum legitima(vt suo loco dixi)existimauerit,aliàs esset cõfundere terminos torturæ, & cõdemnationis,& plures Iudices nõ multum edocti in hoc se deciperẽt: Si verò Iudex habeat prǽsumptiones vrgentissimas, & violentissimas, vel etiam inditia indubitata, tunc tutè deuenire poterit ad condemnationem in pœnam pecuniariam, iuxta ea, quæ dixi supra,num.51.55.62.& infra, num.113.

85 LIMITA XII. huius quæstionis regulam nõ procedere,quãdo adsunt duæ semiplenæ probationes diuersi generis iunctæ cum alijs adminiculis,seù prǽsumptionibus, tũc enim cõiunguntur cum adminiculis prædictis,& sufficiunt ad condemnandum,etiam criminaliter, secundum Ioan. Bapt. de Sanct. Seuer. in repet. l.admonendi, num. 207. ff. de iureiuran. vbi alios refert, & num. 208. vbi ex hoc infert, quòd etiam in criminalibus coniunguntur probationes, quarum vnaquæque de se constituit plusquàm semiplenam probationem.Gabriel.lib.primo,tit.de

86 probat.cõclus.1.num.29.Boss.in tit.de cõuict.num.23.Vbi tamen videtur declarare,dummodo adminicula sint multum propinqua,ipsi delicto,adeò,vt omnibus iũctis,indubitatum resultet inditiũ. Hipp.Riminal.cõs. crim.diuers. 84.nu.17.& seqq.& num.26 in fine lib. 2.vbi ampliat isto casu posse reum sic cõuictum de iuris rigore cõdemnari, etiam in pœnam mortis,licèt mitiùs agẽdo cõsulat imponi debere pęnam Triremium ad tempus, quod vltimum de pœna mortis minimè verum credo,per ea quæ infra dixi,nu.110.& vide ad materiam huius limitationis,quæ dixi in tit.de indit.& tortu. q.47.nu.82.& seqq. vbi tractaui, an, & quando vnus testis de visu,& fama iunctis alijs adminiculis sufficiat ad condemnandum.

87 AMPLIA I. & generaliter omnes prædictas limitationes, in quibus dixi ex præsumptionibus posse iudicem deuenire ad criminalem cõdemnationem,vt procedãt,nõ solum in præsumptionibus iuris,de quibus dixi supra,nu. 52.& seqq.& de quibus nulla est cõtrouersia apud Doctores,sed etiã in præsumptionibus hominis,secundum Dec. in cap.tertio loco, num. 57.in fine de probat.Abb.in c.afferte, post num.5.de præsump.vbi dixit, posse Iudicem se mouere ad condemnãdum ex præsumptionibus,quas ipse solus elicuit iudicio sui intellectus.Marsil.in l.1.§.idẽ Cornelio, num.3.post med.ff.de quæst. Boss.in tit.de conuict. nu.20.& 21.vbi hominis præsumptiones eas dicit in proposito,quas iura iudicis arbitrio remittunt,vt iuxta facti, personarum qualitatem præsumat, & num. 37.vbi loquitur in præsumptionibus hominis violẽtissimis,& in tit.de part.suppos.num.34. Cæpha. consil.448.num.20.lib.3.Ioseph.Ludou.cõclus. 45.in 5.ampliatione,& ita etiam videtur de mente Mascard.de probat.lib.3.cõclus.1221.& 73. & seqq.Menoch.de præsumpt.lib. 1.q.58.nu.20.& seq. vbi alios refert cõcordantes.q.97.num.15. & 16. Et facit pro hac ampliatione, quia vt dixi inf. in tit.de pęn.temperan. q.89.num. . . in materia doli, etiam ad probandum eum, sufficiũt præsumptiones hominis,& facit etiam, quod dixi in seq.ampliatione, in qua probaui præsumptiones huiusmodi Iudicis arbitrio remitti,ergo intelligẽdum est de præsumptionibus hominis, quia præsumptiones iuris iudicis arbitrio non remittuntur,prout argumentatur Menoch.in ijs terminis,in tract.de præsumpt.lib.1.quæst.58. nu.20.& seqq.

88 LIMITANDO prædictam ampliationem aduerte, quòd contra eam, & sic quòd ex præsumptionibus hominis quis nõ possit criminaliter cõdemnari, voluit glo.in l. absentem, in princ.per illum tex.in verbo damnari, in fine,& ibi Bart.col.1.vers. venio ad secundum,& Alber.nu. 2.ad finem, vers.aut est præsumptio hominis. ff. de pœn. Rom.in l.excipiuntur,num.3.in fine,vers.aut sunt alia inditia.ff.ad Syllan.& videtur de mẽte Diaz.reg.370.in 1.limitatione.Mascar.de probat.lib.3.cõclus.1221.num.50.& nu.76.relati per Menoch. (quos tamen ipse non sequitur) de præsump.lib.1.q.97. nu.22.& cum hac cõtraria opinione pertransire videtur Rot.in vna Hispanen.seu Rom. Simoniæ.Mercurij 7.Februarij 1596.in fine, vbi simpliciter dicitur,ex præsumptionibus hominis neminem condemnandum.

89 Ideò pro cõcordia potes dicere,quòd prima opinio procedit in præsumptionibus violẽtis,& indubitatis,licèt hominis sint: per ea, quæ dixi supra in septima limitatione, num.55.& num.15.& seqq.in sexta ampliatione.Secunda autem opinio procedit in præsumptionibus hominis nõ violẽtis,& non indubitatis ad ea, quæ dixi supra in princ. quæst.nu.1.& expressè sic declarat Menoch.de præsumpt. lib.1.q.94.num.2.vers.tertius est casus, & seq.& latiùs in q.97.nu.16.& seqq.& ità etiam in præsumptionibus violentissimis loquitur Boss. in tit.de conuict.nu.37.& etiam in præsumptionibus vehementibus hoc idem admittit Rom.in d.l.excipiuntur sub nu.4.ff.ad Syllan.

90 Et nihilominus etiam ex prǽsumptionibus hominis violẽtis,& indubitatis nõ vera pœna delicti,sed mitior imponenda erit,iuxta ea, quæ dixi infra hac ead.q.num. 110.& benè loquitur Mascar. d. conclus. 1221. num.73.& seqq. & admittit Rom. in d. l. excipiuntur, num. 4. in fine. ff. ad Syllan. Sed an etiam isto casu poterit corporalis pœna imponi, dixi infra num.113.& seqq.& cum ista distinctione concordantur secundum veritatem contraria prædicta.

91 AMPLIA II. pariter, & generaliter omnes prædictas limitationes,vt iudicis arbitrio remittãtur,an,& quãdo præsumptiones, seù inditia sint indubitata, seù violenta,& ad condemnãdum sufficiãt. Ita videtur de mẽte Luc. de penn.in l.quemadmodum, num.23.C.de Agric.& censit.lib.11.& expressè tradidit Ioan.Bapt.de S.Seuero,in repet.l.admonendi,num.207.ff.de iureiuran.vbi dixit semiplenas probationes cõiungi in criminalibus ad condemnandum, si ità Iudici visum fuerit, quia probationis plenitudo maximè pẽdet ex Iudicis arbitrio, refert, & sequitur Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu. 499. nu. 3.faciunt dicta per eũdem, Menoch.de præsumpt.lib.1.quæst. 44.nu. 1. & seqq. vbi quòd quicquid secus sit in præsumptionibus iuris, & de iure, vel etiam in præsumptionibus iuris tantum, quæ non à Iudicis arbitrio, sed à lege habent determinationem. Quando agitur de præsumptione hominis; illa vtiquè à Iudicis voluntate,& arbitrio,pẽdet Ioseph. Ludou.cõclus.45.vers.si tamen & versic.& quemadmodum. Iustin. Bonderan.consil.crimin.diuers.54.nu. 31.lib.2. Mascar.de probat.lib.3.conclus.1220.num.1.vbi quòd hominis præsumptio tantum probat, quantum Iudici videbitur.

92 Verùm tu Iudex,qui vides ex hac ampliatione à Doctoribus tibi tributum arbitrium condemnandi ex præsumptionibus aduerte, ne istum arbitrium damnet animam tuam in perpetuum, & propterea facias præsuppositum, vt nunquàm ad talem condemnationem deuenias, nisi inditia sint indubitata,& talia,qualia dixi supra,hac eadem quæst.nu.67.& etiam seruatis,& benè consideratis sublimitationibus, & declarationibus infrascriptis, sic & doli præsumptiones Iudicis arbitrio remissas, dixi inf. quæst. 89.num.10.

93 SVBLIMITA I. omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi ex præsumptionibus,& inditijs posse reum condemnari,vt procedãt, dummodo istæ præsumptiones (si tamen non fuerint violentæ,aut indubitatæ, vt suo loco dixi)sint plures,quàm duæ. Duas enim non sufficere, tradidit Menoch.de præsumptio. lib.1.quæst.40. num. 10. nec dissentit Ioseph. Ludou. conclus. 46. versic. si tamen, vbi videtur concludere, quòd si præsumptiones sunt violentæ, duæ sufficiant: Si verò non sint ita violentæ, seu vrgentes, tunc non sufficiunt duæ, sed requiruntur plures, quæ dummodo probabiles fungentur officio duarum vrgentium præsumptionum. Et licèt Aym. in consilio 156. num.7. in fine dixerit, quòd quando admittitur præsumptiua probatio, tunc duæ præsumptiones sufficiant. Quòd & idem voluit Mascard.de probatio. lib.1.conclus. 447.

447. nume. 4. Hoc tamen intelligendum est secundum prædicta, dummodo scilicet præsumptiones sint vehementes, & violentæ, aliter secus.

94 Et nihilominus quicquid dixerit Ioseph. Ludou. in loco præcitato. Quãdo præsumptiones non sunt vehementes, seu violentæ. Tunc etiam quòd sint plures, quàm duæ, & etiam quòd sint verisimiles, & probabiles, si iudex essem, reum hunc minimè condemnarem, sed tantùm torquerem, & ita semper seruaui, & ab omnibus Iudicibus seruatum vidi per ea, quæ dixi in quinta ampliatione, num. 13. & etiam num. 64. & sequentibus, sub septima limitatione.

95 SVBLIMITA II. & generaliter omnes prædictas limitationes, vt tunc demum plura inditia, seu plures præsumptiones coniungantur, & ad condemnandum sufficiant, vel etiam ad torquendum, vt dixi supra in nona limitatione, num. 27. & sequentibus, dummodo tamen sint in genere suo plenè, & perfectè probata, aliàs secus, fuit doctrina Bal. in l. si quis ex argentarijs § 1. num. 4. ff. de eden. & Bald. sic dicentem sequuti sunt Paris de Put. de sindica. in verbo *tortus*, cap. 2. num. 2. Alex. consil. 180. num 6. lib. 2. Grammat. consilio 3. numero 18. Marsil. consilio 20. numero 50. & sequentibus. Neuizzan. consilio 78. numero 44. Parisc. consilio 153. numero 37. libro 4 Cœpoll. consilio crimin. 32. numero 16. Carer. in pract. in titulo de indit. & tortu. §. quæ autem, & qualia esse debeant inditia, numero 5. Crott. de test. parte septima, numero 319. in fine, & sequentibus, & ibi Petr. Moncad. in additio. Boss. in titulo de part. suppos. numero 36. Anto. Galeat. Maluaticen. consilio crimin. diuers. 110. numero 16. & seq. libro 1. Môticell. in repert. test. rubr. testes quot requirant. ad proban. indit. fol. mihi 350. col. 1. versiculo penult. Catell. Cotta. in suis memorialib. versic. probationes plures, fol. mihi 363. aliàs fol. 707. secundum aliam impressionem, & in versiculo inditia plura coniungi possunt, fol. 324. aliàs 406. Gabr. libro 1. titulo de probat. conclus. 1. numero 31. Cæpha. consilio 225. numero 46. & sequentibus, libro 2. Nicol. Moton. de fid. reg. & pac. quæst. 186. numero 4. Ioseph. Ludou. conclus. 45. ad finem, versiculo regulariter tamen. Albertin. de hæretic. quæst. 34. numero 7. Menoch. de præsumptio. libro 1. quæst. 91. numero 3. & sequẽtibus. Clar. in pract. §. fina. quæst. 63. versic. Tu scis, ad med. vbi ex Bertrand. in locis per eum relatis, dixit doctrinam Bal. in d. l. si quis ex argẽtarijs. § 1. esse communiter receptam. Brunor. à Sole in suo consil. crimin. numero 80. & sequentibus. Mascard. de probatio. libro 3. conclus. 1223. numero 33. & sequẽtibus. vbi de receptissima opinione Hondede. consilio 202. numero 83. & seq. libro 1. Surd. consilio 132. numero 58. in fine, lib. 1. Eugen. consilio 27. num. 61. vbi alij referuntur. Ludou. Peguer. decis. crimin. 17. numero 41. Thesaur. decis. pedemont. 24. num. 11. versic. quibus sic stantibus. Petr. Anto à Petra. in tracta. de fideicomm. quæst. 12. num. 504 & seq & prædictis addi possunt etiam omnes Doctores allegati supra in titulo de indit. & tortu. q. 37. num. 33.

96 Et hanc conclusionem maximè procedere in ijs, quæ sunt difficilis probationis scripserunt post alios quos referunt antiquiores. Gabr. lib. primo. tit. de probat. conclus. 1. nu. 12. Brunor. à Sole cons. crim. n. 7. Paul. Granu. Theor. 23. num. 15.

97 Contra propositam sublimitationem apertè scripserũt Grammat. decis. 34. num. 35. Soci. consilio 54. num. 2. & 3. Gig. de crim. læsæ maiest. libro 2. titulo quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. quæst. 25. num. 3. Boss. in titulo de partibus suppos. num. 36. versiculo item aduertatur, vbi distinguit inter inditium, & præsumptionem, dicitque inditium esse probandum per duos testes, non autem præsumptionem, quæ potest etiam ab vno solo oriri. Thesau. d. decis. pedemont. 24. in fine, vbi recitatur solutio illius Senatus mandantis torqueri per quartam partem vnius horæ reum, contra quem plura vrgebant inditia, licèt in genere suo non plenè probata. Paul. Granu. Theor. 23. nu. 14. Arnal. Albertin. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. quæst. 25. num. 2. & seq. vbi inter alia dicit, quòd quicquid secùs sit quoad condemnandum, & quoad plenam probationem. Tamen quoad inditium plura, & iam non perfectè probata coniunguntur, & ita distinguendo respondet contrarijs.

98 Et hanc contrariam opinionem (pro qua faciunt etiam Doctores allegati supra in titu. de indit. & tortu. quęst. 37. numero 34. vbi materia videtur eadem) procedere etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, scripsit Menoch. de pręsumptio. libro 1. quęst. 91. vbi alios refert.

99 Quid dicendum? Distingue, quod aut loquimur de condemnãdo, aut de torquendo. Primo casu prima opinio est verior, & communior. Secundo autem casu secunda opinio magis in practica recipitur. Concurrentibus tamen illis tribus requisitis per me positis in titulo de indit. & tortu. d. q. 37. num. 38. & non aliàs.

100 SVBLIMITA III. vt pariter plura imperfecta cõiungantur ad effectum condemnãdi, seu torquẽdi criminaliter, quãdo illa tẽdunt ad eundem finem, hoc est ad perficiẽdum vnum totum. Tunc enim benè procedit regula illa. Si non prosunt singula, multa iuuant, secùs autem si plura imperfecta tendãt ad diuersum finem, & ad perficiẽda diuersa tota, secundum Bart. in l. 1. §. idem Cornelio, num. 3. versic. respõdeo breuiter. ff. de quæst. vbi huius distinctionis ponit exemplum materiale de tecto, pariete, & domo, vt ibi per eum Blanch. de indit. num. 368. quem omnino videas, quia benè exemplificat istam declarationem. Aym. cõsil. 73. num. 20. vbi quod cõiungũtur probationes, etiam diuersæ speciei, quãdo vnaquæque species de per se tẽdit ad eundem finem, & ex ea potest inferri ad probationem eius, de quo agitur relati per Gabriel. lib. 1. titulo de probat. cõclus. 1. num. 43. & seq. Brunor. à Sole in suo consil. crimin. num. 83. & sequentibus, vbi in proposito põderantur plures Doctorum magistrales doctrinæ. Mascard. de probat. lib. 3. cõclus. 1223. num. 12. & nu. 32. vbi de communi. Hippol. Riminal. consilio 7. num. 114. & seqq. lib. 1. Eugen. consil. 27. num. 63. vbi benè etiam exemplificat hãc cõclusionem ex Blancho in loco præcitato. Honded. consilio 202. num. 85. lib. 1. vbi quòd quãdo vna probatio non infert aliam, tunc sine dubio si non prosunt singula, nec etiam simul iuncta iuuant, Ludou. Peguer. decis. crimin. 17. num. 41. ad finem, versic. quam rationem. Ex quibus hãc declarationem communiter à Doctoribus receptam

101 esse negari non potest. Quamuis contrarium dixerit verius esse. Gabriel (qui tamen non in specie loquitur in criminalibus) alios referens concordantes, libro 1. tit. de probat. conclus. 1. numero 44 versiculo contrarium, &c. & numero 45. Et vide in additione, quam feci in titu. de indit. & tortu. quæst. 37. num. 39. in fine, versic. addo, & quantum.

102 SVBLIMITA IV. & etiam generaliter, vt nũquàm ex præsumptionibus quis criminaliter cõdemnetur, quãdo illæ sunt sublatæ per alias cõtrarias probationes. Certũ est enim in iure, quòd vna præsumptio tollit aliam. l. Diuus, & ibi glo. in verbo *æstimatur*, ff. de in integ. restitut. l. nõ solùm in princ. ff. de ritu nup. cap. accedens de crim. falsi, cap. tuam, & ibi glo. de sponsal. Blanc. in pract. crim. §. ijs sic præmissis, nu. 1. fol. 124. Curt. iun. cõs. 35. num. 6. & cõs. 163. num. 22. Alciat. cõs. 269. num. 2. Cæpha. cõsil. 10. num. 14. lib. 1 cum alijs per Mascard. de probat. lib. 3. cõcl. 1224. num. 1. & facit, quia sicut inditia ad torquendum tollũtur per contraria inditia, prout dixi in titulo de indit. & tortu. quęst. 38. num. 110. & seqq. ita etiam, & præsumptiones ad condemnandum tolli debent per contrarias præsumptiones.

103 Et in proposito huius sublimitationis, quando scilicet vna præsumptio tollat aliam, aduerte, quòd dantur à Doctoribus plures regulæ, de quibus omnino vide Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 272. per totum, & de præsumpt. lib. 1. q. 29. & quæst. 30. vbi latiùs Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1224. per totam in discursu, quarum quidem regularum illa est præcipua, & principalis, quòd scilicèt præsumptio, & verisimilitudo maior, & fortior tollit minorẽ, & minus fortẽ Bal. in l. siue ad finem vers. item nota cum alijs

alijs per Mascar. de probat.lib.3.conclus.1224. num.11.&
104 seqq. Vbi etiam ponit quæ dicatur fortior,& verisimilior præsumptio, & nu.15. vbi dicit id remitti arbitrio Iudicis, & per Stepha. Lambert. de contract.glo. finis nu.120.
105 Vbi etiam quòd si vna præsumptio non est fortior altera neutra attenditur.
106 Et sinè dubio præsumptio Iuris est semper fortior præsumptione hominis, quæ propterea per præsumptionē Iuris tollitur ex alleg. per Mascar. vbi supra cōclus. 1220.nu. 4.& 5.& conclus.1224.nu. 39. & seqq. vbi è contra, quòd præsumptiones hominis, quàmuis vrgentissimæ non tollunt præsumptiones iuris.
107 Sic, & præsumptio specialis, est fortior præsumptione generali,& illam tollit l. cum de indebito,& ibi Bart.ff.de probat.Bal.in l.siue possidetis col.1.in fine vers.vltimo oppono C.de probat.Gig.conf.38.nu.49. Natta cōs.67.nu.7. & conf.506.nu.39.Bero.consi.119.nu.18.lib.2.Rimin.sen. cons.128.nu.12.lib.1.& conf.583.num.13.lib.3.Blanch.in pract.crim.d.§.ijs, sic præmissis num.3.& 4. fol.mihi 124. Decian.conf.100.nu.47.lib.2.Steph.Lambert.de contract. glo.finis nu.127.
108 Sic etiam sicut data paritate præsumptionum vna confundit aliam, vt per Euerar.in loco à verisimili nu. 13.Alben.conf.56.nu.7.ita plures præsumptiones vincunt pauciores Alex.consi.88.num.7.lib.7.Neuizz.consil.47.nume. 40.Bero.consil.19.num.2.& consi.119.nu.18.lib. 2.& conf. 80.nu.7.lib. 1. Natta conf. 31.nu.9.& conf.39.nu.14.lib.1. Bursat.conf.89.nu.2.& conf. 111.nu.19.lib.1. Decian.d.responf.100.nu.48.lib.2.
109 Et demum quòd præsumptio non delicti excludat præsumptionem delicti; dixi supra hoc eod. tit. in præceden. quæst.nu.19.& seqq.
110 SVBLIMITA V. & generaliter propositas omnes limitationes,vt quando Iudex, ex præsumptionibus quàntumuis violentis seù indubitatis inditijs aliquem cōdemnat (quod non nisi raro facere debet) debeat etiam multum suam sententia temperare,& ob id pœnam vltimi supplicij seù aliam delicti ordinariam imponere nequeat,sed tantum mitiorem secundum Innocen.qui ad hoc originaliter allegatur in cap.quia verisimile num.2.vers.nota tamen de præsumpt. quem referendo sequuti sunt Aret. in cap.tertio loco , num.19.& 20. de probat. Ant.de Butr.in cap. afferte post num.7. & ibi etiam Card. Zabar. in fine Imol.num.3.Fely.num. 6. de præsumpt. Alber. in l.absentem num.3.ff.de pen.Ias.in l.seruum fugitiuum num.3.C. de seru.fugit.August.ad Ang.de malef.in verbo,*quòd fama publica*, num.24.& ibi alter Additionator littera A; vbi concordanter refert Marsil.in rub. C. de probat.numero 260.vbi alios refert,& in l.repeti num.28.ff.de quæst. & in pract.§.quoniam num.33.& §.postquàm nu.50.Aym.consil.73.num.19. in fine Gram.decis.8.num. 8. Gig. de crim. læsæ maiest.lib. 2.tit.quom. & per quos crim. læsæ maiest. probat.quæst.19.num.4. Boer. decis. 164.num. 6. vbi alios refert Carer.in pract.crim.in 3.tract.de homicid.§.& nota Doctores nu. 9. & in 2. tract. de indit.& tortu.§.in tex. *Ergo ibi argumentis conuictus*, nu.2. vers. Nam tunc Iudex. Brun.de indit.& tortu. par.1. quæst.4. num. 13. ad finem vers.aduertendum tamen, & num.14.Tiraq. de pœn. tēp. 27. nu.1.& seqq. vbi latissimè exornat, & quamplures refert in idem concordantes Gramm. decis. 38. num. 17.& decis. 56.num.21.& decis.96. num. 4. & seqq. & decis.42. num.14.vbi quòd ita communiter tenent doctores Diaz. reg.370.in princ.& in 1. ampliatione, vbi ampliat etiam quòd inditia essent vrgentissima, & talia, vt arctarent mentem Iudicis ad aliud non credendum Petr.à Plach.in epith.delict.cap.14.num.3.in fine; vbi de magis communi Boss.in tit.de conuict.num. 38. & num. 40.& num.42. & num.45.& in tit.de confess.num. 21. Duen. reg. 303.in 1.limitatione Capic.decis.126.num.15. Clar.in pract.§.fi. quæst.20.vers.scias tamen *Ibi, alij dicunt, quòd vbi ex præsumptionibus, &c.* vbi alios refert, & testatur de communi Ant. Gomez. de delict. cap. 3. de homicid. num. 45.& ibi Soarez.in addit. littera I, in verbo *vt eleganter*, vbi quod hæc conclusio creberrimis Doctorum suffragijs recepta ex Monticell.reg.crim.11.n.21.& 25.& nu.26. vbi alios refert, & ampliat etiam in *pœnis pecuniarijs*, in quibus pariter pœnam ipsam non ordinariam, sed mitiorem imponere debet, & ita etiam ampliat Boss.in tit.de conuict.num. 41.Nicol.Moron.de fid.treg.& pac. quæst. 186.numero 2. Bertaz.consil.341.num.36. lib.2. Hippol. Riminal.consil. 121.num.25.lib.2.vbi alios refert antiquiores Mascard de probat.lib.3.conclus.1221.num. 55. vbi alijs relatis testatur de communi,& numero 73.& seqq.vbi benè loquitur Menoch.de præsumption. libro 1. quæst. 97. numero 15. vbi loquitur, quando quis condemnatur ex suspitionibus hominis,vel etiam legis,& numero 16.vbi idem quando quis condemnatur ex præsumptionibus hominis, etiam violentis reprobato Sarmien.contrarium tenente,& numero 17. vbi idem quando quis condemnatur ex præsumptione vehementi, & numero 19. & pluribus seqq. vbi pariter loquitur in præsumptionibus violentis latè comprobat, hanc conclusionem,quàm dicit magis in iure receptam, & singulariter respondet omnibus argumentis Sarmien. contrarium sentientis, prout etiam reprobato Sarmien.hanc eādem opinionem defendit Andr.Tachin. controuer.iur.lib.1.cap.29.

111 Contrarium, quòd quando fertur sententia, ex præsumptionibus etiam violentissimis,& inditijs etiam indubitatis imponi possit ordinaria pœna delicti videtur de mente omnium Doctorum, allegatorum, infra hac ead. quæst.num 114.dùm dixerunt, isto casu posse imponi pœnam corporalem tacitè sentientes de ordinaria licèt non expresse dicant, Sed expressè in præsumptione violentissima (licèt secùs credam in præsumptione violenta) quòd possit quis in pœnam ordinariam, condemnari voluerunt Abb. in cap. afferte numero 6. in princ. iuncto versic.aut agitur criminaliter de præsump. Carer. post Brun. quem allegat.in pract.in 2.tract.de indit. & tortu. §.in tex. *Ergo ibi argumentis conuictus*, numero 5. Menoch. de præsumpt. libro primo, quæst. 97. numero 83. Bellam. decis.689.seù 688. numero 33. in fine versic. ad vndecimum dico, vbi propterea dicit, quòd dictum Innocenti in d. cap. quia verisimile communiter reprobatur Mascar. de probat.libro secundo, conclus.865.numero secundo, & seqq. vbi plures admodum refert Doctores dicentes(si tamen reuera hoc dicant) ex inditijs indubitatis sinè alijs probationibus posse deueniri ad pœnam mortis Hyer. Lauren.decis. Auinionen. 15. numero 18. vbi videtur facere differentiam inter inditia indubitata, & præsumpt. violentissimas.primo casu dicit non posse imponi pœnam mortis ordinariam. secundo autem casu sic. & ante istos modernos ad eas Sarmien.select.interpret.libro primo, cap.1.per totum vbi pluribus Innocen. doctrinam in d. cap. quia verisimile improbat, reputatq; absurdissimum dicere quòd Iudex possit ordinariam pœnā mitigare ex qualitate probationum.Ideò isto casu vel pœna ordinaria plectendum, vel omninò absoluendum concludit ex rationibus ibi per eum deductis, quas hic repetere superfluum esset Ludou. Peguer.decis.crim.17 nu. 41. & seqq. vbi loquens in casu in quo concurrebat semiplena probatio cum alijs adminiculis testatur apud eum fuisse impositam pœnam vltimi supplicij,& ordinariam.
112 Sed certè quicquid præfati Doctores dicant,non recedas à prima opinione,& à proposita sublimitatione, quæ sicut verior, & magis communiter recepta est ita etiam, & in praxi magis seruata. Ilaque procedit non solum in pœnis ordinarijs, & à lege seù Statuto statutis ,sed etiam in arbitrarijs sicuti reprobatis Bal. & Brun. in locis per eum relatis voluit Boss. in titulo de conuict. numero 42. & 45.
113 AMPLIA hanc V. sublimitationem in tantum esse temperandam pœnam,quando Iudex condemnat ex præsumptionibus,quàmuis violētissimis,& ex inditijs quàmuis indubitatis, vt isto casu non possit corporalem imponere pœnam,sed tantum pecuniariam. Sic enim expressè scriptum reliquerunt Paul.de Castr. in l. fin. numero 5.& 6.in discursu C. de probat. August.ad Ang. de malef. in uerbo, *quod fama publica*, numero 24.26.& seqq.vbi testatur de

tur de veriori opinione Boer.decis.164. num. 2. Brun.de indit.& tortu.par.1.quæst.4.num. 14.& 14.& 16.Grat.cõsil.136.nu.22.lib.1.Marsil. in rub.C.de probat. num.154. in prin.& versic.& sic ista videtur communior opinio,& in l.repeti num.26.& seqq. ff.de quæst. & in pract. §.quoniam, sub num.31.Tiraq.de pœn.temperan.caus. 17. num. 2.vbi alios plures refert Gramm.decis. 38.num. 17. & decis.96.num.5.& num. 7.Carer. in pract. in 3. tract. de homicid.§.& nota Doctores num. 6. vbi alijs pluribus relatis concordantibus facit conclusionem,quòd ex præsumptionibus,& inditijs quantumcumque indubitatis etiam si talia forent, quod ex eis mens Iudicis traheretur ad hoc indubitanter credendum nunquam imponitur pœna corporalis Boss.in tit.de conuict.num.34.35.& 36.vbi alijs relatis, & reprobato Fely.contrarium sentiente, hanc dicit communem Doctorum opinionem, & quòd ita seruatur in practica,& num.36.& 40.& num.41. vbi relatis in contrarium Dec. Aret.Fely. & Innocen.in locis per eum citatis,hanc veram,& communem profitetur opinionem, & num.42.vbi reprobato Dec. & Aret.in cap. tertio loco de probat. tanquam loquentibus contra communem, facit conclusionem,quòd nullæ præsumptiones facere possunt, vt quis capitali,vel corporali pœna afficiatur Iustin.Bonderan.consil.crim.diuer.54.num.32.& seqq.lib.2.Anton. Gomez.delict.cap.12.rub.de probat. delict.num. 25. vers. ex quibus infero, & vers.immò, & quòd magis est, vbi alijs relatis,testatur de communi Menoch.de arbit.quæst. lib.2.casu 279.num.4.Hippol. Rimin. consil. crim.diuers. 84.num.10.lib.2.Iul.Scarlatin.eod.consil.crim.diuer.120. nu.2.lib.1.Petr.à Plach.in epith.delict.cap.19 num.16.vbi testatur de communi Monticell.reg crim.11.num.22.vbi alios refert, relati per Clar.in pract.§. fin.q.20. vers.scias tamen. *Ibi, Alij dicunt quod si agatur, &c.*& paulo infra ibi Gandi.autem,&c. qui etiam testatur de communi Nicol. Moron.de fid.treg.& pac.quæst.186.num.1. Rolan.consil.11.num.15.libro tertio. Hippol. Riminal.cons.121.num. 25.lib.2.Clar.in pract.§ fi.quæst.63. vers.Tu scis, vbi benè aduertit,(& hanc considerationem tu rei defensor benè nota,)quòd licèt suprema cõcilia, & tribunalia prout Mediolani,& Neapolis quandoque condemnauerint ad pœnam corporalem,prout Gramm.& idem Clar.testantur in locis infra allegatis pro contraria opinione.id faciunt propter authoritatem, quam habent iudicandi secundum cõscientiam.Ideò talis obseruantia non est trahenda ad alios Iudices ordinarios, talem authoritatem non habentes,& Clarum eo loci refert Virg. Boccac. in constit. Picen.glo. 4.num.78. vbi propterea generaliter infert, quòd Princeps, Senatus, aut Rota potest coniungere plura inditia ad condemnandum. Addo pro hac eadem opinione quòd scilicet ex præsumptionibus, & inditijs indubitatis, non possit quis corporaliter puniri Mascard. de probat. lib. 1. conclus.459.numero 15.& libro 2. conclus. 865.numero 5.vbi plures refert concordantes,& libro 3.conclus.1220. numero 12.13.& 14.vbi reprobatis Dec.& Aret.in cap.tertio loco de probat.testatur de communi sententia,& obseruantia,post Boss.quem allegat in loco præcitato,& conclus.1221.numero 57.& seq.vbi alijs pluribus relatis iterum de communi testatur, & numero 73.& seqq.vbi benè loquitur.

114 Contra,quòd ex inditijs indubitatis,& præsumptionibus violentissimis possit etiam imponi pœna corporalis: Voluerunt Felyn.in c.afferte num.10.vers.4.limita de præsump. Ant. de Butr. ibidem post num. 7. vbi amplius loquens in sententia ferenda ex præsumptione violenta, dixit non facilè tunc posse quem condemnari in pœnam corporalem, vel pecuniariam: ergo quandoque sic, licet non ita facilè,quod & idem dixit ibidem Imol. num. 3. & num.4. versic. fallit scilicet Ioan. Andr. vbi expressè dixit ex præsumptione violentissima, seù inditio indubitato posse deueniri ad pœnam corporalem immò & ad ordinariam dixit Abb. ibidem num. 6. Aret. in cap. tertio loco num. 16.versic.sed tamen hic & num.17.& ibi etiam Dec. num.60.de probat.ex quorum dictis colligi videtur,quòd licèt ex præsumptionibus, & inditijs nemo condemnandus sit in pœnam corporalem; hoc tamen fallit in duobus casibus. Primò quando cum inditijs & præsumptionibus concurreret semiplena probatio: Secundò quando inditia indubitata essent talia, vt manifestè ante oculos Iudicis factum ponerent ita vt idem Iudex aliter credere non posset,facit etiam dictum Innocen.in cap.quia verisimile num.2.versic.nota tamen, vbi dixit,quòd quando Iudex ex præsumptionibus procedit non nisi raro,& modicè condemnare debet ad pœnam corporalem, & pecuniariã. ergo tacitè sentit quòd quandoque potest corporaliter puniri. Allegatur etiam in idem Bald. in l. excipiuntur in princ. ff.ad Syllan. vbi per illum tex.notat quod ex pluribus inditijs resultat plena probatio ad pœnam capitalem, etiam contra impuberem (sed certè Bald.eo loci, & in libro meo non loquitur de pluribus inditijs, sed de pluribus delictis,ex quibus dicit posse etiam augeri pœnam capitalem contra impuberem, & nihilominus ad declarationem doctrinæ Bald.eo loci vide, quæ dixi infra q.92. num.62.& seq.)Boer.decis.164.num.5. post Bald.Rom.& alios ibi per eum relatos Brun. de indit. & tort. par. 1.q.4. num. 15. in fine Marsil. in pract. §. secunda quæstio num. 37.Gramm. decis.42. per totam, vbi latè comprobat hanc opinionem, & ita per quadriennium fuisse ad Triremes condemnatum quendam, contra quem laborabant plura inditia indubitata apud eum iudicatum, & seruatum testatur,& decis.56.in fine,vbi amplius isto casu fuisse alium condemnatum in pœnam vltimi supplicij testatur, licèt hanc condemnationem iniustam asserat cum non nisi ad triremes ad tempus illum potiùs debere condemnari suũ dederit votum, & decisio.96.in fine vbi pariter testatur, & alium fuisse per quadriennium ad triremes damnatum Capic.decisio. 126. in fine,vbi credidit posse condemnari in pœnam triremium per annum,vel biennium eum, contra quem vrgebat plusquam semiplena probatio. Boss. in tit.de conuict.num.37.38.& 41.vbi refert (non tamen sequitur) Innocen. Felyn. & Aret. in locis præcitatis & eorum dicta sic, vt supra, benè ponderat Hyppol. Riminal. cons.crim. diuers.84.nu.17.& seqq.& 26.& seqq.lib.2.vbi consuluit inclinando in mitiorem partem, reum posse cõdemnari in pœnam triremium ad tempus, quando esset conuictus, prout in casu suo ex depositionibus duarum mulierum de visu, & alijs inditijs seù adminiculis,de quibus ibi per eum Ioseph.Ludou.conclus.45.versic.1.& versic.& est maximè notandum,& versic. solent etiam Fab.à Monte Leone in pract.arbitr.fol.mihi 332.num 29. Montucell. reg. crimin. 11.num.24.in 4.limitatione. Carer. in 2.tract. de indit.& tortu.in prin.§. in tex.ergo. *Ibi Argumentis conuictus* sub num. 2. vbi refert dictas decisiones Gramm. quibus ex indit. indubit. fuit quis ad remigandum condemnatus, & ibidem num. 5.Clar.in pract.§.fin. q.20.versic.scias tamen in fine.vbi relatis Doctoribus volentibus non posse imponi pœnam corporalem,subdit, quòd apud eum seruatur contrarium,quia ex præsumptionibus & inditijs indubitatis, præsertim in occultis delictis,& secretis tractatibus per Senatum condemnantur rei in pœnam triremium,nedum fustigationis, & ictuum funis, & pro hac eadem opinione faciunt quamplures Doctores relati supra hac eadem. q. num. 111.& per Mascar. de probat.lib.2.conclusio.865.num.2.& seqq. Menoch.de præsump.lib.1.q.97.nu.18. vbi quicquid priùs secus dixerit in præsumptionibus violentis. Quando tamen præsumptio est violentissima dicit, reprobato Gandino sibi magis placere eam opinionem, quòd possit imponi pœna ordinaria.

115 Et hanc contrariam opinionem multo magis procedere in pœna fustigationis, quam isto casu tanquàm leuem à iure reputatam licèt corporalem imponi posse, quando quis ex præsumptionibus, & inditijs indubitatis condemnatur probare videtur tex.in l.3.versic. & quia plerique.ff. de offic.præfec. vigil.vbi dicitur ex præsumpta culpa immissi incendij per habitantes posse quem fustigari, & per istum tex.hoc idem voluerunt Aret.in c. tertio loco num. 16.de probat.Felyn.in c.afferte num 8.in 2.limitatione de præsumpt.August.ad Ang. de malef. verbo, *quod fama publica*,

blica num. 26. Carer. in pract. crim. in 2. tract. de indit. & tortur. in princ. §. in text. *ergo Argumentis conuictus* num. 2. & num. 4. in fine Brun. de indit. & tort. par. 1. quæst. 4. numero 15. versic. item limitat. Boss. in tit. de conuict. num. 36. versic. nec tamen videtur, & num. 49. Capic. decis. 126. in fine Monticell. reg. crimin. 11. numero 24. in 2. limitatione. Clar. in pract. §. fin. q. 20. versic. scias tamen in fine vbi quod ita apud eum seruatur Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1220. num. 10. & seqq. Menoch. de præsump. lib. 1. quæst. 97. num. 17.

116 Sed certè tex. ille in d. l. 3. loquitur in casu speciali videlicet incendij, in quo lex ita in specie præsumpsit ex habitantiũ culpa incendiũ immissum, & ob id expressè fustigationis pœnam statuit: sicut ex prærallegatis Doctoribus plerique aduerterunt, & ex ijs præsertim Boss. in d. tit. de conuict. num. 49. Vnde in consequentiam ad alios casus illius text. dispositio extendenda non videtur eò præsertim, quod fustigationis pœna propter eius grauem infamiam nescio quo modo possit leuis reputari. Imò eam grauissimam esse, & morti æquiparandam probaui in 1. par. titu. de delict. & pœn. q. 19. num. 29. testorque propterea plures habuisse præ manibus reos, qui sciente se debere condemnari, ac dubitantes de fustigationis pœna institerunt potiùs ad triremes transmitti quàm pœnam fustigationis subire.

117 In hac contrarietate opinionum negari non potest primam opinionem magis communiter receptam esse à Doctoribus: secundam autem magis receptam in praxi apud suprema consilia, & tribunalia prout dixi aduertisse Clarum in d. quæst. 63. versic. tu scis ergo vbi essemus in Iudicibus ordinarijs, & hanc plenariam potestatem non habentibus aduertas tu Iudex nunquàm recedere à prima opinione, etiam quod delictum esset capitale, & atrocissi-
118 mum. Nisi forsan velles imponere pœnam exilij ad trad. per Carer in pract. in 2. tract. de indit. & tortu. in princ. §. in tex. *Ergo ibi Argumentis conuictus* sub nu. 2. & per Gram.
119 decisio. 38. in fine, vel etiam nisi velles imponere pœnam ictuum funis publicè ad trad. per Clar. in pract. §. fi. quæst. 20. versic. scias tamen in fine.

Et ex ijs ad laudem Dei, & Sacratissimæ Virginis hodie 29. Nouembris 1597. impositus sit finis titulo de reo confess. & conuict.





PROSPERI FARINACII IVRISCONS. ROMANI VARIARVM QVÆSTIONVM, & Communium opinionum Criminalium

LIBER TERTIVS.

De Pœnis Temperandis, Titulus Decimus.

ARGVMENTVM.

Dolus an, & quando requiratur in delictis. Et quando culpa lata dolo æquiparetur.

SVMMARIVM.



Olus vbi non adest, ibi nec etiam delicti pœna imponitur, num.1.

Dolo cessante, mitior imponitur pœna, nu.2.

Dolus præsumptus punitur, nu.3. mitius tamen, quàm verus, nu.4. & nunquam in pœnam corporalem, num.5.

Animus, & propositum distinguunt maleficia, num.6.

Veritas rei in delictis An potius attendatur, quàm delinquentis opinio, num.7. & seqq.

Crimen læsæ maiest. non committitur sine dolo, num.10.

Dolus multo magis requiritur in delictis, quæ non committuntur in iniuriam alterius, prout est adulterium, stuprum, incestus, & similia, num.11.

Culpa lata regulariter æquiparatur dolo, num.14.

Culpa lata æquiparatur dolo, etiam quòd dispositio loquatur per dictiones taxatiuas, num 15.

Culpa lata, dolo proxima dicitur, & quandoquè dolus nuncupatur, num.16.

Culpa lata æquiparatur dolo in actionibus descendentibus ex contractu, vel quasi, num.17.

Culpa lata non æquiparatur dolo in criminibus, & delictis, num.18. licèt alij contra, num.19.

Culpa lata non æquiparatur dolo in pœnis corporalibus, nu.20. Amplia etiam, quòd pœna euadat corporalis in defectum pecuniaria, num.21.

Culpa lata non æquiparatur dolo, quando agitur de pœna mortis, num.22.

Culpa lata non æquiparatur dolo in delictis, quæ de sui natura dolum requirunt, nu.23. Declara, vt nu.24.

Statutum puniens delicta, puta, homicidium capitali pœna dolum requirit, etiam quòd de dolo mentionem non faciat, num.25. licèt alij contra, num.26.

Dolus multo magis requiritur in delictis, quãdo Statutum pœnale expressè dolum requirit, aut aliquo modo de dolo mentionem facit, num.28. licèt alij contra, nu.29. Quod procedit etiam, quòd Statutum non expressè, sed tacitè dolum requireret, num. 30. & seqq. vbi etiam quòd dicatur Statutum tacitè dolum requirere.

Dolus requiritur omninò, quãdo lex seu Statutum vtitur his verbis, nullus audeat, vel præsumat, *num.32.*

Excommunicatio non incurritur sine dolo, & isto casu lata culpa non æquiparatur dolo, num.33.

Infamia pœna non incurritur sine dolo, nu.34. licèt alij contra, nu.35. fallit quando pœna infamia imponitur ipso Iure. Quia tunc lata culpa æquiparatur dolo, num.36. licèt alij contra, num.37.

Culpa lata non æquiparatur dolo in pœnis pecuniarijs, nu.39. licèt alij contra, nu.40. Declara, vt num.41. & seq.

Dolus an requiratur in pœnis pecuniarijs, & an in illis culpa lata æquiparetur dolo, num.39. & seqq.

Culpa lata æquiparatur dolo in delictis in omittendo, num.43.

Incendij pœna locum habet ex sola culpa lata, quæ isto casu dolo æquiparabitur, num.44.

Culpa lata æquiparatur dolo, quando agitur de imperitia alicuius, num.45.

Medicus, si ob eius imperitiam infirmus moriatur, potest corporaliter puniri, num.45.

Iudex, qui propter imperitiã aliquem ad mortem condemnauit morte punitur, num.45.

Custos carcerum tenetur de culpa lata, quæ isto casu dolo æquiparabitur, num.46.

Custos arcis tenetur non solùm de dolo, sed de lata culpa, & pro ea corporaliter punitur, num.47.

Proculum abortionis, seu amatorium præbens punitur corporaliter de eo, quòd sequitur propter solam latam culpam, num.48.

Statutum si puniat actum, qui principaliter infertur in personam. Tunc ad pœnæ incursum requirit dolum, nec lata culpa sufficit, num.49. & 50. Vbi idem in omni Statuto loquente in personam, & puniente personam delinquentis; secus verò si puniat actum, qui infertur in rem, quia tunc lata culpa æquiparatur dolo, num.51.

Statutum si puniat ingredientem in possessionem alterius, vel eum, qui occupauerit, seu turbauerit possessionem alterius, dolum omninò requirit, nec lata culpa illi æquiparabitur; secus si puniat eum, qui alterum in possessione turbauerit, nu.52. licèt alij contra, nu. 53. Declara, vt num 54.

Statutum si puniat occidentem sub verbis generalibus Quocunquè modo, aut quouis modo. *locum habet etiam dolo non interueniente, & isto casu lata culpa dolo æquiparabitur, nu.55. Contra, num.56.*

Dolus in genere sufficit, quòd interueniat in delictis, num.57. Declara vt, num.59.

Dolus quando dicatur in genere, & quando in specie, num.58.

Culpa lata æquiparatur dolo, si ea prouenit ex versutia, & malitia, secus si ex ignauia, seu negligentia num.60.

Lata

Lata culpa æquiparatur dolo, & corporaliter punitur ex pluribus alijs casibus, de quibus remissiuè, num. 61. & seq.
Dolus, etsi in delictis non interueniat, punitur tamen delinquens pro modo culpæ, nu. 63. Declara, vt nu. 64.

QVÆST. LXXXVII. INSPECT. I.



POENAS ex causa posse augeri, & etiam temperari, dixi supra in prima par. tit. de delic. & pœn. q. 17. nu. 1. & seqq. Et ibi etiam in q. 18. dixi, quibus ex causis Iudex ipsam pœnam augere possit. Vidédum modo est de causis, quibus iura pœnam minui, & temperari mandant.

1 PRIMA se offert causa minuendi pœnam carentia doli. Regulariter enim in delictis dolum requiri, & vbi dolus nó adest, delicti pœnam nec etiam habere locum, probat tex. in l. 1. C. de sicar. in l. qui iniuriæ. ff. de furt. in l. quod Reipublicæ. ff. de iniur. & in l. cum autem. §. excipiuntur. ff. de edil. edict. per quæ iura hanc regulam firmarunt Maran. in spec. par. 4. in prin. nu. 58. ad med. vers. quarum prima est, & nu. 59. Marsil. in l. lege Cornelia, la 2. §. cum, quidam, nu. 3. ff. ad l. Corn. de sicar. Decian. in suis tract. crim. par. 1. lib. 1. c. 4. nu. 9. vers. hoc ergo primo casu. vbi præsertim in publicis inditijs.

2 Cessante itaquè dolo, pœnam omninò minuendam, pluribus probat Tiraq. qui benè materiam pertractat, & concordantes refert in tract. de pœn. temperan. caus. 14. num. 1. Voluit Decian. vbi supra d. lib. 1. cap. 4. num. 9. in fine, & optimè conferunt Doctores allegati infra num. 63. & iterum infra, num. 71.

3 AMPLIA I. propositam regulam, vt licèt dolus præsumptus æquipareiur dolo vero, vt dixi infra in seq. q. nu. 19. & 20. præsertim quando agitur ad rescindendum contractū, vt pariter in ead. q. dixi nu. 34. & propterea etiam dolum præsumptum puniri, post alios quos allegat, benè

4 demonstrat Tiraq. de pœn. temperan. caus. 15. nu. 2. Dubitandum tamen non est mitius semper dolum præsumptū puniri debere, quàm verum, vt per eundem Tiraq. d. caus. 15. num. 2. Vbi præsertim loquitur, quando doli præsumptio excluditur per alias contrarias coniecturas, voluit glo. in l. si mora. ff. solut. matrimon. Decian. par. 1. libro 1. cap. 4. numero 17. post Alexand. & Dec. in locis per eum relatis.

5 Et propterea doli præsumpti pœnam nó posse esse corporalem, quádo præsertim lex, seù Statutum dolum requirit, quia tunc tanto minus dolus præsumptus sufficit, nec eo casu vero dolo æquiparatur, colligitur, ex trad. per Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. sub num. 135. Cępha. cons. 75. nu. 15. lib. 1. vbi loquitur ad effectum imponendi pœnam mortis. Virgil. Boccac. in constit. March. glo. 8. nu. 285. (licèt secus credat, quando agitur de rescissione contractus) Bursat. consil. 77. num. 13. & 14. & consil. 94. num. 8. lib. 1. Mascar. de probation. lib. 1. conclus. 530. num. 6. vbi de communi.

Præsumptus autem dolus quando dicatur, & quando verus, latè explicabo in d. seq. q. in prima doli distinctione. Et pariter ex quibus, & quando dolus præsumatur ad saturitatem posui infra in quæst. 89. Et ad propositum aduerte, quòd dum Doctores supra relati dicunt, dolum præsumptum posse criminaliter puniri. Intelligas de dolo in committendo, secùs in omittendo, prout dixi in 1. par. tit. de delict. & pœn. quæst. 19. num. 35. in fine, ex Alber. in l. 3. ff. de Crim. stellion. quem refert Boss. in titu. de crimin. stellion. in fine.

6 AMPLIA II. (& hæc ampliatio venit illatiuè ex proposita regula, immò potest dici ratio ipsius regulæ) quia sine dolo, & animo delinquendi delictum non committitur, nec punitur, quia (vt vulgo dici solet) animus, & propositum distinguūt maleficia. l. quòd Reipublicæ. ff. de iniur. & facit tex. in l. 1. §. Diuus Adrianus. ff. ad l. Cornel. de sicar. Cuius verba sunt hæc, Diuus Adrianus rescripsit, *Eum qui hominem si non occidendi animo, hoc admiserit, absolui posse.* Item & tex. in l. Diuus Adrianus. ff. eod. & in l. qui iniuriæ, in princ. ff. de furt. cap. significasti, il secondo, de homicid. Luc. de penn. in l. quoties. numero 6. C. de exact. Tribut. lib. 10. vbi alia refert concordantia iura, & benè hanc conclusionem exornat, adducens illud Tullij, 2. Rethor. dicentis. *Non ex euentu cogitationis expectari oportere, sed qua cogitatione, & spe animus ad maleficium profectus sit, considerare quo animo quid quisq; faciat, non quo casu vertatur, ad rem pertinere.* Maran. in spec. par. 4. in prin. num. 58. post med. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. tit. de homicid. post num. 15. vbi asserit ita communiter Doctores tenere in d. l. 1. §. Diuus Adrianus, & in d. l. Diuus Adrianus. ff. de sicar.

7 AMPLIA III. (& hæc ampliatio venit illatiuè ex præcedenti) vt in delictis attendatur animus, & voluntas, non autē exitus, & veritas, text. expressus in l. Diuus Adrianus. ff. ad l. Corne. de sicar. cuius verba sunt hæc *Diuus Adrianus in hac verba rescripsit, in maleficijs voluntas spectatur, non exitus*, & ibi glo. alia concordantia iura in idem allegat, Luc. de Penn. in l. quoties num. 6. C. de exact. tribut. lib. 10. vbi benè exornat hanc conclusionem Igne. in l. 1. §. impubes num. 35. ff. ad Sillan. Anchar. consil. 216. Nos Bartholomæus. num. 4. cons. 175. præmittendum est num. 2. Tiraq. de pœn. temper. causa. 51. num. 7. & num. 9. vbi facit conclusionem generalem, quòd actus hominum non euentu, sed consilio metiendi, & æstimandi sunt ad text. in l. verum. §. sciendum. ff. de minor. & in l. sed an vltro. §. 1. ff. de neg. gest. & in l. fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. vbi dicitur *fraudis interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur*. Barth. Thæge. in suis tracta. crimin. par. 19. num. 13. & num. 17. Oldr. consil. 53. num. 4. versic. & eum ex delictis, & num. 5. Anton. Gomez. de delict. tomo 3. cap. 3. titu. de homicid. num. 15. vbi asserit ita communiter tenere Doctor. in d. l. Diuus Adrianus.

8 LIMITA I. hanc tertiam ampliationem procedere in eo, qui omnino habuit animum non delinquendi, tunc enim nó tenetur de omni euentu, & exitu, quia cōtra eius volūtatem cōtingit, & isto casu nō veritas actus, sed agentis intētio inspicitur, secus autem in eo, qui habuit animū delinquēdi, sed nō tantum, quantū posteà sequutum fuit, quia tunc tenetur de omni exitu, & euentu, & sic non voluntas, sed veritas attenditur, ita declarat Bar. in l. Diuus Adrianus ante num. 1. in primo, & tertio exemplo. ff. ad l. Corne. de sicar. refert, & sequitur Tiraquel. de reuocand. donat. in verbo *reuertatur* nu. 353. vbi & hanc limitationem declarat non procedere in pęnis impositis ipso iure, in quibus etiam isto casu non magis inspicitur opinio delinquentis, quàm veritas, seu exitus ex Aret. quem allegat in l. qui se pupillum, in fine de acquiren. hæred. Verum, vt bene aduertit Bart. in loco præcitato, materia huius limitationis tractatur in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. de qua nos alibi dicemus. *Ideò* vlterius non insisto solum addo, quod ad comprobationem prædictæ limitationis faciunt, quæ de dolo in genere dixi infra hac ead. quæst. num. 57.

9 LIMITA II. eandem tertiam ampliationem nó procedere, quando veritas rei tendit in vtilitatem accusati, & sic quando accusatus habuit animum delinquendi, & credebat se delinquere, sed reuera non deliquit, vt puta, quia actus ab eo gestus non erat delictum; tunc enim non attenditur ipsius opinio, & credulitas, sed veritas rei. ita Bar. in l. inter omnes. §. rectè in fine. ff. de furt. benè comprobat Menoch. de arbitr. libro 1. quæst. 90. num. 20. & 25. & fuit de mente Alber. in l. non solum. §. Proculus. nu. 3. ff. de iniur. & sic in pęnalibus modo attenditur veritas, & modo opinio, prout reo fauorabilius est ad euitandum pęnam, sequitur Aym. cons. 2. nu. 2. Franc. Becci. cons. 60. num. 15. & hæc limitatio procedit etiam, quòd accusatus fateretur se deliquisse, & pęnam mereri, nam adhuc nec talis confessio ei nocet, vt dixi supra quæst. 81. nume. 63. hic non repeto.

Alias limitationes, seù declarationes in hac materia videas per Carer. in pract. cri. in tract. de homicid. in §. 11. ex causa ignorantia nu. 14. vbi facit longam distinctionē, & vide etiā ad materiam propositæ tertiæ ampliationis ea, quæ

quæ dixi infra in tit. de pœn. temperan. q. 98. causa vltima. vbi in specie tractaui, an bonus euentus in delictis faciat minuere pœnam: & quãdo & omnino tex. & ibi Doct. omnes. in l. eum, qui nocentem. §. si nupta. ff. de iniur. qui tex. licet loquatur in specie de crimine, iniuriarum. Doctores tamen ibi generaliter extendunt, & declarant pluribus distinctionibus materiam.

10 AMPLIA IV. vt dolus requiratur etiam in crimin. læsæ maiest. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crim. læs. commit. quæst. 67. Foller. in pract. crim. in fragmen. de crim. læs. maiest. num. 64. Cæph. cons. 75. num. 7. 14. 15. & 23. lib. 1.

11 AMPLIA V. vt pariter multo magis dolus requiratur in delictis, quæ non committuntur in alterius iniuriam, prout est adulterium, stuprum, incestus, & similia, & propterea si committantur ex ignorantia, nulla pœna puniuntur, nec etiam extraordinaria, quamuis ignorantia sit culposa secundum Bart. in l. si adulterium cum incestu per illum tex. in fine num. 16. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. in lege Cornelia vers. Vlterius oppono. ff. de sicar. Maran. in spe. par. 4. in prin. num 61. versic. secus autem in delictis Ang. de malef. in verbo scienter, & dolose nu. 5. vers. quòd dixi Bero. in cap. 2. num. 40. in fine versic. Et quod delinquens. de constitut.

12 AMPLIA VI. Quia dolus non præsumitur; sed an, & quando hoc sit verum vide regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus infra quæst. 89.

13 AMPLIA VII. quia à dolo quælibet causa etiam iniusta excusat, sed quando hoc sit verum, vide regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus infra q. 90.

14 AMPLIA VIII. quia licèt aliàs, & regulariter lata culpa dolo æquiparetur, & propterea vbi iura volunt quem de dolo teneri intelligũt etiam de lata culpa ad tex. in l. 1. §. fin. ff. si mens. fals. mod. dix. & in l. si fortuito. ff. de incen. ruin. & naufra. glo. in l. latè in glo. 1. ff. de verb. signific. per tex. in l. quod Nerua. ff. depos. Bart. in d. l. quod Nerua num. 20. versic. Nam dicunt regula est Bal. ibidem. in summario Odofred. in l. in actionibus numero 2. & ibi etiam Bal. colum. 2. versic. solutio sua est regula. ff. de in lit. iuran. est etiam tex. expressus in l. magna. ff. de verb. signific. dum ibi dicitur, *magna culpa dolus est*, & ibi hoc expressè notat gloss. adducens ad idem alia concordantia iura, in verbo *dolus*, glo. in §. præterea, in verbo, *dolo*, vet. item lata culpa. instit. quibus mod. re contraha. obliga. Saly. in l. si nulla, post numerũ 2. & numero 4. versic. latam culpam, & numero 10. C. de pignorat. act. Alciat. in l. latæ culpæ, numero 5. ff. de verbor. signific. & in l. magna, numero tertio, versic. cum igitur ff. eod. Cagno. in l. contractus, numero octauo, ff. de reg. iur. Imol. in cap. 2. numero 12. ante finem, colum. 6. post princ. versic. nam lata culpa, & ibi etiam Fely. num. 3. in fine, col. 2. versi. prima est. Abb. num. 6. ad med. vers. si vero sumus. Mant. num. 38. versic. præterea contra Abbatem, in fine, & numero 41. Bero. numero 39. de constitut. Capra conclus. 78. numero 31. Menoch. in 12. remed. recuper. possess. num. 9. vers. secundum est. Decian. par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 18. & cap. 6. nu. 9. versic. quare cum videamus, & num. 13. vbi ad id alia concordantia iura adducit.

15 Quòd procedit, etiam quòd dispositio loquatur de dolo per dictiones taxatiuas, vt puta, *tantum, dumtaxat, solum*, & similia, prout est tex. in l. 1. ff. si mens. fal. mo. dix. & in l. cõtractus. ff. de reg. iur. vbi dicitur, quòd depositum dumtaxat dolum recipit, quod & idem disponitur in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. & in l. 1. § si vestimenta, & §. fin. ff. depos. & in §. præterea inst. quib. mod. re contrah. oblig. & tamen certum est ex deposito quem etiam de lata culpa teneri. l. 1. C. depos. glo. in d. §. præterea, in verbo *dolo*, in cap. fin. in verbo culpa, extr. depos. sic per prædicta, & alia iura benè eandem conclusionem probauit Decian. in suis tractat. crimin. parte prima, libro primo, cap. 6. numero 15.

16 Immò & latam culpam dolo proximam esse, & etiam quandoquè in iure pro ipso dolo accipi probatur in l. si fideiussor. ff. mandat. in l. impuberibus. §. 1. ff. de susp. tut. in l. cum res. §. fin. ff. de leg. 1. in l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebell. in l. 1. §. fin. ff. si mens. fal. mod. dix. in l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. in l. quòd Nerua. ff. depos. in l. 1. §. is quoquè. ff. de act. & oblig. in d. l. magna. ff. de verbor. signific. & in l. is. §. cui dolum. ff. vt in possess. leg. Salyc. in l. si nulla, nu. 6. vers. culpa autem diuiditur. C. de pignorat. act. Firma. in repert. in verbo *culpa lata*, versic. 4. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 26. num. 4. ver. siquidem negligentia dissoluta dolus est. Decia. d. lib. 1. cap. 6. numero 9. versic. quare cum videamus, & nume. 12. & 13. vbi omnia prædicta iura ad id ponderat, & inducit Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. numero 124. Clar. in pract. §. homicidium, vers. culpa dicitur, post med. *Ibi hæc tamen conclusio, &c.*

17 Hæc tamen intelligenda sunt, vt procedant in actionibus descendentibus ex contractu, vel quasi, prout est tex. in l. quòd Nerua, & ibi Bart. nu. 10. ad finem, versic. aut loquimur in actionibus descendentibus ff. depos. & in l. si fideiussor. in prin. ff. mandat. & in l. quæsitum. §. illud. ff. de præscr. Salyc. in l. 1. nu. 5. in fine, vers. & in prosequutorijs, iuncto vers. aut non descendunt ex contractu. C. de sicar. & in l. 1. nu. 5. vers. in prosequutorijs, iuncto vers. aut non descendunt ex contractu. C. depos. vbi idem in actionibus non descendentibus ex cõtractu, vel quasi, dummodo non descendant ex delicto. Ant. Gomez. de delict. tomo 3. cap. 3. rubr. de homicid. post num. 16.

18 Secùs autem in actionibus descendentibus ex delicto, & sic in criminibus, & delictis culpa lata non æquiparatur dolo. l. 1. §. si quis ideo. ff. ne vis fiat, ei qui in possess. miss. est gloss. in l. in lege Cornelia, in verbo, *culpa lata*, vers. idem purò. ff. ad l. Cornel. de sicar. Ias. in l. in actionibus, num. 23. ff. de in lit. iuran. vbi testatur de communi opinione. Bar. in l. 1. §. 1. num. 1. versic. vnde glo. vbi allegat glo. in d. l. in lege Cornelia, idem Bart. in l. 1. num. 3. ff. de legib. Salyce. in l. 1. numero quinto in fine, versic. in prosequutorijs verò descendentibus ex delicto. C. de sicar. & in l. 1. nu. 5. uers. aut descendunt ex delicto, vel quasi. C. depos. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 14. post num. 7. Marant. in spec. par. 4. num. 59. Clar. in pract. §. fin. quæst. 84. in princ. vbi de communi ex Ias. in d. l. in actionibus, & alijs ibi per eum citatis.

19 Quamuis contrarium, quòd etiam in delictis lata culpa æquiparetur dolo scripserunt Bart. in l. quod Nerua, num. 20. vers. nec istud est verum. ff. depos. Marsil. in l. lege Cornelia, la seconda, §. cum quidam, nu. 3. vers. & scias. ff. ad l. Corne. de sicar.

20 AMPLIA IX. (& hæc ampliatio, sicut & aliæ omnes sequentes, uenit illatiuè ex præcendenti) vt multò magis dolus requiratur, nec lata culpa dolo æquiparetur, quando agitur de pœna corporali, secundum glo. in l. in actionibus, in verbo, *non etiam ob culpam*, & ibi Bald. col. 2. ver. item fallit in pœnis corporalibus. Ias. num. 26. Dec. num. 19. ff. de in lit. iuran. Bar. in l. quòd Nerua, num. 20. vers. primo enim dicit, & versic. aut loquimur in actionibus, seu accusationibus. ff. depos. idem Bart. in l. 1. §. 1. numero 1. & numero 2. ver. idem si tractatur de pœna corporali. ff. si quis testam. liber. & in l. in lege Cornelia, in summario, & num. 1. ff. de sicar. Paul. de Castr. in l. 1. numero 9. versic. quoniam in corporalibus pœnis. ff. de legib. Marsil. in l. in lege Cornelia, per illum tex. in summario, & num. 1. & seqq. & in l. lege Cornelia, la seconda. §. cum quidam, numero 3. ff. ad l. Cornel. de sicar. Cagnol. in l. contractus, sub numero 8. & 9. ff. de reg. iur. Salyc. in l. 1. numero 6. C. de sicar. & in l. 1. num. 5. versic. secundo casu. C. depos. vbi testatur de communi opinione. Ant. de Butr. in cap. 2. post num. 9. & ibi etiam Imol. col. 2. in princ. num. 12. ad med. vers. idem si imponat pœnam afflictiuam personæ. Felyn. post num. 4. Abb. num. 6. ante med. vers. idem est dicendum. Mant. num. 40. vbi respondet contrarijs Bero. num. 37. de constit. Ang. de malef. in verbo scienter, & dolosè nu. 1. & num. 4. & ibi August. in addit. in prin. Firm. in repertorio, verbo, *culpa lata*, num. 21. Cæpol. caut. 2. num. 13. Marsil. consil. 67. nu. 40. & seq. Cæpol. cons. 33. nu. 5. vbi de communi Diaz. reg. 540. vbi de communi Blanch. in pract.

pract.§.visis inditijs nu.137. fol.mihi 56. vbi alij referu ntur concordantes. Capra conclus. 78. num.36. vbi quòd ita communiter tenetur. Matth. in suis reg. crim. vers. 2. incip. vbicumque agitur de imponenda pœna corporis afflictiua inter commun.opin. tomo 1.fol.mihi 344 in antiqua impressione. Ant.Gomez. var. resolut.tomo 3.cap.3. rubr.de homicid.num.16.Clar.in pract.§.fin.quæst.84.in princip.vbi etiam de communi ex Cepoll. & Marsil. in locis præcitatis. Ceph. cons.76.num.71.lib. 1. Bursat. consil.77. num. 14. vbi de communi, & cons.92. num.8.eod. lib.1.

21 AMPLIA X. etiam quòd pœna sit corporalis in defectum pecuniariæ, vt puta, si Statutum dixerit, *soluat pro pœna centum, & si non soluerit infra mensem transmittatur ad Triremes*, tūc enim dolus requiritur, nec lata culpa sufficit ad effectum imponendi pœnam triremium, licet secus ad effectum imponenda pœnam centum Bal. in l.data opera, num. 7. C.de ijs, qui accus.non poss. Firma.in repert.verbo, *culpa lata*, sub nu. 21. Cepol.caut.2.nu.14.

22 AMPLIA XI. multò magis, quando agitur de pœna mortis, prout est, quando tractatur de homicidio, aut de alio simili capitali delicto, Tunc enim dolum requiri, & latam culpam dolo non æquiparari, probat tex. in l.in lege Cornelia dum dicit, *nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur*. Et ibi gloss.in verbo, *culpa lata*, Bar. Alber. Ang. & Marsil.ff.de Sicar. Odofred.in l.in actionibus, num. 2. vers.item fallit, & ibi etiam Bal.col.2. vers. interdum de genere penę Ias.nu.27.Dec.nu.19.ff.de in lit. iuran.Claud. Seysel.in l. 1.num. 32.ff. de legib. vbi quòd ita communiter concluditur per Doct. Alciat.in l.magna, num.3.vers. quòd ego verum.ff.de verb.signif.Cagnol.in l.contractus sub num.9. vers. item aduerte ff.de reg.iur.Dec.in cap.2. num.30. in prima lectura, de constitut. Marsil. consil. 67. num.40.& seq. Cepol.cons. 33.num. 5. vbi de communi, & cons.41.num.9.Tiraquel.de pęn.temperan.caus.14.nu. 5. vbi post Bart. in l. in lege Cornelia.ff. de sicar. quem allegat, dixit, nullam esse legem, quæ culpam morte puniat. Matan.in spec.in 4. part.in princ. num.58.ad finem Villalob.in commun.opin. littera L.num.6. vbi de communi. Ant.Gomez.de delict.cap.3.tit.de homicid.num.15.Clar. in pract.§.fin.quæst. 84. in princ. Ibi, *& loquendo de pœna mortis, &c.* vide de communi. Franc. Becc.cons.51.nu.6. Ceph.cons. 76.nu.71.lib.1.Menoch. de arbitr.quęst lib. 2. casu,324.num. 11.

23 AMPLIA XII. & etiam multo magis in delictis, quę de sui natura requirunt dolum, prout est furtum, falsum, iniuria, & similia, tunc enim in ijs latam culpam dolo nō ęquiparari scripserunt Bart.in l.quòd Nerua num 20.post med.vers.vnde alibi.ff. depos. Bal.in l.in actionibus col. 2. vers. item in furto, & vers.interdum fallit.ff.de in lit. iur. Bart.in l. 1.§.1.nu.2.vers. sed si loquimur.ff.si quis testam. libe.Ang.in l.plagij. num.2. vers.si verò pœna.C.ad l.Flau. de plagiar. Ant.de Butr. in cap. 2. post nu.9.vers. item exhibere videtur, de constitut. quem ibi sequuti sunt Imol. col. 6. in princ.post nu.12. Dec.nu.31.in prima lect. Ang. de malef. in verbo *scienter*, *& dolosè* num. 1. vers. sin autem simpliciter. Firma.in reper.verbo, *culpa lata*, nu.21.in fine Blanch. in pract. §. visis inditijs nu. 124. fol.mihi 54. Boss.in tit. quomod. proced. per actio. in delict. num.38.

24 vers.sed si essent naturale. Vbi tamen quòd isto casu punitur quis pro modo culpæ.Honded. consil.105.num.18.vbi alios plures refert concordantes, ex quibus sine dubio ita communiter à Doctoribus receptū esse dubitandū nō est.

25 AMPLIA XIII. etiam in Statutis, seu constitutionibus punientibus homicidium, seu aliud delictum capitaliter, seu corporaliter, tale enim Statutum, seu constitutio non habet locū, nisi dolo interueniente, etiam quòd de dolo mentionem non facit, & lata culpa non sufficit. Bal.in l.data opera, nu. 7. vers. item si Statutum.C.de ijs qui accus.non poss. Bar.in l. 1. §. 1. con.2.num 3.ff.si quis testam.lib. esse iuss. fuerit. Ang. in l.1 nu. 5. & ibi etiā Paul. de Castr.nu.10.& Claud.Seysel.nu.33.ff.de legib.idē Paul. de Castr.in l.nemo, nu.5.C.de Episc.& cleric.Vbi dicit, se liberasse aliquos à pęna mortis, & esse menti tenendū ad confusionem Iudicum imperitorum, qui credunt non esse recedendum a verbis ipsius Statuti Ias.in l.in actionibus, num.26. & seqq.ff. de in lit.iuran. vbi benè comprobat, & alios refert concordantes. Dec.ibid. nu. 20. vbi testatur de communi, & respondet cuidam obiectioni per Ias.suscitatæ Marsil.in l.in lege Cornelia, num.3.ff. de sicar. Alciat.in l.magna. nu.3. versic. quo exēplo.ff. de verb. significat. Vbi testatur de receptissima opinione. Dec.in c.2.n.32. in prima lectura, de constit. Ang de malef.in verbo *scienter, & dolosè* nu.1. Cæpol. caut.2. nu.12. vbi quod ita pluries consuluit, & à morte aliquos defendit. Marsil. cons.67.num.42.Cæpol.cons.crim.33. nu. 66. Tiraq. de pœn.temperan.caus.14.nu.10. vbi innumeras ferè ad hāc ampliationem describit Doctorum authoritates (Quamquam, & idem subdit, num.10.Bal. sibi contrarius contrarium dixerit in l.quæ fortuitis, col.pen. vers.& scias, quod nulla pęna.C. de pignor.actio.) Blanch.in pract.§ visis inditijs, nu.147.& seq.fol.mihi 59.Euerard.in loco ab absurdo, nu.4. ante finem. Ant.Gomez. qui alios plures refert concordantes in tract. de delict. tom.3.cap.3. rub. de homicid.post num.15. vers.immò quod magis est. Matth.in suis reg.crim. inter commun opin.tom.1.vers.lex.seu Statutum loquens fol.mihi 344 col.1.in fine. & fol. 347. col. 2.in fine, vers. Statutum, &c. Viui.opin.819.nu.1.vbi alijs relatis, testatur de communi. Menoch. de arbitr. quæst. lib.2.casu 324. num.3.& nu.7. Vbi testatur etiam de receptissima Doctorum sententia ex Tiraq. in loco præcitato.Clar.in prac.§.fin.q.84.in princ.Vbi post alios ibi per eum relatos dicit hoc esse receptissimum ex Alciat. in l. magna negligentia.ff.de verb.signific.Franc.Becci. cons. 51.nu.6.vbi alios refert.Hieron.Lauren.decis. Auinionen. 108.nu.3. vers. ideò Statutum. Cæphal.cons 76. num. 70. & seq.& cons.140.nu.32.lib.1. Borsat.cons.77.num.13. & seqq.lib.1. Vbi de communi, & consil.92 nu.8.eod. lib.1.

26 Quamuis contrarium voluisse videatur idem Bal. in l.quæ fortuitis, num 25.C.de pignorat.act.vbi dixit, quòd in pęnis Statutorum, si Statutum non facit doli mentionem, nec nos facere debemus, quoniam non debemus Statutum glosare ex nobis ipsis.l.prospexit.ff qui, & à quibus, & si pęna est atrox, ea, quæ à Statuto imponitur, tunc sufficit lata culpa, licet non leuis, vt ibi per eum, quem, & alios ad idem refert, & sequitur Firma.in repert.verbo *culpa lata* sub num.11.prope fin.

27 AMPLIA XIV. vt eo magis dolus requiratur in delictis, quando Statutum imponit pęnam pro eo, pro quo de iure communi non imponitur pęna, & quod de se non est delictum, secundum Ang. qui benè hanc conclusionē comprobat in l.1.post num.6.ff de legib. Boss.in tit. quom. proced.per act. in delict. n.38. vbi alijs, relatis ita dicit cōmuniter Doct.tenere in l. Senatus. C. de his, qui sibi in test.ascrib. & in l.si quis id, quod, super versic.doli.ff de iurisdict.omn.iud.Magon.decis. Lucen.43.nu.23.vbi q̄ isto casu cessante dolo nulla imponitur pęna etiam pro culpa.

28 AMPLIA XV. & multo magis, quando lex, seu Statutum expressè requirit dolum, seu de dolo aliquo modo mentionem facit. Tunc enim dolus requiritur in delictis, nec lata culpa dolo æquiparatur, etiam quòd agatur de pęna pecuniaria. Bar.in l.quod Nerua, num.20.ad finem vers. aut quoad pęnam pecuniariam.ff. depos.Bal. in l.in actionibus col.2 ante med. vers. item fallit si Statutum ff.de in lit.iuran. & d.col.2 post med. versic.sed quid si est lata culpa. Alex. in d.l.in actionibus post num.8. Ias. ibidem, num.25.idem Bart. in l.1.num 1.vers. dic, aut lex expressè requirit dolum, & num.2.ff. si quis testamen.lib.Ang.in l.plagij.nu.1.ante med. vers.tamen lata culpa.C.ad l.Flau. de Plagiar. Marsil. in l. lege Cornelia la 2.§. cum quidam, sub num.2.ff. de sicar. Alciat. in l.magna, num.3. vers. adsunt alij.ff.de verbor.signific. August. ad Angel. de malef. in verbo *scienter*, *& dolosè*, post num.5. versic. concedit tamen Angelus, &c. Vbi quod cum hac declaratione concordantur gloss & omnes Doct. idē Ang.de malefi. verbo *incendiario*. num. 5. ad finem versic.sed potest responderi. Capra conclusio.78.num.40. Tiraquel. de pęn.temperan. caus.14.nu.6.& 7.Plot.de in lite iuran.§ 6.nu.28.& nu.32.

Couarru.in epit.par. 2.c.6 §. 8. rub. de contrahen. incest. nup.num.21.vbi alijs relatis,& reprobatis Zas.& Dec.contrariũ tenentibus,testatur de communi opinione, eumq; refert.& sequitur Villalob.in commun. opin.littera D.nu. 90.Menoch.de arbitr. quæst.lib.1.q.65. num.8. Et faciunt pro hac conclusione Doctores allegati infra nu.ab hinc 2.

29 Contrarium, quòd immò dolus requisitus à lege complectatur etiam latam culpam voluisse videtur Fulgos.in d.l.in actionibus, nu.14. in princ. versic. dolus autem, & num.18.ff.de in lit.iuran.& expresse hanc contrariam opinionem comprobat, & respondet contrarijs, Dec.in c.2. nu.24.& seqq.in prima lectura,& nu.36.& seq.in secunda lectura de constit.sequitur ibidem Bero.nu.31.& seqq.vbi etiam latè hanc comprobat opinionem,& valdè se de prima opinione dubitare affirmat. Nec dissentit Blanch.in practica.§.visis inditijs, nu.137.in prin. iuncto num. 140. & seqq.fol.mihi 56.& seqq.vbi etiam latè defendit isto casu in pecuniarijs latam culpam dolo equiparari,dummodo in dispositione dolus non requiratur, adiecta dictione taxatiua, & prorsus exclusiua latæ culpæ, & ibi etiam respondet contrarijs.

30 AMPLIA. primam opinionem, quæ videtur magis communis, procedere non solum, quando lex,seu Statutum expresse requirit dolum, sed etiam quando tacitè illum requirit, secundum Butr. in c.2.nu.9. de constit. vbi etiam declarat,quando lex expresse, & quando tacitè requirere dolum dicatur, & Butr. sic dicentem sequuti sunt ibi Imol. col.6.in prin.post nu.12.versic. concludit hic D. Ant.& d.num.12.in fine versic.& plura dixit.Fely.num.3. in fine versic.fallit primo,& post num.4.Abb.num.6.vers. & hoc casu dic. Mant.nu. 38. per totum vbi hanc ampliationem, & Bart. opinionem in d.l.quòd Nerua, latissimè defendit ab impugnationibus Decij.Boss.in tit.quom.pro ced.per act.in delict.num.36.

31 Tacitè autem dispositio dicitur dolum requirere, quãdo in ea dicitur, *si quis studiosè fecerit, vel si quis appensatè fecerit*, ita expresse exemplificat Bald. in d.l.in actionibus. col.2.ante med.vers.item fallit si Statutum.ff.de in lit.iur.

32 Item tacitè lex, seu Statutum dicitur dolum requirere, quando vtitur illis verbis, *Nullus audeat, vel præsumat*, secundum Card.in clement.prima,in q.39.de priuileg. prout illũ refert,& sequitur Marsil. in l.in lege Cornelia, la 2. §.cum quidam,num.2.ff.ad l.Cornel. de sicar.Bertazz cõs. 74.num.10.& cons.114.nu.13. Vnde omnino sumas alias allegationes,& cons.112. num.8.& cons.74. num. 10. lib. 1.& consil.329.num.9.lib.2.Bursat.cons.77.num.6. in fin, & num.13.& cons.141. num. 8.

33 AMPLIA XVI. & principaliter propositã huius quęstionis regulam procedere, etiam in materia excommunicationis, in qua & dolum requiri,& latam culpam non æquiparari dolo scripserunt Bald.in l.data opera,num. 4. vers.item si propter latã culpam quis non excommunicatur.C.de his qui accus. non poss. Bero. in cap. 2. num. 32. in fine de constit. Summa Angel. in verbo Excommunicatio,il 5. num.14.Summa Syluestr. in verbo excommunicatio,il 6.n.2.& n.6.in 9.casu, versic.intellige etiam. Nauarr.cons.30.num.2. de senten.excommun.par.2.vbi amplius,quòd ab isto dolo quęlibet causa,ẽt iniusta excusat.

34 AMPLIA XVII. quando agitur de pœna infamiæ. Tunc enim ad illam incurrendam,& dolum requiri,& latam culpam dolo non æquiparari voluit glo. in l.in actionibus,in verbo *non etiam ob culpam*.ff.de in lit.iuran.& ibi etiam Odofred. post num.2.Bal. col.2.vers. item fallit in pœna infamiæ.Ias.nu.2.vbi respondet Fulgos.contrarium tenenti,& testatur de comm. Bart.in l.quod Nerua,num. 21.ff.depos.Bal.in l.data opera, num. 4. vers. Nam si lata culpa non infamat.C. de ijs qui accusare non poss. Alciat. in l.magna, num.3.in fine, vers. idem in eod.ff.de verb. sign.Ang.de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num.4 Tiraq.de pœn. causa 14.sub num. 5. Vbi etiam post Bal.quem allegat, dixit nunquam reperiri, quòd propter culpam famã amittatur. Capr. conclus. 78. num.33. Vbi quod ita communiter tenetur.Clar. in pract.§.fin.quæst.84.in fin. principij. Vbi de communi ex Roman. quem allegat, in l.in actionibus, num. 16. ff. de in lit. iuran.

35 Qnamuis contrarium,quòd immò & isto casu lata culpa æquiparatur dolo,disputãdo tenuisse videatur Fulgos. in l.in actionibus,num.12.& seqq.ff. de in lit.iuran.(licèt ab authoritate, glo.ibi non esse recedendum, nisi vel per textum contrarium,vel per rationem multum vrgentem affirmauerit) & Fulgosij hanc contrariam opinionem ab obiectionibus Ias.defendat, Dec.in d.l.in actionibus, nu. 20.ff.de in lit.iuran.

36 LIMITA hanc xvij. ampliationem non procedere, quando pœna infamiæ irrogatur ipso iure, quia tunc culpa lata æquiparatur dolo. Bal.in d. l.quòd Nerua.num.21. vers.aut de infamia, quæ infertur ipso facto.ff.depos. Fulgos.in l.in actionibus, num.12.& seqq.ff. de in lit.iurand. Ias.ibidem,sub num.24.vbi quod ita tenet glo. & omnes Doct.in l.libertorum.§. notatur. ff.de infa. Dec. in d. l.in actionibus,num.20.Capra conclus.78.num.34.

37 Quamuis etiam, & contra hanc fallentiam voluerit Bero.in cap.2.num.38. vers.item quando ratione doli, de constit.allegat Bar.in l.quòd Nerua. ff.depos. qui Bart.(vt supra eum retuli) loquitur in pœna infamiæ,sed non in ea,quæ imponitur ipso iure.

38 AMPLIA XVIII. & generaliter,ac remissiuè in pluribus alijs casibus,in quibus latam culpam dolo non æquiparari scripserunt Bart.in l.quòd Nerua,num.20. in princ. & num.22.23.24.& 25.ff. depos.Felyn. in cap.2 num.4.& ibi etiam Bero.num. 33.& num. 38. de constitut. Capra conss.78.num.37.& seqq.

39 LIMITA I. propositam regulam non procedere in pœnis pecuniarijs, in quibus latam culpam dolo æquiparari scripserunt Bar.in l. quòd Nerua.nu.2.ad finem,vers. secundo casu. ff. depos. Fulgos.in l.in actionibus,nu.16.& ibi etiam Bald.colum.2. post med.vers.sed quid, si est lata culpa,de in lit.iuran. idem Bar. in l.1.§.1 num.1. vers. vbi verò tractatur de pęna pecuniaria.ff.si quis testam.li. Ang. in l.1 num.5. vers.aut imponit pœnam pecuniariam.ff.de leg. vbi expresse dicit, quòd quando Statutum imponit pœnam pecuniariam, tunc dolus non subauditur, quia etiam pro culpa talis pœna imponitur, & videtur de mẽte Marsil. in l.lege Cornelia,num.1.& num.7 vers.postea glos.&c. & in l.lege Cornelia, la 2.§ cum quidam,num.3. ff.ad l.Cornel. de sicar. Cagnol.in l.contractus, num.8. in fine,& nu.9.ff.de reg.iur.Butr.in c.2. num.9.ad med. vers. vel quando delictum pecunialiter punitur.Maran.in spec. par.4.in princ.nu.60.ad finem, vers.si verò loquimur,nec dissentit Blanch.in pract.§.visis inditijs,num.137.iuncto, num.140.fol. mihi 56.& seq. Capra conclus. 78. num. 41. Firma.in repert.verbo,culpa lata.num.21.in princ.& ibidem ad med.vbi præsertim quando pœna pecuniaria imponitur pro iniuria illata in personam.Cępoll.caut. 2.post num. 13.

40 Quamuis contrarium, quòd etiam in pecuniarijs lata culpa dolo non æquiparetur scripserint Bald. in l. in actionibus, col.2. vers. item fallit in quibusdam delictis, vbi loquitur in pęna albi corrupti.ff de in lit.iuran.Salyc. in l.1.nu.5.vers.in penalibus verò,C.depos. vbi benè hãc probat opinionem. Tiraq.post Abb.quem allegat de pœn. temperan.causa 14 post nu.7.

41 SVBLIMITA primã opinionem duobus modis. Primò, vt non procedat,quando Statutum,seu dispositio pœnalis expresse, aut tacitè dolũ requireret, quia tunc etiam in pecuniarijs & dolus requiritur, & lata culpa dolo non æquiparatur, vt dixi hac ead. q.sup.nu.28. & seqq.

42 Secundò,vt etiam in pecuniarijs pro lata culpa non imponatur eadem pœna ordinaria Statuti, quãuis pecuniaria,sed mitior, quia culpa lata semp mitius punitur,q̃ dolus,vt dixi infra,nu.71.& carẽtia doli semp est iusta causa minuẽdi pęnam,vt dixi etiam supra hac ead.quæst.num. 1. & seqq.

43 LIMITA II. eandem regulam in delictis in omittendo, in quibus lata culpa dolo æquiparatur, & ideò si lex, seu Statutum puniat aliquod delictum, quod in omittendo consistat, sufficit lata culpa ad incurrendum pœnam. Ita videtur de mente Ant.

Ant. de Butr. in cap. 2. nu. 9. ad med. sub vers. in delictis autem non requirentibus dolum. de constit.

44 LIMITA III. qñ agitur de incēdio, quia tunc lata culpa æquiparatur dolo secundum Bal. in l. data opera, nu. 4. C. de ijs, qui accusar. non poss. Vbi declarat Marsil. in l. lege Cornelia, post num. 4. ff. de sicar. Diaz. reg. 540. in 4. fallen. Ang. de malef. in verbo, *incendiario*, nu. 1. & seqq. vbi latè de materia. Verum hac de re latiùs dicam infra in suo loco in materia incendij.

45 LIMITA IV. quando agitur de imperitia alicuius. Tunc enim lata culpa æquiparatur dolo, & ideò si quis faciens se peritum, cum non sit, si deliquerit per imperitiā, punitur tanquàm dolosus secundum Floria. qui ad id originaliter à Doctoribus allegatur in l. idem. §. mulionem. ff. ad l. Aquil. vbi in primis per illum tex. facit conclusionē, quòd non debet quis attentare id, ad q̄ est insufficiens, vel imperitus, aliter tāquàm dolosus tenetur. Deinde licèt prędictam conclusionem declaret esse intelligendam quoad refectionem damnorum, non autem quoad pœnam legis. Corneliæ de sicar. subdit tamen postea in vers. est notandum, quòd propter tacitam assertam peritiam lata culpa isto casu æquiparatur dolo, etiam quoad pœnam corporalem. Et ibi infert ad medicum imperitum, cuius imperitia si infirmus aliquod incurrat periculum, medicus tenebitur, vt ibi per eum, & Floria. sic dicentem sequuti sunt. Dec. in l. in actionibus, num. 19. vers. & adde etiam casum. ff. de in lit. iuran. Vbi infert ad Iudicem, qui culposum homicidam ad mortem indebitè condemnauit, quòd propter imperitiam debet & ipse de capitari. Quod & idē voluerunt Marsil. in l. in lege Cornelia. nume. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. Salyc. in l. 1. num. 5. in fine, vers. fallit ratione officij. C. depos. Firman. in repertorio. in verbo *culpalata*, sub num. 21. Diaz. regul. 540. in 5. & 6. fallen. Plach. in epith. delict. cap. 26. num. 4. vers. quòd si negligentia medici, & d. num. 4. in princ. Vbi etiam de materia, fol. mihi, 439. in fine, & seq. Ant Gomez. var. resolut. tomo 3. cap. 3. rubr. de homicid. nu. 16. in fine, vers. & idē est in medico, vel cirurgico.

Verū ad præmissa vide omnino quæ de Iudice condemnante per imperitiam aliquē ad mortē, quem cōdemnare non debebat, dixi infraq. 111. nu. 379 & 479. Clar. in pract. in §. homicidium. ver. item medicus. Vbi quòd si medicus dolo, & scienter malum medicamentum infirmo adhibeat, & ob id infirmus moriatur, tenetur homicida, lege Cornel. de sicar. per tex. in l. necessario. §. fina. ibi, *Medicus insidus* ff. ad Syllan. si verò non dolo, sed per imperitiam mala adhibeat medicamenta, & moriatur infirmus, quoad damna, & interesse non est dubium, quòd tenetur. ex Cassan. quem allegat in cons. 48. qui consuluit in quodam medico, qui alteri testiculos inciderat. Quo verò ad pęnā criminalem, licèt ex præmissis videatur dicendum, quòd morte sequuta, medicus saltem corporaliter puniri debeat, ex quo isto casu lata culpa æquiparatur dolo, refert tamen Senatum in facti contingentia vna vice, non nisi pęnam exilij ad arbitrium imponi iussisse; alia autem vice non nisi medendi artem interdictam fuisse.

46 LIMITA V. quando agitur de puniendo commentariensem, quia tunc lata culpa ęquiparatur dolo, & ad ipsum puniendum, etiam capitaliter pro fuga carcerati sufficit absque dolo nimia negligentia, vt latiùs dixi in tit. de carceribus, & carcerat. q. 31. num. 10. & seqq. & ad ibi tradita me remitto. est tex. expressus in l. milites. ff. de custod. reor. & ibi notant communiter omnes. Salyce. in l. 1. nu. 5. col. fin. vers. fallit in commentariense. C. depos. Ias. in l. in actionibus, num. 24. ff. de in lit. iuran. Oldrad. consil. 92. Rex habebat castrum, num. 1. in fine. Dec. in d. l. in actionibus, num. 19. vers. alius est casus. Mant. in cap. 2. num. 40. versic. sed tamen iuncto, & vers. ad oposita respondetur. de constitut. Diaz. reg. 540. in prima limitatione. Marant. in spec. par. 4. in princ. nu. 64.

47 Hinc arcis custodem, & (vt vocant) Castellanum capite puniri, non solum si dolo, sed etiam si lata culpa arcem prodiderit consuluit Oldrad. d. cons. 92. comprobat, Ias. in l. in actionibus. nu. 24. vers. Adde quòd est dare alium casum. ff. de in lit. iuran. Diaz. reg. 540. in 2. limitat. Maran. in spec. par. 4. in princ. n. 64. versic. idē tenet. Oldradus. &c.

48 LIMITA VI. in præbente poculum abortionis, seù amatorium, in quo ad eius punitionem non requiri dolum, sed latam culpam sufficere, probat tex. in l. si quis aliquis. §. qui abortionis. ff. de pœn. cuius tex. verba sunt hæc: Qui abortionis, seù amatorium poculum dant, & si dolo non faciunt, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorū, relegantur: quòd si ex eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur, & per istum tex. hanc firmarunt conclusionem. Ias. in l. in actionibus, num. 24. ff. de in lit. iuran. vbi remissiuè declarat vno modo, scilicet vt non habeat locum in poculo conceptionis, secundum l. 3. §. alio Senatus consulto. ff. de sicar. Dec. in d. l. in actionibus, nu. 19. vers. est tamen casus. Marsil. in l. in lege Cornelia, nu. 4. ad finem. ff. de Sicar. Vbi idem in poculo somnifero, & declarat alio modo Salicet. in l. 1. nu. 6. vers. item fallit, in l. si quis aliquid, &c. C. depos. Mant. in cap. 2. nu. 40. vers. idquè etiam, iuncto vers. minus facit, & ibi etiam Bero. nu. 38. in fine, & num. 40. vers. at cōtra prædicta, iuncto vers. vel secundo. de cōstitut. Diaz. reg. 540. in 3. fallen. vbi pariter declarat secus esse in poculo cōceptionis. Maran. in spec. par. 4. in prin. nu. 62. Blanc. in pract. §. visis inditijs, num. 139. fol. mihi, 57. Vbi ampliùs, quòd isto casu verè dici potest potiùs considerari dolum, & animum delinquendi, quàm latam culpam. Iodoc. in pract. cap. 61. rubr. de crim. læs. maiest. num. 89.

49 LIMITA VII. vt proposita regula procedat, quādo lex, seù statutum punit actum, qui pricipaliter infertur in personam, puta, si dixerit, *si quis percusserit aliquem*, Tunc enim ad incurrendum pœnam, dolus requiritur, nec lata culpa sufficit. Bar. in l. 1. §. 1. num. 2. vers. & hic aduerte. ff. si quis testam. lib. Paul. de Castr. in l. 1. nu. 9. in fine, vbi ampliat, etiam quòd statutum imponat pęnam pecuniariam. ff. de legib. Ang. in l. plagij, nu. 2. col. 1. in fine, vers. si vero lex. C. ad l. Flau. de plagiar. Ant. de But. in cap. 2. post, num. 9. vers. item quando punit factum de constit. & ibidem Imol. nu. 12. ad med. vers. idem videatur, col. 6. in princ. Felyn. nu. 3. in fine, vers. tacitè verò. Abb. col. 3. nu. 6. ante med. vers. tacitè verò. Dec. nu. 28. & seq. in prima lectura, Vbi contra hāc conclusionem facit vnam oppositionem, & deinde resoluit, & declarat, & num. 33. vbi respondet Aret. contrarium sentienti. Mant. num. 38. in princ. & vers. vlterius, &c. iuncto alio versic. minus obstat vltimum, vbi respondet contrarijs Ang. de malef. in verbo, *scienter, & dolose*, num. 1. versic. & tunc aduerte. Bertaz. cōs. 114. num. 11. Plot. cons. crim. diuers. 131. nu. 10. & seq. lib.

50 Vbi alijs relatis concordantibus, idem dicit in omni Statuto loquente in personam, & puniente personam delinquentis, pro vt in l. 1. C. de famos. libell. Vbi punitur author. & fabricator famosi libelli. Tunc enim & dolus requiritur, nec lata culpa dolo æquiparatur, vt ibi per eum, & per Bertaz. cons. 319. nu. 8. lib. 2. & per Bursat. cons. 141. sub num. 8.

51 Secus verò si lex, seù Statutum puniat actum, qui infertur in rem. Tunc enim latam culpam dolo æquiparari scripserunt idem Bart in d. l. 1. §. 1. num. 2. in fine vers. si verò ponit. ff. si quis testam. lib. Paul. de Castr. in l. 1. nu. 9. ad finem. vers. si verò. ff de legib. vbi tamen. quòd nec isto cāsu sufficit leuis, aut leuissima culpa ad incurrendum pœnā ordinariam Statuti. Ang. in d l. plagij. num. 2. col. fina. ver. sed si ponit actum. C. ad l. Flau. de plagiar. But. in cap. 2. nu. 9. ad med. vers. in delictis autem non requirentibus, dolū de constitut. Angel. de malef. in verbo, *scienter, & dolosè*, num. 1. in fine vers. si verò punit actum.

52 Et ex hac limitatione infertur, quòd *si Statutum puniat ingredientem in possessionem alterius, vel si quis occupauerit, aut turbauerit possessionem alterius*, & sic dirigat actum in rem. Tunc, & eò casu lata culpa æquiparetur dolo, secus autem, si dirigat actū in psonam dicens, puta, *si quis turbauerit aliquem in possessione*. quia tūc dolus requirit, nec lata culpa illi ęquiparat. secundum Bar. in d. l. 1. §. 1. n. 3. ff. si quis test. li. esse ius. fuer. & Bār. sic dicentem sequuti sunt. Paul.

Paul.de Castr.in.l.1. nu.9. in fine vers. idem si esset.ff. de legib. Ang.de malef.in verbo, *scienter, & dolosè*, nu.2. Ang. in l.plagij,n.2.col.1. in fi.vers.si verò lex,vel Statutũ.C ad l.Flau.de plagiar.Bertaz.cons.114.nu.12.& idem in primò huius distinctionis capite, fuit etiam de mente eiusdem Bart.in l. Iustè possidet in fine. ff. de acquiren. possess. Vbi pariter dixit,quòd lata culpa sufficit,& æquiparatur dolo, quando Statutum punit turbantes possessiones alienas(& sic quando punit actum in rem, prout exemplificauit in d.l.1.)& Bart.doctrinam in d.l.iustè possidet referendo sequuti sunt,Alex. ibidē. Marsil.in l. in lege Cornelia, nu.5. vers. Tu etiam adde.ff.de Sicar. Diaz reg. 540. in 9.fallen. Dec.in cap.2.num.33. vers. & ad sepiùs dicta,in prima lectur. de constit. ex quibus hanc illationem communiter à Doctoribus receptam esse dubitandum non est.

53 Quamuis Bal.in l.in actionibus.col.2.post med. vers.& idem dico de Statutis.ff.de in lit.iuran.contrarium affirmare ausus fuerit,quod scilicèt Statutum puniens, *turbãtem aliquem in possessione*, & sic puniens actum in personã, comprꝍhendat etiam turbantem cum lata culpa.

54 SVBLIMITA primã partē præcedentis illationis, in qua dixi sufficere latam culpam, quando Statutum, punit actum in rem, vt scilicèt procedat,quando dictum Statutum imponeret pœnam pecuniariam, secùs autem si imponeret pęnam corporalē,quia tunc nec isto casu sufficit lata culpa,sed dolus requiritur,prout dixit idem Bar, in d.l.iuste possidet in fine.ff. de acquiren. possess.inferens propterea, quòd in casu præmisso à turbata possessione excusabit causa,ne dum iusta,sed etiam iniusta secundum commune dictum Aduocatorum, de quo tamen latius dixi infra quæst. 90.

55 LIMITA VIII. in Statuto puniente capitali pœna occidentem sub verbis vniuersalibus,videlicet,*quocunque*. aut *quouis modo*, vel qualitercunque. Tunc enim, etiam quòd lata culpa interuenerit, Statuti pœna habet locum. fuit doctrina Salycet. in l.2.nu.9. versic. & idem dico.C. de noxal.actio. vbi ampliùs,quòd isto casu sub hoc Statuto comprꝍhenditur homicidium commissum etiam ad defensionem,& Saly.sic dicentem referendo sequuti sunt Ias.in l.in actionibus.nu.30. vers. secundo limita.ff.de in lit.iuran.Alex.in l.& si seuerior.nu.5.in fine. vers.aliter ēt limitat.C. ex quibus caus. infam. irrog. Relati per Franc. Becc.(quos tamen ipse non sequitur) in cons 51.nu.3.Menoch.de arbitr.quæst. lib.2.casu.324. nu.14 & de recuperan.possess.remed.5.num.63. Alex.Aym. & Carer.in locis relatis per Bertaz. (quos tamen nec ipse sequitur) in cons. 76.num.36.lib.1.Ioseph. Ludou.decis.Lucen. 11.num.26. par.1.Cæpha.cons.76.nu.82.lib.1.Matth.in suis reg.crim. vers.statutum simpliciter disponens, inter commu.opin. tomo 1. fol.mihi 347. col.2.in fine.

56 Verùm ad prꝍmissa aduerte, quòd in casu Statuti formari per Salycet. non solum adsunt verba, *quouis modo*, vel qualitercunq; sed etiam ad sunt alia verba, videlicet, *quouis modo vel causa* quòd quidem verbum, *causa*, vniuersali signo adiectum videtur omnem homicidij causam complecti,& sic etiam latam culpam,& in eo quòd videtur velle, nec etiam à pena Statuti excusare necessariam defensionem, loquitur dubitatiuè per verbum fortè. Et propterea hæc Salyceti doctrina reprobatur per Dec.in d.l.in actionibus, nu. 20. vers.& retenta communi oppinione,ea nempè ratione,quia illa verba vniuersalia,qualitercumq; vel *quomodocunque*, possunt verificari ad modũ commissi homicidij, videlicet, siuè cum gladio,siuè cum veneno, siuè cum claua, siuè cum lapide.Ideò non debent trahi ad culpã, nisi hoc expressè dicat Statutum, & multò minus ad necessariam defensionē,quæ etiam si expressè includeretur in Satuto tali; Statutum tanquàm iniquum non esset seruandum,vt ibi per eum,&Decij verba ferè ad litteram refert, & sequitur Blanc. in pract.§.visis inditijs, num. 149. fol.mihi 60. quod & idem quoad necessariam deffensionem (licèt quoad culpam admittat Salyceti opinionem) voluit Caccialup.in reper.l. omnes populi,num. 196.ff.de iust. & iur. quem pariter referendo sequutus est Dec.in c.2.nu.33.ff.de cõstit. Et pariter præsertim quoad caput defensionis necessariæ, quod non censeatur inclusum in prædicto Statuto reprobata Salyc. opinione, tradiderunt Marsil. sing.630. incip. generalitas verborum, post Lanfranc.quem allegat in l.admonendi.ff.de iureiur. Viui. opin.819.num.1.& seqq & latius Franc.Becci.cons. 51.per totum. Vbi pluribus contra Salyceti opinionem insurgit,& respondet contrarijs,& præsertim,nu.18.in fine. Vbi,& optimè admonet,an Statutum prædictum loquatur per verba vniuersalia, an verò per generalia,& q Salyc. opinio non sit vera, sed iniqua, dixi Bertaz. cons. 76.num.37. allegans contra illam vltra præcitatos Doctores, Dec.in cap.2.in prima lectura,nu.10. de cõstit.Ruyn. cons.138.nu.16.lib.5. & Natt. in addit. ad cons. Alex. 35. num.2.lib.6.

57 LIMITA IX. quia quamuis in delictis puniendis dolus requiratur, sufficere tamen videtur dolus in genere. Bal.in l.si quis non dicam rapere. nu.9.C.de Episc. & cler. Tiraq.post alios,quos allegat, de pœn. temperan. caus. 14. num.3.in fine,Bero.in c.2.n.40.ad finem,vers.vel secũdo. extra de constitut. vbi in id videtur ponderare tex. in l. si quis.§.qui abortionis.ff.de pœ.& in l.3.§.1.ff.de sicar.Petr. à Plach. in Epith. delict.lib.1.c.27.post num. 1.ante med. fol. mihi 430. vbi hoc esse constitutissimũ affirmat ex tex. quem ad id dicit præstantissimum in l.aut, qui aliter.§. si quis dubitat.ff.quod vi, aut clam, & in l.si postulauerit.§. liber homo.ff.de adult.cum alijs ibi per eũ allegatis,sequitur Anto. Gomez. de delict. tomo 3.cap.3.rubr.de homicid.nu.34. ad finem. & facit pro hac limitatione tex. in l. quoniam multa facinora.C. ad l. Iul. de vi publ. de cuius materia alibi infra suo loco tractabimus.

58 Verum ad præmissa vide eundem Bero. in d.c.2.nu.35.
59 & num.39. in fine vers.limitari posset, vbi optimè declarat, quid sit dolus in genere, & quid sit dolus in specie. Et postea facere videtur conclusionem, quòd quando lex, seu Statutum requirit dolum specie; tunc non sufficit dolus in genere, & ibi huius conclusionis bonum refert exemplum.

60 LIMITA X. vt regula procedat in illa lata culpa, quæ prouenit ex ignauia, desidia, seu negligentia, quæ sine dubio dolo non æquiparatur; secus autem in ea, quæ prouenit ex versutia, & malitia. Nam hæc in qualibet dispositione æquiparatur dolo,secundũ Cagno.in l.cõtractus.n. 6.& 7.& nu.9. versic. Verius tamen videtur.ff. de reg.iur. vbi etiam benè exemplificat,quando culpa dicatur prouenire ex ignauia, & quando ex versutia. Et quidem hæc limitatio verissima est eo,quia lata culpa proueniens ex versutia non est propriè lata culpa,sed dolus ipse, vt pluribus defendit Decian. qui prædictam distinctionem culpæ improbat in suis tract. crimin. par.1.lib.1.cap.6. num. 17.& seqq.& dixi infra in seq. quæst.nu.69. & benè ad ꝓpositũ aduertit Couar.in epith.par.2.c.6.§.8.n.31.ver.nec obstãt.

61 LIMITA XI. in pluribus alijs casibus,in quibus lata culpa æquiparatur dolo,& corporaliter punitur, de quibus remissiuè per Ang cons.287.col.pen.& in l.plagij,nu. 2.C ad l. Flau. de Plagiar. Salyc. in l.1.nu.6.C. de sicar. & in l. 1.sub nu.5. col.pen.& fin.C. depos. Marsil.in l.in lege Cornelia,nu.4.& seq.ff.de sicar. Tiraq.de pœn. temperan. caus.14.sub n.5.Diaz.reg.540.in 7.8.9 & 10. fallen. Marãt. in spec. par.4.in prin.nu. 59.vers.sed Ang.& num.63.Aug. ad Ang.de malefic.in verbo *scienter*,& *dolosè*,post nu.5.vbi in discursu illius additionis remissiuè allegat plures Doctores, tractantes materiam, quãdo, & in quibus casibus lata culpa æquiparetur dolo.

62 Sed ad præmissa vide Blanch.in pract.§.visis inditijs n. 137.in fine,& nu.138.& seqq. vbi enumeratis pluribus casibus exceptis ab illa conclusione,q in corporalibus culpa lata non ęquiparetur dolo, in quibus Doctores volunt ēt culpa latam corporaliter puniri,admonet aduertendum, quòd dicti casus non mærentur excipi à regula prædicta, cũ nõ sint de regula eo, quia in dictis casibus imponitur pęna corporalis nõ propter latã culpam, sed propter dolũ in illis consideratum à legibus,& ibi singulos casus,& singula iura benè pondarat, eum videas.

63 LIMITA XII. quia etsi in delictis non interueniat dolus,

dolus, punitur tamen delinquens pro modo culpæ. Salyc. in l. 1. nu. 5. C. de ficar. Iaf. in l. in actionibus, num. 30. ff. de in lit. iuran. Doct. ibidem num. 20. in fine vers. & licèt nõ puniatur. Marfil. in l. in lege Cornelia, n. 6. verfi. glo. ij. &c. ff. de ficar. Ant. de Butr. in cap. 2. post num. 9. ante mediũ de constitut. Menoch de arbitr. quæst. lib. 2. casu 324. nu. 11. in fine, & nu. 12. Magon. decif. Lucen. 43. nu. 23. Et faciunt ad hãc limitationem, quæ dixi fupra, num. 2. & infra hac ead. quæst. num. 71.

64. SVBLIMITA prædictam xij. limitationem procedere in delictis de fui natura, vel de iure naturali, aut gentium, in quibus etsi dolus non interueniat, punitur tamẽ delinquens pro mõ culpæ, vt fupra fecus aũt in ijs, quæ non funt delicta de fui natura, vel iure naturali, aut gentium, quia tunc nulla pęna imponitur, cessante dolo, ita Magon. decif. Lucen. 43. num. 23. & faciunt, quæ dixi fupra hac ead. quæst. num. 27.

Quomodo autem puniatur dolus, & quomodo culpa, dicam modo in feq. infpectione.

ARGVMENTVM.

Dolus, & culpa quo modo, & quando puniatur.

SVMMARIVM.

Dolus bonus non punitur, num. 65.
Dolus cadens in fpeciale nomen delicti quomodo puniatur, num. 66.
Dolus non cadens in fpeciale nomen delicti punitur contra ordinem, num. 67.
Dolus præsumptus quomodo puniatur. num. 68.
Dolus minor mitius punitur, quàm maior, num. 69.
Culpa lata criminaliter punitur, num. 70.
Culpa lata mitius punitur, quàm dolus, num. 71.
Culpa lata non poteſt corporaliter puniri, num. 72. Contra, nu. 73.
Culpa leuis, feu leuiffima nõ punitur accusatore nõ interueniẽte, n. 74
Culpa in omittendo, fi leuis fit, criminaliter non punitur, nu. 75.
Culpa leuis non poteſt criminaliter puniri, num. 76. contra, num. 77. Dic quòd fi poteſt ciuiliter purgari cum refectione damnorum, non punitur criminaliter, fecus, fi non poteſt ciuiliter purgari, num. 78.
Culpa leuiffima an poffit criminaliter puniri, num. 79. Dic quòd non, num 80. Contra. num. 81. Distingue, vt num. 82.
Culpa leuis mitius punitur, quàm lata, num. 83.
Culpa leuis, feu leuiffima nunquàm punitur pœna ordinaria, num. 84.
Culpa leuis nunquam punitur pœna corporali, fed tantum pecuniaria, num. 85. licèt alij contra, num. 86.

QVÆST. LXXXVII. INSPECT. II.

DIXI fupra num. 2. & num. 63. delinquentem fine dolo mitiùs puniri, quàm fi cum dolo deliquerit, femperq; mitius culpam puniri debere, quàm dolum: Quæro modo pro complemento huius primę causæ temperandi pœnam, quomodo puniatur dolus, & culpa? Et pro refolutione quæstionis, procedendo per viam distinctionis circa dolum, dico fic.

65 Aut fumus in dolo bono, aut in dolo malo: Si fumus in dolo bono, dic, quòd ex quo non continet delictum, ideò non punitur. l. 1. § non fuit. ff. de dolo, cap Dominus, 23. q. 2. cap. dudum, & ibi glo. in verbo, *fpes*, de conuerf. coniug. Decia. qui alios refert concordantes, par. 1. lib. 1. cap. 4. num. 13. in fuis tractat. crimin.

66 Si verò fumus in dolo malo, & tunc, aut fumus in dolo vero, aut in præfumpto. Si fumus in dolo vero, & iste verus dolus cadit in fpeciale, & nominatũ delictum, & tũc punitur pęna illius delicti, in quo ineſt, put in homicidio, furto, falso, & fimilibus, de quibus infra fuo loco dicetur.

67 Quòd fi dolus non habeat nominatum delictũ, & tunc extra ordinẽ Iudicis arbitrio punitur. l. 1. & 3. ff. de crim. ſtelliona. & ibi glo. Bar. Alber. Ang. & communiter omnes, Corn. confil. 179. nu. 6. lib. 4. Anto. Gomez. de delict. tit. de crim. ſtellion. in fine. Menoch. de præfump. lib. 5. præfumpt. 3. num. 2. in fine, verf. & dolum pęna plecti. Decian. in fuis tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 4. nume. 8. & 9. & latiùs dixi in tit. de delict. & pœn. q. 19. nu. 34. & feq.

68 In dolo autem præfumpto dic, quòd punitur, fed mitius, quàm dolus verus, prout dixi fupra hac eadem quęſt. num. 3. & 4. hic non repero.

69 Et in materia facias conclusionem generalẽ, quòd dolus minor femper mitius punitur, quàm maior. Bal. in l. & fi feuerior, col. 2. verf. ex prædictis videtur concludendũ, & ibi Salyce. ex quibus cauf. infam. irrog. quos, & alios referendo fequitur Tiraq. de pęn. temperan. cauf. 15. n. 1. & feq. Blanch. in pract. §. visis inditijs, nu. 132. fol. mihi 135. Vbi ponit aliqua exempla maioris, & minoris doli, & hæc quoad punitionem doli.

70 Quo verò ad culpam distingue inter latam, leuem, & leuiffimam. De lata dic, quòd punitur criminaliter. Et hoc non habet difficultatem. Bart. in l. refpiciendum, n. 4. verf. de lata. ff. de pęn. Vbi quòd de hoc non eſt dubium, & in l. 1. fub nu. 3. ff. de legib. Anchar. in cap. 2. nu. 2. verf. de lata enim non eſt dubium, quòd punitur, de constitut. Angel. de malef. in verbo, *fcienter, & dolosè*, n. 13. Firma. in repertorio, verbo, *culpa lata*, nu. 9. Capra concluf. 66. num. 35. Maran. in fpec. par. 4. in princ. nu. 59. verf. fi igitur quæris. Ofaf. decif. pedem. 104. fub, nu. 5. Clar. in pract. §. homicidium, fub verfic. culpa dicitur, post med.

71 Benè verum eſt, quòd mitius punitur, quàm dolus. Et hoc pariter non habet difficultatem fecundum Cyn. in l. fi quis non dicam rapere, in fine, verfic. fecundo casu. C de Epifc. & Cler. Bal. in l. vt vim, nu. 9. verf. fed quando exceditur modus malo dolo. ff de iuft. & iur. Bar. in l. 1. nu. 3. in princ. & verf. fecũdo casu. ff. de legib. & in l in lege Cornelia. ff. de ficar. Anchar. in c. 2. nu. 2. de constitut. & ibi ẽt Dec. n. 24. in tertia conclufione, in prima lectura, & nu. 39. in 2. lectura. Mant. nu. 39. Vbi quòd punitur arbitrio Iudicis pœna extraordinaria. Marf. in l. in lege Cornelia, post nu. 7. verf. glo. 2. &c. ff. de ficar. Tiraq. de pœn. temperãd. causa 14. nu. 1. Maran. in fpec. par. 4. in princ. nu. 59. verf. verum ſtat dubiũ. Vbi quòd in hoc nullus difcrepat. Ang. de malef. in verbo, *incendiario*, nu. 4. Capra concl. 66. n. 25. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 324. nu. 12. Et faciunt quæ dixi fupra, nu. 2. & nu. 63.

72 Sed an pro culpa lata poffit quis corporaliter puniri, videtur, quòd non fecundum Anchar. in conf. 283. iure fcripto in fine, prout illum refert Tiraq. de pęn temperãd. causa 14 post nu. 1. Et facit, quia vt dixi fupra, n. 20. quãdo agitur de pęna corporali, culpa lata nõ æquiparatur dolo.

73 Contrarium, quòd poffit quis pro lata culpa corporaliter puniri, licèt mitius, quàm pro dolo, quando delictum eſt capitale, & mortis pęnam meretur, voluit Maran. qui de communi testatur, in fpec. par. 4. in princ. nu. 59. verf. reſtat tamen dubium, vbi dixit, quòd licèt lata culpa non æquiparetur dolo in corporalibus, non per hoc fequitur, quòd non poffit corporaliter puniri, dummodo mitiùs puniatur, quàm dolus. Bero. in c. 2. nu. 40. post med. verf. & quamuis de constitut. Cæpoll. conf. 41. nu. 9. Vbi quòd lata culpa punitur pœna pecuniaria, vel pœna relegationis per quinquennium ad fummum per l. in lege Cornelia, la feconda. § cum quidam. ff. ad l. Corn. de ficar. Boff. in tit. de defenf. reor. nu. 68. Vbi, quòd culpa punitur criminaliter pœna pecuniaria, vel exilij. Et tamen pœna exilij eſt corporalis. Clar. in pract. § fin. q. 84. in princ. ad finem. Vbi refert. Marãt. in loco fcitato, teſtaturq; qñq; ita vidiffe in Senatu Mediolani feruari, licèt regulariter pro culpa non foleat quis corporaliter puniri.

74 De leui, aut leuiffima culpa distingue, aut non adeſt accufator, aut adeſt, primo casu non punitur: Iudex enim nunquàm procedit per inquifitionem pro delicto, nifi dolus, vel lata culpa interueniat, vt per Ang. de malef. in verbo, *fcienter, & dolosè*, num. 15. Maran. in fpec. par. 4. in princ. nu. 72.

75 Secundo casu, accusatore scilicet interueniente, iterum distingue, aut culpa consistit in omittendo, aut in committendo, si in omitendo, dic leuem culpam criminaliter non puniri. Bald. in l. data opera. sub num. 5. C. de his qui accus. non poss. Vbi, quod ita potest intelligi doctrina Cyn. in l. si quis non dicam rapere in fine. C. de Episc. & Cler. volentes leuem culpam non posse criminaliter puniri, ne scilicet procedat in culpa in omittendo, & Bal. sequuti sunt, Paul. de Castr. in l. 1. num. 9. & ibi etiam Claud. Seysel. sub nu. 36. ff. de legib. Dec. in cap. 2. nu. 34. vers. vnde. Bal. in prima lectura, & ibi etiam Mant. nu. 42. in eodem vers. vnde Bal. &c. de constitut. Ang. de malef. in verbo *incendiario*, n. 5. vers. vel dicit Baldus. Maran. in spec. par. 4. in prin. nu. 68. Rolan. cons. 64. nu. 5. lib. 3.

76 Si in committendo, facienda est alia distinctio scilicet, inter culpam leuem, & leuissimam, circa culpam leuem vna fuit opinio, quòd non possit criminaliter puniri, sed tantum ciuiliter ad refectionem damni. Ideò ex ea non potest formari inquisitio, nec admittenda accusatio, secundum Cyn. in l. si quis, non dicam rapere in fine, vers. si leui culpa. C. de Episc. & Cler. refert, & sequitur Bal. in l. vt vim. nu. 9. vers. item si, excedatur modus per leuem culpam. ff. de iust. & iur. quam ab impugnationibus, Bart. latè defendere videtur, & eam comprobat, Bero. in cap. 2. nu. 40. & seq. de constit. Vbi tamen loquitur in casu, in quo culpa leuis potest ciuiliter ad damni emendationem puniri. Tunc enim non posse eum criminaliter puniri, tenent omnes Doctores infra allegati, num. 78. qui benè videntur facere pro opinione Cyn. & contra Bart. vt benè aduertit idem Bero. ibidem. nu. 42. vers. & per istas. Clar. in pract. §. homicidium. vers. culpa dicitur ad finem, vbi de communi, ex Boss. quem allegat in tit. quomod. proced. per act. in delict. nu. 38. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 469. sub num. 3. & 4.

77 Altera, & contraria, quòd immò culpa leuis possit criminaliter puniri, fuit opinio Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. post. nu. 4. ff. de pœn. quem sequuti sunt, Bal. in l. data opera, nu. 5. C. de his qui accus. non poss. idem Bart. in l. 1. nu. 3. vers. aut est culpa leuis, & ibi etiam Paul. de Castr. n. 9. vbi sequitur Bar. & Bal. in locis præcitatis. Claud. Seysel. nu. 38. ff. de legib. Salycet. in l. 1. nu. 6. vers. secundo casu. Vbi dicit Bart. opinionem sibi placere, vbi maleficium non concernit rem familiarem. Butr. in cap. 2. nu. 9. post med. vers. si pœna est criminalis. de constit. Vbi quòd Cyn. contrarium volens malè dixit, & ibi etiam Dec. nu. 40. in 2. lectura. Ang. de malef. in verbo, *scienter, & dolosè*, num. 13. & in verbo incendiario, nu. 5. per totum, & in discursu. Maran. in spec. par. 4. in prin. nu. 68. & nu. 69. in fine, Blanc. in pract. §. visis inditijs, num. 157. vers. teneo opinionem, Bart. &c. & ibi raspondet contrarijs fol. mihi 61. Roland. cons. 64. nu. 5. lib. 3. Osasc. decis. Pedem. 104. sub num. 5.

78 In hac contrarietate reperio sic distingui per Doctores, quòd si culpa leuis, vel etiam leuissima, potest ciuiliter puniri ad refectionem damnorum: Et tunc reficiendo damna punitur ciuiliter, criminaliter autem non, iuxta opinionem Cyni, si verò non potest ciuiliter puniri, vt puta, quia non dedit quis damnum, sed aliter venit contra legē. & tunc procedit opin. Bar. quod possit criminaliter puniri. Abb. in c. 2. nu. 6. vers. vnde pro concordia de cōstitur. & hanc Abb. distinct. sequuti sunt ibidem Felyn. sub nu. 5. Dec. num. 34. in prima lectura. Mant. nu. 42. per totum, vbi latè hāc Abbatis distinctionem à cōtrarijs defendit Bero. num. 40. & 41. vbi respondet contrarijs, & benè materiā huius distinctionis declarat, & inter alia dixit, quòd tunc propriè in proposito dicitur, delinquentem non posse ciuiliter puniri, quando delictum continet factum pecunia non æstimabile, facit pro hac distinctione. Firma. in repet. verbo *culpa leuis*, versic. fin. vbi quod in damnis datis, & in pœna. l. Aquiliæ culpa etiam leuissima punitur, & quòd hac eadem distinctione addo, Capr. conclus. 5. n. 25. & seqq. Boss. in tit. quom. proced. per act. in delict. nu. 37. & seq. Vbi quòd ista est veritas, & cōmunis opinio, sequitur Clar. in prac. §. homicidiū versiculo culpa dicit. ad finē.

79 Circa verò culpam leuissimam reperio, Bal. in l. in actionibus, col. 2. ad med. versic. sed quid si Statutum. ff. de in lit. iuran. Vbi ponit exemplum in Statuto dicente, quòd si quis vulnerauerit aliquem, soluat decem, & ibi recenset tres opiniones, & nihil firmat.

80 Dic secundum Cyn. in d. l. si quis non dicam rapere in fine, versic. si leuissima. C. de Episc. & Cler. quòd leuissima culpa non punitur criminaliter, sed tantum ciuiliter ad emēdationem damni. Et hanc Cyni opinionem (quicquid secus dixerit in leui) amplexus est Bal. in l. data opera sub num. 5. & num. 6. in fine. C. de ijs, qui accusar. non poss. nec dissentire videtur, Dec. in c. 2. nu. 34. in prima lectura, de constitu. & ibidem, nu. 40. in secunda lectura, Cępol. cons. crim. 41. num. 9. versi. interdum est leuissima. August. ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè* nu. 15. idem Ang. de malef. in verbo *incendiario* num. 5. verb. nō obstat d. l. qui ædes, nu. 6. Firma. in repertorio verbo, *culpa leuissima*, num. 18. Maran. in spec. part. 4. in prin. num. 70. reprobato, Bar. contrarium dicente, Clar. in pract. §. homicidium. vers. culpa dicitur, ad finem, vbi de communi, ex Boss. in tit. quom. proced. per act. in delict. num. 38. Mascar de probat. lib. 1. conclus. 469. sub nu. 3. & 4.

81 Contra, quod immò etiam criminaliter leuissima culpa puniatur, voluit Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt, post num. 4. ff. de pœn. & in l. 1. nu. 3. in fine vers. aut leuissima. ff. de leg. Vbi quòd mitiùs punitur, quàm leuis Paul. de Castro in d. l. 1. nu. 9. in fine. Ant. de Butr. in c. 2. nu. 9. post med. versic. si pœna est criminalis. de constitut. Vbi quòd Cynus contrarium volens malè dixit, & ibi etiam Imo. n. 12. in fine vers. & tangit et, nec dissentire videt Ang. de malefic. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 13. Blanc. in pract. §. visis inditijs, num. 153. iuncto num. 157. vers. teneo opinionem Bart. &c. fol. mihi 61.

82 Pro resolutione distingue, vt supra, num. 78. Vbi Doctores allegati loquuntur non solum de leui, sed etiam de leuissima culpa.

83 Et in materia aduerte, quòd in omni casu, in quo culpa leuis punitur, semper mitiùs punitur, quam lata. Cępol. cons. 41. post num. 9.

84 Nec vnquàm culpa leuis, aut leuissima punitur pœna ordinaria, sed extraordinaria secundum Mant. in c. 2. vers. verùm prius aduertendum est, in fine. de constitut. post Ang. quem allegat in l. 1. ff. de legib. & ante istos hoc idem voluit Bal. in l. quæ fortuitis, num. 25. C. de pignorat. act. vbi dixit, quòd ratione culpæ leuis, vel leuissimæ, nulla est pœna ordinaria Capr. concl. 66. nu. 36. & seq.

85 Immò culpam leuem puniri tantummodo pœna pecuniaria, non autem pœna corporali, & capitali voluit Bald. in l. data opera nu. 7. C. de ijs, qui accusar. non poss. Paul. de Castr. in l. 1. nu. 9. versi. intellige pecuniariter, & extraordinarie ff. de leg. Ange. de malefic. in verbo, *scienter, & dolosè*, nu. 14. & in verbo incendiario. nu. 5. ad finem.

86 Quamuis contrarium, quòd culpa nedum leuis, sed etiā leuissima possit corporaliter puniri dixerit Bero. in c. 2. n. 40. in fine vers. vltima conclusio. de constitut.

Iuuat quandoque à solito stilo decedere, omissisque ampliationibus; & limitationibus ad distinctiones confugere, prout subiecta materia patitur.

ARGVMENTVM.

Dolus, fraus, & culpa, quid, & quotuplex sit. Plura de significatione doli, fraudis, & culpæ, & culpæ appellatione quid veniat.

SVMMARIVM.



Olus in genere quid sit, num. 1. & num. 2. Vbi alia traduntur diffinitiones.

Dolus an sit species separata à culpa, & an sub nomine culpa veniat, num. 3.

Dolus alius verus, alius præsumptus, num. 4. Quamuis hæc distinctio à nonnullis reprobetur, num. 5.

Dolus

QVÆST. LXXXVIII.



DIXI in antecedenti quæst. in delictis dolum recquiri, doloque deficiente, non nisi pro culpa pœnam imponi posse. Culpam autem, & Dolum diuersimodè puniri. Verùm quando delictum dicatur dolo, aut culpa, & quo dolo, aut qua culpa cõmissum, minimè explicaui. Operæpciũ igitur est pro perfecta cognitione eorũ, quæ in dicta antecedẽti quæst. ꝑposita fuere, nũc videre q̃d, & quotuplex dolus, & culpa sit, & q̃d veniat appellatione culpę, & appel-

latione doli, & procedendo per particulares quæstiones.

1 QVÆRO I. quid sit dolus in genere. Dic, quòd dolus in genere est *machinatio ad decipiendum, fallendumq; alterum adhibita, cum aliud agitur, & aliud simulatur*. Et hęc fuit vna diffinitio Seruij. Alia autem fuit Labeonis dicentis, *dolum esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita*. Teste Vulpiano, qui Labeonis diffinitione impugnata, diffinitionem Seruij veriorem dixit in l. 1. § 1. ff. de dolo malo, & primam diffinitionem, pro qua etiam facit tex. in l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pact. referendo sequuti sunt Capra conclus. 78. num. 2. vbi exemplificat Menoch. in 5. remed. recuperan. possess. nu. 73. Decian. lib. 1. parte 1. cap. 4 num. 1 & seqq. vbi plura affert ad materiam prædictarum diffinitionum, & demum Seruij, siue (vt magis ipse opinatur) C. Aquilij primam diffinitionem ab impugnationibus Labeonis defendit, eandemque parum, immò nihil differre à diffinitione Labeonis optimè demonstrat.

2 Verùm ad præmissa, vide Salycet. in l. si nulla, num. 7. vers. secundo quæro. C. de pignorat. action. vbi dolum consideret duplici modo. Vno modo prout distinguitur à culpa, & est ab ea diuersus, iuxta tradita infra, num. 87. Et hoc modo dolus consideratus benè diffinitur in d. l. 1. ff. de dolo. Alio modo consideratur dolus, tãquã species culpæ, & sub nomine culpæ veniens iuxta tradita infra, num. 3. Et hoc modo dixit *dolum esse culpam ex calliditate, fallacia, vel machinatione procedentem ad circumueniendum, decipiendumquè alterum adhibitam*. Vide etiam Bald. in l. quæ fortuitis, sub num. 5. C. de pignorat. actio. Vbi vltra diffinitionem, d. l. 1. affert duas alias diffinitiones. Vnã scilicet, *quod sit malitia in alterius damnum prorumpens*. Alteram, *quod sit ars nocendi contra naturam*, idest contra amicitiam naturalem, & vide etiam Arnal. Albertan. de agnoscen. assert. cathol. &c, quæst 23. num. 80. vbi prædictis relatis diffinitionibus, aliam affert, ex D. Thom. 2. 2. q. 55. artic. 4. quod scilicet, *dolus sit executio astutiæ*.

3 QVÆRO II. An dolus sit species separata à culpa, & an sub nomine culpæ includatur, Dic, quòd dolus non est species separata à culpa, sed includitur sub culpa in genere sumpta, ita probat tex. in l. si ex causa §. si mulier. in vers. culpa, & ibi gloss ff. de minor. item tex. in l. qui occidit. §. final. ff. ad l. Aquil. & in l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. præsid. Bald. in l. quæ fortuitis. num. 11. C. de pignorat. actio. vbi quod culpa continet omne id, quod repræhensibile est, ergo continet etiam dolum. Abb. in cap. 1. nu. 13. commod. Capra conclus. 78. nu. 4. & num. 30. Ad idem videas deducta per Salycet. in l si nulla, nu. 3. ver. in oppositum, &c. & num. 4 in princ. vsquè ad vers. sed cõtra, &c. & d. nu. 4 ad finem, vers. ex qua infero, &c. & nu. 5. & 6 & nu. 7. in discursu. C. de pignorat. actio. quibus in locis latissimè demonstrat sub nomine culpæ in genere dolum contineri, tanquam speciem. Decian. in suis tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 1. & seq. vbi benè ad propositum inducit iura prædicta, & hanc conclusionem etiam autoritatibus D. Thomæ, & Tull. Cicer. comprobat, & rursus d. cap. 6. num. 15. in fine. Vbi, quòd simplex nomen culpæ quandoquè pro dolo accipitur, & num. 22. ad finẽ. Vbi præsertim, quando subiecta materia sic patitur, iuxta ea. quæ dixi infra, num. 100.

4 QVÆRO III. Quotuplex sit dolus in hac quæst. plures afferũtur distinctiones, quarum prima est, quòd dolus alius est verus, alius autem præsumptus, secundum Bar. in l. quod Nerua, num. 3. in fi. vers. item alius est dolus. ff. depos. Salyce. in l. si nulla. num. 6. vers. dolus autem diuiditur. C. de pignorat. actio. Blanch. in pract. § visis inditijs, num. 123, fol. mihi 54. relati per Menoch. de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 3. nu. 5. Et hæc distinctio communiter recepta est

5 Quamuis Decian. par. 1. lib. 1. cap 4 num. 16. eam commentitiam ab interpretibus confictam, & nunquàm in toto corpore iuris repertam arbitretur. Sic & Rebuff. in l. latæ culpæ. ff. de verb. signifi. quem refert Menoch. de præsumpt. lib. 5, præsump. 3, nu. 6. eandẽ distinctionẽ improbauit ex eo, quod nulla sit lex, quæ hanc differentiam inter verum, & præsumptum dolum constituat.

6 Dolus verus, seù manifestus est *machinatio ad decipiendum, fallendumq; alterum manifestè adhibita*. Bar. in l. quòd Nerua, num. 12. ff. depos. Capra concl. 78. num. 10. & seq. Vbi benè ex hac diffinitione infert, & declarat Surd. decis.

7 Mantoan. 216 nu. 15. Vbi propterea infert dolum verum non probari, nisi etiam probetur animus fallendi, & decipiendi ex Aym. in cons. 947. nu. 8. & seq. vbi alios refert.

8 Et sic dolus verus etiam inditijs, & præsumptionibus probatur, sed manifestis, & euidentibus, nec desinit esse dolus verus, quàmuis per inditia probetur, dummodò, vt dixi, manifesta sint secundum Bar. in l. quòd Nerua, nu. 14. & seq. ff. depo. Curt. iun. cõs. 141. nu. 7. Plot. de in lit. iuran. §. 50. nu. 31. Phanuc. de in lit. iuran. par. 2. cap. 2. sub n. 8. relati per Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. n. 6. Paciãn. de probat. lib. 1. c. 66 nu. 83. Virg. Boccac. in constit. Picen. glos. 8. num. 285. Sforz. Odd. in tract. de restitut. in integ. par. 2. q. 83. nu. 2. vbi dixit dolum verum esse eum, qui ex necessaria præsumptione resultat, & nu. 4. & 7. vbi ponit exemplum in furto, iniuria, adulterio, homicidio, & similibus de sui natura illicitis, & malis, quæ aliter esse nõ possunt, nisi, quod ex animo, & dolo patrata fuerint, sequitur Surd. decis. Mantuan. 216. nu. 8. & seq. & num. 14. & nu. 16. & 17. post Riminal. in loco per eum relato.

9 Alio modo dixit dolum verum Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. num. 6. & seqq. illum, scilicet, qui non ab homine, vel ex hominis coniecturis iudex dolum arbitratur, sed quem lex ipsa dolũ in specie esse statuit, & qui ex iuris præsumptionibus, & a lege in specie approbatis resultat.

10 Sed contrarium de directo videtur dixisse idem Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. nu. 135 Vbi dixit dolum verum non esse illum, qui à lege inducitur, præsumiturue, sed qui probationibus, vel coniecturis, & inditijs detegitur ex Bar. & Castren. quos allegat in l. dolum. C. de dolo. Et quidem Castren. hoc expressè affirmauit in d. l. dolum, num 4. & ibidem Io. Sicar. nu. 5. Paris post alios plures, quos allegat in consil. 49. nu. 30. & seqq. vol. 1. refert, & sequitur Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. n. 8. nec dissentit Phanuc. de in lit. iuran. par. 2. c. 2. n. 8. vers. Et ad hoc facit. & vers. secundo autem modo.

11 Et plura veri doli exempla videas per Capram d. concl. 78. num. 11.

12 Dolus autem præsumptus est *machinatio ad decipiendũ, fallendumq; alterum præsumptiuè adhibita*, secundum Bart. in l. quòd Nerua, num. 13. ff. depos. Capr. conclus. 78. num. 12.

13 Et sic dolus præsumptus est ille, qui apparet ex inditijs non manifestis, & non omninò concludentibus, sed tantũ probabilibus. Bart. in d. l. quòd Nerua, n. 13. & seqq ff. depos Plot. de in lit. iuran. § 50. nu. 31. Relati per Menoch. de præsump lib. 5. præsump. 3. nu 6. & seqq. Sforz. Odd. de restit. in integ. par. 2. d. q. 83. nu. 3. & nu. 5. vbi dixit dolum præsumptum dici illum, qui non ex necessaria, sed probabili coniectura colligitur, & ponit exemplum in delictis ex culpa lata, vel supina negligentia admissis, de quibus ibi per eum, Io. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. nu. 13. in fi. & nu. 14. & nu. 16. & 17. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 66. num. 183. Virgil. Boccac. in constit. Picæn. 8. nu. 285.

14 Verum, & etiam alio modo dolum præsumptum, & nõ verum dixit Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. nu. 6. & seqq. illum, scilicet, qui non ex præsumptionibus à lege in specie approbatis, sed ex præsumptionibus hominis resultat. Vbi enim prudens iudex dolum præsumit ex inditijs, & coniecturis, quæ à lege, & in iure scriptæ in specie non reperiuntur. Tunc dolus dicitur præsumptus, & non verus, vt ibi per eum.

15 Cuius tamen contrarium dixisse videtur idẽ Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 135. quòd scilicet, dolus præsumptus est ille, qui à lege sine alijs in medium adductis probationibus præsumitur, ex Bart. Castren. Alexand. & alijs, in locis ibi per eum relatis, & quidem Castren. in l. dolum, num. 4. & ibi etiam Ioan. Sicar. num. 5. C. de dolo. dixerunt dolum præsumptum esse illum, qui sine alia probatione hominis à iure præsumitur,

quod

quòd idem dixit Parif.consil. 49. num. 30. & feqq. lib. 1.post alios plures,quos allegat, refert,& fequitur Io.Petr. Surd. decif. Mantuan. 216.num.15.

16 Et plura exempla doli præfumpti videas per eūdē Capr. d.concluf.78. num. 15.

17 Et licèt dolus præfumptus differat in pluribus à dolo vero, & è contra, vt per Capr. d. concluf. 78. num. 13. & feq. & per Menoch. de præfumpt. lib.5 præfumpt.3.num. 9.& feqq. vfq; ad num. 14. Vbi refert quatuor differentias,& in tract. de recuperan.poffeff. remed. 15. fub num.
18 135. Vbi remiffiuè ponit alias differentias. Et inter alias Capr. in loco præcitato, poft Imol. quem allegat, dixerit, quòd à vero dolo nulla eft excufatio, A præfumpto autē fic, Quòd & idem licèt per diuerfa verba dixiffe videatur Decian.par.1.lib.1.cap.4. num. 14.& num. 16. dum dixit, quòd dolus verus nulla excufatione excufari,aut interpretari poteft,femperq; in malam partem accipitur: Præfumptus autem quandoque excufatur, & in bonam partem interpretatur,vt ibi per eum, qui benè exemplificat hanc differentiam,quàm ipfe prçter aliorum opinionem præftitiffe credidit: Sed (ni fallor)eft eadem,quam Imol.& Capr. in locis præcitatis (vt præfertur) tradiderunt.

19 Dolum tamen præfumptum, dolo vero æquiparari dixit Bal. in l. quòd Nerua, in fin.ff.depof.

20 Immò & dolum præfumptum propriè dolum effe, & fub Statuto,ac difpofitione dolum excludente includi confuluit Cephal. conf.34. num. 27.& feqq. & conf.142.num. 36. & feqq lib. 1. Mafcard. de prob. lib. 3. concluf. 1221. num.12.poft Bart.Curt. Iun. Plot.& Couaruu.in locis per eum relatis.

21 Rurfus præfumptus dolus dicitur dupliciter,quandoq; refpectu probationis,quia fcilicet, non plenis, & concludentibus probationibus, fed inditiis,& prçfumptionibus probatur iuxta l.dolum.C.de dolo,quandoq; autem refpectu propriæ effentiæ, feù qualitatis ipfius doli,vt puta,quādo lex ex aliquo actu prçfumit dolum,vt in l.quòd Nerua, ff.depof.Vbi lex dolum præfumit ex eo, quòd in rebus alienis non eft quis fic diligens, ficut in fuis. Colligitur hæc diftinctio licèt non fic claris verbis fignificata,ex trad.per Bal.in l. quæ fortuitis,fub num 8. verf. aduerte, &c. C. de pignorat actio. Ex cuius verbis alio modo in fubftantia dicere poffumus dolum dici præfumptum. vel præfumptione hominis,vel præfumptione iuris. Et hanc vltimā iuris præfumptionem vocat ibi Bart. per effentiam,& qualitatem.

22 Verùm, quòd quando dolus eft præfumptus à lege, an tunc dicatur præfumptus, vel verus,dixi fupra nu.9. 10. 14. & 15. vbi vide.

23 Et ad prçmiffa adde Cçphal. conf.34. num.29. in fine,& conf.62. num 27.& conf.142. num. 36. lib. 1. quibus in locis dixit è contra etiam dolum verum, & ex propofito poffe dici prçfumptum,refpectu probationum,cum & his præfumptionibus, & coniecturis probetur, vt fuo loco fupra dixi, quòd & idem ferè dixit Bal. in l. fi conftante.§.fi maritus,in fin. ff. folut. matri. dum fcripfit, dolum verum aliquandò verè probari; Aliquando autem præfumptiuè, prout illum refert Menoch. de præfumpt. lib.5. præfump. 3.fub num.8.fed alio modo dicta Bal.eo loci refert Fely.in cap.fi autem,num.1.in fine,de præfcr. Dum dixit effe dif-
24 ferentiam inter dolum præfumptum,& dolum prçfumptiuè probatum: Nam dolus præfumptus defignat fpeciem doli. Dolus autem præfumptiuè probatus defignat modum probationis. Et fecundum hunc intellectum dolus poteft dupliciter dici præfumptus, fcilicet, vel ratione effentiæ,vel ratione probationum, prout dixit idem Bal. in d.l.quæ fortuitis. Quæ omnia (amice lector) benè nota, quia funt dicta magiftralia,& valdè conferunt ad cognitionem terminorum,& intellectum eorum, quæ per Doctor. in hac materia tractantur.

25 SECVNDA eft doli diftinctio, quia alius velatus, alius aūt apertus,apertus dicitur ille, qui cōmittitur cū vi, prout contingit in omnibus cōtractibus per minas,& metum celebratis argument. text. in l.fi mulier. §. fi dos .ff. quod met. cau. Velatus autem fine vi committitur, fimulando fcilicet, & diffimulando,vt in l.ea, quę §. final.ff.de contrahen. empt. Item faciendo clam,vt in furto non manifefto. Item retinendo quòd non debet retineri ,vt in l. fi quis mancipiis.§. Proculus. ff.de inftit.Hanc diftinctionem pofuit Bald. in l.quæ fortuitis,num. 5. verf item præmitto. C. de pignora. actio. Idem Bald. in l. minor etiam fi.ff.de minor.Natt.conf.17 num. 5. verf. plus, &c. Odd. de reftit. in integr.q. 83. num. 24. Surd. decif. Mantuan. 216. num.22. & feqq. & probatur per text. (ni fallor) expreffum in l.2.§ doli mali.ff.de vi bonor.raptor. cuius quidem tex. verba funt hæc: *Doli mentio hic & vim in fe habet: Nam qui vim facit, dolo malo facit: Non tamen qui dolo malo facit,vtiquè & vim facit. Et ita dolus habet in fe vim Et fine vi, & fi quicquid callidè admiffum eft,æquè continebitur*.

26 TERTIA eft diftinctio, quòd dolus alius bonus,alius eft malus, l.1.§. non fuit, & ibi glo. in verbo etiam. ff. de dolo.Bart.in l. quòd Nerua,num.3.in fine,verf.debetis fcire.ff.depof. Decian.in tract. crim par.1.lib.1.cap. 4. nu. 6.ad fi.verf.poftremò,neq; & num. 12.

27 Dolus bonus appellatur folertia quędam, & induftria, Decian.par.1.lib.1.cap.4. num. 13. Vbi refert S. Paul. 2.ad Corinth. cap 12. dicentem: *Ego vos non grauaui, fed cum effem aftutus,dolo vos decepi*.

28 Et doli boni exempla per Decia.par.1.lib.1.cap.4 num. 13. Vbi ponit duo exempla, Primum quando quis machinatur contra hoftem, & latronem, & in d.l.1.§. non fuit,ff. de dolo. Secundum in eo, qui fuit inductus ad religionis votum fumendum, de quo in cap.dolum,de conuerf.coniug.

29 Dolus autem malus quid fit, dixi fupra hac ead. quæft, num. 1.

30 QVARTA fuccedit diftinctio, quòd dolus alius eft in committendo,alius in omittendo. Blanch. in pract. §. inditiis,num. 126. fol. mihi 54. Et dixi latius in pri par. in tit. de delict. & pœn.q 18. num.22.& feqq.

31 Dolus in omittendo dicitur dolus prçfumptus,& non verus. Alex conf. 103. videtur prima confideratione, col. antepen. verf. nam differentia eft,lib. 1. prout illum refert Decian par. 1. lib. 1. cap. 4. num 14. verf. alii tamē, Vide tamen Surd decif. Mantuan. 216. num. 5 vbi dixit, q licèt regulariter dolus in omittendo non dicatur dolus verus, quandoq; tñ etiā in omittendo dolus verus cadere poteft,per l.fi ex caufa.§ fi incommiffum.ff. de minor.cum aliis ibi per eum allegat. Et vide etiam omnino Seraphin. de priuileg.iuram.priuileg.31.nu.30. & feqq.vbi multa p. & contra adducit ad hoc propofitum, an fcilicet dolus in omittendo dicatur verus,vel prçfumptus, & an etiam fit minor,& non tàm grauis, ficut eft dolus in cōmittendo, de quo etiam aliquid dixi in titu.de delict.d.q.18.num.22 & feqq.

32 QVINTA diftinctio eft, quòd dolus alius maior,alius minor,quia maior dolus datur in vno cafu, quàm in alio. Bald. in l.pignus C.de pignorat.actio. prout illum refert,& fequitur Capr. concluf. 78. nu. 3. fed in libro meo eo loci,Bald. hoc dicentem minimè inueni, fed benè hoc dixit in l. quæ fortuitis,num.6. C. de pignorat. actio.Vbi aliqua ponit exempla maioris,& minoris doli.

33 SEXTA diftinctio eft, quòd dolus alius eft ex propofito, alius autem re ipfa,vt per Decian. in fuis tractat. crimin.par.1.lib.1.cap.4.num.11.verf.quę tamen omnia, & cap.5.num. 13.

34 Dolus ex propofito quid fit, iam declaraui fupra num. 1. Dolus autem re ipfa,eft ille, qui ex enormiffima læfione prçfumitur, vt pariter dixi infra in feq. quæft. num. 140, hic non repeto: Solùm dico, quòd dolus re ipfa, ille fcilicet,qui ex enormiffima læfione refultat (licet præfumptus dicatur) propriè tamen dolus eft, veroquè dolo, ac etiam dolo ex propofito, quoad refciffionem contractus æquipatatur,vt per Curt. iun. in rub.C.de eden.num.26. & in cōfil.141. num. 6. & conf. 53. num. 10. & feq. Cagnol. in l. omnis diffinitio,num. 41. ff.de reg. iur.& in l. 2.num.79. C.de refcind. vend. Cœphal. conf. 34 num. 27. & feqq. & conf. 62. num. 24. & feqq. & conf. 142. num. 33. & feqq.

seqq.lib.1.Virg.Boccac.in constit.March.glo.8.num.286 & 189.Brunor.à Sole in suo compend.iur.vers.dolus, præsumptus,& dixi latius in quæst.ciuilibus,in materia læsionis enormissimæ,vbi propriè videtur locus huius materię.

Et hæc de dolo sufficiant.

35 QVÆRO IV. quid,& quotuplex sit fraus,& vndè dicatur. Dic plures afferri per Doctores deffinitiones. Nam Bal.in l.fraus,in prima lectura,nu.3.ff.de legib. per tex.in l. Sulpitius.ff.de donat.inter vir.& vxor.dicit,quòd fraus est de *permisso ad prohibitum tendens occasio*.Sed secundum Decian.in suis tract.crimin.par.1.lib.1. cap.5. rubr.de fraud. nu.1.melius,ac proprius dixit,quòd fraus sit *actus malitiosus tendens de permisso ad prohibitum*. Non enim, teste Baldo,in ca.1.§.beneficium,in tit.si de feud.fuer.controu.inter Dom.& agnat.& Io.Monac.in cap.auaritiæ, num.4.& seq. de elect.in 6.fieri potest fraus de permisso ad permissum,neque de prohibito ad prohibitum, sed tantũ de permisso ad prohibitum,prout est,quando permissum agi simulatur,& tamē verè agitur prohibitum. Alio modo Bal. in l.quæ fortuitis, col.2.vers. præmitte ad euidentiam,C. de pignorat.actio.dixit fraudem propriè esse, *quando simulatione quadam fides fallitur*. Quare teste eodem Decian. d. cap.5.num.4.concludendum est,in summa fraudem esse *deceptionem,qua aliquem circumuenimus*.Vel(vt inquit Abb. in cons.68.col.1. & probauit Dec.in l. generaliter,num.1. ff. de reg.iur.) fraus est tacere exprimenda, vel exprimere falso tacenda ad sui commodum, & alterius deceptionem.

36 Et hinc fraudem à ferrendo dictam dici potest, quasi quòd per eam alteri deceptio, vel damnum inferratur, prout hęc omnia benè deducuntur per Decia. in loco pręcitato,& ante eum Virgil. Boccacc. in constit. Picęn. glo. 9.num. 4.

37 Et sicut dixi supra dolum alium esse bonum, alium autem malum: Sic & fraudem aliam bonam, & aliam malã dixit,& benè probauit idem Decian. d. cap. 5.num. 14.& seqq. Vbi etiam ponit plures casus, in quibus fraus dicitur bona,& licita.

38 Fraudem autem malam quandoquè committi de tempore ad tempus, quandoquè de nomine ad nomen,quãdoq;de persona ad personam, quandoquè de loco ad locum, quandoquè de re ad rem, & quandoquè de contractu ad contractum,dixit idem Boccac.d.gloss.9. num.4.& sit hęc fraus.

39 QVÆRO V. an fraus,& dolus idem sint, & in quo differant inter se. Dicas, quòd licet ista verba dolus, & fraus sepè in iure à Doctoribus confundantur,& pro vna, eademquè re accipiantur, secundum Bar. in l. quod Nerua,num. 1.ff.depos.Fely. in cap. si autem,num. 1. vers. licèt istis vocabulis plerumque abutamur, extra de rescri. Tiraq. de retract. lignag §. 26. glo. 1. num. 33. vbi ita dicit communiter teneri per glo. Bart. Ang.& communiter omnes in l. iurisgentium §.sed si fraudandi.ff.de pact. Decian. par.1.lib.1.cap.5.num.12. Vbi hanc conclusionem dicit probari in d.l.quòd Nerua.ff.depos.& in l.impuberibus.§.1. ff.de susp.tutor.

40 Differunt tamen in multis, quę per te videre poteris apud Bal. in l. quæ fortuitis, num. 5. C. de pignorat. actio. Fely.in c.si autem,nu.1.de rescript. Dec. & alios in l. fraudis interpretatio.ff.de reg.iur. Alciat.in l. aliud est fraus.ff. de verb. signif.Menoch. de præsumpt. lib. 5. pręsumpt. 3. num.4. Decia.d. cap.5. num. 10. & seqq. vsque ad num. 14. Vbi exactissimè omnes differẽtias inter dolum, & fraudem explicat,& ante eum aliqua posuit Virg. Boccac. in constit. Picęn. d.glo.9.sub num.4.

41 Et in materia scias, quòd fraus inest dolo l. iurisgentium.§. sed & si fraudandi, in fine .ff.de pact. quòd omnes interpretãtur,sicut species generi, & ideò omnis fraus est dolus,sed non è contra,cum latior sit doli significatio,quã fraudis,probantur hæc per Bart. in l. quòd Nerua, num. 1. ff. depos.Tiraq. de retract. lignag. §. 26.glo.1.num.33.versic.quamquàm alii &c. allegat inter alios Doctor. in d.l.iurisgentium.§.sed etsi fraudandi.ff.de pact. & in l.2. C.de in lit. iuran.& Alber. in l.fraudis.ff. de regul. iur. Decian. par. 1. lib.1. cap. 5. num. 10. vers. sed Vlpianus, &c. Vbi propterea reprobat glo. in c. 1. 81. distin. verbo *fraus*, dicentem,quòd omnis dolus fraus est, sed non è contra. Menoch. de præsumpt. lib. 5. pręsumpt. 3.num. 3. Vbi testatur de receptiori opinione.

42 Differt quoque fraus à simulatione, quia simulatio semper est, cum id,quod agimus,non verè agere intendimus, fraus autem esse potest etiam cum intentione id, quòd fit, agendi, sed cum deceptione alterius, secundum Decian. qui hanc differentiam à Doctoribus receptã testatur par. 1 lib.1.cap.5.rubr.de fraud. nu.21.

43 Item differt fraus à fallacia calliditate,machinatione,& impostura, secundum Decian. d. cap. 5. num. 20. Quia scilicet fallacia,calliditas, machinatio, & impostura omnes sint species ipsius fraudis. Quamuis fraus possit quoquè fallacia,calliditas,machinatio, & impostura nominari, sed secundum Alciat. in d. l.aliud est fraus. ff. de verb. signif. fallacia loquendo committitur, calliditas autem tacendo, ex glo. in l. iurisgentium. §. dolo, in verbo *calliditate*, ff. de pact. Machinatio, est præcogitata quædam ad fallendum inuentio, impostura autem est ipsa deceptio. De calliditate loquitur text. in l.1. ff si quis omissã causa testam.& in l.1.C. vt omnes tam ciuil. quam crim. De fallacia loquitur tex. in l. 1. §. 2.ff.de edil. edict. De impostura loquitur tex. in l. ob quæ vitia.§.1.ff. eod. & in l.3.§. item si quis.ff.de crim. stellionat. Et de machinatione loquitur text. in l.vltima.§.sed quia quædam. C.de iur.deliberan.& in l. si falsos. C.de fals.& in procem. ff.orum in fi. prout hæc omnia benè explicat Decian. dict.cap. 5.num. 20.

44 Et pro complemento significationis huius verbi, fraudis, scias, quòd fraus quandoquè accipitur in iure pro delicto, secundum Accurs.in l. aliud est fraus. ff. de verbor. signif.& Accursij interpretationem tãquàm communem à contradictionibus Connani defendit Decian.dicto cap. 5.num. 8.

45 Quandoquè etiam fraus pro pœna accipitur, vt in l. cũ autem.§.excipitur.ff.de edil. edict. & in l. nec magistratibus.ff.de iniur. & in l.sed etsi per prętorem.§.hęc clausula. ff. ex quibus cau. maio. & in l. qui accusare. ff.de accusar. & adnotauit idem Decian. d. cap. 5. eodem nu. 8. in prin. & in fine.

46 Quandoque pro damno, seù periculo ad text. in l.si longius,in fine,ff.de iudic. & in l. filius familias. §. diui, il 2. vers. quòd si liber ff.de legat.1.& in l.1.in princ.ff.ad l. falcid.& in l.inter eos §.vltimo.ff.ex quib.cau. maior. & in l. 2.C.de sponsal. & voluit Alciat. in d.l. aliud est fraus.ff.de verbor. signif. quem pariter ab impugnationibus Connani defendit Decian.d.cap.5.num.9.

47 Et demùm quòd quandoquè fraus in iure pro iniuria accipiatur, probat tex.in l. accusatione,in fin. ff. ad Turpillian.prout benè aduertit Decian.d.c.5.nu.9.

Et hæc de fraude dicta sufficiant.

48 QVÆRO VI. quid sit culpa in genere. Dic, quòd est *deuiatio ab eo,quòd bonum est, quòd diligentia hominis potuit prauideri*. Ita Bart. reprobata alia diffinitione Petri, in l.quòd Nerua, num.6.& 7.ff. depos.quem sequuti sunt Imol. & Florian. in locis relatis per Capram conclus.78. num.5.

49 Sed vide Decian.par.1.lib.1.cap.6.num.1.& nu.4.Vbi culpam in genere considerat duplici modo. Vno modo quatenus dolum in se continet, prout dixi supra num. 3. Alio modo quatenus est diuersa, & separata à dolo, & illi opposita,vt dixi infra nu.87. In primo modo considerata culpa in genere Decia. ibi refert diffinitionem Diui Thomæ dicentis, culpam in genere esse *voluntariam declinationem à bono,eamq;uel ex malitia,vel ex negligentia procedentem*. In secundo autem modo, quatenus culpa separata à dolo,& ab ea diuersa consideretur, prout eam in sua diffinitione considerauit, vbi supra, dixit eam esse *excessum, siue peccatum per imprudentiam admissum in alicuius damnum, quòd tamen per prudentem, si aduertisset, euitari potuisset*.

50 Alias videas diffinitiones per Salycet.in l.si nulla, num, 7.C.

7.C. de pignorat.actio. Vbi considerando culpam in genere generalissimo, quatenus scilicet etiam dolum comprehēdat, eam duobus modis diffiniri posse affirmat. Vno modo quòd sit *quædam deuiatio ab eo, quòd quis ex recto dictamine rationis facere debet ex proposito procedens, vel sine*. Alio autem modo sic, *Culpa est imprudenter omittere, vel facere ex proposito id, quod omitti, vel fieri non debuit*.

51 Plura exempla culpæ in genere ponuntur ex Firma. in repertor. in verbo culpa, per totum. Menoch. de præsumpt.lib.5.præs.3.nu. 128.& seqq. plurib.

52 Et plura alia exempla non existentis culpæ ponūtur per Bal.in l.quæ fortuitis,nu.26.C.de pignorat.actio.

53 QVÆRO VII. quotuplex sit culpa,& quot sint species culpæ, In hoc plures à Doctoribus afferuntur distinctiones,quarum prima est,quòd culpa triplex sit; lata scilicet,leuis,& leuissima, secundum glo. in §.prętereà,in verbo *debet*, instit. quib. mod. re. contrah. oblig.& in l. si,vt certo, §. nunc videndum, in verbo, *culpa*, ff. commod. & in l. contractus. ff. de reg.iur. & hæc distinctio communiter est approbata à glossatoribus, teste Bart.(licèt eā ipse non sequatur) in l. quòd Nerua,num.8.ff.depos. Saly. in l.1.num. 5.ad med. vers. ideò pro ista materia lucidanda. C.de Sicar.& in l. si nulla, num. 2. vers. Nam culpa,& num.6. vers. culpa autem,iuncto,num. 14. de pignorat. actio. Vbi etiam dixit, quòd licèt posset addi quarta species, videlicet leuioris culpæ,leges tamen de ea non dispo suerunt, nec curarunt,cum non, nisi de leui,aut leuissima mentionem fecerint: De leuiori autem nunquàm. Anch. in cap.2.num.1. in fine de constitut.Capra conclus.78.nu. 1. Vbi alios refert,& num.6. Vbi quòd in hoc concordāt communiter glo. Marian.in spec.par.4.in princ. num.59. vers. pro veritate tamen.Menoch. de præsumpt.lib.5.præsumpt. 3. num. 124. Decian. lib.1. cap. 6. rubr.de culpa, num.7. & seqq. Vbi hanc diuisionem aptiorem credit, eamquè ab impugnationibus Bart.in l. quod Nerua. ff. depos. benè defendit. Quamuis per distinctionem prędict. potius culpæ gradus,quam illius speciei explicari affirmet, & demonstret ibidem, num. 8.

54 Alij, quos referendo sequutus videtur Bart. in l. quòd Nerua,num.8. in fine, vers. alij moderni.ff.depos.dixerūt quinque culparum species,latissimam scilicet, latiorem,latam,leuem,& leuissimam,& Bart. sic distinguentem retulerunt Salyc. in l.si nulla,nu. 4.in princ. iuncto, num.5. & 6.C. de pigno. actio. Capra. d.concl. 78. num. 7. Blanch. in pract. §. visis inditiis,num.135. fol. mihi 55. à tergo, & hanc Bar. distinctionem, omnes post eum sequutos fuisse vsque ad sua tempora testatur Decian. (licet vt mox eum referam,ipse eum non sequatur)in suis tractat.crimin.lib. 1. cap. 6.num. 7. & num. 25. vers. & hæc sunt, Vbi subdit hanc Bart. distinctionem non inutilem:quamuis à Doctoribus,non nisi tres culpæ gradus, & non quinq; considerati fuerint.

55 Hanc Bart. distinctionem reprobarunt Igne. Zas. Alciat.Connan.Duaren.& Corras.in locis relatis per Decia. qui & hos sequitur,& pluribus eam impugnat. d.lib.1. eodem c.6. nu.7.& seqq.

56 Bald. autem in l. quæ fortuitis,num.7. C. de pignorat. actio. dixit quatuor species culpę,latiorem scilicet,latam, leuem,& leuissimam.

57 Vtcunquè sit,prosequendo Bart. distinctionem, & eius membra pro generali cognitione omnium terminorum, quos in materia tradunt Doctores,dic culpam latissimam esse idem,quòd dolus verus,& manifestus,secundum Bartol.in l.quòd Nerua, num. 10. & 11. ff. depos. Salyc.in l.Si nulla,num. 4. vers. latissimam dicunt,& num.7. in fine. C.de pignor. actio.Imol. in cap.2.col.6. in princ.num.12. ad finem,vers. & aduerte etiam,de constit.Capra conclus. 78. num.8. & num.30. Blanch.in pract. §.visis inditiis,nu. 135.fol.55.à tergo,& nu.143.fol.58.

58 Quamuis,quòd immò culpa latissima sit idem,quòd dolus præsumptus voluerit Ant. de Butr. in cap.2.nu.9.vers. dic in talibus, ext. de constitut.

59 Ideò culpæ latissimæ diffinitio secundum Salycet.in l.si nulla,num.7.in fine.C.de pignor.action. est hæc; Culpa scilicet *procedens ex calliditate, fallacia, vel machinatione, ad circumuenendum, decipiendumquè alterum adhibita ex veris inditijs cognita*.

Et hæc de culpa lata dicta sufficiant.

60 Culpam verò latiorem dic esse idem, quod dolus, seu fraus præsumpta. Barr. in d.l. quòd Nerua, ante num. 1. vers. latior culpa est, & num.1.vers. ergò manifestè concludo,& num. 4.vers. ad contrarium.ff. depos. Salycet.in l.si nulla,num.4. vers. latiorem culpam,& num.7.versic. latior verò culpa. C.de pignorat. actio. Bald.in l. quæ fortuitis,sub num.8. C. eod.Imol.in c. 2. num.6. in princ. n. 12. vers. & aduerte etiam de constitut. Firma. in reperto. verbo *culpa lata*, vers. 6. Blanch. in pract. §. visis inditiis, num.125. fol. mihi 54. & nu.135. f. 55.à tergo.Capr.conclus.78.nu.12.& num.30.

61 Hinc dixit Salycet.in l.si nulla,num.7. vers. latior verò culpa.C.de pignorat. act. latiorem culpam esse *culpam procedentem ex calliditate, fallacia, vel machinatione ad circumueniendum, decipiendumquè alterum adhibitam ex præsumptionibus legitimis cognitam*.

62 Verum hæc diffinitio impugnari potest ex ratione, quā ponit Bal.in l.quæ fortuitis,sub num.8.C.de pignorat.act. dum dixit diffinitionem Iacobi de Beluiso sibi nō placere eo,quia in ea dicitur, *culpam latiorem esse fallaciam, &c.* & sic ponit præcisè dolum in diffinitione culpæ, quòd sibi non placet, & in hoc, an latior culpa sit dolus,necne d.numer.8. & 9. in discursu multa dicit,& tandem concludit, quòd latior culpa est dolus secundum interpretationem; secundum autem veritatem non est dolus,sed est quid medium inter latam culpam,& dolum,& de vtroque participat,vt ibi per eum.

63 Culpæ latioris aliam diffinitionem, seù descriptionem tradunt Doctor. dum dicunt esse, *adhibere in rebus alienis minorem curam, quàm in suis*, secundum Alciat. in l. culpæ latæ,num. 3. vers. dicitur autem.ff.de verbor. signif. Bal. in l. quòd Nerua,in princ.ff.depos. Vbi etiam,& hanc culpam latam vocat,& ita etiam eam latam credidit, Firma. in reperto.in verbo *culpa leuis*, vers. 4. & seq. post Bartol. quem allegat in l. socius.ff.pro soc. Addo eundem Bal. in l. quæ fortuitis, sub num.8. vers. tu dic. C.de pignor. actio vbi propterea dixit latiorem culpam esse, *considerationem in suis inconsiderationem in commissis*.

64 Verùm an, & quando verum sit, quòd quis dicatur esse in latiori culpa,quando in rebus alienis minorem curam adhibet,quàm in suis. Vide Bar. in d. l. quòd Nerua, post nu.1.& nu.16.vers.lata culpa est.

65 Et licèt culpa latior non sit idem,quòd lata, & differant inter se,tanquam excedens,& excessum,sicut relatis, & reprobatis contrariis refert Bal.in l. quæ fortuitis, num. 7. C.de pignorat. actio.

66 Quandoq; tamen culpa lata appellatur latior,& sic comparatiuum stat pro positiuo,vt in l.quòd Nerua .ff. depos. & in l. liber homo.§.1. ff. de acquiren. ter. domin. Alciat. in l. magna,post num.3.ff.de verb. signif. Decian. in suis tract. crim. lib. 1.cap.6.nu.9.vers. accedat.

Et hæc de latiori culpa dixisse iuuet.

67 Culpa autem lata est *deuiatio in circumspecta ab ea diligētia, quam communiter habent homines, qui sunt eiusdem professionis, & conditionis*. Hanc diffinitionem relatis,& reprobatis aliis antiquorum diffinitionibus,posuit, & comprobauit Bart. in l. quod Nerua,num. 17. vers. lata culpa est, & num. 18. ff. depos. & Bart. sequuti sunt Salycet. in l. si nulla, num. 8. C.de pignorat. actio. (Vbi tamen, & alias antiquorum diffinitiones ab impugnantibus. Bart. benè etiam defendi posse demonstrat) Bal. in l. quæ fortuitis, num.10. vers. sed Bart. hic &c.C.eod.Capra concl.78. nu. 16. Alias diffinitiones culpæ latæ videas per Salycet. in l.si nulla,num.12. C. de pign. act. & per Bald. in l.quæ fortuitis,num. 10. vers. venio ad latam culpam.C.eod. & per Capram d.concl.78.num.18.

68 Culpam latam aliam ex versutia, aliam autem ex ignauia prouenire voluit, & benè exemplificauit Cagnol. in l.contractus,num.6.& 7. ff. de reg. iur. Similem distinctionem adhibuit Placha in epith. delict. cap. 26.num. 4. vers.

vers. si quidem negligentia, fol. mihi 439. in fine, vbi dixit, Negligentiam aliam esse, quæ culpæ latæ adscribitur, nō autem dolo, l. idem iuris, in princ. ff. ad l. Aquil. aliam autem, quæ malitiæ accedit.

69 Et hæc distinctio fuit Zasij, prout illum refert, & non solum non sequitur, sed pluribus, & latissimè eam improbat, & respondet Zasij fundamentis, Decian. in suis tractat. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 17. 18. & 19. concludens eam latam culpam, quam ex versutia prouenire dixit Zasius, non culpam latam, sed propriè dolum esse. Et non nisi vnicum latę culpæ gradum affirmat, quando scilicet in ea dolum versutiam, & calliditatem interuenisse certi non sumus. Et propterea eam dolo proximam, non autem propriè dolum iure nuncuparunt. Quòd si certè constat versutiam, ac animi affectationem interuenisse. Tunc non lata culpa, neque dolo proxima, sed ipse dolus dicitur propriè, vt ibi per eum. Nec dissentit Couaruu. in epithom. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 21. vers. nec obstant. Vbi dixit, latam culpam, quam Zasius dixit est versutia prouenire, habere in se dolum admixtum.

70 Benè verum est, quòd culpa lata semper magnam negligentiam præsupponit. Et hinc est, quòd iura quandoquè latam culpam, nominant, *magnam negligentiam*, quandoq; *nimiam negligentiam*, quandoque *latam negligentiam*, quandoq; *dissolutam negligentiam*, & quandoquè *manifestam negligentiam*, ac etiam quandoquè *crassam negligentiam*, adeo quòd quando negligentia est magna, tunc ibidem inest etiam lata culpa, vt videre est in l. cedere diem, §. final. ff. de verb. oblig. in l. milites. ff. de custod. reor. in l. magna negligentia. ff. de verb. signif. & ibi in glo. in verbo *magna*, in l. 1. § is quoquè. ff. de act. & oblig. in l. si fideiussor ff. manda. in l. impuberibus. §. 1. ff. de suspect. tut. & in l. tutor, qui repertorium. §. competit. ff. de administrat. tutor. & in l. magistratus. ff. de administrat. rer. ad ciuit. pertinen. & in l. nomina. C. de arbitr. tut. Marant. in spec. par. 4. in princ. num. 68. in fine. Blanch. in pract. §. visis inditiis, num. 136. fol. 55. in fine. Decia. lib. 1. cap. 6. num. 11. par. 1. vbi benè ad id omnia prædicta iura ponderat, & inducit, dicitque amplius latam culpam, quādoquè *stultitiam, & imprudentiam* nominari, vt in l. si per imprudentiam. ff. de euict. quandoquè, *supinam ignorantiam, & nimiam securitatem*, vt in l. nec supinam. ff. de iur. & fact. ignoran.

71 Culpæ latæ plura exempla videas per Bald. in l. quæ fortuitis, num. 10. post med. C. de pignorat. actio. Salyc. in l. si nulla, num. 17. C. eod. Firma. in repertorio verbo, *culpa lata*, vers. primo, & omnibus seqq. in discursu. Capra conclus. 78. num. 18.

72 Et inter alia exempla illud communiter affertur per Doctores, quando scilicet quis ignorat, & non intelligit id, quod omnes homines sciunt, & intelligunt, prout est tex. in l. latè, & ibi glo. ponit exempla ff. de verb. signif. & in l. reg. §. sed facti ff. de iur. & fact. ignorant. Bart. in l. quòd Nerua, post num. 6. & num. 16. ff. depos. glo. in §. præterea, in verbo debet, vers. aliud, &c. instit. quib. mod. re contrahen. oblig. Bald. in l. quæ fortuitis, sub num. 7. in princ. C. de pignorat. act. Fely. in cap. 2. colum. 2. nu. 3. ad finem, vers. & dicitur lata culpa, extr. de constit. & ibi etiā Dec. num. 14. in prima lect. Mant. num. 38. in fine, prin. Firm. in repertorio, verbo *culpa lata*, num. 12. Blanch. in pract. §. visis inditiis, n. 136. fol. 55. in fin. Capra concl. 78. n. 15.

73 Vbi declarat hoc intelligendum de omnibus hominibus *sana mentis*, non de aliis, & num. 16. vers. vnde vulgariter.

74 Vbi pariter declarat idem esse de maiori parte hominū, prout & ante eum post glo. in loco per eum relato declarauit Salyc. in l. si nulla, num. 8. C. de pignor. actio. & Bal. in l. quæ fortuitis, num. 10. ante finem. C. eo. Decian. lib. 1. cap. 6. num. 10. vbi ab impugnationibus Bart. defendit hāc conclusionem, & probat eam esse bonam culpæ latæ diffinitionem, prout & ante Decian. eam defendit Salyc. in l. si nulla, nu. 8. C. de pignorat. act.

75 Hoc vnum scias in materia latæ culpæ, quòd quamuis culpa latior dicatur dolus præsumptus, vt dixi supra num. 60. lata tamen culpa non potest dici præsumptus dolus, secundum Bart. in l. quòd Nerua, num. 3. ff. depos.

76 Vbi quòd ita omnes tenent, & num. 4. vers. ad contrarium. Salyc. in l. si nulla, num. 4. vers. latam culpam. C. de pignorat. actio. Capr. concl. 78. num. 31. Firma. in repertorio, verbo *culpa lata*, num. 6. Quamuis contrarium, quòd immò culpa lata sit dolus præsumptus voluerit Alciat. in l. magna, per illum text. nu. 3. ff. de verb. signif. Et hæc de lata culpa; Veniamus modo ad leuem.

77 Culpa leuis quid sit, vide Bar. in l. quòd Nerua, num. 26. ff. depos. Vbi in primis refert, & reprobat tres antiquorū diffinitiones, & inter eas illam glo. in §. præterea. Instit. quibus mod. re contrah. obliga. deindè considerat tres casus, in quibus leuis culpa contingere potest. Primo in rebus prorsus alienis, secundo in rebus communibus incidenter, tertio in rebus communibus ex cōuentione, & in singulo casu suam accommodat diffinitionem, in rebus prorsus alienis dicit, leuem culpam *esse deuiationem incircunspectam ab ea diligentia, quam adhibent homines diligentes eiusdem conditionis, & professionis*. In rebus autem communibus incidenter dixit, leuem culpam *esse deuiationem incircunspectam ab ea diligentia, quam ipse deuians tunc temporis adhibere solebat, quando contrahebat*. seù ante contractum, & Bar. dicta referendo sequuti sunt Salyc. et in l. si nulla, numer. 10. vers. quarto principaliter quæro. C. de pignorat. act. Bal. in l. quæ fortuitis, num. 12. C. eod. Capr. concl. 78. num. 22. & seqq.

78 Aliam diffinitionem leuis culpæ videas per Salyc. in l. si nulla, nu. 13. C. de pignorat. act.

79 Et hinc leuem culpam *esse facere, vel non facere id, quòd diligens pater familias faceret, vel omitteret in rebus suis*, probat tex. in l. 1. §. is quoquè. ff. de act. & oblig. & in l. quod Nerua. ff. depos. & in l. hæredes. §. non tantum ff. famil. ercisc. & in l. cum res. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. mulier. §. sed enim. ff. ad Trebell. & in l. tutori. C. de negot. gest. & in l. quicquid. C. de arb. tut. Bal. in l. quæ fortuitis, num. 12. ante med. vers. vel dic. C. de pignorat. act. Alciat. in l. latæ culpæ, num. 5. in fine. vers. aut leuis culpa. ff. de verb. sign. Cagnol. in l. contractus, num. 31. ff. de reg. iur. Firman. in repertorio, verbo, *culpa leuis*, num. 6. Blanch. in pract. §. visis inditiis, num. 151. Capra post alios, quos allegat antiquiores, concl. 78. num. 25. Decian. in suis tractat. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 20. vbi prædicta omnia iura allegat. Et sic benè culpam leuem diffiniri posse affirmat Monoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. nu. 132.

80 Et plura exempla leuis culpæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus habentur per Salyc. in l. si nulla, num. 18. C. de pignorat. act. & per Bal. in l. quæ fortuitis, num. 12. vers. sic. & pone exemplum. C. eod. Firman. in repertorio, verbo *culpa leuis*, num. 1. & seqq. per tot. in discursu. Blāch. in practic. § visis inditiis. num. 151. fol. 60.

81 Differt autem culpa leuis a lata vt benè declarat Capra d. conclus. 78. num. 26.

Et hęc pauca de leui culpa dicta sufficiant.

82 Culpa autē leuissima quid sit, vide Bart. in l. quòd Nerua, nu. 27. ff. depos. Vbi relata diffinitione glo. in §. pen. Instit. quibus mod. re contrah. oblig. & aliorum antiquorū dixit, leuissimam culpam *esse deuiationem incircunspectam ab ea diligentia, quam habent homines diligentes, & diligentissimi eiusdem conditionis, & professionis*. Et hanc Bart. diffinitionem retulit Salyc. in l. si nulla, num. 11. C. de pignorat. act. Nec ab ea dissentire videtur Bal. in l. quę fortuitis, nu. 13. C. eod.

83 Et hinc culpam leuissimam esse *imprudenter, & sine proposito facere, vel omittere ea, quæ non faceret, vel omitteret diligentissimus paterfamilias*, probat text. in l. 1. §. is quoquè, ibi, *exactissimam diligentiam præstat*. ff. de act. & obli. hæredes, §. non tamen. ff. fam. ercisc. §. fin. instit. pro soc. ibi, *culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est* & in l. socius socio ff. pro soc. & in l. custodiam. ff. de peric. & cōm. rei vend. l. in rebus, in princ. ff. commod. & l. si merces. § penult. ff. loca. Salyc. in l. si nulla, num. 15. C. de pignorat. act. Capra concl. 78. num. 27. Decian. in suis trac. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 23. vbi dicit sic culpam leuissi-

leuissimam diffiniri posse.

84 Alia exempla culpæ leuissimæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus habentur per Salyc. in l. si nulla, num. 18. in fine. C. de pignorat. act. Firman. in repertorio, verbo, *culpa leuissima*, num. 1. & seqq. per totum in discursu. Blanc. in pract. §. visis inditiis, num. 152. fol. mihi 60. in fi. Capr. concl. 78. num. 27.

85 Et hæc leuissima culpa in iure sub diuersis nominibus significatur. Nam vt plurimum sub nomine diligentiæ designatur, vt in l. cum res §. culpa ff. de legat. 1. & in l. si vt certo. §. cōmodatum. ff. commod. & in l. in rebus. ff. de iur. dot. & in l. magistratus. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent. Quandoq; etiam sub nomine custodiæ significatur, vt in l. 1. §. sæpè. ff. depos. & in l. cum venderet. §. final. ff. de pignorat. actio. & in l. sicut certo. §. custodiam. ff. commod. Quæ iura, & alia pleraque in id allegantur, & adducuntur per Decian. in suis tracta. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 24. & 25. Vbi amplius subdit, quòd quamuis vox ista, *leuissima culpa*, sit communiter à legum interpretibus recepta; apud Iurisconsultos tamen in Pandectis vix semel reperitur, nempè in l. 2. ff. ad l. Aquil. frequentiùs enim sub nomine *diligentia*, *custodia*, aliisvè circumscriptionibus significatur, vt supra.

86 Et demum, vt huius primæ distinctionis materiā perficiamus, faciamus generalem conclusionem, quòd An culpa sit lata, leuis, vel leuissima, Iudicis arbitrio remissum est. Sic enim mihi probat tex. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. ibi, *Hęc enim Iudex existimat*, & in l. semper aduersus, & §. culpam. ff. quòd vi, aut clam, ibi, *qua tamen culpa arbitrio Iudicis æstimanda erit*. Capra conclus. 78. nu. 29. Decian. in suis tractat. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 25. ad finem. Vbi reddit rationem, quia scilicet culpa in hominum actibus non potest certis terminis circumscribi, & diffiniri, cum plura sint negotia, quàm vocabula, l. natura. ff. de præscrip. verb. Et quo culpa proximior dolo est, vel ab eo remotior, eo grauius, vel mitius punitur. Hoc ideò, & cum hoc sit potius facti, quàm iuris, id totum Iudicis arbitrio remissum est per præallegata.

87 SECVNDA distinctio culpæ est, quia alia dolum comprehendit, quando sic in genere consideratur, prout dixi supra num. 3. alia autem, quæ à dolo separata, & diuersa est, & quę dolo, tanquàm quid diuersum, opponitur. Ita colligo ex trad. per Salyc. in l. si nulla, num. 2. & seqq. Et præsertim d. num. 2. & num. 3. in princ. vsque ad vers. in oppositum, &c. & num. 4. vers. sed contra, & vers. tamen de iuris intellectu. C. de pignorat. act. Nec dissentit Decian. qui benè hanc materiam declarat in suis tract. crim. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 1. & seqq. vsque ad num. 7. Vbi etiam, num. 4. ponit differentiam inter dolum, & culpam sic, vt s. consideratam, tanquàm dolo oppositam, quia scilicet dolus tribuitur malitiæ: Culpa autem imprudentiæ: Item dolus sceleratæ, & flagitiosæ menti; Culpa autem imprudenti, & stolidæ menti tribuitur; Item dolus est voluntatis vitium: Culpa autem intellectus, & memoriæ, vt in l. si filius familias. §. fin. de iudic. Dolus enim animum intellectu constantem, certum, ac sibi optimè conscium, & ad nocendum paratum præsupponit, lata autem culpa animum simpliciter negligentem, dissolutum, ac imprudentem nulla pręcedente nocendi intentione, indicat vt per eundem Decian. d. c. 6. num. 16. & quòd leges hāc culpam, tanquàm quid diuersum à dolo, & illi oppositum considerauerint, probatur in l. contractus. ff. de reg. iur. in l. si vt certo. §. nunc videndum ff. commod. in l. 1. §. si conueniat, & seq. & §. sæpè. ff. depos. & in aliis plerisque iuribus adductis per Decian. vbi supra, num. 5. & seq. Vbi etiam nouiter infert, quòd obligatio, quæ descendit ex facto culposo, etiam quod illam criminis speciem in se habeat, non dicitur ex maleficio, sed ex quasi maleficio prouenire, vt in l. ex maleficijs. §. si iudex, & seq. ff. de act. & oblig. quem text. ad id benè inducit, & ponderat.

88 TERTIA distinctio culpæ ea est, quòd alia in committendo, alia autem in omittendo consistit, l. si seruum Sticum, in prin. ff. de verb. oblig. Salyc. in l. nulla, num. 11. in fine, vers. & loquor. C. de pignorat. act. & ibidem num. 12. & seqq. vbi etiam ponit diffinitiones vtriusque culpæ, scilicet in committendo, & in omittendo, siue sit lata, siue leuis, siue etiam leuissima. Decian. par. 1. lib. 1. c. 6. num. 3. Vbi admonet corruptam esse communem scripturam d. l. si seruum.

89 Culpa in omittendo minor est, quam in committendo, secundum Paul. de Castr. in l. 1. num. 9. vers. & maior est culpa. ff. de legib. latè prosequitur Tiraq. de pœn. temper. caus. 44. per totam. Et præsertim num. 31. & seqq. cuius dicta hic repetere superfluum putaui. Roland. cons. 64. num. 4. & seq. lib. 3. dixi in prima parte tit. de delict. q. 18. num. 22. & seqq.

90 Et facit, quòd voluit Bart. in l. quòd Nerua, num. 29. ff. depos. dum dixit culpam leuem, seu leuissimam in faciēdo æquiparari culpæ latæ in omittendo, sequitur Dec. in l. contractus, num. 7. ff. de regu. iur. Tiraq. d. caus. 44. nume. 32.

91 QVÆRO VIII. culpæ appellatione, quænam culpa veniat. Regula sit, quòd in dubio appellatione culpę venit culpa leuis, text. est in l. contractus. ff. de reg. iur. prout illum sic ad id allegat Fulgos. in l. in actionibus, nu. 14. ff. de in lit. iuran. glo. in §. præterea, in verbo culpæ, instit. quib. mod. re contrah. oblig. facit etiam text. in l. 1. §. is, quoquè, il 2. ff. de actio. & oblig. & in l. impuberibus, §. 1. ff. de suspec. tut. & in l. nomina. C. arb. tut. & in l. 1. C. de hæret. tutor. & in l. 1. C. de susp. tut. Dec. in d. l. contractus, num. 25. & ibi in additt. littera A, Cagnol. ibidem num. 12. & 28. Alciat. in l. culpę latæ, num. 2. vers. solent tamen. ff. de verbor. signif. Vbi dicit culpam intelligi leuem, quando de culpa non præstanda iura loquuntur, & in l. magna, num. 1. ff. eod. Marant. in Spec. par. 4. in princip. num. 69. Menoch. de recuper. possess. remed. nu. 3. vbi testatur tenere omnes in l. quod te, & ibi præcipuè Dec. num. 27. Sadolet. num. 39. & Camill. Plaut. in glos. 3. num. 97. ff. si cert. pet. Decia. in suis tract. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 6. num. 21. Vbi ad id iura prædicta ponderat, & inducit.

92 AMPLIA I. huius viij. quæstionis propositam regulam, (& quidem illatiuè ex ea) vt propterea culpæ appellatione non veniat lata. Sic enim videtur de mente pręcitatorum Doctorum volentium culpæ appellatione leuem venire, & ob id tacitè sic negantium venire latam. Sed in specie hæc ampliatio probatur per tex. in l. quæsitum, §. eum quoquè. ff. de præcar. & in §. suspectus il 2. instit. de suspect. tut. quæ iura ad id benè inducit, & ponderat Decian. in suis tractat. criminal. par. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 22.

93 Sed quòd immò in dubio, quando fit mentio de culpa intelligatur, aut de leui, aut de lata, dixit Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. nu. 136. ex Bal. quem allegat in Auth. quod locum, num. 5. C. de collat. quem etiam refert Firman. in repertorio, verbo *culpa lata*, vers. fin.

94 Dic, quòd quando agitur de eo, qui tenetur de culpa, tunc sine dubio venit etiam lata, quia si tenetur de leui, ergo multo magis de lata, & sic tenetur de dolo, vt dixi infra, num. 98. ergo multo magis de lata, & isto modo intellecta hęc secunda opinio procedit, & est vera.

95 AMPLIA II. & pariter illatiuè ex regula, vt appellatione culpæ, nec etiam veniat leuissima, prout mihi benè probare videtur text. in §. fin. instit. pro soc. in illis verbis: *Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est*. quod & idem dicitur in l. socius socio. ff. pro soc. & expressè voluit Bal. in Auth. quòd locum, num. 6. C. de collat. quem sequutus est, Curt. iun. cons. 19. num. 6. Nec dissentit Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumption. 3. nume. 136.

96 Quamuis culpæ appellatione quandoq; venire etiam leuissimam probari videatur in d. l. quæsitum. §. eum quoquè, ff. de præcar. & in §. suspectus, il 2. instit. de susp. tut. quæ iura ad id benè inducit, & ponderat Decian. d. lib. 1. eod. c. 6. nu. 22.

97 AMPLIA III. vt multò magis culpæ appellatione veniat leuis tantum, non autem lata, seù dolus, quando in dispositione, in qua fit mentio culpæ, fuerit prius facta men-

mentio doli, tanquam culpæ oppositi, & ab ea diuersi secundum Decian. d. parr. 1. lib. 1. cap. 6. num. 22. vers. quæ quidem conclusio, ex Cæpoll. quem allegat in consil. 70. visa prius, num. 15. vers. & per consequens, & ante istos, fuit de mente Salyc. in l. si nulla, nu. 4. ad fin. C. de pignorat. act.

98 LIMITA I. eandem regulam huius octauæ quęstionis non procedere, quando lex, seù dispositio vult aliquē teneri de culpa, quia tunc multo magis tenetur de dolo. Et isto casu culpę appellatione venit dolus. Et sub culpæ nomine continetur, secundum Bart. in l. quòd Nerua, num. 9. & 10. ff. depos. Vbi infert ad eum, qui promisit omne damnum contingens culpa famuli, qui teneatur etiam de damno contingente dolo ipsius famuli, si puta, furtum fecerit, quod & idem voluere Alber. in l. si ex causa. §. non videndum, num. 3. ad fin. ff. de minor. Alexand. in l. etiam. §. licet dotalibus, num. 8. ff. sol. matr. Alciat. in l. latæ culpæ, num. 1. ff. de verbor. signif. Capra conclus. 78. num. 9. Decian. par. 1. lib. 1. cap. 6. nu. 1. & seq.

99 LIMITA II. in testibus, qui si deponant culpam interuenisse, cum non declarent, de qua culpa intellexerint, propter incertitudinem non probant. Alciat. in l. magna, num. 2. vers. idem in testibus. ff. de verb. signif. post Corn. quem allegat Dec. in l. contractus, num. 26. ff. de regu. iur. Cagnol. ibidem, num. 29.

100 LIMITA III. quando subiecta materia aliud suadet, quia tunc culpa intelligitur secundum materiam subiectam. Alciat. in l. magna, nu. 1. ff. de verb. signif. Dec. in d. l. contractus, nu. 25. ad fin. ff. de reg. iur. Cagno. ibidem nu. 12. & 28. Decian. vbi supra d. lib. 1. cap. 6. nu. 22. vers. quod si prius, vbi dixit, quòd quando subiecta materia id patiatur, tunc culpæ appellatione, venit etiam dolus, & lata culpa, vt per Bal. Alex. Ias. Dec. Curt. & Alciat. in locis ibi per eum allegatis.

ARGVMENTVM.

Dolus, fraus, & culpa an in dubio præsumatur.

SVMMARIVM.



Olus, & fraus à Doctoribus quandoquè confunduntur, & pro vna, & eadem re accipiuntur, num. 1.
Dolus in dubio non præsumitur, num. 2.
Ideò illum alleganti incumbit onus probandi, num. 3.
Fraus in dubio non præsumitur, nu. 4.
Ideò per allegantem probanda, & in specie, num. 5.
Error potius præsumitur, quam dolus, nu. 6.
Dolus, vt excludatur, omnis præsumptio capienda est. nu. 7.
Dolus, vt excludatur, omnis interpretatio facienda est, nu. 8.
Culpa præsumitur potius, quàm dolus. nu. 9.
Culpa in dubio non præsumitur, ideò per allegantem probanda est, nume. 10.
Culpa per allegantem probanda est, etiam quod consistat in omittendo, num. 11.
Culpa, quando probanda est, probari debet in specie nu. 12.
Culpa, vt præsumatur, omnis interpretatio facienda est. nu. 13.
Culpa præsumitur in ijs, quæ non solent committi sine ea, prout est incendium, furtum, & similia. nu. 14.
Culpa præsumitur ex qualitate facti. nu. 15.

QVÆST. LXXXIX. INSPECT. I.

PROSEQVENDO materiam primę causę propter quam Iudex delinquenti pœnam temperare debet nempè propter non existentiam doli. Necessarium mihi putaui proponere aliam quæstionem, An scilicet, ex quibus, & quando dolus, seù fraus præsumatur. & quomodo probetur, & vt illius clarior habeatur cognitio, materiam hanc in quatuor inspectiones diuidendam putaui: In quarum prima discutiam in genere, An in dubio culpa, dolus, & fraus præsumatur: In secunda discutiam, quomodo dolus, & fraus probetur: In tertia ponam in specie omnes præsumptiones exclusiuas doli: In quarta ponam è contra omnes doli, ac fraudis præsumptiones.

1 Præmittendo in primis, quòd licèt dolus, & fraus differant inter se in pluribus; quandoquè tamen à Doctoribus confunduntur in vocabulo, prout probaui in antecedenti quæstione, num. 39. & seqq. Et in specie in præsenti materia probationis, & præsumptionis doli, ac fraudis, pariter Doctores promiscuè loquuntur tàm de dolo, quàm de fraude. Igitur, quæ infra de dolo dixerim, de fraude etiā dicta dicantur, & è contra.

2 REGVLA sit in hac prima inspectione, quòd in dubio non præsumitur. Alber. in l. dolum sub num. 1. & 2. C. de dolo, vbi dixit hoc esse regulare. Quòd & ibidem voluerunt Fulgos. num. 1. in 2. notab. & Io. Sicar. num. 1. Fely. in cap. si autem, post num. 1. de rescript. Aym. consil. 8. num. 1. & cons. 319. nu. 1. Paris. cons. 49. num. 28. lib. 1. Grat. cons. 140. num. 15. lib. 2. Rolan. cons. 11. num. 45. lib. 3. Decian. cons. 32. num. 4. lib. 3. Mant. de coniect. lib. 2. tit. 7. num. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 1. & seqq. Vbi alios plures refert concordantes. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 14. & seqq. Hond. cons. 105. num. 19. & seq. Vbi quòd hoc maximè procedit in pœnalibus. Et ad hanc regulam faciunt, quæ dixi supra q. 85. num. 1. & seqq. Vbi pluribus probaui delictum in dubio non præsumi.

3 AMPLIA I. propositam regulam (& hęc ampliatio venit illatiuè ex ea) quòd dolus per allegantem probandus est l. quoties, la 2. §. qui dolo ff. de probat. sic expresè dicens: *Qui dolo dicit factum aliquid, licèt in exceptione, docere dolum admissum debet.* Paul. de Castr. in l. si quis ex argentariis. §. prętor, num. 7. ff. de eden. & in l. transactionem, num. 1. C. de transact. Cyn. in l. dolum, vers. licèt autem ille, & ibi etiam Alber. num. 2. Fulg. num. 1. in primo notab. Ioan. Sicar. num. 3. in fine, vers. & ideò allegans dolum. C. de dolo. Rom. cons. 68. num. 8. vers. qui ergo dolum. Ancharan. cons. 385. licèt pridie num. 5. vers. item qui allegat dolum. Paris. cons. 49. num. 28. lib. 1. Blanch. in pract. §. visis inditiis, num. 127. & seqq. fol. mihi 54. à tergo. Capra conclus. 78. num. 45. Franc. Becc. cons. 77. num. 18. Mascard. qui alios plures allegat, de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 9. Honded. cons. 105. num. 19. & 20. Vbi quòd hoc maximè procedit in pœnalibus.

4 AMPLIA II. vt & idem sit in fraude, prout enim admonui supra in princ. quęstionis, Doctorum mens est, vt quę de dolo dixerint, in fraude etiam procedant. Sed in specie, quòd fraus non pręsumatur, nisi probetur per allegantem, probat text. in l. patronus. ff. de probat. l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. l. 3. §. final. in fine & ibi glo. ff. de tribut. act. Ancharan. cons. 385. num. 5. vers. item qui allegat dolum, vel fraudem, Socin. iun. cons. 177. num. 23. lib. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. glo. 1. nu. 32. Vbi alios refert Hieron. Gabr. cons. 82. post num. 4. vers. fraus autem lib. 1. Mascard. qui plures refert concordantes, de probat. lib. 2. conclus. 814. nu. 1. & 2. & nu. 5.

5 AMPLIA III. quia fraus non solum probanda est per allegantem, sed etiam probanda est in specie Bart. cōs. 65. Petrus Nicolę, num. 2. vers. his pręmissis. Calcan. cōs. 35. visis petitionibus, col. 3. vers. non sufficeret. Mascard. qui & iuribus, & pluribus Doctorum authoritatibus hāc probat conclusionem, de probat. lib. 2. conclus. 814. num. 6. & facit pro hac ampliatione, vt dixi infra in materia simulationis.

6 AMPLIA IV. vt potius pręsumatur error, quàm dolus, tex. est in l. quòd adhibitis. C. de his, qui sibi ascrib. in testam. dum ibi dicitur, *te credo magis errore, quam malitia incessisse.* Ias. in l. si per errorem, num. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Aym. in q. de indemn. mulier. num. 53. vers. secundo respondeo. Vbi quòd præsumitur potius error iuris, qui cadit sub lata culpa, quàm dolus. Ad quod faciunt, quæ dixi supra q. 85. num. 26. in fine. Rolan. cons. 11. num. 45. & seqq. lib. 3. Mascard qui alios refert concordantes, de probat. lib. 1. concl. 531. post num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 31. & seqq. Vbi loquitur tàm in

in errore facti, quàm iuris, & declarat.

7 AMPLIA V. vt ad effectum excludendi dolum, & fraudem, omnis alia præsumptio capienda sit, quàm doli, prout dixi infra hac eadem q. num. 40. & etiam supra in tit. de reo confess. & conuict. q. 85. num. 19. Aym. consl. 8. num. 2. & cons. 319. proponitur in facto num. 1. vers. & primò ipse D. Sebastianus Gozad. cons. 55. num. 13. vers. præterea vbicunque. Ruin. cons. 46. num. 6. vers. sed quia lib. 2. Hieron. Gabr. cons. 82. num. 4. vers. nec præsumitur, lib. 1. Mascard. qui præcitatos consulentes sic refert, & sequitur, de probat. lib. 2. concl. 814. nu. 3.

8 AMPLIA VI. vt ad excludendum dolum omnis interpretatio facienda sit, etiam verba impropriando. Aym. cons. 8. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsum. 3. num. 30. Et dixi latiùs supra, de reo confess. & conuict. q. 85. num. 10. & seqq. in 3, & 4. ampliatione. Vbi materia videtur eadem.

9 AMPLIA VII. vt potiùs præsumenda sit culpa, quàm dolus, dixi supra in tit. de reo confess. & conuict. quæst. 85. num. 26. in fine, hic non repeto.

10 AMPLIA VIII. vt quæ supra dicta sunt de dolo, procedunt etiam in culpa. Sicut enim dolus non præsumitur, ita nec etiam culpa, quæ propterea per allegantem probanda est secundum glo. & Doct. in l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. facit text. in l. fin. verbo *interdum*, ff. de custo. reor. quem ad id ponderat Ludou. Bologn. in l. 4. §. Cato, post num. 144. vers. & subdit idem Ang. & num 145. vers. secundo adde. ff. de verb. oblig. Bal. in c. 1. in princ. vers. noto culpam non præsumi, tit. de feud. fine culpa non admitten. in vsib. feud. Ang. in l. si damnum, §. 1. ff. de pecul. què refert, & sequitur Aym. cõs. 151. num. 18. inferens ex hoc quòd ad tollendum culpam præsumitur fecisse in rebus alienis diligentiam, quam fecit in suis, sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 127. & Mascard. dicta conclus. 467. num. 4. Addo pro primo dicto Firman. in repertorio, verbo *culpa*, vers. 28. post Bart. & Alexan. in locis per eum relatis, & in verbo *culpa in societate*, num. 9. Aym. cons. 8. num. 30. Vbi quòd quando sumus in dubio, an sit commissa culpa, nunquam potest quis pro culpa condemnari, ex Bal. quem allegat in l. si creditor. C. de pignorat. actio. & Alexand. cons. 185. col. 2. post med. ver. quinimmò in contrarium, lib. 7. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 467. num. 1. & num. 25. Vbi loquitur, siue agatur, siue etiam excipiatur.

11 AMPLIA I. præcedentem viij. ampliationem, vt procedat siue culpa consistat in committendo, siue etiam in omittendo, Bald. in d. c. 1. de feud. fine culpa non amitten. in vsib. feud. quem sic referendo sequitur Firman. in repertorio, verbo, *culpa in societate*, num. 9. Mascard. d. cõclus. 467. num. 2

12 AMPLIA II. quia allegari, & probari debet in specie, vt ex allegatis per Firma. in loco præcitato. Mascard. d. conclus. 467. post num. 2. & 25. ex Aym. Siluan. & Capra in locis per eum allegatis. Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 3. num. 137.

13 AMPLIA III. vt semper sumenda sit interpretatio illa, per quam culpa excludatur, Aym. cons. 151. num. 18. post gloss. Bart. & alios in locis ibi per eum allegatis. Mascard. d. concl. 467. num. 3.

14 LIMITA I. eandem viij. ampliationem non procedere in ijs, quæ non solent committi sine culpa, prout est incendium, furtum, & similia, in quibus præsumitur culpa, nisi probetur culpam abesse, secundum Bero. & Alexand. in locis relatis per Firma. in repertorio, in verbo, *culpa in societate*, num. 9. vers. quòd est verum, &c. alios plures refert Mascard. d. concl. 467. nu. 5. & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 128. & seqq. & num. 131.

15 LIMITA II. nisi ex qualitate facti culpa præsumatur l. si quis fundum. §. Imperator, & ibi Bart. ff. locat. refert, & sequitur Firman. in repertorio verbo, *culpa in societate* num. 10.

ARGVMENTVM.

Dolus, & fraus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Dolus est difficilis probationis, ideò coniecturis probatur, nume. 16.

Fraus est difficilis probationis, ideò coniecturis probatur, nume. 17. contra, nu. 18. Resolue, vt num. 19.

Dolus probatur coniecturis, etiam quòd hominis sint, num. 20. licèt alij contra, num. 21.

Dolus, seu fraus probatur ex duabus præsumptionibus, nu. 22.

Dolus probatur præsumptionibus, si fuerint graues, secus si leues, num. 23. licèt alij contra, nu. 24.

Dolus, seu fraus, quibus coniecturis probetur, remittitur arbitrio Iudicis, num. 25.

Dolus non probatur inditijs, nisi illa sint perspicua, nu. 26. declara, hoc procedere in dolo vero, secus in præsumpto, nu. 26. Sed quæ dicantur inditia perspicua, num. 27. & seqq.

Inditia perspicua, quæ dicantur nu. 27. & seqq. Vbi plures recitantur opiniones.

Dolus non probatur inditijs nisi illa sint concludenter probata, nu. 37.

Dolus præsumptus, seu præsumptionibus probatus non sufficit, quando à lege, vel à Statuto requiritur, nu. 38.

Doli præsumptio tollitur per contrariam præsumptionem, nu. 39. Declara procedere in dolo præsumpto, secus in dolo vero, nu. 24. Contra, num. 43.

Doli præsumptio est minus fortis, quàm præsumptio dolum excludens, nu. 40. Declara, vt nu. 41.

QVÆST. LXXXIX. INSPECT. II.

16 REGVLA sit in hac secũda inspectione, quòd dolus cùm sit quid latens in animo, & sic difficilis probationis, directeq; probari nõ possit, ideò coniecturis, & præsumptionibus probatur secundum communiter omnes in l. dolum, & ibi præsertim Ioan. Sicar. num. 3. vers. ratio autem C. de dolo, est etiam text. in c. 2. de renunciat. in 6. Paul. de Castr. in l. quòd Nerua, num. 3. ff. depos. Purpur. in l. 1. nu. 128. ff. si cert. pet. Abb. in c. si autem, num. 4. & ibi etiam Fely. num. 2. & 2. & Dec. num. 6. & num. 11. de rescrip. Boer. decis. 100. num. 3. & seq. Corn. cons. 140. num. 9. li. 2. Neuizz. cons. 21. num. 47. Ruyn. cons. 4. num. 10. lib. 1. Paris. cons. 75. num. 31. lib. 1. & consil. 78. num. 23. lib. 4. Herculan. de negat. nu. 275. in fin. Io. Bapt. Lup. de vsur. comment. 2. §. 1. num. 51. Mascard. qui alios plures refert, de probat. lib. 1. conclus. 530. num. 1. & seqq. Menoch. qui etiam alios refert, de præsumpt. lib. 1. q. 58. num. 10. & lib. 5. præsump. 3. num. 42. & seqq. de arbit. quæst. lib. 2. casu 116. sub num. 21. & in 3. remed. retinen. possess. nu. 617. in fine.

17 AMPLIA I. vt & idem sit in fraude, quam pariter præsumptionibus, & coniecturis probari probat text. in c. 2. de renunciat. in 6. Alber. in l. dolum, num. 1. vers. fraus etiam. C. de dolo. Aym. cons. 100. num. 3. & cõs. 143. num. 12. Grat. consil. 81. viso legato facto, num. 42. vers. fraudes sufficienter, lib. 2. Paris. cons. 97. num. 17. vers. cũ ista non possint, lib. 3. & cons. 52. num. 35. vers. ex quibus coniecturis, lib. 4. Barbat. cons. 8. num. 8. lib. 4. Ioan. Bapt. Lup. de vsur. comment. 2. §. 1. num. 51. Decian. cons. 32. nu. 4. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 43. Mascard. qui plures alios refert concordantes, de probat. lib. 2. concl. 815. num. 1.

18 Contra, quòd fraus non probetur coniecturis, sed requiratur concludens probatio, probare videtur text. in l. sed & si maritus. §. & si cõstanter in illis verbis *dilucidis hoc probationibus*, ff. qui, & à quibus, sequitur Auchar. cõs. 251. num. 4. Nec dissentit Natta cons. 212. num. 2. lib. 1. Idem Anchar. in cons. 385. post nu. 5. vbi expressè dixit, quòd ex quo fraus est cri[illegible] probationes debent esse luce-

cla-

clariores, non de contingenti, sed de necessario concludentes. Decian. in suis tractat. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 5. nu. 7. Vbi post Bald. & Anchar. in locis citatis dixit, quòd ad probandum fraudem requirantur manifestę, & certissimę probationes, vel saltem perspicacissima, & indubitata inditia, sicut in alijs criminibus requiruntur in l. fin. C. de probat.

19 Saluando primam opinionem communem potes dicere, quòd cum fraus sit difficilis probationis, hoc ideò probatio, quę resultat ex inditijs, & coniecturis, dummodo sint perspicua, vt in l. dolum. C. de dolo. dicitur dilucida, & concludens, & eodem modo responderi potest ad glo. in d. l. dolum, in verbo *perspicuis*. C. de dolo, vbi inditia perspicua declarat pro manifestis probationibus, vt scilicèt, satis dicatur manifesta probatio ea, quæ in materia doli, quæ est difficilis probationis ex perspicuis inditijs resultat: Inditia autem perspicua, quæ dicantur, dicam infra in prima seq. limitatione.

20 AMPLIA II. quòd ad probandum dolum admittantur coniecturæ, nedum iuris, sed etiam hominis, secùndum Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 58. num. 20. & seqq. post glo. Corn. Socin. & Alex. in locis per eum citatis, & adducit rationem, quia certum est doli coniecturas arbitrio iudicis remitti, vt dixi infra nu. 10. Ergo intelligendum est de coniecturis hominis, non autem legis, quia cõiecturæ legis arbitrio iudicis non relinquuntur cum ea, quæ lege determinata sunt arbitraria dici nõ possint, prout idem Menoch. probauit in tract. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 14. num. 2. Et præsumptiones, coniecturasq; iudicum non esse à lege scriptas dixit Bald. in rubr. de præsumpt. num. 3.

21 Quamuis contrarium scripserit Virgil. Boccac. in constit. Picæn. glo. 8. sub num. 282. post med. vbi dixit, quòd nec etiam ad rescindendum contractum sufficiunt coniecturæ hominis.

22 AMPLIA III. ad præsumendum dolum, seu fraudem duas sufficere præsumptiones, dixit Aym. cons. 153. num. 11. in fine, & num. 12. Decian. cons. 32. num. 4. lib. 3. Et faciunt, quæ in simili de falsitate, & simulatione dixi infra in materia falsitatis, & in materia simulationis.

23 Quam quidem ampliationem credo veram, dummodo istæ duæ præsumptiones fuerint graues, non leues, vt dicam infra hac eadem inspectione in prima limitatione, & probat text. in l. dolum. C. de dolo.

24 Quamuis Decian. in d. consil. 32. num. 4. leues sufficere præsumptiones affirmauerit, quod non credo verum.

25 AMPLIA IV. vt arbitrio iudicis remittatur, quæ sint inditia, & coniecturæ, ex quibus probatur dolus. Rota Ianuen. decis. 168. num. 13. & cum tex. in l. dolum. C. de dolo, dixerit dolum probari perspicuis inditijs. Quæ in proposito dicantur ista perspicua inditia, quæ iudicis arbitrio remittantur, scripserunt Lucas de Penna in l. quẽadmodum, num. 23. C. de agric. & censit. lib. 11. cuius verba refert Capra in concl. 78. nu. 51. Corn. cons. 140. nu. 11. lib. 2. quem refert, & sequitur Mascard. de prob. lib. 1. conclus. 530. num. 10. Et faciunt, quæ dixi supra in q. 86. num. 91. & seq. & dicam in seq. limit.

26 LIMITA I. huius secundæ inspectionis regulam, quia licèt dolus inditiis probetur, talia tamen inditia debent esse pespicua, prout dicit tex. in l. dolum. C. de dolo. Cuius verba sunt hęc: *Dolum ex inditijs perspicuis probari conuenit*, per quem text. vltra omnes Docto. vbi communiter hoc voluerunt, & apertè tradiderunt Luc. de Penna in l. quemadmodum, num. 23. vers. nam perspicuis. C. de agric. & cens. lib. 11. ac omnes Doctores infra mox allegati, dum conantur declarare, quę sint ista perspicua inditia. Capra. conclus. 78. num. 50. Neuizz. cons. 22. nu. 46. Ceph. cons. 121. num. 11. lib. 1.

27 Sed quæ dicantur inditia perspicua Doctores vario modo loquuti sunt: Aliqui enim dixerunt inditia perspicua, hoc est non leuia, Bart. in l. dolum, num. 1. C. de dolo. Bal. ibidem in versic. nota quòd ea. Alber. num. 3. in fine, vbi declarat inditia pespicua, hoc est, non friuola, & iniusta.

28 Aliqui dixerunt inditia perspicua, hoc est, *manifestæ probationis*, glo. in l. dolum, in verbo perspicuis. Decian. in suis tractat. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 5. num. 7. vbi requirit manifestas, & certissimas probationes.

29 Aliqui dixerunt inditia perspicua, hoc est, *quæ non possunt trahi, nisi in malam partem*, vt in exemplo, glo. in d. l. dolum in verbo *conuenit*, C. de dolo. de illis Hispanis, qui inuitauerunt ad prandium, nescio quem, & illum inebriarunt, vt fideiuberet pro eis, quam glo. communiter sequuti sunt Doctores omnes ibi, & præcipuè Paul. de Castr. num. 2. & Ioan. Sicard. num. 3. Neuizz. cons. 22. num. 46. Rota Ian. decis. 168. num. 12. Virgil. Boccac. in constit. Picæni glo. 8. post num. 283. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 530. post nu. 6. in secunda limit. Io. Petrus Surd. decis. Mant. 216. num. 45. in fine.

30 Aliqui dixerunt inditia perspicua, hoc est, *manifestissima inditia*, declarauit Marian. Socin. cons. 37. num. 27. lib. 2. prout illum refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 1. concl. 530. num. 9. idem Socin. iun. cons. 177. num. 23. lib. 2. Virgil. Boccac. in constit. Picęni gloss. 8. sub num. 282. in fine. Aym. cons. 8. num. 1. vbi requirit inditia *clara*, & *manifesta*, & ita etiam declarat Rolan. consil. 11. nu. 9. lib. 3. Alberic. in l. dolum, in princ. C. de dolo, vbi declarat inditia perspicua, hoc est, aperta, & manifesta.

31 Aliquid dixerunt inditia perspicua, idest *perspicacia*, hoc est, *perfectè efficacia*, Bald. in consil. 250. in quæstione Domini; col. 2. in princ. num. 1. in fine, vers. item nemo præsumitur lib. 1. refert, & sequitur Aym. cons. 8 post num. 1. Decian. in suis tract. crimin. par. 1. lib. 1. cap. 5. nu. 7. vbi requirit perspicacissima inditia. Virg. Boccac. in constitu. Picæn. glo. 8. sub num. 282.

32 Aliqui dixerunt inditia pespicua esse iudicis arbitrio remissa, prout dixi supra hac eadem inspectione, nu. 25.

33 Aliquid dixerunt inditia perspicua, idest inditia vrgentia, Bal. in l. dolum, in princ. & ibi etiam Alexand. num. 2. & Io. Sicard. num. 3. ad finem. C. de dolo. Virgil. Bocc. in constit. Picęn. glo. 8. post num. 283. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. post num. 44. Vbi quòd debent esse *vrgentia*, & *concludentia*.

34 Aliqui dixerunt, inditia perspicua, hoc est *præsumptiones valdè euidentes*. Rota Ianuen. decis. 168. nume. 12. Hieron. Gabr. consil. 82. nume. 4. vbi quòd fraus, seu dolus debet euidenter probari.

35 Aliqui dixerunt inditia perspicua, hoc est, *inditia indubitata* (licèt, quæ ista dicantur indubitata inditia, iudicis arbitrio relinquant) Lucas de Penna in l. quemadmodũ, num. 23. & 24. C. de agric. & cens. lib. 11. cuius verba refert Capra concl. 78. num. 51. Decian. in suis tractat. crimin. par. 1. lib. 1. d. c. 5. num. 7.

36 SVBLIMITA prædictam primam limitationẽ procedere in dolo vero, qui manifestis inditijs, & perspicuis probari debet, & iste propriè dicitur verus dolus, quando sic ex istis inditijs est probatus, prout dixi supra quæst. 88. num. 6. & seqq. Secùs autem in dolo præsumpto, ad cuius probationem non requiruntur ista perspicua, & perfecta inditia, vt dixi in d. q. 88. num. 12. & seq. & benè aduertit Virgil. Boccac. in constit. Picęn. glo. 8. num. 289.

37 LIMITA II. eandem regulam, vt inditia probantia dolum, non solum debent esse perspicua, vt supra dixi. Verum etiam debent plenè, & concludenter probari, prout consuluit Grat. in cons. 30. nu. 10. lib. 2.

38 LIMITA III. quia dolus iste præsumptus, sic præsumptionibus probatus non sufficit quando à lege, vel a Statuto requiritur dolus. Quia tunc debet esse euidens, & manifestus, non autem præsumptus, licèt etiam præsumptus puniatur, sed mitius, prout dixi in q. 87. num. 3. & seqq. hic non repeto: Quis autem dicatur dolus verus, & quis præsumptus, dixi in antecedenti quęst. num. 6 & seqq.

39 LIMITA IV. quia doli præsumptio tollitur per cõtrariam præsumptionem, & sic dolus non dicitur ex pręsumptionibus probatus, quando habet etiam contra se alias non doli pręsumptiones, secundum Alber. in l. dolum, num. 4. Salyc. ibidem, num. 3. vers. coniectura tamen & Ioan. Sicard. num. 6. C. de dolo. Capra conclus. 78. num. 51. ad finem, vbi etiam quòd iudicis arbitrio repositum

situm est, considerare qualitatem, & quantitatem inditiorum indicantium dolum, ac illum excludentium. Aym. conf. 8. nu. 9. Brun. à Sole in suo consil. crim. num. 62. & seqq. Iacob. Port. consil. 95. num. 9. Magon. decis. Luc. 33. num. 6. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 11. vbi de patre percutiente filium, licèt enim ex percussione, tanquam de se illicita præsumatur dolus, tollitur tamen hæc præsumptio ex amore paterno erga filium. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 114. in fine, & num. 122. Ioann. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. num. 44. versic. sicut enim vna præsumptio.

40 AMPLIA hanc iiij. limitationem, vt præsumptio non doli fortior sit, quàm præsumptio doli, & illam vincit prout dixi supra hac eadem q. num. 7. & consuluit Aym. conf. 8. num. 9. Brunor. à Sole d. consil. crim. nu. 62. & seqq. Rota Ianuen. 268. num. 13.

41 Verùm pro declaratione præcedentis ampliationis vide Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 3. num. 123. vbi ex Aret. quem allegat in cons. 80. num. 2. dixit, quòd quandò agitur de purgando dolum resultantem ex actu sua natura malo, & illicito, prout est homicidium, & similia. Tunc præsumptiones contrariæ debent esse vehementes, quod & ante eum voluit expressè Luc. de Penna, in l. quemadmodum, num. 32. C. de agric. & cens. lib. 11. Vbi & idem quando quis haberet contra se illam aliam doli præsumptionem, ex qualitate personæ solitæ dolum committere, iuxta regulam. Semel malus, de quo particulariter dixi infra num. 74. & seq. Nam, & tunc ad illam purgandam requiruntur fortiores præsumptiones, vt ibi per eum qui bonam reddit rationem, quia scilicèt præsumptiones prædictę dicuntur præsumptiones iuris, & habens contra se iuris præsumptionem, grauatur semper onere probandi durius, quàm si talem præsumptionem contra se nō haberet, ex iuribus ibi per eum allegatis.

42 SVBLIMITA hanc quartam limitationem volentem doli præsumptionem recipere probationem in cōtrarium, vt scilicet intelligatur de dolo præsumpto, secùs autem de dolo vero. Paul. de Castr. in l. dolum, num. 4. & ibi etiam Ioan. Sicar. num. 5. C. de dolo, qui illum in proposito vocant dolum præsumptum, qui scilicet a iure, sine alia hominis probatione præsumitur. Dolum autem verū dicunt, qui non à iure, sed extra ex inditiis, & coniecturis deducitur, & probatur Io. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. num. 46. vbi refert Paul. de Castr. in loco præcitato.

43 Verùm quòd attinet ad hanc distinctionem doli veri, & præsumpti, & ad illius veritatem, vide, quæ dixi in q. 88. num. 6. & seqq. Quòd verò attinet ad veritatem huius declarationis, Ego credo contrarium, quòd scilicet doli, siue veri, siue præsumpti præsumptio semper recipiat probationem in contrarium, si enim illam recipit præsumptio doli, quæ à iure proficiscitur, multo magis debet eam admittere præsumptio doli ex coniecturis, & inditiis hominis prouenìens, quæ leuior est, quàm iuris præsumptio. Nec in hoc authoritas Castren. & Ioan. Sicar. aliquid me mouent, tum quia loquuntur cōtra rationem prædictam, tum etiam, quia nihil pro eorum opinione allegant.

ARGVMENTVM.

De præsumptionibus excludentibus dolum.

SVMMARIVM.

Doli præsumptio excluditur ex qualitate personarum n. 44.
Dolus non præsumitur in Subdito contra suum Principem, num. 44. in fine.
Dolus nō præsumitur in persona rustica, imperita, seu idiota num. 45. & seqq. Declara duobus modis, vt, num. 48.
Rusticus, imperitus, & idiota non præsumitur dolum committere, nu. 45. & 46. etiam, quòd rusticus contra iura mercetur, num. 47. Declara, vt nu. 48.
Minor non præsumitur in dolo, nu. 49.
Mulier non præsumitur actum dolo committere, nu. 50. sed in ea præsumitur bona fides, nu. 51. Declara, vt nu. 52.
Mulier non præsumitur falsum committere, nu. 53.
Falsitas non præsumitur in muliere, nu. 53.
Miles non præsumitur dolum committere, num. 54.
Dolus non præsumitur, vbi non adest lucrum, vel commodum, nu. 56. Idem si adest lucrum, seu commodum, sed modicum, num. 57. & idem etiam, si non adest lucrum, sed damnum, nu. 58.
Dolus non præsumitur in eo, qui facit actum à iure permissum, nu. 59.
Dolus non præsumitur in contractibus num. 60.
Dolus non præsumitur in eo, qui aliquid facit iuris sui seruandi causa, num. 61.
Dolus non præsumitur ex actu solito, num. 62.
Dolus non præsumitur ex actu palam gesto, num. 63.
Dolus non præsumitur in ignorante, num. 64. Ita nec præsumitur in dubitante, num. 65. Declara primò, dummodo ignorantia sit probabilis, et sine animo nocendi; secus si sit crassa, & supina, & cum animo nocendi, num. 66. Declara secundò, vt id procedat in ignorantia facti, secus in ignorantia iuris, num. 67.
Ignorans an, & quando præsumatur in dolo, num. 64. & seqq.
Dolus non præsumitur in eo, qui superioris præcepto paret, nu. 69.
Dolus non præsumitur committi in personam beneuolam, num. 68.
Dolus volenti, & scienti non infertur. num. 70.
Dolus excluditur ex necessitate officij, num. 71.
Dolus non præsumitur ex temporis interuallo, num. 72.
Dolus, & fraus excluditur pluribus alijs modis, de quibus remissiuè, num. 73.

QVÆST. LXXXIX. INSPECT. III.

44 PRIMA præsumptio excludens dolum sumi potest ex qualitate personarum. Plor. de in lit. iuran. §. 6. nu. 58. Vbi propterea, quòd probata bona voce, & fama contrahentium excluditur præsumptio doli. Rolan. cōs. 11. nu. 75. lib. 3 Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 28. Sic ex qualitate personę dolum præsumi dixi infra nu. 74.

HINC dolum maximè non præsumi in Subdito contra suum Principem consuluit Bursat. in cons. 94. num. 9. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. nu. 4. in fin.

45 HINC in rustico, & imperito dolum non præsumi probat tex. in l. si quis id, quòd. §. doli ff. de iurisdict omn. iudic. l. si quis in grauis. §. si ignorans. ff. ad Syllan. l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocat. non ierit, per quæ iura ita voluit Alber. in l. dolum, num. 6. vers. item rusticitas, & imperitia. C. de dolo. glo. in l. final. C. de testam. idem Alber. in l. vbi. ff. de eden. Bart. in l. non fatetur, col. final. nu. 12. vers. quæro qualiter. ff. de confess. vbi vult hominem (vt vulgò dicit) grossum, præsumi fecisse per ignorantiā prout illum sic dicentem refert, & sequitur Plor. de in lit. iur. §. 6. num. 60. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. num. 35. Vbi alios refert concordantes, Seraphin. de priuileg.

46 iuramen. priuileg. 132. num. 55. Vbi de persona idiota, & simplici. Menoch. de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 3. num. 28. de retinen. possess. remed. 3. num. 636. & seq. Magō. decis. Lucen. 33. num. 7. & seq. & decis. 41. num. 9. & faciunt, quæ dixi infra q. 98. num. 25. vbi probaui rusticitatem excusare à dolo præsumpto.

47 Et in rustico contra iure mercante, non præsumi dolū voluerunt Rip. & Corn. in locis relatis per Mascard. qui prædictas sequitur de probat. lib 1. concl. 531. num. 131. & seq. Steph. Lambert. qui alios refert in tract. de contract. eorum. &c. glo. 1. num. 164.

48 Verùm ad præmissa vide Magon. dic. decis. Lucens. 42. num. 9. & num. 10. vers. nec obstare visum fuit. Vbi hanc illationem declarat duobus modis. Primò, vt id totum Iudicis arbitrio remissum sit. Secundò, vt illa non procedat, quando in rustico apparet verè de dolo, quia tunc præsumptio cedit veritati, & ibi per eum, qui has duas declarationes benè comprobat.

49 HINC etiam in minore, dolum non præsumi scripserunt post alios, quos allegant antiquiores. Bero. consilio 158. num. 42. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. in præfatione

tatione, num. 35. Steph. Lamberteng. de contract. eorum, &c. glo 1. num. 164. vbi de minore contra iuris, seù Statuti prohibitionem contrahente. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 29. Et dixi hac de re latiùs infra hoc eodem tit. q. 92.

50 HINC quoque dolum nõ præsumi in muliere voluerunt glo. & Doct. in l. vbi. ff. de eden. vbi quòd nec præsumitur dolus, nec lata culpa. Bald. in rubr. C. de rer. permutat. vers. item quare donatio, & in l. fin. in princ. in q. 3. C. de iur. deliberan. & in l. precibus, col. 5. vers. quid ergo si

51 petis. C. de impub. & al. subst. Vbi dixit, quòd in muliere præsumitur bona fides, & non dolus, quia naturalis ratio, & sexus imbecillitas hanc induxit coniecturam, idem Bal. in l. omnia §. item solent. ff. de offic. præfect. Vrb. in prima lectura. Tiraquel. qui alios refert, de retract. conuent. in præfat. num. 35 & de ll. connubialibus, glo. 1. par. 9. num. 51. Vbi quòd ita omnes Doct. tenent in d. l. vbi, ff. de edē.

52 Declaratq; hanc conclusionem procedere, quando quæritur: an mulier aliquid fecerit in fraudem legum. Tunc enim cum leges ignoret, non videtur in fraudem fecisse, nisi aliud suadeat. In cæteris verò (inquit ibi Tiraq.) in illis plus fraudis, & doli, quam in masculis præsumitur ex cumulatis, ibi per eum num. 49. & 50. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum, &c. glo 1. num. 164. vbi de muliere contra iuris, seù Statuti prohibitionem contrahente. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 28. & de retinen. possess. remed. 3. num. 636. & seq. Mascard. de probat. lib. 2. casu 959. num. 7.

53 Vbi etiam quòd in mulieribus non præsumitur falsitas. Et vide in proposito, quę dixi in quæst. ciuilibus in materia ignorantiæ iuris. An, & quando mulieres excuset, & quæ etiam dixi infra hoc, eodem titulo, quæst. 98. caus. 10. Vbi posui, an, quando fragilitas sexus excuset à pęna ordinaria.

54 HINC demum nec in milite dolum præsumi probat text. in l. quòd adhibitus. C. de his qui sibi ascrib. Steph. Lambert. de contract. eorum, glo. 1. num. 164. vbi de milite contrahente contra iuris, seù Statuti prohibitionem. Tiraquel. de retract. conuent. in præfat. num. 35.

55 SECVNDA pręsumptio, quæ dolum excludit est ea, quæ sumitur ex defectu causæ. Vbi enim excogitari non potest causa, qua quis dolum commisisse dicatur, ibi dolus non præsumitur. l. si mulier, in princ. ff. rer. amotar. Auth sed iam necesse. C de donat. ante nupt. Aym. cons. 6. num. 22. & cons. 8. num. 13. & 19. post Bart. Aret. & Corn. in locis per eum citatis. Roland. cons. 11. num. 55. & seqq. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 17. Et faciunt, quæ generaliter dixi in titu. de indit. & tortu. quæst. 50. nume. 31. & quæst. 52. nume 150. Vbi probaui, quòd cessante causa delicti, cessat etiam omnis delicti præsumptio.

56 HINC non præsumi dolum commissum vbi lucrum, & commodum non adest, scripserunt Felyn. in cap. tertio loco. num. 2. de præsumpt. Aym. cons. 8. nu. 13. & cōsil. 18. num. 22. Marian. Socin. cons. 37. num. 30. lib. 1. Ruy. cons. 8. num. 5. lib. 4. Rolan. cons. 11. sub num. 55. & seq. lib. 3. Decian. cons. 57. num. 36. lib. 3. Franc. Becc. cons. 78. num. 27. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 531. num. 4. & num. 22. & num. 76. vers. sublimites tamen, & nu. 77. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 18. & nu. 85. & cons. 98. num. 23. & seqq. lib. 1. vbi exornat Honded. cons. 112. num. 29. qui quidem Doctor. loquuntur etiam in casu, vbi alias dolus à iure pręsumeretur, vt puta, in mendacio, in actu à iure prohibito, & ijs similia. Adhuc enim lucro, & commodo cessante, cessat præsumptio doli, etiam vbi alias dolus pręsumeretur, & faciunt, quæ in simili de præsumenda falsitate, dixi infra q. num.

57 HINC etiam nec dolum præsumi commissum cum modico commodo, seu modico lucro, scripserunt Dec. in cap. si autem, num. 8. in fine, vers. & prædicta, maximè procedunt, de rescript. Tiraq. in tractat. de iudic. in rebus exig. vers. & id quidem, fol. mihi 30. in parua impressione, Aym. cons. 75. num. 18. & cons. 319. num. 13. Ruyn. cōs. 8. in fine, lib. 4. Piot. de in lit. iuran. §. 9. num. 25. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 531. num. 3. & num. 29. Menoch. de præsumpt. lib. 5. d. præsumpt. 3. num. 20. & dict. cons. 98. num. 27. & seq. lib. 1. vbi alios refert, & infert.

58 HINC & multo minus dolum præsumi, quando ex actu, qui dicitur dolosus, agens iacturam, & damnum, seù lucri amissionem reportaret, consulendo tradidit Aym. cō sil. 8. nu. 4 & nu. 13. Menoch. de presump. lib. 5. pręsump. 3. num. 19.

59 TERTIA succedit pręsumptio exclusiua doli, quando quis iure permittente, aliquid agit, facitq; actum à iure permissum l. Gracchus. ff. de adult. l. qui autem. §. apud labentem ff de his, quæ in fraud. cred. l. 1. § non fuit. ff. de dol. l. nemo damnum. ff de reg. iur. l. sancimus. C. de administr. tutor. Iacob. Butrig. in l. dolum, in princ. & ibi etiam Bart. num. 4. Bal. in princ. Alberic. num. 6. in fine vers. item si iure permittente. Fulgos. num. 1. vers. secus si sit de genere permissorum. Salycet. num. 2. ad med. & nu. 3. vers. primo casu. Ioa. Sicard. num. 6. vers. aut factum nō est de genere prohibitorum. C. de dolo. Florian. in l. quoties, la 2. §. qui dolo ad finem. ff. probat. Felyn. in c. si autem nu. 1. in 2. fallen. vers. secus si actus est permissus de rescr. Aym. cons. 8. num. 18. Vbi ampliat etiam, quòd ex illo actu permisso perueniatur ad aliquod prohibitum, & ita etiam ampliat Menoch cons. 98. num. 29. & seq. lib. 1. vbi non solum de eo, qui facit actum à iure permissum, sed etiam de eo, qui facit id, quòd facere debet.

60 HINC in contractibus dolum non præsumi scripserunt Iacob. Butrigar. in l. dolum, in princ. C. de dolo. Florian. in l. quoties, la 2. §. qui dolo, ad finem ff. de probat.

61 HINC pariter dolum excludi ex actu, quem quis facit iuris sui conseruandi gratia, probat tex. in l. 1. §. quòd ait prætor ff de incend. rui. & naufrag. l. nullus ff. de reg. iur. Alex. in l. Titius, num. 9 ff. ad Trebell. Alber. in l. dolū, num. 4. C. de dolo. Aym. cons. 8. num. 15. Ruin. cons. 213. num. 10. lib. 1. Decian. cons. 23. num. 21. lib. 2. Roland. cons. 11. num. 23. lib. 3. Menoch. de pręsump. lib. 5. præs. 3. num 23.

62 HINC quoque dolum non præsumi ex actu solito fieri probat text. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilit. edict. Bart. in l. si pignore. §. fin. in princ. ff. de pignorat. act. quem refert, & sequitur Marsil. in cons. 90. num. 12. & cons. 100. num. 12. Alber. in l. dolum, num. 9. vers. idem si facit, quòd publicè fieri consueuit. C. de dolo. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 22. & lib. 2. cōclus. 815 nu. 41. Et facit, quòd infra dixi, num. 125. quòd scilicet ex actu insolito dolus, & fraus præsumatur. Sic etiam, vt contrariorum sit eadem disciplina ex actu solito, debet dolus, & fraus excludi. Sic etiam ex actu communiter licito, quamuis forsan alias a iure, vel a Statuto prohibito dolum non præsumi voluit Paris. in cons. 52. num. 34. lib. 4. ex Bart. quem allegat in l quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem, per illum tex. ff. de edil. edict. prout hos sic referendo sequitur Mascar. de probat. d. cōclus. 531. nu. 52. Et faciunt, quę dixi infra q. 95. num. 28. & seqq. Vbi tractaui an, & quando loci consuetudo quem a pœna excuset, dixique excusare non solum à dolo, sed etiā à culpa.

63 QVARTA subintrat pręsumptio oriens ex actu palam gesto; Sicut enim clandestinitas actus doli præsumptionē inducit, vt dixi infra num. 130. ita pariter si actus palam fiat, cessat omnis doli præsumptio l. non existimo. ff. de excusat. tut. l. fin. ff. de ritu nupt. Iacob. Butrig. in l. dolum, in fine. C. de dolo malo. Vbi loquitur, quando actus in genere est permissus, sed in specie aliquo casu prohibitus. Et sic quandoque permissus, & quandoque prohibitus, quòd & idem ibidem Bart. num. 3. in fine, vers. quandoq; fit actus, & nu. 4. vers. quandoq; est aliquis actus. Fulgos. nu. 1. in fine, vers. & tunc si faciat palam. Salycet. num. 2 in fine, & num. 3. vers. aut palam. Ioan. Sicar. nu. 6. vers. si palam fit. Florian. in l. quoties, la 2. § qui dolo, ante finem. ff. de probat. Felyn. in c. si autem, num. 1. in 3. fallent. de rescript. Iacob. Pott. cons. 95. num. 12. Cœph. cons. 230. nu. 13. Arnal. Albertin. in tractat. de agnoscend. assert. cathol. & hęret. q. 23. num. 79. vers. si verò sumus in iis quę sunt de genere permissorum. Menoch. cons. 98. nu. 35. & seq. li. 1 & de arbit. q. li. 2. casu 244. n. 1. & oībus seqq.

Vbi

Vbi pluribus illationibus hanc conclusionem exornat, ac in specie disputat: An sicut actus palam gestus excusat ab ignorantia iuris, ita etiam excuset ab ignorantia facti. Et tandem hoc Iudicis arbitrio repositum esse concludit, & de præsumpt. lib. 5. præsump. 122. nu. 94.

64 QVINTA est præsumptio dolum excludens, quæ ex ignorantia facti nascitur: Ignorans enim non præsumitur in dolo, nec ab ignorante dolus committitur, l. non potest videri improbus. ff. reg. iur. l. 3. §. his, qui. ff. de lib. hom. exhib. l. bonæ fidei. ff. de verb. signif. l. genere ff. de infam. l. ex malef. §. longè minus ff. de act. & oblig. l. quinquaginta. ff. de excusat. tut. Alber. in l. dolum, num. 4. versic. item si factum ignoret, &c. & num. 5. C. de dolo. Blanch. in pract. crimin. §. visis inditijs, num. 131. per text. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & ex Bart. in l. dolum. C. de dolo, & Felyn. in c. si autem, col. 1. in prima fallen. de rescript. Aym. cons. 8. num. 10. Vbi ampliat etiam in dubitare, & ampliationem benè comprobat, & exornat. Et faciunt pro hac præsumptione, quę dixi infra hac eadem q. num. 94. & quæ etiam latius dixi in quæstionibus ciuilibus in materia ignorantiæ iuris, seù facti. An, & quando ignorantem excuset. Vbi propriè est locus suus, & ad ibi tradita me remitto.

65

66 Additis tamen pro nunc propositæ quintæ præsumptioni duabus declarationibus. Primò scilicet, vt procedat in ignorantia facti probabili, & in eo, qui nemini nocendi animum habet. Secùs in ignorantia crassa, & supina, & in eo, qui alteri nocere cupit. Nam tunc etiam dolus præsumitur, vt per Alber. in d. l. dolum, num. 5. Et ibi etiam Salyc. nu. 3. in fin. Vbi de ignorantia iniusta. C. de dolo.

67 Secundò, vt pariter eadē præsumptio procedat in ignorantia facti; secùs in ignorantia iuris, quòd quando verum sit, quòd ex ea dolus præsumatur, vel non; Vide Alber. in d. l. dolum, num. 5. C. de dolo. Menoch. de præsum. lib. 5. præsumpt. 3. num. 31. Et latius dixi infra q. 90. in 2. inspect. Vbi posui, an, & qñ iuris ignorātia excuset à dolo.

68 SEXTA præsumptio doli exclusiua est illa, quæ nascitur ex actu in personam beneuolam, aduersus quam dolū non committi præsumendum est. Et multo magis in personam coniunctam, vt consuluit Aym. in cons. 6. num. 22. & cons. 8. num. 13. & cons. 319. num. 6. Socin. reg. 94. in prima fallen. Vbi in specie, quòd non præsumitur dolus, si pater percutit filium, frater fratrem, vel socius socium, nisi qualitas armorum contrarium suadeat ex glo. quam allegat, in l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. quod & idem voluerunt Blanch. in pract. crim. §. ijs sic præmissis, nu. 13. folio 125. Foller. in pract. crim. in verbo *item, quòd sororem venenauit*, num. 18. Addo Petr. à Plach. in epithom. delic. lib. 1. cap. 22. num. 34. in fine, vers. siquidem in coniunctis minimè dolus præsumendus. Vbi testatur de crebriori opinione Franc. marc. decis. 410. nu. 20. & 413. num. 20. par. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 531. nu. 11. Menoch. de præsumpt. lib. 5. presumpt. 3. num. 21. & seq. Et facit, quia si, vt dixi infra hac eadem q. num. 141. præsumitur dolus ex actu gestò contra personam non beneuolam, ita è contra ex actu in personam beneuolā debet dolus excludi, vt contrariorum sit eadem disciplina, & in proposito vide, quæ in simili dixi in materia iniuriarum, infra q. 105. num. 147. & in materia homicidij q. . . nu. .

69 SEPTIMA est præsumptio non doli oriens ex obedientia superioris: Sicut enim dolus præsumitur in eo, qui magistratus imperio nō obtemperat, prout dixi infra hac eadem q. num. 126. Sic pariter, & è contra præsumendus est in eo, qui Iudicis, vel superioris præcepto paret, & eius authoritate agit. l. qui authore. ff. de reg. iur. l. iustè possidet ff. de acquir. possess. l. si quis id, quòd ibi præsertim Rom. nu. 4. & Ias. num. 33. ff. de iurisd. omn. iud. l. non videtur. §. qui iussu. & ibi præsertim Cagnol. num. 1. ff. de reg. iur. Dyn. in cap. quòd quis, in fine de reg. iur. in 6. Alber. in l. dolum, num. 4. vers. item si maioris præcepto. Vbi declarat, & nu. 6. vers. item si authore prætore. C. de dolo. Mascar. de probat. lib. 1. d. concl. 531. num. 9. Et faciunt quę generaliter dixi infra hoc eodem tit. q. 97. nu. 109. & seqq.

70 OCTAVA est non præsumptio doli, quando aduersarius non ignorat, quòd quæritur. Tunc enim succedit regula, quòd in volentem, & consentientem dolus non committitur l. nemo videtur. ff. de reg. iur. c. scienti extr. eod. in 6. l. de tutela, & ibi glo. C. de in integ. restit. minor. Alber. in d. l. dolum, num. 6. C. de dol. Vbi, quòd multò magis tollitur præsumptio doli ex nunciatione, vel certificatione facta aduersario; iuribus ibi per eum allegatis. Neuizz. cons. 22. num. 20. & seq. vbi declarat, Nisi quis ad cōsentiendum fuerit ductus caliditate aduersarij, quia tunc non dicitur libera voluntas, vt ibi per eum. Et etiam voluit decis. Pedemont. 137. num. 16. Addo pro hac eadē præsumptione Cœphal. cons. 34. num. 9. Lamberteng. de contract. eor. &c. glo. 2. nu. 15. Osasc. d. decis. Pedem. 137. nu. 4. Menoch. cons. 98. nu. 39. & seqq. lib. 1. vbi exornat, & & infert. Et dixi hac de re infra in materia iniuriarum q. 105. num. 157. & seqq. Vbi posui an, & quando volenti fiat iniuria, vbi omninò videas.

71 NONA præsumptio excludens dolum oritur ex necessitate officij l. 2. C. qui accus. non poss. l. tutor. ff. de his quibus vt indign. Alber. in l. dolum, num. 6. vers. item si quis ex necessitate officij. C. de dol.

72 DECIMA restat præsumptio exclusiua doli oriens ex temporis interuallo: Sicut enim ex temporis breuitate dolus præsumitur, vt dixi infra hoc eodem tit. num. 105. Ita è contra excluditur ex eiusdem temporis interuallo. Bart. in l. pacta nouissima, num. 2. vers. & per hoc dicebat ipse, & ibi etiam Castren. propè fi. Ias. num. 14. C. de pact. Idem Castren. in l. si tibi la 1. num. 2. ff. locat. & cōs. 173. præsuppositis ijs, num. 1. lib. 2. Alex. cons. 28. in causa, & lite super feudo, num. 7. lib. 5. & cons. 29. num. 19. lib. 7. Aym. cons. 44. num. 2. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 815. num. 8. & 9.

72 Potuissem plures alias doli, & fraudis exclusiuas pręsumptiones proponere, sed præmissis tantummodo tanquàm principalioribus contentus, lectorem in reliquis remitto ad Alber. in d. l. dolum, num. 4. & seqq.

ARGVMENTVM.

Doli præsumptiones quæ sint.

SVMMARIVM.



Olus præsumitur ex qualitate personarum, nu. 74.
Dolus præsumitur in solito delinquere. nu. 75.
Dolus præsumitur ex qualitate facti, nu. 76.
Dolus præsumitur in ijs, quæ sui natura sunt illicita, & reprobata, nu. 77. Declara procedere in ijs, quæ sunt prohibita iure naturali, vel diuino; prout est homicidium, furtum, & similia, secus in prohibitis à iure positiuo. nu. 78. Vbi ponuntur exempla huius declarationis.
Clericus præsumitur ire venatum potius recreationis causa, quàm in legis contemptum, nu. 79.
Sacerdos ministrans sacramenta in aliena parochia præsumitur hoc facere cum licentia, & non sine, nu. 80.
Dolus præsumitur in eo, qui aliquid agit contra iuris dispositionem, & prohibitionem num. 81.
Tutor alienans bona pupilli sine causa, & sine solemnitatibus præsumitur in dolo. num. 82.
Dolus præsumitur in mercatore contra iura, vel statuta, num. 83. Declara primò, qui scienter contra iura mercatur, secus si ignoranter, num. 84. Contra num. 85. Declara secundò, vt hoc non procedat in contractu, qui sapit naturalem æquitatem; licèt contra iura, vel statuta num. 86. Declara tertiò in contrahente contra dispositionem iuris, seu statuti indubitati, secus dubij, & controuersi, num. 87.
Dolus præsumitur in eo, qui contrahit sine iuris, seù statuti solemnitatibus, num. 88. Et hæc præsumptio dicitur iuris, & de iure, nu. 90. Declara, vt num. 89.
Dolus præsumitur in eo, qui contrahit cum minore sine legitimis solēnitatibus num. 91.
Dolus præsumitur in eo, qui omittit facere id, quod facere debet, num. 92. Declara, quia iste dolus dicitur præsūptus, sed non verus n. 93.

QVÆST. LXXXIX. INSPECT. IV.

74 PRIMA doli praesumptio sumitur ex qualitate personarum. Sicut enim qualitas personarum excludit dolum, vt dixi supra in praecedenti inspectione, num. 44. Ita pariter ex eadem personarũ qualitate dolus, & fraus praesumitur. Luc. de Penn. in l. quemadmodum, num. 17. casu 137. C. de agric. &c. censit. lib. 11. Alber. in l. dolum, num. 3. in fine col. 1. in fine, vers. ex conditione personae. C. de dol. Dec. in c. si autem, num. 13. de rescriptis, per tex. quem allegat in l. viduae C. de nupt. in l. 1. vbi pup. educ. deb. & in Auth. quibuscunque. C. de Sacrosanct. Eccl. Tiraq. de retract. côuent. in praefatione, num. 35. vbi testatur de receptissima opinione, Aym. cons. 282. num. 8. vers. septimo ad propositum, vbi loquitur in persona sagaci contrahente cũ persona, quae facilè decipi potest, prout est minor, mulier, vel alius similis, quorum fragile est côsilium, secundum Bal quem allegat in cons. 312. si ita est, li. 1. Grat. consil. 81. viso legato facto Baldassari, nu. 14. vers. sic. Nam ex qualitate, lib. 2. Capra conclus. 78. num. 47. Plot. de in lit. iuran. §. 6. num. 60. Rolan. cons. 11. num. 75 lib. 3. Virgil. Boccacc. in constit. Picęn glo 8. num. 282. in fine. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 138. & nu. 144. & lib. 2. conclus. 815. num. 11. Menoch. de praesump. lib. 5. praesumpt. 3. num 100. & seq. Et faciunt quae in simili de simulatione dixi infra, quaest. num. Et de falsitate, q. num.

75 HINC dolum praesumi in eo, qui est solitus dolum cômittere, & delinquere. facit regula Semel malus, &c. de qua suo loco dixi, & in specie scripserunt Luc. de Penn. in l. quemadmodum, post num. 32. C. de agric. & cens. lib. 11. Alber. in l. dolum. col. 1. ad finem, vers. item ex eo, quòd dolo facere consueuit. C. de dolo. Marsil. in l. 1. §. Diuus, num. 39. vers. & teneas menti ff. ad l. Cornel. de Sicar. Tiraq. de poen temp. caus. 10. num. 6. & de retract. conuen. in praefatione, sub num. 35. vers. illud autem receptissimũ est. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 531. nu. 118.

76 SECVNDA doli resultat praesumptio generalis ex qualitate facti, prout est tex. in l. 1. §. fin. ff. de dol. excep. dũ ibi dicitur, *sed an dolo quid factum sit, ex facto intelligitur*, & ibi glo. in verbo *ex facto*, expresè declarat, idest *ex qualitate facti*, facit tex. in l. summa cum ratione. §. 1. ff. de pecul. & in l. omnes. §. Lucius. ff. de ijs, quae in fraud. cred. & in l. dolus. C. de rescind. vendit. per quae iura hanc conclusionem sic generalem firmauit Dec. in c. si autem, num. 12. de rescrip. Capra conclus. 78. num. 46. Plot. de in lit. iuran. §. 6. num. 60.

77 TERTIA succedit doli praesumptio oriens ex actib. quae de sui natura mala, illicita, & à iure reprobata sunt, prout est iniuria, homicidium, furtum, incendium, & ijs similia, a iure diuino, vel naturali prohibita. l. si non conuitij. C. de iniur. l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. Luc. de Penna in l. quemadmodum, num. 17. casu 137. C. de agric. & cens. lib. 11. vbi adducit illud, quòd omne malè actum prauè praesumitur actum, & num. 32. Vbi quòd haec dicitur praesumptio iuris, & caeteris fortior. Iacob. Butrigar. in l. dolum, vers. in delictis dic, & ibi Barr. nu. 3. vers. quandoq; loquitur, & num. 4. vers. & sic sumus in genere prohibitorum. Bal. in princ. vers. sed in his, quae sunt de genere prohibitorum. Alber. col. 1. ad finem, vers. item ex illicite facto, & vers. item in delictis. Fulgos. num. 1. vers. aut loquimur in faciente. Salyc. num. 2. post med. & num. 3. versic. aut in prohibitis, Ioann. Sicar. num. 5. vers. aut enim quaeritur. C. de dolo. Florian. in l. quoties, la 2. §. qui dolo, num. 1. ff. de probat. Felyn. in cap. si autem, num. 1. in 2. fallen. de rescript. Coepol. cons. 21. num. 3. & consil. 24 num. 8. & seq. Socin. reg. 94. in princ. Paris. consil. 52 num. 33. & cons. 78. num. 16. lib. 4. Coephalus cons. 113. num. 20. lib. 1. Capra conclus. 78. num. 49. vbi de communi. Herculan. de negat. num. 16. Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap 7. num. 13. vbi alios refert. Virg. Boccac. in constit. Picaen. glo 8. num. 283. vers. in casibus vero

verò prohibitis. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 10. & num. 13. & seq. & lib. 2. conclus. 814. num. 4. & conclus. 1003. num. 62. & concl. 1042. nu. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 45. & seqq. Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 2. q. 83. num. 4. vbi amplius, quòd iste dolus est verus, & non præsumptus, sequitur Ioan. Petrus Surd. decis. Mantuan. 216. num. 14. & num. 17. Honded. cons. 105. num. 21. & seq. Et faciunt ad hanc præsumptionem, quæ generaliter de præsumptione delicti dixi supra in tit. de reo confess. & conuict. quæst. 85. num. 34.

78 Verum ne in hac præsumptione erres, aduerte, quòd illa procedit in iis, quę prohibita sunt à iure naturali, vel diuino, prout est homicidium, furtum, & similia, de quib. pariter benè aduertit Menoch. de recuperan. possess. rem. 9. num. 19. Secùs autem in prohibitis a iure prohibitiuo. Nam tunc in actu eo iure prohibito non præsumitur dolus, quã do neminem lędit, aut lędere potest, vel si lędit, leuis est læsio, sic enim pluribus hanc declarationem cõprobat Menoch. de pręsump lib. 5. præsumpt. 3. nu. 115. & seqq.

79 Et ponit exemplum in clerico, quem probetur iuisse venatum, quòd in dubio præsumendum est iuisse, non vt legis contemptorem, sed recreationis causa, ex Innocē. Archid.

80 & Felyn. in locis per eum relatis: Sic si probetur Sacerdotem sacramenta ministrasse, & celebrasse in aliena parochia præsumendum est, potius, quòd sine dolo, & iusta causa, ac cum licentia parochi celebrauerit, quam sine licentia ex Innoc. in c. super his, & ibi etiam Felyn. nu. 17. de accusat. Lap. alleg. 126. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 6. Et facit quòd voluit Ias. in l. 1. §. nunciatio, num. 20. ff. de oper. nou. nunciat. dùm dixit verum dolum dici quando quid committitur contra ius naturale, vel gentiũ non quando contra ius ciuile, refert, & sequitur Ioan. Petrus Surd. decis. Mantuan. 216. num. 14. in fine. Et faciũt, quæ generaliter dixi de præsumptione delicti supra d. q. 85 num. 36. & seqq.

81 QVARTA doli præsumptio est, quando quis leges transgreditur, & quando contra iuris dispositionem, vel prohibitionem aliquid agit Bart. in l. propter veneni. §. 1. ff. ad Sillan. Cyn. in l. dolum, vers. pręsumitur tamen. C. de dolo, & ibi etiam hoc notant Alber. post num. 2. Dec. in in c. si autem, num 14. vers. & addit tex. de rescript. Bald. cons. 35. num. 3. lib. 3. Dec. in l. nemo videtur, num. 2. ff. de reg. iur. Aym. cons. 193. num. 5. & cons. 282. num. 8. in fine, vers. Nono dolus in eo arguitur. Paris. cons. 49. num. 23. lib. 1. Mascard. d. conclus. 531. num. 47. & seqq. & nu. 136. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 82. & seq. & num. 84. & seq. Vbi declarat, dummodo ex actu cõtra legem facto agens reportet aliquod commodum, aliter secus, de quo dixi generaliter supra, num. 56. Idem Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. num. 19. Vbi multò magis de faciente actum à iure naturali prohibitum.

82 HINC dolum præsumi in tutore alienante bona pupilli sine causa, & sine alijs debitis solemnitatibus scripserũt post alios, quos allegant antiquiores, Menoch. de præsũp. lib. 5. præsumpt. 3. num. 79. & seqq. Mascard. d. concl. 531. num. 47. & seqq. Et num. 63. & seqq. Vbi etiam ponit alios casus, in quibus aduersus tutorem præsumitur dolus. Et faciunt quæ generaliter dixi infra hac eadem inspect. numer. 88.

83 HINC etiam dolum præsumi in eo, qui contra iura, seù statutum mercatur, probat tex. in c. qui contra, de reg. iur. in 6. l. quemadmodum, & ibi Luc. de Penna, in verbo *mercatur*, num. 5. C. de agric. & cens. lib. 11. Alber. in l. dolum, num. 3. col. 1. vers. item si quis contrahat contra legem. C. de dolo. Felyn. in c. si autem, num. 2. in fine, col. 2. in princ. vers. & adde, extr. de rescript. Roman. cons. 437. nume. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. nume. 2. Aym. consil. 141. num. 12. & cons. 871. num. 21. & in quæst. de indemnit. mulier. post num. 10. Vbi in specie de contrahente contra prohibitionem Statuti. Plot. de in lit. iuran. §. 6. num. 61. & §. 5. num. 40. Roland. consil. 14. num. 10. lib. 3. & consil. 60. num. 43. & seq. lib. 4. Cæphal. consil. 115. num. 11. lib. 1. Virgil. Boccac. in constitut. Picæn. glo. 8. nu me. 284. vers. item si quis contrahat contra legem. Redoan. de reb. Eccles. &c. quęst. 17. §. mala vero fides, nu. 1. fol. 417. Steph. Lamberteng. de contract. eor. gloss. 1. num. 123. & 166. vbi plures ad hanc præsumptionem adducit concordantes, & num. 167. & seq. respondet ad contraria, Mascard. d. concl. 531. num. 48. & num. 129. Menoch. de pręsumpt. lib. 5. pręsumpt. 3. num. 76. & seqq. vbi alios refert concordantes, & eam benè exornat.

84 Verum hanc illationem declara tribus modis. Primò, vt procedat in eo, qui scienter contra iura mercatur, secùs si ignoranter, vt per Mascard. d. conclus. 531. num. 129. ex gl. quàm allegat, in l. quemadmodum in verbo *mercatur*, C. de agric. & censit. lib. 11.

85 Sed contrarium, & verius voluit Stephanus Lamberten. de contract. eor. d. glo. 1. num. 131. & seqq. Vbi dixit, quòd isto casu ignorantia iuris non præsumitur, nec excusat. Et hoc pluribus comprobat.

86 Secundò autem illatio potest declarari, vt non procedat, quando contractus contineret in se naturalem æquitatem, quia tunc etiam celebratus contra iura, seù statuta illi resistentia non dicitur dolo celebratus, vt benè demonstrat Plot. de in lit. iuran. §. 6. num. 61. vers. & probaretur.

87 Tertiò, dicta illatio procedit in contrahente contra dispositionem iuris, seù statuti, clàm, & indubitatam, secùs si dubiam, & à Doctoribus tergiuersatam, quia tunc non dicetur dolo contraxisse, vt benè demonstrat idem Lamberteng. d. gloss. 1. num. 163. & dixi ego hoc eod. tit. quæst. 90. num. 98.

88 HINC quoque dolum præsumi in eo, qui contrahit cum aliquo sine debitis solemnitatibus iuris probat text. in l. si quos. C. de rescinden. vendit. Luc. de Penna, in l. quemadmodum, num. 7. in 49. & 52. casu. C. de agric. & censit. lib. 11. Aym. cons. 193. num. 2. & cons. 871. num. 21. & cons. 889. num. 5. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 50. §. 60.

89 num. 61. Vbi declarat hoc non procedere, quando contractus contineret in se naturalem equitatem. Rolan. cons. 18 num. 85. lib. 2. Cæphal. cons. 115. num. 11. & 12. lib. 1. idem Rolan. cons. 60. n. 42. & seqq. & cons. 72. num. 12. & seqq. lib. 4. Stephan. Lamberteng. in tract. de contrac. eor. &c. gloss. final. nume. 220. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumpt. 3 num. 79. & seqq. & in tertio remed. retinen. possess. num. 63 5. & seqq. Brunor. à Sole in suo compend. iuris, vers. dolus præsumitur in contrahente, vbi alios refert Redoan. de rebus Eccles. quæst. 17 §. mala verò fides, num. 4. fol. mihi 417. Decis. Pedemont. 78. num. 10. Mascard. de probation. lib. 2. conclus. 1004. num. 19. & sequenti.

90 Quæ quidem pręsumptio dicitur iuris, & de iure, & sic probationem in contrarium non admittit secundum Socin. Iun. in cons. 69. num 45. lib. 1. prout illum refert, & sequitur Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 179. Roland. consil. 72. num. 15. lib. 4. Simoncell. de decret. lib. 3. num. 42. tit. 9. num. 42. Mascard. de prob. d. concl. 1004. nu. 22. idem Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 225. nu. 7. in fine, post alios, quos allegant antiquiores.

91 HINC in specie dolum præsumi in eo, qui cõtrahit cum minore, sine solemnitatibus requisitis à iure scripserunt Rolan. cons. 18. nu. 85. lib. 2. & cons. 41. nu. 36. lib. 3. & cons. 60. num. 42. & seqq. lib. 4. Cæphal. cons. 51 nu. 6. lib. 1. Menoc. de præsump. præsump. 3. nu. 30. Stephan. Lamberteng. de cõtract. eor. &c. glo. final. num. 220. Vbi amplius, quòd isto casu potest agi criminaliter ad rescissionem cõtractus, licèt non quoad pęnam, de quo vltimo vide Plot. in l. si quando, num. 204. & seqq. secundum antiquam impressionem. C. vnde vi. Vbi etiam de materia, de qua latiùs dixi in quæst ciuilibus.

92 QVINTA doli præsumptio est, quando quis non facit id, quod facere debet l. si procuratorem §. dolo, & l. dolus. ff. mandal. 3 §. item ijs. ff. de sicar. Cyn. in l. dolum, vers. præsumitur tamen, & ibi etiam Bart. num. 3. vers. tu dicas sic, & nu. 4. in fine. vers. item ex eius, quod facere debuit omissione, & ibi ampliat etiam in faciente, sed non perfectè id, ꝙ facere debet. Fulgos. nu. 1. vers. loqmur in omittẽtes Saly. n. 2. & n. 3. vers. aut sunt omissa. Paul. de Cast.

num.3. Ioan. Sicard.num.5. vers. quando quis facere omittit. C. de dolo Felyn.in c. si autem,num.1.in 1. fallent. de rescrip.& ibi etiam Dec.num.15.& seq.Blanch. in prac. crim.§.visis inditijs,num. 131. fol. mini 55. Rom. consil. 191.num.3. Ias.cons.18.nu.6.lib.1. Socin.cons.46.num.5. lib.1. Aym.cons.115. nu. 2 & cons.193.nu.2. Curt. Iun.cõsil.19. num. 1.Paris.cons.49. num.32.& cons.74. num. 29. lib.1.Natta cons.574. num.11.lib.3.Decian.cons.100.nu. 13.lib.2. Vbi amplius,quòd præsumitur falsitas. Cœphal. cons.165. num. 8. Virgil. Boccac. in constit. Picæn.glo.8. num. 284. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 24. Vbi alij referuntur, & num. 71. & seq. & num.149. & 150. Vbi de non prosequente, vel non prouidente id, quod prosequi, vel prouidere debet. Surd. decis.Mantuã. 216. num. 1. & seqq. & num.18. & seqq. Vbi tamen pluribus probat,quòd iste dolus non dicitur verus, sed præsũptus,quia talis omissio potest euenire non animo fraudandi,aut decipiendi,sed alia causa,per text.in l. nouissimè.§. non semper.ff.quòd fals. tutor. auth.cum aliis ibi per eum allegatis,nec dissentit Sfor. Odd.de rest.in int.par.2. q.83. num.3.& num.5. & seq.

94 Sed hæc præsumptio tunc demum locum habet, quãdo quis scienter omittit id,quòd facere debet, secus si ignorantet,per ea, quę generaliter dixi supra,num.65.& in specie voluit Bar.in l. dolum,num.3. vers. secùs si ignoret.C. de dolo per tex. in l.qui in alterius.ff.de reg.iur. Bart.ibid. num.4. in fine,vers. secùs,aut ignorantia. Felyn.in c.si autem,nu. 1. in 1. fallen. vers. secùs si ignoraret, de rescript. Blanch in pract. d.§.visis inditijs, num. 131.

95 HINC etiam præsumitur dolus in omittente facere illud,quod quis ratione sui officij facere tenetur l. tutor, qui repertorium.ff.de administr.tut. l.si procuratorem. §. si ignorans.ff.manda. Luc. de Penn. in l.quemadmodum, num.6.in 6. casu. C. de agric. & cens.lib. 11. Grat. consil. 61. num. 14. lib. 2. Aym. cons. 115. num. 2. & cons. 346. num. 1. & 2. Bero. cons. 191. num. 18. & num. 44. lib. 1. Capra conclus.78. num.48. Plot.de in lit. iuran.§. 48. nu. 15. Cœphal. cons. 230. num.1. & seq. Brunor. à Sole in consil.suo crimin.nu.4.vbi facit cõclusionem,quòd ex negligentia in officio dolus pręsumitur ex Anchar.Socin.& Aym. in locis ibi per eum relatis. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 80. Menoch. de pręsumpt. lib. 5.præsump. 3. num.66.& seqq. vbi infert ad socium tutorem,& emptorem omittentes facere id, quòd ad eorum officij debitum facere spectabat.

96 HINC etiam præsumitur dolus in eo,qui non vsus est remedijs opportunis ad actum, quem gerit.Bal. cons. 395. incip. pro Domino Rinaldo,col. num.4. vers. 5. quia lib. 2. per tex.in l.idemq; §.si ignorantes.ff.manda. & in l. fin. §.illud, vers. summopere.C.de temp.appellat.quem refert, & sequitur Aym.de antiq. temp.par.1. sect. Vidimus, & abundè,nu.5.& cons.97. num.7. Mascar. de probat. lib.1. concl. 531. num. 42.

97 SEXTA doli, & fraudis præsumptio oritur ex præcedenti tractatu. Tiraq. qui alios refert de retract. lignag.§. 1.glo.14. nume. 24. Ruyn. consil. 4.nume. 10. lib. 1. Decian. cons.32. num.15. lib.3. Mascard.d.concl. 531. num. 73. & seqq. Menoch. de pręsumpt.lib.5. pręs.3. num. 110.

98 Sic etiam & generaliter dolus,seu fraus præsumitur ex pręcedentibus,Bal.in l.j.ante finem. C. si quis omiss. caus. testam.Vbi quòd talis coniectura præponderat aliis,prout illum refert, & sequitur Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 2. num.8. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glo. 14. nu.24.vbi quòd ex præcedentibus magis presumitur fraus, quam ex sequentibus. Virg. Boccac. in constit. March. glo. 8. nu. 283, ad fin. vbi quòd dolus præsumitur ex iis, quæ quis prius dixit,vel fecit. Mascar.qui alios refert,de probat.lib. 2.concl.815.nu.16. & conclus.95. num.6. lib. 1. vbi facit generalem conclusionem, quòd animus qualis fuerit in sequenti,ex præcedentibus benè dignoscitur per l. si seruus plurium.§.fin.ff. de legat.primo,cum alijs ibi per eum allegatis.

99 Et sic è contra ex subsequentibus dolum præsumi, seu fraudem,probat tex.in c.2.de renunc. in 6.Zabar. cõs. 28. col.2. vers.& præsumitur. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 531.nu. 116.& lib.2.concl. 815.num. 16.

100 Et ex malo sequuto effectu dolum pręsumi, consuluit Bald.in cons.250. num.1. lib. 1. vbi dixit,quòd cuius finis est malus, eius præordinario præsumitur dolosa.l. si qui adulterij.C. de adulter. & finis demonstrat principium.l.re præhendenda.C.de instit. & substitut. idem Bal. in l.1.circa finem.ff.si quis omiss.caus. testam.Vbi dixit,quòd cuius effectus malus est,eius quoq; voluntas mala præsumitur. Aym.cons.282. nu.8.vers.tertio arguitur. Masc. de prob. lib.1.concl.531. num.158. Menoch.de pręsump.lib.5. præsump.3.num.99.

101 SEPTIMA pręsumptio doli,est ea, quæ oritur ex actu facto cum personis suspectis,vel prohibitis.Aym.cõs. 142. num.18. Grat.resp.36. num.2.lib.1. Decian.cons.32. num.4.lib.3. Mascard. de probat. lib. 1.conclus.531.num. 62. & num. 104. & num.143.

102 OCTAVA est doli, seu fraudis pręsumptio illa, quę oritur ex qualitate temporis,l.si mandauero. in fine, ff. mãda.l.si quis fortè.ff.de pœn. Quæ iura ad hoc allegat. Dec. in c. si autem,num.13. de rescript. Plot. de in lit. iuran. §. 6.num.60.

103 Et propterea ex actu,gesto in tempore prohibito dolum præsumi consuluit Grat. respons. 36.nu. 2. lib. 1. Mascard. d.conclusio.531.nu. 104.

104 NONA oritur doli,& fraudis coniectura, ex mendacio.l.si quis affirmauerit.§. 1.& l.quòd venditor, & l. eleganter.§.idem Pomponius.ff.de dolo.l.falsus.§.si quis.ff. de furt.Doct.in l. dolum,C.de dolo.Rom.cons.8. num. 2. Ruyn. cons. 29. num.6. libr. primo. Aym. cons. 2. num. 13.& cons.244.nu. 6.& cons.282.num. 8. & de antiquir. temp. par. 1 .sect. Vidimus,& abundè, nu. 16.Gig. cons. 40. num.5.Decian cons.32.nu.29. lib.3.Iacob.Port. cons. 78. in princip.Brunor.à Sole in suo cons.crim. nu. 87. Franc. Becc.cons 106.nu.13.& seq.Hippol.Rimin.cons. 274. nu. 67.lib.3.Mascard.de probat. lib.1. concl. 531. num. 19. & seq. Vbi alij referuntur concordantes. Et isto casu dolus ex mendacio resultans dicetur verus dolus, & non præsũptus, vt dixi infra, num. 107.

105 Sed aduerte,quòd ista præsumptio intelligenda est secundum ea,quæ generaliter dixi supra,num. 56. vt scilicet procedat,quando ex mendacio mendax aliquod commodum,seu lucrum consequitur,secùs si nullum commodum consequatur,aut lucrum,prout in specie adnotarunt Alex. in l.dolum,num.3.C.de dolo,& ibi etiam Ioan. Sic. sub n.1.Aym.cons.947.n.18.Ruy.cõs.8.in fi.lib.4.Felyn.in c.si autem,nu. 2.col.1.ad finem, vers. dummodo tale mendacium sit ei proficuum,& ibi etiam Dec.num.6.de rescr. Mascar.d.conclus.531. num.21. & seq. & num.76. versic. sublimites tamen. Vbi alij referuntur concordantes, sequitur Menoch. de præsumpt. lib.5.præsumpt.3. num. 62. Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. num. 39. Vbi in idem allegat Menoch. de pręsumpt. lib. 3. præsumptio. 130. num.42.

106 HINC dolus etiam præsumitur ex falsa expressione, assertione,vel persuasione,d.l.si quis affirmauerit.§. 1.ff. de dolo Bart.in l.dolum,num.2.C.de dolo, vbi ponit exemplum, quando quis prædicat alteri aliquid, quòd non est. Et sic mentitur. Fulgos. ibidem num.2.in fine. Aym. cõs. 192. num.12.& cons.282. Ruyn.consil.194. num.8.lib.1. vbi quòd dolus præsumitur in matre affirmante, filium esse ætate minorem,& deinde maioris ętatis reperiatur. Nicola.Moron. de fid. treg.& pac.q.17.nu.16.& seqq. Decian.cons.32.num.24.& 29. lib.3. Franc. Becc. cons. 106. num.13.& seq. Masc. de prob.d. concl. 531. num. 7. & num. 37.

107 Iste autem dolus ex falsa assertione, seu persuasione resultans dicitur dolus verus,& euidens, non autem præsumptus. Aym. cons. 282. num. 7. in fine, per text. in d. l. si quis affirmauerit,ff.de dolo cum aliis ibi per eum allegatis,idem Aym.cons.446. num.15.Franc. Becc.cons.106. num. 13. in fine. Et hos refert Surd. decis. Mantuan. 216. num. 8. allegans & in idem Odd. de restitut. in integr. q. 83. num. 12.

108 Sed

108 Sed vide eund. Surd. ibidem num. 22. & seqq. Vbi cõcludit, quòd licèt iste dolus dicatur verus. Non tamen euidens, & apertus, prout Aym. & Becc. in locis præcitatis opinati sunt, sed velatus, ex Bald. in l. minor etiam ff. ff. de minor. Natta consil. 17. num. 5. vers. plus; &c. & eodem Odd. d. quæst. 83. num. 24. in fine, & ibi respondet ad tex. in d. l. si quis affirmauerit.

109 Et rursus præsumitur dolus, non solum ex falsa expressione, sed etiã ex eo, quòd quis affirmat pro vero illud, quòd ignorat esse verum. Mascard. d. conclus. 531. num. 7. & 37. Vbi allegat Aym. in cons. 199. num. 6. refert, & sequitur hos Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 55. & seq. quod & ante istos voluit Paul. de Castr. in l. dolum, num. 3. vers. item quando quis asserit scienter C. de dolo, argumento text. in d. l. si quis affirmauerit. ff. de dol. & in l. Iulianus §. 1. in fine. ff. de act. empt. sequitur Io. Sicard. in d. l. dolum, sub num. 1. Dec. in c. si autem, num. 10. extra de rescript. Vbi sequitur Castren. in d. l. dolum, reprobaris; Alex. & Felyn. in locis infra referendis, contrarium sentientibus, & faciunt pro hac opinione (quam veriorẽ credo) quę in simili de teste falso dixi in tract. de testib. quęst. 67. num. 70. & seqq. Vbi probaui testem de falso puniri; qui pro vero affirmat id, quòd verum esse ignorat.

110 Contra, quòd scienter, & pro certo affirmans illud, quod ignorat, non dicatur in dolo, nec de dolo teneatur, reprobato Castren. in loco præcitato, defendit Alex. in d. l. dolum, num. 3. & 4. C. de dolo, dicens insuper, quod text. in d. l. Iulianus probat contrarium eius, ad quod allegatur per Castren. prout adnotauit ibi glo. in verbo, *indicationem*, Bart. & communiter omnes, quæ quidem glo. ibi etiam respondet ad tex. in d. l. si quis affirmauerit, & Alexander sic dicentem refert Fely. in c. si autem, num. 2. ad finem, col. 2. in princ. vers. sed tamen videtur ext. de rescr.

111 HINC etiam præsumitur dolus, seu fraus ex taciturnitate, ac dissimulatione eorum, quę si fuissent expressa, actus non sic ad fauorem agentis fuisset celebratus, l. 3. in princ. ibi dissimulata obligatione, ff. de crim. stellion. l. si quis in pignore. §. fin. ibi nec me de hoc certiorauit. l. quæritur. §. si venditor, ibi, *consulto reticuit* ff. de edil. edict. Pau. de Cast. in cons. 411. col. 2. ad fin. & col. seq. lib. 1. (qui tamen isto casu ex huiusmodi dolo non posse criminaliter agi affirmauit, dixi et ad. supra in 1. part. q. 19. num. 56. Et voluit Boss. in tit. de crim. stellion. in fine.) Dec. in l. pactum, quòd dotali post nu. 8. C. de pact. Alex. cons. 109. nu. 10. & seq. lib. 4. Dec. cons. 110. num. 9. vers. & si de dictis. Aym. cons. 192. nu. 14. & cons. 141. num. 26. & cons. 182. num. 7. post med. Vbi benè infert, & exornat. Natta cons. 542. nu. 5. vbi, quòd ille, qui dissimulat, & celat factũ præsumitur in dolo versari. Virg. Boccac. in constit. Marc. glo. 8. num. 284. li. 2. Franc. Becc. cons. 106. num. 13. ad finem. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 32. & seqq. Vbi benè comprobat hanc conclusionẽ, & ex ea facit plures illationes, & num. 68. & seqq. Vbi pariter infert Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3. num. 59. & nu. 75. & seqq. Vbi pariter infert Odd. de restitut. in integr. q. 83. nume. 24. ad finem. Vbi quòd iste dolus, qui committitur simulando, vel dissimulando dicitur dolus velatus ex Natta, quem allegat in cons. 17. sub num. 5. vers. plus, &c.

112 HINC quoquè præsumitur dolus in eo, qui fallendi causa, vel obscurè loquitur, vel obscura insidiosè dissimulat, vel sub verbis generalibus, & sub inuolucro verborũ aliquid clam includit; ad tex. in l. ea, quæ commendandi, in fine. ff. de contrahen. empt. Luc. de Penna in l. quemadmodum, nu. 23. C. de agric. & censit. lib. 11. Alber. in l. dolũ, nu. 3. col. 1. in fine, vers. item ex modo loquendi. C. de dol. per text. in l. qui aliter, §. 1. ff. quòd vi, aut clam, & in l. 1. §. fin. ff. de actio. empt. Cassane. cons. 52. num. 8. vers. cum tantum. Mascar. de probat. d. conclus. 531. num. 68. & seqq. & num. 114.

113 DECIMA doli, & fraudis est coniectura, quãdo quis promissa non obseruat, l. dolus, & ibi glo. fina. l. si procuratorem. §. dolo ff. manda. Cagnol. in l. si quis maior, nu. 190. vers. & quòd in proposito. C. de trãsact. Alex. cõs. 84. nu. 7. lib. 6. Corne. cons. 115. in fine, lib. 1. Aym. consil. 192. num. 15. & cons. 6. num. 98. & cons. 100. nu. 9. & alibi sæpè, & q. de indemnit. mulier. num. 30. Vbi benè hanc præsumptionem exornat. Plot. de in lit. iuran. §. 39. nume. 3. Vbi tamen, quòd quælibet causa excusat ab isto dolo. Roland. cons. 57. num. 7. & seqq. lib. 1 Bertazz. cons. 80. num. 7. lib. 1. Cephal. cons. 265. num. 8 9. & 13. Decian. cons. 60. num. 46. lib. 2. Virg. Boccac. in constitut Picæn. glo. 8. num. 285. post med. vers. & arguitur dolus contra eum Mascar. d. conclus. 531. num. 38 & nu. 119. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 83. & seqq.

114

115 VNDECIMA doli, & fraudis præsumptio nascitur ex breuitate temporis: Sicut enim ex temporis interuallo excluditur præsumptio doli, vt dixi supra, num. 72. ita etiam ex illius breuitate debet præsumi, glo. in l. si ventri. §. fi. in glo. fi. & ibi Bart. & Ang. ff. de priuileg. cred. Paul. de Monte Pico in l post contractum, nu. 62. ff. de donat. Marsil. cons. 3. nu. 14. Aym. cons. 100. n. 8. Afflict. decis. 72. Nard. Andreas post num. 3. vers. tertiò adducitur. Masc. de probat. lib. 1. conclus. 531. nu. 123. & lib. 2. conclus. 815. nu. 15. Vbi alios referunt concordantes.

116 HINC dolum præsumi, quando vnico temporis momento omnia facienda quis curauerit, consuluerũt Paul. de Castro in cõs. 174. contra superius cõsulta, num. 9. vers. est etiam hæc præsumptio, lib. 3. Aym. cons. 39. nu. 5. Virg. Boccac. in in constit. March. glo. 8. num. 284. lib. 2. Mascar. d. concl. 531. num. 41.

117 HINC & dolum præsumi ex vicinitate actuum, & ex eo, quòd in continenti, seu statim fit, probat tex. in l. si ventri. §. final. ff. de priuileg. cred. l. sed Iulianus. §. sed si filiusf. ad Macedon. c. officij, de elect. Bart. in l. post contractum num. 8. vers. quintò præsumitur, & ibi etiam Annibal. de Canon. nu. 163. vers. successiuè venio ff. de donar. Bal. in l. post hac, col. 1. in fine vers. breuiter non possumus, & ibi etiam Ang. col. 2. in fine, vers. idem si donauit. C. de bon. possess. Gabr. tit. de præsump. conclus. 3. nu. 6. & seqq. Vbi infert, & pluribus exornat hanc conclusionem. Lamberten. de contract. eorum, &c. glo. 2. q. 17. nũm. 54. Mascard. d. conclus. 531. num. 127. & latiùs lib. 2. conclus. 815. num.

118 4. Vbi plures alios refert concordantes, & num. 3. Vbi declarat, quod scilicet ex vicinitate actuum præsumitur dolus contra agentem ad fauorem tertij, vel fisci, prout loquitur tex. in d. l. si ventri. Secùs autem in fauorem eius, cuius actum gessit, ex Ruyn. quem allegat in cons. 177. n. 15. vers. sed talis præsumptio, lib. 1. Brunor. a Sole in suo compen. tit. vers. fraus ex eo colligitur, & in vers. actuum vicinitas, vbi alios refert concordantes ad hanc illationem.

119 HINC dolus, & fraus etiam præsumitur ex frequentia actuum. Guid. Pap. in tracta. de præsumpt. nu. 47. vers. præsumitur etiam fraus, per l. inciuile. C. de seru. fugit. prout illum refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 815. nu. 5. & nu. 6 Vbi declarat hoc non procedere in materia pœnali. Declarationem videas.

120 HINC & dolus præsumitur ex festinantia, seu celeritate actuum. Guid. Pap. de præsumpt. num. 51. per l. si vota. § fin. ff. de priuileg. cred. Paris. cons. 153. num. 2. vers. quæ temporis eiusdem celeritas, lib. 4. refert hos, & sequitur Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 815. nu. 5. & nu. 6. Vbi declarat hoc non procedere in materia pœnali. Declarationem videas Virgil. Boccac. in constit. Picæn. glo. 8. num. 284.

121 DVODECIMA doli, & fraudis est præsumptio illa, quæ oritur ex nimia, & insolita diligentia. l. si quis, sub conditione. ff. de condit. instit. Dec. cons. 144. vis tota, nu. 23. vers. vnde ista insolita. Natta cons. 436. num. 4. Bero. cons. 59. num. 14. lib. 1. Aym. cons. 321. num. 3. Menoch. cons. 109. num. 35. Virgil. Boccac. in constit. Picęn. glo. 8. num. 284. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. nu. 108. Menoch. de præsumpt. lib. 5 præs. 3. num. 102. vbi alij referuntur concordantes.

122 HINC etiam ex nimia, & insolita cautela dolum, & fraudem præsumi scripserunt Bald. in l. testamentum, n. 3. vers. quandoquè tamen. C. de testam. idem Bald. cons. 75. num. 2. lib. 2. Castrens. cons. 337. primo quæritur, col. 4. post

num. 20. vers. quarto præsumitur fraus lib. 1. Grat. respõs. 53. num. 10. lib. 1. Curt. iun. cons. 78. num. 13. part. 2. Tiraq. de retract. conuent. in præfatione, num. 17. & seq. vbi benè, & iuribus, & Doct. authoritatibus hanc præsumptionem exornat, dicitquè inter alia, quòd quãto plus cautelæ in contractibus adhibetur, tanto plus fraudis inesse præsumitur, & vbi abundantior est cautela, ibi euidentior est fraus, ex glo. Bald. Ias. & alijs per eum allegatis. Neuizzan. cons. 22. num. 45. in fine. Redoan. de reb. Eccl. &c. q. 17. § mala verò fides, nu. 8. fol. 418. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. nu. 103. & lib. 2. concl. 1004. nu. 64. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. nu. 102.

123 Nec obstat regula de qua in l. pen. C. de euict. quòd scilicet, Abundans cautela non nocet; Nam pro responsione, & declaratione huius præsumptionis dicas, quòd regula prędicta habet locum in contractibus non suspectis, & in quibus nulla est fraudis pręsumptio. Hæc autem præsumptio procedit in contractibus suspectis, secundum Tiraq. qui ita videtur declarare, de retract. conuent. in præf. sub num. 17. & 18.

124 HINC etiam ex insolitis clausulis dolum, & fraudem præsumi, scripserunt Ioann. Annibal. in l. post contractũ, num. 138. vers. item fraus tamen præsumitur, & nu. 139. vers. etiam ex renunciatione insolita. & num. 40. ff. de donat. Paul. de Castr. in l. si quis sub conditione, sub num. 1. vers. vnde propter. ff. de condit. instit. Neuizz. cons. 22. num. 45. in fine. Aret. cons. 16. num. 6. Neuizz. cons. 8. nu. 63. responso 462. num. 10. Aym. cons. 862. num. 6. & cõs. 969. num. 14. Decian. cons. 52. num. 64. & cons. 67. num. 15. lib. 3. Menoch. cons. 1. num. 338. lib. 1. quos, & alios in proposito referendo, sequutus est idem Menoch. de præsumpt. lib. 5. pręsumpt. 3. num. 103. & Mascar. de probat. lib. 2. concl. 815. num. 40. & 42. & lib. 1. concl. 299. per totum. Vbi amplius, quę dicuntur clausulę insolitæ.

125 Et generaliter, quòd ex actu insolito dolus, & fraus præsumatur scripserunt Aym. cons. 321. nu. 3. vers. pręsumitur contra eum, & cons. 100. post num. 5. vers. itaq; ex actu isto insolit. Guid. Pap. de pręsumpt. num. 27. vers. ex insolitis. Mascard. d. conclus. 531. num. 75. lib. 2. concl. 815. num. 40. in fine, & num. 42. & facit quòd dixi supra, nu. 62. sumpto argumento à contrario sensu.

126 DECIMATERTIA est præsumptio doli, & fraudis, quę procedit in eo, qui imperio magistratus non obtemperat: sicut enim dolum, & fraudem excludi, ex obedientia magistratus, & superioris, dixi supra num. 69. Ita è contra dolum, & fraudem præsumi, quando quis debitam obedientiam non præstat, probat tex. in l. non potest dolo carere. ff. de reg. iur. glo. in cap. quod quis, in glo. 1. in fine. eod. tit. de reg. iur. in 6. Dyn. ibid. num. 7. Io. And. in regula Scienti, & consentienti, num. 2. de reg. iur. in 6. Alber. in l. dolum, num. 3. vers. item pręsumitur dolus. C. de dolo. Cagnol. in l. non videntur data §. qui iussu, nu. 3. ff. de reg. iur. Virgil. Boccac. in constitut. Picęn. glos. 8. post num. 284. Mascard. d. conclus. 531. num. 89. Menoch. de præsumpr. lib. 5. præsumpr. 3. num. 86. & seq. Vbi eam reddit huius pręsumptionis rationem, quia scilicet lege diuina mandatum est Principibus, quorum personam sustinent Magistratus, obediendum esse, cap. 2. de maior. & obed.

127 DECIMAQVARTA pręsumptio doli est ea, quę nascitur ex violentia. l. 4. ff. ne quis eum, qui in ius voca, est vi. exim. Bal. cons. 119. nu. 4. lib. 2. Vbi quòd dolus pręsumitur in omni inuasore, & turbatore. Ruyn. cõs. 1. colum. fin. vers. nec obstat lib. 5. Vbi quòd dolus præsumitur in occupãte aliena, pręsertim per vim, Plot. de in lit. iuran. §. 49. num. 14. Mascard. d. conclus. 531. nu. 134. & 155. Ioan. Pet. Surd. decis. Mant. 216. num. 16.

128 DECIMAQVINTA doli, & fraudis præsumptio, oritur ex suppositione facta alicuius tertiæ personæ ad cõtrahendum, vel agendum. Calcan. cons. 36. num. 2. per tex. in l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. facit tex. in l. pupillus §. fin. ff. de auth. tut. & in l. si is qui bonis. ff. de acquiren. hæred. l. si per impressionem, C. quod met. cau. Alber. in l. dolum, num. 3. vers. item ex personæ alterius interpositione. C. de dol. mal. Vbi pro hac præsumptione adducit iura prędicta. Aym. cons. 122. num. 10. vers. septimo, non est dubium. Ruyn. cons. 130. num. 2. lib. 2. Mandell. cons. 97. num. 5. vers. & potissimùm, lib. 1. Masc. de probat. lib. 1. concl. 531. num. 175. & lib. 2. concl. 815. num. 43.

129 Verùm ne ex prędictis decipiaris, aduerte, quòd illa procedunt, quando suppositio personæ fit in actu prohibito, & in præiudicium tertij, prout loquuntur iura pręcitata. Secùs in re non prohibita, & in actu, quem quis facit iuris sui conseruandi gratia. Tunc enim dolus non præsumitur, l. qui natura §. cum me absente. ff. de neg. gest. per quem tex. ita expressè declarauit Alber. in l. dolum, post num. 3. vers. sed contra. C. de dolo. Et hinc est, quòd hodie licitè videmus fieri emptiones prediorum, censuum, societatis, officiorum, & alios contractus licitos à personis non prohibitis in fauorem tertij, & de pecunijs alterius, ad cuius fauorem postea recognoscitur bonæ fides; per illum, qui non nisi in eo contractu nudum nomen habet, & tamen tales contractus debitam habent exequutionem, nec vllam in se continent doli præsumptionẽ, quòd inde euenit, quia contractus sunt liciti, & ex interpositione personę nullum resultat contrahentibus damnum.

130 DECIMASEXTA doli, seù fraudis præsumptio oritur ex actu clandestinè facto. Sicut enim actus palam factus dolum excludit, vt dixi supra num. 63. ita è contra clandestinus actus dolum, & fraudem arguit, & includit. Et in specie probatur hæc præsumptio in l. 1. C. de interdict. matrim. c. cum inhibitio, de clandest. despons. & in c. 2. extr. vt Eccles. benef. quem tex. bene facere dixit Lucas de Penna in l. quemadmodum, num. 6. in 3. casu. C. de agric. & censit. lib. 11. adducens ad id, quòd ea, quæ fiunt occultè improbitatis probatione plenissima sunt, & num. 19. casu 75. Vbi adducit illud aliud, quod qui malè agit, odit lucem, de quo in cap. perniciosâ, 18. q. 2. Iacob. But. in l. dolum, in fine, vbi loquitur in actu, qui in genere est permissus, sed in specie, & in aliquo casu prohibitus, & sic quandoq; permissus, & quandoq; prohibitus, quòd & idẽ dixerunt ibi etiam Bart. num. 3. in fine, vers. quandoq; fit actus, & num. 4. vers. quandoq; est aliquis actus. Fulgos. num. 1. in fine, vers. si autem clam. Salyc. num. 2. in fine, & num. 3. vers. aut sunt facta clam. Ioann. Sicard. num. 6. vers. quòd si factum. C. de dolo. Alber. in d. l. dolum, nu. 3. ad finem, col. 1. in fine, vers. item ex horę qualitate. C. de dolo. Florian. in l. quoties, la 2. §. qui dolo. col. 2. ante finem ff. de probat. Rom. in l. post contractum, num. 7. ff. de donat. Felyn. in c. si autem, num. 1. in 3. fallen. Rom. cons. 54. num. 5. vers. tertio similiter, & ibi Mandos. in addit. in verbo *occulto*, littera I. vbi alios refert plures concordantes Tiraquel. de retract. conuent. in pręf. num. 13. & seqq. vbi etiam iuribus, & Doctorum authoritatibus benè pręsumptionem exornat, & de pœn. temperan. caus. 11. Socin. iun. cons. 31. num. 49. lib. 2. Aym. cons. 59. num. 11. & cons. 142. nu. 18. Bero cons. 59. nu. 11. lib. 1. Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 6. & seqq. pluribus per totam illam quartam ampliationem. Vbi pluribus illationibus hanc conclusionẽ exornat Foller. in pract. crimin. in verbo, *item quòd suffocauit vxorem*, num. 39. Arnal. Albertin. de agnoscend. asser. cathol. & heret. q. 23. num. 79. vers. si verò sumus in his, quæ sunt de genere permissorum. Io. Bapt. Lup. in tract. de vsur. § 1. num. 15. Vulpell. cons. 129. num. 24. Decian. cons. 32. num. 18. lib. 3. & cons. 23. num. 19. eodem lib. 3. Virgil. Boccac. in constit. Picęn. glo. 5. num. 122. & glo. 8. num. 284. il 2. ad med. Vbi, quòd dolus commissus in priuatis ędibus sufficit, quòd probetur lenioribus probationibus. Brunor. à Sole in suo compendio iuris, vers. clãdestinitas excludit excusationem, & in vers. fraus præsumitur in his, quę clandestinè, &c. Vbi plures alios refert concordantes Mascar. de prob. lib. 1. cõcl. 531. nu. 43. & 44. & lib. 2. cõcl 815. nu. 17. vbi plures alios refert concordantes lib. 1. cõcl. 445. num. 1. & seq. Menoch. de pręsumpr. lib. 5. præsumpt. 3. num. 107. & seqq. & latius lib. 3. pręs. 122. nu. 90. & seqq. Vbi benè hanc pręsumptionem exornat, & de arb. quęst. lib. 2. casu 194. n. 18. & facit pro hac cõ-

clusio-

clusione, quia delictum clam cōmissum grauius punitur, quàm quod palam patratum fuit, de quo dixi in tit. de delict.& pœn.q.18.num.67.& seqq.nec non faciunt, quæ in simili de simulatione dixi infra in q.... nu.....

131 Et in tantum præsumptio prædicta procedit, vt locum habeat etiam, quòd ex qualitate personarum dolus excluderetur, vt in rustico, minore, milite, & similibus, qui si actum clandestinè faciant, aliquid mali machinari, ac in dolo, ac fraude esse præsumuntur, tex.est in l.1.& ibi Bal. num.,.... C.de interd.matrim.glo.in l.qui contra, in verbo *errore*. C.de incest. nupt. Tiraq.de retract. conuent.in præfat.num.14. vers. & hinc. Boer. decis.164.num.5. vers. tamen per curiam, &c. Plot. de in lit. iuran §.....num.9. & seq.& §.6. sub nu.62. Steph. Lamberteng. de contract. cor.&c.glo.1.num. 160. Tiraq.de pœn.temperan.caus.11. num.11. Aym.post Rom.quem allegat in consil.115.nu.5. prout illum refert Mascar.de probat.d.conclus.531. num. 46.& sequitur Menoch. d.præsumpt.3.num.109.in fin.Addo eundem Mascar.de probat.lib.1.conclus.445.num.4.& lib.2.conclus.815.nu.54. Vbi refert,& sequitur Tiraq. in loco præcitato. Virg.Boccac.in constit.Picen.glo.8.num. 284.ad med. vers.& præsumitur dolus contra mulierem. Bruuor. à Sole in compend. iur. sub versic. clandestinitas excludit excusationem. Menoch. de arbit.quæst.lib.2.casu 194.num.17.& dixi etiam infra quæst. 98.nu.46.& seq.

132 Pariter,& è contra eadem præsumptio recipit duas declarationes, quarum prima est, vt non procedat in eo, qui clam aliquid facit ad excludendum aduersarij dolum, vel fraudem: Nam tunc ex actu clandestino fraus non præsumitur, argumento tex. in l. cum pater. §.Titio, in fine. ff de leg.2. in illis verbis, *nec videtur dolo fecisse, cum fraudem excluserit*, cum alijs relatis per Menoch.de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 3.num. 37. vbi præcipuè allegat Corne. in cons. 51. nu.20. lib. 2. dicentem non videri in dolo eū, qui clam renunciauit alicui iuri, ne illud ius veniret sub compromisso, quod erat facturus, & Corne. sequitur Alciat.de præsump.reg.3.præsump.27.nu.1.

133 Secunda est declaratio, quando datur aliqua causa, propter quàm iustè dicitur actum fuisse celebratum potius clàm, quàm palàm. Tunc enim dolus nō præsumitur, quia in claris nō est opus coiecturis, vt per Mascard. de probat, lib.1.conclus.445. num.4.vers.sed velim, & per Menoch. de præsump.lib.3 præsumptio. 122.nu.9.

134 Sed quando actus dicatur clàm, seu palàm factus? Vltra Doctores prællegatos, qui etiam ponunt aliqua exempla actuum clandestinorum, & præsertim Consulentes, qui iuxta casuum diuersitatem consuluerunt, ac etiam Vltra Mascad. & Menoch. in locis præcitatis, vide Tiraq. de pœn.caus.11.nū.14.vbi remissiuè,& de retract.conuent. in præf.num.15. vbi quòd clàm fieri dicitur tribus modis, vel ex natura facti, vt puta, quando in insidijs, vel ex natura temporis, vt puta, de nocte, vel ex natura loci, vt puta, in solitudine. Rom.sing.721. Corset. sing. in verbo, *occultè*. fol.mihi 181.in parua impressione. Rom. in l.de pupillo §. 135 si quis riuos, num.2.& num.7.ff.de nou.oper.nunciat. Vbi quòd palam, seu clàm factum dicitur vario modo,& intelligitur secundum subiectam materiam, quod & idem scripserunt Salyc.in l.ea quidem. col.28.num.112.& 114. C.de accusat.Alciat.in l.palam, in fine.ff. de verb. signific.

136 Aym.consil.205.sub num.2. Vbi.quòd clàm fieri dicitur illud, quod fit ignorante eo, ad quem res pertinebat, & è contra, palàm fieri dicit illud, quod fit sciente eo, cuius interrerat, quod & idem post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Virgil.Boccac.in constit. March. glo. 3. num. 222. Mascard.de probat.lib.1. conclus.297. num. 10. Menoc.de præsump.lib.3.præsumpt.224.num.44. Couar. in epith.ad.4. decretal.par.2.cap.6.rubr. de his quæ matrim.

137 imped.num.10. Vbi quòd actus dicitur clandestinus, qui fit sine testibus, vel sine debita,& consueta solemnitate, ad quod vide Foller.in pract.crim. in verbo *item quod suffocauit vxorem*,& Mascard,d.conclus.297. nu.3. & num.8. Ferrans Gargiar.cons.crim. diuer.126.num. 96.lib.1. Vbi,

138 quòd occultè fieri dicitur illud, quod in domo fit, ex allegat.per Natt.consil.394.num.7.tom.2. Quod & idem voluit Virgil. Boccac.in constit. March.glo.8.num. 284. sub vers. præsumitur, & vbi amplius, quòd isto casu leuiores sufficiunt probationes. Arnal. Albertin. in tract. de agnoscend.assertio.cathol.quæst.23.num.77. Vbi ponit plura notabilia in hac materia.

139 Et in specie, licèt regulariter clàm factum non dicatur illud, in quo adhibentur testes, & notarius instrumentū conficiens, vt per Gomez.in §. ex maleficijs, num. 21. & per Ruyn.in consil.14.num.10.lib.1. Hoc tamen non procedit, quando instrumentum fit in loco secreto, vel quādo celatè retinetur absquè eo, quòd publicetur, vel alias, quòd non possit venire in notitiam eorum, quorum interest, ad generaliter tradita supra num.136. & in specie scripserunt Cur.iun.conf.64.num.2.vers. quod est intelligendum.Ruyn.conf.128.num.5.lib.4 & conf.149.num.7.lib. 5.Rolan.conf.95.num. 33. lib.3.Menoch. de arbit. quæst. lib.2.casu.194 num.19.& de præsump.li.3.præsumpt. 224. num.45.Virg. Boccac. in constit. March. gloss. 3.nu.122. Mascard.de probat.lib.2.conclus. 1094. nu. 38. apud quos reperies decisos plures casus, in quibus præsens conclusio verificatur.

140 DECIMASEPTIMA præsumptio doli, & fraudis est illa, quæ oritur ex enormi, seu enormissima læsione. l.omnes.§. Lucius.ff.de ijs, quæ in fraudem cred.l.si superstite, vers.sanè.C.de dol.c.super hoc, de renunciat.Dec.in l.fraudes, num.3.ff.de reg. iur. Alciat. in cap. cum contingat, num.77.ad finem, de iureiuran. Couarr.in cap.quamuis, de pact.in 7.par.3 §.4.num. 5. & variar. resolut. lib.2. cap.4.num.5. Bald.consil.55.num.6.lib.3.Socin.conf.214. num.9.& conf.165.n.11.li.2.Rom.conf.54.num.4. & conf. 68.num.3.vers.præsumpt. enim ius, Dec.conf.29.num.6. vers. Nam ex enormi. Ruyn. conf.98.num. 26.lib.1.& cōs. 140.num. 10.vers.nec prædictis,lib.4. Aym.conf. 191. n.3. & conf.142.num.1.Marian.Socin. conf.98.num.26.lib.2. Crot.conf.120.num.21.& conf.142. num.1. Marian. Soc. conf.98.num 26.lib.2.Crot.conf.120. num.23.lib.1.Curt. iun.conf.341.num.6. vbi de communi, prout illum refert Villalob. in commun opin.littera D.nu.91. Caphal.conf. 467.num.12.Rolan.conf.59.num.25.lib.1.Mascar.de probat.lib.2.conclus.815.num.58. & lib.1.conclus.531.num. 25.& seqq. Vbi de materia,& alios refert concordantes,& num.28. declarat hoc procedere in enormissima læsione, secus si non sit enormissima ex allegatis ibi per eum. Menoch.de præsumpt.lib.5.præsumpt.3.num.69.& seqq. Vbi alijs relatis concordantibus, contra Mascard. eo loci ampliat hanc præsumptionem, ne dum in læsione enormissima, sed etiam in enormi, ea præsertim ratione motus, q contra legem diuinam fit in omni negotio proximum suum fraudare, vt habetur apud Diuum Paul. ad Thessalon. cap.4. *Ne quis supergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrem suum*. Et relatum est in cap. 1.de emp. & vend. Brunor. à Sole in suo compend. iur. vers. dolus præsumitur ex enormissima, vbi alios refert, & in versic. fraus,& dolus, vbi pariter loquitur de enormi læsione, & concordantes affert.

141 DECIMAOCTAVA doli,& fraudis præsumptio oritur ex actu gesto cōtrà personam agenti odiosam, & non beneuolam: sicut enim exluditur dolus ratione beneuolentiæ, amicitiæ, & coniunctionis, vt dixi supra, num. 68. Ita è contra præsumitur ratione odij, & maleuolētiæ, secundum Bal.in l.data opera.num. 1. post vers. & hoc est notandum.C. qui accus. non poss. Vbi, quòd inimicitia præcedente, dolus præsumitur. Aym. conf. 142. num. 18. Vbi loquitur in actu facto à Vitrico in sui cōmodū cū priuigno.Mascar. de probat.lib.1. cōclus.531.n.62.& n. 137.

142 DECIMANONA doli,& fraudis est præsumptio, quando quis aliquid facit spreta prohibitione, denunciatione, seu protestatione sibi facta ne faciat, l. ait prætor.§. si quis particeps.& ibi glo.& Doct.ff. de ijs, quæ in fraud, cred.l.si fundus.C.de rei vēdic. Luc.de Pen.in l. quemadmodū, nu.7.in 47.casu.C.de agric. & censit.lib. 11. Alber, in l.dolum.nu. 3. vers.item ex præmissa denunciatione.C.

143 de dol. Aym.conf.193.num.2.& conf 6.num. 73. Vbi ampliat etiam in sciente futuram denunciationem, quamuis non

non adhuc facta sit, sequitur Virg. Boccac. in cõstit. Picen. glo. 8. sub num. 284. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 55. & nu. 176. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 3. num. 81. Ad quæ vide omninò declarantem August. ad Angel. de malef. in verbo, *Et Sempronium Rodulphi.* num. 14.

144 VIGESIMA doli, & fraudis oritur præsumptio ex actu, qui agenti non prodest, & alteri nocet. Alex. cons. 174. num. 4. & seq. lib. 2. Ruyn. consil. 78. num. 9. versic. quia tunc fraus, lib. 3. Aym. cons. 35. num. 10. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 13. num. 5. Mascar. de probat. lib. 1. d. cõclus. 531. num. 36. & seqq. Vbi duobus modis ampliat hanc conclusionem, & lib. 2. conclus. 815. num. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 97.

145 VIGESIMAPRIMA doli, & fraudis est præsumtio, & ea quidem generalis, quæ nascitur à verisimili, secundum Paul. de Castro consil. 58. visis ijs, quæ superius, nu. 9. vers. item resultat tertia coniectura lib. 2. Dec. cons. 644. num. 6. Aym. consi. 73. num. 16. vers. quintò probatur, & num. 41. vers. rursus maximè, & consi. 100. num. 5. & cons. 153. num. 11. vers. probatur hoc, quos pariter refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 815. num. 3.

146 Et ijs doli, seù fraudis præsumptionibus tanquam principalioribus contentus sum, remittendo lectorem, si vltra hic expressas alias quærat ad ea, quæ in simili dixi de præsumpt. falsitat. simulat. & alienationis in fraudem creditorum, & fisci, de quibus infra suo loco. Et ad Luc. de Pena in l. quemadmodum, num. 5. & pluribus seqq. vsq; ad nu. 22. C de agric. & cẽsit. lib. 11. vbi ponit casus 113. in quib. dolus, fraus, vitium, malitia, seù delictũ præsumitur. Alber. in l. dolum, num. 1. & omnibus seqq. in discursu. C. de dolo. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 531. per totam in discursu. Vbi ponuntur casus 119. in quibus dolus præsumitur, & per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 3. num. 14. & seqq. vsque ad num. 124. vbi ponuntur 26 coniecturæ doli, apud quos reperies multas doli præsumptiones speciales, quas hic enumerare, & longum esset, ac extrarem, cum de ijs in suis locis particularibus tractauerim; hic solum doli generales præsumptiones enumerare volui, ad quas facilè omnes aliæ speciales reduci possunt.

147 Sic etiam plures fraudis præsumptiones, quàm quæ hic scripræsunt, poteris in specie enumerare apud eundem Luc. de Penna in d. l. quemadmodum d. num. 5. & seqq. & Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 815.

ARGVMENTVM.

Causa quælibet, & quælibet credulitas etiam leuis, & iniusta an, & quando excuset à dolo, & ab eius pœna, & an excuset etiam à temeritate; & an, & quomodo temeritas sit punienda, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.



Causa quælibet, & quælibet credulitas leuis, & iniusta excusat regulariter à dolo, num. 1. licèt alij contra, num. 2.

Causa, & credulitas qualibet, nedum leuis, & iniusta, sed etiam irrationabilis, fatua, & temeraria excusat à dolo, num. 3.

Causa iniusta excusat non solum à dolo, sed etiam à pœna, num. 4. licèt alij contra, num. 5.

Bona fides causatur etiam ex iniustis, & temerarijs causis, num. 6.

Causa iniusta excusat à contumacia, & mulcta, num. 7. Quamuis alij contra, nu. 8. Amplia, vt multo magis à contumacia excusset causa infra, num. 9. Limita, quãdo in contumacia adesset, ad mixtus contemptus Iudicis, quia tunc causa iniusta non excusat, num. 10.

Causa iniusta excusat à mora, nu. 11. contra, num. 12.

Causa iniusta multo magis excusat in ijs, quæ non sunt de se mala, nec à iure probibita, nu. 13. & seq.

Causa iniusta non est probanda in ijs, quæ de sui natura mala non sunt, nec prohibita, nu. 14.

Causa iniusta excusat à pœna non solutæ gabellæ, nu. 15.

Causa iniusta excusat in delicto conuenticulæ, nu. 16.

Causa iniusta excusat etiam in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum, & de se mala, num. 17. licèt alij contra, num. 18.

Causa iniusta excusat etiam in crimine homicidij, num. 19. licèt alij contra, num. 20.

Causa iniusta excusat in crimine falsi, num. 21.

Causa iniusta excusat à periurio, nu. 22. licèt alij contra num. 23.

Causa iniusta excusat à pœna l. si quis maior. C. de transact. num. 24. licèt alij contra, nu. 25.

Causa iniusta excusat in crim. læs. maiest. num. 26.

Causa iniusta excusat à violentia, spolio, & turbatiua, num. 27. & seqq. Vbi declaratur materia.

Causa iniusta excusat à delatione armorum, num. 36.

Causa iniusta excusat in crimine furti, num. 37.

Causa iniusta excusat in crimine iniuriarum, num. 38. & seqq. Vbi etiam de causa iusta, de fama, de auditu, & relatione hominum fide dignorum.

Causa iniusta excusat etiam in delictis carnis, prout est adulterium, & incestus, num. 40. & 41. Vbi de crimine raptus.

Causa iniusta multò magis excusat in casibus, in quibus à lege, vel à Statuto requiritur dolus, num. 42.

Fama publica excusat à dolo, & à calumnia, num. 43.

Causa iusta, & credulitas iusta, multò magis excusat à dolo, à culpa, & à pœna tam legali, quàm conuentionali, num. 44. & seq. licèt alij contra, num. 46.

Causa iusta, vel iniusta excusans à dolo, et à pœna, quæ sit Iudicis arbitrio remittitur, num. 47.

Causa iniusta non excusat in ijs, quæ sunt probibita à iure naturali, diuino, vel etiam à iure ciuili notorio, & indubitato, num. 48. & seqq. contra, num. 51.

Causa iniusta non excusat à culpa, nec etiam excusat in casibus, in quibus lata culpa dolo æquiparatur, num. 52. licèt alij contra, num. 53.

Causa iniusta non excusat in casibus, in quibus lex, seu Statutum dolum non requirit, num. 54.

Causa iniusta non excusat à pœna extraordinaria, num. 55.

Causa iniusta non excusat à temeritate, num. 56. licèt alij contra, nu. 57. & seqq. Vbi de materia.

Temeritas sine dolo non committitur, & sine dolo puniri non potest, num. 57. Contra, num. 58.

Temeritas criminaliter puniri non potest, num. 59. Contrarium verius, num 60.

Temeritas punitur in pluribus casibus, de quibus remissiuè, num. 61.

Temeritas quid sit, quando, & in quibus casibus quis temerarius dicatur, num. 62. & seq.

Causa iniusta an excuset à dolo vero, vel à præsumpto, num. 64.

Causa iniusta excusat à pœna corporali, non autem à pecuniaria, nu. 65. & seq. Declara, vt num. 68.

Causa iniusta non excusat, vbi agitur de interesse partis, num. 67.

Causa iniusta excusat in extraiudicialibus; secus autem in iudicialibus, num. 69. Quamuis alij contra, num. 71.

Causa iniusta non excusat à præsumpta calumnia, num. 70.

Causa iniusta non excusat à contemptu Iudicis, num. 72. licèt alij contra, num. 73.

Causa iniusta non excusat à pœna conuentionali, num. 74. excusat benè causa iusta, num. 75.

Causa iniusta non excusat, quando agitur de damno vitando, nu. 76.

Causa iniusta non excusat eum, qui cognoscens eam iniustam perseuerauit in illa, num. 77.

Causa iniusta non excusat, quando adest Statutum pœnale loquens per verba vniuersalia. Quoquo modo, quouis modo, & sub quouis prætextu. *n. 78. Contra, nu. 79.*

Causa iniusta non excusat, nisi probetur, & quòd delinquens ex ea causa motus fuerit, num. 80. & seqq. sufficit tamen isto caso semiplena probatio, num. 83. Item sufficiunt declarationes factæ ante delictum, num. 86. & an sufficiat iuramentum, num. 87. & seqq. Et quid in ijs, quæ de sui natura mala non sunt, nu. 90.

QVÆST.

QVÆST. LXXXX. INSPECT. I.



SECVNDA causa minuendi pœnas delinquentibus. & ea quidem à præcedenti non dissimilis, succedit ea, quę ex eiusdẽ delinquẽtis opinione nascitur, dùm delinquẽdo credit se nõ delinquere, & licitè agere. Quæ quidẽ credulitas, cũ ex tribus causis causari possit. Primò scilicet ex aliquo facto iusto, vel iniusto. Secundò ex ignorãtia Iuris. Tertiò ex relatione alterius. Idcirco singulas has causas distinctè discutiendo propositam quæstionem in tres inspectiones diuidendum putaui. In quarum prima, quæ nunc se offert, & quæ credulitatem ex aliquo iusto facto prouenientem respicit.

1 REGVLAM constituo, quòd causa quælibet, & quælibet credulitas etiam leuis, & iniusta excusat à dolo, tex. in l. igitur, vers. & generaliter in illis verbis, *Iustis rationibus ductus, vel non ductus*. ff. de liber. cau. l. clam possidere, in prin. ibi, *aut aliqua ratione, &c.* & ibi Aret. in primo notab. Ias. in 6. notab. ff. de acquiren. possess. glo. in l. 1. §. fin. in verbo, *iustis*, de abig. & in l. plagij, la 2. in verbo, *iusta*, & ibi communiter Doctores, ac præsertim Ang. in summario, & ante num. 1. C. ad l. Flau de plagia. Bart. in l. iustè possidet, nu. 4. de acquiren. hæredit. Vbi quòd hoc est cõmune dictum Aduocatorum. Ias. ibid. num. 31. & Alex. nu. 42. Idem Ias. in l. 1. §. fin. post nu. 24. vers. facit trita regula. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & in l. si quis, id quod, nu. 35. ff. de iurisdict. omn. Iud. Curt. iun. in l. 1. num. 6. ff. quòd quis iur. Bal. in l. 1. nu. 2. C. vbi de crim. agi oport. Grãmat. voto 10. nu. 21. & seqq. Ias. cons. 53. nu. 2. lib. 2. Tiraq. qui innumeris ferè Doct. authoritatibus, alijsq; Iuribus hanc regulam comprobat, de pœn. temperan. caus. 43. num. 1. & seqq. Vbi exornat, & infert Ioann. de Amic. cons. 84. num. 5. vbi de communi, Socin. iun. cons. 45. num. 16. lib. 1. Dec. cons. 170. post nu. 2. vers. vltimò, non obstat, vbi etiam de communi. Grat. cons. 37. num. 21 lib. 2. Curt iun. cõs. 132. num. 11. in fine princ. Aym. cons. 6. nu. 89. lib. 1. Paris. cons. 52. num. 36. & cons. 171. num. 15. & cons. 151. num. 29. lib. 4. Dec. cons. 452. num. 4. lib. 4. Mandell. cons. 9. num. 52. Cagnol. in l. quòd te, num. 42. ad finem. ff. si cert. pet. Boer. decis. 168. num. 11. Grammat. decis. 5. num. 26. & decis. 29. num. 8. Gabr. lib. 7. concl. 8. nu. 1. & seqq. Vbi plures alios refert cõcordãtes, exornat, infert, & testatur de communi Boss. in tit. de decret. Mediolanen. sub nu. 19. Vbi licèt dixerit hanc conclusionem esse in ore omnium, qui ad pauca respiciunt, non tamen ab ea recedit, nec dissentit, & in tit. de iniur. num. 3. in fin. vers. & est regula generalis. Arius Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 3. nu. 18. ad finẽ. C. de rescin. vend. Vbi de communi, Nouell. reg. 168. num. 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. tit. de iniur. num. 2. ad fin. vers. aduertendum tamen, vbi alijs relatis testatur de communi, nec dissentit ibidem Eman. Soarez. in addit. littera C. vbi pariter admitit hanc esse frequentius receptam sententiam. Anchar. Regien. q. 64. num. 4. par. 1. Herculan. de negat. nu. 7. Osasc. decis. Pedemon. 71. nu. 17. & cons. 65. num. 16. Caputaquen. decis. 105. num. 4. par. 1. Vbi loquitur de causa minima. Cæphal. consil. 24. nu. 19. Franc. Becc. cons. 98. num. 17. Vbi alios refert, & etiam testatur de communi, Clar. in pract. §. fina. q. 60. vers. & generaliter, vbi alijs præcitatis Doctoribus relatis, testatur de communi. Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. nu. 49. & seqq. & cons. 2. nu. 133. lib. 1. & cons. 213. nu. 70. & cons. 215. num. 37. lib. 1. Soarez. in commun. opin. littera C. num. 30. & nu. 330. & littera D, num. 111. vbi etiam de communi Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1157. nu. 16. vbi de communi. Bursat. cons. 152. num. 32. lib. 2. vbi de communi. Franc. Becc. cõs. 4. nu. 16. vbi, quòd hæc est communis regula. Bertazz. cõs. 80. num. 9. & cons. 11. num. 8. & cons. 173. num. 5. & cons. 57. num. 25. Claud. ad eundem Bertaz. cons. 176. littera B, vers. quòd ad meam attinet sententiam, in fine. Vbi quod hoc est communiter receptum idem Bertazz. cons. 515. nu. 6. & cons. 347. num. 19. & cons. 257. num. 11. & seq. Vbi de communi. Honded. consil. 105. num. 23. & cons. 112. num. 19. Ioann. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. nu. 40.

2 Contra hanc regulam, quamuis (vt vides, sit vbiquè, & passim à Doctoribus tradita) facit tex. in l. doli verbum. ff. de seru. corrupt. ibi, *vel alia probata, atque iusta ratione*, per quem tex. non nisi iustam, atque probatam causam excusare à dolo facilè probari videtur. Item facit tex. in l. 3. §. & generaliter. ff. de lib. hom. exhib. vbi non videtur dolo malo facere, qui iustam causam habet hominis liberi apud se retinendi, quasi secùs sit, si causa sit iniusta, sumpto ibi argumento à contrario sensu, quòd & clarius colligitur ex §. seq. vbi dicitur dolo malo retinere, qui non bona, vel probata ratione hoc facit. Quæ iura sic in contiariam opinionem ponderauit Tiraq. qui propterea cogitandum relinquit in earum solutione in tracta. de pœn. causa 43. num. 10. Item facit tex. in l. 1. §. plectitur, & ibi notant omnes. ff. ad l. Iul. de adult. volentes nimiam credulitatem inexcusabilem esse. Bal. in cap. cum Bertoldus, col. 2. nu. 2. in fine, vers. nota, quòd causa, de re iudic. vbi dixit, quòd licèt glo. in l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicen. nõ obtemp. dixerit causam friuolam à contumacia excusare, nihilominus Doctores illam glo. non approbant (de quo tamen, quòd attinet ad contumaciam dixi infra, nu. 7.) Alber. in l. plagij, la 2. C. ad l. Flauiam de plagiar. Vbi disputat, & concludit, quòd iusta credulitas, & iusta ignorantiæ causa; secùs autem falsa, & supina, ex iuribus ibi per eum allegatis. Gabr. lib. 7 conclus. 8. num. 12. vbi ex Zas. quem allegat, dixit à dolo causam non excusare, nisi habeat probabilem simplicitatem, vel ignorantiã, vt dixit Seraphin. in tract. de priuileg. iuramen. priuileg. 132. num. 50. quòd tunc dẽmum credulitas colorata facit aliquem excusari; dummodo verisimiliter sic esset credendum, aliter secùs post Castren. & Corne. in locis per eum relatis.

3 AMPLIA I. prima opinionem, quæ magis communiter recepta est, vt à dolo excuset nedum quælibet causa, & quælibet credulitas, si sit leuis, & iniusta, vt supra, sed etiam si sit quoquomodo colorata, irrationabilis, fatua, temeraria, seù bestialis, hic enim ijs vtuntur Doct. hanc materiam tractantes, vt videre est apud Ang. in l. plagij, la 2. versic. & est ratio. C. ad l. Flau. de plagiar. Ias. in l. iustè possidet. post num. 30 ff. de acquir. possess. Socin. cons. 118. num. 7. lib. 1. Gramm. voto 10. num. 21. & seqq. Tiraq. de pœn. caus. 43. num. 5. Gomes. in §. ex maleficij. num. 28 instit. de act. Paris. cons. 149. num. 18. lib. 4. Natta con. 338. num. 21. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus. num. 20. ff. de reg. iur. Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 14. & seqq. vbi alios refert cõcordantes, & testatur de cõmuni ex Curt. iun. in consil. 19. num. 4. quem etiam sic testantem refert Emanuel. Soarez. in commun. opin. littera D. num. 113. & Villalob. in comm. opin. littera C, num. 216. Benedict. de Plot. cons. crim. diuer. 3. num. 29. tomo 2 Ioann. Bapt. de Plot. cons. crim. diuers. 131. num. 6. in fine, tomo. 1. Claud. Battand. reg. crim. 81. nu. 1. Seraphin. de priuil. priuileg. 132. num. 54. Cæphal. cons. 140. num. 31. lib. 1. Brunor. à Sole in suo compendio iur. vers. causa etiam fatua fol. mihi 28. col. 2. Vbi alios refert cõcordantes Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. vers. causa quælibet fol. 22. col. 3. in princ. Franc. Becc. consi. 78. num. 8. Bertazz. cons. 11. num. 29. & cons. 32. nu. 15. Brun. à Sole in suo cons. crim. nu. 73. Octauian. Cacheran. consil. 64. num. 17. vbi alijs relatis testatur de vera, & indubitata conclusione Honded. cons. 35. num. 4. & cons. 105. num. 23.

4 AMPLIA II. vt iniusta, & leuis causa, & credulitas excuset non solum à dolo, sed etiam à pœna: Sic enim, quòd & à pœna excuset expressè dixerunt Grammat. voto 10. nu. 21. & seq. Tiraq. de pœn. caus. 43. sub num. 5. Gomes. in §. ex maleficijs, num. 25. Instit. de action. vbi etiam (ni fallor) refert contraria, & illis respondet, & clarius idem voluit ibidem post num. 30. vbi pariter respondet contrarijs, & hanc defendit opinionem, Anchar. Regien. q. 64. par. 1. Ioann. Bapt. de Plot. cons. crim. diuers. 131. num. 6. in fine, tomo 1. Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 9. & num. 11. post Felyn. & Bertran. in locis per eum relatis. Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. nu. 55. & num. 36. vbi alios refert

refert concordantes. Bertazz. conf. 257. num. 20. lib. 2. post Burfat. & Federic. Scottum in locis per eû relatis. Cæphal. conf. 140. num. 31. Menoch. in 3. remed. recuperan. possess. num. 624. vbi benè aduertit Bald. Ioan. And. & Archidiac. relatos per Iaf. &c. qui côtrarium affirmare ausus fuit in loco mox allegando; non dicere illud ad quod per ipsum, Iaf. allegantur. Franc. Becc. conf. 78. num. 28. & conf. 98. nu. 17. Honded. conf. 105. num. 24. vbi alios plures recentiores refert etiam testantes de communi opinione, & num. 38. & seq. Vbi respondet contrarijs Doctorum authoritatibus, quòd scilicet loquantur, quando agitur de pęna pecuniaria, de quo dixi infra, num. 65. secùs si de corporali. Octauian. Cacheran. conf. 64. num. 17. Vbi testatur de vera, & indubitata opinione. Et hæc conclusio est verissima, quia (vt suo loco dixi) vbi non est dolus, ibi non est pœna, & cessante dolo, cessare etiã debet pœna doli, quia, vbi non est delictum, ibi non est pœna. Et nisi admittamus causam iniustam excusare, etiam à pœna, remaneret inutilis regula supra firmata, quòd excuset à dolo.

5 Quamuis contrarium videatur de mente plurium Doctorum, quòs refert, sed non sequitur Gabr. (nisi in casu, in quo lex, seù Satutum non requirit dolum) lib. 7. côclus. 8 num. 78. dicentes causam iniustam non excusare à pœna legali, vel statutaria, quod, & idem post alios quos refert antiquiores, voluit Iaf. in l. iustè possidet, num. 32. ff. de acquiren. possess. & alij, quos pariter refert, sed non sequitur Honded. d. conf. 105. nu. 38. Misinger. obseruat. 98. vers. Et licèt causa. cent. 3.

6 AMPLIA III. vt iniusta, & leuis causa, seù credulitas, excuset etiam à mala fide. Bonam enim fidem, non solùm ex iustis, sed etiã ex iniustis rationibus, ac temerarijs causari scripserunt Bal. post glo. in l. 1. in fin. C. vbi cau. status. Bar. in l. celsus, num. 17. & ibi etiam Paul. de Cast. in 2. notab. ff. de vsucap. Socin. conf. 11. num. 10. lib. 3. Iaf. conf. 53. post. num. 2. lib. 2. Curt. iun. conf. 28 num. 11. & consil. 132. post num. 11. vers. immò fortiùs, dixit Bald. Alciat. reg. 3. præsumpt. 5. nu. 2. & num. 4. Socin. iun. conf. 76. nu. 60. & conf. 77. nu. 156. lib. 1. Natta conf. 318. nu. 11. Tiraq. qui alios refert de pœn. temper. cauf. 43. num. 3. Gomes in §. ex maleficijs, post num. 28. Instit. de action. Boer. decis. 42. num. 35. vers. pro quo dicit Bald. Stephan. Lamberten. de contract. eor. &c. glo. 1. num. 174. & seqq. vbi alios refert concordantes, quamuis de hac conclusione dubitet, saltem in materia præscriptionis, de qua particulariter dixi infra num. 122. Gabr. qui, & alios plures refert concordantes, lib. 7. conclus. 8. num. 33. & seq. Ant. Gomez variar. resolut. tomo 3. c. 6. rubr. de iniur. num. 2. ad finé. Menoch. in 3. remed. retinen possess. num. 623. & in 3. remed. recup. possess. num. 34. & seqq. Vbi benè comprobat, & alios refert concordantes. Fran. Becc. conf. 78. num. 28. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 224. num. 17. & conclus. 228. num. 4. & conclus. 231. num. 1. ver. istud autem, & lib. 2. conclus. 1004. num. 4. & seq.

7 AMPLIA IV. vt causa, & credulitas prædicta excuset etiam à contumacia, & consequenter à mulcta, quæ propter contumaciam imponitur glo. in l. ex consensu, in verbo, *non rectè*, ad finem. ff. de appellat. item gloss. in l. 1. §. fina. in glo magna, in fine. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & ibi Iaf. num. 24. & seqq. vbi refert alios Doctores sequẽtes hanc opinionem, & etiam rationes, & argumenta facientia pro ea, idem Iaf. conf. 53. post n. 2. li. 2. Tiraq. qui alios refert de pœn. cauf. 43. nu. 6. & 7. vbi quòd omnes sequũtur gloss. in d. l. ex consensu. Ant. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 6. rubr. de iniur. num. 2. ad finem. Benedict. de Plot. consil. crimin. 3. num. 6. & num. 29. tom. 2. Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 16. in prin. vbi plures alios refert concordantes. Bertaz. conf. 416. num. 14 vbi testatur de magis communi opinione, post Iaf. Brun. & Plot. in locis per eû relatis, ex quibus iunctis alijs per me relatis, in tit. de inquisit. quæst. 11. num. 50 & in tit. de delict. & pœn. quæst. 18. num. 42. apparet hanc ampliationem communiter à Doctoribus receptam esse.

8 Quamuis contrarium scripserint Bal. in cap. cum Bertoldus colum. 2. num. 2. in fine, vers. nota quòd causa, de re iudic. Afflict. decis. 31. num. 3. & ibi Vrsill. in addit. nu. 8. plures alij relati per Gabr. d. conclus. 8. eod. num. 16. vers. contrarium, &c & ante eum per Iaf. in d. l. 1. § final. num. 27. & seqq. ff. si quis ius dicen. non obtemper Vbi et refert iura, & rationes, in quibus fundatur hæc contraria sententia. ex quibus opinionem glo. in d. l. ex consensu valde dubiam reddi affirmat, & pro hac côtraria opinione plura adducit Cagno. in d. l. 1. §. fina. ff. si quis iusdicen. non obtemper. nu. 21. & seqq. Vbi licèt remittat arbitrio Iudicis, quæ causa excuset à contumacia, & à mulcta; concludit tamen, ꝙ illa regula, quælibet causa etiam iniusta excuset, &c. procedat respectu doli, non autem respectu contumaciæ.

9 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, vt multò magis procedat in causa iusta, quæ sine dubio excusat à côtumacia, prout aliàs dixi in d. tit. de delict. & pœn. eadem quæst. 18. num. 40. & seqq. & infra generaliter hac eadem quæst. num. 44 sed quæ dicantur causæ iustæ excusantes à contumacia. Dic remitti arbitrio Iudicis, prout voluit Cagnol. in l. 1. §. fin. num. 22. ff. si quis ius dicen. nô obtemp. plures enumeraui in tit. de inquisit. q. 11. d. num. 50. & seqq. Et ponit etiam Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 153.

10 LIMITA. etiam hanc eandem quartam limitationem non procedere, quando cum contumaciã adesset admixtus contemptus Iudicis, quia tunc causa iniusta nô excusat, prout dixi infra hac eadem q. nu. 72. hic non repeto.

11 AMPLIA V. vt causa iniusta, &c. excuset etiam à mora. Gomes in §. ex maleficijs. num 24. & 25. instit. de actio. Vbi, ni fallor, refert etiam contraria, & illis respondet, & in responsionibus benè materiam declarat Neuizz. consil. 78. num. 10. vers. 2 respondetur, in fine, vbi ꝙ omnis causa excusat à mora. Iaf. conf. 34. in fine, lib. 3. Aym. conf. 247. num. 3. Anchar Regien. q. 64. nu. 4. pars prima, vbi testatur de communi opinione, Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. nu. 55.

12 Contra, quòd nô excuset à mora videtur voluisse Paul. de Castr. in consil. 295. viso suprascripto puncto, col. 1. nu. 1. vers. ideò fuit in culpa lata, lib. 1. Vbi quòd ad incurrendum moram sufficit lata culpa, de qua, vt dixi infra, num. 52 causa iniusta non excusat. Item contra facit, ꝙ dixi infra, num 67. Vbi quòd causa iniusta non excuset, vbi agitur de interesse partis. Et hanc contrariam opinionem, quam credo veriorem, tenet expresse Aym. in conf. 237. num. 4. & consil 247. nu. 3. Vbi propterea bona ratione motus dubitat de opinione Iaf. côtrarium tenentis in loco præcitato. Et aduerte, quòd Anchar. supra in contrarium relatus d. q. 64. nu 4. allegat Curt. iun. in côsil. 28. nu. 14. qui hoc non dicit: Sic etiam Menoch. qui primam tenet opinionem allegat pro ea Aym. nu. 247. qui dubitatiuè loquitur, & potiùs adhæret huic secundę opinioni. Et quatenus primam opinionem tenere volueris, eam declara, dummodo causa non sit prorsus iniusta, aut friuola, sed aliquo modo colorata; sic enim apertè voluit Rota corã Orano in vna Viterbien. Bonorum Lunæ 9. Decembris 1591. in fine, quam reperies impressam post mea consilia criminalia.

13 AMPLIA VI. vt multo magis causa iniusta, & leuis excuset in ijs, quæ de sui naturâ mala non sunt, nec à iure communi prohibita. Si enim, vt dixi infra, num. 17. excusat etiam in ijs, quæ de se sunt mala, & prohibita, multò magis debet excusare in ijs, quæ nec mala, nec prohibita sunt de sui natura, prout expresse voluit Boss. in tit.
14 de decret. Mediolan. num. 19. versic. Dicamus igitur. Vbi amplius, quòd licèt aliàs in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum causa iniusta non excuset, nisi probetur delinquentem ex ea motum fuisse, prout dixi infra, num. 82. Hæc tamen probatio nô videtur necessaria, quando sumus in ijs, quæ de sui natura non sunt reprobata, vel à iure gentium, vel etiam ciuili notorio, & indubitato, vt ibi per eum, & credo, quòd verum dicat. Vbi enim actus est à iure communi permissus, & nô reprobatus, tûc dolus nô pręsumitur, vt dixi in præceden. quæst. num. 59. & seqq. Ideò, quòd quis sic egerit sine dolo, & animo, delinquẽdi credi-

creditur agentis assertioni, ex quo habet iuris præsumptionem pro se, vt suo loco dicemus in quæstionibus ciuilibus.

15 AMPLIA VII. (& illatiuè ex præcedenti ampliatione) vt propterea causa iniusta excuset etiam à pœna non solutionis gabellæ. Bald. cons. 143. in fin. lib. 4. prout illum refert, & sequitur Bertaz. cons. 11. num. 8. & cons. 539. nu. 3. Franc. Becc. con. 98. num. 10. iuncto num. 17. Ioseph. Ludou. conclus. 15. vers. pen. vbi alios refert, & testatur de communi, & loquitur in casu, in quo quis credidit vni fide digno, asserenti non esse soluendum gabellam, & ampliat etiam, quòd talis credulitas non esset probabilis.

16 AMPLIA VIII. quòd eadem causa iniusta excuset à delicto conuenticulæ, & malæ congregationis. Aym. cons. 4. num. 26. versic. licet octauo. Menoch. de recuper. possess. remed. 5. nu. 54.

17 AMPLIA XI. Vt causa iniusta, & leuis non solum excuset in ijs, quæ à iure permissa sunt, sed etiam in ijs, quæ sunt, de genere prohibitorum, & de se mala, prout sunt delicta secundum Curt. iun. cons. 131. num. 11. versic. fortius dixit Angelus. Grammat. voto 10. num. 23. & voto 19. num. 16. Boss. in tit. de decreto Mediolani sub num. 19. vers. conclusio est, & vers. dicamus igitur. Herculan. de negat. num. 6. & 7. Iacob. à Monteleon. in sua pract. arbitr. folio mihi 262. num. 280. Franc. Becc. cons. 4. num. 16. Honded. cons. 105. num. 28. vbi alios plures refert concordantes, & num. 35. & seq. reprobans Curt. iun. & Vulpell. in locis infra allegandis contrariũ sentientes.

18 Quamuis cõtrarium voluerint Curt. iun. in l. si quis id quod, num. 42. ff. de iurisdict. omn. iud. Tiraquel. de pœn. temperan. causa 11. num. 10. Vbi loquens de iuris ignorantia dixit, eam non excusare in his, quæ sunt contra speciem honestatis post Bal. Alex. & alios in locis per eum relatis. Vulpell. cons. 36. num. 10. & cons. 88. num. 5. & in tract. de pace q. 48. num. 9. Vbi loquitur in ijs, quæ sunt contra bonos mores, & vtroque iure prohibita. Cæphal. qui pluribus hanc probat conclusionem cons. 35. num. 15. & seqq. lib. 1. Mascard. qui alios refert concordantes de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 21. & seqq. Et facit pro hac contraria opinione, quòd in simili dixi infra de iuris ignorantia, num. 108. Et vide, quæ dixi infra hac eadem quæst. num. 48. & seq.

19 AMPLIA X. etiam in crimine homicidij, in quo causa iniusta, & leuis excusat, glo. in l. plagij, la 2. in verbo *iusta*, vers. sic & in l. Cornelia de sicar. & C. ad l. Flau. de plagiar. & istam glo. sequitur ibi Butrigar. in princ. dicẽs, quòd iusta, vel iniusta occidendi ratio excusat à dolo. Barr. in l. iustè possidet in fine, post num. 4. ff. de acquiren. possess. quia in homicidio lex expresiè requirit dolũ. l. 1. ff. de sicar. ideò causa iniusta excusat, ad ea, quæ dixi infra, num. 42. Boss. in tit de decret. Mediolan. sub num. 19. vers. conclusio est igitur. Menoch. de recuperan possess. remed. 5. num. 51. Honded. cons. 105. num. 29. vbi testatur de communi reprobato. Cepoll. & Ang. contrarium sentientibus in locis ibi per eum relatis.

20 Quamuis contrarium consuluerit etiam Cæphal. cons. 35. num. 15. & seqq. lib. 1.

21 AMPLIA XI. etiam in crimine falsi. Butrigar in l. plagij, la 2. colum. 1. vers. & ideo dicit Dyn. & colum. 2. vers. redeo ergo ad quæstionem. C. ad l. Flau. de plagiar. Vbi ponit exemplum in vendente rem duobus, iuxta l. qui duobus. ff. ad l. Cornel. de fals. Bald. in l. 2. §. quòd obseruari, in 3. notabil. C. de iuram. calum. Marsil. in l. 1. §. præterea. num. 13. ff. ad l. Cornel. de sicar. Ang. de malef. in verbo *falsario*, n. 1. Socin. iun. cõsil. 37. n. 23. li. 2. Paris. cons. 151. num. 29. lib. 4. Siluan. cons. 53. num. 2. lib. 2. Marsil. cons. 7. num. 25. & 26. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. sub ver. & generaliter, ibi, *Tu verò dic, &c.* Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. num. 53. & cons. 98. num. 14. lib. 1. Cæphal. cons. 230. num. 14. lib. 2. Franc. Becc. consil. 78. num. 28. post Castren. & Ias. in locis ibi per eum relatis. Honded. cons. 105. num. 29. vbi testatur de communi reprobatis. Ang. & Cæpol. contrarium sentientibus, & num. 32. vbi alios præallegatos refert. Octauian. Cacheran. consil. 68. num. 7.

22 AMPLIA XII. vt etiam à periurio causa leuis, & iniusta excuset. Ias. in l. videamus in princ. num. 9. ff. de in lit. iuran. Gramm voto 10. num. 21. & seqq. Aym. cons. 65. num. 9. Mandell. consil. 9. num. 52. Vbi quod ita passim dicũt doctè Anchar. Regien. quæst. 64. num. 4. par. 1. Clar. in prac §. fi. quęst. 60. ver. & generaliter, ibi *tu verò dic, &c.* Honded. consil. 105. num. 29. vbi testatur de communi opinione reprobatis. Ang. & Cæpoll. contrarium sentientibus.

23 Quamuis Ias. in l. si quis maior. C. de transact. contrarium firmasse videatur.

24 Hin etiam causam iniustam excusare à pœna l. si quis maior. C. de transact. scripserunt Alex. cons. 29. num. 13. & 14. lib. 2. Dec. consil. 452. num. 4. lib. 4. Cassador. in tit. de iureiuran. decis. 2. num. 7. in fine, Ancharan. Regien. d. quæst. 64. num. 4. par. 1. Cæphal. cons. 29. num. 19. & 28. lib. 1. & cons. 265. num. 4. lib. 2.

25 Quamuis Ias. in loco precitato contrarium dixerit.

26 AMPLIA XIII. vt causa iniusta excuset etiã in crimine læs. maiest. prout consuluit Dec. cons. 605. num. 4. Aym. cons. 6. num 90. vers. Decimotertio, &c. & cons. 319. num. 14. vers. Vigesimoprimo, &c. prout eum sic refert, & sequitur Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. num. 52. Octauian Caccheran. cons. 64. sub num. 17. & cons. 65. num. 16. Cæphal. cons. 75. num. 10. & seqq. lib. 1. Franc. Becc. consil. 98. sub num. 17. Ioseph. Ludouic. conclus. 15. versic. penul. in fine. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 49. num. 15.

27 AMPLIA XIV. vt causa iniusta, & leuis excuset à violentia. Dec. consil. 565. in fine, prout illum refert Menoch. in 5 remed. recuperan. possess. num. 57. Ad quę vide Afflict. in constit. Regni, lib. 1. rubr. 24. de violentijs circa possess. num. 21. Vbi declarat, quę isto casu dicatur causa iusta, excusans à violentia, & spolio, & declarationem Afflicti refert Menoch. vbi supra, sub num. 58. & seq. Soc. iun. consil. 131. num 10 lib. 1. Aym. cons. 18. num. 9 & seq.

28 Honded. cons. 105. num. 30. & num. 73. Vbi quod excusat à pęna, l. Iul. de vi publica, seu priuata. Dec. cons. 671. applaudent, num. 7.

29 Vbi, quod excusat à spolio, prout illum refert Franc Becc. consil. 98. sub num 17.

30 Sic & causam iniustam excusare eum, qui aliquem in possessione rei suæ turbauit, scripsit Menoc. de recuperan. possess. remed. 5. num. 50. post Barr. quem allegat in l. 1. §. non autem, in fine. ff. si quis testam. lib. esse. iuss. fuerit post Anchar. & Barbat. in locis per eum relatis. Idem Menoch. in 3 remed. retinen possess. num. 613. & seqq. vbi etiã declarat. & explicat causas, quibus quis excusatur à pœna turbatiuè.

31 Sed aduerte, quòd Bart. in d. §. non autem, tunc demum vult causam iniustam excusare, quando scilicet, sumus in statu, in quo Statutum requirat dolum in turbatiua, prout est, quando ponit actum directum in personam, puta, *si puniat turbantem aliquem in sua possessione*, secùs si puniat actum in rem, prout est, quando Statutum puniat, *turbantem possessionem alicuius*. Hoc enim vltimo casu dolus, in turbante non requiritur, vt dixi latius in quæst. 81. num. 49 & seqq. Ideò causa iniusta non excusat, vt ibi per Bart. quem etiam sic dicentem sequutus est Ang. de malef. in verbo, *scienter, & dolosè*, post num. 2.

32 Et in proposito vide etiam Butr. in l. iustè possidet. ff. de aquiren. possess. in fin. Vbi distinguit alio modo, videlicet, quòd si Statutum puniat turbantem pęna corporali, tunc causa iniusta excusat, quia in pœna corporali requiritur dolus: si verò puniat alia pęne pecuniaria, tunc, quia dolus non requiritur, ideò, nec causa iniusta excusat, nisi idem Statutum vteretur verbis dolum importantibus, vel expressè dolum requireret. Et sic resolutio huius quæstionis, an scilicet causa iniusta excuset turbantem, dependet ab eo, an in eo Statutum requirat dolum, vel nõ, qa primo casu excusat, secundo aũt non. Et ista est veritas.

33 Sic etiam iniustam causam excusare eum, qui authoritate propria occupat possessionem rei suæ pluribus probat idem Menoch. de recuper. possess. d remedio. 5 num 48 & seqq. & remed 9. num. 44. Vbi de eo, qui occupat credendo sibi licere.

34 Sed.

34 Sed quòd immò causa iniusta non excuset eum, qui propria authoritate rē suam, seù alienam ab altero possessam propria authoritate occupat pluribus cōprobat Gabriel. lib. 5. de acquiren. vel amitten. possess. conclus. 1. nu. 319. & 57. Tiraquel. de pœn. caus. 1 t. num. 8. vbi reddit rationē, quia scilicet violentia est delictum de iure gentium, à qua causa iniusta nullatenus excusat. vt dixi infra, nu. 101.

35 Et quòd causa iniusta non excuset à violentia commissa cum armis scripsit Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 86. post Socin. iun. in loco per eum relato. Cuius contrarium videtur voluisse Honded. vbi supra allegatus d. consi. 105. nu. 73. dum voluit causam iniustam excusare à pœna l. Iuliæ de vi publica, vel priuata. Pro solutione vide Doctores per vtrunquè relatos.

36 AMPLIA XV. etiam in delatione armorum, à qua quamlibet causam, & credulitatem, etiam leuem, & iniustam excusare consuluit Bertazzo. cons. 173. nu. 5. & cōsil. 46. num. 11. & cons. 308. sub num. 9. & seqq. & consil. 461. num. 5. & consil. 319. num. 12. Bursat. con. 77. num 15. in fine, & seq. & consi. 141. num. 14.

37 AMPLIA XVI. etiam in crimine furti. Bart. in l inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Boss. in tit. de decret. Mediol. sub num. 19. vers. conclusio est igitur. Honded. consil. 105. num. 31.

38 AMPLIA XVII. etiam in crimine iniuriarum, in quo causam, seù credulitatem etiam iniustam excusare scripserunt Bart. in l. fin. num. 7. ff. de hæred. instit. Præposit. Alexandrin. in c. de prima, num. 1. vers. aut dixit cū causa. 5. q. 1. Cæpol. cons. crim. 70. num. 13. Boer. cons. 4. nu. 43. Aym. cons. 9. num. 36. & cons. 13. num. 2. ex quorum dictis colligitur excusari ab iniuria eum, qui protulit verba iniuriosa in aliquem, de quibus, vel erat publica fama, vel eadem audiuerit ab amicis coniunctis, seù alijs fide dignis viris, refert, & sequitur Claud. ad Bertazz. consil. 175. sub littera A, & plenè prosequitur Ioan. Petr. Surd. decis. Man-
39 tuan. 89. num. 22. in fine, & num. 28. etiam in fine. Et faciunt generaliter tradita infra de fama, num. 43. (sed certè istis casibus causa, & credulitas potest dici potiùs iusta, quam iniusta: Quam quidem iustam causam ab iniuria excusare dubitandum non est, sicut post Oldrad. & Barbat in locis præcitatis, tradit idem Claud. in loco præallegato, & Ioan. Petr. Surd. qui alios refert, & plenè hanc cōclusionem probat decis. Mantuan. 89. num. 22. & seqq. vsq; ad num. 29.) Verùm, quòd causa etiam iniusta, &c. excuset ab iniuria scripserunt magis explicitè Ant. Gomez. var. resolut. tomo 3. cap. 6. rubr. de iniur. num. 2. vers. aduertendum tamen, vbi alijs relatis, testatur de communi opinione, & ante eum Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de iniur. in princ. in verbo, *concipitur*, ante finē, vers. propter quod. Alex. cons. 212. nu. 4. in fi. vers. item iste testis, & num. 5. in princ. lib. 2. Ruyn consil. 145. num. 16. lib. 5. vbi, quòd ad excusandū ab iniuria sufficit error verus. vel præsumptus. Oldrad. cons. 53. num. 3. vers. immò quandoquè. Aym. cōs. 286. num. 20. Boss. in tit. de iniur. num. 3. in fine, & num. 4. vers. & ideò fortè, &c. Magon. decis. Florentin. 25. nu. 10. Pute. decis. 52. num. 2. lib. 3. Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 89 num. 22. & num. 27. ante fin. Bursat. cons. 94. num. 12. Vbi etiam loquitur in crimine libelli famosi. Quamuis contrarium defendere nitatur Soarez. in addit. ad Ant. Gomez. in loco præcitato littera C. in verbo *aduertendum*.

40 AMPLIA XVIII. etiam in delictis carnis, prout est adulterium, & incæstus, in quibus iniustam causam, & iuris errorem excusare delinquentem probat text. in l. si adulterium cum incæstu. §. stuprum, vsquè ad §. Imperatores. ff. de adulter. Vbi quòd excusatur mulier iuris errore, prout præsumitur, contrahendo matrimonium cum consanguineo. Boss. qui benè materiā pertractat in tit. de decret. Mediolan. nu. 19. per totum in discursu. Vbi etiam, quid, si error non sit in iure, sed in facto: & quid, si non adest titulus, seù color matrimonij: quid in mulieribus, & minoribus, & quid etiam in maioribus, ibi hæc omnia per eum videas, & præsertim d. num. 19. in fin. Vbi, an excusetur ab adulterio, & stupro is, qui rem habuit cum nupta, seù virgine, ac vidua, credens eam solutam, vel deflo-
41 ratam. Cæphal. cons. 140. num. 31. lib. 1. Vbi quòd excusat in crimine raptus, & ab eius pœna, vide, quæ dixi infra, q. 92. nu. 89. & seqq.

42 AMPLIA XIX. vt multo magis quælibet iniusta credulitas, & causa excuset à dolo, quando scilicet sumus in casu, vel in delictis, in quibus à lege, vel Statuto requiritur dolus. Bal. per illum tex. in l. plagij, la 2. in secūdo summario, & col. 1. vers. in glo. 2. &c. & ibi etiam Odofred. vers. Nam non teneor. Ang. num. 1. C. ad l. Flau. de plagiar. Vbi quòd ita omnes dicunt. Bar. in l. iustè possidet, in fin. post num. 4. ff. de acquiren. possess. Ias. ibidem nu. 30. vers. tunc quia, & Alex. num. 33. Tiraq. de pœn. caus. 43. num. 5. Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 79. Clar. in pract. §. fi. q. 60. vers. & generaliter, ibi *Tu verò dic*, Vbi quòd ita dicunt omnes ex Bald. in loco præcitato, & infert ad falsum, ad periurium, & similia, de quibus dixi infra particulariter. Honded. consi. 105. num. 79. Et quid è contra, quando sumus in causa, in qua lex, seù Statutum dolum non requirit, vide infra hac eandem q. num. 54.

43 AMPLIA XX. & illatiuè ex regula, vt à dolo excuset etiam fama publica. l. eum qui. §. quòd dicitur, & ibi Bart ff. de acquiren. hæredit. idem Bart. in l. proprietas. C. de probat. Guid. Papæ decis. 446. Vbi ex hoc infert, quòd fama publica excusat à calumnia, de quo particulariter dixi supra in tit. de accusat. quæst. 16. num. 61. Vbi Doctores allegati comprobant etiam istam ampliationem. Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 5. Mascard. de probat. conclus. 1157. num. 24. & seqq. Vbi quòd rumor, & fama excusat etiam in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum, dummodo rumor, seù fama sit rationabilis, secùs si vana, & fatua, quia tunc non tenetur quis credere, ex Paris. Alex. & alijs ibi per eum allegatis, & quòd fama excuset in crimine iniuriarum, dixi supra, num. 38.

44 AMPLIA XXI. vt multo magis excuset causa, seù credulitas iusta à dolo, a culpa, & à pœna, secundum omnes, prout testatur Bald. in l. plagij, la 2. in fine, vers. si autem esset iusta causa. C. ad l. Flau. de plagiar. & ibi etiam Alber. in fine, vers. prædicta puto vera, & Ang. colum. 1. in fine, post num. 2. vers. vbi autē quis. C. ad l. Flau. de plagiar. Curt. iun. cons. 132. nu. 11. vbi quòd iusta causa, & iusta credulitas excusat à mora, à contumacia, ab eius pœna, & à pœna compromissi. Ias. cons. 137. num. 6. vers. tertia causa, lib. 1. & de contumacia dixi in tit. de delict. & pœn. q. 18. num. 40. & seqq. Gomes. in §. ex maleficiis, num. 24. Instit.
45 de act. Vbi alijs relatis, dixit causam iustam excusare à pœna legali, à pœna conuentionali, à dolo, & à mulcta. Curt. iun. cons. 132. num. 1. Vbi de communi, sicut illum refert Villalob. in commun. opinio. littera C. num. 23. sequitur Clar. in pract. §. fina. q. 60. vers. & generaliter, in princ. & in fine dicti vers. Vbi ampliùs, quòd ita tradunt omnes ex Bal. in loco præcitato. Cagnol. in l. quòd te. nu. 42. ff. si cert. pet. Vbi quòd excusat à mora, Cæphal. cons. 14. num. 20. Bertazz cons. 80. nu. 5. vbi alijs relatis, dixit iustā causam excusare à mora, & à pœna conuentionali; ex communi opinione, de qua testatur Thob. Non. cons. 111. nu. 50. & cons. 376. num. 4. Hippol. Riminal. cons. 381. num. 120 lib. 4. idem Bertazz. consil. 257. num. 13. post Becc. & Bursat. in locis per eum citatis, & cons. 421. num. 15. & seqq. Vbi quòd etiam excusat à contemptu Iudicis, non obstantibus quibuscunq; verbis vniuersalibus, & prægnantibus, contrarium suadentibus, & num. 17. & pluribus seqq. latissimè defendit, & respondet contrarijs, quòd causa iusta, & iusta credulitas excuset à pœna conuentionali, & num. 24. facit conclusionem generalem, quòd in quacunq; materia, iusta causa; & iusta credulitas excuset, ex Curt. iun. quem allegat in l. quod te, num. 7. ff. si cert. pet. Honded. cons. 105. num. 26.

46 Quanquam nonnulli relati per Bertazz. in d. consil. 421. num. 1. & seq. & per Colleg. Aduocat. March. consil. crim. diuers. 150. num. 53. in fine, dixerint causam iustam non excusare à pœna conuentionali.

47 AMPLIA XXII. vt quæ dicatur iusta, seù iniusta causa, & credulitas excusans, vel non excusans à dolo, Iudicis arbitrio remittitur, secundum Alex. in l. 1. §. fin. num.

num. 14. ff. si quis iusdicen. non obtemper.

48 LIMITA I. propositam regulam, vt non procedat in ijs, quæ sunt prohibita à iure naturali, in quibus iniusta causa, seù credulitas, quod non excuset, voluerunt Butrig. in l. plagij, la 2. colum. 1. vers. verum tamen. Dyn. in col. 2. ver. & tunc error in iure naturali, & ibi etiam Ang post num. 1. vers. dic, quòd quandoq; vbi, quod quando quis facit illicitum iure naturæ, tunc nunquam excusatur, nedũ propter temeritatem, sed nec propter malitiam, rusticitatem, sexum, aut ætatem. Salycet. num. 1. vers. sed contra. C. ad l. Flau. de plagiar. Iaf. in l. ait Prætor. §. iurari, num. 16. vers. caue tamen. ff. de iureiuran. & in l. 1. §. hoc iudicium; num. 24. in fin. ff. de in ius vocan. Tiraq. de pœn. temper. cauf. 43. num. 13. Gomes. in §. ex maleficijs, num. 32. Instit. de action & in reg. cancellar. de impetr. benef. viuen. q. 3. Nouell. reg. 168. in prima fallen. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. nu. 6. Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 73. vbi plures alios refert concordantes. (Quamuis Iacob. Butrig. ibi per eum relatus contrariũ dixerit) relati per Menoch. de recuper. possess. remed. 5. num. 58. & remed. 9. num. 21. Vulpell. consil. 36. num. 10. & consil. 88. num. 3. Cæphal. consil. 35. num. 15. & seqq. lib. 1. Bertaz. cons. 375. num. 35. lib. 2.

49 Et multò magis causam, & credulitatem iniustam non excusare in ijs, quæ sunt prohibita à Iure diuino, voluit Gabr. lib. 7. conclus. 8. num. 75. vbi alios refert.

50 Sic & iniustam causam, & credulitatem non excusare in ijs, quæ sunt reprobata à iure ciuili notorio, & indubitato scripserunt Alex. consil. 103. num. 14. lib. 1. Alciat. de præsump. reg. 3. præsumpt. 30. num. 6. Tiraq. de pœn. cauf. 43. num. 13. vbi alios refert, & causa 11. num. 9. Gabriel. d. conclus. 8. num. 74. vbi pariter alios refert. Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. num. 59. Honded. cons. 35. nu. 58. Bertazz cons. 375. num 15. lib. 2.

51 Contra prædictam primam limitationem sic, vt supra ampliatam, faciunt plures ampliationes supra positæ, in quibus dixi causam iniustam, & iniustam credulitatem excusare ab homicidio, falso, periurio, & similibus, quæ etiam sunt prohibita à Iure naturali, prout benè aduertit Menoch. de recuperand. possess. remed. 5. eodem num. 58. in fine. Honded. consil. 105. num. 27. & seqq. Vbi pluribus, & quidem validissimis rationibus hanc defendit opinionem, tanquàm veriorem, & præsertim, nu. 43. versic. quatenus vero, &c. vbi dixit, quod quatenus velimus amplecti primam opinionem: illa vtiq; intelligenda est, vt procedat, quando allegatur aliqua causa prorsus notoriè iniusta, temeraria, & omnino reprobata à iure naturali, vel ciuili notorio, & indubitato, secùs si causa, quæ allegatur, sit colorata, licèt leuis, quia tunc excusat etiam in ijs, quæ sunt prohibita à iure naturæ, seù ciuili notorio, & ita etiã declarat Mascar. viden. in tract. de probat. lib. 3. cõclus. 1157. num. 24. & seqq. vbi benè, & diffusè loquitur. Et ante istos hanc eandem contrariam opinionem tenuit Boss. in tit. de decret. Mediolan. sub num. 19. Vbi pluribus probat, quòd quando apparet, quem fuisse motum ex causa, tunc ea excusat etiam, quòd simus in delictis prohibitis à iure gentium, vel ciuili notorio, ac indubitato, ac etiam diuino, prout est furtum, homicidium, & similia, licèt secùs si non appareat, quòd ex d. causa delinquens non fuerit inductus, quod & idem confirmauit Honded. in loco præcitato.

52 LIMITA II. eandem regulam, vt quàmuis causa iniusta excuset à dolo, non tamen excusat à culpa, etiam lata, nec etiam excusat, quando ad incurrendum pœnam lata culpa sufficit, secundum Bart. in l. iustè possidet, in fine, post num. 4. ff. de acquiren. possess. Vbi loquitur, quando lex, seù Statutũ simpliciter loquitur absq. doli expressione (de quo dixi particulariter infra, num. 54.) Iaf. in d. l. iustè, num. 31. vers. tamen non excusat à lata culpa. Tiraq. de pœn. temper. cauf. 43. num. 12. Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 77. vbi alios refert Gomes. in §. ex maleficijs, nu. 30. Instit. de action. Domin. Quirin. consil. crimin. diuers. 26. num. 21. tom. 2. Suarez. in addit. ad Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. nu. 2. littera C in verbo, *Aduertendum*, in fine addit. Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. nu. 61. vbi dixit, quòd licèt Gomes in loco præcitato, non mediocriter ambigat de hac Bar. opinione, eam tamen vltra præallegatos sequutus est Barbar. inter cons. Calcan. cõs. 25 num. 14. & 15. Bonacoss. in commun. opin. par. 1. vers. credulitas etiam fatua, fol. mihi 44. col. 2. vbi restatur de communi ex Menoch. in 3. remed. retinen. possess. nu. 623.

53 Quamuis contrarium, quòd immò causa iniusta excuset etiam à culpa, voluerit Ofasc. decis. Pedem. 71. nu. 17.

54 LIMITA III. quando sumus in casu, in quo lex, seù Statutum dolum non requirit: Sicut enim causa iniusta, & iniusta credulitas excusat, quãdo sumus in casu, in quo expressè dolus requiritur, vt dixi supra, num. 42. Ita è contra non debet excusare, quando dolus non requiritur secundum Bald. in l. plagij, la 2. vers. aut loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substantia. C. ad l. Flau. de plagiar. vbi dixit, quòd in delictis prædictis causa iniusta, licèt excuset à dolo, non tamen excusat à culpa, testanturque, quod ita omnes tenent. Ang. ibidem (vbi tamen ingreditur illam materiam, An, & quando lata culpa dolo æquiparetur, de qua latè disserui supra, in q. 87.) Bar. in l. iustè possidet, in fin. post nu. 4. ff. de acquiren. possess. Alex. ibidem nu. 33. vers. sed hic cum Statutum, &c. Gab. 7. lib. 7. conclus. 8. num. 78. & seq. Vbi secundum hanc distinctionem declarat Doctores volentes causam iniustam non excusare in pęna legali, & statutaria, vt videlicet intelligantur in delictis, in quibus non requiritur dolus, secùs in ijs, in quibus dolus requiritur. Clar. in pract. §. fin. q. 60. vers. & generaliter, ibi, *tu verò dic, &c.* Vbi refert, & sequitur Bal. in loco pręcitato.

55 LIMITA IV. licèt quęlibet causa, & quælibet credulitas excuset à pęna: hoc sanè intelligendum est, vt scilicet excuset à pęna ordinaria, sicut de pęna ordinaria post alios, quos referunt antiquiores, loquuti sunt Iacob. Nouell. reg 168. in prin. Bonacoss. in comm. opin. par. 1. vers. causa quęlibet, fol. 22. col. 3. in princ. secùs autem ab extraordinaria, & stellionatus. Ang. in l. plagij, la 2 post num. 2. vers. similiter attende. C. ad l. Flau. de plagiar. vbi amplius, quòd ista pęna extraordinaria erit arbitraria iuxta facti, & personæ qualitatem. Tiraq. de pęn. cauf. 43. num. 10. in fine. Vbi, quòd excusat non à toto, sed à tanto, & cum hac distinctione concordat contraria relata supra num. 1. & seq. Noueli in trac. ad defensam cap. seù rubr. prima, nu. 117. Gabr. lib 7. conclus. 8. num 70. post Ang & Dec. in locis per eum relatis, Menoch. de recuperan. possess. remed. 5. num. 62. Vbi sequitur Tiraq. in loco præcitato, & in 3. remed. retinen. possess. num. 625. Vbi dixit, quòd licèt causa iniusta excuset turbatorem à pęna turbationis, intelligitur tamen hoc de pœna ordinaria, non autem de alia miniori, iudicis arbitrio. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. vers. credulitas etiam fatua, fol. 44. col. 2.

56 LIMITA V. vt licèt causa iniusta, & temeraria excuset à dolo, non tamen excusat à temeritate, & illius pęna, secundum Butrig. in l. plagij, la 2. post prin vers. oppono, quòd non sit distinguendum, & vers. licèt hic non excusetur, & col. 2. vers. hodie sic, cum etiam temeritas puniatur. & ibi Ang. post num. 2. vers. similiter attende, & Salyc. in fin C. ad l. Flau. de plagiar. Cuius contrarium licèt defendere voluisse videatur Menoch. de recuperand. possess. remed. 5. num. 48. & seqq. Ego tamen non discederem à proposita limitatione, quæ comprobatur etiam euidenti ratione. Nam si, vt supra dixi, causa iniusta non excusat à culpa lata, nec à pęna extraordinaria. Minus etiam debet excusare à temeritate, quæ vt mox dicam, aliud non est, quàm lata culpa, & quæ extraordinaria pęna punitur.

57 Licèt enim aliqui dixerint temeritatem non committi sine dolo, eamq; minimè puniendam, nisi dolus interuenerit, vt videre est apud Card. in clemen. prima. §. si quis, in princ. nu. 1. de stat. Monach. Vbi temerarium illũ dicit, qui scienter, & ex proposito actum à iure prohibitũ facit. Geminian. in c. eum qui, §. insuper, num. 1. de preben. in 6. Vbi ad hoc, vt qs temerari⁹ dicat, pariter reqrit, vt qs sciẽter agat, quæ quidẽ sciẽtia, & propositũ dolũ arguũt.

58 Veritas tñ est, quod temeritas et sine dolo committitur, differtq;

differtq; à dolo, quia dolus malitiam, & animum delinquendi in se habet: Temeritas verò non ex malo animo, seu malitia prouenit, sed ex culpa, fatuitate, stultitia, ac imprudentia. Et ideò vbi leges puniunt temeritatem, dolum non requirunt. Probantur hæc per tex. in l. Iulia. §. itē, qui futem, in fine, & ibi glo. in verbo *indicationem*, etiam in fine ff. de act. empt. item per tex. in c. si quis iratus. 2. q. 3. Vbi temerè obiectum dicit crimen, quando per iracondiam obijcitur; glo. in c. 1. §. si quis, in verbo *temerarius*, vbi alia iura concordāda adducit de senten. excom. in 6. Et ibi hoc notant Ioann. Andr. num. 5. Franc. num. 6. Ioann. Monach. num. 12. Gemin. nu. 10. Idem Io. Andr. in c. quia plerique in primis verbis, in verbo *temeritatis* de offic. Ordin. in 6. Ant. de Butr. in cap. 2. num. 9. vers. & dicit Bart. extra de cōstit. Alberic. in suo dictionario, vers. temeritas venia, &c. Ang. in l. eum quem temerè, num. 2. ff. de Iudic. Firman. in repertorio vers. temeritas, n. 1. & seq. Menoch. in 5. remed. retinend. possess. num. 72. & seq. Vbi benè comprobat hāc conclusionem, & in cons. 145. num. 13. lib. 2.

59 Et rursus licèt temeritatem criminaliter puniri nō posse suaderi videatur, ex tex. in l. 1. §. quæri possit. ff. ad Turpill. quæ lex est canonizata, in cap. fina. §. si autē interloquēdo 2. q. 3. cū alijs per gl. in c. 1. in verbo à temeritate, in pri. de maled. & in l. 1. C. de abolit. Iacob. Butrigar. in l. 1. C. si quis Imp. maledix. Innocen. in cap. 1. in princ. vers. Si autem ex temeritate: extra de maled. & ibi etiā Ant. de Butr. nu. 3. & Ioan. de Anan. post nu. 7. Milles. in pract. fol. mihi 113. nu. 77. in verbo *temeritas*, & fol. 134. nu. 61. Menoch. d. cons. 145. num. 13. lib. 2.

60 Verius tamen pariter est eam extra ordinem propter latam culpam, quæ illi inest, puniri posse secundum Ang. in l. plagij, la 2. num. 2. vers. similiter attende. ff. ad l. Flau. de plagiar. Vbi quòd talis pœna remittitur arbitrio Iudicis, iuxta facti, & personarum qualitatem. Bald. in d. l. etsi seuerior, post num. 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. Vbi quod ratione cessantis doli ordinaria pœna mitigāda est. Archid. in cap. quidam, nu. 1. in fine 5. q. 1. vbi quod temeritas punitur extra ordinariè, & etiam talis pœna potest infamiā irrogare. Alex. in l. 2. nu. 5. & seqq. ff. quòd quisq; Iur. Vbi loquitur in teste deponente falsum, non dolo, sed temeritate (de quo latius dixi in tract. de testibus in materia testis falsi) Paul. de Castr. ibidem nu. 6. Vbi propterea q talis pœna non potest esse corporalis, sequitur Pacian. in tract. de probatio. lib. 1. cap. 36. nu. 17. lata enim culpa (vt suo loco dixi) etiam criminaliter punitur, quando committitur circa id, quod à Iure prohibitum, & punibile statuitur.

61 Temeritatem enim puniri posse, & in pluribus casibus punitam fuisse, probat tex. in cap. 2. ne cler. vel monac. in 6. in cap. 1. §. si quis de senten. excommun. & in d. c. 1. de maled. in illis verbis, *ipsum à temeritate sua compescas*, & in l. famosi. §. 1. vers. Quamquā. ff. ad l. Iul. maiest. In illis alijs verbis, *Quamquam enim temerarij digni pœna sint*, & in l. si quis obrepserit. ff. de fals. Bal. in l. etsi seuerior, post nu. 4. C. ex quibus caus. infam. irrog. vbi facit conclusionem generalem, quòd temeritas punitur. Alber. in suo dictionario, verbo *temerarius*, & verbo *temerè*, per totum, in discursu Card. in clem. 1. §. si quis, num. 1. in princ. de stat. Monac. Nisi tamen aliquo modo excusabilis sit Bero. cons. 4. lib. 3. in fine. Franc. Becci. consil. 4. nu. 17. etiam in fine.

62 Temeritas aūt quid sit, quādo, & in quibus casib. dicatur quis temerarius, seu temerè agere, & generaliter de materia, vide tex. glo. & Doct. in cap. 1. de senten. excommun. Alber. in suo dictionario, verbo *temerè, temerarius, & temeritas*, Firma. in repertorio, verbo *temeritas*, vers. 1. & omnibus seqq. in discursu.

63 Et particulariter temerarius dicitur, qui iuri resistit, actum à iure prohibitum faciendo, vel eius præcepta sine rationabili causa negligendo, ad quod communiter allegatur tex. in cap. dilecto, de senten. excom. in 6. sed ni fallor, melius facit tex. in cap. 1. §. si quis, Ibi, *huiusmodi constitutionis temerarius extiterit violator*, eodem tit. de senten. excommun. in 6. & ibi hoc notant Hostien. num. 29. in verbo *temerarius*, Ioann. Andr. num. 5. Archid. nu. 1. in fi. Alb. in suo dictionario verbo *temeritas*, vers. temeritas est. cū quid facimus. Card. in clem. 1. §. si quis, n. 1. in princ. de stat. Monac. Firma. in repertorio, verbo *temeritas*, vers. 7. Gemin. in cap. eum qui. §. insuper, per illum text. num. 1. in pri. notab. de præben. in 6. & ibi etiam Fran. num. 6.

64 LIMITA VI. vt causa iniusta, & iniusta credulitas excuset à dolo vero, & vbi dolus verus requiritur secundum Ang. in l. 1. §. fina. nu. 2. ff. si quis ius dicen. non obtēp. Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 216. num. 40. vbi alios refert concordantes, non autem præsumpto, & ideò vbi aliquo casu sufficit dolus præsumptus, tunc causa iniusta nō excusat. Tiraq. de pœn. caus. 43. num. 12. post Bal. quem allegat, in l. qui contra, in 2. lectura C. de incest. nupt. sed quod immò à dolo vero non excuset, à præsumpto autem sic; voluit Gabr. post Cassan. quem allegat, lib. 7. conclus. 8. num. 83. Honded. cons. 35. num. 59. Vides igitur quomodo Doctores in vna, eademque re inaduertenter contraria dicant.

65 LIMITA VII. vt causa iniusta, & iniusta credulitas excuset à pœna corporali, secundum Bart. in l. iuste possidet, in fin. post nu. 4. & ibi etiam Alex. num. 32. ff. de acquiren. possess. Bal. cons. 9. num. 3. lib. 3. Ang. in l. prætor. §. hęc actio. ff. de vi bon. rapt. Ias. in l. 1. §. fin. num. 24. in fin. ff. si quis ius dicen. nō obtemp. Tiraq. de pœn. temper. cau. 11. num. 3. in fin. Ias. cons. 53 post num. 2. lib. 2.

66 Secùs autem à pœna pecuniaria. Bar. & Alex. in d. l. iustè in locis nuper relatis Domin. Quirin. consil. crim. diuer. 26. num. 22. lib. 2. Gabr. lib. 7. concl. 8. num. 32. Vbi, quòd iudicis sententia inualida excusat, vbi agitur de pœna corporali; secus vbi agitur de pęna pecuniaria, & q ita omnes Doctores post Bart. concludunt in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. de quo tamē dixi infra hoc eod. tit. suo loco. Honded. con. 35. num. 60. & cons. 105. nu. 39. Et facit pro hac limitatione, quia, vt dixi supra, causa iniusta non excusat à lata culpa, lata autem culpa, prout pariter suo loco dixi, videlicet supra quæst. 87. num. 39. in pecuniarijs dolo æquiparatur.

67 Sic & multo magis causa iniusta non excusabit, quando agitur de pecuniario interesse partis, prout voluit Hōded. dicto consil. 35. num. 60. & facit, quòd voluit Bertaz. in cons. 375. num. 1. & seqq. iuncto num. 11. in fine. & nu. 12. lib. 1. dum pluribus probauit ad condemnationem dānorum, & interesse non exigi dolum, sed sufficere culpam, à qua, vt dixi supra, causa iniusta non excusat.

68 SVBLIMITA hanc vij. limitationem procedere, quando Statutum, seu dispositio pęnalis simpliciter loquitur, imponēdo pęnam pecuniariam absq; vlla doli expressione. Tunc enim, quia lata culpa æquiparatur dolo, vt dixi, & à lata culpa causa iniusta non excusat, vt pariter supra dixi, ideò isto casu, & causa iniusta non excusat à pęna pecuniaria: Secùs autem si Statutum, seu dispositio pęnalis tacitè, aut expressè dolum requireret: tunc enim, cùm dolus requiratur, nec lata culpa dolo æquiparetur, vt pariter dixi d. q. 87. num. 28. & seqq. ideò causam iniustam etiam in pecuniarijs excusare benè declarat Plot. de in lit. iurān. §. 6. num. 31. & post alios, quos allegat idem dixit, & ita etiam declarauit Honded. cons. 105. num. 40.

69 LIMITA VIII. vt qualibet causa, & credulitas etiā iniusta excuset in extraiudicialibus delictis: secùs autem in iudicialibus. Bal. in l. qui non probasse, num. 3. in 2. notab. per illum tex. sumendo ibi argumentum à contrario sensu. C. de calumniat. Socin. consi. 118. num. 3. vers. ad prædicta etiam accedat lib. 1. vbi dixit in crimine iniuriarum illatarum in iudicio non excusare causam iniustā. Tiraq. de pœn. temperan. cau. 43. num. 11. Gomes. in §. ex maleficijs, num. 33. Instit. de action. Cagnol. in l. 1. §. fin. nu. 21. ad finem ff. si quis ius dicen. non obtemp. Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 17. post Bal. & Socin. in locis per eum relatis, & num. 72. Menoch. de recuper. possess. rem. 5. n. 64. Vbi licèt conetur demōstrare Bal. sententiā minimè probari in d. l. qui nō probasse, nullamq; credat posse dari differentiā, cur magis causa iniusta excuset in extraiudicialibus, quā in iudicialibus, vix tn est (inquit ipse) vt ab ea Iudices recedant. Bertaz. cons. 375. nu. 17. lib. 2. Magon. decis. Florent. 25. post. num. 10. Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 89. num.

nu.5.& dixi in prima par.tit.de accusat.q.16.nu.65.

70 Et hinc causam iniustam non excusare à præsumpta calumnia dixit Bal. in d. l. qui non probasse,in loco præcitato, quem refert Tiraquel. vbi supra d.num.11. dicens hoc dictum Baldi perpetuò notandum, quia pauci illud ponderarunt, & dixi latiùs in 1.par.tit de accusat.q.16.nu.63. & seqq. Vbi alios adduxi concordantes,ex quibus hanc limitationem cōmuniter receptam dici posse facilè credo.

71 Quamuis cōtra eum senserit Abb.in c.cum dilecti, nu. 7.vers.tertio oppono, de elect. prout illum refert Gabr.d. conclus.8.post nu.72.Nec dissentit Menoch.in loco nuper citato (etsi, vt supra eum retuli, Iudices nō facilè credat à prima opinione recessuros.)Et faciant etiam pro hac contraria opinione deducta per Io. Petr.Surd. decis.Mantuā. 89.nu.22.& seqq.& nu.32.vbi videtur tenere contra Socinum in loco præcitato, causam iniustam excusare in crimine iniuriarum etiam in iudicio illatarum.

72 LIMITA IX. vt pariter causa iniusta, & iniusta credulitas non excuset à contemptu Iudicis,glo.in l.1.§.fi. in glo.magna, in fine. ff. si quis ius dicen. non obtem.Vbi quòd punitur is, qui citatus dedignatur venire,contemnendo Iudicem. Ang. ibidem num.2.Alex.num.13.& Ias. nu.24. Cagnol. nu.22.vers. regula verò prædicta.Gabr.lib. 7.conclus.8.num.85.Gomes.in §.ex maleficijs,nu.25.in fine, & nu.26.Vbi quòd Doctores transeunt cū dicto Alex. in loco præcitato. Benedict.de Plot.consil.crim.diuer.nu. 6.& 29.tomo 2.

73 Quamuis cōtrarium, quòd causa iniusta sicut excusat à dolo,ita etiam excuset à cōtemptu Iudicis, post Calderin. Felyn.& Archid.in locis per eum relatis,voluerit,& defenderit Gomes.in d.§.ex maleficijs,nu.27.instit.de actio.nec dissentiat Boss. in tit.de carcer.fideiuss.committen.nu.47. quem refert Honded.cons.94.num.30.lib.2.

74 LIMITA X. in pœna conuentionali,à qua causa iniusta non excusat, Paul.de Castro cons.195.viso supraescripto puncto,col.1.num.1.vers.ideò fuit in culpa, lib.1.Vbi quòd ad incurrendum hanc pœnam sufficit lata culpa, à qua causa iniusta non excusat,vt dixi supra.Domin.Quirin.cons.crim.diuers.26.nu.22.lib.2. Cagnol.in l.quod te, num.42.ad fin.ff.si cert.petar. Et hanc opinionem tāquam veriorem defendit à contrarijs Colleg.Aduocatorū prouinciæ Marchiæ cons.crim.diuers.150.nu. 52. & seqq.lib. 1.De qua re vide, quæ dixi in materia cautionis de non offendendo,nu.454.& seqq.

75 Excusat benè à pœna conuentionali causa iusta, de quo dixi supra,num.44.& seqq.

76 LIMITA XI. vt causa iniusta excuset, quando agitur de damno vitando, secùs si de lucro captando. Gabr. libro 7. conclusio. 8. numero 82. post Calcan. in loco per eum relato.

77 LIMITA XII. vt nec etiam iniusta causa excuset eum,qui causam esse iniustā cognouit,& tamen in illa perseuerauit,& ex ea delinquere voluit.Gabr.lib.7.conclus.8. nu.80.ex Bar.Bal.& Ias.in locis ibi per eum relatis.Brunor. à Sole in suo compendio iur.ver.causa etiam fatua,fol.mihi 28.col.2.allegat Ias.in cons. 179. nu. 7.lib.2.Mascard.de probat.lib.3.conclus.1157.nu.25.in fine,& seq.Vbi reddit rationem,quia scilicet,qui scienter facit quòd est prohibitum,dicitur in dolo, & non excusatur ex Alex.& Aym.in locis per eum relatis,& dixi latius in q.89.vbi de doli præsumptionibus tractaui.

78 LIMITA XIII. vt causa iniusta non excuset,quando extat Statutum, seù constitutio puniens delinquentem,per verba vniuersalia, vt puta, *quoquo modo,quouis modo*,aut similia,secundum Menoch.in 5.remed.recuper.possess.numero 63.post Barbat. quem allegat inter consil.Calcan.consil.28.num.16.Bertaz.cons.76.num.35.vers.quarto ad vltimum, & num. 36. vers. contra primam partem, lib. 1. vbi loquitur, quando constitutio pœnalis loquitur sub his verbis,videlicet,ne *sub aliquo,aut quouis prætextu*,& tamen dicit,non per hoc censeri exclusam iustam credulitatis causam.

79 Verùm de hac limitatione non sine ratione dubitari potest. Cur enim isto casu præcitati Doctores velint causam iniustam nō excusare,nō aliam crediderim,nisi quia, prout dixi supra q 87.n.55. quādo Statutum loquitur per huiusmodi verba vniuersalia, tunc ad illius pęnam incurrēdam non requiritur dolus; sed sufficit culpa,à qua,prout etiam dixi hac eadem quæst.supra,causa iniusta non excusat. Sed quia hæc ratio nō est admodum tuta,cum plures alij Doctores etiam isto casu dolum requiri affirmauerint,prout eos retuli d.q.87.nu.56.Ideò cogita.Et faciunt deducta per Thob. Non.cons.112.nu.20.vbi dixit, quòd ista verba, *sub aliquo quæsito colore*, licèt sint vniuersalia, & significare videantur idem,quòd *nullo modo*, ex Gozad.in cons.31.col.3. nihilominus adhuc dicta vniuersalia verba recipiunt restrictionem, & passiuam interpretationem à iure communi.

80 LIMITA XIV. Quia nūquam causa,seu credulitas iniusta excusat delinquētem, nisi talis causa probetur per allegātem, secundum Bart.in l.1.§.non autem. ff.si quis testam.lib.esse ius fuer. Corne.cons.280.nu.6.vers.ita etiam
81 lib.4. Dec.cons.452.nu.11.Vbi amplius quòd probandum est causam prædictam fuisse ante delictum, quod & idem voluit Rolan. consil.57.nu.13.lib.1.Gomes.in §.ex maleficijs,nu.29.Instit.de action. Aym. cons.254.nu.4.Gabr.lib. 7 conclus.8. nu.63.Clar.in pract.§.fi.q 60.vers.sed hic quæro. Menoch.de recuper.possess.remed.5.nu.60. Hondede. consil.35.num.55.Et Rota,vbi sup.coram Orano, in vna Viterbien. bonorum. Lunæ. 9. Decembris 1591. in princ. quàm decisionem impressam reperies post mea consilia criminalia.

82 Immò non sufficit probare existentiam causę,sed etiam necesse est probare, quòd quis ex illa causa motus fuerit, & crediderit,non delinquere, aliter enim dolus præsumitur;nec allegata causa excusabit. Iacob. Butrigar. in l.plagij,la 2.colum.2.vers.non tamen apparet, quòd hoc crediderit. C.ad l.Flau.de plagiar. Vbi propterea dixit,necesse esse,eum,qui vult se excusare ex credulitate, siue iusta, siue iniusta,probare aliquid, quòd verisimile sit, eum sic credidisse.Gomes.in §.ex maleficijs,post num.32. instit.de action.Alex consil.103.num.13.versic.& dato quòd, lib. 1.Curt sen.consil. 55.num.12. Aym.consil.254.num.4.versic.& si dicatur. Cagnol.in l.quòd te, num.5 ff.si cert.per. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 20. in fine. ff. de reg. iur. Tiraquel.qui alios refert,de pœn.temperan. causa. 43. num.9.Gabr.lib.7.conclus.8.numero 66. Vbi pariter alios refert, & numero 71. Vbi, & alijs relatis facit conclusionem,quòd potius præsumitur dolus, quàm,quòd,quis sit motus ex iniusta causa. Sequitur Rota coram Orano in loco præcitato. Clar. in pract. d. quæst.60.eodem versic. sed hic quæro, post Alex. & Blanch. in locis per eum citatis. Menoch.de retinen.possess.remed. 3. numero. 653. & de recuperan.remed.9.num.46.Bertazz.cons. 375.post nu. 15.lib. 2. Hondede.consil.35.num. 56.& seq.& consil. 105. num.33.& 37.

83 SVBLIMITA hanc xiiij. limitationem. Nam licèt aliqui dixerint causam hanc plenè probandam esse,vt per Iacob.Port.in cons.96.nu.35.(Vbi tamen non dicit,quòd sit plenè probāda,& quòd sit legitimè probanda,& per testes omni exceptione maiores) Magis tamen communiter receptum est, ad huius causæ iustificationem sufficere semiplenam probationem,secundum Alex.in consil. 115. nu.15.lib.4.Ioan.de Amic. cons.85 nu.9. Curt.iun. qui tamen loquitur in probatione iustæ causæ, in cons.132.nu. 11.vers.Quinimmò dixit.Alex.in cons.34.nu.8.Aym.consil.254.nu.5.& cons.386.nu. 20. Gabr. d. conclus.8.nu.64. Herculan.de negat.num. 7. Menoch. d. 5.remed.recuper. possess.num.60.in fine.Bertazz.cons.11.num.21. & consil. 38.num.11.& cons.257.num.18.Franc.Becci.cons.4.num. 18.& cons.78.num.29.Plot.inter consil.crimin.diuers.tomo 1.cons.131.num.14.Bursat.cons.152.num.32 & cons. 77.numero 16.vbi.quòd sufficiunt leuiores probationes, & idem in cons.141.nu.14. Hondede.consil.105.num. 26. Et faciunt in simili Doctores allegati infra q. 107.nu 437. vbi de probatione nouæ causæ in cautione de non offendendo.

84 Et propterea causam prædictam posse coniecturis probari,

bari, dummodò tamen sint vehementes, voluerunt Claud. Battād. reg. crim. 81. nu. 2. Matth. in suis reg. crim. vers. licèt quælibet iniusta, fol. mihi 346. col. 2. inter commu opin. to mo 1, Et faciunt Doctores allegati in materia nouæ causæ cautionis de non offendendo infra q. 107. nu. 436.

85 Sic etiam, quòd quis motus fuerit ex illa causa, seù credulitate probari coniecturis, & verisimilitudinibus euidentibus tamen, seù vehemētibus scripserūt Boss. in tit. de decret. Mediolan. sub nu. 19. post Aret. & Alex. quos allegat Tiraq. de pœn. temper. causa 43. nu. 9. refert eum Bertazz. cons. 11. post nu. 10. & cons. 417. nu. 32. Honded. cons. 105. nu. 33. & nu. 37. Vbi videtur consentire probabilibus coniecturis. Brunor. à Sole in suo compendio iur. vers. credulitas, & causa, fol. 56. col. 2. ex Bart. Ang. & alijs ibi per eum allegatis. Quibus adde Doctores allegatos infra quæstio. 107. d. num. 436.

86 Et inter alias coniecturas ea sufficiens videtur, quando quis ante delictum expressè coram testibus declarauit se sic agere velle ex aliqua causa. Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 67. ex Aym. in loco per eum citato.

87 Immò, & id probari per iuramentum delinquentis, videtur de mente Ang. in l. plagij, la 2. nu. 1. ad med. vers. sed qualiter probabitur, & post med. vers. modo si Statutum. & post nu. 2. vers. sis tamen cautus. C. ad l. Flau. de plagiar.

88 Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 65 68. & 69. Vbi tamen declarat, nisi contra iuramentum adsit iuris præsumptio. Bertazzo, cons. 11. nu. 21. post Alex. Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. in locis per ipsum citatis. Hondede. cons. 105. nu. 36. & seqq.

89 Vbi tamen etiam vltra iuramentum videtur requirere cōcursum aliquarum coniecturarum ex allegatis per eum, prout ita etiam videtur de mente Ang. & Gabr. in locis proxime citatis.

90 SVBLIMITA II. eādem xiv. limitationem nō procedere in ijs, quæ de sui natura non sunt mala, nec prohibita, in quibus non est necesse probare, quòd quis motus fuerit ex causa, quam allegat, licèt iniusta, quia isto casu præsumitur, prout dixi supra hac eadem q. nu. 14.

ARGVMENTVM.

Iuris ignorantia quando in delictis excuset.

SVMMARIVM.

IGnorantia iuris excusat à dolo, num. 91. Quamuis alij contra, num. 92.
Error iuris excusat à dolo, num. 93.
Ignorantia facti excusat à dolo, nu. 94.
Ignorantia iuris non excusat à culpa lata, nu. 95. mitius tamen isto casu punitur delinquens, nu. 96.
Culpa lata est ignorare iura, nu. 95.
Ignorantia iuris quandoq; datur sine culpa, nu. 97.
Ignorantia crassa, supina, & affectata nō excusat, nu. 98. Verum quòd excuset à dolo, nu. 99. Resolue, vt nu. 100.
Ignorantia iuris naturalis, vel quasi gentium, aut diuini non excusat à dolo, num. 101.
Ignorantia iuris dubij excusat à dolo, & delicto, nu. 102.
Ignorantia autem iuris notorij, & indubitati, siue sit iuris communis, siue statutarij, siue etiam proclamatum, & bannimentorum non excusat, num. 103.
Ignorantia iuris controuersi an excuset, si pro vna parte stat communis opinio, num. 104.
Ignorantia iuris non præsumitur, ideò probanda est per allegantem, nu. 105. Probatur autem per iuramentum, nu. 106. Item probatur signis, & coniecturis, nu. 107.
Error iuris an præsumatur, & quomodo probetur, numero 105. & sequentibus.
Ignorantia iuris non excusat in actu, cui ius ipsum, seù statutum resistat, contradicat, seu interdicat, nu. 108.

QVÆST. LXXXX. INSPECT. II.


PROSEQVENDO modo eam delinquentis credulitatem, quæ ex iuris ignorantia prouenit.

91 REGVLAM cōstituo, quòd iuris ignorātia excusat à dolo, glo. in l. plagij, la 2. in verbo *iusta*, & ibi etiam Iacob. Butrigar. col. 1. vers. sed vbi iure ciuili erratur. Odofred. vers. qui autē errat in facto, vel in iure, Ang. post nu. 1. vers. si verò quis. Salyc. in princ. vers. & ideò benè, &c. C. ad l. Flau. de plagiar. Salycet. in l. Senatus, num. 3. vers. aut erratur in iure ciuili. C. de his, qui sibi ascrib. Tiraq. qui & iurium, & Doctorum authoritatibus hāc probat cōclusionem, de pœn. temper. caus. 11. nu. 3. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, nu. 10. ff. de reg. iur. Gomes. in § ex maleficijs, post nu. 30. vbi amplius, quòd excusat à pęna legali, & statutaria. Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. si excusat ignorātia, nu. 6. & per totum illū, §. vbi latè explicat materiam. Cępol. cons. 21. nu. 31. & seqq. vbi benè comprobat Barth. Tæge. in suis tract. crim. par. 4. nu. 5. Herculan. de negat. nu. 7. Gabr. lib. 7. conclu. 8. nu. 35. Plot. de in lit. iuran. §. 5. num. 41. vbi alijs relatis testatur de cōmuni, præsertim ex Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 30. nu. 1. & præsump. 31. nu. 6. Bertaz. cons. 11. nu. 9. Octau. Cachetan. cons. 64. nu. 17. ad finem.

92 Quamuis contrarium, quòd Iuris error, seu ignorantia non excuset à dolo suaderi possit ex tex. in §. quia tamen. Insti. de vi bon. rapt. quem in id post alios, quos allegat, inducit Tiraquel. de pœn. temperan. causa, 11. numero 11. & ex alijs relatis per Barth. Tęge. in suis tracta. crimin. d. par. 4. num. 4.

93 AMPLIA II. (& hæc ampliatio cōtinet eādem materiam regulæ propositæ) vt pariter error Iuris excuset à dolo, l. sed si lege. §. scire autem. ff. de pet. hæred. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Syllan. l. si quis id quod, vbi præcipuè Alex. ff. de iurisdict. omn. Iud. § quia tamen, vbi etiam Aret. instit. de vi bon. rapt. quæ iura ad id adduxit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. nu. 1. Gabr. lib. 7. conclus. 8. nu. 10. post Felyn. & Paris. in locis per eum relatis. Boss. in tit. de decret. Mediolan. sub nu. 19. vbi loquitur tàm in errore Iuris ciuilis, quàm in errore Iuris gentium. Herculan. de negat. num. 7.

94 AMPLIA III. vt multò magis excuset à dolo ignorantia facti. Dolum enim non præsumi in ignorante factum dixi supra in anteceden. quæst. in 3. inspect. numero 64.

95 LIMITA I. propositam huius secundæ inspectionis regulam, vt licèt Iuris ignorātia excuset à dolo, nō tamen excusat à culpa lata, quia ignorare iura lata culpa est. l. latè, ff. de verb. signif. l. Imperitiæ. ff. de reg. iur. Salyce. in l. Senatus, post nu. 3. ante finem. C. de his qui sib. ascrib. vbi quòd nō excusat à dolo præsumpto, nec à culpa lata, leui, vel leuissima. Carer. in pract. crim. in tract. de homic. §. 11. excu-

96 set ignorātia, nu. 7. Vbi propterea q; mitius isto casu punitur delinquēs pro culpa. Alcia. reg. 3. præsump. 31. nu. 6. vbi de communi. Boss. in tit. de decret. Mediolan. nu. 20. & 21. Plot. de in lit. iuran. §. 5. nu. 41. vbi pariter de communi ex Alciat. in loco præcitato.

97 SVBLIMITA hāc primam limitationem, quia quādoquè datur Iuris ignorantia sine vlla culpa: Quia possunt esse tàm apertæ cōiecturæ, quòd quis ignoranter, & bona fide deliquerit, quòd tunc cessabit omnis pęna, vt per eundem Boss. d. tit. de decret. Mediolan. nu. 20. & 21. per tex. in l. ex consensu. §. 1. ff. de appellat.

98 LIMITA II. in ignorantia crassa, supina, & seù affectata, quàm nō excusare scripserunt Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. 11. excusat ignorantia, nu. 4. vbi alij referuntur, Natta d. cons. 338. nu. 11. lib 2. Barth. Tæge. in suis tract. crim. par. 4. nu. 14. Tiraq. de pœn. causa 13. nu. 22. vbi alij referuntur.

99 Vide tamen Tiraq. de pœn. temper. causa. 43. num. 4. ad med. vbi ex Bal. quem allegat in cons. 98. incip. ego præsuppono ante finem, lib. 3. & per tex. in l. 1. in fine. ff. si ager, vectig.

vectig.dixit ignorantiam ſupinam etiam ſufficere ad excuſationem doli, quod & latius comprobauit in caſu 13.nu. 23.& ſeqq. vbi quatuor validiſſimis rationibus demõſtrat craſſam,& ſupinam ignorantiam, quamuis regulariter ea non excuſet à pœna: excuſat tamen à dolo,& à pœna ordinaria,vt mitius puniatur, quia negari non poteſt, quin ſit minor dolus in ignorãte,licèt craſsè,& ſupinè,quã in ſciẽte,vt ibi per eum, & vide etiam Creſcen.deciſ.9.tit.de dolo,& contum.ad finem,vbi dixit, quòd quando agitur de damno vitando,& de amittendo ius, ignorantia craſſa in facto proprio, ac etiam ignorantia Iuris excuſat ex Bart. Soci.& Dec.in locis ibi per eum relatis.

100 Pro ſolutione huius cõtrarietatis crederem diſtinguendum inter ignorantiam facti,& ignorantiam iuris, ac etiã inter ignorantiam craſſam,& ſupinam, ac inter ignorantiam affectatam. Adeoquòd dicere poſſumus ignorãtiam facti craſſam,& ſupinam excuſare à dolo, ſecundum proximè allegatos Doctores, qui præcipuè non in ignorantia iuris, prout ſunt termini noſtræ quæſt. loquuntur, ſed in ignorantia facti. Sic etiam,& ignorantia iuris,licèt de ſe poſſit dici craſſa, & ſupina ignorantia, excuſat à dolo regulariter,prout dixi ſupra,numero 91.& voluit Creſcen. in loco præcitato, qui loquitur in ignorantia Iuris ſimpliciter; ſed ſi ignorantia Iuris ſit circa ea, quæ ſunt de iure naturali,gentium, aut diuino, & tunc tanquàm craſſa,& ſupina,ac etiam affectata non excuſat à dolo,vt dixi infra num.ſeq. Idem ſi circa ea, quæ ſunt de iure ciuili, aut ſtatutario, notorio, & indubitato, vt etiam dixi infra in quarta limitatione, & benè conſiderat Natta d. conſil. 338.num.11.qui iſto caſu ignorantiam vocat nedum craſſam,& ſupinam,ſed etiam affectatam. Et hanc quidem affectatam ignorantiam non mitiùs, ſed aut grauiùs, aut ſaltem æquè puniendam, vt ſcientiam, ſiue iuris ſit, ſiue etiam facti admittit Tiraq. d. cauſ. 13. num. 30. & voluit Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1157.num.20. Et iſta eſt veritas.

101 LIMITA III. in ignorantia Iuris naturalis, vel quaſi gentium,aut diuini, quàm pariter non excuſare à dolo probat text in l. 2.& ibi glo. & communiter omnes. C. de in ius vocan. Salycet.in l.Senatus, num.3.C.de his qui ſib. aſcrib. vbi propterea infert ignorantiam Iuris non excuſare in homicidio, furto, ac cæteris delictis iure naturali prohibitis. Cæpo. conſil. 21.num.31.vbi pariter infert ad delicta prædicta. Alciat.de præſumpt.reg.3.præſumpt.30. numero quarto. Natta conſil.338.ſub numero 11.libro 2. Carer.in pract. crim. in tractat. de homicid. §.11.excuſat ignorantiam, numero 8.& 9 Gabr.qui alios refert lib. 7.concluſ 8. num.73.& ſeqq. Tiraquel. de pœn. cauſa 11. num.7.& 8. vbi plures alios refert concordantes. Boſſ.in tit. de decret. Mediolan. num. 20. Barth.Tæge.in ſuis tractat.criminal.par.4.num 8.vbi pariter ampliat non ſolùm in ijs,quæ fiunt committendo,ſed etiam omittendo. Plot. de in lit.iuran.§.5.num.42.& 44. Menoch. de recuperan. poſſeſſ.remed.9.nu.21. vbi quòd iſta ignorantia nec etiam excuſat ruſticum, & militem, & pro hac limitatione faciunt etiam,quæ dixi ſupra hac eadem q.prima inſpectione,num.48 & ſeqq.

102 LIMITA IV. eiuſdem ſecundæ inſpectionis propoſitam regulam procedere in ignorantia iuris dubij, & ſeu per Doctores controuerſi;Tunc enim,quia talis ignorantia iuris æquiparatur ignorantiæ facti; ideò excuſat à dolo,& à pœna c.primo,cum ibi notat.per Ioan.Andr.de poſtulat.prælat. Butr.Imol.Card.& alij in c.cum dilectus, de conſuetud.Fely.in c.de quarta, nu.27.de præſcript. Corn. conſ.307.in hac conſultatione dicendum,num.11.verſ.& ignorantia iuris lib.4.Balb.in repert.l Celſus, in 4.notab. num.27.verſ.primò limita.ff.de vſucap.Neuizz.conſil.34. num. 21. Tiraq. qui alios plures refert concordantes, de pœn.temper.cauſa 11 num.6.Barthol.Tæge.in ſuis tracta. crim. par. 4. num.6. poſt Alex.& Corne. in locis per eum relatis, & in pulchro caſu cõſuluit Ioan. Bapt. de Plot. viden.in conſ.crimin.diuer.131.num.6.& num.11.& 12.libro 1.& Octau.Cacheran. qui alios refert in conſ.64.nu. 52.in fine,& ſeq.Vbi adducit bonam rationem,& latè proſequitur Plot.de in lit.iuran.§.6.num.52. Vbi alijs relatis concludit, quòd iſto caſu iuris ignorantia non ſolum excuſat à dolo,& à mala fide,ſed etiam à lata culpa in tantũ, quòd non poteſt criminaliter procedi. Stephan.Lamberteng.de contract.eorum, &c.glo.1.nu.139.& ſeqq.pluribus,& nu.170.& ſeq.vbi ampliat etiam,quòd potuerit peritiores conſulere,& non conſuluerit, ac etiam, quòd errans, ſeù ignorans ſit Doctor.

103 Secùs autem ſi ignorãtia ſit iuris notorij,& indubitati, ſiue communis iuris, ſiue ſtatutarij, ſiue etiam proclamatum,& bannimẽtorum. Tũc enim nõ excuſat à dolo,quia eſſet ignorãtia ſupina,& affectata, nec crederetur illi,qui aſſereret,ſe ex illius iuris ignorantia fuiſſe motum. Alciat. de præſumpt.reg.3.præſumpt.30.poſt nu.4.Tiraq.de pœn. temper.cauſa 11.nu.9 Natta in conſ.338.nu.11.lib.2.Boſſ. in tit. de decret.Mediolan.nu.20.verſ.nec in iure ciuili indubitato,& notorio. Gabr.lib.7.concluſ.8.nu.74.Vbi alij referuntur.Barthol Tæge. in ſuis tract.crim. par.4.nu.12. Plot.de in lit.iuran.§.5.nume.40. & 43. Magon. deciſ.Lucen.33.num.32.

104 Et quid ſi ius eſt cõtrouerſum: Stat tamen pro vna parte communis opinio, An illius communis opinionis ignorãtia excuſet à dolo,& à pœna doli? Crederem omninò, quòd ſic,ad trad.per Plot.in conſ.crim.diuer.131.nu.8.lib.1.vbi loquitur,ſi rectè memini, in fortioribus terminis, videlicet in credẽte opinioni vnius Doctoris inſignis;quamuis & in hoc articulo plura pro, & cõtra effuderint verba Doctores, vt poſt alios,quos allegãt antiquiores, videre eſt apud Oſaſc.deciſ. Pedem.54.nu.6.verſ.nõ obſtat.Stephan. Lamberteng.in tract.de contract.eor.&c.glo.1 nu.177.& ſeqq. Mar.Ant.Corat.in tract.de commu.opin.lib.3.titu. 13.nu.1 & omnibus ſeqq.

105 LIMITA V. quia iuris ignorãtia,ſeù error non præſumitur ad effectum,vt quis à dolo excuſetur. Ideò per allegãtem probandus,quia quando dubitatur,An quis errauerit in iure præſumitur dolus,& non ignorantia.Ang.in l.plagij, la 2.nu.1.ad med. verſ.aut dubitatur. C.ad l.Flau. de plagiar.Salyc.in l.Senat⁹, in fin verſ.nec ſufficiet,& ibi in addit.lit.A,C.de his, qui ſibi aſcrib.Vbi amplius, quòd debet probari aliquid,per quod credatur, quem putaſſe, licèt iniuſtè hoc,quòd fecit, ſibi licere. Cæpol. conſil.21. nu.312. verſ.aut dubitatur.Alciat.de præſump.reg.3. præſump 31.num.1.& ſeq.Vbi benè comprobat,& reſpondet contrarijs Gabr.qui alios refert lib. 6. tit. de reg.iur.concluſ.7.nu.1.& ſeq. quamuis nonnulli ibidem relati, nu.3. contrarium dixerint.

106 Probatur autem hoc per iuramẽtum ſecũdum Ang. in d.l.plagij,verſ.ſed qualiter probabitur.Vbi tamen videtur requirere aliquas alias cõiecturas cõiũctas,refert eum,& ſequitur Cæpol.conſ.21.nu.33.nec diſſentit Alciat.de præſumpt.reg.3.præſump.30.nu. 7. Vbi etiam vltra coniecturas videtur requirere probationem iurantis.

107 Item probatur ſignis,& cõiecturis, de quibus per Boſſ. in tit.de decret. Mediolan. ſub nu.19.ante med.in diſcurſu,& ante eum Alciat.vbi ſupra d.præſump.30.nu.7.

108 LIMITA VI. quia ignorantia, ſeù error iuris non excuſat à dolo, quando ſit actus ab ipſo iure,ſeù Statuto prohibitus.Ita quòd illi reſiſtat, contradicat, ſeù interdicat.Et ſic tunc demum excuſat, quando ſcilicet ius nõ adſiſtit,nec reſiſtit,ſecùs ſi reſiſtat ſecundum Alciat. qui alios refert de præſump.reg.3.præſump. 30. nu. 3. & latè proſequitur Plot.de lit.iuran.§.5.num.4.& ſeq. Verum ad præmiſſa vide, quæ dixi ſupra hac ead. q. num.17.& ſeqq. & num.48.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

Delinquens ex eo, quòd credidit viro fide digno, an, & quomodo excuſetur à dolo, & pœna.

SVMMARIVM.



Redens viro fide digno regulariter excusatur à dolo, numero 109.
Amplia I. etiam, quòd vir fide dignus sit vnicus, nu. 110.
Amplia ij. etiam quòd ille vir non esset nobilis, dummodo fide dignus, num. 111.
Amplia iij. quia præsumitur, quem esse fide dignum, nu. 112.
Amplia iiij. vt sic credens excusetur, etiam quòd errauerit in Iure, nu. 113. *vide, nu.* 127. *&* 128.
Amplia v. quia talis credulitas excusat etiam à mala fide, num. 114.
Amplia vi. quia excusat etiam à culpa, nu. 115.
Amplia vij. quia excusat à contemptu Iudicis, nu. 116.
Amplia viij. quia excusat à pœna conuentionali, nu. 117.
Limita i. in ijs, quæ pendent à voluntate Principis, nu. 118.
Limita ij. in credente alicui mulieri, quàmuis fide digna, nu. 119.
Limita iij. quando agitur de præiudicio tertij, & credens contrauenit suæ promissioni, de non faciendo aliquid, num. 120. *Contra, num.* 121.
Limita iiij. in materia præscriptionis, nu. 122.
Limita v. quando assertio viri fide digni non erat verisimilis, nu. 123. *Contra, num.* 124.
Limita vi. vt talis credulitas excuset hominem simplicem, & ignarum, secùs autem hominem callidum, & versutum, prout est Iuris Doctor, num. 125.
Limita vij. in actu, quòd expressè sonat in delictum, nu. 126.
Limita viii quia eadem credulitas excusat in iis, quæ sunt facti, secùs in iis, quæ sunt Iuris, nu. 127. *Contra, nu.* 128.

QVÆST. LXXXX. INSPECT. III.



ENIO modo ad credulitatem delinquentis causatam ex relatione alterius, in qua.
109 REGVLAM constituo affirmatiuam, quòd scilicet credens viro fide digno excusatur à dolo. glo. in l. Titio fundus, in verbo *actiones*, vers. sed quomodo, & ibi Bart. Imol. Paul. de Castro, & Cuman. ff. de condit. & demonstrat. Cyn. in l. 1. in 4. quæst. C. de seruit. & aq. Curt. sen. in l. admonendi, num. 139. ff. de iureiuran. Curt. iun. in Auth. si quis in aliquo, numero 31. vers. adde, glo. C. de eden. Ioan. Andr. Butr. Abb. Card. & Anchar. in cap. cura, de iure patron. Ang in l. plagij, la 2. nu. 1. in fine, versic. modo si statutum. C. ad l. Flau. de plagiar. vbi quòd excusatur quis à dolo, quādo aliquid fecit cum consilio Aduocati, quamuis ignorantis, & quamuis etiam potuerit peritiores consulere. Marsil. cons. 62. num. 10. Boer. decis. 217. num. 9. versic. pro quo facit, secundum ipsos. Cassad. decis. 19. num. 1. in fine, titu. de reg. Cancell. Curt. iun. cons. 19. num. 5. & consil. 163. num. 20. Idem Marsil. in pract. crim. in prin. num. 8. Tiraq. qui innumeris Doctor. authoritatibus hanc conclusionem exornat, & ex ea plures facit illationes, de pœn. temperan. causa. 51. num 26. & pluribus seqq. Ioan. Bapt. de Plot. cons. crimin. diuers. 131. num. 6. ad finem, tomo 1. lib. 1. Mant. in milleloq. cent. 1. num. 43. Gabr. qui plures alios refert concordantes, lib. 7. conclus. 8. num. 36. Menoch. de recuper. possess. remed. 13. nu. 36. & consil. 1. num. 98. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum, &c. glo. 1. num. 213. & seqq. vbi pluribus hanc probat conclusionem. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 647. num. 3. vbi alios refert, & num. 1. & 2. vbi facit conclusionem, quòd non dolus, sed error præsumitur in credente assertioni, & persuasioni alterius, & ibi pariter alios refert concordantes. Bertazzo. consil. 80. num. 3. lib. 1. & cons. 257. num. 15. & seq. lib. 2. vbi quòd hanc conclusionem omnes admittunt, quando non tractatur de præiudicio alicuius, & cons. 421. num. 5. & 6. vbi pariter testatur de communi opinione, & num. 12. Franc. Bec. cons. 98. nu. 16. vbi etiam de communi. Hector. Æmil. in tract. de testibus, in verbo *testis bona conditionis, & fama*, num. 1. fol. 349.

110 AMPLIA I. propositam huius tertiæ inspectionis regulam, vt talis credulitas excuset, etiā quòd delinquens audiuerit ab vno viro, fide digno; sic enim videtur de communi mente omnium Doctorum allegatorum in anteceden. reg. Qui loquuntur de viro fide digno, in numero singulari: Quamuis relati per Gabr. d. conclus. 8. num. 37. videantur requirere plures fide dignos. Bertazzo. consil. 257. num. 16. lib. 2. vbi testatur de magis communi Doctorum opinione.

111 AMPLIA II. vt pariter credulitas excuset etiam quòd ille vir, cui delinquens credidit, non esset nobilis, dūmodò fide dignus. Bertaz. cons. 421. nu. 27. & seqq. vbi benè probat, & respondet contrarijs.

112 AMPLIA III. quòd ista qualitas, quòd quis sit fide dignus, præsumitur à iure, nisi contrarium probetur, Bertaz. dicto consil. 421. num. 28.

113 AMPLIA IV. vt eadem credulitas excuset, etiam quòd credens errauerit in iure. Fran. Becc. consil. 98. sub nu. 16. vbi testatur de communi, post Curt. iun. & alios per eum allegatos. Vide infra in vltima limitatione huius regulæ, num. 126. & seq.

114 AMPLIA V. quia credulitas viri fide digni excusat etiam à mala fide, secundum Tiraquel. in tract. de pœn. temper. caus. 51. nu. 27. & seqq. cum alijs per Stephan. Lamberteng. de contract. eor. glo. 1. nu. 213.

115 AMPLIA VI. quia credulitas viri fide digni excusat ne dum à dolo, sed etiam à culpa. Gabr. lib. 7. d. conclus. 8. nu. 38. & seq. vbi quòd etiam excusat *à culpa lata*, ex Alber. Alex. & Barba. in locis ibi per eum relatis. Quamuis Dec. pariter ibidem citatus, in l. iuris ignorantia, colum. fi. versic. non obstat glo. C. qui admitti, contrarium, dixerit: Sed quòd talis credulitas non excuset à *culpa leui*, voluerunt Fulgos. Alex. Felyn. & Claud. in locis relatis per eundem Gabriel. d. conclus. 8. numero 54. quos pariter refert, & sequitur Mascard. de probat. libro secundo, conclus. 647. num. 8.

116 AMPLIA VII. vt talis credulitas excuset etiam à contemptu Iudicis. Bertaz. cons. 421. nu. 9. lib. 2. Vide, quæ in simili de causa iniusta, dixi supra, num. 52. & seq.

117 AMPLIA VIII. quia dicta credulitas excusat etiam à pœna cōuentionali, vt pluribus contendit Bertazzo. qui etiam respondet contrarijs in d. cons. 421. nu. 1. & omnibus sequentibus in discursu. Vide quæ in simili de causa iniusta dixi supra hac ead. quæst. nu. 74.

118 LIMITA I. in ijs, quæ à Principis voluntate dependent, in quibus non excusat credulitas viro fide digno. Gabriel. d. conclus. 8. num. 41. post Bart. & Abb. in locis per eum relatis.

119 LIMITA II. vt licèt excusetur credens viro fide digno, nō tamen excusatur credens mulieri, quamuis fide dignæ. Gabr. d. concl. 8. nu. 42. post Barbat. & Tiraq. in locis per eum relatis; sed contrarium, post Lap. quem allegat in allegat. voluisse videtur, Bertazz, cons. 257. nu. 8. cons. 421. num. 37. & seq.

120 LIMITA III. vt nec viro fide digno credens excusetur, quādo talis credulitas tendit in præiudicium tertij, sine cuius venia aliquid non facere quis promisit, nō enim tūc tenetur credere fide digno viro asserēti, illum tertium esse contentum, quòd aliquid in eius preiudicium agatur. Paul. de Castr. in cons 295. Viso suprascripto puncto, nu. 1. col 1. vers. cōtrarium tamen verius est lib. 1. quem sequutus est Fely. in c. cum cōtingat, nu. 4. de rescript. & in c. cū in iure, num. 1. de offic. deleg. qui præsertim loquuntur in eo, qui obligauerat se ad aliquid nō faciendum, non enim faciendo excusatur ex eo, quòd alterius rationi credidit, vt ibi per eos Gabr. d. conclus. 8. nu. 86. Vbi refert Castren. & Felyn. in locis precitatis, quos pariter refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 647. nu. 7.

121 Contrarium voluit Fely. in c. licèt Helc. in 6. notab. & in c. per tuas, il 2. nu. 1. vers. in glo. 1. de simon. Balb. in reper. l. Celsus, in princ. num. 39. vers. & ideò puto ff. de vsucap. quos pariter refert Gabr. d. conclus. 8. eodem nu. 46. vers. contrarium, &c. Bertazz. cons. 257. nu. 13. & seq. vbi, quòd opinio Castren. non videtur vera indistinctè, & propterea declarat, quādo habeat locum, quod & idem latius reassumit, & pluribus defendit in cons. 421. nu. 3. & seqq. pluribus in discursu. Vbi præsertim num. 6. testatur de communi opi-

ni opinione, & numero 5. & num. 12. declarat opinionem eorum, qui dixerunt alterius relationem non excusare, quando agitur de præiudicio tertij non procedere, & limitari, quando talis relatio prouenit ab aliquo viro probo, & fide digno.

112 LIMITA IV. in materia præscriptionis, in qua an, & quando credens viro fide digno dicatur in bona fide ad effectum præscribendi. Vide Gabriel. in d. conclus. 8. nu 47. & seqq. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 30. num. 2. Vbi idem ignorantia, seu errore iuris. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 231. numero 3. & seqq. & libro 2. conclus. 1004. num. 6. & seqq.

113 LIMITA V. vt tunc demum excusetur credens viro fide digno, quando scilicet verisimiliter illi erat credendum in eo, quod asserebat, secùs si sua assertio non erat verisimilis. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 132. nu. 50. post Castren. & Corne. in locis per eũ relatis Præpo. in c. proposuit, num. 9. & 10. de coniug. seru. in c. quòd dicitis, in princip. 16. distinct. prout illum refert, & sequitur Bertaz. consi. 421. nu. 8. & seqq. & nu. 20. in fin.

114 Sed quod talis credulitas excuset etiam, quod non sit probabilis, apertè scripsit Ioseph. Ludou. conclus. 15. vers. pen. Vbi etiam testatur de communi, ex allegatis per eum, qui vtinam loquatur in terminis nostris.

115 LIMITA VI. vt prædicta credulitas excuset hominem simplicem, & ignarum, secùs autem hominem calidum, & versutum, si credendum est Seraphin. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 132. numero 51. vbi refert ad legum Doctorem.

116 LIMITA VII. quando id, quòd agitur est expressè delictum, quia tũc delinquens non excusatur ex eo, quòd credidit viro fide digno. Bertaz. consi. 421. nu. 9. Vbi ponit exemplum huius declarationis post Præpos. quem allegat in c. proposuit, num. 9. & 10. de coniug. ser.

117 LIMITA VIII. quia credens viro fide digno excusatur in ijs, quæ sunt facti, secùs in ijs, quæ sunt iuris. Ita colligi videtur ex allegatis per Stephan. Lamberteng. in tract. de contract. eor. glo. 1. nu. 116. Cuius cõtrarium suaderi videtur ex tradit. supra num. 113. Ideò aduerte, quòd Lamberteng. vbi supra loquitur de bona fide, quòd scilicet non caueatur ex credulitate viri fide digni in ijs, quæ sunt iuris, qui tunc tenetur consulere peritos, sed non per hoc dicit, quòd illi credendo non excusetur à dolo, præsertim ad effectum euitandi damnum, & pœnam.

ARGVMENTVM.

Iracundia quando excuset à delicto, & an contractus, & obligationes per iracundiam factæ valeant.

SVMMARIVM.

Iracundia commissum delictum mitius punitur, nu. 1. Contra, nu. 2. & 3. Distingue, vt nu. 4.
Dolor iustus delinquentem excusat. Ideò iusto dolore delinquens mitius punitur, nu. 5.
Pater occidens filiam repertam in adulterio, ac ipsum adulterum, excusatur propter iustum dolorem, num. 6.
Maritus occidens suam uxorem deprehensam in adulterio, ac ipsum adulterum, excusatur, num. 6.
Prouocatus ab aliquo verbis, aut facto, si prouocantem offendat, mitius punitur, num. 7. & 8.
Prouocatus dicitur culpa delinquere, non autem dolo, nu. 8.
Blasphemans ex iracundia quo modo puniatur, nu. 9.
Iracundia excusat etiam in foro conscientiæ, num. 10.
Iracundia excusat etiam in crimine calumniæ, nu. 11.
Pax, seu cautio de non offendendo an dicatur rupta per offensam factam ex iracundia, nu. 12. Declara, vt nu. 13. & 14.
Periurium commissum ex iracundia quomodo puniatur, nu. 15.
Ira excusat delinquentem, siue veniat ex facto aduersarij, siue etiam ex facto tertij, nu. 16. Quamuis alij contra, nu. 17.

Iracundia facit inualidos omnes actus ex ea prouenientes, nu. 18.
Contractus per iracundiam celebrati non valent, nu. 19.
Contractus ad pias causas valet etiam, quòd ex iracundia emanauerit, nu. 20. Declara, vt nu. 21.
Donatio ad pias causas valet etiam, quòd per iram facta fuerit, num. 20. Declara, vt nu. 21.
Votum calore iracundiæ emanatum non obligat, nu. 22.
Iuramentum calore iracundiæ præstitum non obligat, nu. 23.
Confessio calore iracundiæ emanata non nocet confitenti, nu. 24.
Beneficij secundi acceptatio facta calore iracundiæ non facit vacare primum, nu. 25.
Diuortium factum calore iracundiæ non valet, nu. 26.
Exheredatio facta calore iracundiæ non valet, nu. 27.
Professio emanata calore iracundiæ non valet, nu. 28.
Electio facta calore iracundiæ non valet, nu. 29.
Iniuriarum crimen an excusetur ex eo, quòd iniuria per iracundiam illata fuerit, num. 30. & seqq.
Iniuriam reuocans an, & quando excusetur à pœna iniuriarum, num. 31. & seqq.
Excommunicationis sententia per iram prolata valet, nu. 34.
Sententia per iracundiam prolata an valeat, nu. 35.
Iracundia non excusat delinquentem, qui ratificat delictum commissum, numero 36. & seq. Vbi idem in omnibus alijs actibus, & contractibus.
Ira excusat delinquentem, quando prouenit ex iusta causa, secùs autem si ex iniusta, num. 38. & seq.
Iracundia affectata, & orta sine causa ex vitio naturæ non excusat delinquentem, num. 39.
Iracundia excusat delinquentem, si sit magna, secùs si parua, nu. 40. Vbi declaratur, quando iracundia dicatur magna, & quando parua, & nu. 41. Vbi idem in omnibus alijs actibus, & contractibus, & obligationibus, & nu. 41. Vbi quod difficile est probare hanc iram magnam, quando scilicet, quis sit in totum alienatus à mente, & intellectu.
Iracundia non præsumitur, ideo per allegantem probanda est, nu. 43.

QVÆST. LXXXXI.

1 TERTIA causa minuendi pœnam est iracundia REGVLA enim iuris est, quod delictum ira commissum mitiùs punitur, prout est tex. in l. 2. ibi, *seu calorem, &c.* C. de abolit. & in l. aut facta, §. causa ibi, *cum quis per iram ab extraneo pulsatus est* ff. de pœn. & in c. si quis iratus, & ibi glo. 1. 2. q. 3. & in c. ira 11. q. 3. vbi quod ira sæpè innocentes ad crimen adducit. Item glo. in l. 3. in glo. 1. ff. de diuorr. vbi, quòd ira excusat à culpa, & minuit delictum, & idem dixit in l. quicquid, ff. de reg. iur. Quòd enim in consultò iracundiæ calore fit, dolo caret, l. 1. §. quæri, ff. ad Turpill. per quæ, & alia plura, additis etiam Philosophorum, Aristotelis, ac Platonis authoritatibus, Historicorũ, Valerij Maximi, Plutarchi, & Auli Gellij exemplis, Theologorum, ac etiam sacræ paginæ confirmationibus, hanc regulam pluribus comprobat, & exornat Tiraq. de pœn. temper. caus. 1. num. 1. & omnibus seqq. in discursu. Roma. sing. 514. volo commentare, num 5. & in l. cum mulier, nu. 65. & seq. ff. solut. matri. Felyn. in c. sicut, num. 2. & num. 4. in fine de iureiuran. Dec. in l. quicquid, num. 7. & 8. ff. de reg. iur. Cagno. ibidem, num. 6. & 7. Minsinger. num. 3. & num. 7. Ias. in l. si filiam tuam, num. 6. vers. 3. fallit. C. de inoffic. testam. Iacob. Boulenc. in repet. l. capitalium. §. famosos, num. 193. ff. de pœn. Nouell. in tracta. ad defensam, num. 82. vers. calor iracundiæ, vbi loquens in homicidio calore iracundiæ commisso, dixit isto casu, esse imponendam non pœnam ordinariam homicidij, sed aliam mitiorem arbitrio iudicantis. Gram. voto 19. & 14. & seqq. Cater. in pract. in tracta. de homicid. §. 7. excusar, nu. 1. & seqq. fol. mihi 161. Bero. consi. 189. nu. 2. & seqq. lib. 3. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 2. num. 19. vbi pluribus exornat hanc conclusionem. Duen. reg. 292. in 1. limitatione, versic. in quo est notandum. Boss. in tit. de homicid. num. 60. vbi propterea ex authoritate D. Gregorij dixit, difficilius esse irã continere, quàm miracula facere. Clar. in pract. §. fi. q. 60. vers. est etiam, vbi dixit, quòd licèt Ias. in l. si duo patroni

ff.si quis iurauerit,il 2.post nu.1.ff.de iureiuran.dixerit factum calore iracundiæ non esse punibile,& quòd ita solet communiter dici: Veritas tamẽ est secũdum omnes,quòd mitius punitur.Card.Alban.consf.6.nu.2.Moron.in tract. de fid.treg.& pac.q.164.nu. 1.& seqq. Menoch.de arbitr. quæst.lib.2.casu 319.nu.33.& de præsump.lib.5.præsump. 3.nu.117.& lib.1.q.14.nu.21.22.& 36. Honded.consf.105. nu. 47. Claud.ad Bertaz.consf.135.littera B,lib.1.vbi præsertim, quando ira subitò animum concitat.

2 Contrarium,quòd in delictis ira non excuset per tex.in l.si non conuitij. C. de iniur. quia si aliter diceremus, nunquam punirentur delicta,cum nullum ferè sit delictũ, quod sine ira committatur, illud præsertim, quod sub iniuriarum actione cadit,voluerunt Bal.in d.l.si non conuitij, post num.2.vers. vel dic, vbi dixit, quòd quædam sunt,quæ sortiuntur iuris effectum, vt repudium. Et ista nihil operantur,si fiant calore iracundiæ,quia non procedunt ex animo,sed potius secundum quandam alterationem. Quædam verò sunt, quæ non sortiuntur effectum, sicut sunt maleficia,& in illis nõ distinguitur,an emanauerint calore iracundiæ, vel non, quoniam maleficia nunquam debent remanere impunita. Ang.in d.l.si non conuitij, nu.6.Fely.in c.dilecti filij,nu.15.in fine, vers.de alijs gestis, de excep. vbi refert verba Bald.in d.l.si non conuitij.Aret.in l.1.vers.in tex.&c.C.si aduer.delict.Bertaz.cõs. 44.num.8.vbi tamen limitat,nisi ira fuerit talis, & tanta, quòd hominem à mente extraxerit,quòd difficile est probare. De quo dixi infra, nu.40.Andr.Gayl.obser.106.nu. 9.& seqq.vbi benè par.2.

3 Et hanc contrariam opinionem maximè procedere in delictis, quæ etiam per pœnitentiam reuocata non auferunt parti damnum,ac vituperium,suadetur ex allegat.infra, num.31.

4 Dicas pro cõcordia, quòd in delictis ira non excusat in totum, prout loquuntur Iuris Doctores pro secunda opinione allegati, sed tantum facit,vt mitius delinquens puniatur. Et ita loquuntur Doctores pro prima opinione allegati, & expressè declarat Rom.d.sing 314.nu. 5.respondendo d.l.si non conuitij.prout etiam sic respondet Dec. in l.quicquid, nu.7.& 8 ff.de reg.iur.Cagnol.ibidem nu.6. & 7.vbi sic intelligunt verba Baldi per eos relata in d. l.si nõ cõuitij. Nauar.in c.si quis iratus,nu.4.vers 3.quòd,&c. de pœnit.distin.1.fol.261.tomo 1.in magnis.Et nihilominus nec etiam ira delinquentis mitiùs punitur, nisi prouenerit iusta causa,vt infra,num.38.

5 AMPLIA I. huius quæstionis regulam, vt pariter delinquentem excuset iustus dolor. Difficillimum enim est iustum dolorem temperare, cum homo intenso dolore permotus nõ sit in plenitudine intellectus. Ideò mitius puniri debet, l.si adulterium cum incæstu.§.Imperatoris. ff.de adul.l.Gracchus.C.eod.Bal.in ca 1.in verbo *vitam suam defendẽdo*, de pace tenen.Fely.in c.dilecti filij, nu.12. & nu.13.in fi.de except. post Abb.quem allegat in c.olim, col.2.de rescrip. idem Abb. in c.1.nu.2.in fin.de iniur.Tiraquel. qui aliorum iurium Doctorum, Philosophorum, Historicorum,& Oratorum exemplis, ac authoritatibus hanc conclusionem pluribus comprobat in tract.de pœn. temper.causa 1.per totum in discursu. Dec.in l.quicquid post nu.8.ff.de reg.iur.Carer.in pract.crim.in tract.de homicid.vers.sexto igitur excusat, &c,nu.1.& seqq.vbi alij referuntur concordãtes & ampliat etiam,quòd quis ex interuallo delinquat. Ludou.de Alpher.cõs.crim.diuer.144. num.5.& seqq.lib.1.vbi benè comprobat Petr.à Plach.in epith.delict.lib.1.cap.2.nu.19.Boss.in titu.de homicid.nu. 60.in fi.Andr.Gayl.obseru.110.nu.37.lib.2. Clar. in pract. §.fi.q.60.vers.sed hic quæro.

6 AMPLIA II. (& quidem illatiuè ex præcedenti ampliatione) vt pater,seù maritus occidendo filiam,seù vxorem in adulterio deprehensam,ac ipsum adulterum, multum excusetur ob iustam iram,& iustum dolorem,quo sic ad occidendum commouetur, quandoque à pœna ordinaria,& quandoque in totum,sicut probat tex.in d.l.si adulterium cum incæstu.§.Imperatores ff.de adult.in d l.Gracchus.C.eod.& in l.patri.ff.eod.& in l.1.§.si.ff.de sicar.& in l.3.§.si maritus, versi.si tamen maritus, & ibi etiam glo.ff. ad Sillan.in c.si verò, il primo, versic.nec ille compellendus, & ibi glo. & Pannor. in 5.notab. de sentent. excommun. cum alijs, de quibus per Ang. de malef. in verbo *Che m'hai adulterato la mia Donna*,numero 4.& seqq. Alex. consil.119.numero 8.libro 7.Paris.consil. 154. numero 2. & seqq.Socin.iun.consil.34. libro 2. Carer.in pract.crim. in tractat. de homicid. §. octauo excusatur Pater, & in §. nono excusatur maritus, per totum, vbi latissimè Nouell. in tractat.ad defensam,numero 77.& seqq.& numero 90. fo.mihi 32.& 33.(licèt numerorum ordo sit in libro meo corruptè positus.) Foller.in pract.crim.in verbo *item quòd suffocauit vxorem*, numero 63.Tiraq.de pœn.temperan.causa 1.num.3.& 4.Clar.in pract. § homicidium, versic.dixi etiam, & seqq.Caphal.consil.305.num.6.& seqq.& num. 16.Rolan.consil.34.num.17.& seqq.& num.35.& per totum indiscursu lib. 2. Petr.à Plach.in epitho.delict cap. 15.per totum in discursu. Ant.Gomez. de delict.in tit.de homicid. num 42.apud quos omnes materiam hanc cum omnibus suis incidentibus quæstionibus pertractatam reperies, & de qua in specie ego etiam pertractabo, si vitæ tempus (Deo sic largiente) suffragabitur, infra in titu. de homicid.

7 AMPLIA III. & etiam illatiuè ex regula, quòd prouocatus ab aliquo verbis, aut facto, si prouocantem offendat, mitius punitur,tanquàm iusto dolore,ac iusta iracundia motus, etiam quòd inculpatæ tutelæ moderamen excedat, ignoscendum enim esse ei,qui prouocatus se vlcisci voluit, dicit tex in l.qui cum maior. §.libertus. ff de bon. libert.Ioan. Andr.in c.significauit per illum tex. in verbo *antecedentes*, iuncta glo.ibi, de pœnit. & remiss. Spec. in tit.de accusatore,§.1. versic. quid si te vocaui. Ang. in l si adulterium cum incæstu. §. Imperatores. ff. de adult. Florian.in l 1.§.cum arietes ff si quadrup.paup.fecis.dic. Luc. de Penna in l.erat in q.5 C.de Castr.pec.lib.2.Aret.consil. 34.Visis diligenter testibus,ante finem.Ias.in l vt vim,nu. 11.ff.de iust.& iur Fely.in c significasti,il 2.num. 14.de homicid. & in cap dilecti filij, nemero 12. de except & ibi etiam Abb.num.17.in fine,& num.18.idem Abb.in cap.1. num.2.de iniur.Minfinger.in l.quicquid, num.4.versic.& est ratio. ff. de reg.iur. Iacob. Boulenc. in repet.l.Capitalium.§.famos.numero 195.versic.pro hoc facit.ff.de pœn. Nouell.in tract ad defensam, num.79.& seqq.versic.prouocatus, &c. Tiraq.de pœn.temperan. causa 1.num.3.& & num.5. & seqq. vbi pluribus Doctorum authoritatibus hanc comprobat ampliationem.Marsil.in pract.§.quoniã, num 62.& seqq.& consil.137.per totum. Cæpol.consil.crimin.29.num.41.& seq.Meren in tract. ad defens.num.60. & seqq. Boss. in tit. de homicid. sub num. 59. vbi amplius de prouocato ab eo, qui ridere cœpit.Clar.in pract § fina. quæst.60.vers.nunc quæro.Ant.Gomez.de delict.in tit.de homicid. num. 24.in fine. Ex quibus hanc conclusionem communiter, & ab omnibus receptam esse dubitandum non est.

8 Et pro hac ampliatione facit ratio, quòd prouocatus delinquendo non dicitur in dolo,sed in culpa,& sic nõ de dolo pœna ordinaria, sed de culpa extra ordinem punietur. Cæpol.cõs.41.nu.9.Marsil.cõs.137.nu.21.& seqq.& in pract.§.quoniam, num.65.& seqq.Roma sing.3.Tiraq.de pœn.temperan.causa 1.nu. 6. Nouell.in tract.ad defens.in prin.nu.29.Et licèt aliquando dicant Doctores,quòd prouocatus dolosè, & ex proposito delinquit, licèt non appensatè,vt per Gramma.decis.5.nu.28.Cæpol.cons.41.nu. 5.Alex.cons.76.sub nu.1,lib.1.Tiraq.de pœn.d.causa 1.nu. 8.Boss.in tit.de homicid.sub nu. 91. Iste tamen prouocati dolus dicitur causatus à deteriori dolo prouocantis, & ideo mitius punitur,vt per Tiraq.& alios præcitatos. Verùm hac de re latius dicam infra in tit.de homicid in materia homicidij ad defensionem commissi, & ad ibi tradita me remitto.

9 AMPLIA IV. & in crimine blasphemiæ,licèt enim iniuria,quæ Deo fit,grauior multo sit,quam quæ fit homini, cap.sunt qui, 17.quæst.4.cap.monet,22.q.2.& quanto Deus est homine superior, tanto grauior sit in eum iniuria.Laur

ria.l. aut facta.§.persona.ff.de pœn.l.omnis. §.1.ff.de re.mi lit.§.atrox.instit.de iniur.& propterea contra blasphemantes iura ciuilia mortis pœnam inflixerint, vt in Auth. ne luxur. hom. cont.nat.post princ. Iura autem Canonica pariter grauibus pœnis eos afficiant, vt in cap.2.de malef. Qui tamen iracundiæ calore in tale crimen inciderit mitius punitur, secundum Goffred. Abb.antiquum.Ioan. Archid.Panor.& alios, quos in proposito refert, & sequitur Tiraq.de pœn.temperan.d.caus.1.nu. 14. Ias. in l. si filiam tuam, nu.7.C. de inofficios.testam.Et ego latius dixi,& declaraui in tit. de delict.& pœn. quæst.20.nu.47.& seqq.& ad ibi tradita me remitto.

10 AMPLIA V. vt proposita regula procedat non solùm in foro iudiciali,sed etiam in foro conscientiæ. Minus enim peccare eum, qui iracũdiæ calore peccat, quàm eum, qui nulla commotus ira id facit. volnit Panor. in ca. sicut ex litteris, in 3.notab.extr.de iureiuran. quem referendo sequitur Tiraq.de pœn.temperand.caus.prima, nu. 20.eam adducens rationem, quia scilicet is, quem occupat ira, propè est, vt sit furiosus, cum extra se, suæquè mentis compos non sit, vt benè plurium authoritatibus comprobat, ideo, &c.

11 AMPLIA VI. in crimine calumniæ, à qua per iracundiam accusans, excusatur.l.1.§.quæri potest.ff.ad Turpill.l.2.C.de abolit. cap.si quis iratus 2.q.3.Ias.in l. si filiam tuam, num.4.vers.eodem modo accusatio. C.de inoff.testam.Felyn.in cap.sicut in fine, vers.si autem quæritur, de iureiuran.Cagno.in l.quicquid, nu.3.versic.exemplificari etiam potest.ff.de reg.iur.Duen.reg.292.in 5.ampliatione. Lauren. Tenin. c. aut.1. num. 17. versic. Primum est remedium: & dixi hac de re in titu. de accusatio. quæstio. 16.numero 56.

12 AMPLIA VII. etiam in pace, & cautione rupta de non offendẽdo, à qua per iram offendens excusatur nõ aliter, ac si ex noua causa offendisset, quæ quidem noua causa satis dicitur ex eo, quòd quis ad iram prouocatur: Ita videtur de mẽte Nicol.Moron.in tract.de fid.treg.& pac. q.164.nu. 1.& seqq.licèt non in specie hanc firmet conclusionem, sed expresè illam amplectitur. Philipp.de Vbald. consil.crim.diuers.153.nu.2.lib.1. vbi quòd calor, seu rabies noui facti excusat. Vulpell. de pac.q.48.nu.2.& nu.7. Vbi quòd ad excusandum à pœna pacis ruptæ, sufficit quęlibet causa, quæ verisimiliter,& probabiliter percutientẽ, & quemlibet probum virum ad iram prouocare potuisset. Herculan.de cant. de non offenden. cap.34.nu.18.vbi quòd calore iracundiæ offendens illum, quem non offendere cauerat, quia dolus abest, cautionem non frangit,& facit, quòd scripsit Ioan.Petr.Surd.decis.Mantuan.79.nu. 2.vbi dixit, quòd quicunquè aliquem prouocat ad iustam iracundiam, dicitur illum offendere, vt in tit.de pace costan.in princ. & per Bar.quem allegat in l.licitatio.§.quòd illicitè, nu.4.ff.de publica.

13 LIMITA I. hanc vij.ampliationem procedere, dummodo ira prouenirt ex iusta causa, secùs si ex iniusta ad ea, quæ generaliter dixi infra nu.38. & in ijs terminis voluerunt Nicol. Moron.de fid.treg.& pac.q.123.nu.2.Colleg. Aduocat.March.consl.crim.diuers.150.nu.50.& seq.lib.1. vbi quòd ira causata ex facto aduersarij excusat, si illud factum sit iniustum, secùs si iustum, quod & idem voluit Moron.d.quæst.123.num.3.vbi ampliùs quod factum, ex quo ira prouenit, debet pœnam mæreri, aliter secus, Mascard.de probat.lib.3.conclus.1157.num.68.Vbi quòd isto casu simplex iracundiæ calor non excusat, nisi iusta causa præcedat. Herculan. de caut.de non offenden. cap. 34.nu. 18.vbi de causa affectata, vel sine causa, vt puta, ex vitio naturæ.

14 LIMITA II. eandem ampliationem pariter procedere, dummodò ira fuerit magna, secùs si parua, ad ea, quę etiam generaliter dixi infra nu.40. & in ijs terminis videtur de mente Nicol.Moron.de fide treg.& pac.q.123.nu. 5.vbi propterea non excusatur quis ex ea ira, quæ facilè remoueri potuit.

15 AMPLIA VIII. in crimine periurij, à quo excusatur quis saltem quoad pœnam ordinariam, quando iuramentum fuit per iracundiam præstitum, sicut pluribus docet Tindar.in tract.de testib.lib.1.cap.10.nu.10.& seqq.& voluit Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 319.nu.32.vbi, quòd isto casu periurus non punitur corporaliter, sed extra ordinem arbitrio iudicis, allegans inter alios M. Ant. Bauer.in tractat.de virtut.iuramen. num. 144. Decian.in suis tract. crim. par.2.lib.6.cap.11.rub.de excusat.per iur. num.9.Immò, quando calore iracundiæ quis peierauit in personam ipsius Principis, tunc nullatenus punitur, prout voluit idem Menoch.d.casu 319. num.8. per tex.in l.2.C. de reb.cred.quem tex.omnes intelligunt, prout ipse idem testatur.

16 AMPLIA IX. vt ira delinquentem excuset, nõ solum si prouenit facto aduersarij, quo casu intrat materia prouocationis, de qua dixi supra in tertia ampliatione; sed etiam si proueniat aliundè. Rom.in l.cum mulier, nu.66. ff.solut.matrim.allegat tex.in l.lex Iulia, in fin.ff.ad l.Iul.repetun.& Rom.refert, & sequitur Felyn. in c. dilecti filij, nu.12.in prin vers.addo Ludouicum, extra de excep.Alex. ad Bart.in d.l.lex Iulia. Marsil.sing.270.incip.homicida puniendus. Tiraq.de pœn.causa 1.num. 10.Carer.in pract.in tract.de homicid. §. septimò excusat calor iracundiæ, nu. 3.Bart.in tit.de homicid.nu.58.& seq.

17 Quamuis contrarium, quòd iracundia non excuset, nisi proueniat ex prouocatione offensi, à quo puta, offensus prius aliqua iniuria fuerit affectus, videatur de mẽte And. Gayl.obser.110.nu. 35. vers. quòd est intelligendum.

18 AMPLIA X. vt regula procedat nõ solum in criminalibus, vt præfertur, sed etiam in ciuilibus, & generaliter. Omnis enim actus calore iracũdię factus, nullus,& irritus est, nulliusq; roboris, & momenti, prout est tex.in l. 3.& ibi glo.ff.de diuort.& in l.quicquid.& ibi etiam glo. ff.de reg.iur.& in l.si filiam tuam.C.de inoffic.testam.& in c.diuortium, & ibi etiam glo.de pœniten. distin.1.Rom. sing.mihi 514.incip.volo commentare, in princ. Ias.in l.si filiam tuam, num.4.& 5.C.de inoff.testam. Tiraq.de pœn. d.causa 1 nu.14.Cagno.in l.quicquid, nu.2.& 3.ff.de reg. iur. vbi benè exornat hanc conclusionem Duen. reg. 292. in prin. vbi alia iura, & Doct.authoritates in idem allegat Diaz.reg.65.in princ.

19 AMPLIA XI. (& quidẽ illatiuè ex pręcedẽti ampliatione, prout etiã ex ea veniunt omnes seqq.) etiã in contractibus, quos si iracũdiæ calore celebratos esse constiterit, nullos, & inualidos fore probat text.in l.licitatio, in prin. ff.de publ.glo.in l.3.ff.de diuort.& in l.quicquid.ff.de reg. iur.& in c.diuortium de pœnit.distin.1.& in c.si quis iratus.2.q.2.glo.in c.si quis iratus in glo. 1. & 2.q.3.Bar.in d. l.quicquid, nu.1. vbi loquitur de cõtractu vẽditionis. Minsinger. ibidem num. 1. Rom.sing.514.volo commentare, nu.1. vers.circa primum. Ias.in l.si filiam tuam, nu.4.C.de inoff.testam.Tiraq.de pœn.causa 1.nu.14.vers.ideoq; contractus. Dec.in l.quicquid, num.1.vers.& ista regula.ff.de reg.iur.Duen.reg.292.in 9.ampliat.

20 LIMITA hanc xj. ampliationem in contractu ad pias causas, per tex.in c.sunt, qui opes.17.q.4. voluit Rom. d.sing.114. nu.1.vers.fallit nisi fiat, &c.quem sequuti sunt Alex.in addit.ad Bart.in l.quicquid, vers.& de cõtractu ad pias causas.ff.de reg.iur.Felyn.in c. Matthæus, in vltimo notab.extr. de simon. & in c.si cautio, colu. 3.in 2.fallen. de fide instrum. Dec.in d.l.quicquid, nu. 1.vers.& limitatur. Cagno.ibidem num.17. Ias.in l.si filiam tuam, num.6. versic.2.fallit. C.de inoff.testam. Abb.in c.dudum, num. 8.de conuer.couiug.Tiraq.de pœn.temper.d.caus.1.num. 24.in fine,& num.28.in fine,& de priuileg.piæ caus.priuileg.108.vbi in idem allegat glo.in c. si quis irascitur.13.q. 2. admonetque ad materiam huius declarationis vidẽdos esse Ioan.Andr.Butr.& Abb.in c.dudum, de conuers.coniug.Diuum Tho.2.2.q.vltima, art.vltimo. Duen.reg.292. in 2.limitatione.

21 SVBLIMITA hanc limitationem, vt procedat, dum modò ira non fuerit talis, quæ donantem à mente alienauerit, quia tunc nec etiam valet contractus in fauorem piæ causæ, vt per Dec. Cagno. Duen.& Nauar.in locis relatis infra, numero 40. & sic vides in hoc nullum esse pri-

uilegium causæ, quia vt dixi in d.num.40.contractus per iracundiam celebrati ad fauorem cuiuscunque valent, quando ira non fuit talis, vt donantem à mente alienauerit, & quòd in hoc pia causa propterea nullum habet speciale, expressè aduertit idem Nauar.in c. diuortium, num. 16. de pœniten. distinctio. 1. inter eius opera in folio tomo 1. pag.261.

22 AMPLIA XII. in voto, quòd pariter calore iracundiæ emissum non obligat, glo.in c.dudum, in verbo *calore iracundiæ*, de conuers. coniug. & in c. sunt qui opes, in verbo *non iudicio* 17.q.4. Felyn.in c. Matthæus, num.2.de simon. Roma.singul,514.verbo *commentare*, num. 2. vbi tribus rationibus hanc probat cõclusionem Alex.ad Barr. in l.quicquid, vers.de voto, &c. ff.de reg.iur.Dec.ibidem, nu.2.ff.de reg.iur. Cagno.num.3.vers.exemplificari etiam potest.Ias.in l.si filiam tuam, num 4. versi.similiter totum, C.de inoffic. testam. Tiraq.qui alios refert concordantes, de pœn.temperan.causa 1.numero 27.Duen.reg.292.in 2. ampliatione.

23 AMPLIA XIII. in iuramento, quòd pariter non obligat, si calore iracundiæ præstitum fuerit.l.2.C ad l.Iul. maiest.Ibi, *quòd semper te facturum inconsultè iuraueris*,& ibi glo.in verbo, *iuraueris*. Abb.in cap.si vero, numero 7.de iureiuran. Doct.in cap.sicut, il primo, de iureiuran.per illum text. secundum vnum intellectum. Rom.d.sing.514.num. 3.Alex.ad Bart.in l.quicquid, vers. de iuramento præstito.ff.de reg.iur.Dec.ibidem, num.4.Cagno.num.3.versic. exemplificari etiam potest Ias. in l. si filiam tuam, num. 4. versic.simpliciter, nec iuramentum. C.de inoffic.testam. Tiraq. vbi etiam in idem Theologorum affert authoritates de pœn.temper. causa.1.num.26. Ioan. de Silua in tracta.de iureiuran.in 3.parte, num.16.vbi notabiliter declarat Duen.reg.292.in prima ampliatione.Simoncell.de decreto,lib.3.tit.8.num.178.

24 AMPLIA XIV. in confessione, quæ si calore iracundiæ emanata fuerit, cõfitenti non nocet, glo.in c.ex litteris, in verbo *admonita*,& ibi Abb.& alij, de diuort. Butr, Imol.& Pannor.in c.olim, de rescriptis. Fely.in cap sicut, nu.4.vers.de alijs actibus, extr. de iureiuran.& in cap.Matthæus, num.2.de simon.Abb.in d.cap.sicut, nu.2.in fine,& in cap.dudum, nu.8.de conuers.coniug.Rom.d sing.514. nu.4.Alex ad Bart.in l.quicquid, in fine addit. vers.de confessione. ff. de reg. iur.Dec.ibidem nu.5.Cagno.nu.3.ver. exemplificari etiam potest.Ias.in l.si filiam tuam, vers.eodem modo confessio. C. de inoff. testam. Tiraq qui alios plures refert concordantes, de pœn.temper, causa 1.num. 25.Duen.reg 292.in 3.ampliat.Ioan.de Silua in tract.de iureiuran. par.3. nu. 30. Et vide ad comprobationem huius ampliationis, quæ dixi supra in titu.de reo confess.& conuict.q.81.num.55.& seqq.

25 AMPLIA XV. in acceptatione secundi beneficij facta calore iracundiæ, quæ propterea non facit vacare primum Abb post alios, quos allegat, in cap.de multa, col.5. vers.extra casum, glo.de præben.Dec.in l.quicquid, nu.5. vers.& de acceptatione secundi beneficij. ff. de reg iu.Cagno.ibidem nu.3.vers.exemplificari etiam potest.Ias.in l.si filiam tuam, nu.4 in fine, vers.si quis acceptat C.de inoff. testam. Tiraquell.de pœn.temperan.causa 1. num.29.vbi alios refert Duen.reg.292.in 6. ampliatione.

26 AMPLIA XVI. in diuortio, quod pariter factum calore iracundiæ, nõ tenet.l.3.ff.de diuort.l.quicquid ibi. Cagno.nu.3.vers. exemplificari etiam potest. ff.de reg.iur.

27 AMPLIA XVII. in exhæredatione facta calore iracundiæ, quæ pariter non valet. l. si filiam tuam, & ibi Bal.Salyc.& Ias. C. de inoff. testam. Cagno.in l.quicquid, num.3.vers.exemplificari etiam potest. ff. de reg.iu.Duen. reg.292.in 4.ampliatione.

28 AMPLIA XVIII. in professione emanata calore iracundiæ. Felyn.in cap.dilecti filij, nu.15.in fine, de except. Cagno.in l.quicquid, nu.3.vers. exemplificari etiam potest.Tiraq.de pœn.temper.causa 1. nu. 30. vbi alios refert Duen.reg.292.in 8.ampliatione.

29 AMPLIA XIX. in electione facta calore iracũdiæ, quæ etiam non valet. Firma.in tracta.de Episc.par.1.lib.3, quæst.35. per text.in cap.auditis, in verbo *prorumpit*, de electione.

30 LIMITA I. propositam huius quæstionis regulam in crimine iniuriarum, in quo iracundiam non excusare delinquentem probare videtur tex.in l.si non conuitij. C. de iniur. Vbi quòd etsi in rixa,& inconsulto calore, iniuria fuerit illata, adhuc tamen, nisi per annum fuerit præscripta actio, agi potest,& ibi glo. in verbo *calore*, vbi hoc dicit esse speciale in crimine iniuriarum: & ibi Ang.num. 6.Clar.in pract.§.iniuria, vers.quæro quid si iniurians, vbi reprobato. Ioan. Arnon.contrarium dicente testatur se ita semper vidisse obseruari in practica, Andr.Gayl.obser. 106.nu.9.& seqq.lib.2. vbi latè, & faciunt allegati infra quæst.105.num.150.

31 Quæ quidem limitatio præsertim eo casu procedit, quãdo iniuria est talis, quæ per pœnitentiam reuocata non aufert iniuriam, damnum, seu vituperium passo, nec rem ad pristinum reducit statum, licèt secus, quando reuocata aufert & damnum,& vituperium, & res ad pristinum reducitur statum; primò enim casu ira non excusat, secundò autem sic: secundum Petr.quem in proposito refert,& sequitur Cyn.in d.l.si non conuitij, num.3.vers.quid dicemus. C. de iniur. vbi tunc per pœnitentiam non reuocari damnum, seu vituperium exemplificat, nec rem ipsam ad pristinum statum reduci, quando scilicet quis alicui dat alapam, vel in alterum iniuriam profert, per quàm apud graues,& bonos viros læsus,& infamatus reperitur. Tunc enim, vt inquit Cyn, pœnitentia famam non restituit, nec alapam tollit. Ideò tunc ira motus non excusatur. Reuocari autem damnum, & vituperium, & omnia in pristinum statum reduci affirmat, & exemplificat, quando scilicet vxor repudium viro mittit, & ab eo diuertit, si id calore iracundiæ faciat,& pœnitens reuertitur, dicitur satisfactum viri damno, & res ad pristinum statum reducta, iuxta tex. in l. 3. ff.de diuort. Ideò tale missum repudium ex ira pro non misso habetur. Culpaque mulieris in diuertendo à viro excusatur ob iram, prout dicit gloss.in d. l. 3. & hanc Petri distinctionem referendo etiam in d.l. si conuitij sequuti sunt. Alber. num.1.in fine,& num.seq. Ioan.Faber post,nu.3. Bal.nu.2.Salycet. etiam post num.2. vbi alia ad materiam. Ang.nu.6.Minsinger.in l quicquid, nu.4.ad med.& nu. 5. ff. de reg iur.vbi refert omnia dicta per Salyc.in d.l si non conuitij. Fely.in c.dilecti filij, num. 16.de except.Imol.in c.cum te, nu 2.col.2.de re iudica.& ibi etiam Felyn.nu. 8. vers. dum dicit glo. 2.& c.Beluis.in pract.lib.1.cap.3.num.10.Capella Tholos.decis.410 & ibi in addit littera A.Pract.Corrad.tit.de iniurian.post num. 31. versi. Decimò cessat iniuria, fol. 411. Per.à Plach.in epith delict.lib.1.cap.2.nu.15.ad finem. Duen.reg.292.in 1.limitatione, in fine, vers.& circa hanc limitationem. Arnal.Albert.de assert. cathol. & hæret. q.27.num.12.Andr. Gayl.obseru.106.nu. 11.lib 2.Boss.in tit.de iniur.num.22. versic.Et deinde; vbi quòd aliàs in Senatu hæc distinctio demulsit aures omnium in casu arduo, vide, quæ dixi infra q.105. nu. 151. & seqq. vbi etiam intra quantum tempus talis reuocatio fieri debeat.

32 Contra, quòd etiam in crimine iniuriarum ira excuset, nisi adsit perseuerãtia, voluit Bellapert.in d.l.si non conuitij, col.2.ante med. versic.item dicit secundo. C. de iniur. & in specie si iniuria sit verbalis, & fuerit per pœnitentiã reuocata, tanquàm ex iracundia prolata, quòd cesset iniuriarum actio post Orian.Ang.Imol.Marsil.& Ferrat.in locis per eum relatis, voluit Cagnol.in l.quicquid, nu.10 & seq.de reg.iur. Addo Io. Arno. epitho. 58. prout illum refert, sed non sequitur Clar.in pract. §.iniuria, vers.quæro quid si iniurians, vbi dixit, quòd verba iniuriosa per iracundiam prolata non sunt punienda, & ibi testatur de communi, & vide infra q.105 nu.149.

33 Verum pro resolutione, & secundum veritatem dicas, quòd si quæris, an ira excuset in totum in crimine iniuriarum,& tunc benè procedit limitatio proposita cum omnibus Doctoribus eam seqq.quòd scilicet non excuset; si verò quæris, an excuset in parte ad effectum, ut is, qui per iracundiam iniuriam intulit, mitius puniatur, & tunc dicas,

cas, quòd excusat, prout fuit de mente omnium Doctorũ allegatorum supra, nu. 4. videtur & de mente Salycet. in d. l. si non conuitij, nu. 2. post med. ibi, *leuiter venit puniendus*. C. de iniur. Rom. sing. 514. volo commentare, num. 5. vbi in specie ita declarat tex. in d. l. si non conuitij, prout etiam declarat Dec. in d. l. quicquid, num. 7. & 8. ff. de reg. iur. nec dissentit Clar. vbi supra allegatus in d. §. iniuria, eo dem vers. quæro quid si iniurians, & ante Clar. benè declarat Roma. viden. in l. cum mulier, num. 64. in fine, & seqq. vbi alio modo respondet ad tex. in d. l. si non conuitij. ff. solu. matrim. Abb. in c. dilecti filij, nu. 17. in fine, & nu. 18. de excep. quem refert Fely. in c. sicut, in fine de iureiuran. & ni fallor, ita concordando contraria etiam distinguere videtur Nauar. in c. si quis iratus, num. 3. & 4. de pœnit. distin. 1. & etiam voluit Capella Tholos. d. decis. 410. & ibi Adden. littera A, in prin. nec dissentit Boss. in tit. de iniur. sub numero 22.

34 LIMITA II. in sententia excommunicationis, quæ etsi per iracundiam lata sit, valet, c. si Episcopus forte iracundus. 11. q. 2. Fely. in c. sicut, in fine in vltimis verbis, de iureiuran. Dec. in l. quicquid, nu. 5. vers. Nota tamen. ff. de reg. iur. Duen. reg. 292. in 4. limitatione.

35 Aliæ autem sententiæ per iracundiam latæ non statim exequi debent, sed eorum exequutio post 30. dies differtur, etiamsi esset Principis sententia, cap. cum ad Thessaloniam, 11. q. 3. & in l. si vendicare. C. de pœn. cum alijs per Duen. regul. 292. in 7. ampliatione.

36 LIMITA III. quando delinquentem nõ pœnituit deliquisse, & propterea in delicto perseuerat, illudq; ratificat. Tũc enim etiam quòd per iracundiam deliquerit, nõ punitur mitius secundum glo. in l. si nõ conuitij, in verbo *calore*, in 2. solutione. C. de iniur. & ibi Pet. de Bellaperr. col. 2. ante med. vers. solutio hic perseuerauit, &c. Cyn. nu. 3. vers. certè si perseuerasset, non est dubium. Salycet. post num. 2. vers. hæc vera. Ang. nu. 6. in fine. vbi quòd hæc conclusio nullam habet dubitationem. Rip. in l. fin. num. 79. vers. tertio intelligo. C. de reuocan. donat. Et faciunt, quæ in simili de ebrietate dixi infra q. 98. num. 22.

37 Sic & alios actus, seu contractus iracundiæ calore factos perseuerantia confirmari probat tex. in l. 3. ff. de diuor. & l. quicquid, & ibi gl. 1. in fi. ff. de reg. iur. glo. in c. dudum, in verbo *calore iracundiæ*, in fine de conuer. coniug. Cagno. in d. l. quicquid, nu. 2. & nu. 15. Minsinger. ibidem, nu. 2. las. in l. si filiam tuam, nu. 6. C. de inoff. testam. Luc. de Penn. in l. omnes omninò, num. 2. & nu. 4. C. de decurion. libro 10. vbi etiam quanto quis debeat perseuerare in eo, quòd fecit ad hoc, vt animi iudicium, & consensus adfuisse dicatur, & ibi recitat varias opiniones Duen. reg. 292. in 3. limitatione.

38 LIMITA IIII. regulam procedere, quando ira prouenit ex iusta causa; secùs autem si ex iniusta, ita videtur de mente omnium Doctorum relatorum supra, nu. 1. Quorum plures ad comprobationem regulæ allegant tex. in l. si adulterum cum incæstu. §. Imperatores. ff. de adulter. & in l. Gracchus. C. eodem, quæ iura procedunt in ira causata iusto dolore, quasi secùs sentiant, si ira nullo dolore iusto, aut causa iusta prouenerit, sed expresse hanc declarationẽ posuerunt Felyn. in c. sicut, nu. 3. post med. vers. & maximè quando, de iureiuran. vbi de eo, qui irascitur dando operam rei illicitæ, puta, ludendo. Cagno. in l. quicquid calore, nu. 9. ff. de reg. iur. Vbi infert ad blasphemantem ex ira in ludo, quòd non excusatur, quia scilicet tunc ira prouenit ex iniusta causa, de quo dixi in tit. de delict. q. 20. num. 48. 49. & seq. Iacob. Boulenc. in repet. l. capitalium. §. famosos, num. 193. in fine, vers. istud non procederet. ff. de pœn. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo excusat calor iracũdiæ, num. 5. Clar. in pract. §. fi. q. 60. vers. est etiam, vbi testatur de communi ex Menchiac. quem allegat controuer. Illustr. cap. 18. numero 29. Quamuis etiam testetur quandoque apud eum fuisse mitius punitos eos, qui verbales contumelias in alium intulerant ex ira, non ex iusta causa prouenienle. Hercul. de caut. cap. 34. numero 18.

39 Vbi loquitur de iracundia affectata, vel orta sine causa ex vitio naturæ, Cu. Leg. um Aduocator. Marchiæ conf. crim. diuers. 150. num. 50. & seq lib. 1. vbi, quòd ira proueniens facto aduersarij excusat, si illud factum sit iniustum, secùs si iustum. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 123. nu. 2. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1157. numero 68. Claud. ad Bertaz. consil. 135. littera B, & ad consil. 299. littera A, versic. sed casus, in fine, vbi quòd ira non excusat, quando prouenit ex actu illicito, prout contingit, quãdo quis dat operam rei illicitæ, allegat Arer. consil. 80. sicut decet ad finem, & Claud. in l. vt vim, num. 79. ff. de iust. & iur. Decian. in suis tractat. crim. par. 2. lib. 6. cap. 11, rub. de excusat. per iur. num. 9.

40 LIMITA V. vt eadem regula procedat, quando ira est magna, secùs si parua, & parua dicetur ira, quando delinquens tempore delicti fuit aliqualiter ab ea cõcitatus, sed non à mente alienatus. Magna autem dicetur, quando quis erat taliter cõcitatus, vt in totum à mente alienatus, & suus non fuerit; hoc enim vltimo casu delinquẽs mitius punitur, secundò autem casu non. Dec. in l. quicquid, numero 8. vers. & quantum ad iustam mitigationem pœnæ. ff. de reg. iur. vbi allegat in id Abb. in cap. 1. in 2. notab. de his qui fil. occid. Nouell. in tracta. ad defens. numero 83. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. 7. excusat calor iracundiæ, num. 6. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 123. nu. 5. vbi quòd non excusatur quis ea ira, quæ facilè remoueri potuit, Bertazz. consil. 44. nu. 8. Andr. Gayl. obseru. 106. numero 12. lib. 2. vbi loquitur de vehementi iracundia, & obseru. 110. numero 35. vers. & necesse est, lib. 2. Claud. ad Bertazz. consil. 135. littera B. vbi benè exemplificat eam iracundiam, per quam quis à mente alienatur, & in blasphemia dixi supra in titu. de delict. & pœn. quæst. 20. num. 48. Et faciunt quæ in simili de ebrietate dixi infra, quæst. 93. num. 18.

41 Sic & idem procedere non solùm in delictis, sed in omnibus alijs actibus, & contractibus, qui per iracundiam reputantur inualidi, vt istud verum sit, quando iracundia fuit magna, & in totum à mente alienans agentem, secùs si parua, scripserunt Dec. in d. l. quicquid, num. 1. vers. sed ille, text. & num. 2. vers. sed hoc intelligitur, & numero 4. in fine. ff. de reg. iur. vbi infert ad contractum, & factum fauore piæ causæ, ad votum, & ad iuramentum. Cagno. ibidem, num. 3. in fine iuncto, nu. 4. vbi infert ad diuortiũ, exhæredationem, votum, iuramentum, confessionem, accusationem, professionem, acceptationem beneficij, & ad alios similes actus, & nu. 17. vbi ampliat etiam in contractu facto ad fauorem piæ causæ. Felyn. in cap. dilecti filij, num. 15. in fine, vers. & quòd est dictum, de except. vbi infert ad contractus, & ad vota. Ioan. Andr. Ant. de Butr. & Fely. in cap. sicut, de iureiuran. vbi inferunt ad iuramentum. Et quamuis Abb. ibi indistinctè senserit iuramentum calore iracundiæ præstitum non valere. Idem tamen Abb. in locis relatis per Tiraq. de pœn. temperan. causa 1. num. 26. sequutus fuit opinionem. Ioan. Andr. & Butrij, vt, videlicet, iuramentum non obliget, quando ira fuit talis, vt iurantem à mente alienauerit, aliter secus, & quòd ista declaratio procedat generaliter in omnibus actibus per iracundiam factis latissimè monstrat Fely. in d. c. sicut, num. 3. & 4. Abb. in c. dudum, num. 8. de conuers. coniug. vbi infert ad votum. Duen. reg. 292. in 2. ampliat. vbi pariter de voto, & in 1. limit. vbi de donat. seu contractu facto in fauorem piæ causæ. Nauarr. in c. diuortium, nu. 11. & omnibus seqq. de pœniten. distinct. 1. vbi benè comprobat, & exornat, ac etiam infert ad contractum, ad votum, & ad iuramentum, & ad donationem factam ex pia causa inter eius opera, tomo 1. pag. 261. in fol.

42 Verum id quod in proposito communiter dicunt Doctor. est valde adnotandum, quò scilicet, difficile sit probare talem iram, per quam quis in totum à mente alienetur, secundum Abb. in cap. dudum, num. 8. in fine, de conuer. coniug. vbi propterea inferens in voto, pariter dixit votum obligare vouentem, etiam quòd ex ira fuerit emissum, cum difficilè sit probare, quòd tempore voti vouens per iram esset à mente alienatus. Dec. in d. l. quicquid, nu. 8. in fine, vers. & difficile est. ff. de reg. iur. Cagno. ibidem, num. 5. Bertazz. consil. 44. numero 8. vbi propterea etiam genera-

generaliter concludit, iram non excusare in delictis, cum difficile sit probare iram talem, & tantam, quòd delinquẽtem à mente alienum fecerit. Nauarr. in cap. si quis iratus, num. 4. vers. secundo quòd, &c. in fine de pœniten. distin. 1. sed certè licèt hoc probare sit difficile, non per hoc est impossibile.

43 LIMITA VI. quia iracundia non præsumitur, ideò per allegantem probanda est, sic enim admittunt omnes præallegati Doctores. & hoc non habet difficultatem. Vide tamẽ in hoc Claud. & Bertaz. in cõs. 135. littera B. vers. secundum, vbi pro hac limitatione adducit Abb. & Fely. in c. sicut. de iureiuran. Dec. & Cagno. in l. quicquid. ff. de reg. iur. ac deinde admonet esse aduertendum, quòd probata oblatæ iræ occasione, absquè alio præsumitur quis motus ex ea, prout benè, & Medicorum, & Philophorum authoritatibus hoc ibi demonstrat.

ARGVMENTVM.

Minores qui dicantur; & qui dicantur puberes, seù impuberes, aut pubertati proximi; Qui autem infantes, aut infantiæ proximi, & qui senes.

Et ijs præmissis, An senes, ac minores delinquendo mitius puniantur.

SVMMARIVM.



OENA minuitur propter ætatem, num. 1.
Aetates hominum quot sint, & de materia, num. 2.
Infantes qui dicantur, & à quo tempore infantia incipiat, numero 3.
Infantiæ proximus quis, & quando dicatur, nu. 4. & 5.
Puer quis dicatur, & quando incipiat, ac perficiatur pueritia, numero 6. & 7.
Impuberes qui, & quando dicantur, num. 8.
Proximus pubertati an, & quando quis dicatur, num. 9. & seqq.
Malitia supplet ætatem. Quando hoc verum sit, & de materia, num. 10. & 19.
Pubes quis, & quando dicatur, num. 18. & num. 20. Vbi etiam, quæ dicatur plena pubertas.
Minor quis, & quando dicatur, nu. 21.
Senex quis, & quando dicatur. Quandouè, & à quo anno senectus incipiat, & de materia, nu. 22.
Senes regulariter delinquendo mitius puniuntur, num. 23. & 25. licèt alij contra, num. 24.
Senes mitius puniuntur, præsertim in corporalibus, nu. 26.
Senes puniuntur mitius, etiam in arbitrarijs, nu. 27.
Senes propter culpam delinquendo mitius puniuntur. Delinquendo autem propter imprudentiam nullatenus puniuntur, nu. 28.
Senes puniuntur mitius ipso iure, absq; ope restitutionis, num. 29.
Senes puniuntur mitius, dũmodò sint in decrepita ætate, aliter secus, nu. 30. Quamuis alij contra, nu. 31.
Senes mitius non puniuntur in pœnis capitalibus, nu. 32. Prout est homicidium, nu. 33. Contra, nu. 34.
Senes puniuntur mitius, quando propter senectutem, & sanguinis diminutionem sunt etiam diminuti sensu, & intellectu: Ita quòd repuerascere incipiant: secus quando sunt robusti, graues, perspicaces, & sapientes, nu. 35. Declara, vt nu. 36. & 37.
Senes in pœnis pecuniarijs non puniuntur mitius, nu. 38.
Senes delinquendo, etsi mitius puniantur, non tamen excusantur in totum, num. 39. Contra, nu. 40.
Minores 25. annorum delinquendo regulariter puniuntur mitius, nu. 41. licèt alij contra, nu. 42.
Minores restituuntur in integrum in delictis ad hoc, vt mitius puniantur, num. 43.
Minoribus mitiganda est pœna etiam sine restitutionis ope, nu. 44. licèt alij contra, num 45.
Infantes si delinquant, excusantur in totum, nu. 46. & nu. 50. licèt alij contra, num. 47. 48. & 49.
Infantes quandoq; reperti fuerunt doli capaces, & delinquentes, num. 47. & seq.
Infantiæ proximus delinquendo excusatur ipso iure, etiam absquè ope restitutionis, nu. 51. & nu. 53. licèt alij contra, nu. 52.
Infantes, & infantiæ proximi excusantur in delictis, etiam quòd fuerint doli capaces, numero 54. & 57. licèt alij contra, numero 55. & 56.
Impuberes excusantur in delictis, num. 58.
Impuberes excusantur in delictis, etiam quòd fuerint doli capaces, nisi fuerint pubertati proximi, num. 59. & num. 61. licèt alij contra, numero 60.
Proximi pubertati si delinquant, puniuntur mitius, nu. 62. & nu. 64. licèt alij contra, num. 63.
Proximus pubertati, licèt delinquendo puniatur mitius, non tamen excusatur in totum, num. 65.
Proximus pubertati etiam excusatur in totum, quando non est capax intellectus, & doli, nu. 66.
Proximus pubertati præsumitur capax doli, & intellectus, & ideò, qui contrarium dicit, probare tenetur, numero 67. licèt alij contra, num. 68.
Minores 25. annorum restituuntur in integrum in delictis in omittendo, num. 69. Immò excusantur ipso iure absquè ope restitutionis, nu. 70. Declara, vt nu. 71. Et quid si dolo aliquid omittant, num 73. & 75.
Et quid à pœna indigni an minoritas excuset, nu. 71. in fine.
Impuberes etiam doli capaces, seù pubertati proximi excusantur omninò in delictis in omittẽdo, nu. 72. Etiam quòd dolo deliquerint, nu. 76. licèt alij contra, num. 74.
Minores 25. annorum mitius puniũtur in crimine adulterij, & alijs delictis carnis, nu. 77. licèt alij contra, num. 78.
Impuberes excusantur in totum in delictis carnis, nu. 79. 81. & seq. licèt alij contra, num. 80.
Impures plures reperti fuerunt in delictis carnis viri potentes, nu. 80.
Infantes in crimine sodomiæ excusantur, nu 83. Vbi idem de proximis infantiæ.
Proximi pubertati an, & quomodo excusentur in crimine sodomiæ, numero 84.
Minores 25. annorum, & puberes mitius puniuntur in crimine sodomiæ, num. 85. licèt alij contra, nu. 86.
Minores puniuntur mitius etiam in crimine raptus, nu. 87.
Minor ætas facit minuere pęnam, etiam in Christiano carnaliter cognoscente Iudæam, num. 88.
Minor ætas an excuset in totum in crimine incestus, & de materia, num. 89. & seqq.
Minor ætas licèt in delictis carnis faciat mitigare pęnam, non tamen excusat in totum, num. 92.
Impuberes, si fuerint viri potẽtes non excusantur in totum in delictis carnis, nu. 93. licèt alij contra nu. 94.
Minor ætas multo magis excusat in delictis culpa commissis, nu. 95. Præsertim si fuerint impuberes, nu. 96. Immò tunc excusantur minores, etiam quoad interesse ciuile. Et quid si culpa fuerit leuis, vel leuissima, n. 98 Et quid si culpa fuerit lata, nu. 99. & seq. Et quid si delicta culpa commissa, fuerint grauia, & atrocia, prout est homicidium, nu. 101. Et an isto casu minori succurratur, absquè restitutione in integrum, nu. 102.
Minor ætas facit mitigare pœnam, etiam in criminibus grauibus, & atrocibus, numero 103. Licèt alij contra, numero 104. Non autem excusat in totum, num. 105. Et quid in atrocissimis, num. 106. & seqq.
Minor ætas non excusat in totum in crimine falsæ monetæ, sed benè facit mitius puniri, nu. 109. Quid in impuberibus, num. 110. & quid in impuberibus doli capacibus, nu. 111.
Minores 25 annorum non excusantur in totum in crimine homicidij, num. 112. Benè tamen mitius puniuntur, num. 113. Quamuis alij contra, num. 114. Infantes autem in hoc homicidij crimine excusantur in totum, num. 115. Etiam quòd doli capaces fuerint, num. 116. Quamuis alij contra, numero 117. ac etiam quòd infantiæ proximi fuerint, numero 118. Quamuis alij contra, num. 119. Proximi autem pubertati, & doli capaces, non in totum, si occiderint, excusantur, sed benè mitius puniuntur, num. 120. Et quid in homicidio commisso per pueros ludentes ad saxa, vel in colluctatione, aut alio ludo, de consuetudine inter eos admissa, num. 121.
Minores 25. annorum non excusantur in totum, in crimine furti, num. 122. Sic etiam non excusantur in totum proximi pubertati, nu 123. Benè tamen mitius puniuntur, & excusantur à pœna ordinaria, nu. 124. Licèt alij contra, nu. 125. Etiam quòd furtum fuerit

QVÆST. LXXXXII.



1 QVARTA causa minuendi pęnam est ætas, l. ferè in omnibus, ff. de reg. iur. ex quo & senes, & minores delinquendo mitius puniri omnes consentiunt. Verum, vt quando hoc verum sit, dignoscamus, præmittenda aliqua sunt, quæ ad terminorum cognitionem pertinent.

2 QVÆRO igitur primo præmissorum loco, quot sint hominum ætates, & quo tempore incipiant. De hoc remitto te ad glo. in procem. sexti, in verbo *perfectus*, & in l. 1. §. pueritiam. ff. de postulan. Doct. in l. hæreditatum. ff. ad l. Falcid. & l. si infanti. C. de iur. deliberan. Alciat. in l. pueri, ad finem. ff. de verb. signific. Ioan. de Anan. in rub. de delict. puer. num. 1. Duen reg. 259 in 2. ampliatione, & versic. & circa, vbi refert plures Doctores tractantes hanc materiam, quos & recenset Petr. à Plach. in epithom. delict. cap. 32. post num. 2. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. casu 57. num. 1. & seqq.

3 QVÆRO II. quis dicatur infans. Dic, quòd infans dicitur vsquè ad septimum annum inclusiuè, l. si infanti. C. de iure deliberan. glo. in § pupillus, in verbo *infans*, instit. de inut. stipulat, & ibi Nicas. num. 2 glo. in procem. vj. in verbo *perfectus*, item glo. in clem. 1. in verbo *infans*, de homicid. & ibi etiam Card. Zabar. num. 6. Anchar. num. 7. Imol. num. 4. Bonifac. de Vitallin. nu. 15. Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de nouat. Gandi. de pęn. reor. post num. 30. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 2. ff. de reg. iur. Ioan. de Anan. in rub. extr. de delict. puer. post num. 1. Marian. in c. ad audientiam, num. 44. de homicid. Duen. reg. 259. sub 2. ampliat. Pet. à Plach. in epithom. delict. cap. 32. num. 2. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 57. num. 2. & num. 7. & seqq. vbi alijs relatis testatur de receptissima Doctorum sententia.

4 QVÆRO III. quis dicatur proximus infantię. Dic, quòd infantiæ proximus dicitur post septennium vsquè ad 10. annos cum dimidio, si masculus sit, si verò fœmina, vsquè ad nouem annos cum dimidio. glo. in §. pupillus, in verbo *infantiæ proximus*, instit. de inut. stipular. Ozzer. ibidem num. 8. in fi. Nicas. num. 3. Guliel. Mayner. post glo. in l. pupillum qui, num. 1 ff de reg. iur. Gandin. in titu. de pœn. reor. post num. 30. Anton. Gomez. de delict. cap. 1. numero 57. versic. & dicitur proximus infantiæ. Vbi testatur de communi Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, post numer. 53. de in integr. restit. minor.

5 Quamuis Menoch. de arbitr. quæst. lib 2 casu 57. nu. 12. & seqq vsquè ad num. 21. contendat infantiæ proximum dici ab anno 7. vsque ad octauum perfectum, & inde supra. Iudicis arbitrio.

6 QVÆRO IIII. quis dicatur puer. Dic, quòd pueritia incipit à septennio, & durat vsq; ad pubertatem, videlicet, in masculo vsque ad annos 14. In fœmina vsq; ad annos duodecim, glo in procem. vj. in verbo *perfectus*. Ioan. And. in rub. de delict. puer. col. 1. in fine, vers. & hæc pueritia. Card. Zabar. ibidem versic. & finitur regulariter. Abb. nu. 1. Ioan. de Anan. nu. 1. Marian. Socin. nu. 4. Igne. in l. excipiuntur, nu. 3. ff. ad Syllan. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 57 nu. 2. & nu. 10.

7 Alibi pueritia dicitur vsque ad 17. *annum* inclusiuè, vt in l. 1. § pueritiam. ff. de postulan. & in l. mela. ff. de alimen. & cibar. legat. Io. Andr. in d. rubr. de delict. puer. colum. 2. verf.

verſ.fallit in caſu,&c.Card.Zabar.ibidem,eodem verſic. fallit in caſu. Abb.in tub.eod.titu.verſ.quandoquè tamen. Ioan.de Anan.nu.1.verſ.ſubdit etiam. Ioan.Andr.Marian. Socin.nu.2.& 3. Ant.Gomez. de delict. c.1.nu.63.verſ.ſed hodie,vbi adducit alia iura,& alios caſus,in quibus pueritia durat vſquè ad annos 18 Petr.à Plach.in d.c.32.nu.11. verſ.ex quo conſtat.Sed tunc propriè dicitur plena pubertas, de qua dixi hac eadem col. in 1. verſ.& benè aduertit Igne.d.l.excipiuntur, num.3.

8 QVÆRO V. quis dicatur impubes.Dic,quòd impuberes maſculi dicuntur à ſeptimo anno vſquè ad 14.fœminę verò vſquè ad.12.§.1.inſtit.de nup.§.1.inſtit.quib.mod. tut.fini.Igne.in l.excipiuntur,nu.7.ff.ad Syllan.

9 QVÆRO VI. quis dicatur proximus pubertati. Dic, quòd in hoc fuerunt diuerſæ Doctorum opiniones, quarum prima fuit, quòd proximus pubertati dicatur ab anno decimo cum dimidio, ſi maſculus fuerit,vſq; ad 14. & ſi fuerit fœmina,ab anno nono cũ dimidio vſquè ad 12. Et hæc fuit opinio glo.in §.pupillus,in verbo *infantiæ proximus*, inſtit.de inut.ſtipulat.Aretin.ibidem,num.2.vbi, quòd opinio iſtius glo. communiter tenetur Ozzer. num. 7.& 8.vbi recitatis, & reiectis alijs opinionibus hanc veriorem à contrarijs tuetur, & communem teſtatur Nicaſ. num.3.in fine.Item glo.in § in ſumma in verbo *proximus*, inſtit.de oblig.quæ ex delict.naſc. Nicaſ.ibidem num.2.in 1.notab. Alia glo.in l pupillum qui, in glo. 1.ff.de reg.iur. Alber. vbi latè hanc comprobat opinionem, à contrarijs defendit, & teſtatur tanquam æquitati conſonam in practica ſeruari.Bar.in l. 1.num.6.ff.de nouat.Guliel.Mayner. num.1.& num.3.vbi quòd hæc opinio glo.communiter tenetur Cagnol.num.1.& ſeqq.Bal.in l.excipiuntur, ante finem.ff.ad Syllan.vbi teſtatur de communi(licèt ipſe eam non teneat, vt infra eum referam) & ſic etiam eam communem dixit ibidem Rom.qui nec eam ſequitur, num.2. in 2. notab. Et ita ferè ab omnibus teneri teſtatur Igne. (quamuis & ipſe hanc non recipiat ſententiam)in l.1.§.impubes,numero 6.verſic. ſi verò maior, & num 7.Socin.in l.1.§.adipiſcimur. ff.de acquiren.poſſeſſ.vbi etiam de communi relati per eundem Igne.(quos tamen & iterum reprobat)in l.excipiuntur, nu. 10.poſt med.ff.ad Syllan.Bal. in l.1.num.1.in fine. C.ſi aduer.delict.vbi pariter teſtatur de communi Gandin.in tit.de pœn.reor.poſt num. 30.verſic.ſi autem eſt pubes. Anchar. in cap. 1. num. 4.de delict. puer. & in clem.1.poſt numer. 8. de homicid.& ibi etiam Imol.num.5. Iaſ.in l.properandum. §. & ſiquidem num.2. C.de iudic.vbi teſtatur de communi, & alios refert concordantes Rolan conſil.56.numero 25.lib.5.vbi etiam de communi Maurit. de reſtit.in integr.c.153.nu.8.Ant.Gomez.de delict.cap.1. poſt num. 57. vbi alijs relatis opinionibus hanc dicit communem, & veram,ab eaque in iudicando,& conſulendo minimè recedendum, relati per Viui.(quos tamen non ſequitur) opin.674.num.1.vbi teſtatur hanc opinionem communiter approbatam. Virg.Boccac.in conſtit. March.glo.1.nu.27. Sforz. Odd.qui etiam de communi teſtatur in tract. de reſtit. in integr. par. 2.q. 80 num.46.Burſat.conſil.231.num.4.& 5.lib. 3. vbi teſtatur de communiori opinione, quem refert, & ſequitur Hector Æmil. in tracta. de teſtib. in verbo *teſtis adultus*, num.9.folio 79.

10 Et ſi hæc tibi placet opinio, eam limita, niſi malitia ſuppleat ætatem, quia tunc dicitur pubertati proximus, etiam ante annos decem cum dimidio, vt per Aret. in §. pupillus,nu.2.inſti.de inut.ſtipulat. Ozzer. ibidem num.8. vbi amplius, quòd quando malitia ſupplet ætatem; tunc impubes,& infantiæ proximus infra decem annos cum dimidio,non ſolum reputatur pubertati proximus, ſed tanquam maior 25. annorum. Guliel. Mayner. in l. pupillum qui, nu.2.in fin.ff.de reg.iur. Cagno. ibidem nu.3.Iaſ.in l. properandum.§.& ſiquidem,nu.2.in fine,verſ.intellige,& limita primo. C. de iudic.& faciunt ad hanc declarationem, quæ dixi infra, num 19. & poſui exempla etiam infra, num.48.& 80.

11 Verum hanc primam opinionem reprobarunt Bal. in l. excipiuntur, verſ.non autem diuidatur per medium,ff.ad Syllan.& ibi Rom.num. 2.in 2.notab. vbi propterea dixit prædictam primam, & communem opinionem procedere,& vendicare ſibi locum, quantum ad contractus,non autem quantum ad delicta,& ad pœnas. Salyce.in l.impunitus, ſub nume.2. & 3. C. de pœn. Guliel.Mayner.in d.l. pupillum, numero 3.ad med.verſic.ſed mirum.ff.de regu. iur. vbi dixit ſibi mirum videri, quòd gloſſ. & Doctor. ſeqq. primam opinionem, illam ſolum comprobent per temporis dinumerationem, & diuiſionem inter infantiam,& pubertatem, & ſine vlla lege loquuntur, cum certum ſit erubeſcendum eſſe, ſic ſine lege loqui. Andr. Barbat.in addit.ad Abb. in c.1. de delict. puer. num.4.in verbo *doli capax*, verſ.ſed in materia crimin.Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 57.numero 21. & ſeqq. vbi latè reſpondet Iuribus, & rationibus, quæ pro hac opinione adducuntur.

12 Secunda fuit opinio aliorum, qui dixerunt pubertati proximum dici eum, qui per ſex menſes à pubertate diſtat per text.in l.non tantum,in princ. ff. de excuſat.tut.in cap. continebatur, de deſponſat. impub. in cap. atteſtationes eod. titu. Per quæ iura hanc firmarunt opinionem, Bal. poſt. Guliel. de Cun.in l.excipiuntur, ff.ad Syllan.Rom.ibidem,num.2.in 2.notab.glo.Innocen. & Hoſtien.in d.cap.continebatur, de deſponſat.impub Bald.in d.l.non tantum, in ſummario. Idem Bal. in d. l. ſi quis in tantum, poſt num.5.C.vnde vi.Igne.in l.1.§.impubes.nu. 8.verſ.alij verò, & num.9.& ſeqq. vſque ad num.24.ff.ad Sillan.vbi latiſſimè,& iuribus,& rationibus,& Doctorum authoritatibus hanc probat opinionem, & à contrarijs Doctorum obiectionibus,benè defendit,& idem etiam latè reaſſumit,comprobat,& defendit in l.excipiuntur, nu. 9.& ſeqq.ff.eod.& ibidem, num.12.vbi quòd hæc opinio, & concluſio eſt veriſſima,tàm in criminalibus,quàm in ciuilibus,iuribus,rationibus,& authoritatibus,ibi per eum adductis, & nu.13.& nu.17. Guliel. Mayner. in l.pupillum qui,nu.3.in diſcurſu. ff. de reg.iur.vbi dixit hanc opinionem benè probari in d.l.non tantùm. Adden.ad Dec.in d. l.pupillum qui, nu.1.littera B. Corn.conſ.147.nu.25.lib.1. Afflict.in conſtit. minor. Iura. ſub nu.7.lib.2.rubr.38.Catell.Cotta in ſuis memoral.in verbo,*pupillus*,il primo. Nec diſſentire videtur Petr.à Plach. in epith. delict. cap.32.nu. 4.in princ.iuncto verſ.Nos tamen (Quamuis poſtea ſequi videatur eam opinionem, quæ iſtud Iudicis arbitrio remittit)relati per Viui.(quos tamen ipſe nõ ſequitur)opin. 674.nu 1.verſ.in contrariam verò ſententiam. Franc.Caldas in repet.l.ſi curatorem,in verbo,*vel aduerſarij dolo*,nu. 53.verſic. Quamuis. Bal.C.de in integr.reſtit.min. Vbi & hanc opinionem admittit, quando agitur de delictis atrociter puniendis, ex Aldobran.quem allegat in §. item, num.4.Inſtit.quib.mod.tut.fin.Et hanc opinionem amplexa fuit Rota in vna Hipporigien prætenſi matrimonij,coram Reuerendiſs.Domino Comitulo, Die Veneris,prima Decembris 1589. nu. 5. quæ poſt mea conſil. crimin.reperitur impreſſa.

13 Et licèt præcedentem ſecundam opinionem impugnet, Alber.in l.pupillum qui, nu.1.verſ. Vidi tamen in pract. ff. de reg.iur.vbi reſpondet d.l.non tantum,in qua propoſita opinio præcipuè per Doctores fundatur. Ozzer. in §. pupillus,nu.7.inſtit.de inut.ſtipulat.Vbi dixit Innoc.in loco præcit.malè loqui, & ibi reſpõdet ad d l.non tantùm.ff.de accuſat.tut.num.3.Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 57. num.26.& ſeqq vbi ſingulariter reſpondet Iuribus, & rationibus prædictæ opinionis.

14 Negari tamen non poteſt, quin rationes per Igneum in loco præcitato adductæ,ſi legantur, & conſiderentur,irreuocabiles videãtur, & præſertim quãdo agitur de incurrendo pœnam,& in criminalibus, prout proprij ſunt termini quæſt.noſtræ. Illa prima opinio, quæ forſan magis recepta videtur, quòd ſcilicet proximus pubertati dicatur, qui attingit poſt annum x.cum dimidio,ſi benè Doctores eam ſequentes ponderentur, loquuntur plerique potiùs in ciuilibus, quàm in criminalibus, & ita expreſsè declarat Iaſ.in l.properandum.§.& ſiquidem num. 2. in fine, in 2.limitatione.C.de Iudic.& in Auth.ſacramenta puberum,

rum, num. 15. & num. 22. C. si aduer. vend. Catell. Cotta, d. verbo *Pupillus*, vers. sed hæc procedunt in ciuilibus.

15 Tertia successit opinio eorum, qui dixerunt, proximũ quem esse, vel non esse pubertati, Iudicis arbitrio remitti; quam originaliter posuit, Ioann. Faber in §. pupillus, nu. 1. instit. de inut. stipulat. vbi recitatis aliorum diuersis opinionibus, mediam eligendi viam dixit, Iudicem posse ex maleficio, & perspicacitate impuberis maius, vel minus tps interpretari, cũ quidã reperiantur pueri, maioris indolis, & intellectus in x. anno, quàm alij in xiiij. & hanc opinionem sequuti sunt Salyce. in l. impunitas, nu. 2. & 3. C. de pœn. vbi pluribus hanc probat opinionem Ioann. de Anan. in cap. 1. num. 3. vers. aduerte etiam, & nu. 4. de delict. puer. vbi pluribus hãc probat opinionem, volẽs insuper Iudicis arbitrio remissum esse, non solùm quis dicatur proximus pubertati, sed etiam quis dicatur proximus infantiæ, ac etiam doli capax. Idem Anan. in c. 2. post num. 4. eod. tit. de delict. puer. Marian. Socin. in c. ad audientiam, num. 46. & seq. extra de homicid. vbi in hac opinione, tanquàm vltimo loco per eum relata, residere videtur; relati per Igneum (quos tamen ipse non sequitur) in l. 1. §. impubes, nu. 10. ff. ad Syllan. Guliel. Mayner. in l. pupillum qui, num. 3. in fine, vers. addit etiam. ff. de reg. iur. Dec. ibidem nu. 2. vbi pluribus comprobat Cagno. nu. 5. vbi dixit, quòd quamuis proximus pubertati dicatur is, qui excedit annũ x. cũ dimidio, iuxta opinionem glo. relatam supra col. 33. Non tamen per hoc eo tempore iudicabitur doli capax. Ideo hoc Iudicis arbitrio relinquendum credidit. Couar. in epithom. in 4. decretal par. 2. cap. 5. nu. 5. vbi alijs relatis opinionibus, hãc amplectitur sententiam, dicens insuper, quòd Iudex ante ætatem x. annorum cum dimidio in masculo, & ix. cum dimidio in fęmina, non passim, sed raro, & cautissimè, & non nisi ex maximis cõiecturis pupillum pubertati proximum, ac doli capacem arbitrabitur. Post verò illam ætatem mediocria sufficient signa, & quando puer per sex tantum menses à pubertate distabit, leuiora sufficient argumenta, & hanc doctrinam Couarr. in loco præciato sequuti sunt Duen. reg. 259. sub 3. limitatione. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 4. vers. his tamen omissis. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 57. num. 44. & seqq. vbi latè comprobat hanc opinionem, tanquàm veriorem, & hodie magis receptam. Viui. opin. 674. num. 2. Et facit pro hac opinione, quòd dicunt Doctores allegati supra num. 10. pubertati proximum esse etiam ante x. annos, cum dimidio, quando malitia suppleat, vel non suppleat, non nisi Iudicis arbitrio remissum esse potest, prout benè aduertit Ozzer. in §. pupillus, num. 8. instit. de inut. stipulat.

16 Impugnatur pręcedens opinio per Igne. in d. l. 1. §. impubes, nu. 10. in fine, vers. ego puto, & num. 11. vers. & quàmuis. Dec. & num. 12. & seqq. & num. 35. ff. ad Sillan. pluribus demonstrans non esse verum, id quod Salyc. Ioan Fab. Dec. & alij allegati pro prima opinione præsupponunt, quòd scilicet iure determinatum non sit, quis dicatur pubertati proximus, cum immò hoc fuerit benè determinatum, vt scilicet dicatur ille, qui per sex menses distat à pubertate latissimè, & iuribus, & rationibus comprobat sic, & eandem primam opinionem improbat idem Igne. qui benè loquitur, & magistraliter in l. excipiuntur, num. 10. ad finem, & seqq. ff. eodem, vbi inter alia dicit (& verum dicit) periculosum esse sic Iudicis arbitrio committere, & num. 46. vers. & propterea dico, & seqq. Franc. Caldas. in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersarij dolo*, nu. 53. versic. A quibus cauendum est, &c. C. de integr. restit. minor.

17 Quarta fuit opinio Hostien. in cap. continebatur de desponsat. impub. quòd pubertati proximus dicatur ille, qui per tres dies ante, vel post, distat à pubertate, per tex. in c. ad nostram, extra de reg. sed hanc opinionem latè reprobat Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. d. casu 57. numero 35. & sequentibus.

18 QVÆRO VII. quis dicatur Pubes. Dic quòd pubertas in masculo incipit ab anno xiiij. in fœmina ab anno xij. tex. in cap. 1. Ibi, *nisi ab annis 14. cum pubescere cęperint*, de delict. puer. & ibi præsertim Card. Zabar. ante nu. 1. & Ant. de Butr. num. 2. Abb. in rubr. eodem tit. post num. 1. & in d. cap. 1. nu. 1. in fine, in primo notab. Anan. in rub. de delict. puer. ext. nu. 1. vers. secunda pupillaris, &c. Marian. Socin. in d. c. 1. n. 2. & in 1. notab. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. casu 57. num. 2.

19 Nisi malitia suppleat ætatem, per ea, quæ dixi supra, nu. 10. & in specie voluit glo. in c. 1. in verbo *pubescere*, de delict. Marian. Socin. in d. c. 1. nu. 18.

20 QVÆRO VIII. quæ dicatur pubertas plena. Dic, quòd pubertas plena dicitur vsquè ad annum 18. inchoatum, & 17. completum, l. mola, in princ. ff. de alimen. & cibar. legat. §. minorem, instit. de adopt. §. fi. instit. quib. ex cau. manum. non lic. l. j. §. pueritiam. ff. de postulan. Io. de Anan. in rub. ext. de delict. puer. nu. 1. vers. tertia ætas, vbi amplius, quòd pubertas aliquando dicitur plena, aliquando plenior, & aliquando plenissima. Igne. in l. 1. §. impubes, num. 36. ff. ad Syllan. Vbi, quòd iura in fauorabilibus ipsi minori sic pubertatem vsquè ad illud tempus extendũt, & intelligũt idem Igne. in l. excipiũtur, nu. 3. ff. eod. Guliel. Mayner. in l. pupillum qui, nu. 14. ff. de reg. iur. vbi amplius, ꝙ in muliere pubertas plena dicitur in 14. anno. Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu 63. vers. sed hodie, vbi adducit alia iura, & alios casus, in quibus pubertas extẽditur ad 18. annum. Petr à Plach. in epitho. delict. c. 32. nu. 11. vers. ex quo constat, & vers. seq. Virg. Bocacc. in constit. March. glo. 1. nu. 27. & hãc ætatem vsque annos prædictos 17. iura etiam vocant pueritiam, vt dixi supra, nu. 7.

21 QVÆRO IX. quis dicatur minor, dic, quòd minor dicitur, qui nondum est annorum 25. toto tit. ff. de minor. 25. annorum, & ab indè supra dicitur maior in negotijs peragendis, ac etiã in delictis, in l. fi. C. de ijs, qui ven. ætat. impetr. l. cum filio. §. fi. ff. de legat. 3. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l. 1. & 2. C. si aduer. delic. & ibi sæpissimè, & expresse adnotauit Seraphin. in tract. de priuileg. iuramen. priuileg. 83. num. 1. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 17. num. 50. par. 1.

22 QVÆRO X. quis dicatur senex. Dic, ꝙ senectus dr̃ ab anno 50. pfecto vsq; ad annos 70. secundũ gl. in proœm. sexti, in verbo *perfectus*. Io. de Anan. in rub. de delict. puer. nu. 1. vers. sexta ætas. Menoch. qui alios plures refert concordantes, & de receptiori sententia testatur de arbitr. quæst. lib. 2. casu 59. sub nu. 1. sed vide Nouell. in tracta. ad defens. par. 1 post num. 45. vbi dixit, senem communiter reputari *sexagenarium*, & alias etiam septuagenarium. Item vide Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 59. nu. 3. & seqq. vbi dixit, quòd in casibus à iure non determinatis, senes, qui dicantur, Iudicis arbitrio remissum est, & ibi alios refert concordantes.

His sic præmissis.

23 REGVLA I. sit, quòd senes delinquendo mitius puniuntur, tex. est in l. 2. ff. de term. moto; facit in l. sacrilegij pęna, in prin. ff. ad l. Iul. peculat. Item & tex. in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. vbi quòd propter ætatem delinquentibus succurritur, & per istum tex. hoc ibi adnotarunt glo. in glo. 1. vers. item in sene. Guliel. Mayner nu. 16. Dec. nu. 5. Cagno. nu. 2. alia glo. in l. auxilium. § in delictis, in verbo *miseratio*, ff. de minor. Alber. ibidem nu. 4. Archid. in c. tanta, distinct. 86. glo. in l. quid ergo. § pęna grauior, in verbo *onerasset*, & ibi etiam Bar. nu. 11. vers. nam quandoquè. Bal. nu. 10. in 2. lectura. Odofred. col. fi. nu. 2. vers. ecce si senex. Alber. nu. 5. Ang. in vers. quamuis. col. 2 nu. 5. Paul. de Castr. post. nu. 14. ff. de his, qui notan. infam. faciunt etiam optimè iura allegata infra, nu. 40. videlicet tex. in l. si quis in graui. §. subuenitur, in fin. vers. ignoscitur, & ibi glo. in verbo *ætate*, ff. ad Syllan. & in c. tanta, in verbo, *quia simplicitatem*, 86. distinct. & in c. tanta. 1. q. 7. alia glo. in l. 1. §. impubes, in verbo *ætas*, vers. & etiam maior. ff. ad Syllan. Idem Bal. in l. quicunquè, nu. 17. vers. quarto casu. C. de seru. fugit. Aret. in l. etsi seuerior. post nu. 5. & ibi etiam glo. Cyn. & Ang. C. ex quib. caus. infam. irrog. Roma. in l. si verò. §. de viro, fallen. 53. ff. solut. matrimo. vbi & ponit multa senectutis priuilegia Igne. in l. 3. §. ignoscitur, num. 1. & seq. ff. ad Syllan. vbi pluribus hanc conclusionem exornat Cæpol. in

pol.in l.si fugitiui, num.26.C. de seru. fugit.Fulgos.consil. 124. ante finem. colum. pen. versic. illa quoque. Carer.in pract. in 2.tract. de homicid.§.circa quartum,numero 13. post Parid. de Put. & Guid. de Suzzar. quem allegat Nouell.in tracta.ad defens.par.1.num.45.Tiraq.qui benè more suo exornat, de pœn. temperan.caus.8. num. 1.& seqq. Duen.reg 259.in 6.ampliatione. Ant. Gomez. de delict.c. 1. num. 68. vbi benè comprobat hanc conclusionem, & alijs relatis testatur de communi.decis. Pedem. 123. num. 3.Menoch.de arbitr.q.næst.lib.2.casu 329.num.20.Bertaz. cons.crimin. diuer. 70.num.37.vers.4.& vltimo, tomo 2. Andr.Gayl.obseru.110.num.34.lib.2.Franc. Caldas in repet.l.si curatorem,in verbo *vel aduersarij dolo*, num.54.C. de in integr rest.minor. Sfort. Odd. qui alijs relatis etiam de communi testatur in tracta. de restit. in integr. par. 2. quæst.80.num.109.

24 Et quamuis contrarium in practica seruari testatus fuerit Clar.in pract.§.fi.q.60.vers.successiuè quæro, vbi dixit nunquàm vidisse seruari, quòd pœna senibus mitigetur, præterquàm in leuibus, & quòd propterea Senatus Mediolani iusserat fustigari quendam furem senem, appellatum Antonium de Cumis,tanquàm quòd ex longeua ætate videretur in furtis inueterasse.

25 Tu tamen à proposita regula nō recedas,quę,vt præfertur,nō solum est communis,sed etiam verissima,eaquè magis confirmatur ex obseruantia Senatus Mediolani, & ex exemplo per Clar.relato.Nam si ille senex in furtis inueterauerat,poterat de iure suspēdi.Ergo cum fuerit tantummodo fustigatus, satis dicitur diminuta pœna.

26 AMPLIA I. propositam regulam,vt præsertim procedat in pœnis corporalibus,in quibus, prout præsertim est pęna abscissionis membri,seu amputationis manus, senes mitius puniendos esse probat tex.in l.1.ff.de ter.moto. vbi relegationis tempus in senibus minuitur.Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior,in 2.lectura, num. 10.vers.& etiam quoniā in pęnis corporalibus.ff.de his qui notan.infam.& in l.quicunquè,nu.17.versic.quarto casu.C.de seru.fugit. Guliel.Mayner.in l.ferè in omnibus. ff. de reg.iur.vbi post Iacob.de Rauen.quem allegat, dixit, quòd senes non sunt passibiles grauis pœnæ,sicut iuuenes robusti, & Iacobum de Rauen.sic dicentem,refert Alber.in l.auxilium.§.in delictis, post num.4.ff.de minor.Dec.in d.l.ferè in omnibus, num.5.Petr.à Plach in epith.delict.c.32.num. 14. in fine, & seq.Cæpol.in caut.2. num. 15. & ante istos Anton.Gomez.de delict. capit.1. nume. 68. ad finem, versic. tertia conclusio.

27 AMPLIA II. vt pariter senes mitius puniantur in arbitrarijs,ita videtur de mente Petr à Placha in epith.de delict.c.32.post nu.14.vers. quòd si pœna, vbi dixit in his terminis intelligendum esse,text.in l 2.ff.rer.amotar.Ant. Gomez.var.resolut.tomo 3.tit.de delict.cap.1.nu.68.ad finem,vers.secunda conclusio.

28 AMPLIA III. Etiam quòd senes culpa delinquant. Tunc enim mitius puniuntur, si verò per imprudentiam, & tunc nullatenus puniuntur.Gandin.in tit.de pœn.reor. post num.30.vers.item in sene.

29 AMPLIA IV. quia senes puniuntur mitius ipso iure,absquè ope restitutionis. Alber. in l.ferè in omnibus, nu.4 ff de reg.iur. Vbi etiam declarat, quæ sit vtilitas, vt pœna minuatur ipso iure, absquè ope restitutionis.Guliel. Mayner.ibidem num.16.

30 LIMITA I. propositam primam regulam, vt procedat,dummodo senes sint in decrepita ætate, aliter secus. Bal.in l.quid ergo.§.pęna grauior,in 2.lectura,nu.10.C.de his qui notan. infam. dum ad pęnæ mitigationem præsupponit non senectutem simpliciter, sed nimiam senectutē, prout & idem ibi de nimio sene loquitur Alber. num. 5. Fulgos.in l. 1.§.impubes in princ.ff.ad Sillan. & videtur de mente Carer.in pract.in 2.tract.de homicid.§.circa quartum,num. 13.in fine,versic.item in ætate decrepita.Andr. Gayl.obseruat. 110. num. 34. Vbi exemplificat in decrepitis, quia tunc repuerascunt, & expressè voluit Duen.reg. 259.in 6.ampliatione, vers.in quibus ego. Ant.Gomez.de delict.c.1.nu.68. Vbi pariter loquitur in decrepita ætate.

31 Quamuis,quòd sufficiat ætas senilis, etiam quòd non sit decrepita, voluisse videatur Aret.in l.etsi seuerior,post nu.5.C.ex quib.cau.infam.irrog.vbi alternatiuè,loquitur in delinquente decrepitæ, vel senilis ætatis,sic & per verbum,*maximè*,senem mitius puniri,quando maximè est in decrepita ætate, dixit Nouell. in tract. ad defen.par. 1.nu. 45. subdens insuper senem cōmuniter dici sexagenarium, aliàs septuagenarium.

32 LIMITA II. in capitalibus, in quibus senes mitius non puniri voluit Alber.in l. 1.§.impubes,in fine.ff.ad Sillan.vbi ponit illud,*Castiga iuuenem ferula,furca senem: Peccantem iuuenem corrige,pende senem*.Ant.Gomez.delict.c.1. nu. 68.vers.prima conclusio,vbi in id inducit tex.in l.prægnantis.ff.de pœn.

33 Sic & in homicidio senilem ętatem nō esse iustam causam minuendi pœnam probat,& defendit Petr.à Plach.in epithom.delict.cap.32.num. 14. Vbi quòd hoc est certissimum apud literatos vtriusq; classis,respondetq; ad tex.in l.2.ff.rer.amot.quòd procedat in pœnis arbitrarijs, de quibus dixi supra, num.27.non autem in pęnis determinatis à iure,prout est pęna homicidij.

34 Sed quòd immò senilis ætas faciat minuere pęnā etiam in crimine homicidij voluerūt Carer.in pract.in 3.tract. de homicid.§.circa quartum, nu.13.& Nouell. in tractat. ad defens.par.1.num.4.

35 LIMITA III. quia tunc demum senes puniuntur mitius, quando scilicet propter senectutem, & sanguinis diminutionem sunt etiam diminuti sensu, & intellectu, ita quòd repuerascere incipiant,iuxta trad.per glo.in l.senectus. C.de donat.& Bal.in l.quid ergo pęna grauior, in 2.lectura,col.5.num.10.ff.de pœn.prout sic refert Odd.de restit.in integr.par.2.q.80.nu.110.& ante eum benè exornat,& comprobat Tiraq.de pœn.temper.caus.8.num.4.& seqq & Ant.Gomez.de delict.cap.1. num. 68. versic.item etiam. Tūc enim excusatione digni videntur, vt in specie etiam in crimine hæresis adnotauit Decian. par. 1.lib.5.c. 37.rub.de defens.reor.num 58.dicens,quòd si senex decrepitæ ætatis aliquid impium dixerit,excusatur,si omnimoda mentis alienatio propter senectutem probetur, secus autem,quando sunt robusti, graues,perspicaces, & sapientes. Nam tunc eo grauius in illis puniēdum esse delictum, tanquàm patratum ab eo,qui plus cognoscens,minus delinquere debebat voluit expressè idem Odd.in loco præcitato, & potest etiam ad id ponderari tex.in c.tanta. 86. distinct. Vbi Summus Pontifex in ignoscendo illi seni cōsiderat illius simplicitatem,vt patet in illis verbis. *Sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus*, & sic etiam non sola senectute, sed & simplicitate motus est ad illi indulgendum; ergo simplicitate cessante, cessat etiam indulgentia,& facit,quia ratio, quare senectuti pœna mitigetur,est,quia tunc senes bonam partem consilij, & mentis amiserunt, prout probauit Tiraq. vbi supra, numero 6.& 7.& Anto.Gomez.d.num.68.eodem vers.item etiam. ergo cessante ratione cessare etiam debet ipsius pęnæ diminutio, prout in specie reperio voluisse Ias.in l.3.§.ignoscitur, num. 16.in fine. ff. ad Syllan.dum dixit, quòd nisi deliri sunt senes,quia mente carent,propter senium excusari minimè debeant.

36 Crederem prędicta procedere ad effectum,vt in totum seni parcatur, prout loquitur tex in d.c.tāta,sed ad effectū mitius puniendi non crederem sagacitatem obstare in pœnis, de quibus senex non est capax, & præsertim corporalibus.

37 Considera.

38 LIMITA IV. in pœnis pecuniarijs, in quibus senes non puniuntur mitius,prout probari videtur in l semper. ff.de iur.immu.dum ibi dicitur, *maximè si non tàm corporis habeat vexationem, quam pecuniæ irrogationem*.Petr.à Plach. in epith.delict.cap.32.nu.15.Ant.Gomez. variar.resolut. tomo 3.cap.1.rubr.de delict.num.68. ad finem, versiculo quarta conclusio.

39 LIMITA V. quia licèt senes mitius puniātur, nō tamen excusantur in totum,prout expressè tradiderūt.Ant. Gomez.de delict.c.1. nu. 68.in princ.& Clar.in pract.§.fi. q.60.

q. 60. verſ. ſucceſſiuè quæro, & eſt de mente omnium Do-
40 ctorum allegatorum, ſupra in reg. num. 21. Quamuis quòd
ſenibus delinquentibus in totum ignoſcatur ſuaderi vi-
deatur, ex l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur, in fine, verſ. igno
ſcitur. ff. ad Syllan. dum ibi dicitur, *ignoſcitur etiam his, qui
ætate defecti ſunt*, & ibi gloſſ. in verbo *ætate*, declarat ideſt
ſenectute. Quod & idem voluit alia gloſſ. in l. 1. §. impubes,
in verbo *ætas*, verſ. & etiam maior. ff. eodem. Item ex text.
in cap. tanta ibi, *& quia adhuc canis tuis parcimus*, & ibi glo.
in verbo, *quia ſimplicitatem*, alia concordantia iura refert
86. diſtin. cuius tex. verba repetita ſunt. in cap. tanta. 1. q. 7.
41 REGVLA II. ſit, quòd minores 25. annorum mitius
puniuntur, tex. eſt in l. 1. §. impubes, ibi, *ætas enim excuſatio-
nem meretur*, & ibi glo. in verbo *ætas*, ff. ad Syllan. item tex.
in l. ferè, in omnibus. ff. de reg. iur. cuius tex. verba ſunt, *fe-
rè in omnibus pœnalibus Iudicijs, & ætati, & imprudentiæ ſuc-
curritur*, & ibi Dec. num. 1. in 1. notab. & num. 3. verſic. &
idem eſt dicendum in minoribus 25. annis, tex. in l. aut fa-
cta. §. perſonam. ff. de pœn. dum ibi dicitur, *In huiuſmodi rei
conſideratione ætatis ratio quoquè habetur*, gloſſ. in l. impuni-
tas, in gloſſ. 1. verſ. mitius tamen. C. de pœn. Salycet. ibidem
ante num. 1. glo. in cap. 1. in verbo *non ita*, de delict. puer. &
ibi etiam Innocen. in verbo *ætas*, Anchar. num. 2. Card. Za
bar. num. 3. Ant. de Butr. poſt num. 4. Aret. in l. ſi ſeuerior,
poſt num. 5. in princ. & ad finem, verſ. & idem etiam in fa-
cto. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Bald. ibid. num. 4. vbi fa-
cit generalem concluſionem, quòd ætas eſt iuſta cauſa
mitigandi pœnas. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus,
num. 10. ff. de reg. iur. Rom. ſing. 816. Tu audiſti in princ.
Ang. de maleſ. in verbo, *ſcienter, & doloſè*, num. 12. verſic.
tamen cautus debet eſſe Iudex, & ibi in addit. littera A.
alij referuntur concordantes, & ibi Auguſt. de Arimin. in
verſ. & aduerte. Aret. conſ. 130. nu. 6. ad finem, verſ. venio
ad ſecundum. Marſil. in l. de minore, in princ. num. 57. ff.
de quæſt. Tiraq. de pœn. temperan. cauſa 7. num. 1. & ſeqq.
Vbi alijs ad hanc concluſionem relatis concordantibus
eam pluribus rationibus, & fundamentis comprobat, &
exornat Grammat. in conſtit. Regni, tit. de reſt. minor. nu.
7. vbi latiſſimè hanc comprobat opinionem, quàm teſta-
tur communem, & ſecundum eam ſe ita ſemper in practi-
ca ſeruatum vidiſſe affirmat per annos 50. in quibus fuit
Iudex per annos 33. Caccialup. conſil. crimin. diuerſ. 92.
numero 1. & ſeqq. lib. 1. vbi quòd ita in practica ſeruatur
in pluribus locis ibi per eum relatis, & latiſſimè hanc com
probat concluſionem Riminal. inter eadem conſi. conſil.
135. numero 10. & ſeqq. Vbi præſertim numero 20. Vbi di-
xit hanc opinionem eſſe ab omnibus paſſim receptam,
nec aliquem habere contradictorem. Et pariter inter
eadem conſil. Maluaticen. conſil. 111. numero 25. & ſeq. d.
l. prima. Foller. in pract. crim. in verbo *pœnis debitis ferian
tur*, num. 17. Duen. reg. 259. in princ. Couarr. in clemen. 1.
par. 3. in initio, numero 5. ad finem, verſ. hoc ipſum obti-
ner. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. numero 11. vbi
teſtatur de receptiori, & magis communi opinione. Clar.
in pract. §. fin. q. 60. in prin. ibi, *ſed minor 25. &c.* Vbi etiam
de receptiori opinione, ex Placha in loco præcitato. Io-
ſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 17. num. 41. & ſeqq. par. prima,
vbi & iura, & authoritates quamplures ad hanc regulam
adducuntur, ex quibus ſine dubio apparet illam receptiſſi-
mam eſſe. Menoch. de recuper. poſſeſſ. reme. 9. num. 49. &
de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 329. numero 1. & latius nume-
ro 13. & ſeqq. Bertazz. conſil. 118. nu. 1. & ſeqq. per totum.
& conſil. 143. num. 14. & conſil. 208. numero 24. & ſeqq.
& conſ. 378. num. 5. & ſeqq. & conſil. 492. num. 2. & ſeqq.
Decian. cōſ. 24. nu. 4. & ſeqq. lib. 3. Getar. Mazzol. conſ. 11.
nu. 135. & conſ. 64. num. 1. & ſeqq. Rolan. conſ. 51. nu. 42.
lib. 1. & latius conſ. 77. nu. 1. & omnibus ſeqq. per totum,
lib. 3. vbi præſertim, num. 9. in fine, teſtatur de humaniori,
& æquiori opinione. Bonacoſſ. in commun. opin. par. 1. fol.
114. col. 3. verſ. minor non debet puniri per totum, vbi plu
ribus refert Doctorum authoritates, Brunor. à Sole in ſuo
compend. iur. verſ. minor de iure communi, vbi etiam
alios refert, & teſtatur de communi. Sfort. Odd. in tracta.
de reſtitut. in integ. par. 2. q. 80. nu. 72. & ſeqq. Vbi relatis,
& reprobatis contrarijs rationibus, plures, & antiquio-
res, & recentiores, refert etiam de communi teſtantes De
cian. in ſuis tract. crim. par. 1. lib. 5. c. 37. nu. 56. Franc. Cal-
das in repet. l. ſi curatorem, in verbo *vel aduerſarij dolo*, nu.
5. C. de in integr. reſtit. minor. vbi magiſtraliter, & doctè
hanc concluſionem comprobat.
42 Quamuis contrarium, quòd minori 25. annorum non
ſit mitior pœna imponenda (licèt ſecùs credat de impu-
bere) pluribus contendat, & probare nitatur Vulpell. conſ.
101. per totum, vbi præſertim reſpondet omnibus iuribus,
in quibus propoſita regula fundatur, & teſtatur inſuper,
quòd ita Romæ ſeruatur, vbi dicit ſe pluries iudicaſſe;
quem etiam ſic dicentem refert Flam. Cartar. de exeq. ſen
ten. cap. fi. nu. 235. & ſeq. Quorum atteſtationes ſic ſimpli-
citer, & generaliter factæ, ſicut in iure repugnant Docto-
rum omnium communi opinioni. Ita etiam in facto veri-
tati contradicunt, prout ego, qui magis ipſis in Vrbe ver-
ſatus fui, & etiam iudicaui ſecundum ipſam veritatem, te
ſtari poſſum, adhibitis tamen infraſcriptis limitationibus,
& declarationibus.
43 AMPLIA I. vt minori ad hunc effectum, vt mitius
puniatur, datur à iudice in integrum reſtitutio, tex. eſt in
l. auxilium. § in delictis. ff. de minor. ibi, *niſi quatenus inter-
dum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnam Iudicem perduxe-
rit*, & ibi hoc notant Odofred. col. 1. poſt num. 1. verſ. niſi
quatenus, &c. & col. 2. poſt prin. in verbo *perduxit*. Fulgoſ.
in ſummario Barr. ante nu. 1. Petr. à Bellapert. in l. 1. col. 2.
verſ. aut quæritur de criminali, & ibi etiam Iacob. Butr.
in verſ. Quandoq; minori cōſulitur, & verſ. aut delinquit
ex dolo. Odofred. num. 4. verſ. Niſi quatenus. Cyn. num. 1.
verſ. ſi de communibus. Bal. nu. 3. in fine. Bar. nu. 1. ad fin.
Paul. de Caſtro, nu. 2. verſ. ſi autem non ſint atrocia, & nu.
2. ad finem, verſ. aut cadit, & Salycet. nu. 3. col. 1. in fi. verſ.
aut delinquit dolo. C. ſi aduer. delict. glo. in l. ferè in omni-
bus, in glo. 1. in verſ. ſi criminaliter, ff. de reg. iur. Dec. ibid.
nu. 3. item glo. in l. ſi ex cauſa. § nunc videndum, in verbo
ſubuenitur, verſ. ſi verò criminaliter. ff. de minor. & ibi etiā
Barr. nu. 3. in fin. Anchar. in c. 1. nu. 4. verſ. ſi de minoribus
de delict. puer. & ibi etiam Anan. num. 8. ad med. col. 6. in
prin. Sfort. Odd. de reſti. in integ. q. 80. nu. 72. & ſeqq. vbi
benè comprobat, concordantes plures refert, & de com-
muni teſtatur.
44 AMPLIA II. quia immò minori mitigāda ſit pœna
ſine vllo reſtitutionis auxilio, videtur de mente Doctor.
allegat. ſupra in regu. nu. 41. & expreſsè aduertit Odofred.
in l. auxilium, col. 2. poſt princ. ſub verſ. *perduxerit*, ff de mi
nor. Alber. ibidem poſt nu. 4. vbi dixit, quòd ita videtur de
mente illius text. & teſtatur ſe vidiſſe ita de facto ſeruari
in iuuenculo impubere, teneræ ætatis, & delicatæ comple
xionis, & ibi declarat etiam, quæ ſit vtilitas minori, vt ſibi
pœna minuatur potius ipſo iure, quàm ope reſtitutionis,
& videtur de mente Tiraq. de pœn. temper. cauſa 7. nu. 1. in
fin. vbi poſt Alex. quem allegat, ſcripſit, pœnam minori mi
tigandam, etiam quòd non petatur. Fran. Caldas in repet.
l. ſi curatorem, in verbo, *vel aduerſarij dolo*, nu. 50. in princ.
C. de in integ. reſtit. mino. Rolan. conſ. 77. num. 8. verſic. &
quòd ſit ipſo iure, lib. 3.
45 Quamuis contrarium, quòd immò reſtitutio ſit neceſ-
ſaria, videtur de mente Doctorum allegatorum ſupra, nu.
43. & in ſpecie ſic expreſsè voluerit Odd. d. q. 80. verſ. ſed
ego contra puto.
46 AMPLIA III. regulam ij. prædictam multò magis
procedere in infantibus, quos in delictis excuſari, cum do
li capaces non ſint, & quicquid agunt, ignorent, probat
tex. in l. ſed etſi quemcunquè. §. fina. ff. ad l. Aquil. l. infans.
ff. ad l. Corn. de ſicar. clem. 1. & ibi communiter omnes, &
præſertim Bonif. de Vitellin. num. 11. & ſeqq. de homicid.
l. mane. §. fina. & l. pupillus. ff. de acquiren. hæred. §. pupil-
lus, verſ. Nam infans, inſtit. de inut. ſtipulat. l. ſi infanti. C.
de iure deliberan. l. quòd infan. ff. de rei vendicat. l. impu-
berem, verſic. Nam infantes. ff. de furt. & iſto caſu excu-
ſatur infans ob conſilij innocentiam, non ope reſtitutio-
nis, ſed ipſo iure, prout communiter notant omnes in l. 1.
C. ſi aduer. delict. vt videre eſt ibi apud Iacob de Aren. in
prin.

prin. Iacob. Butrig. versic. primò imbecillitate consilij, & in versic. Dic ergo, quòd vbi minor iuuatur imbecillitate consilij. Fulgos. in fin. Bal. numero 3. Barr. numero 1. Alber. numero 1. Iacob. de S. Georg. numero 7. versic. Concludite. Paul. de Castr. numero 2. versic. vel distingue plenius, & Salyce. numero 3. vers. primò propter imbecillitatem consilij. Igne. in l. 1. §. si impubes, num. 5. versic. ego vero. ff. ad Syllan. Vbi omnia prędicta iura in id adducit. Cyn. in l. 2. in fine. C. si aduer. delict. Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum, num. 7. in fin. ff. de minor. Anchar. in cap. 1. numero 4. in fine de delict. puer. & ibi etiam Abb. num. 4. versic. nam infantes. Ioan. de Anan. num. 3. vers. & quia non probatur, & num. 8. post versic. in eadem glo. &c. Marian. Socin. numero 12. in fine, versic. Nam infantes, & nu. 14. versic. si verò est infans. Gandin. in fine de pœn. reor. post num. 30. Ang. Aret. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, numero 6. glo. in l. ferè in omnibus, in glo. 1. versic. aut infans, vbi etiam, quòd accusatur ipso iure, absquè alia restitutione, & ibi Gulielm. Mayner. num. 2. 4. & 6. & Dec. num. 1. vers. & hoc intelligitur. Cagnol. num. 1. ff. de reg. iur. Blanc. in pract. crim. §. imbecillitate, num. 1. fol. 77. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 329. num. 1. Clar. in pract. §. fina. quæst. 60. in princ. vbi de magis communi ex Plach. in loco infra mox allegando, Maurit. in tractat. de restitut. in integr. cap. 153. post num. 5. & cap. 161. per totum. Carer. in pract. in tractat. de homicid. §. circa quartum, nume. 2. Duen. reg. 259. in 2. ampliatione. Couarru. in clement. 1. par. 3. in initio, num. 5. vers. Qua ratione de homicid. Anton. Gomez. de delict. cap. 1. num. 57. Petr. à Plach. in epithom. delict. capit. 32. nume. 1. & nume. 2. vers. Qua ratione, vbi quòd hæc sententia frequentiori Doctorum calculo approbata est. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersarij dolo*, nume. 53. C. de in integr. restit. min. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 17. num. 63. & seq. par. 1. Iodoc. in pract. cap. 48. nume. 1. & seqq.

47 Contrarium, quòd immò, & infantes puniatur delinquendo, quādo sunt doli capaces, suaderi videtur, quia nō desunt Doctores, qui eos doli capaces esse posse admittūt; quorum plures retuli infra, num. 54 & seqq & voluerunt Dec. in d. l. pupillum, qui, nu. 2. vers. & hoc facit, nec dissentit Bonifa. de Vitellin. in clem. 1. num. 1. & seqq. & nu. 50. de homicid. & latè comprobat Marsil. in l. infans, nu. 2 & seqq. ff. de sicar. vbi ad id allegat glo. in cap. fi. de senten. ex comm. & maximè hoc procedere affirmat modernis temporibus, in quibus infantes (prout ipse vidisse testatur) hodie sciūt melius ludere ad taxillos, & alios decipere, quàm maiores 30. annorum, & idem repetijt in l. si quis te, nu. 3. & seqq. C. eod. Carer. in pract. in 2. tracta. de homicid. §. circa quartum, num. 3. ad finem. Duen. reg. 259. in 3. limitat. versic. & quòd infans possit esse doli capax. Iodoc. in pract. crimin. cap. 84. nume. 4. & seq. vbi etiam testatur, quòd suis temporibus pueri sunt nequiores, quàm antiquis temporibus.

48 Et scripsit Gregor. cap. 19. lib. 4. Dialog. infantem quinque annorum è manibus parentum propter assiduas eius blasphemias, à diabolo ereptum fuisse, de quo meminerunt glo. Hostien. & Io. Andr. in cap. 1. de delic. puer. Luc. de Penna in l. omnes. C. de delat. lib. 10. & dixit Hostien. post glo. in cap. paruuli. de consecrat. distinct. 4. referens dictum Diui Augustini ad Renatum Episcopum, quòd puer septennis, & mentiri, & negare, & confiteri potest, quòd & idē dixit glo. & post eam alij Doct. in d. cap. 1. de delict. puer. Quæ omnia, & alia pleraque benè inducit Igne. in l. 1. §. impubes, numero 3. in fine, vers. licèt, & num. 6. ff. ad Syllan. & in l. excipiuntur, post num. 16. ff. eod. Guliel. Mayner. in d. l. ferè in omnibus, num. 6. vers. Quamuis, vt dicit glo. ff. de reg. iur. Cagno. in l. pupillum, qui, post num. 3. ff. de reg. iur. Iodoc. in pract. crim. cap. 84. num. 4. Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 3. num. 19. vbi etiam refert, quendam vicinum suum Puerum ab infantili ætate, teterrimè contradicentibus parentibus, blasphemantem fuisse à rusticis occisum.

49 Igitur si in infante cadit dolus, non videtur quando delinquit, in totum excusandus, prout apertè voluerunt plures Doctores, quos retuli infra, num. 55. & expressè voluerunt Bonifac. in d. clem. 1. nu. 50. de homicid. Marsil. in d. l. Infans, num. 2. & seqq. & in d. l. si quis te, nu 3. & seqq. Nouell. in tracta. ad defen. par. 1. num. 34. fol. mihi 19. vbi amplius ausus est dicere, quòd infans non doli capax punitur pœna arbitraria; Doli capax autem pœna ordinaria, quod & idem repetijsse videtur, Andr. Gayl. obseruat. 110. numero 31. libro 2.

50 Verùm præmissis non obstantibus, nullo pacto recedas à proposita ampliatione, quæ sine dubio verissima est, & comprobatur ex ijs, quæ dixi infra, num. 54. & seqq. licèt enim quandoquè compertum fuerit, infantes doli capaces, & delinquentes. (Quatenus tamen eos doli capaces, & delinquentes nuncupare velimus.) Tales tamen casus non sunt in consequentiam trahendi, nec ob id dicendum, infantes, ex eorum delictis puniri, prout optimè in proposito aduertit Ioan. Andr. in cap. 1. post nu. 4. de delict. puer. & ibi Ioan. de Anan. numero 2. in fine, & num. 3. vbi post Florian. quem allegat, aduertit quòd infans ille quinque annorum ereptus fuit per diabolum propter blasphemias è manibus parentum in odium, & pœnam patris non corrigentis filium, potius quàm ipsius infantis, in quo propter ætatem nulla aderat doli capacitas, & in specie de puero blasphemante, dixi infra, num. 19. Igne. in d. l. 1. §. Impubes, num. 19. & seq. & in l. excipiuntur, numero 17. in fine, & numero 18. ff. ad Syllan. & dixi in simili de delictis carnis, infra numero 80. Guliel. Mayner. in d. l. ferè in omnibus, numero 6. in fine, versic. sed Iudicia Dei. ff. de reg. iur. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 57. in fine, vbi quòd, quæ nutu Dei aguntur, non sunt sub lege, cap. duæ, 19. quæst. 2. Blanch. in pract. crim. in §. imbecillitate, numero 8. fol. mihi 77.

51 AMPLIA IV. vt, & idē sit in proximo infantię, qui cum nec ipse, quid agat, sciat, nec multum à furioso distet. §. pupillus, institut. de inut. stipulat, ideò in delictis ipso iure, & absque restitutionis ope excusatur. Fulgos. in l. 1. in fine. C. si aduer. delict. Gandin. in tit. de pœn. reor. post nu. 30. Igne qui in idem alia inducit iura, in l. 1. §. impubes, numero 5. versic. Ego verò. ff. ad Syllan. & facit generalem conclusionem in proximo infantiæ, siue in accedendo, siue etiam in excedendo infantiæ annos, & in l. excipiuntur. num. 18. in fine, & seq. ff. eodem. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, ibidem nu. 2. ff. de reg. iur. vbi benè hanc conclusionem comprobat Dec. ibidem num. 2. versic. & hoc intelligitur. Marian. Socin. in cap. 1. post. nu. 14. de delict. puer. Maurit. de restit. in integr. c. 161. Ant. Gomez de delict. cap. 1. num. 57. vers. & idem est. Blanch. in pract. crimin. §. imbecillitate, num. 1. fol. mihi 77. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 36. & seq. Sfort. Odd. qui alijs relatis, testatur de communi, in tracta. de restitut. in integr. par. 2. quæst. 80. num. 44. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersarij dolo*, C. de in integr. restitut. minor. num. 53.

52 Contra hanc iiij. ampliationem facere videntur à fortiori ea, quæ dixi supra, nu. 47. & seq. & in specie de proximo infantiæ, quòd & is puniatur in delictis probare videtur tex. in c. 1. de delict. puer. vbi pueros grādiusculos à pęna in totum excusari negatur, & ibi glo. in verbo *grandiusculis*, exēplificat in pueris septem annorum, quos eo tempore doli capaces credit, cum eo tempore & mētiri, & verum dicere, & confiteri, & negare possint ex D. August. in loco ibi relato: Et dicit ibi tex. *quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & periuria nō esse peccata? et his plena est puerilis ætas*, & ibidem hoc notant Hostiens. nume. 1. & 3. & nu. 4. in fi. Ioan. Andr. in summario. Ant. de Butr. num. 1. ad fi. & post num. 6. Abb. num. 4. Anan. in c. 2. num. 5. vers. & est sciendum. eod. tit. de delict. puer. Maurit. de restit. in integr. cap. 153. num. 5. vers. Quòd si infantiam excesserit; & pro hac contraria opinione faciunt etiam Doctores allegati infra, num. 55.

53 Verùm ijs non obstantibus, non recedas à proposita ampliatione, quæ vt vides, communiter recepta est, & ad tex. in cap. 1. de delict. puer. cum ibi notatis per Docto. allegatos,

gatos, responde, quòd secundum veriorem intellectum loquitur in impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati, prout dixi infra, num. 57. Vnde non est inferendum ad proximos infantiæ, de quibus nos loquimur.

54 AMPLIA V. etiam in infantibus, & infantiæ proximis doli capacibus, quos pariter excusari in delictis facit, quia ad effectum puniendi impubere non sufficit doli capacitas, nisi etiam fuerint proximi pubertati, vt dixi infra, num. 59. & in specie scripserunt Igne. qui benè hanc ampliationem probat in l. excipiuntur, nu. 18. in fine, vers. sed adhuc, &c. & num. 19. & seq. ff. ad Syllan. & ante Igneum hoc bene defendit, & contrarijs respondet (reprobato etiam Aretin. ibidem contrarium sentiente) August. ad eundem Aret. de malef. in verbo *scienter, & dolosè* post nu. 6. Blanc. in pract. crimin. in §. imbecillitate, num. 6. & seqq. fol. mihi 77. Vbi reprobato Marsil. contrarium sentiente in locis infra allegandis, per plura iura demonstrat, non dari capacitatem doli in infante, vel infantię proximo, sed tantum in proximo pubertati; & propterea concludit frustra Doctores quærere, an infans, vel infantiæ proximus doli capax delinquendo mitius puniatur, quia non datur in tali ætate doli capacitas secundum eum. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. num. 57. ad finem, vers. & in tantum est verũ. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersari) dolo*, num. 53. C. de in integ. restit. minor. vbi alios refert, & præsertim Blanc. in loco præcitato, & testatur de communi.

55 Contrarium, quòd infantes, & infantiæ proximi doli capaces in delictis non excusentur in totum, voluerunt Angel. Aret. de malef. d. verbo *scienter, & dolosè*, num. 6. Marsil. in l. infans, nu. 2. & seqq. ff. de sicar. qui loquitur in infante doli capace, & pluribus hanc contrariam opinionem probat, & in l. si quis re, num. 3. & seqq. C. eod. quem refert Duen. reg. 259. in 3. limitat. in prin. & in fin. vers. est tamen notandum. Petr. a Plach. in epithom. delict. cap. 32. num. 4. vers. quod intelligo fol. mihi 556. post prin. Blanch. in pract. in § postquàm vidimus, quæ inditia, num. 87. fol. mihi 74. Iodoc. in pract. crim. cap. 84. num. 3 & seqq. vbi testatur de veriori opinione, & probat Barbat. contrarium sentientem in loco infra allegando; & pro istorũ opinione facere videtur tex. in c. 1. de delict. puer. vbi pueros grandiusculos in totum à pœna excusari minimè permittit, & ibi glo. in verbo *grandiusculis*, exemplificat in pueris vij. annorum doli capacibus, quos & mentiri, & verum dicere, & confiteri, & negare posse affirmat, ex August. in loco ibi relato, & idẽ voluit ibi glo. fin. in verbo *non ita* vers. itẽ nota, dum dixit, quod omne delictum cadit in puerum, postquam est doli capax, præter delictum carnis, & ibi hoc etiam notant Hostien. num. 1. & num. 3. & num. 4. in fine, Ioan. Andr. num. 3. in princ. & in fine. Card. Zabar. nu. 2. vers. Nota, q̃ puer doli capax Ant. de Butr. nu. 1. ad finem, & post nu. 6. Abb. nu. 4. Bonifac. de Vitellin. in clem. 1. nu. 16. & seqq. de homicid. vbi de infante doli capace. Et pro hac contraria opinione faciunt Doctores allegati infra, num. 60. vbi videtur eadem materia.

56 Et facit etiam, quòd voluerunt per illum tex. in c. 1. de delict. puer. ibi *quamuis in eis non ita, & in maioribus puniendo videantur*. Hostien. nu. 4. in fin. Ioan. Andr. in summario, & nu. 1. in verbo *non ita*. Card. Zabar. in summario, nu. 3. Ant. de Butr. num. 1. & post num. 4. Abb. nu. 1. & num. 3. in 3. notab. Io. de Anan. in summario, & nume. 1. Marian. num. 1. & 9. in fine, in 6. notab. & num. 21. dum dixerunt, proximos infantiæ delinquentes mitius puniri, si doli capaces fuerint. Quòd & idem voluerunt Card. Zabar. in clemen. 1. num. 6. de homicid. Maurit. in tract. de restit. in integr. cap. 161. num. 1. si mitius puniantur; ergo non est verum, quòd excusentur in totum.

57 Verùm ijs non obstantibus, non recedas à proposita ampliatione, & quòd attinet ad tex. in c. 1. de delict. puer. in quo contrarium tenentes faciunt præcipuum fundamentum. responde, quòd debet intelligi non de doli capace infante, seu proximo infantiæ, sed de proximo pubertati; ante enim hoc tempus nullus in impubere consideratur dolus, vt per Anchar. in d. c. 1. num. 4. in verbo *doli capax*, vbi quòd glo. & Doct. eo loci malè intelligunt illum tex. de puero in septennio, quia debet intelligi de proximo pubertati, Ioan. de Anan. num. 3. ad med. vers. aduerte etiam, & num. 6. post med. vers. colligit etiam, ibi Ang. &c. & post num. 8. vers. Nam pupillus proximus pubertati. Marian. Socin. num. 12. & 13. & vltra præfatos, sic etiam intelligunt omnes Scribentes, in clem. 1. de homicid. vt videre est, ibidem apud Card. Zabar. nu 7. Anchar. num. 8. Imol. num. 4. in fine, Igne. in l. excipiuntur. nu. 17. in fine. vers. nec obstat. ff. ad Syllan. Duen. reg. 259. in 3. limitatione, vers. & circa. Couarr. in epith. in 4. decretal. par. 2. cap. 5. n. 5. in fine, vbi expressè dixit, falsam esse gloss. in d. cap. 1. de delict. puer. volentem, textum illum dicentem, puerum doli capacem puniri, intelligi de puero 7. annorum. Sequitur Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 4. vers. ex his omnino falsa est, fol. mihi 556. in princ.

58 AMPLIA VI. in impuberibus, qui etiam, cum quicquid agant, ignorent. l. fina. ff. de iur. & fact. ignoran. hoc ideò, & ipsi in delictis excusantur, tex. est in l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan. dum ibi dicitur, *impubes seruus, vel ancilla, nedum viri potens non in eadem causa erunt; Ætas enim excusationem meretur*, & ibi glo. in verbo *ætas* Bar ibidem, nu. 1. Odofred. in princ. Rom. in summario. Igne. num. 1. & num. 9. vers. hæc ratio, vbi adducit tex. in l. cum autem. §. excipitur. ff. de edil. edict. qua cauetur impuberẽ capitalem fraudem non admittere. Item tex. in l. excipiuntur, in princ. & ibi gloss. in verbo *excipiuntur*, ff. eod. Odofred. in princ. Igne. num. 1. & num. 7. vbi adducit iura concordantia. Item tex. est in §. in summa, sumpto ibi argumento à contrario sensu. Aret. ibidem in summario. Nicas. etiã in summario. Instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. tex. in l. 1. §. impuberes, qui in falsa moneta, loquitur, & ibi notant omnes. C. de fals. mon. dum ibi dicitur, *Impuberes verò si cõsii fuerint, nullum sustineant detrimentum, quoniam ætas eorum quòd videt, ignorat*. Alius tex. in l. impuberem. ff. de fals. dum dicit, *impuberem in hoc edictum incidere dicendum non est, cum dolus malus in eam ætatem non cadat*. glo in l. si ex causa. §. nunc videndum, in verbo *non subuenietur*, ff. de minor. tex. in cap. illud 15. quæst. 1. Item text. in cap. 2. & ibi notant omnes, de delict. puer. Hostien. in cap. 1. num. 4. in fine, vers. si verò non erant doli capaces, de delict. puer. Marian in cap. 2. num. 17. vers. Quod aut puer, de delict. puer. August. ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, post num. 6. vers. & ideò dicit. Dec. in l. ferè in omnibus, num. 1. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 7. num. 6. versic. Impubes autem.

59 AMPLIA VII. etiam in impuberibus doli capacibus, ad hoc enim, vt impubes puniatur, non solùm requiritur capacitas doli, sed etiam quòd sit proximus pubertati, aliter non punitur, vt benè probat glo. in l impuberem, in glo. 1. & 2. & ibi etiam Ang. nu. 2 dicit se ita pluries in facto habuisse. ff. de fur. Item gloss. in l. impuberem, in verbo *ætatem*, ff. de fals. Et pariter ex tex. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. qui non solùm requirit doli, & intellectus capacitatẽ, vt patet in illis verbis, *vt rei intellectum capere possint*. Sed etiam, vt impubes sit pubertati proximus, vt patet in illis alijs verbis. *Nam is puer non multum à pubertate aberat*, & sic ad hoc, vt non excusetur, requiritur cum capacitate doli etiam ætas prædicta, vt pluribus demonstrauit Igne. in locis per me allegatis infra, num. 66. & in ijs terminis, quòd puer maior septennio, & sic impubes, excusetur in delictis, etiam quòd sit doli capax, benè demonstrat. Idem Igne. in d. l. excipiuntur, num. 18. in fine, & seqq. ff. ad Syllan. Et ita etiam cum hac ampliatione pertransire videtur August. ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, post num. 6. reprobato eodem Aretino, ibi contrarium sentiente, quem in proposito refert, & sequitur Clar. in pract. §. fina. quæst. 60 post princ. & ante Clar. Maurit. de restitut. in integr. cap. 153. num. 6. & 7. Et pro hac ampliatione faciunt, quæ de infantiæ proximis dixi supra, num. 54. Vbi videtur eadem materia.

60 Contrarium, quòd doli capaces, & præsertim impuberes, non excusentur, sed teneantur in delictis, probare videtur

videtur tex. in l. impunitas. C. de pœn. dum ibi dicitur, *Impunitas delicti propter ætatem non datur, si modo in ea quis sit, in qua crimen, quod intendit, cadere potest*, & ibi Bal. & Salycet. Item tex. in l. impuberem, & ibi Ang. in summario. ff. de furt. qui tex. loquitur in furto, de quo dixi in specie, infra num. 127. Item tex. in l. excipiuntur, in fine, in illis verbis, videlicet, *vt rei intellectum capere possent*, ff. ad Syllan. Bar. & Odofred. ibidem, in princ. Fulgos. num. 1. in fine, item tex. & ibi notatur per glo. & communiter omnes, in cap. 1. de delict. puer. dum ex eo tex. colligunt, in impuberem cadere omne delictum, præter illud carnis, & ibi intelligunt de impubere doli capace, quamuis non proximo pubertati, sed solùm septennium excedente, prout post alios videtur sensisse Marian. Socin. ibi, num. 15. versic. sed posita. Item nec dissentire videntur Doctores in clem. 1. de homicid. & præsertim ibidem Card. Zabar. num. 6. Anchar. sub num. 7. Imol. num. 4. in fine. Bonif. de Vitellin. num. 17. item tex. in cap. illud, & ibi præsertim glo. in verbo, *qui doli capax*, 15. q. 1. Bart. in l. 1. §. impubes. Bal. ibidem, in princ. Alber. in 1. notab. Fulgos. in vers. oppono, quòd impuberes. Rom. num. 1. in 1. notab. Igne. nu. 2. vbi adducit iura probantia doli capacem non excusari in delictis ff. ad Syllan. Aret. in §. in summa, num. 1. vers. & est clarum, instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. vbi dixit clarum esse, quod minor 14. annorum, quando est doli capax, potest committere vnum quandoque delictum, quod & idem voluisse videtur in suo tract. de malef. in verbo, *scienter, & dolose*, num. 6. & num. 12. Maurit. de restit. in integ. cap. 162. num. 1. Tiraq. de pœn. temper. caus. 7. num. 6. Carer. in pract. crim. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, num. 4. Hippol. Riminal. cons. crim. diuers. 135. num. 8. tomo 1. & pro hac contraria opinione faciunt de infantiæ proximis, quæ dixi supra, num. 35. vbi videtur eadem materia.

61 Verùm ijs non obstantibus, non recedas à proposita ampliatione, quæ verissima est, & pro responsione côtrariorum aduerte, quòd si rectè considerentur Doctores cô tradicentes, omnes ferè loquuntur in terminis, & in materia impuberis proximi pubertati, licè simpliciter de impubere doli capace faciant conclusionem. Sic etiam quãuis glo. & Doct. plerique & text. in d. cap. 1. de delict. puer. intelligant de puero grandiusculo, hoc est supra infantiã. Verior tamen videtur illius canonis interpretatio, vt intelligatur de proximo pubertati, & non antea, prout aduertêrunt in specie Doct. allegati supra, num. 57. & in terminis Anan. in d. c. 1. num. 6. post med. vers. colligit etiam ibi Ang. &c. (quicquid in côtrarium sensisse videatur ibi Marian. Socin. num. 15. vers. sed posita, &c. Immemor forsan eius, quod paulò antea dixerat. num. 13.) Sic quoquè quamuis Doctores præcitati in clem. 1. de homicid. tradiderint, maiorem septennio doli capacem non excusari. Tamen tunc illos doli capaces credunt, quando sunt proximi pubertati, & non anteà, prout idem adnotarunt Card. Zabar. nu. 7. Anchar. nu. 8. Imol. num. 4. in fine. Duen. reg. 259. in 3. limitat. vers. & circa.

62 AMPLIA VIII. in proximis pubertati, qui si delinquant, adhuc mitius puniuntur, quamuis doli capaces sint, tex. est in c. 2. de delict. puer. in fine, vbi loquitur de minore 14. annorum, & ibi dicitur eius delictum debere remanere *inultum*. Quod quidem verbum *inultum*, glo. ibi in verbo *inultum*, & communiter omnes declarant, hoc est non perfectè vltum. Bald. in l. 1. §. impubes, vers. tamen dicit Dynus. ff. ad Syllan. vbi, quòd non imponitur pœna *mortis*, & Bal. in l. si seuerior, num. 10. & ibi etiam Aret. col. 2. ad finem, vers. & idem etiam in facto. C. ex quibus cau. in fam. irrog. vbi dixerunt, quò si pupillus, quamuis doli capax, homicidium commiserit, quia tamen in eo minor dolus adest, quam in adulto, vel maiore, hoc ideò non pœna mortis, sed alia mitiori plectendus est, quamuis aliquando capitali pœna eum punitum fuisse probet tex. in l. excipiuntur, ff. ad Syllan. & in l. si arrogati. ff. de turel. refert hos, & sequitur Igne. in d. l. excipiuntur, nu. 48. in fine, & seq. Nec dissentit Tiraq. de pœn. temper. caus. 7. num. 6. ad finem. Ioan. Fabr. in §. in summa, instit. de inut. stipulat. Aret. ibidem. num. 1. vers. mitius tamen punitur. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 5. vers. sed in prædictis. ff. de reg. iur. Dec. ibidem, nu. 1. in fine, vers. & tali casu, & num. 2. vers. & quod in pupillo. Cagn. post num. 1. Idem Dec in l. pupillum qui, in fine, num. 6. ff. eod. Cagnol. ibidem, num. 4. in fin. Alber. in l. auxilium. §. in delictis sub nu. 4. ff. de minor. vbi amplius, quòd impuberi isto casu minuitur pœna ipso iure, absquè petita restitutione. Et quòd ita vidit de facto seruari Maurit. de restit. in integr. cap. 161. num. 1. Carer. in prat. crim. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, num. 4. Nouell. in tract. ad defen. par. 1. num. 35. Couarru. in clem. 1. par. 3. in initio, nu. 5. post vers. quis autem dicatur. Hippol. Rimin. cons. crim. diuers. 135. num. 11. tomo 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 62. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. nu. 6. & latius, nu. 11. vbi videtur testari de magis recepta Doctorum opinione. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 329. num. 2. Clar. in pract. §. final. q. 60. in prin. ibi, *sed in omnem casum, &c.* Ioseph. Ludo decis. Lucen. 17. nu. 68. & seq. par. 1. Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 47. & seqq. vbi benè exornat, & comprobat hãc conclusionem.

63 Contrarium, quòd proximi pubertati non puniantur mitius, sed quod delinquendo ordinaria pœna plectantur, voluit idem Bal. in d. l. excipiũtur, in prin. ff. ad Syllan. dum summando illum tex. extendit etiam ad condemnationem capitalem, & contra impuberem. Ang. ibidem, vbi aduertit, ibi esse casum, in quo impubes propter delictum etiam in non faciendo commissum punitur ad mortem, subdens, quòd quamuis sit dura sententia, non est tamen sine ratione. Fulgos. n. 3. vers. nota etiam, vbi refert, & sequitur Bal. in loco precitato, prout etiam eum refert Igne. in d. l. 1. §. impubes, num. 3. in fi. vers. Vnde Bal. & num. 4. & in l. excipiuntur, nu. 31. ff. eod. vbi benè notat, ea lege puniri pupillum tàm seuera pœna, nulla ætatis habita ratione. Et hanc contrariam opinionem, etiam quoad pœnam vltimi supplicij, & ordinariam, quandoq; licèt rarò; & ad tollendum memoriam criminis per istum puerum commissi, post alios, quos refert idem tenentes admittit Sfort. Odd. de resti in integ. par. 2. dicta quæst. 80. nu. 51. iuncto num. 54. & seq.

64 Verum his non obstantibus, non recedas à proposita ampliatione, quæ & verior, & magis communis est, & pro ea maximè faciunt allegati per eundem Odd. d. quæst. 80. num. 96. volentes in specie minoribus 25. annorum, ne dum impuberibus, minimè posse mortis pœnã imponi.

65 LIMITA hanc viij. ampliationem, vt procedat, prout loquitur, videlicet, vt pubertati proximus mitius puniatur, non autem vt excusetur in totum. Quòd enim proximus pubertati delinquendo non excusetur, est tex. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. in illis verbis: *Nam is puer non multum à pubertate aberat*, & infra in alijs verbis, *vt rei intellectum capere possint*. Odofred. ibidem in verbo *aberat*. Albert. ante num. 1. Ang. in primis verbis. Fulgos. in summario, & in 1. notab. Igne. nu. 1. in fine, & nu. 14. Item est tex. in §. in summa. Insti. de oblig. quæ ex delict. nascun. & ibi hoc notant Aret. in summario, & in 1. notabil. Nicas. etiam in summario. Est & alius tex. in l. pupillũ, qui. ff. de reg. iur. vbi dicitur. *Pupillũ, qui proximus pubertati sit capacẽ esse, & furandi, & iniuriæ faciendæ*, & ibi hoc notãt idẽ Igne. in l. 1. §. impubes, nu. 2. ff. ad Syllan. & ibidẽ nu. 6. vers. si verò maior sit septẽnio, vbi alijs relatis concordantibus, ita ferè per omnes teneri affirmat, & num. 11. post prin. vbi in idem adducit tex. in l. apud Celsũ. §. si quis non tutor, vers. deniquè. ff. de excep. doli, dum ibi dicitur, *Deniquè Iulianus quoquè sæpissimè scripsit, doli pupillos, qui propè pubertatem sunt, capaces esse*. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 5. ff. de reg. iur. Dec. ibidẽ nu. 1. vers. & hoc intelligitur. Cagn. nu. 1. vers. si sit maior infante. Salyc. in l. 1. nu. 2. vers. & dicitur doli capax. C. si aduer. delict. Gand. in tit. de pœn. reor. post num. 30. vers. si autem est pubes. Anchar. in cap. 1. num. 3. in fine, & num. 4. de delic. puer. Card. Zabar. in clem. 1. nu. 7. de homicid. & ibi etiam Anchar. nu. 8. Imol. nu. 4. in fine. Blanch. in pract. §. imbecillitate, num. 3. fol. mihi 77. Maurit. de restitut. in integr. cap. 153. num. 7. Nouell.

Nouell. in tract. ad defen.par.1.num.35. Anto.Gomez.de delict. cap.1.num.58. Petr. à Plach.in epith.delict.cap.32. nu.6. vers.illud etiam, & vers. seq. vbi reddit rationem. Menoch.de recuper. possess. remed.9. nu.41. & de arbitr. quæst.lib.2. casu 329.num.2.Sfort.Odd.de restit.in integ. par.2.q. 80. num.49. vbi quòd omnes admittunt, & præsupponunt hanc conclusionem.

66 SVBLIMITA præcedentem limitationem procedere, quando proximus pubertati est capax intellectus. Tunc enim non excusatur in totum. Sed si non est capax intellectus, & doli, prout multi reperiuntur impuberes, qui quamuis pubertati proximi sint,doli,& intellectus capaces non sunt, & tunc in totum excusantur, nec aliquo pacto puniuntur, secundum Fulgos. in l. excipiuntur, num. 3.ad finem. ff. ad Syllan. vbi dixit, quòd proximus pubertati, quantum ad pœnam delicti capiendam, erit ille, qui rei intellectum capere potest. Vnde(vt inquit ipse) *Vnus ergnomus*, etiam quòd sit proximus pubertati, forsan eo delicto nō tenebitur,& propterea quòd tex.in l.excipiuntur ff.ad Syllan.qui principaliter disponit proximū pubertati non excusari in delictis,procedat dummodo etiam iste pubertati proximus intellectum habeat cognoscendi,quid faciat,alias secus, pluribus demonstrat Igne. in d.l.excipiuntur,num.3.vers.Aduerte quòd Caius,& nu. 5.ad med. vbi amplius, quòd idiota,quantumcunquè viri potens excusatur in delictis, nec includitur,sub regula, dispositione illius textus, & num. 6. vbi quòd pubertati proximus non punitur,nisi habeat intellectum discernendi rem à re, allegat tex. in §.in summa.Insti.de oblig. quæ ex delict.nasc.In illis verbis, *Si proximus pubertati, & ob id intelligat se delinquere*,quasi vtrunquè requirat,& ætatē, & delinquendi intellectum: Rursus idem Igne.in d.l.excipiuntur, num.10. post Ioan. Andr.Ioan.Fabr. & Rom.in locis per eum ralatis, num.18.vers & sic non tantùm causa,& num. 27. post med. vers. & hac ratione, vbi expreſsè dixit, quòd ad effectum puniendi impuberem, lex requirit, per concursum ætatem pubertati proximam,& quòd sit doli capax,& nume 30. ad med.quod & idem expreſsè voluerunt etiam Hier. Cuchal. in addit. ad Dec. in l. ferè in omnibus,nu.1. littera B ff.de reg.iur. Cagno.in l.pupillum qui,num.7.ff.dè reg.iur.Ioan.de Anan.in c.1.num.6. post. med. (post Ang. quem allegat) de delict. puer. & ibi etiam Marian. Socin. num. 15. in fine, versic. item si esset proximus.

67 LIMITA præcedentem sublimitationem, quia q̄ proximus pubertati sit capax doli,& intellectus. præsumitur à iure, nec alia indiget probatione, & ideò allegans contrarium probare debet. Ita videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra, num.65.dum dicunt proximos pubertati non excusari in delictis tacitè etiam sentientes,tunc esse doli capaces,immò ēt,& huius ætatis pueros, expreſsè doli capaces esſè voluit gloss. in l.impunitas. C.de pœn. vbi tunc demum credit crimen cadere in ætate minoris,quando is fuerit pubertati proximus,sequitur ibi Salyc.post num.1.vers.& tunc,aut est proximus pubertati,& tradūt communiter omnes in clem.1.de homicid. vt videre est, ibi apud Card. Zabar.num.7. Anchar.num. 8. Imol. num.4. in fine. Sed hoc præcipuè probat tex. in §. in summa,de oblig. quę ex delict.nasc.in illis verbis,*Si proximus pubertati, & ob id intelligat se delinquere*, quasi quòd delinquendi intellectus ex illa ætate proueniat, sed melius probat tex.in l.apud Celsum.§.quæ in tutore, in vers. Deniquè.ff. de doli except. dum ibi dicitur, *Deniq; Iulianus quoquè sæpiſſimè scripsit doli pupillos, qui propè pubertatem sunt, capaces esse.* Et idem probat tex. in l.pupillum.ff. de reg.iur. dum inquit,*pupillum, qui proximus sit pubertati, capacem esse furandi, & iniuriæ faciendę*, quæ iura in id optimè ponderauit Igne. in l. excipiuntur, num 13. ad finem, & num. 14. ff. ad Syllan. & num.27.ad med. vers. & hac ratione, vbi expreſsè dixit, q̄ ætas pubertati proxima ex cōmuni hominum natura doli, & intellectus capax est, & num. 28. vbi propterea infert, quòd pubertati proximum lex præsumit intellectum habere, & idem repetijt, nu.35. Aret. in §. in summa instit. de obligat. quæ ex delict. nascunt. ante num.1.in primo notab. vbi expreſsè dixit præsumptionem esse,quòd proximus pubertati sit doli capax, & per consequens intelligat se delinquere. Salyc.in l.1.nu. 2.C.si aduer.delic.vbi dixit, quod pupillus est doli capax, quando est proximus pubertati. Marian. Socin. in cap.1. num.15.in fine, vers. item si esset,de delict.puer.vbi quòd proximus pubertati non tenetur de delicto, quando doceretur de eius simplicitatè,& sic tacitè sentit, simplicitatem non præsumi,nisi de ea doceatur, & quod pubertati proximus absque alio præsumatur doli capax, voluit etiā Ant. Gomez. de delict. cap.1. post num. 58. vers. ratio est Petr.a Plah.in epith.delict.cap.32.num. 4. ante vers. Rursus ne abs re fol.556 & nu.6. vers. extatque hodie. Blāch. in pract. crim.§. imbecillitate nu.6. fol.mihi 77. Menoch. de recuperan. poſſess. remed.9.num. 42.

68 Quamuis contrarium, quod immò ex ætate proxima pubertati non præsumatur doli, & intellectus capacitas, probari videatur ex tex. in d.l.excipiuntur,quæ lex ad puniendum impuberem non fuit contenta, vt is non multum à pubertate abesset, sed etiam addidit, vt rei intellectum capere poſſit, quasi quod ex proximitate pubertati non sequatur capacitas doli,prout sic illum tex ponderasſe videtur ibidem, idem Igne. num. 30. ad med. & facit pro hac contraria opinione,quod dixi supra quæst.89.nu. 49.vbi feci conclusionem,quòd in minore,& sic etiam in adulto dolus non præsumitur, item facit quod in specie voluit Cagnol. in l.pupillum, qui,num.5.ff.de reg.iur. vbi dixit proximum pubertati non præsumi de necessitate doli capacem, ideò hoc Iudicis arbitrio relinquendum credidit, secundum opinionem eorum, quos retuli supra num. 15.

69 AMPLIA IX. & multo magis in delictis in omittendo, in quibus minores 25. annorum non solum restituuntur in integrum secundum Tiraq.de pœn.temperan. caus.44 num.41. & 45. Vbi plures refert concordantes, & plures alios in idem refert Sfort. Odd. qui de communi testatur, pluribus hanc probat conclusionem, & eam nonnullis modis ampliat in tracta. de restitut. in integr. par.2 q.80 num.9. & seqq.& q. 83. num. 23.& seq.vbi pariter probat dari restitutionem in integrum minori 25. annorum aduersus dolum verum, qui in omittendo consistat,quando tractatur de damno vitando,licet secùs quē do agitur de lucro captando. Franc. Caldas in repe.l.si curatorem in verbo,*vel aduersarij dolo*, num.62 & seq C.de in integ.rest. min. Menoch. conf. 100. num.282.lib 1.vbi de communi. Bonacos. in comm.opin.par.1.fol.114. col. 2.vers.minor. vbi delinquit,vbi etiam de communi.

70 Sed etiam ipso iure absque alia restitutione excusantur secundum Aret.in §.in summa,num.1. ad finem insti. de oblig. quæ ex delict. nasc. Cagnol.in l.ferè in omnibus nu. 1.ad finem ff. de reg.iur. vbi quod delictum consistens in non faciendo non cadit in minorē. Ideò ipso iure seruatur illesus. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 59. Petr. à Plach. in epith. delict cap.32 num. 6. ad finem vers. longè quidem aliter, vbi testatur de frequentiori,& magis communi opinione, quicquid in contrarium senserint Doctores ibi per eum relati,Ioseph.Ludou.decis.Lucen.17.num. 64 par. 1.Tiraq de pœn.temper.caus. 44. num.45 Et quod in delictis, quæ in omittendo consistunt ipso iure, & absque ope restitutionis minoribus subueniatur, relatis, & reprobatis contrarijs, post glo. Cyn.Bal. Fulg. Castren. & alios in l. fin. C. si aduer. delict. dixit magis communem Sfort. Odd. de restit.in integ. par.2 quæst.80. num.

71 25 & seqq. vbi tamen declarat hoc procedere in delictis, quæ in omittendo consistunt simpliciter, secus in ijs, quæ partim in omittēdo, & partim in cōmittēdo mixtim consistunt,vt ibi per eum,qui bene vtrumq; huius distinctionis caput exemplificat. Addo ad præmissa text.in.l.minoribus.C.quib. vt indign.& in Auth.si captiui.C.de Episcop.& cler. quibus iuribus probatur minori parcendum esse in pęnam indigni, quam incurrunt,aut nō vindicādo mortem patris, aut eum non liberando à captiuitate.

72 AMPLIA rursus præcedentē ix ampliationem,vt in delictis in omittēdo multo magis excusentur,& nō teneātur

tur impuberes etiam doli capaces, seu pubertati proximi Bart. post Dyn. in l. 1. §. impubes, num. 2. per illum text. ff. ad Syllan. Bal. ibidem post prin. Alber. versi. tamen quando deliquit in non faciendo, &c. Fulgo. in vers. oppono, quod impuberes Rom. post num. 1. vers. attamen à delicto commisso in omittendo. Igne. nu. 2. in fin. versi. Bar. vero hic dicit, & nu. 3. vers. Prima est, & n. 5. vers. ego verò, vbi dixit hanc Dyni conclusionem ab omnibus approbatam, Fulgos. in l. excipiuntur in 1. notab. ff. ad Syllan. Rom. ibidē, n. 1. in 1. notab. Saly. in l. 1. n. 3. in fine in 15. notab. C. de fals. mon. Aret. in §. 1 in summa. n. 1. vers. & aduertas Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. & in tract. malef. in verbo *scienter, & dolosè*, nu. 13. Cagnol. in l. ferè in omnibus, nu. 2. ad finem. ff. de reg. iur. vbi quod isto casu succurritur ipso iure absque alia restitutione. Anan. in c. 1. post. nu. 10. de delict. puer. & ibi etiam Marian. Socin. num. 16. Idem Marian. in c. ad audientiam, nu. 49. de homicid. Tiraq. de pœn. caus. 44. nu. 44. Vbi quod ipso iure absque alia restitutione excusantur, & non puniuntur. Marsil. in l. infans, num. 7. ff. de sicar. & in l. si quis te. nu. 7. C. eod. Carer. in pract. in 2. tract. de homicid. §. circa quartū, nu. 6. Hippol. Rimin. cons. crimin. diuer. 135. nu. 8. tom. 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 59 Barth. Thege. in sua pract. crim. par. 5. nu. 26. Clar. in pract. §. fin. q. 60. in princ. Rolan. cons. 64. num. 8. lib. 3.

73 LIMITA dictam ix. ampliationem non procedere in delictis in omittendo dolo commissis, si enim minor 25. annorum dolo aliquid omittendo deliquerit, non excusatur, nec ope restitutionis ei subuenitur secūdum glo. in l. si ex causa. §. nunc videndū in verbo, *ei subueniatur* in fine. ff. de minor. & hanc tanquam veriorem opinionem, dummodò tamen constet de dolo vero aliter, quam ex natura actus, amplectitur Sforz. Odd. de rest. in integ. par. 2. quæst. 80. num. 21. & seqq.

74 Sic & impuberes in delictis in omittendo, quando dolo delinquunt, & sunt doli capaces, non excusari scripserunt Bar. per illum text. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. Odofred. ibidem, vers. quod est verum. Bald. in l. 1. §. impubes. vers. adde quòd dictum Dyni fallit, &c. ff. ad Sillan. August. ad Ang. de malefact. in verbo *scienter, & dolosè*, post numer. 12.

75 Contrarium, quòd immò in delictis in omittendo, etiam quòd dolus interueniat, succurratur minoribus 25. annorum, fuit de mente Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum, post nu. 3. vers. quid ergo, ff. de minor. Vbi dolū in omittendo vocat non verum, sed præsumptum dolum, & propterea aduersus eum, si sit de præterito, datur restitutio, vt ibi per Alber. & dixi infra. nu. 181.

76 Sic etiam quòd succurratur impuberibus, etiam doli capacibus, & pubertati proximis, in delictis in omittēdo, etiam quòd dolus interueniat scripserunt Fulgos. in d. l. excipiuntur, num. 3. vers. & per hoc, Bar. & nu. 4. versic. in glossa peu. ff. ad Syllan. vbi dicit, quòd malè Bar. allegauit illam legem, quòd impubes teneatur de delicto in committendo, si illud cadat in dolum, quia ibi nō adest simplex delictum in omittendo, sed ex negligentia impuberis alijs concurrentibus, de quibus in d l. præsumitur conscius, & particeps, & sic punitur ex delicto dolo commisso in committendo, non autem in omittendo, & propterea August. ad Ang. de malef. d. verbo *scienter, & dolosè*, post n. 12. supra in contrarium allegatus non dixit simpliciter doli capacē, & pubertati proximum puniri pro delicto in ommittendo, sed tunc demum, quando concurrunt illa alia, de quibus in d. l. excipiuntur, ex quibus secundum Fulgos. in loco præcitato oritur delictum in omittendo, non autem in committendo, & aduertit etiam Anan. in c. 1. nu. 10. ad med. vers. in eadem glo. de delict. pur. & pro hac eadem opinione addo etiam Rom. in l. 1. § impubes, num. 1. in fi. vers. quòd tamen intelligas. ff. eod. & facit, quia, vt dixi supra, nu. 59. Dolus solus etiam in committendo non sufficit ad condemnandum impuberem, nisi is fuerit pubertati proximus. Ergo multo minus in omittendo.

77 AMPLIA X. in delictis carnis, & etiam in crimine adulterij, in quo (quamuis inter atrociora reponatur) minores tamen 25. annorum mitius puniendos esse, voluisse videtur. Alber. in l. auxilium. §. in delictis, nu. 3. ff. de minor. vbi facta conclusione generali, quòd minor non restituitur in criminibus atrocioribus, & præsertim adulterij, subdit postea, *Nisi quatenus miseratio ætatis, &c.* ergo secūdum eum etiam in hoc crimine ætatis miseratio habetur, prout, & idem altius materiam repetendo, pluribus comprobauit Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 81. nu. 1. & seqq. & post num. 19. & 20. vbi generaliter loquitur in omnib. delictis carnis, & benè respondet ad text. in d. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, nu. 61. in fine. C. de in integ. restit. minor. & hanc opinionem credo veriorem, quia si in crimine sodomiæ ætatis miseratio habetur, prout mox dicam, multo magis talis miseratio haberi debet in hoc crimine.

78 Quamuis contrarium, quòd immò in crimine adulterij, nec etiam datur restitutio, aut Iudicis officium, vt minor mitius puniatur; videatur de mēte glo. in l. si ex causa. §. nunc videndum, in verbo, *& subuenitur*, vers. si verò criminaliter. ff. de minor. & facit optimè tex. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. vbi facta generali cōclusione, quòd in delictis atrocioribus Iudex interdum ad ætatis miserationem, & ad mediocrem pœnam imponendam perducitur. Subdit postea Iurisconsultus in his verbis. *Vtique nulla deprecatio adulterij pœnę est*, quasi velit dicere, nec etiam ad minuendum pœnam, & est de mente glo. ibidē, in verbo, *atrocioribus*, in fine, vbi dixit, quòd in hoc crimine, *nullo modo*, subuenitur minori.

79 AMPLIA rursus præcedentem x. ampliationē, multò magis procedere in impuberibus, qui cum sint ad coeundū impotētes, hoc ideò excusantur in totum, & minimè tenentur in crimine adulterij, & alijs delictis carnis, tex. est in l. si minor, & in l. si adulterium. §. fratres. ff. ad l. Iul. de adult. sumpto ab illis ll. argumen. à contrario sensu. Item tex. expressus, in cap. 1. de delict. puer. & ibi hoc notant gloss. in verbo *non ita*, in vers. item nota. Innocen. in verbo, *generalibus*. Hostien. n. 2. in fine, in verbo, *membris genitalibus*. Card. Zabar. in summario. Ant. de But. nu. 1. & nu. 3. Abb. nu. 2. in 2. notab. Io. de Anan. in summario, & num. 1. Marian. nu. 1. & nu. 6. Card. Zabar. in clem. 1. nu. 6. de homicid. & ibi etiam Anchar. nu. 7. ad finem, gloss. in l. excipiuntur, in verbo, *alia*, in fine, ff. ad Syllan. & in l. pupillum, in 1. glo. in fine. ff. de reg. iur. alia glo. in l. impunitas, in verbo *cadere*, in fine. C. de pœn. Salyc. ibidem, nu. 1. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, nu. 5. & num. 7. vers. interdum, & secundo. ff. eod. Iacob. de Aren. in l. 1. vers. interdum defectu naturalis præsidij. C. si aduer. delict. vbi quòd isto casu succurritur in totum istis impuberibus, nō ope restitutionis, sed ipso iure, propter defectum naturalis præsidij. Quod, & ibidē voluerunt Iacob. Butrig. vers. aliquando ei consulitur. il 1. & in vers. idem, quādo iuuetur imbecillitate ætatis. Bald. nu. 3. vers. interdum excusatur defectu naturalis præsidij. Bart. num. 1. vers. Quandoq; minor iuuatur. Alber. post. nu. 1. vers. interdum excusatur ex defectu. Paul. de Castr. nu. 2. vers. aut loquimur in maiore infante, & Salyc. num. 3. vers. 2. propter ætatē. Alber. in l. auxilium. §. in delictis, nu. 4. post med. vers. sed quare. ff. de minor. Aret. in §. in summa, nu. 1. vers. & est clarum, instit. de oblig. quæ est delict. nasc. Cyn. in l. 2. in fin. C. si aduer. delict. Igne. in l. 1. § impubes. nu. 8. vers. Quamuis hoc. ff ad Syllan. & ibidem nu. 13. ad med. & in l. excipiuntur, nu. 15. & post num. 20. ff. eod. Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 30. vers. sed fallit, in minorum, idem Aret. in tract. malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 6. Carer. in pract. crimin. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, nu. 4. Ant. Gomez. de delic. c. 1. nu. 59. vers. similiter, &c. Petr. à Plach. in epith. delict. c. 32. nu. 8. Franc. Caldas in repet. l. si curatorē, in verbo, *vel aduersarij dolo*, nu. 55. C. de int. rest. min.

80 Contra propositam ampliationem valde facere videtur, quòd plures impuberes reperti fuerunt viri potentes, & per consequens in delictis carnis excusandi non videntur. Nam vt refert gloss. in cap. summa. 20. quæst. 1. authoritate Gregor. lib. 4. dialog. cap. 19. repertus fuit puer

puer nouem annorum, qui Nutricem impregnauit. Et refert etiam Hieron. in Epistola ad Vitalem presbyterum, quæ est viij. 1. tractatus, 2. partis, Salomonem fuisse 11. annorum, cum Roboam filium suum genuit, similiter testatur de Achaz, quòd in 11. anno pariter genuit Ezechiã suum filium, & in proposito verba Diui Hierony. in eadem Epist. ac prædicta exempla refert Igne. in l. 1. §. impubes, post num. 7. & in l. excipiuntur, post num. 16. ff. ad Sillan. Guliel. Mayner. in l. pupillum qui, num. 3. in fine. ff. de reg. iur. & ante istos Hostien. in cap. 1. post num. 3. de delict. puer. & ibi etiam Ioan. And. post num. 4. Card. Zabar. num. 3. colum. 2. in princ. vers. vnde legitur. Ant. de Butr. post num. 7. Abb. num. 5. & ibi And. Barbat. in addit. in verbo, *doli capax*, ad finẽ addit. Io. de Anan. n. 5. & seq. & n. 6. vers. refert etiam, vbi refert Hostien. vidisse puerum 11. & 12. annorum, pariter potentem ad impregnandum, & Marian. num. 17. Bonifac. de Vitellin. in clem. 1. num. 19. de homicid. Couarr. in epith. in 4. decretal. par. 2. cap. 5. post num. 4. Petr. à Plach. in epith. delic. cap. 32. post nu. 8. & dixit Goffred. in l. excipiuntur, in fin. ff. eod. quòd hodie tanta est minorum malitia, vt proximi pubertati carnaliter, & cum effectu mulieres cognoscant.

81 Verum ijs non obstantibus, non recedas à proposita ampliatione, quæ vt vides, magis communiter recepta est, & verissima, proceditquè etiam in impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati. sicut in specie in ijs loquuti sunt. Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 30. vers. sed fallit in minore 14. annorum. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 5. ff. de reg. iur. Anton. Gomez. de delict. cap. 1. num. 59. eodem vers. similiter, &c. Sforz. Odd. de restitut. in integr. par. 2. quæst. 81. num. 22.

82 Et licèt quandoquè pueri prædicti sic ante pubertatem viri potentes comperti fuerint, id vtiquè accidit, non suapte inclinatione, sed coacta natura, sic etiã licèt vnus plus altero abundet, nec omnium æqua sit coeundi potentia, in consequentiam tamen trahi non debent, vt per Hostien. & Henric. Boyc. in cap. puberes, extr. de desponsat. impub. Hostien. in cap. 1. num. 3. in fine, ver. sed hoc rarò, de delict. puer. Ioann. Andr. vers. sed quia rarò cõtingit. Cardin. Zabar. num. 3. col. 2. in princ. vers. solutio, &c. Io. de Anan. num. 4. ad finem, & num. 5. vbi amplius post Florian. quem allegat, aduertit, quòd Gregorius in præcitato dialogo nõ refert illud exemplum de puero nouem annorum, qui dicitur impregnasse Nutricem, & post istos benè aduertit Igne. magnus gallus in d. l. 1. §. impuberes, num. 19. vers. tertio obstat, & num. 20. ff. ad Sylan. & in l. excipiuntur, num. 17. in fine, vers. nec mouere possunt, & num. 18 ff. eod. Sed an isto casu excusentur in totum, an verò sint mitius puniendi, vide infra, num. 93.

83 AMPLIA II. dictam decimam ampliationem in crimine sodomiæ, in quo infantes, & infantiæ proximos excusari scripsit Sforz. Odd. de restitut. in integ. par. 2. q. 80. sub num. 44.

84 Sic & pubertati proximos in crimine sodomiæ excusandos esse suaderi videtur ex generaliter traditis supra, nu. 81. & in specie voluit Anton. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 60. in fine. vbi dicit se liberasse, licèt cum difficultate puerum 11. annorum, qui cum cane semen emiserat, quem referendo etiam sequuti sunt Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 8. in fine. Clar. in pract. §. fina. quæst. 60. in princ. vbi tamen, qd & hoc idem ipse in iudicando semper exequeretur, quoad pœnam ordinariam, secùs quoad extra ordinariam, secundum quam dicit etiam se vidisse seruari in quibusdam pueris, qui ex quo permiserunt, se ab alijs carnaliter cognosci, fuerũt fustigati. Ioseph. Ludo. decis. Lucen. 17. num. 47. part. 1. vbi refert. & Ant. Gomez. & Clar. in locis præcitatis, & ego etiam pueros dummodo non excedant annum vigesimum, vidi semper, vel fustigatos, vel ad Triremes, iuxta ætatis qualitatẽ trãsmissos.

85 Sic etiam, & puberes, ac minores 25. annorum in eodẽ sodomiæ crimine, mitius puniendos consuluit Socin. iun. in consil. 7. lib. 3. in casu, in quo quidam adolescens ætatis annorum 20. carn aliter cognouit alium adolescentulum annorum 14. in circà, dicitquè ratione minoris ætatis vtriquè pœnam temperandam, eo magis illi adolescentulo iuniori, cuius ætas cum sit magis tenera, maior etiam illius miseratio habenda, vt ibi per eum, & Socin. eo loci referendo sequuti sunt Hippol. Riminal. consil. criminal. diuers. 135. num. 18. tomo 1. Menoch. de arbir. quæst. lib. 2. casu 329. num. 5. & casu 286. num. 18. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 17. num. 46. par. 1. Rolan. consil. 77. num. 9. vers. sextodecimo accedit, &c. lib. 3. Ex quibus patet posse dici sic communiter receptum per Doctores.

86 Quamuis contrarium voluerit Bombin. in consil. 65. prout illum refert Bonacoss. in communi opinione par. 2. versic. sodomitæ puniantur, fol. 71. colum. 1. Grammat. in constit. Regni, titu. de restitut. minor. num. 7. in fine testatur, quòd quidam filius tabernarij in ciuitate Neapoli fuit de communi voto Consilij ad vltimum supplicium, & posteà ad flammas condemnatus, non obstante minori ætate, & cum hac contraria opinione concordat constitutio Marchiæ, lib. 4. cap. 69. quæ loquitur in minore, excedente annos decem, & octo.

87 AMPLIA III. eandem x. ampliationem etiam in crimine raptus, in quo minorem ætatem excusare à pœna ordinaria, consuluit in minore annorum 18. Cuman. consil. 95. incip. Christoforus ad finem, versic. & hæc benignior sententia, quem referendo sequuti sunt Hippol. Riminal. consil. crimin. diuersor. 135. num. 16. tomo 1. Gerar. Mazzol. consil. 11. post num. 13. Ioseph. Ludouic. conclus. 17. num. 42. par. 1. Roland. consil. 77. num. 9. versic. decimo. Cuman. &c. & vers. seq. lib. 3. vbi, & in idem allegat etiam Alber. in l. si quis non dicam rapere, colum. 4 versic. aut est pubes. C. de Episcop. & Cler.

88 AMPLIA IV. quia minor ætas excusat etiam à pœna ordinaria Christianum carnaliter cognoscentem Iudæam. Alciat. respons. 458. in fine, quem refert, & sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 329. num. 4.

89 AMPLIA V. propositam x. ampliationem in crimine incæstus, in quo minorem ætatem excusare probat text. in l. si adulterium. §. fratres. ff. ad l. Iul. de adult. vbi fratres Imperatores Claudiæ crimen incestus propter ætatem remiserunt, & per ipsum tex. hoc idem scripserunt glo. in l. auxilium. §. in delictis, in verbo, nec si quid. ff. de minor. Fulgos. ibidem, num. 4. ad finem. Dec. in l. ferè in omnibus, num. 4. in fine ff. de reg. iur. Cagnol. ibidem post num. 1. versic. facit text. Nouell. in tracta. ad defens. par. 1. num. 37. Maur. tit. de restitut. in integr. cap. 153. num. 5. in fine. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 329 num. 3. Rolan. consil. 77. num. 7. lib. 3.

90 Verum in præmissa ampliatione aduerte ad duo, & primo, secundum Fulgos. in d. §. in delict. ff. eod. num. 4. ad finem, quòd hoc ideo in d. § fratres, minor excusatur in crimine incæstus, quia concurrebat etiam color, & causa matrimonij, cum ignorantia iuris, & tamen his concurrentibus, nec etiam semper minores excusandos benè demonstrat Paul. Ghirlan. de pœn. omn. coit. quæst. 2. num. 9. & Boss. qui benè declarat materiam, & quem omnino videas in tit. de decret. Mediolanen. num 19. per totum, in discursu, quem etiam retulit super quæst. 90. num. 40. vbi vide.

91 Secundò aduerte, secundum Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 2. q. 81. num. 14. dicentem, tunc demum minorem ætatem in hoc crimine excusare, quando coitus est prohibitus, solùm de iure ciuili, & sic adest iuris ciuilis ignorantia, secùs si esset prohibitus de iure naturali, vel gentium, quia tunc talis ignorantia non excusat in hoc incæstus crimine, vt ibi per eum, post Abb. Paul. Ghirlan. & alijs in locis per eum relatis.

92 LIMITA I. dictam x. ampliationem, de qua supra, nu. 77. vbi dixi, minoritatem excusare in delictis carnis, vt procedat, prout loquitur, videlicet ad hoc, vt mitior pœna imponatur, non autem vt in totum minor excusetur, prout est tex. expressus in l. si minor. ff. ad l. Iul.

de adulter. dum ibi dicitur, *si minor annis adulterium commiserit, lege Iulia tenetur, quoniam tale crimen post pubertatem incipit*, & in l. si adulterum. §. fratres. ff. eodem, in illis verbis *cum alias adulterij crimen, quòd pubertate delinquitur, non excusetur ætate*. Item tex. expressus in l. auxilium. §. in delictis, vers. sed vt. Vbi generaliter loquitur in omnibus capitibus compræhensis, sub l. Iulia, de adulterijs, & ibi gloss. in verbo *minor*, Odofred. post num. 1. vers. sed si minor deliquit, in l. Iulia, &c. Alber. num. 3. ff. de minor. Maurit. in tract. de restit. in integ. cap. 153. num. 2. Rolan. cons. 77. num. 4. lib. 3.

93 LIMITA II. eandem x. ampliationem, vt supra, nu. 79. vbi dixi, impuberes excusari in delictis carnis propter impotentiam coeundi naturalē, non procedere, quando constaret, quòd dicti impuberes essent viri potentes. Hoc enim constito (prout in primis constare debere, post Henric. Boyc. in d. cap. impuberes, de desponsat. impub. dixit Igne. in d. l. 1. §. impubes, num. 20. ff. ad Syllan. eo quia impuberes de iure præsumuntur impotentes, vt communiter tradunt omnes per illum tex. in cap. 1. de delict. puer.) Tunc dicti impuberes, licèt mitius puniantur, quàm maiores, non tamen excusantur in totum, prout videtur de mente Goffred. in l. excipiuntur, in fine. ff. ad Syllan. Nec dissentit Igne. in d. §. impubes, num. 20. ad finem, vbi tamen adhuc, & isto casu impuberes mitius puniendos affirmauit, per tex. in cap. 1. in fine, de delict. puer. Vbi videtur facere differentiam inter ius ciuile, & canonicum, ex Salycet. quem allegat in l. impunitas, post num. 1. vers. Nam in adulterio. C. de pœn. & ita omnes tenent, in l. si minor. ff. de adulter. & sic se habere communem opinionem, testatur Franc. Caldas, qui eam benè defendit ab impugnationibus. Anton. Gomez. in loco nūc allegando in repet. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, num. 55. C. de in integ. restitut. minor. Sforz. Odd. de restitut. in integr. par. 2. quæst. 81. num. 23. Vbi relatis hinc inde contrarijs, hos impuberes viri potentes pariter puniendos affirmat, non tamen pœna ordinaria, sed acriter.

94 Quicquid in contrarium dixerit, ac probare nixus fuerit Ant. Gomez. de delict. cap. 1. n. 60. vbi ampliùs testatur, quòd aliàs fecit liberare, licèt cum difficultate, puerum 11. annorum, qui semen emiserat, & quòd plus est, sodomiam commiserat, cum cane, loquitur Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. n. 8. in fin. vers. à priori sententia libenter discedo.

95 AMPLIA XI. & principaliter propositum huius quæstionis secundam regulam, vt multo magis procedat in delictis culpa commissis, in quibus, minorem ætatem minorum excusare voluit glo. in l. ferè in omnibus in glo. 1. in prin. ff. de reg. iur. est text. in l. 1. C. si aduers. delict. in illis verbis, *Si tamen delictum non ex animo, sed extra venit, noxia non committitur*. Gandin. in titu. de pœn. reor. post num. 30. vers. & in hoc casu.

96 Quòd, & idem, & etiam fortius in impuberibus quamuis doli capacibus, & proximis pubertati, vt excusentur in totum in delictis culpa commissis, voluerunt Io. Faber. in §. in summa, instit. de obliga. quæ ex delict. nasc. Aret. ibidem num. 1. vers. quinimo. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus num. 11. ff. de regul. iur. & est gloss. in cap. 2. in verbo *inultum*, ad finem vers. & quia delictum, extr. de delict. puer. Vbi loquitur in minore 14. annorum, & ibi etiam Anchar. num. 4. Marian. num. 1. in fine, & num. 17.

97 vers. primo casu, & num. 18. & 19. Vbi notabiliter loquitur, & ampliat, vt isto casu minor excusetur in tantum, vt nec ciuiliter ad interesse teneatur, de quo particulariter dixi infra num. 177. & seq.

98 AMPLIA hanc xj. ampliationem, vt procedat nō solum in culpa leui, vel leuissima, secundo Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus num. 11. ff. de reg. iur.

99 Sed etiam in culpa lata. Nam adhuc aduersus delicta culpa lata commissa minor ætas est causa concedendi restitutionem in integrum, secundum eundem Mayner. in d. l. ferè in omnibus sub nu. 14. ff. de reg. iur. Vbi refert contraria, & illis respondet, & ante eum in hac opinione videtur residere Cy. in l. 1. nu. 2. C. si aduer. delic. & etiam Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum sub nu. 3. post med. vers. qd ergo hic glosa dicit, & vers. sed Rayner. Vbi etiam refert contrarium tenentes Sforz. Odd. qui alijs relatis, testatur de magis communi, & æquiori opinione in trac. de restit. in integ. par. 2. q. 80. nu. 36. & seqq. vbi etiam latè respondet contrarijs rationibus, & argumentis.

100 Quamuis contrarium, quòd pro culpa lata non detur minori restitutio in integrum voluerint Petr. de Bellap. l. 1. col. 2. vers. ego semel quærebam. C. si aduer. delict. vbi dicit, quòd iustitia sæcularis nunquam seruaret contrarium, & hanc opinionem communiter amplexi sunt alij Doctores antiqui, quos retulit, sed sequutus non est Sfor. Odd. d. quæst. 80 num. 37. versic. 4. quia, &c.

101 AMPLIA II. d. XI. ampliationem, vt procedat etiam in criminibus grauibus, & atrocibus, prout est homicidium, in quibus minor delinquens culpa lata, adhuc videtur excusandus in totum, vt per Alber. in l. si ex causa. §. nunc videndum, num. 3. vers. est ne hoc verum. ff. de minor. vbi relatis contrarium dicentibus, isto casu, aliquā esse infligendam pœnam, licèt non ordinariam, in hac videtur residere sn̄tia, & in specie in homicidio culpa cōmisso, quòd homicida restituatur in integrum voluerunt glos. in c. 2. in verbo *inultum* ad finem vers. & quia delictū, ext. de delict. puer. quam ibidē sequuti sunt Hostien. post num. 4. Ant. de Butr. nu. 3. vers. hinc est. Anchar. nu. 4. Marian. nu. 1. in fin. vers. vel sic secundum intellectum nouū, & nu. 17. in fine, & seqq. vbi benè comprobat hanc conclusionem. Et quod etiam in atrocibus, & grauibus delictis minor succurratur aduersus latam culpam, videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra nu. 99. qui generaliter in omni delicto loquuntur, prout etiam rationes per ipsos adductæ generaliter procedunt in omni delicto, & magis expressè videtur sensisse Odd. de restit. in integ. par. 2. quæst. 80. nu. 42.

102 LIMITA, seù declara vnico modo eandem xj. ampliationem, vt scilicet minori ad effectum ipsum excusandi in delictis culpa commissis, concedenda sit in integrum restitutio, cum non videantur ipso iure, ab omni pœna immunes secundum glo. in l. ferè in omnibus in glo. 1. vers. aut maior infante. ff. de reg. iur. vbi quòd maiori infante culpa delinquenti succurritur per viam restitutionis in integrum infanti verò succurritur ipso iure absque alia restitutione Mayner. ibid. num. 11. Cagno. nu. 1. post med. vbi simpliciter dixit, quòd in delictis culpa commissis datur restitutio in integrum, ita vt nulla pœna pupillus etiā doli capax plectatur, & generaliter, quòd minoribus detur restitutio in delictis culpa commissis probat text. & ibi notant omnes in l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor. & in l. 1. post princip. C. si aduers. delict. dum ibi dicitur. *Si tamen delictum non ex animo, sed extra venit, noxia non committitur*, & postea sequitur, *& ideò minoribus in hac causa in integrum restitutionis auxilium competit*. Et ibi hoc notant glos. in verbo *delictum* in fine, & in verbo *extra*, & in verbo *non committitur* Petr. de Bellapert col. 1. in fine vers. si præter propositum Iacob. Butrig. in summ. & in vers. sed si ex culpa, & versic. sed extra casus prædictos Fulgos. in summ. Odofred. num. 2. vers. secundo dicitur, &c. & num. 5. & num. 6. in fine, vbi exemplificat delicta culpa commissa Cyn. num. 1. in fine vers. secūdo casu Bald. in sūmar. Bar. et in summar. & nu. 1. in fin. Iacob. de S. Georg. n. 1. & n. 6. & nu. 7. vers. secus si esset delictū cōmissum per culpam. Paul. de Cast. nu. 1. & nu. 2. in fine, vers. aut committit per culpam, & Salyc. num. 1. & num. 3. vers. quandoq; in delictis gloss. in l. si ex causa §. nunc videndum, in verbo *ei subuenitur*, vers. dic. *aut minor deliquit ex culpa*, & ibi Odofred. nu. 1. in fine Bart. nu. 3. Alber. num. 3. vers. quod si minor culpa committit delictum. ff. de minor. Odofred. in l. auxilium colum. 2. ad med. vers. sed si minor deliquit culpa. ff. eod. Anchar. in c. 1. num. 4. ad med. vers. secundo casu de delic. puer. & ibi et Io. de Anan. nu. 8. vers. in eadē glo. & vers. at sine dolo. Host. in c. 2. post. nu. 4. eod. tit. & ibi et Anto. de Butr. nu. 3. vers. hinc est, & Marian. Soci. nu. 17. in fine, & seqq. vbi ampliat, etiam isto casu dari restitutionem

stitutionem quoad interesse, & quando ciuiliter agitur. Clar. in pract. §. fina. quæst. 60. in princ. ibi *Quinimo &c.* Sforz. Odd. de restitut. in integ. par. 2. quæst. 80. num. 31. & seqq. vbi alijs relatis, testatur de communi, & bene comprobat.

103 AMPLIA XII. etiam in criminalibus grauibus, & atrocibus, in quibus, quòd minor ætas faciat mitigare pœnam voluit gloss. in l. ferè in omnibus, in glo. 2. vers. si criminaliter, & versic. aut est atrox tantum (quicquid postea contrariũ credat in atrocissimis) & ibi Guhel. Mayner. nu. 14. ff. de reg. iur. Aret. in §. in summa nu. 1. vers. etiã si sit delictum atrox insti. de oblig. quæ ex delict. nasc. vbi loquitur de proximo pubertati: idem Aret. in tract. malef. in verbo *scienter, & dolosè*, post num. 12. Gerard. Mazzol. conf. 11. num. 13. in fine vers. etiam vbi delictum atrox est, & cons. 64. nu. 1. in fine, Ioseph Ludou. decis. Lucen. 17. nu. 42. par. 1 Rolan. cons. 77. nu. 8. lib. 3. Et facit pro hac ampliatione, ni fallor, tex. in l. auxilium. §. in delictis ff. de minor. vbi facta conclusione, quòd restitutio minori non concedatur, etiam in atrocioribus subdit postea ibi Iurisconsultus: *Nisi quatenus interdum miseratio ætatis, &c.* Ergo etiã in atrocioribus habenda est miseratio, & ita illum tex. intelligit, & exponit Alber. ibidem nu. 3. Ioan. de Anan. in c. 1. nu. 8 in fine vers. in glo. fina. de delict. puer. Gandin. in tit. de pœn. reor. nu. 30. vers. & tunc aut delictum est tantũ atrox, vbi loquitur de delictis atrocibus (licet in atrocissimis contrarium credat) & quod in atrociorib. etiam sit mitiganda pœna, reprobato Paul. de Castro contrarium sentiente, in d. l. 1. C. si aduer. delict. defendit Franc. Cald. in repet. l. si curatorem in verbo *vel aduersarij dolo* nu. 61. C. de in integ. restit. minor. vbi ẽt idem benè ponderat tex. in d. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. Clar. in pract. §. fi. q. 60. in prin. ibi *sed in omnem casum, &c.* qui tamen loquitur in minore 14. annorum dicitq; ipsum in quocũ-

104 que graui delicto mitiùs puniendum, Ex quibus patet hãc ampliationem esse communiter receptam, quamuis contrarium voluisse videantur Petr. de Bellapert. in d. l. 1. col. 2. vers. si autem quæritur de criminali, & ibi etiam Paul. de Castr. nu. 2. C. si aduer. delict.

105 LIMITA hanc xij. ampliationem, vt procedat, prout loquitur, videlicet ad effectum minuendi pœnam, non autem ad effectum, vt minores restituantur in integrum, & excusentur in totum: tex. est expressus in l. auxilium. §. in delictis ibi *vtique atrocioribus*, & ibi præsertim Alber. nu. 3. ff. de minor. glo. in l. ferè in omnibus in 1. glo. vers. si criminaliter, & ibi Guliel. Mayner. nu. 14. ff. de reg. iur. Petr. de Bellaper. in l. 1. col. 2. vers. si autem quæritur de criminali, & ibi etiam Cyn. num. 1. vers. si de atrocioribus, & Paul. de Castr. num. 2. C. si aduer. delict. Odofred. in d. l. auxilium col. 2. post princ. in verbo *atrocibus* vers. & *aduersus atrociora crimina*. ff. de minor. Anchar. in c. 1. nu. 4. vers. si de atrociorib. de delict. puer. Nouell. reg. 45. in 2. fallen. ex quibus sine dubio hæc declaratio communiter recepta dicitur.

106 AMPLIA XIII. etiam in atrocissimis, in quibus & minores mitiùs puniendos esse probant plures Doctores relati supra in xij. ampliatione nu. 103. qui non solùm loquuntur in criminibus atrocibus, sed etiam in atrocioribus, & facit, quod dicitur infra nu. 109. de falsa moneta, in quo minor ætas excusat, quamuis crimen illud dicatur læsæ maiestatis, vt suo loco dicam.

107 Contrarium, quòd in atrocissimis minores nõ puniantur mitius, nec, quòd ad istum effectum detur aliqua restitutio, seu Iudicis officiũ, voluerunt glo. in l. ferè in omnib. in glo. 1. vers. aut atrocissima ff. de reg. iur. vbi, quòd isto casu minori in nihilo succurritur, & videtur de mẽte Petr. de Bellaper. in l. 1. C. si aduers. delic. col. 2. vers. si autem quæritur de criminali, & ibidem Cyn. num. 1. vers. si de atrocioribus, qui videntur exemplificare in crimine adulterij, de quo particulariter dixi supra nu. 78. in 10. ampliatione. facit alia gloss. in l. auxilium. §. in delictis in verbo *atrociora*, in fine ff. de minor. vbi dixit qd in atrocissimis nullo modo subuenitur minori, Anchar. in c. 1. num. 4. vers. si de atrocioribus de delict. puer. Gand. in tit. de pœn. reor.

num. 30. vers. aut est atrocissimum Duen. reg. 259. in 2. limit. Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 5. Gramat. in cõstit. Regni in tit. de restit. minor. num. 7. vbi refert duos casus ibi decisos, quem post alios referendo sequitur Sforz. Odd. de restitut. in integ. par. 2. quæst. 80. num. 101. Vulpel. consil. 101. per totum, & præsertim num. 13. & 14. vbi consuluit in casu duorum parricidarum, audacterque testatur, quòd ita Romæ seruatur, vbi ipse pluries iudicauit (sed vtinam, is tantum Romæ fuerit Iudex, vt de hac obseruantia testari possit) & Vulpellum sic dicentem, refert Flamin. Cart. de exeq. senten. cap. fin. num. 235. & seq. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 17. num. 55. iuncto num. 72. & seqq. vbi refert, in Vrbe fuisse suspensum puerum minorem annorum 14. qui vna cum grassatoribus viarum tenuit habenas equi cuidam Tabellioni Venetorum, dum ipsum in via publica derobarunt. Brunor. à Sole in suo compendio iuris vers. Minor capax mali. fol. 155. colum. 4. in princ. vbi refert glo. in d. §. ferè. Et ego memini etiam tempore Greg. XIII. in Arce Sancti Angeli, suspensum per pedes quendam Adolescentulum, qui fuit conscius, & particeps fugæ, quam iam præparauerat ex illa Arce facere (prout in ipso actu fugæ fuit præuentus, & captus) Cæsar Caietanus, qui & ipse tunc fuit capitè obtruncatus. Et quòd impubes proximus tamen pubertati, non excusetur in crimine læsæ maiestatis, voluit Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 49. nu. 12.

108 Ex quibus licet dici possit hanc vltimam opinionem esse magis communiter receptam, eò præsertim, quia Doctores pro ampliatione allegati non loquuntur in specie in delictis atrocissimis, prout sunt termini propositæ dubitationis, sed in atrocioribus. Tu tamen in iudicando eum nullo pacto sequaris, nisi duobus concurrentibus. Primò, vt delinquens sit maior quatuordecim. Secundò Principe consulto, prout in Vrbe nunquam scio minores viginti annorum fuisse morti traditos, nisi ipso Principe consulto. Cui etiam quantum potes suadere quæras, vt in mitiorem inclinet sententiam, & ita non errabis, prout post hæc scripta, sed nondum impressa, Papa consulto, mitigata fuit mortis, & ordinaria pœna Bernardo Cincio, qui confessus fuit, se conscium parricidij commissi in Franciscum eius patrem, illaque commutata in pœnam confiscationis bonorum, & triremium proter eius minorem ætatem (quia tempore patrati delicti vix decimum sextum expleuerat annum) Verè Clemens viij. in hunc adolescentulum clementia, & benignitate non minus vsus fuit, quam in alios prout par erat, Iustitia, postquam cæteri omnes sub die 11. Septembris 1599. publicè in platea parua, debitas luerunt pœnas, nempe Iacobus Cincius filius malleo confossus, & in frusta scissus, Beatrix vero etiam filia, & Lucretia Petronia prædictorum nouerca, & eiusdem Francisci vxor capite obtruncatæ horrendum, & miserandum populo fecerunt spectaculum. Hæc enim inaudita sæculis nostris referre nõ extraneum putaui, & refert Menoch. de arbitrar. quæst. 9. lib. 2. cas. 356. num. 45. videlicet in additionibus fuisse ad perpetuas triremes condemnatum quendam Rogerium, adolescentem sexdecim annorum, qui patrem occiderat, ne dum propter minorem ætatem, sed etiam, quia pater nimis in eum seuiebat, & etiam, quia ad tantum facinus fuit seductus à persuasionibus matris, & aliorum, prout si paricida filius esset maior sexdecim annorum nullam certè mereretur veniam exijs, quæ refert Vincen. de Franch. in decis. 230. Vbi testatur, quendam nobilem iuuenem, qui nondum 18. compleuerat annum fuisse capite obtruncatum, eo quia patrem veneno necauerat, quem etiam refert Menoch. de arbitr. quæst. cas. 354. videlicet in addit. num. 26. & seq. Vbi adhuc facit regularem conclusionem, quod à pœna parricidij minor ætas non excusat.

109 AMPLIA XIV. in crimine falsæ monetæ, in quo minores vigintiquinque annorum, licet non excusentur in totum, mitius tamen puniuntur Caccialup. cons. criminal. diuers. 95. nu. 3. in fin. & seq. tomo 1. vbi ex auditu à Fran. Aret. ita aliàs Ferrariæ fuisse seruatũ testatur, quem

qnem refert, & sequitur. Rolan.consf.77.num.9. sub vers. 18. Caccial.&c, lib.3.ac etiam Hippol. Riminal.consf.245. num. 24. lib. 3.

110 Impuberes autem in hoc crimine excusantur in totum l.1.§ impuberes.C.de fals.mone.dùm ibi dicitur, *Impuberes vero, si etiam conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum, quoniam ætas eorum quod videt, ignorat*, & ibi hoc adnotarunt Cyn. num.6. Salicet. num.3. in fine vers. nota his Gandin. in tit. de pœn.reor. num.30. vers. item excusatur. Maurit, de restit. in integ.cap.153. num.5.vers. vult enim lex Menoch. de arbitr. quæst.lib.2.casu.316.num.31.

111 Quod si prædicti impuberes fuerint doli capaces, an tunc excusentur in crimine falsæ monetæ, videtur; quòd non, secundum glo. in d.l.1. in verbo impuberes.C.de fals. monet. sed vide Salic. ibidem nu. 3 in fin. vers.nota 15. vbi quòd non excusantur committendo, secùs autem omittendo, prout est casus illius legis, quia tunc etiam doli capax excusatur, vt ibi per eum post Cyn. quem allegat Gandin. in tit.de pœn.reor. num.30.post med. vers. item excusatur, vbi quod etiam impubes doli capax excusatur consentiendo in hoc crimine, prout sunt termini illius legis, licet secus, in faciendo falsam monetam & faciunt pro hac declaratione, quæ generaliter dixi supra, num.72. Vide etiam Maurit.de restit.in integ.cap.153.num.9. Vbi declarat, quando pupillus doli capax excusetur in crimine falsæ monetæ, ac demum vide Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2.casu 316.num.31.vbi quod in hoc crimine impubes doli capax excusatur à pœna ordinaria, sed non à pœna extraordinaria.

112 AMPLIA XV. etiam in crimine homicidij, in quo minores 25.annorum, licèt non excusentur in totum, nec in integrum restituantur, prout est tex, in l.si quis te reum, C.ad l.Cornel.de sicar. dum ibi dicitur, *si quis te reum legis Corneliæ fecerit, innocentia purgari crimen, non adulta ætate defendi conuenit*: & ibi præcipuè notant. Bald. & Salic. post glo. quæ alia concordantia iura refert, & Marsi. in summario, & in 1.notab. Sforz, Odd.de restit.in integ. par. 2. q. 81.num.32, vers. ego autem puto. Brunor.à Sole in suo cōpend, iur. vers. minor capax. fol.135.col.3. in fine.

113 Bene tamen mitius puniuntur secundum Bal. in l.etsi seuerior num. 10. & ibi etiam Aret. col. 2. ad finem, post Ang in loco per eum relato C.ex quibus caus.infam.irrog. quos referendo sequitur Igne.in l. excipiuntur ad finem, num.48. in fine, & num.49.ff. ad Syllan.Salicet. in l.si quis te reum, C.ad l. Cornel.de sicar. August.ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, post num, 12.vers. & aduertat. Vbi etiam (prout asserit) in terminis allegat Bart. in l.administrantes §. fin. ff. de excusat. tut. Grammat. in constit. Regni, tit, de restit. minor. post num.7. vbi alios refert, & decis. 25. num. 12. vbi loquitur in minore annorum 18; qui occiderat presbyterum. Socin.iun.consf.7. num.6.lib. 3.Hippol.Rimin.consf.crim.diuers.135.tom.1.per totum. Vbi latè hanc exornat conclusionem, & iuribus, & exemplis, & Doctorum authoritatibus, Menoch. de arb. quæst. lib.2. casu 329. num.6. & seq.vbi alios refert. Bertaz.consf. 118.num.1.& seqq.vbi consuluit in homicida minore annis 18.& consf.208.num.24.& seqq. Gerard. Mazzol. consf. 11.num.13. & seqq. Rolan. consf. 77. num. 1. & omnibus seqq, lib. 3.vbi consuluit. in minore 25, annorum, sed maiore annorum 19. Bonacoss. in commun. opin. par. 1. fol. 114. vers.minor non debet, Sforz. Odd.de restit.in integr. par. 2.q.81. vers.ego autem puto. Honded.consf.104.nu.7. iuncto num.15.& num. 43.& seq.vbi etiam alijs relatis, testatur de communi, ex quibus hanc ampliationem communiter receptam esse negari non potest.

114 Quamuis contrarium, quòd scilicet minor homicida puniatur ordinaria homicidij pęna; latè consuluerit, & defendere nitatur. Vulpell, consf. 101. per totū. cuius opinionem minimè tutā. in specie affirmauit Honded. d. cōs. 104. num.7.iuncto,num.44.præsertim quando minor nō esset rixosus, vel alias malæ conditionis, & famæ.

115 Infantes autem in hoc homicidij crimine in totum excusari dubitandum non est per ea, quæ generaliter dixi supre, num.46.& in specie probat tex. in clem 1.& ibi notāt omnes Scribentes de homicid. & etiam tex. in l.infans.ff. ad l.Cornel.de sicar. & ibi Marsil. in summario, & nu. 1. Ang.de malef.in verbo *scienter, & dolosè*, nu.6.Guliel.mayner.in l.ferè in omnibus, num.4.ff. de reg.iur. Maurit. in tract.de restitut.in integ.c.153.nu.5.Carer.in prac.in trac. de homicid.§.circa quartum, nu.2. Petr.à Plach. in epith. delict.c.23.nu.1.Iodoc. in pract.crim.c.84.nu.1. & seqq.

116 Sic etiam & infantes doli capaces in eodem homicidij crimine excusandos optimè cōcluditur ex allegatis supra generaliter, n.54.& in specie reprobato. Mars. in loco mox allegando, contrarium sentiēte, voluit Blanch. in pract.cri

117 min §.imbecillitate, nu.6.& seqq.fol mihi 77.Quamuis, vt dixi, contrarium, quòd immò infantes doli capaces homicidæ puniantur, sed mitius, pluribus contendat Marsil. in l.infans, num.2.& seqq.ff.de sicar.& in l.si quis te, nu.3. & seqq.C.eod, nec ab opinione Marsil. dissentire videatur, Duen.reg.259.in fine. vers.est tamen notandum.

118 Pariter & infantiæ proximos, si homicidium commiserint, excusandos esse faciunt Doct. allegati generaliter supra, num. 51.& in specie probat tex. in cap.2.de delict. puer. vbi loquitur de puero 10. annorum, & dicitur ibi; *Vnde quoniam in pueris relinqui solet inultum, quod in alijs prouectioris ætatis humanę leges dicunt seuerius corrigendum*, & ibi communiter notatur per Scribentes. August. ad Ang. de malefic. in verbo, *scienter, & dolosè*, post num.6.vers.& ideo post Ang, quem allegat, testās propterea se Ferrariæ euasisse vnū puerum, qui occiderat in ripa Padi vnum fachinum, Ant, Gomez. de delict. cap.1.num.57.ad finem, vers.&in tantū est verum, vbi refert, & sequitur Aug.ad

119 Ang. in loco præcitato. Quamuis, quod immò pupillus non doli capax, licèt non puniatur pœna ordinaria legis Corneliæ, de sicar, puniri tāmen possit aliquali leuiori pœna scripserit Nouell. in tracta.ad defen.par.1.num.38.Cuius opinio nec etiam spernenda est, si non aliam pœnam, quā ferulę Iudex imponere voluerit. Si non loco penę, saltem, vt puer castigationis memor abstineat se in futurum à simillibus.

120 Proximi autem pubertati, & doli capaces nō in totum, si occiderint, excusantur, sed benè mitius puniuntur, tex. est in d.cap.2.de delic.puer.in fine, vbi loquitur in homicidio, & etiam in minore 14. annorum doli capace. Et tamen ibi dicitur mitius puniendum, & sic illud verbum in tex. positum, *inultum*, declaratur hoc est, *non perfectè vltum*, vt ibi per eum gloss.in verbo, *inultum*, & communiter omnes. Bald.in l.etsi seuerior, num.10.& ibi Aret.col.2.ad fin. vers. & idem etiam in facto, C. ex quib.cau.infam. irrog. Dec.in l.ferè in omnibus, num.2.ff. de reg.iur. Alex.consf. 160.num.8.lib.7.Maurit.de restit.in integ.cap.153. num.5. in fine, vers.quare consuluit Bald. &c. Nouell.in tract.ad defen.par.1.nu.36.Andr.Gayl.obseru.116.nu.32. lib.2.

121 Et omnia quidem præmissa multò magis procedunt in homicidio commisso per impuberes, & pueros ludentes ad saxa, vel in colluctatione, aut alia occasione, eis præsertim de consuetudine admissa, non dolo, sed culpa potius, aut casu, ad tex.in cap.2.de delict. puer & ibi communiter notatur per omnes Scribentes, & in occurrenti casu consuluit Anchar.consf.mihi 281.de puero, qui alium occidit ludendo, vt vulgariter dicitur, ad Battagliolas, & in alio casu consuluit Cæpol.consf.30. de puero qui homicidium commisit ludendo cum alijs pueris inuicem proiciendo lapides, & scripsit etiam August.ad Ang.de malef.in verbo *scienter, & dolosè*, num.6. vers.& ideo, &c.& Bernard. de Landriano, in addit.ad eundem Ang.ibidem, nu. 12. littera A. Carrer. in pract.in 2. tract.de homicid.§.circa quartum, num. 5. in fine. Alciat.lib.1. distinctionum, cap. 17. vbi ponit casum in duobus pueris insimul aleis ludentibus, quorum vnus iurgio inter eōs occasione ludi orto, alterum cultro temperatorio, quem forsan ex ludo litterario attulerat, vulnerauit, & ex eo vulnere vulneratus obijt, dicitque talem puerum non esse puniendum in plus quàm in pœnam exilij, & Alciati decisionem refert, & sequitur Nauar. in cap. aut facta.§ euentus, num. 13. de pœn. distinct.1. inter illius opera in fol. tomo 1. pag.260, vide, quæ dixi infra q.95.num. 25.

122 AM-

121 AMPLIA XVI. in crimine furti, in quo licèt minores 25. annorum non excusentur in totum, nec ad hunc effectum eis concedatur restitutio in integrum ad text. in l. si ex causa § nunc videndum ibi *Nam & si furtum fecit, vel damnum iniuria dedit, non subuenitur ei*. Et ibi hoc notant Odofred. post num. 1. versic. nam si minor fecit furtum, ff. de minor. Idem Odofred. in l. auxilium, col. 2. in princ. in verbo *atrocioribus*, ff. eod. Sforz. Odd. de rest. in integr. par. 2. q. 81. nu. 25.

123 Sicut nec etiam in totum excusantur pubertati proximi ad ea, quæ generaliter dixi, supra num. 65. & in specie in crimine furti, probat tex. in § in summa instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. Aret. ibidem in summ. & Nicas. ibid. in summ. item text. express. in l. pupillum, qui ff. de reg. iur. & ibi Dec. num. 3. & Cagno. num. 7. glos. & Angel. in l. impuberem ff. de furt. Petr. a Plach. in epithom. delict. cap. 32. num. 6. vers. illudq; etiam.

124 Benè tamen excusantur ab ordinaria furti pœna, quia quòd mitiùs puniantur minores 25. annorum consuluit Fulgos. in cons. 157. col. antepenult. vers. quibus ex omnibus, vbi loquitur in furtis iteratis, & cum fractura, pro quibus de iure si quis est maior, vltimo supplicio afficietur. Et Fulgos. sic dicentem referendo sequuti sunt Grãmat. decis. 48. num. 10. in fine Caccialup. cons. crim. diuers. 95. tomo 1. per totum, vbi loquitur in minore ætatis annorum 16. fure famoso, & post Fulgos. quem allegat in loco præcitato, ita alias Paduæ fuisse seruatum testatur, dicitq; quòd quamquam aliquos viderit Officiales nullam ętatis miserationem habere furibus minoribus 25. annorum, vel imperitia iuris, vel ob inanis gloriæ apud vulgares cupiditatem. Apud tamen bonos, doctos, & graues Officiales contrarium fuisse seruatum affirmat Hippol. Rimin. inter eadem cons. crim. cons. 135. num. 17. tom. 1. vbi refert, & sequitur Fulgos. in præcitato cons. 157. Decia. cons. 24. nu. 4. & seqq. lib. 3. vbi consuluit in fure annorum 18. Gerard. Mazzol. cons. 64. num. 1. & seqq. Roland. cons. 51. num. 41. & seqq. lib. 1. & cons. 77. num. 9. ver. 12. idem consuluit &c. & vers. 13. &c. lib. 3. Hippol. Rim. cons. 244. nu. 25. lib. 3.

125 Quamuis Claud. ad Bertaz. in consil. 492. littera A, in fine testetur, quòd Alphonsus Primus Ferrarię Dux omnes fures, & senes, & iuuenes suspendi mandabat: Senes tanquam in maleficio prouectos; Iuuenes ne amplius furarentur.

126 Quod & idem in furto commisso in Ecclesia, & sic in sacrilegio voluit Ludou. Peguer. decis. crim. 24. num. 23. vbi testatur, quòd propterea apud eum, quidam maior, qui ex altari sex mappas modici valoris interdiù furto subtraxerat, non ad Triremes perpetuas, sed attenta eius minoritate, iussu illius Regij Senatus fuit fustigatus, ac deinceps ad Triremes per quinquennium transmissus, & ante eum refert Bertachin. in eius repertorio, verbo *sacrilegium* num. 17. quòd ipse sacrilegio condemnauit quendam iuuenem in amputationem membri, & alium, quem ętas nõ excusabat, fecit furca suspendi.

127 Immò si minor fur fuerit impubes tunc in totum excusatur, & non punitur ad tex. in §. in summa (sumpto ibi argumento à contrario sensu) instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. Aret. ibidem in summ. & Nicas. etiam in summario quòd quamuis nostra infelix, & infausta ætas plena sit impuberibus manticulatijs furibus, nulla tamen legis seueritate coercentur, sed ætati parcitur: Et quamuis cõtrarium suaderi videatur ex text. in c. 1. de delict. puer. qui tex. vt admonui supra num. 55. loqui videtur in proximis infantiæ, & sic in impuberibus, & tamen ibi dicitur, eos tanquam doli capaces in crimine furti in totum à pœna non excusari, & ibi hoc notatur per glo. in verbo *non esse*. Hostien. post num. 4. & Ioan. Andr. num. 3. Non tamen per hoc recedendum est à proposita conclusione cum tex. in d. c. 1. secundum veriorem intellectum intelligi debeat de impuberibus, non solum doli capacibus, sed etiam proximis pubertati, non autem ante hanc ætatem, prout aduerterunt Doctores allegati supra num. 57. & in specie in crimine furti sic illum textum intellexerunt Andr. Barbat. in addit. ad Abb. ibi nu. 4. in verbo *doli capax*, & Anania num. 6. post med. vers. in eadem glo. iuncto vers. colligit etiam ibi Ang. &c. & quod impuberes non teneantur de furto, nisi sint doli capaces, & insimul pubertati proximi expressè probat tex. & ibi glo. in l. impuberem. ff. de furt. & Ang. ibi dixit se pluries hoc habuisse de facto.

128 AMPLIA XVII. in crimine periurij, in quò licèt infantiæ proximum non excusari probare videatur tex. in cap. 1. iuncta glo. in verbo *grandiusculis* de delict. puero. cum aliis per me allegatis supra num. 55. & in specie adnotarunt in d. c. 1. glo. in verbo *non esse*. Hostiens. num. 4. Cardin. Zabar. num. 3. ad finem vers. oppono secundo Ant. de Butr. num. 8. Io. de Anan. num. 7. & 8. vbi post glos. ibid. resoluendo contrarium d. l. qui iurasse. ff. de iureiur. qua cauetur, quòd periurij reatus non cadit in pupillo, relatisque dictis per Bar. Ang. & Salic. in d. l. qui iurasse, tandem concludit; nullam esse differentiam inter ius ciuile, & canonicum, & quicquid in contrarium dixerit Bart. in ead. l. qui iurasse, concludit, quod text. in d. l. qui iurasse loquatur in pupillo non doli capace, prout etiam, quòd impubes doli capax à periurio non excusetur, scripsit Gofred. in l. excipiuntur nu. 1. in fin. ff. ad Syllan.

129 Negari tamen non poterit, si benè perpendantur verba d. c. 1. quin & idem infantiæ proximus adhuc, & in hoc crimine mitiùs puniatur, vt patet in illis verbis. *Quamuis in eis non ita, vt in maioribus punienda videantur.*

130 Et nihilominus, nec etiam impubes doli capax in hoc periurij crimine punietur, nisi etiam pubertati proximus fuerit ad ea, quæ generaliter dixi supra num. 59. & vt sæpius dictum fuit, & in specie admonui supra num. 57. verus intellectus d. c. 1. de delict. puer. est quòd loquatur, non in infantiæ proximo doli capace, sed in proximo pubertati, prout in specie, & in terminis de periurio adnotarunt ibi Ioan. de Anan. post num. 8. ante vers. circa secundum ibi. Nam pupillus proxim' pubertati, &c. & Marian. Socin. num. 14.

131 AMPLIA XVIII. in crimine falsi, in quo licèt pubertati proximus, & doli capax non videatur excusandus, quia falsum committere potest, secundum glo. in l. impuberem in verbo ætatem. ff. ad l. Cornel. de fals. Bart. & Alber. post glo. ibi Io. de Ana. in c. 1. num. 2. de delict. puer.

132 Veritas tamen est, quòd si impubes fuerit, & non doli capax, aut pubertati proximus, nullatenus punitur, & in totum excusatur, prout probat tex. in d. l. impuberem. ff. ad l. Cornel. de fals. dum dicit, *Impuberem in hoc edictum incidere dicendum non est, quoniam falsi crimine vix posse teneri, cum dolus malus in eam ætatem non cadat.* & ibi glo. in verbo *impuberem* declarat illud verbum vix, idest *nullo modo*.

133 Si verò falsum committens fuerit vt supra, pubertati proximus, vel etiam pubes, minor tamen vigintiquinque annorũ adhuc exscusatur à pęna ordinaria falsi, prout consuluit Fulgos. in cons. 124. ad finem col. pen. vers. illa quoque est.

134 AMPLIA XIX. vt minor ætas excuset etiam à pœna l. si quis in tantam C. vnde vi, si non in totum ad effectum, vt aduersus eam in integrum restituatur, saltem vt mitius puniatur. sed quando hæc vera sint, quomodo procedant, & quomodo intelligantur, & de tota materia videas per glo. in d. l. si quis in tantam in glo. magna vers. tertio de pupillo, & ibi etiam Bellap. col. 2. ad med. vers. sed quæritur eadem, post quæstionem de infante, & d. col. 2. ad finem vers. sed quæritur quid de adulto. Iacob. Butrig. col. 2. versic sed quid in minore Cyn. num. 9. & 10. Bart. num. 7. & 8. Bald. num. 5. Oddofred. num. 10. & seq. Salicet. num. 2. Alber. num. 3. in fine, & seq. Ploc. de in lit. iuran. §. 39. num. 11. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. numer. 35. & seqq. Sfor. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 81. num. 54. & seqq. artic. 6. per totum. Ex quorum dictis magis communiter receptum videtur, quòd infantes, & infantiæ proximi ipso iure, & in totum ab hac pęna excusentur, Proximi verò pubertati, & maiores 14. annorum pariter excusentur in totum, & in integrum restituantur, si fuerint vel in culpa, vel in dolo præsumpto, si verò fuerint in dolo vero, eis nõ subueniatur in totum, nec restitutio cõcedatur

cedatur; sed tantum mitiùs puniantur. Quādo autem isto casu minor dicatur in culpa, an vero in dolo præsumpto, seu vero exemplificant, præcitati Doctores, ad quos te remitto.

135 AMPLIA XX. quia minores excusantur etiam à calumnia, & sic restituuntur aduersus accusationem à se factam, & non probatam, vel destinatam, quòd quando verum sit, & de materia vide Bart. in l. minoribus. C. de his quibus, vt indign. Bald. cons. 408. lib. 3. Ang. in l. si fœmina. C. ad turpill. & in l. mulier. ff. eod. Ang. de malef. in verbo, nec non ad querelam, num. 94. in fine. Grammat. cons. 16. num. 6. Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 81. num. 64. & seqq. arti. 7. Decian. in suis tract. crim. par. 1. lib. 3. c. 12. num. 20.

136 AMPLIA XXI. etiam in crimine abortus, in quo ætas minor facit minuere pœnam, prout in pubere muliere, quæ trina vice abortum fecit præuiis potionibus, consuluit Dec. consil. 355. circa finem quem referunt Hippo. Rimin. cons. crimin. diuer. 135. num. 15. tomo 1. Menoc. de arbit. quæst. lib. 2. casu 329. num. 6. Osasch. decis. Pedemōt. 60. num. 9. vbi de muliere minore, quæ ventris doloribus impulsa ad latrinam accessit, & partum in cloacam effudit. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 17. num. 44. par. 1. Rolan. cons. 77. num. 9. vers. 13. accedit lib. 3. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2 casu 357. num. 2. vbi refert Dec. & Osasch. in locis præcitatis Vide infra q. 97. num. 150.

137 AMPLIA XXII. in pœna ruptę cautionis de non offendendo, in qua minor ætas excusat, secundum Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 42. num. 1. & seqq. vsque ad num. 14. Vbi declarat, non vt in totum excuset, sed vt mitius puniatur, & cap. 38. post num. 9. & seq. vbi etiam declarat. Refert, & sequitur Sfor. Odd. in tractat. de restit. in integr. q. 86. num. 1. & seqq. sed an excuset à pœna pacis ruptæ, vide Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. q. 177. num. 1. & seqq. vbi, quòd minor regulariter non comprehenditur in pace, nisi de eo sit facta expressa mentio, de quo per eundem Hercul. d. cap. 38. numer. 5. & 6. Vide etiam omninò quæ dixi in 1. lib. tit. de accusat. q. 15. num. 43. & seqq. Vbi (ni fallor) latè materiam explicaui.

138 AMPLIA XXIII. etiam in delictis geminatis, & iteratis, in quibus, quòd propter minorem ætatem pœna mitiganda sit, voluit Carer. in pract. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum num. 5. post Marsil. quem allegat in suo sing. 377. incip. geminatio ad finem, vbi inuehit contra Iudicem, qui tempore suo fecit suspendere quendam minorem, pro quibusdam delictis geminatis, licèt leuibus, dicitq; quòd ille Iudex, si comedisset fœnum, fuisset vna bestia, & quòd propterea fuisset ille magis dignus laqueo, quàm ille minor. Ioseph. Lodou. decis. Lucens. 17. nu. 82. & seq. par. 1. vbi quòd iteratio delictorum aggrauat pœnam in maioribus, nō in minoribus. Bonacoss. in cōmun. opin. par. 1. fol. 114. col. 4. in princ. sub vers. minor non debet puniri, vbi in id allegat Carer. in loco præcitato. Sforz. Odd. de restitut. in integ. q. 80. nu. 98.

139 Contrarium voluit Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersarij dolo*, nu. 50. vers. Quare ego aduerto. C. de in integr. restit. minor. vbi in id ponderat primo loco, tex. in l. auxilium, §. in delictis. ff. de minor. dando nouum intellectum, necnon tex. in l. capitalium. §. solēt. ff. de pœn. & in l. 3. §. si plures. ff. de re milit. deinde affert rationem, quia sicut maiores committendo plura delicta nō capitalia, capitaliter puniuntur ad l. 3. in fine, cum ibi notat. per Docto. C. de Episc. audien. & in l. apud antiquos, in fine, C. de furt. & in l. qui sæpius. ff. de abig. Ita etiam minores, qui ex vnico delicto mitius puniuntur propter geminationem, & reiterationem debent non mitiori, sed ordinaria pœna plecti.

140 Quid dicendum? vide in primis, quæ iterum hac de re dixi in tit. de delict. & pœn. q. 23. num. 34. Dicasquè, quòd in delictis geminatis minores puniūtur grauius, sed non pœna ordinaria, & mortis, prout in specie videtur de mente Hippol. Rimin. in cons. 244. num. 30. lib. 3. vbi quòd, isto casu admittit, posse minori imponi pœnam corporalem.

141 AMPLIA XXIV. propositam secundam regulā, potissimum procedere in delictis, quæ solum prohibita sunt de iure ciuili, non autem de iure gentium, vel naturali, in quibus, quòd minores excusentur, & in integrū restituantur pluribus probat, respondet contrariis, & testatur de communi Sforz. Odd. in tractat. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 62. & seqq.

142 Vbi tamen, num. 65. hanc ampliationem declarat non procedere, quando minor delinquit dolo sciens, scilicet se contra iuris dispositionem facere. Nam tunc nec etiam excusatur in delictis à solo iure ciuili prohibitis, dummodo de hoc dolo, & scientia constet plenè, & manifestè, nō autem præsumptiuè, vt ibi per eum, qui amplius declarat, quando de isto dolo dicatur constare verè, & quādo præsumptiuè. Quamuis annuat etiam isto casu, secundum communem Doct. sent. quòd excusetur minor, eiq; succurratur.

143 AMPLIA XXV. vt minor ætas excuset etiam in delictis prohibitis a iure statutario, vel consuetudinario; si enim, vt mox in præcedenti ampliatione probauimus, excusat in delictis à solo iure ciuili prohibitis, multò magis excusare debet in delictis à solo Statuto inductis, vel à consuetudine, sub quorum dispositione minores, non cōprehendi voluit Rom. sing. 816. incip. Tu audisti. versic. Quod tamen limita Ant. Gomez. de delict. cap. 1. num. 61. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 9. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. nu. 38. & seq. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 17. num. 7. par. 1. Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 80. num. 62. & seqq. in discursu, vbi promiscuè loquitur de delictis à solo iure ciuili, vel ab alia constitutione prohibitis, & hanc conclusionem aliis relatis, dicit communem, & à contrarijs defendit.

144 Et facit pro hac ampliatione, quia Statutum, seu alia constitutio pœnalis minorem non comprehendit. Socin. senior. in cap. 1. num. 3. de sent. excomm. prout illum refert Bonacoss. in comm. opin. par. 1. col. 4 sub vers. minor non debet puniri.

145 (Vbi tamen declarat hoc non procedere in pœnis ipso iure impositis.) Idem Bonacoss. ibidem par. 2. fol. 49. in fine, vers. minor non potest. Claud. ad Bertazz. cons. 492. littera A, vbi de Statuto imponente grauissimam pœnam pro furto, & in simili Statuto consuluit Gerar. Mazzol. consil. 64. num. 3. & seqq. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6. num. 83. vbi facit conclusionem, quòd quando agitur de inferendo damnum minori, tunc Statutum illum non comprehendit, post Bart. Butr. & Alexand. in locis ibi per eum relatis.

146 Et facit etiam pro eadem ampliatione id, quòd tradit Card. Zabar. in cap. 2. in 2. notab. versic. nota singulariter, de delict. puer. dum dixit quòd omnis consuetudo, seu statutum pœnale nō comprehendit illum delinquentem, cui ex aliqua speciali causa pœna venit minoranda, & ibi infert ad minorem, quem refert. & sequitur ibidem Ioā. de Anan. num. 3. iuncto num. 5. & 6. vbi relata opinione Bart. Ang. & Abb. in locis infra allegandis, & contrarium sentientibus, in hac videtur residere sententia.

147 Immò & isto casu minoribus succurrendum esse ipso iure absque restitutionis ope, voluit Ferrans Vasc. de cōtrouer. Illustr. lib. 1 cap. 32. num. 11. quòd notandum dixit Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. par. 2. quæst. 80. num. 69.

148 Contra eandem 25. ampliationem facit alia regula, quòd scilicet statutum generale comprehendit etiam minores, cap. constitutus de in integr. restit. l. si fine §. lucius ff. de administr. tut. Rom. sing. 816. Tu audisti, & ibi Nicol. Pignolat. in addit. vbi ponitur regula cum sex limitationibus. Marsil. sing. 481. vbi testatur de communi opinione, & ponit vnam declarationem. Simoncell. in tract. de decret. lib. 2. tit. 6. num. 85. vbi plures ad hanc ragulam refert concordantes.

149 Et in specie, quòd in delictis, & pœnis statutum generale comprehendat etiam minorem delinquentem, voluerunt Cyn. Dyn. Alber. Alex. & Marsil. in locis relatis per Hippol.

Hippol. Rim. cōſ. crim. diuerſ. 135. num. 3. tomo 1. & ibidem num. 23.

150 Vbi præſertim ſi ipſum Statutum loquatur in rem; ſecùs autem ſi loquatur in perſonam, & ibi per eum. Natta conſ. 540. num. 14. & conſ. 541. num. 15. & ſeq. vbi declarat, niſi Statutum, vel cōſtitutio eſſet irrationabilis, & cō ſil. 542. nu. 14. & nu. 19.

151 Et magis in ſpecie, quòd Statutum, ſeù conſuetudo pœnalis comprætendat etiam eos, quibus ex aliqua cauſa pœna temperanda eſt, prout eſt minor, licèt ſic comprehēſi mitius ea pœna ſtatutaria, ſeù conſuetudinaria plecti debeant contra Card. Zabar. & Ana. in d. c. 2. de delict. puer. voluerunt ibidem Abb. poſt Bar. quem allegat num. 4. & 5. & Marian. Soc. num. 10 & ſeqq. nec diſſentit Aret. in cōſil. 130. in fine.

152 Quid dicendum? Res (vt vides) non tranſit ſine difficultate. Pro reſolutione, vide in primis ea, quæ dixi ſup. in tit. de inquiſit. q. 11. num. 29. & in tit. de delict. & pœn. q. 24. num. 169. Crederemq. in hac controuerſia diſtinguendum eſſe, quòd ſi Statutum, vel conſuetudo puniat aliquod delictum, quòd etiam de iure communi punibile eſt, ſicut furtum, homicidia, & ſimilia, & tunc crederem ēt minores comprehendi, ſed mitius puniri, & ſecundū iſtos terminos poſſunt declarari, vt procedant Doctores allegati pro ſecunda opinione, & contra ampliationem, & voluit Alex. conſ. 160. num. 8. lib. 7. & poſt eum Zuccar. in rub. C. qui admitt. num. 23. vbi poſt alios per eum citatos teſtatur, ſe obtinuiſſe, quòd minor 25. annorum nō pœna Statuti Ferrariæ, ſed mitiori punitus fuit, prout illum refert, & ſequitur Bonacoſſ. in comm. opin. crim. par. 1. fol. 114. col. 3. in princ. ſub verſ. minor non debet puniri Statuto, &c.

153 Si verò conſuetudo, vel Satutum puniat delictum, quòd a iure non reputatur delictum, prout ſunt propriè termini propoſitæ ampliationis, tunc minores non comprehendi, & ſic in totum excuſandos verius crediderim ex allegatis ſupra pro eadem ampliatione, nu. 143. & ſeqq.

154 Niſi ipſe minor ſcienter ex propoſito, & ex dolo cōtra Statuta, & conſuetudinem deliquerit, quia tunc nō excuſabitur (licèt benè credo, mitius punietur) ſecundū Odd. de reſtit. in integ. d. q. 80. num. 65. vbi hanc declarationē credit veriſſimam, dummodò de hoc dolo conſtet manifeſtè, & concludenter, non autem præſumptiuè, vt ibi per eum, qui etiam declarat, quando præſumptiuè de dolo conſtaret. Quamuis etiam iſto caſu annuat Doctores cōmuniter ſentire, quòd minor excuſetur.

155 AMPLIA XXVI. (& hæc ampliatio venit illatiuè ex præcedenti,) vt minor excuſetur, eiq; ſubueniatur, ſi extraxerit frumentum contra bānimenta, & prohibitiones. Bal. in l. ſi ex cauſa §. ſi in commiſſum. ff. de minor. Roma. ſing. 816. incip. Tu audiſti, num. 4. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. num. 61. verſ. ex quo infertur, vbi quòd ſi eſt impubes excuſatur ipſo iure, ſi verò adultus ope reſtitutionis, ſequitur Petr. a Plach. in epith. delict. cap. 32. nu. 9. verſ ex quo quaſi, &c. Sforz. Odd. de reſt. in integ. par. 2. q. 80. num. 67.

156 Quamuis contrarium voluiſſe videatur Natta cōſ. 542 num. 14. & 19.

157 LIMITA hanc xxvj. ampliationem non procedere, quando minor dolo extrahendo contrauenit. Nam tunc non excuſatur Bal. vbi ſupra in d. §. ſi in commiſſum, vbi etiam, quòd iſto caſu dolus non præſumitur. Ideò probandus per allegantem Sfor. Odd. d. q. 80. num. 67. verſ. ſed tu limita, iuncto num. 65. vbi amplius, quòd dolus probandus eſt verè, non autem præſumptiuè; & ibi declarat, quando verè, & quando præſumptiuè dicatur probatus.

158 AMPLIA XXVII. vt etiam minori detur reſtitutio in integrum aduerſus non ſolutum vectigal, & aduerſus commiſſum, ſi culpa minor deliquerit, ſecùs ſi dolo, & quid ſi minor ſit pupillus, & quid ſi adultus, & an detur aliquod tempus, & quòd ad moram purgandam, & an, & quando ſit ipſo iure tutus abſquè reſtitutionis ope, & alia ad materiam videas tex. in l. Imperatores. ff. de publ. vectigal. & commiſſ. cui de directo videtur contradicere alius text. in l. ſi ex cauſa §. ſi commiſſum. ff. de minor. pro cuius contrarij ſolutione. & ſuper tota hac materia vide in d. §. ſi in commiſſum, glo. & Doct. ac præcipuè Odofred. Fulgoſ. Bart. Bald. & omninò Alber. Guliel. Mayner. in l. ferè in omnibus, num. 11. ff. de reg. iur. Sfor. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. q. 82. num. 30. & ſeqq. Vbi benè declarat materiam diſtinguendo plures caſus, & ad ipſum te remitto.

159 AMPLIA XXVIII. quia pupillus pubertati proximus, & ſic doli capax, licet poſſit excommunicari, ſententia tamen retractari poteſt, vel per appellationem, vel per reſtitutionem in integrum. Dec. in l. ferè in omnibus, num. 2. verſ. & licèt pupillus. ff de reg. iur. poſt Ang. quem allegat in l. impuberes ff. de in ius vocan. Marſil. in l. de minore, in princ. num. 59. ff. de quæſt.

160 AMPLIA xxix. quia pariter pupillus pubertati proximus, & doli capax, licèt poſſit mulctari; Talis tamen ſententia retractari poteſt, vel per appellationē, vel per reſtitutionem in integrum. Dec. in l. ferè in omnibus, nu. 2. verſ. & licet pupillus. ff. de reg. iur. poſt Ang. quem allegat in l. neque impuberes. ff. de in ius vocan. Marſil. in l. de minore, in prin. nu. 59. de quæſt.

161 AMPLIA XXX. in dolo præſumpto, Reſtituitur enim minor aduerſus dolum præſumptum de præterito, licèt ſecùs aduerſus futurum. Quandoq; tamen etiam aduerſus futurum ſubuenitur, ſed quando hæc vera ſint, & de materia videas Iacobin. de S. Georg. in l. poſt. num. 2. & ſeq. C. ſi aduer. delict. Salyc. ibidem num. 3. ad med. col. 2. in fine, & hæc de dolo vero. Fulgoſ. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum, in fine, & ibi etiam Bart. poſt num. 3. verſ. aut loquimur de dolo præſumpto, & Alber. poſt nu. 3. verſ. quid ergo. ff. de minor. Fulgoſ. in d. l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum, num. 1. & in l. auxilium, in ſummario, & numer. 2. verſ. item nota. ff. eod. Bart. in d. l. auxilium, pariter in ſumm. & num. 2. gloſſ. & Doct. in l. vbi exigitur. ff. de eden. Dec. in l. contractus, num. 44. ff. de reg. iur. Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 32. & ibi etiam Iaſ. num. 21. & Cror. num. 87. ff. de nou. oper. nunc. Natta in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, num. 22. C. de teſtam. Afflict. deciſ. 370. num. 5. Maurit. de reſtit. in integr. cap. 163. 164. & 165. vbi latè diſtinguit plures caſus. Oſaſc. deciſ. Pedem. 87. in princ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. nu. 11. Franc. Cald. in repet. l. ſi curatorem, in verbo, *vel aduerſarij dolo*, num. 63. C. de integ. reſtit. minor. Sfor Odd. in tract. de reſtit. in integr. par. 2. q. 83. num. 25. & ſeqq. art. 4. num. 27. & ſeqq. artic. 5. vbi alijs pluribus relatis cōcordantibus, & ſecundum communes Doctorum opiniones concludit, quòd aduerſus dolum præſumptum de præterito minori ſuccurritur, aduerſus verò dolum præſumptum de futuro non ſuccurritur, quando ex eo non affertur damnum minori de præſenti, ſecùs autem ſi minori de præſenti damnum afferatur, quia tunc etiam ſuccurritur, & conceditur reſtitutio, vt ibi per eum.

AMPLIA XXXI. vt etiam in crimine libelli famoſi minori ætas excuſet, prout in minore viginti annorum conſuluit in ſpecie Bertazz. conſ. 265. num. 5. lib. 2.

162 AMPLIA XXXII. vt minor puniatur mitius etiam factus maior, quia attendit tempus delicti, & non punitionis. Marſil. in l. de minore, in princ. num. 60. ff. de quæſt. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 7. num. 8. in fine, vbi refert, & ſequitur Marſil. in præcitato loco, dicitquè quòd concluſio eſt veriſſima. Quamuis Doctores per ipſum Marſil. allegatos hoc non dicere aduerterit Carer. in pract. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, nu. 8. Duen. reg. 259. in 8. ampliatione. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 11. verſ. illud etiam conſtitutiſſimum eſt. Franc. Caldas in repet. l. ſi curatorem, in verbo, *vel aduerſarij dolo*, nu. 53. in fine, verſ. & intellige. C. de in integ. reſtit. min. Clar. in pract. §. fin. q. 60. verſ. ſed nunquid minor. Bonacoſſ. in comm. opin. par. 1. fol. 114. col. 2. verſ. ſecundo, incip. minor non poteſt. Sfor. Odd. poſt alios per eum relatos, de reſtit. in integr. d. q. 80. num. 99. Claud. ad Bertazz. conſ. 118. in addit. littera A, verſ. & idem ſi ſit factus maior.

163 AM-

AMPLIA XXXIII. vt iudex non solum possit, si velit, minoribus delinquentibus pœnam temperare, sed etiam teneatur; & si id non fecerit, dicatur grauare, & ab eo possit appellare. Ang. de malef. in verbo, *scienter, & dolosè*, num. 12. in fine, vbi dixit hoc esse beneficium minoribus a iure datum, quòd eis auferri non potest. Gramm. decis. 23. num. 12. vbi alijs relatis testatur de communi, idem Gramm. in constit. Regni. tit. de restit. minor. num. 7. vbi plures pro hac opinione refert concordantes, eam dicit communem, & ita per annos 50. in quibus fuit iudex annis 33. in practica seruari vidisse, affirmat Caccialup. cons. crim. diuers. 95. num. 4. in fine, & seq. tomo 1. Hippol. Riminal. inter ead. consil. cons. 135. num. 20. eod. tomo 1. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 63. vbi refert, & reprobat contraria. Petr. a Plach. in epith. delict. c. 32. num. 10. vbi videtur testari de magis recepta opinione, eamque procedere declarat, dummodo pro parte minoris mitigatio pœnæ petatur. Foller. in pract. crim. in verbo *pœnis debitis feriantur*, num. 17. Roland. cons. 77. post num. 8. & num. 9. vers. quintodecimo, &c. lib. 3. Bertazz. cons. 378. num 7. & cons. 492. num. 4. lib. 2. Decian. cons. 24. num. 4. vers. quinimmò, & num. 8 vers. & ideò, lib. 3. Gerar. Mazzol. cons. 11. num. 13. in fine. Sfor. Odd. qui aliis relatis testatur de communi, de restitu. in integr. quæst. 80. num. 93. Franc. Caldas, in repet. l. si curatorem, in verbo *vel aduersarij dolo*, num. 50. C. de in integr. restit. minor. vbi refert concordantes, subtiliter hanc probat opinionem, & respondet illi dictioni, *interdum* positæ, in l. auxilium. §. in delictis ff. de minor. ex qua dictione, vt mox dicam, videtur significari, regulariter pœnam non esse temperandam, sed interdum, hoc est, quando sic iudici visum fuerit, ibique ad illum text. nouum affert intellectum. Nec dissentit Honded. cons. 104. num. 7. iuncto, num. 15. in fine, & num. 44. vbi in specie respondet Ioseph. Ludouic. contrarium tenenti, in infra alleganda decis. 17. num. 72. Addo pro hac eadem opinione, Vinc. Franch. decis. 230. num. 1. Vbi testatur alias, ex voto omnium Tribunalium Ciuitatis Neapolis, fuisse in hanc partem inclinatum. Contradicente vno, ex dominis Regentibus, valde pro contraria parte pugnante, & quia sic de iure esse fuerat resolutum, eapropter sub die 26. Octobris 1558. fuisse editam nouam pragmaticam, in qua statuitur arbitrium iudicis minorandi pœnam, non subiacere alicui necessitati.

164 Contrarium quòd iudex non cogatur minori delinquenti pœnam minuere, & quòd sit in eius arbitrio hoc facere, videtur de mente Bal. in l prima, post num. 1. vers. concedo, quòd iudex interdum potest dispensare. C. si aduer. delict. & ibi videtur testari de communi opinione; facit maximè tex. in d. l. auxilium. §. in delictis ff. de minoribus. Vbi non cauetur generaliter, & semper iudicem debere habere miserationem ætatis, sed interdum, & sic eius arbitrio. Idem Bal. in l. quicunque num. 17. post med. vers. quarto casu. C. de seru. fugit. Capol. caut. 2. nu. 15. Dec. in l. ferè in omnib. num. 4. ff de reg. iur. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 329. num. 9. vbi videtur testari de veriori, & receptiori opinione ex Plach. in d c. 32. num. 10. (qui tamen Plach. vt supra eum retuli, videtur testari de magis recepta opinione contraria.) Vulpell. cons. 101. per totum, vbi pluribus hanc probat opinionem, & presertim num. 12. vbi de communi ex Bal. in loco præcitato, & videtur testari, quòd ita Romæ seruatur, vbi dicit se ita plu ries iudicasse, & Vulpellum sic dicentem refert Flamin. Cartar. de exeq. senten. cap. fin. num. 235. & seq. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 17. num. 63. iuncto num. 72 & seqq. Vbi inter alia dicit se credere falsissimam esse communem opin. contrariam.

165 Quid dicendum? Dic non posse negari primam opinionem esse magis cōmuniter receptam, ab eaq; in iudicādo non recedas indistinctè in minoribus 14. annorum, & idem etiam in maioribus quatuordecim annorum, licet minoribus 25. etiam quòd delicta sint grauia, atrocia, vel etiam atrociora. Quòd si fuerint atrocissima consulas Principem, & nō errabis, & in simili dixi supra, n. 108.

166 AMPLIA XXXIV. & generaliter propositam secundam regulam, sic vt supra ampliatam in omnibus casibus, in quibus dixi pœnam mitigandam esse ob minorē ætatem. Talis, inquam pœna, licèt iudicis arbitrio remissam esse communiter concludatur, iuxta facti, & personarum qualitatem, secundum Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 30. ad fin. vers. puberes autem iudicis arbitrio puniūtur. Dec. in l. ferè. num. 4. ff. de reg. iur. quem refert, & sequitur Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 80. num. 94. & seq. Alber. in l. auxilium. §. in delictis, sub num. 4. vers. pœna etiam mitigatur, & augetur. ff. de minor. Socin. iu. cons. 7. num. 6. vers. & vt puto arbitraria lib. 3. Carer. in pract. in 2. tractat. de homicid. §. circa quartum, num. 4. vers. & quòd arbitraria pœna. Nouell. in tract. ad defens. par. 1. num. 36. vers. & hoc est iudici arbitrarium. Hippol. Rimin. cons. crim. diuers. 135. nu. 11. tomo 1. ex Gandin. in loco præcitato. Petr. à Plach in epithom. delict. c. 32. post num. 11. vers. & iudicantis arbitrio, fol. 565. in princ. Gerard. Mazzol. cons. 11. sub num. 13. & num. 11. vbi de communi Clar. in pract. §. fin. q. 60. in princ. ibi, *sed minor 25. &c.* Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 17. nu. 48. par. 2.

167 Illam tamen non corporalem, sed pecuniariam, vel ad plus relegationis, aut exilij esse debere scripserunt Marsil. in pract. §. quoniam, num. 96. in cons. 30. num. 20. & cons. 39. num. 59. Gram. decis. 23. num. 13. & super constit. Regni. tit. de restit. minor. num. 9. Socin. cons. 117. num. 38. lib. 3. Idem Marsil. in locis relatis per Carer. in pract. in 2. tractat. de homicid. §. circa quartum, num. 5. Bombin. cons. 11. num. 2. in fine. Caccialup. cons. crim. diuers. 95. num. 4. tomo 1. vbi ita alias in crimine falsæ monetæ ex auditu a Franc. Aret. in Ciuitate Ferrariæ seruatum fuisse testatur Hippol. Rim. inter eadem cons. crim. diuers. cons. 135. num. 22. & num. 29. tomo 1. vbi amplius quòd si reus non habet pecuniam, pœna debet esse, vel carceris, vel exilij, & est communis, vt per Sforz. Odd. qui alios ex præcitatis Doctoribus refert (sed non sequitur) in tract. de restit. in int. d. q. 80. num. 96. ad fin. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem, in verbo, *vel aduersarij dolo*, nu. 54. vers. at quia. C. de in integr. restit. minor. vbi & iuribus, & Doctorum authoritatibus probat, quòd si pœna ordinaria sit vltimi supplicij, illa commutari debet in pœnā exilij: Si verò pœna ordinaria non erit mortis, sed alia corporalis, tunc debet commutari in pœnam pecuniariam, & quòd hæc pœna non possit esse corporalis, sed pecuniaria post Marsil. & alios, quos allegat, pluries dixit communem Bertaz. cons. 118. num. 3. & cons. 143. num. 16. & cons. 492. num. 2. & seqq. Gerar. Mazzol. cons. 11. num. 13. & seqq. vbi quòd imponitur pœna pecuniaria tantum Monticell. reg. crim. 2. num. 11. Rolan. cons. 51. num. 41. & seq. lib. 1. & cons. 77. num. 6. & num. 9. in princ. lib. 3. Hippol. Rim. cons. 244 num. 24. & num. 30. lib. 3.

Vbi reprobat Caccialup. contrarium dicentem. Honded. consil. 104. num. 37. & seqq. vbi & aliis relatis testatur de comm. opinione.

168 Contrarium, quòd immò minoribus possit isto casu imponi pœna corporalis verius credidit Fulgos. in consil. 157. col. antepen. vers. quibus ex omnibus, vbi hoc admittit stante atrocitate delicti, in quo consuluit, videlicet in furtis reiteratis, & cum fractura, prout etiam in similibus furibus famosis hoc idem admittit Caccialup. cons. crim. diuers. 95. num. 3. & num. 20. tomo 1. Sfor. Odd. de restit. in integ. d. q. 80. num. 97. vbi de pœna carceris, & triremium. Bertazz. cons. 118. in fine, vbi de homicida annorum 18. qui fuit damnatus ad triremes arbitrio Principis. Ofasc. decis. Pedem. 60. num. 9.

Vbi quòd fuit fustigata, & in perpetuum exilium damnata quædam mulier vilis, quę partum in latrinam effuderat. Hippol. Riminal. cons. 244. num. 30. lib. 3. Vbi & hanc admittit opinionem in delictis iteratis. Ludou. Peguer. decis. crim. 24. num. 23.

Vbi quòd apud eum fuit fustigatus, & postea ad triremes per quinquennium transmissus quidam, qui in ecclesia furtum commiserat modici valoris, & idem in sacrilego, cui fuit amputata manus, non obstante minori ætate

iudice

iudice Bertachino in loco per eum relato, testatur Clar. in §. sacrilegium, vers. sed quæro, quæ sit pœna.

169 Quòd & idem procedere in impuberibus doli capacibus, & pubertati proximis, facere videtur text. in §. 1. insti. quib. mod. tute. fini.

Vbi dicitur, quòd deportatio pupilli facit finire eius tutelam. Ergo pupilli deportari possunt, prout illum text. sic ponderarunt, & in illis terminis voluerunt Igne. in l. 1. §. impubes num. 5. ff. ad Syllan. Ioan. de Anan. in cap. 1. nu. 11. vers. colligit etiam, &c. de delict. pueror. Aldobr. in §. idem, num. 4. Instit. quibus mod. tut. finiat. Carer. in practic. crim. in 2. tract. de homicid. §. circa quartum, num. 4. vbi de condemnatione ad Triremes, nec dissentire videtur Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. sub princ. ibi, *sed in omnem casum*, &c. vbi negat proximis pubertati posse imponi pœnam mortis, seù mutilationis membri. tacitè sentiens alias pœnas corporales posse infligi, & præsertim fustigationis, prout testatur, se sic vidisse seruatum in crimine sodomiæ in quibusdam pueris. Simoncell. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 4. num. 49. vers. item pupillus, vbi notabiliter dixit, quòd proximus pubertati punitur in corpore, non in pecunia. Zas. quem allegat., in l. is, qui bonis, num. 19. ff. de verb. oblig. Quamuis hodie tanta sit hominum auaritia, vt totum contrarium nedum in minoribus, sed etiam in maioribus seruetur.

170 Verùm, quòd impuberes nō alia pœna puniri possint, quàm ferula, suaderi videtur ex Alber in l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan, vbi ponit illud, castiga iuuenem ferula, furca senem, peccantem iuuenem corrige, pende senem. Marian. Soc. in cap. 2. nu. 16. vers. sed temporalis, de delict. puer Vbi quòd impuberes loris, & virgis castigari possunt, ad l. 1. §. impuberi. ff. ad Syllan. & per parentes leuiter, per Iudices verò seuerè, & quatenus facti atrocitas requirit. Gand. in tit. de pœn. reor. num. 30. ad finem, vbi quòd quando maiores decapitantur, impuberes ferula cædatur, & eum refert, & sequitur Hippol. Rim. cons. crim. diuers. 135. num. 11. tom. 1. Sforz. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 45. vbi quòd infantes, vel infantiæ proximi, si Iudex eos doli capaces cognouerit, vt se in posterum a delinquendo abstineant, ferula cędi mandabit. Sic & impuberes, & non doli capaces, pro furtis posse virgis, aut ferula cædi voluit Nicas. in §. in summa. Instit. de obliga. quæ ex delict. nasc. in fine, vers. potest tamen impubes. Sic etiam proximos pubertati ferula cædi post Gandin. in loco præcitato dixit Hippol. Rimin. cons. crim. diuers. 135. num. 11. tomo 1. Clar. in pract. §. fin. q. 60. post princ. vbi quòd vidit hos fustigari in crimine sodomiæ. Sfor. Odd. de restit. in int. par. 2. q. 80. num. 52. post Gandin. & Bal. in locis per eum relatis, & num. 55. vbi quòd debent publicè ferula cædi.

171 Quid dicendum? Dicam tibi fideliter, quid in Vrbe, quæ omnium aliarum Ciuitatum magistra reputatur, in occurrenti casu seruatum viderim, distinguendo ætates, & tempora, vt sic concordentur scripturæ, & Doctores. Quando agitur de puniendo impuberes non proximos pubertati, tunc indistinctè, & in quocunq; delicto, nunquā vidi a bonis, & practicis Iudicibus, hos alia pœna puniri, quam ferula, ipsis inflicta, non publicè, vel a publico iustitiæ ministro, sed in carceribus a parentibus, seu consanguineis, vel ab vno ex carcerum custodibus, præsertim si honestioris fuerint conditionis.

Quando verò impuberes sunt grandiusculi, & proximi pubertati. Et tunc si delictum ab ipsis commissum erat tale, pro quo si maior fuisset, mortis pœnam de iure minimè subiisset: Idem, quod in præcedenti casu seruatum vidi. Si verò delictum erat capitale, quòd sæpè contingit, quando isti pueri sodomiæ crimen actiuè, vel passiuè committunt, vel etiam plura committunt furta, & tunc sæpissimè eos publicè fustigatos, ad Triremes autem propter eorum tenellam ætatem nunquam damnatos vidi. Quòd si fuerint puberes maiores, scilicet 14. annorum, licèt minores 25. Et tunc si delicti grauitas, hoc patiatur, & fustigantur, & etiam ad Triremes damnantur, nisi essent adeò imberbes, & Iudices à transmissione ad Triremes se abstinerent, propter periculum maioris scandali, & peccati, quod ibidem contingere posset. Benè verum est, quòd si isti minores fuerint nobiles, condemnentur, pro delicto capitali, ad Triremes, non ad remigandum, sed ad inseruiendū illis in libertate, & pugnando cum hostibus. Iuxta decis. Gramm. 23. in fine, & omnibus prædictis casibus erit semper in Iudicis potestate exilij pœnam, aut pecuniariam, vel vtranq; loco corporalis infligere eius arbitrio, iuxta facti, & personatum qualitatē, & hoc in practica nullam apud nos habet difficultatem.

172 LIMITA I. propositam secundam regulam, vt procedat, vt loquitur, scilicet, vt minor delinquendo mitius puniatur, non autem, vt in totum excusetur, quia ad hūc effectum non datur ei restitutio in integrum, text. est expressus in l. 1. C. si aduers. delict. dum ibi dicitur, *In criminibus quidem ætatis suffragio minores iuuantur, etenim malorum mores infirmitas animi non excusat*, & ibi hoc notant omnes præcipuè Odofred. sub num. 3. & 4. & alij per nos singulariter citati infra in seq. ampliatione, item est text. in l. si ex causa. §. nunc videndum, ibi *& placet minoribus in delictis non subueniri*. ff. de minorib. & ibi præsertim Bal. in summario, & est etiam tex. in l. auxilium. §. in delictis. ff. eod. dum ibi dicitur. *In delictis autem minor annis 25. non meretur restitutionem*, & ibi Odofred. colum. 2. post prin. in verbo, *produxerit* Item text in l. si quis te reum, & ibi gloss. Bald. & Salyc. C. ad l. Corn. de sicar. Alius text. expressus, in l. impunitas. C. de pœn. dum ibi dicitur *Impunitas delicti propter ætatem non datur*. Dec. in l. ferè in omnibus, num. 3. ff. de reg. iur. Ioan. de Ana. in c. 1. nu. 8. vers. in eadem glo. de delict. puer. Tiraq. de pœn. temperand. causa 7. num. 6. versic. Nam in criminibus. Blanch. in practic. crim. §. imbecillitate, num. 5. fol. mihi 77. Boss. in tit. de confess. num. 68. Maurit. in tract. de restit. in int. cap. 153. num. 1. & seqq. vbi benè comprobat, & exornat. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 58. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 6. post vers. extatq; hodie fol. 560. & seq. Vbi benè comprobat de communi, & recepta opinione. Menoch. de recuper possess. remed. 9. num. 41. Sforz. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 57. & seqq. vbi pluribus rationibus hanc probat conclusionem, & q. 81. num. 25. Ex quibus iunctis aliis allegandis in seqq. ampliationibus hæc prima limitatio redditur receptissima.

173 AMPLIA I. hanc primam limitationem, vt potissimum procedat in delictis dolo commissis, in quibus nec minor excusatur, nec ei per restitutionem subuenitur, secundum glo. in l. ferè in omnibus in glo. 1. vers. si criminaliter. ff. de reg. iur. est tex. expressus in l. 1. in princ. & ibi hoc notant glo. in verbo in *criminibus*, & in verbo *infirmitas*. Petr. de Bellapert. col. 1. in princ. Iacob. Butrig. in sūmario. Fulgos. etiam in summario. Odofred. num. 1. vers. primo dicitur, & num. 5. & num. 6. vbi infert Bal. in summario, & num. 1. in fine. Bart. in summario, Iacobin. de S. Georg. num. 1. & 2. & num. 7. post med. Paul. de Cast. nu. 1. & num. 2. ad fin. vers. aut cadit, & Salyc. num 1. & num. 3. vers. aut delinquit dolo. C. si aduer. delict. item est tex. in l. si ex causa. §. si in commissum, & ibi notant omnes. ff. de minor. & rurs. in ead. l. si ex causa. §. nunc videndum, ibi *vt puta, si dolo aliquid minor fecit*, & ibi hoc notant glo. in verbo *in delictis*, & in verbo *ei subuenitur*, vers. aut ex dolo. Odofred. sub num. 1. in discursu. Fulgos. in summar. Bart. num. 1. & num. 3. in fine, vers. aut loquimur de dolo vero, item glo. in l. auxilium. §. in delictis, verbo *atrocioribus*, Fulgos. in summario. Bart. in princ. vers. item nec aduersus vetum dolum. ff. eod. Bonacoss. in comm. opin. par. 1. fol. 114. col. 2. vers. minori nunquam subuenitur. Duen. reg. 259. in prima limit. Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 4. in fine, vers. quibus & illud subiiciam. Clar. in pract. §. fin. ad finē principij, ibi, *quando autem minor, &c.* Vbi quod ita communiter tenetur. Roland. cons. 77. num. 5. lib. 3. vbi de communi.

174 Sic & generaliter minorem non restitui aduersus dolum verum scripserunt Bart. in d. l. auxilium, num. 1. & in l. 1. §. nunciatio, num. 32. & ibi etiam Ias. nu. 11. & Crot. num. 84. ff. de oper. nou. nunc. Alber. in l. vbi exigitur, nu. 3. ff.

3. ff. de eden. Ias. in l. 1. §. hoc edicto ff. eod. Io. de Plat. in §. si quis agens, num. 2. Insti. de actio. Iacobin. de S. Georg. in l. de ætate, num. 2. ff. de in integ. restit. Alciat. in l. magna, num. 5. ff. de verb. signif. Natta in l. hac consultissima §. ex imperfecto, num. 22. C. de testamen. quos, & alios referendo sequitur Mauri. de restit. in integr. cap. 163. in princ. Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 83. num. 11. & seqq. vbi pluribus hanc probat opinionem, & respondet contrariæ rationi. sequitur Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 3. num. 11.

175 AMPLIA II. vt nec minores excusentur, nec eis subueniatur per restitutionem in contractibus dolo per ipsos initis, tex. in l. si ex causa, §. nunc videndum ibi, *vt puta, si dolo aliquid minor fecit in re deposita, vel commodata, vel alias in contractu* ff. de minor. Et ibi hoc notant Odofred. num. 1. in princ. & infra eodem num. 1. in verbo *in delictis*. Fulgos. in summario, & in 1. notab. vbi propterea notat valere argumentum de dolo commisso extra contractum ad dolum commissum in contractu. Bald. in princ. & in primo notab.

176 AMPLIA III. dictam primam limitationem, vt sicut non conceditur minori restitutio in delictis per ipsum patratis, ita nec etiam detur in patratis per alium, & ratificatis per ipsum per regulam, quòd Ratihabitio delicto æquiparetur, & voluit Odofred. in l. 1. in fine. C. si aduer. delict.

177 LIMITA II. eandem secundam regulam non procedere, quando contra minorem agitur pro delicto per eũ commisso non criminaliter, sed ciuiliter tantum ad interesse. Tunc enim ei restitutio nõ conceditur, nisi ad hoc vt pro confesso, vel transacto habeatur. dixi aliquid supra in tit. de reo confess. & conuict. q. 81. num. 358. & est tex. in l. si ex causa. §. nunc videndum, in fine, & ibi hoc notant glo. in verbo *ei subuenitur* in princ. & in vers. nisi pro transacto, &c. Odofred. num. 1. vers. sed interdum, & in verbo *vt pro confesso*, & in verbo *decidere*. Fulgos. in summario & post num. 1. Bart. num. 1. & num. 3. in fine. Bald. in summario. Alber. num. 3. vers. & breuiter, & num. 4. & 5. ff. de minor. glo. in l. ferè in omnibus in 1. gl. in vers. & tunc si ciuiliter agatur. ff. de reg. iur. & ibi Guliel. Mayner. num. 11. vers. si ciuiliter, alia glo. in l. 1. in verbo *non committitur*. in fine, & ibi hoc notant Pet. de Bellapert. col. 2. vers. si de ciuili actione, vbi benè exemplificat illa verba glo. *nisi ad hoc, vt pro confesso, vel transacto habeatur*. Iacob. Burr. versic. quandoq; iuuatur beneficio, & vers. si autem ciuiliter Odofred. num. 4. vers. si autem minor conuenitur ciuiliter, & num. 6. vers. sed agatur ciuiliter. Cyn. num. 1. vers. si ciuiliter. Bald. num. 2. Iacobin. de S. Georg. num. 7. in fine. Paul. de Cast. post num. 2. vers. item si criminaliter, & Salyc. num. 1. vers. secùs si ciuiliter, & num. 3. col. 1. in fine, vers. aut agitur ciuiliter. C. si aduer. delict. Idem Odofred. in l. si auxilium, col. 2. ante med. vers. secùs autem, & iterum infra vers. si autem conuenitur ciuiliter ff. de minor. Io. And. in cap. 1. num. 3. in fine, vers. tamen si negando de delict. puer. & ibi etiam Anchar. num 4. vers. si ciuiliter. Io. de Anan. num. 9. vers. in ead. glo. Marian. Socin. in cap. 2. num. 16. vers. item voluit Hostiens. &c. & num. 18. in fine, & seq. de delict. puer. Matthesil. sing. 164. & ibi in addit. Sforz. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 61.

178 SVBLIMITA hanc secundam limitationem secundum Marian. in d. cap. 2. num. 16. iuncto nu. 18. in fine, & seq. de delict. puer. vt scilicet procedat, quando minor delinquit dolo. Tunc enim si contra eum ad interesse ciuiliter agitur, non potest petere restitutionem, nisi vt supra, vt habeatur pro confesso, vel transacto; si verò deliquit nõ dolo, sed culpa, & tũc indistinctè restituitur, vt ibi per eũ, quod & idem probauit, & de cõmuni testatus fuit Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 2. q. 81. num. 26. & seqq. Vbi etiam declarat hanc conclusionem, & inter alia dicit, quòd minor non restituitur aduersus damnum datum, & quòd ciuiliter pro interesse contra eum agatur, ac etiam quòd damnum non dolo, sed culpa fuerit datum in duobus casibus: primò in foro conscientiæ: secundò, quando ex eo est factus locupletior.

179 LIMITA iij. vt minor ętas non excuset ab irregularitate. Quod quando verũ sit, & quid in impubere, quid in infante, seù infantiæ proximo, doli capace, vel non, tollitur tota materia in clem. 1. & ibi glo. & Scribentes omnes. de homicid. per Hostien. in c. 1. num. 5. & ibi etiam Io. Andr. num. 4. ad finem. Anchar. num. 5. Card. Zabar. num. 4. Ant. de Butr. num. 9. ad fin. Abb. sub num. 4. & post num. 6. Io. de Anan. post num. 3. & num 11. in fine, vers. vltimo quærit hic Hostiens. &c. Marian. Socin. num. 20. de delict. puer. Vide eundem Marian. in c. ad audientiam, num. 42. & seqq. vsque ad num. 52. extra de homicid. glo. in c. 2. in verbo *inultum*, ad fin. vers. irregularis tamen fuit effectus, eodem tit. de delict. puer. & ibi etiam Hostiens. num. 5. Ant. de Butr. num. 3. vers. dicit tamen glo. Card. Zabar. colum. 1. post med. vers. & in hac glo. Marsil. in l. infans, num. 1. ad l. Corn. de sicar. Carer. in pract. in tractat. de homicid. §. circa quartum, num. 2. & seqq. Duen. reg. 259. sub 3. limitatione. Couaruu. in clemen. 1. par. 3. in initio num. 5. per tot. in discursu. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 32. num. 2. post med. vers. est tamen, &c. & num. 3. & num. 4. ante vers. rursus non abs re, &c. ibi *longe quidem aliter, &c.* fol. mihi 556 & num. 11. in fin. fol. 566. Igne. in l. 1. §. impubes, num. 18. ff. ad Syllan. vbi quòd infans ex homicidio irregularitatem non incurrit secundum communem, reprobato Hostiense contrarium dicente, prout sine dubio opinio Hostiens. reprobatur expresśè in clem. 1. & ibi notatur per glo. & omnes communiter, de homicid. & pręcipuè Couaruu. d. par. 3. in initio, n. 5. in prin. & per Carer. in prac. in 2. tract. de hom. §. circa quartum, nu. 2. Petr. a Plach. cap. 32. num. 2. post med. vers. & cum hoc.

180 LIMITA iiij. in delictis spiritualibus, prout est crimen hęresis, & simoniæ, in quibus minores non excusantur, nec mitius puniuntur, quia in spiritualibus maior 14. annor. habetur pro maiori, cap. fi. de iudic. nu. 6. Spec. in tit. de actore §. 1. num. 10. vers. item mulier, vel vir minor. Capel. Tholos. decis. 113. Aym. cons. 90. in princ. quos vltimos refert, & sequitur Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 83. num. 38. Ant. de Butr. in cap. ex litterarum, num. 11. de apostat. prout illum refert, & sequitur Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 103. Decian. in suis tract. crimin. par. 1. lib. 3. cap 12. num. 25. & lib. 5. cap. 37 num. 56.

Vbi tamen, quòd minor ætas, si minores rectè pœniteat, iuuat ad minuẽdam pœnam, iuxta c. dixit Apostolus 24. q. 3. sed si pertinaces, & impœnitentes fuerint, puniendi sunt, prout alij, & si maiores facti depræhendantur in illa hęresi, quam sequuti sunt in minori ætate, non ideò minori pœna castigabuntur, cùm tanto grauiora sint peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam. c. fi. de consuetud. secus autem, si maiores facti resipuerint, vt ibi per eum Ad quæ vide etiam benè declarantem Simãc. de Cathol. instit. tit. 29. num. 56. & seqq.

181 LIMITA V. vt prædicta secunda regula procedat quando minor delinquit ex voluptate consistente circa concupiscibilia, & irascibilia motus quodam ætatis impetu, & imprudentia, prout est blasphemia, adulterium, percussio, homicidium, & alia symilia, quæ accedente matura, & maiori ætate, facilè ab illis minor se abstinuisset, secùs in delictis, quæ non ætatis imprudentia, sed obstinata minoris malitia, & incorrigibili ipsius voluntate ita perpetuò faciendi, si occurreret etiam in maiori ætate proueniunt, & qua crescente non solum non deponunt, sed augentur, prout sunt assassinia lucri causa, furta geminata, vsuræ, proditiones, & alia similia, quæ vt dixi, maturæ potius ætati, & illius malitiæ conueniunt, quàm adolescentiæ, imprudentiæ, & voluptati, tunc enim in pœnam ordinariam delicti condemnari posse pluribus cõtendit Sfort. Odd. in tract. de restit. in integ. par. 2. q. 80. num. 75. & sequent. vsquè num. 93. Est noua limitatio, propter quam in iudicando nunquàm consulerem esse recedendum a comm. opin. Doctorum, qui generaliter in omni casu loquuntur.

182 LI-

181 LIMITA VI. nisi aliqua noua cõstitutione statue retur, vt minor ordinaria pœna puniatur. Talis enim cõstitutio seruanda est, & idem in Statutis, prout consuluit Socin. in consil. 157. col. 4. num. 11. vers. quarto, & vltimo, & num. 12. vers. quoniam ad hoc respondetur lib. 2. Vbi amplius dixit, quòd Statutum mandans pœnam corporalem non posse imponi minoribus 18. annorum, à cõtrario sensu, & tacitè habet pro maiore excedentem illam ætatem: refert, & sequitur Boss. in tit. de decret. Mediol. nu. 17. & in tit. de confess. num. 69.

183 Et quòd attinet ad hanc limitationem, vide in primis nostrum Statutum Romanum lib. 1. cap. 47. quo cauetur maiores 20. annis in quolibet contractu, actu, & negotio, tàm in iudiciali, quàm extraiudiciali, in omnibus, & per omnia pro maioribus haberi, omnesq; dispositiones, & iura de maioribus annorum 25. loquentibus in eis seruandas, & locum sibi vendicare.

Verum hoc Statutum, quamuis generaliter loquatur, an comprehendat causas criminales, & delicta, apud me non transit sine difficultate.

184 Vide rursus Bullam Iulij II. 11. in ordine, in parte prima Bullar. fol. mihi 158. vers. statuimus insuper, in qua minores 25. annorum, dummodo 20. attigerint annum, in crimine homicidij, aliisquè delictis, in quibus capitalis, aut sanguinis, vel alia quæuis grauior arbitrio iudicis pœna infligenda esset, non solum nõ excusantur, sed etiam pro maioribus reputantur, & ita vt maiores puniuntur: Et hæc Iulij constitutio fuit cõfirmata à Pio IV. in eius cõstit. 68. incip. & si cuncta, fol. 743. in eod. Bullario par. 1. & est repetita inter constit. March. lib. 4. cap. 15. & de ea fecerunt mentionem Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 2. q. 81. num. 32. & Flamin. Carfar. de exequut. senten. cap. fin. num. 231.

185 Ac etiam vide aliam Bullam Pij iiij. incip. licèt dudum ante finem, de qua in Bullario par. 1. fol. 871. & est in ordine 128. in qua statuitur, quòd homicidis minor ætas 20. annorum nõ prosit, dùm tamen maiores 14. annorum extiterint, de qua quidem Bulla mentionem fecerit Sfort. Odd. d. q. 81. num. 32. subdens, quòd quamuis dura, seruanda est, & Flamin. Cart. de exequut. sent. cap. fin. sub num. 230. & 236. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 17. nu. 14. par. 1. Vbi testatur, ita seruatum fuisse tempore Pij V. in Vrbe, in quodam Firmano, qui patruum venenauerat, & ita etiam ego testari possum, vidisse seruatum in duobus Adolescentibus, qui Benedictum Guerinum de Bassano occiderant.

186 Sic etiam Sixtus V. in sua Bulla 6. in ordine, de qua in Bullario, fol. mihi 1376. par. 2. in verb. Duces quoque, statuit, quòd tàm in homicidio, quàm in aliis delictis ibi enumeratis, maior annorũ 14. nõ excusetur, & secundum istã Bullam, in principio sui Põtificatus seruatum vidi in quodam Adolescentulo, nomine Michaele Corso (si rectè memini) qui fuit suspensus, ex eo quòd in territorio Ceruetteris cum bannitis armatus repertus fuerit, & cum birroariis pugnauerit, nulla suæ ætatis habita miseratione.

187 Sed ne circa prædicta decipiaris, aduerte in primis, quòd licèt idem D. Sfor. Odd. in suo celeberrimo tracta. de resti. in integ. par. 2. q. 80. num. 72. vers. tertio saltem, &c. dixerit generaliter ex Bulla Pij V. in Terris Ecclesię omnino seruanda, minoribus 25. annorum pœnam delictorum nõ esse minuendam, quãdo constat de dolo, & malo animo eorum in delinquendo, prout & etiam generaliter Ioseph. Ludou. in d. decis. Lucens. 17. nu. 57. & seqq. par. 1. dixit ex Bulla prædicta Pij iiij. minores in delictis, si annũ 14. excesserint, minimè excusandos, audax etiam in testãdo, quòd ita in Vrbe vidit seruari in duobus casibus, ibi per eum relatis. Aduerte inquam, quòd asserta Bulla Pij V. sic generaliter loquens de minoribus dolo delinquentibus in Bullario non inuenitur; Et sic etiam quod Bulla Pij iiij. prædicti, quæ tantummodo in specie loquitur de homicidis, generaliter seruetur in aliis delictis, falsum est, quicquid in cõtrarium affirmetur à prædicto Ludouico. Et propterea quod ipsæ Bullæ in casibus specialibus loquẽtes, tanquàm pœnales, & iuris communis correctoriæ sint strictè intelligendæ, & non extendendæ, vltra casus ibi expressos benè probat Flami. Cartar. de exequut. sent. cap. fin. num. 230. & seqq. Nec dissentire videtur idem Ios. Ludou. d. decis. Lucens. 17. num. 38. & seq. licèt aliqua in cõtrarium adduxerit supra nu. 13. & seq.

188 Et particulariter, quòd Bullæ prædictæ loquentes de minoribus homicidis nõ extendantur ad præstantes opẽ, seu auxilium homicidæ voluit idem Cart. d. cap. fin. num. 233. Vbi aliis relatis, testari videtur de magis communi opinione.

189 Aduerte secundo, quòd Bullę prędictæ videntur loqui in minoribus bannitis, & in contumaciam condemnatis. Ideo extra illum casum, & sic in condemnandis nõ videntur procedere, prout in specie sic benè aduertit Honded. cons. 99. num. 48. lib. 1.

190 Aduerte tertio, quòd nõ obstantibus prædictis Bullis tanquàm factis ad terrorem, videtur, quòd manus Iudicis nõ sint ligatę ex ætatis miseratione ad pœnam minuendam, & quòd alias intellectæ essent irrationabiles, & iniustæ, & quòd Iudex sit molliendo pœnas, & miserẽdo non peccet, prout voluit, & probauit Sfor. Odd. d. q. 81. num. 33. & seqq. & in specie etiam pluribus, & quidem validissimis rationibus, hoc idem benè consuluit Honded. in d. cõs. 99. num. 48. & seqq. quem omninò videas, ad idem etiam allegantem. Asin. inter cõs. crimin. diuers. 110 nu. 12. & 13. tomo 2. & in fine consilij attestans, quòd de anno 1583. ita fuit Perusiæ seruatum à Locumtenente Card. Riarij, tunc Legati. Sed vtinam Iudices nostri temporis hæc facerent, & aduerterent, saltem Principe cõsulto, prout in ijs casibus, si Iudex essem, semper illum consulerem, ac etiam persuaderem, vt ad gratiam temperandæ pœnæ inclinaret, & ipso sic consentiente, tutè Iudex pœnam minuit, quicquid secus ab aliis Iudicibus inhumaniter inhærendo solum litteræ, & cortici verborum ipsarum Bullarũ vt supra retuli, seruatum fuerit.

191 LIMITA VII. in crimine blasphemiæ, in quo ætatem minimè excusari debere; facit exemplum illius pueri, relatum à Gregorio iiij. de quo supra, num. 48. Sed verius dicas, Ætatem nõ excusare, quando puer est doli capax. Intelligitq; vim, & sensum blasphemiæ, secùs si ignoraret, quid diceret, faceretq; sicut psitacus, vel perica, quę audita re, cantat absque alia consideratione. Tunc enim puerum hunc non esse puniendum in specie voluit Decia. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 6. & faciunt, quę dixi supra num. 50.

ARGVMENTVM.

De Ebrio delinquente, & illius pœna.

SVMMARIVM.

Ebrius delinquendo regulariter in quantumuis gradu delicti mitius punitur, num. 1. & num. 3. licèt alij contra, num. 2.

Ebrius punitur non ob ide delictum in ebrietate commissum, sed ob culpam, & leuitatem, quam commisit se inebriando, num. 4.

Ebrius punitur mitius, etiam stante Statuto, quòd delinquens nullã consequatur misericordiam. num. 5.

Ebrius punitur mitius, etiam quòd delinquat in Principem, num. 6.

Ebrius an, & quomodo puniatur pro blasphemia in ebrietate commissa, num. 7. & seq. vbi etiam quid in crimine hæresis.

Ebrius occidendo, vel mutilando, an incurrat irregularitatem, nu. 9.

Ebrius excusatur à periurio, num. 1. in fine.

Ebrius excusatur à pœna pacis ruptæ, num. 10.

Ebrius excusatur etiam in pœnis statutariis, num. 11.

Ebrius sine sua culpa non cognoscens, puta, vini qualitatem, & potentiam, vel deceptus à sociis, qui in vino mixturam posuerunt, nullatenus punitur, nu. 12. licèt alij contra, num. 13.

Ebrio pœna minuitur Iudicis arbitrio num. 14.

Ebrio non potest imponi pœna corporalis, sed tantum leuis, & pecuniaria, nu. 15. Contra, num. 16.

Ebrij

Ebrij confessio non valet, num. 17.

Ebrius tunc demum mitius punitur, quando est taliter inebriatus, vt quicquid agat, ignoret, ac in totum à mente alienatus reperitur. Secus si sit leuiter ebrius, & propter vinum tantummodo exhilaratus, num. 18. Declara, num. 19.

Ebrius non punitur mitius, quãdo se inebriauit, sciens, se solitum in ebrietate delinquere, & alios percutere, num 20.

Ebrietas procurata, & affectata ad effectum, vt delinquendo excusationem acquirat delinquens, non tueat ipsum ebrium, num. 21.

Ebrius post ebrietatem gloriando se de delicto, & illud ratificando, nõ punitur mitius, num. 22.

Ebrietas non præsumitur, ideò probanda est per allegantem, nu. 23.

Ebrietas quomodo probetur, & quibus signis, & an sit difficilis probationis, an per testes de credulitate, num. 23. & seqq.

QVÆST. LXXXXIII.



VINTA causa minuendi pœnam est ebrietas.

1 REGVLA enim iuris est, quòd omne delictum quantumuis graue, & atrox, durante ebrietate, commissum, non ordinaria pœna, sed extra ordinem, & mitius punitur, text. in c. sanè, & ibi præsertim glo. in verbo *venia* 15. q. 1. dum ibi dicitur. *Ideoque si qui per vinum deliquerint, apud sapientes Iudices veniam quidem facta donantur, sed sauitatis damnantur authores.* Itẽ tex. in cap. *inebriauerunt* eadem causa, & q. dum pariter ibi dicitur, *Inebriauerunt Loth filiæ eius, & se nescienti miscuerunt. Quapropter culpandus est quidem non tantum, quantum ille incestus, sed quantum illa mœretur ebrietas*: & ibi glo. in verbo *quantum*, text. in l omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. dum ibi etiam dicitur, *per vinum, aut lasciuiam lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda est*; Et ibi hoc expressè notat Alber. Salic. in l. fin. in fin. C. ad l. Cornel. de sicar. Bal. in l. 1. in 2. lectura, num. 40. C. vnde vi, & in l. data opera, num. 6. C. de iis, qui accus. non poss. vbi dicit, quòd ebrietas, licèt in totum non excuset, extenuat tamen delictum. Bonif. de Vitellin. in tit. quid sit accusat. num. 49. Idem Bal in c. à crapula, num. 3. de vit. & honest. Cleric. Afflict. in constit. terminum vitæ, fallent. 9. notab. 12. Nec dissentit Rom. in l. 1. in princip. num. 9. ff. de verb. oblig. (Quamuis dicat iure ciuili, non reperiri hanc regulam, ibiq; respõdet omnibus ll. quæ pro ea adducuntur) Alex. ad Bar. in l. respiciẽdum. §. delinquũt, num. 3. littera C. ff. de pœn. Ripa in l. fina num. 75. & nu. 79. vers. quarto intelligo. C. de reuocan. donat. Florian. in l. sed & si quæcumque. §. iniuriam, num. 5. ff. ad l. Aquil. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 57. & ibi August. de Arim. in additi. Card. Zabar. clem. 1. num. 9. de homicid. Couaruu. ibidem in 3. par. relect. in initio, post num. 3. Marsil. in l. 1. num. 63. aliàs 48. ff. de sicar. Tiraq. de pœn. temp. causa 6. num. 1. & seqq. Vbi & iuribus & Iurisperitorum, & Canonistarum, & Theologorum, aliorumque plurium authoritatibus, rationibus, & exemplis hanc regulam latissimè more suo exornat. Nouell. in tract. ad defen. in 2. rubr. num. 47. Vbi bonas reddit rationes folio mihi 23. Guliel. Rayner. in l. in totum, num. 68. & in l. ferè in omnibus. ff. de reg. iur. Iodoc. in practic. crim. cap. 84. num. 15. & seqq. Gig. de crim. læs. maiest. li. 1. tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ maiest. q. 51. num. 7. & seq. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat ad instar furoris ebrietas, num. 1. Vbi plures ad hãc regulam affert concordantes. Blanc. in pract. crim. §. ebrius, num. 9. & seqq. fol. 84. à tergo, & nu. 24. fol. 85. Duẽ. reg. 259. in 4. ampliatione. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 73. vbi alijs relatis, testatur de communi. Petr. à Pla. in epithom. delict. cap. 30. num. 1. in fine, & num. 2. Vbi latè relati per Andr. Gayl. obser. 110. num. 24. lib. 2. Vbi plures ad hanc regulam afferuntur rationes. Anchar. Regiens. q. 13. num. 4. & num. 6. vers. aut quis immoderatè bibit, & vers. si verò aliàs par. 2. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst 60. vers. præterea quæro. vbi testatur de communi, ex Vasq. quem allegat controuers. Illustr. cap. 96. num. 31. Menoch. de arbitr. quæstio lib. 2. casu 326. num. 1. Vulpell. cons. 23. & seqq. Soarez. in commun. opin. in verbo *ebrietas*, num. 1. vbi pariter de communi, ex Clar. & Vasq. in locis præcitatis. Laurent. Kirchou. in comm. opin. centur. pri. conclus. 97. Ludou. Peguer. decis. crim. 7. num 22. Franc. Herculan. in tract. de caut. de non offendend. cap. 34. num. 19. & seqq. Bertazz. cons. 26. num. 2. & seqq. & ibi Claud. in additt. littera A, vers. sanè. Vbi testatur de communi, & receptam sententia. Paseth. cons. 185. num. 2. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 579. num. 3. Decian. par. 1 lib. 5. cap. 37. rubric. de defens. reor. num. 53. & num. 60. & par. 2. lib. 6. c. 11. rubr. de excusat. per iur. vbi quòd ebrietas, excusat à periurio, dummodo statim, quòd ebrius resipiscat, & cognoscat, se peierasse, suum incontinenti corrigat errorem.

2 Contrarium videntur voluisse Bart. per illum text. in l. respiciendum. §. delinquunt, num. 3. ff. de pœn. & Alber. in l. 1. num. 2. C. si quis imperat. maled. per text. quem allegat in d. l. omne delictum. §. per vinũ. ff. de re milit. Imol. in clem. par. . . num. 14. de homicid. Andr. Gayl. obser. 110. num. 26. iuncto num. 29. lib. 1. & hanc opinionem admittere videtur in ebrioso, hoc est solito, & consueto se inebriare; facit quòd scripsit Aristo. 3. Ethic. cap. 5. dum dixit ebrium delinquentem duplices mereri maledictiones, ac in duplici culpa esse.

Vna scilicet propter ebrietatem; Alia autem propter delictum in ebrietate commissum, prout illum sic dicentem. præcipuè retulerunt in proposito Marian Soc. in c. ad audientiam, num. 55. vers. aliter tamen de homicid. & Tiraq. de pœn. temper. causa 6. num. 9. Item facit regula illa, Quòd quando culpa præcedit casum, culposus etiam tenetur de eo, quòd casu sequutum est, prout in proposito considerauit. Andr. Gayl. d. obseru. 110. num. 26. & ante eum Blanch. in pract. crimin. dict. §. ebrius, num. 7. & 8. folio 84.

3 Sed non recedendo a proposita regula aduerte quòd Bartol. in d. §. delinquunt, non facit contra, quia non dicit non esse ebrium, mitius puniendum, sed tantum dicit puniendum. Immò ad id allegando text. in l. omne delictum §. qui se. vers. per vinum. ff. de re milit. Vbi cauetur pœnam ebrio mitigandam, tacitè etiam, & ipse sentit, ac approbat, quòd sit mitius puniendus: & ita etiam respondetur Alber. in d. l. 1. C. si quis Imperat. maled. prout benè aduerterunt Couan in d. clem. 1. in 3. par. relect. in initio, post num. 3. Rip. in l. fin. num 79. in fin. C. de reuoc. don. Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. post num. 12. Sic etiam licèt ebrius delinquens duplici conuincatur culpa.

Vna scilicet propter ebrietatem, Alia propter delictum, vt per Arist. in loco præcitato, Deterior tamen est vnus dolus, quàm culpæ multæ, vt benè aduertit Bal. in d. l. 1. nu. 40. in 3. lect. C. vnde vi, & post Bal. Tiraq. d. caus. 6. nu. 10. & ipse idem Arist. in 2. & hic dixit in ebrietate oportere veniam habere, prout pariter idem Marian. aduertit in d. cap. ad audientiam, num. 55. in princ. de homicid. Et rursus, licèt quando culpa præcedit casum culposus teneatur de omni eo, quòd sequitur, id tamen intelligendũ est (vt suo loco dicam) quando illa culpa est ordinata ad illũ casum, alias secus, sed ebrietas non est ordinata ad delictũ Ergo, prout in specie animaduertit Petr. a Plach. d. cap. 30. num. 3. vers. quibus, & illud conuenit, &c.

4 AMPLIA I. propositam regulam, vt pœna quæ afficitur ebrius, non ipsi imponitur ob delictum in ebrietate commissum, in quo nec dolum, nec culpam habet, sed tantum pro culpa, ac leuitate, quam commisit se inebriando, ita mihi probare videtur text. in d. cap. inebriauerunt, 15. q. 1. in vltimis verbis, & ibi gloss. in verbo, *quantum*, in fine, glo. in cap. sanè, in verbo *damnantur*, 15. q. 1. Bonif. de Vitelli. in clem. 1. num 25. in fine, & seq. de homicid. & ibi Couar. in 3. par. relect. in initio, num 3. vers. ex quibus authoritatibus, & num. 4. vers. deinde, vt contrariæ opinionis, &c. & d. num. 4. in fine, vers. hinc deducitur, &c. vbi pluribus, & Canonum, & Doctorum authoritatibus hanc ampliationem exornat, & cõprobat August. ad Ang. de

de malef. in verbo, *sciemer*, & *dolosè*, num. 17. in fine. Rom. in l. 1. in princ. num. 9. ff. de verb. oblig. Vbi expressè dixit, quòd pro delicto nullatenus ebrius punitur, quia cum infanti æquiparetur, sicut infans, nullo modo punitur delinquendo, ita nec debet puniri ebrius, sed benè punitur, pro leuitate, qua ad inebrietatem ductus est. Ripa in l final. num. 79. vers. 4. intelligo. Petr. a Plach. in epitho. delict. cap. 30. num. 2. vers. ex quibus authoritatibus. Vulpel. cons. 23. nu. 4. vbi expressè dixit, quòd ebrietas tollit non solum dolum, sed etiam culpam, respectu criminis, licet non respectu vitij temulentiæ. Paseth. cons. 185. post num. 2.

5 AMPLIA II. etiam quòd extaret Satutum, seu constitutio, volens, quòd delinquẽs nullam consequatur misericordiam. Nam adhuc ebrius mitius puniẽdus est. Abb. antiq. Panormit. & Io. de Ana. in c. 2. de maled. quos ad hoc refert, & sequitur Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. num. 2. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 326. num. 5.

6 AMPLIA III. quia videtur ebrius mitius puniri, etiã quòd delinquat in Principem, prout in maledicente Principi, voluit Imperator in l. 1. & ibi gloss. in verbo *Temulentia*. C. si quis Imperat. maled. & ibi etiam Alber. num. 2. Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. num. 5. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 326. num. 6. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter, & a quibus crim. læs. maiest. commit. q. 52. nu. 6. & seqq. quem refert Bertazz. cons. 26. sub nu. 3.

7 AMPLIA IV. etiam in crimine blasphemiæ. Abb. in cap. fi. de maled. vbi quòd pœna illius canonis nõ habet locum contra ebrios blasphemantes, prout illum sic dicẽtem refert, & sequitur Rip. in l. fin. n. 78. C. de reuoc. don. Carer. in pract. in 3. tract. ad defensam, in 2. rub. vbi remissiuè, & distinguit inter ius ciuile, & ius canonicum. Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 34. num. 21. Clar.

8 in pract. §. fin. q. 60. vers. præterea quæro. Vbi tamen quòd non excusatur in totum, sed mitius punitur, ex Abb. ant. & Gram. qui de communi testatur in locis ibi per eum relatis, & ibi etiam testatur, quòd alias apud eum, quidam Christophorus de Prinis fuit pro blasphemia, vno ictu funis publicè percussus, licèt in ebrietate blasphemauerit. Nec dissentire videtur Vulpell. cons. 23. num. 1. & seqq. dũ cõsulens pro eo, qui in die S. Martini, & in Taberna ebrius blasphemauerat, adducit ad eius fauorem generalem regulam, Quod delinquens in ebrietate extraordinaria. Sic & ebrium, si propter ebrietatem fuerit a mente alienatus, excusari a pœna ordinaria, licèt non sic ab extraordinaria, si in ebrietate, aliquod impium, & hæreticum dixerit, adnotauit Decian. par. 1. lib. 5. cap. 37. rub. de defens. reor. nu. 53. & num 60.

9 AMPLIA V. vt ebrius occidendo, vel mutilando nõ incurrat irregularitatem, sed An hæc ampliatio vera sit, & quando de materia vide Card. Zab. in clem. 1. nu. 9. de homicid. & ibi etiam Imol. num. 14. Bonif. de Vitellin. nu. 25. & 26. Couar. ibidem in 3. par. relect. in initio, num. 3. & 4. Vbi relatis contrariis, & aliorum antiquorum opinionibus concludit, & pluribus probat ebrium occidendo aliquem in ebrietate non esse irregularem, etiam quòd culpa sua se inebriauerit, immoderatè bibendo, dummodo non se inebriasset dedita opera, vt delinqueret, vel nisi alias esset solitus in ebrietate arma sumere, & homines percutere. Marian. Soc. in c. ad audientiam, nu. 55. & seqq. de homicid. Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. num. 12. in fine. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat, num. 4. Pet. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 30. nu. 3. vers. ex quibus, &c. Vbi sensit idem cum Couar. in loco præcitato, & nu. 5. Vbi latius eandem opinionem defendit contra Cardin. Zabar. & alios contrarium tenentes.

10 AMPLIA VI. etiam in pœna pacis, seu cautionis ruptæ. Nam ebrius non dicitur pacem, seu cautionem rumpere, secundum Bart. in l. aut facta. §. causa, in fine ff. de pœn. prout illum sic dicentem, refert, & sequitur Tiraquell. de pœn. caus. 6. post num. 2. Hercul. in tracta. de caut. de non offenden. cap. 34. nu. 19. & seqq. Masc. de prob. lib. 3. concl. 1131. nu. 21.

11 AMPLIA VII. etiam in pœnis statutariis. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 6. num. 1. ex Bald. quem allegat in cap. crapula de vit. & honest. Cleric. quem etiam refert, & sequitur Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 2. casu 326. num. 2.

12 AMPLIA VIII. & multo magis in eo, qui ebrius euasit, sine sua culpa, quòd potest contingere, prout exemplificant Doctor. duobus modis. Primò, quia non cognoscebat vini qualitatem, & potentiam ad inebriandum aptam, cum contrarium crederet ex eo, quia illud erat clarum, & paruum. Secundò, quando fuit deceptus a sociis, qui in vino mixturam, vtputa, sal posuerint. Tunc enim delinquendo ebrius, nullatenus punitur, nedum mitius. Marian. in cap. ad audientiam 55. in fine, de homicid. Couaruu. in clem. 1. in 3. par. relect. in initio, num. 3. in fine, vbi quòd hoc est constitutissimum, de homicid. Blanch. in pract. crim. §. ebrius, num. 23. in fine, fol. 85. Duen. reg. 259. in 4. ampliatione, vers. in qua quæstione. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 30. num. 3. sub vers. ex quibus sanè, & num. 5. vers. cæterum, si absque eius culpa, fol. 537. Ancharan. Regiens. q. familiar. 13. par. 2. per totam, vbi latè de eo, qui inebriatus a sociis immiscentibus sal. in vino, homicidium commisit nulla pœna puniendum esse, concludit Clar. in practic. §. fi. q. 60. sub vers. præterea quæro.

13 Quamuis quòd isto casu etiam inebriatus ob ignorantiam vini puniri possit extraordinaria pœna sensisse videtur. And. Gayl. obseru. 110. nu. 27. & seqq. lib. 2.

14 AMPLIA IX. vt pœna ebrio diminuatur iudicis arbitrio. Rom. in l. 1. in princ. num. 9. ff. de verb. oblig. Bonif. de Vitell. in tit. quid sit accusatio, num. 49. Ripa in l. final. nu. 79. post vers. quarto intelligo. C. de reuoc. donatio. Duen. reg. 259. in 4. ampliatione, post princ. Cardin. Alexand. in cap. deniquè, distinct. 4. Ioan. de Ana. in cap. de infantibus, num. 2. de his qui fil. occid. Petrus a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 30. num. 2. Menoch. qui alios nonnullos refert concordantes, de arbitr. quæst. lib. 2. casu 326. nu. 4. Bertaz. cons. 26. nu. 3.

15 AMPLIA X. quia pœna prædicta videtur, quòd nõ possit esse corporalis, sed leuis & pecuniaria.

Nam sicut dixi supra in prima ampliatione, ebrius punitur, non propter delictum, sed propter ebrietatem. Ebrietas autem veniale peccatum est (nisi sit affectata, & dolosa) §. criminis, distinct. 25. Ergo non grauiter, sed leuiter puniendus est, prout isto argumento vsus videtur Rom. in d. l. 1. in prin. d. num. 8. ff. de verbor. oblig. dum dixit ebrium puniendum pro iudicis arbitrio, considerato peccato ebriationis, quod est veniale. Bonif. de Vitali. tit. quid sit accusat. nu. 49. Vbi quòd pœna debet esse pecuniaria.

16 Sed quòd immò hæc pœna possit esse corporalis facit, quia delinquens per ebrietatem dicitur delinquere ex lata culpa Bald. in l. data opera, num. 5. in fine. C. qui accus. non poss. Sed sic est, quòd lata culpa potest corporaliter puniri, vt dixi supra, q. 87. num. 73. Ergo ebrietas etiam corporaliter punitur. Bonifac. de Vital. in dict. tit. quid sit accusat. num. 49. Vbi licèt affirmet (vt supra eum retuli) pœnam debere esse pecuniariam.

Testatur tamen, Ianuæ aliàs homicidam ebrium fuisse condemnatum ad carceres per decem annos, & quòd non daretur sibi vinum (& fuit magna pœnitentia) prout etiã Bonif. sic dicentem refert Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat, num. 1. vbi amplius dixit in homicidio esse pœnam corporalem ex Alex. ad Bar. in d. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. Anchar. Regien. q. 13. num. 5. par. 2. vbi refert Bonifac. in loco præcitato. Clar. in pract. § final. q. 60. vers. præterea quæro in fine. Vbi testatur quendam, qui in ebrietate blasphemauerat, fuisse publicè vno ictu funis affectum. Bertazol. cons. 26. in fine in resolutione illius consilij, vbi testatur ad Triremes fuisse transmissum quendam, qui in ebrietate alium occiderat. Quamuis, vt ipse asserit Pasett. (qui in eodem casu consuluit) in consil. 185. dixerit, illum fuisse absolutũ (sed certè Paset. hoc non dicit, sed tantum testatur) quòd causa illa piè terminata fuit ad fauorem carcerati.

17 AMPLIA XI. vt nec valeat confessio ebrij. Rip. in d.l.fin. num.78. C.de reuocand.donat.

18 LIMITA I. propositam regulam procedere in eo, qui taliter est inebriatus, vt quicquid agat, ignoret, cum in totum propter ebrietatem fuerit a mente alienatus; secùs autem in leuiter ebrio, & vt dicitur, tantummodo propter vinum exhilarato, Nam is delinquendo punitur mitius secundum Bald. in l. 1. num. 40. in fine, in 2. lectura C. vnde vi, & in l. data opera, num. 6. C. qui accus. non poss. vbi, quòd magna ebrietas extenuat delictum, non autem parua, & Bald. sic dicentem sequuti sunt Rip. in l. fina. num. 39. C. de reuoc. donat. vbi alios refert concordantes Tiraq. de pœn. temp. caus. 6. num. 11. & 12. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 17. vers. si verò fuit parua ebrietas. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat, num. 1. in fine. Blanch. in epith. delict. cap. 30. nu. 2. ad med. vers. aut sanè ebrietas fuit leuis, Anchara. Regiens. q. 13. num. 4. in fine, & nu. 6. par. 2. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 34. post num. 21. Iodoc. in prac. crimin. cap. 84. num. 19. Andr. Gayl. obseru. 110. num. 29. in fine, lib. 2. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 326. num. 7. Bertazz. cons. 26. sub num. 3. vers. & licèt omnes. Vbi, quòd omnes ita distinguunt inter leuem, & magnam ebrietatem. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 579. num. 9. Et faciunt, quæ in simili de iracundia dixi supra quæst. 91. num. 40.

19 Verum ad præmissa aduerte, quòd Tiraquell. in loco præcitato verius credidit (prout & ego verissimum credo) quòd, & leuiter ebrius mitius aliquantulum puniatur, licet non tantum mitius, quantum grauiter ebrius. Et Tiraq. sic dicentem refert, & sequitur Pasett. in cons. 185. post num. 2.

20 LIMITA II. in eo, qui sciens se solitum in ebrietate delinquere, & alios percutere, ac offendere, non abstinuit se a vini immodica potatione, & se inebriauit. Tunc enim delinquēdo, punitur nō mitius, sed pœna ordinaria. Ang. de malef. in verb. *scienter, & dolosè*, sub nu. 17. Marian. in c. ad audiētiā, nu. 56. de homicid. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. tertio excusat, nu. 3. Blanch. in pract. crim. §. ebrius, nu. 21. fol. 85. & nu. 25. ad medium fol. 86. Couaruu. in clem. 1. in 3. par. relect. in initio, nu 4. in fine vers. posset quidem de homicid. Duen. reg. 259. in 4. ampliat. ad fin. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 30. num. 3. vers. tametsi opinor. & vers. cæterum, aut ebrietas, &c. Anchar. Reg. q. 13 nu. 4. ad med. & num. 6. vers. si autem sciret, par. 2. And. Gayl. obseru. 110. nu. 29. lib. 2.

21 LIMITA III. in ebrietate procurata, & affectata ad effectum, vt ebrius delinqueret, & delinquendo se cum ea excusaret. Nam tunc nullatenus excusatur, & ordinaria pœna plectendus est. Bonif. de Vital. in tit. de insult. & percus. num. 48. vers. item in ebrioso. Rip. in l. final. nu. 79. vers. secundo intellige. C. de reuoc. donat. Tiraquel. de pœn. temperā. caus. 6. nu. 10, vers. ex quo dicto. Petr. a Plach. in epitho. delict. lib. 1. cap. 30. num. 2. post med. vers. quòd si sciens, &c. & vers. si quidem affectata, &c. & num. 3. vers. ex quibus sanè, in fi. & nu. 5. post prin. vers. rursus, & eum, &c. Iodoc. in pract. crim. cap. 84. num. 16. Couaru. in clem. 1. in 3. par. relect. in initio. num. 3. in fine, vers. rursus, & hoc de homicid. vbi, quòd hoc est expeditum in iure. Anchar. Reg. q. 13. num. 6. in fine, par. 2. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 376. num. 8. & 9.

22 LIMITA IV. regulam procedere in eo, qui in se reuersus, & ebrietate cessante malè contentus remanet de delicto in ebrietate cōmisso; secus si de eo glorietur, quia tunc ex ratificatione subsequuta apparet, quòd eodem modo deliquisset, si non fuisset ebrius, meritò pœna ordinaria puniendus est, secundum Rip. in l. fin. num. 79. versic. tertio intelligo. C. de reuoc. donat. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 326. num. 10. Herculan. de caut. de nō offend. c. 34. post num. 21. Et faciunt quæ in simili, de iracundia, dixi supra q. 91. num. 36.

23 LIMITA V. quia ebrius quis non præsumitur. Ideò ebrietatem illam alleganti ad effectum, vt se a delicto excuset, incumbit onus probandi, vt scilicet delicti tempore ebrius fuerit. Aym. cons. 159. in fine. Rip. in l. final. num. 80. C. de reuoc. donat. Herculan. de caut. de non offend. cap. 34. num. 22. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 326. nu. 11. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 579. num. 4.

24 Sed quomodo probetur ebrietas, videas Bal. in cap. a crapula, de vita, & honestate Cleric. Dec. cons. 112. num. 1. Innoc. in cap. cum causam, de testib. Luc. de Penna in l. 1. C. de erog. milit. an. lib. 11. Bertazz. cons. 26. ante nu. 1. versic. quoad primum caput, & num. 1. & 2.

25 Vbi amplius, quòd ebrietas probatur per testes de credulitate, & num. 6. vbi pulchrè designat ebrietatis signa, in medio, & in fine, videlicet simiæ, leonis, & porci. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 578. Adden. ad Diaz. in pract. crim. canon. in verbo *ebrij*, cap. mihi 77. littera B, vers. est tamen circa hoc.

26 Ex quorum dictis colligitur ebrietatem esse difficilis probationis, ideo signis, & coniecturis probari, vt puta, ex transformatione faciei, ex aspectu rubeo, seu exhilarato, seu iracundo, ex loquela, seu actibus indecentibus, vel alias extra propositum, ex nimio potu, & præsertim diuersorum vinorum, ex euomitione, aut aliis similibus actibus. Testes enim deponentes, quem ebrium minimè probāt, nisi ebrietatis huiusmodi concludentes afferant rationes, per signa prædicta, prout dixi in tract. de testib. q. 70. num. 59.

ARGVMENTVM.

De furioso, & prodigo delinquentibus, & eorum pœnis, & an furor probandus, & per quem.

SVMMARIVM.

Furiosus delinquens in furore excusatur à pœna, nu. 1.
Freneticus, insanus, demens, seu mente captus, delinquendo excusantur, nu 2.
Furiosus quis dicatur: Quis freneticus: Quis fatuus: Quis demens: Quis insanus: Et Quis mente captus num. 3.
Furiosus non punitur etiam, quod post delictum redierit ad sanam mentem num. 4.
Furiosus habens dilucida interualla, si delinquit tempore sanæ mentis, non excusatur: Si verò deliquerit tempore furoris, excusatur, num. 5. & seqq. Et in dubio ad excludendum pœnam præsumitur, quis potius deliquisse tempore furoris, quàm sanæ mentis, num. 8. Licèt alij contra, num. 9. Et licèt etiam alij dixerint consulendum esse Principem, num. 10. Sed dic verius id totum remitti Iudicis arbitrio, qui ex qualitatibus, & circumstantijs iudicabit, an delictum fuerit commissum tempore furoris, an verò tempore sanæ mentis, num. 11. & 12.
Furiosus effectus post delictum commissum tempore sanæ mentis excusatur à pœna, num. 13. Licet alij contra num. 14. Etiam quòd nulla sit spes, quòd effectus furiosus reducatur ad sanam mentem num. 15. Ac etiam quòd furor superueniat post formatum processum, & post sententiam, num. 16. Licet alij contra, nu. 17. Sed pro concordia distingue, vt nu. 18.
Furiosus effectus post delictum commissum excusatur à pœna capitali, & corporali: secus autem à pœna confiscationis bonorum, seu pecuniaria, num. 19. Declara, vt num. 20. & seqq. Sed quid in pœnis arbitrarijs, num. 24.
Furiosus effectus post delictum commissum non dimittitur, sed custoditur, quando est aliqua spes, vt ad sanam mentem reducatur, num. 25.
Furiosus si in furore aliquem occidat, irregularitatem non incurrit, num. 26.
Furiosus delinquendo excusatur etiam in crimine parricidij, numero 27.
Furiosus non rumpit pacem, nec cautionem de non offendend. nu. 28.
Furiosus delinquendo non punitur aliqua pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria, num. 29. Quamuis alij contra, num. 30.
Furiosi confessio confitenti non nocet, num. 31.

Furio-

Furiosus euasus culpa sua non excusatur, num. 32. mitius tamen punitur, num. 33. Declara, dummodo etiam culpa sua euadens furiosus sciat se solitum in furore delinquere, num. 34. Verum vix dari videtur casus, in quo quis velit furiosus euadere culpa sua, num. 35.

Furiosus delinquens non excusatur in atrocissimis, num. 36. Contra num. 37. Vbi etiam quid in crimine blasphemia.

Furiosus delinquendo non excusatur in crimine lesæ maiest. num. 36. Contra, num. 39.

Furiosus, qui re vera non fuit, sed simulauit se talem, ad hoc, vt à delicto excusetur, punitur tanquam sanæ mentis, num. 40. Et isto casu, quid Iudex debeat facere interrogando reum, vt sciat, an simulet furorem, num. 41. & seqq. Vbi etiam quòd iudicio medicorum & præsumptionibus, probatur talis coniectura.

Furiosum cõsulens ad delinquendum, seu illi accommodans gladium, aut alio modo opem præstans, punitur, & non excusatur propter furorem delinquentis, num. 44.

Furiosus, licèt non sit puniendus propter delictum, non est tamen dimittendus, & liberandus, sed custodiendus est à suis, in carceribus, & vinculis, num. 45.

Prodigus delinquendo non excusatur, num. 46. Declara procedere in delictis in committendo, secus in delictis in omittendo, nu. 47.

Furor non præsumitur, Ideò probandus per allegantem, nu. 48. Quãuis alij contra, num. 49.

Furoris probatio est difficilis, ideò probatur signis, & coniecturis, nu. 50. Sed quibus signis, & quibus coniecturis, n. 51. Vbi remissiuè.

Furiosus de præterito præsumitur etiam furiosus in futurum, num. 52. Limita primò dummodo furor de præterito fuerit continuus, & successiuus, secus si momentaneus, num. 53. Limita secundò, quãdo actus est gestus breui tempore post furorem, secus si ex interuallo, num. 54. Limita tertio, quando non apparet post furorem quem fuisse sanæ mentis, secus si appareat extenuato tempore furorem cessare, & fuisse sanæ mentis. Quia tunc præsumptio sumitur ex vltimo statu, num. 55.

QVÆST. LXXXXIV.



SEXTA causa minuendi pœnam est furor. In qua

1 REGVLA sit, quòd furiosus in furore delinquens excusatur à pœna, l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. Vbi, quòd furiosus l. illa nõ tenetur, ex quo facti infelicitas eum excusat l. illud, §. sanè. ff. de iniur. canonizata, in c. illud. 15. q. 1. Vbi, quòd furiosus siue pulset, siue conuitium dicat, iniuriam non facit, quia nescit quid faciat l. Diuus Marcus, & ibi glo. 1. & 2. ff. de offic. præsid. Vbi, quòd furioso homicidæ potest iudex pœnam dissimulare, cum satis furore suo puniatur l. final. in fin. ff. de administr. tut. Vbi probatur, perindè habendum esse, quòd a furioso factum est, ac si casu sine hominis facto id accidisset l. & si quamcunquè iniuriam. §. 1. ff. ad l. Aquil. Vbi etiam probatur, quòd damnum datum a furioso, æquè æstimandum est, ac si a quadrupede illatum fuisset. Per quæ iura hanc regulam præcipuè firmarunt glo. in clem. 1. in verbo *furiosus*, vbi benè comprobat de homicid. & ibi Imol. num. 2. Bonif. de Vitalin. num. 1. & seqq. Couaruu. in 3. par. relectar. in initio, numer. 1. vers. igitur furiosus hominem occidens, vbi quòd de hoc nulla est controuersia. Bal. conf. 347. num. 1. in 3. Cagnol. in l. furiosi, num. 13. in fin. ff de regul. iur. & ibi etiam Guliel. Mayner. num. 1. & seqq. Igne. in l. 3. §. ignoscitur, num. 73. vers. at in furioso. ff. ad Syllan. Marian. Socin. in c. ad audientiam, num. 27. & seqq. de homicid. Marsil. in l. prima, num. 49. & seqq. ff. de sicar. Ang. Aret. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 7. Iodoc. in pract. crim. cap. 48. num. 6. & seqq. Nouell. in tract. ad ad defens. in princ. num. 39. & seqq. Blanc. in pract. crim. § imbecillitate casu, nu. 1. & seqq. fol. 82. Tiraq. qui plurib. etiam Theologor. & aliorum authoritatibus hanc probat conclusionem, de pœn. temp. cauf. 2. nu. 1. & seqq. Catellia. Cotta in suis memoral. verbo *homicidium*, col. 2. vers. sed quid in furioso. Grã. cõs. 16. n. 18. & seqq. Vbi quod ita fuit tũc apud eum iudicatũ. Car. in pract. in 3. tract. de homic. & assassin. §. secũdo excusat. num. 1. & seqq. Duen. reg. 259 in 3. ampliat. Ant. Gomez. de delict. c. 1. n. 70. vti etiã de cõmu. Petr. a Plac. in epith. delict. lib. 1. c. 29. nu. 1. Vbi benè exornat, testaturq; cõclusionẽ frequentiori Doct. calculo receptã esse. Viui. in cõm. opi. vers. furiosus occidens, opi. 344. num. 1. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 60. vers. itẽ quæro, Vbi de magis com. & seruata apud eũ opinione. (Quamuis aliquãdo fuerit cõtrarium seruatũ prout refert, quod minimè laudat) Decis. Perus. 77. nu. 3. & seqq par. 2. Menoch. de recup. poss. rem. 9. nu. 92. & seqq. Vbi in specie loquitur in pœna, l. si quis in tãtam. C. vnde vi, & de arbit. q. casu 325. nu. 1. & seqq. Vbi benè hãc regulam comprobat Andr. Gayl. obseru. 110. nu. 20. & seq. par. 2. vbi benè comprobat Claud. in addit. ad Bertazzol. cons. 228. littera B, vers. primo.

2 AMPLIA I. propositam regulam procedere nõ solũ in furioso, sed etiam in frenetico, insano, demente, seù mẽte capto. Quomodocũque enim quis tempore delicti sit extra mẽtem, excusatur Bonif. de Vital. in clem. 1. nu. 28. de homicid. Vbi de frenetico. Alex. in l. ex facto, nu. 34 ff. de vulg. & pupill. vbi pariter de frenetico, ac generaliter in omni eo, qui intellectum amisit. Bal. cõs. 347. nu. 1. in prin. & post nu. 2 & nu. 5. lib. 3. vbi de demẽte, & mente capto. Igne. in l. 3. §. ignoscitur, nu. 73. vers. idem de mente capto, & nu. 82. idem in demente dico, seù mente capto. ff. ad Syllan. Marian. in c. ad audiẽtiam, nu. 28. ad fi. de homic. Vbi pariter de demente fatuo, & mẽte capto. Gramm. cõs. 16. nu. 7. in fi. & seqq. omnibus in discursu, vbi de demente fatuo, & mente capto. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assassin §. secundo excusat, num. 12 & 13. Vbi de insano, & demẽte, Iodoc. in pract. crim. cap. 84. num. 6. Vbi de frenetico. Nouell. in tract. ad defens. in prin. num. 40. ad fin. Vbi idem videtur sentire in fatuo. Blanch. in pract. crim. in §. imbecillitate, num. 11. Vbi de demente. Duen. reg. 259. in 9. ampliatione. Vbi latè hanc ampliationem comprobat Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 29. nu. 1. fol. 503 vers. quibus, & illud adiiciam. Vbi de insano, demente, & frenetico, & fol. 507. vers. illud etiam prætermittendũ nõ est vbi de mente capto, & aliis relatis testatur de magis cõmuni. Clar. in pract §. fin. q 60. vers. item quæro, vbi testatur, quòd iussu Senatus fuit absoluta apud eũ quędam Iacobina, quæ puellã baculo interfecerat; ex quo fuit compertũ, ipsam laborasse atra bile, & vti mente captã alias fuisse in Hospitali custoditam. Gerard. Mazzol. cons. 57. num. 13. & 14. Vbi de fatuo, & mente capto, & nu. 15. vbi de melancolico. Claud. ad Bertazz. in cõs. 228. littera B, vers. quinto si quis erit natura melancolicus. Vbi ponit exemplum in eo, qui propter assiduam operam, quam studijs dabat, in talem morbum incidit, prout dicit fuisse Torquatum Tassum temporibus nostris famosissimũ Poetam, & non diù ex hac vita functum. Bertazz. cons. 326. nu. 8. Vbi de demente, & insano. Nauarra in l. aut facta, §. euentus, nu. 8. & seqq. in discursu, ff. de pęn. vbi promiscuè loquitur tàm de furioso, quàm de demente inter eius opera tomo 1. folio 260. in magna impressione.

3 Verum in proposito, si vis scire, quis dicatur freneticus, seù fatuus, quis demens, quis insanus, quis mentecaptus, & quis furiosus, & de eorum differentijs videas per Iason. in l. furiosum, nume. 2. C. qui testamen. facere poss. Dec. ibidem nu. 1. & 2. Gramm. cõs. 16. num. 14. *Duen.* reg. 259. in 9. ampliatio. vers. differentiam autem. Claud. ad Bertazz. nu. 228. littera B, vers. insanię varia, &c. & vers. seq. & vers. quæ omnia. Nauar. in c. si quãdo excep. 10. nu. 5. in fi. de rescrip. fol. mihi 9. tom. 3. in magna impressione. Stracc. de mercatura par. 3. nu. 18. & seqq. Menoch. de pręsump. lib. 6. præs. 45. nu. 2. & seqq. vbi latè Fulu. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 43. num. 11. & seqq. vbi etiam de stulto.

4 AMPLIA II. etiam quòd furiosus redierit ad sanam mentem. Nam adhuc puniri nõ potest de delicto commisso tempore furoris. Tiraq. de pœn. temper. caus. 2. num. 8. & seq. post Dec. quem allegat in l. in negotijs ff. de reg. iur. & ibi refert contraria, & illis respondet Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 325. numer. 8. reiecta contraria

opinione. Luc. de Pen. in l. si apparitor, col. fin. C. de cohortal. lib. 11.

5 AMPLIA III. vt & idem sit in furioso habente dilucida interualla, secundum glo. in clem. 1. in verbo *furiosus*, in princip. & ibi etiam Imol. num. 2. Card. Zabar. nu. 3. in fine, de homicid.

6 Licèt enim, quando constat furiosum dilucida interualla habentem deliquisse in sana mente nô excusetur a delicto, prout est tex. in l. Diuus Marcus, in vers. si verò. ff. de offic. præsid. dum ibi dicitur: *Si verò, vt plerunquè assolet, interuallis quibusdam sensu sanior est: Vnde fortè eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda est venia.* Bonif. de Vitalin. in clem. 1. num. 5 de homicid. Couaruu. ibidem in 3. par. relect. in initio, nu. 2. in fin. Igne. in l. 3. §. ignoscitur, nu. 73. in fin. & num. 74. ff. ad Syllan. Ant. Gomez. var. resolut. tomo 3. cap. 1. rubr. de delict. num. 70. vers. quod tamen intellige. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 29. nu. 1. vers. ex quibus satis, superq; fol. 502. Vbi restatur de cômuni, & post num. 7. fol. mihi 519. vers. cuius sententia, Menoch. de arbitr. quæst. d. casu 325. num. 11. Andr. Gayl. obseru. 110 nu. 21. in fin. lib. 2.

7 Tamen benè excusatur furiosus habês dilucida interualla, si è contra constet, eum deliquisse tempore furoris. Guliel. Mayner. in l. furiosi, num. 1. in fine. ff. de reg. iur. Marian. in c. ad audientiam, num. 19. de homicid. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 7. Blanch. in practic. crim. in § imbecillitate casus, num. 11. fol. 83. Duen. reg. 259. in 5. ampliat. vers. quòd tamen intelligo. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. num. 11. Bertazz. cons. 326. num. 10 lib. 2.

8 AMPLIA rursus præcedêtem tertiam ampliationem, vt si dubitetur, quo tempore deliquerit habens dilucida interualla, an scilicet tempore furoris; an verò tempore sanæ mentis, in dubio ad excludendum delictum, & pœnam, præsumendum est potius, quòd deliquerit tempore furoris, quàm tempore sanæ mentis. Anchar. in clem. 1. num. 6. & ibi etiam Card. Zabar. num. 4. de homicid. qui testantur, se ita alias in facto consuluisse, & istorum opinionem (licèt eam non sequatur) communem fatetur. Corne. in l. furiosum littera B, in fine, & ibi etiam Alex. num. 2. post med. & num. 3. post princ. vbi in idem allegat Geminian. in cap. 1. §. si verò, de Cleric. ægrot. in 6. Dec. in d. l. furiosum, num. 13. Guliel. Mayner. in l. furiosi, num. 3. ff. de reg. iur. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 11. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 8. & ibi August. in addit. post num. 10. Ant. Gomez. var. resol. tomo 3. cap. 1. rubr. de delict. num. 71. Vbi alios refert, & testatur de communi, & affert bonam rationem, quia scilicet, quando dubitatur, an actus fuerit factus tempore licito, vel illicito, præsumitur potius factus tempore licito, & non punibili, quàm econtra ex doctr. Bart. in l. non solum. §. sed vt probaui ff. de nou. oper. nuncia. (de qua alibi diximus.) Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 29. nu. 4. fol. mihi 511. Eman. Soarez. in commun. opin. littera F, nu. 413. vbi de communi, & Ias. quem allegat in l. patre furioso, nu. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ex Curt. iun. in cons. 151. num. 7. Mascard. qui generaliter loquitur in omni actu, de probat. lib. 2. conclus. 824. num. 10. Vbi plures, & plures idem sentientes referuntur Doctores, de quibus etiam latissimè per eundem Mascar. ibidem, nume. 18. & seqq. & conclus. 825. num. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsupt. 45. num. 63. & seqq. Et facit pro hac ampliatione, quia semel furiosus semper præsumitur furiosus, vt dixi infra hac eadem q. nu. 52.

9 Quamuis contrarium, quòd immò delictum præsumatur factum tempore sanæ mentis reprobatis Anchara. & Car. in locis præcitatis, tradiderit Corn. viden. in l. furiosum, num. 10. & 11. C. qui testam. facer. poss. sequendo Paul. de Castr. in l. qui testamêto, §. si furiosus. ff. de test.

10 Et quamuis etiam, quòd isto casu consulendus sit Princeps per text. in d. l. Diuus Marcus, vers. si verò, & ibi gl. in verbo *consules*. ff. de offi. præsid. annuere videatur. Ign. in l. 3. §. ignoscitur, n. 79. in fi. vers. & cû ille text. ad Syll.

11 LIMITA præcedentem ampliationem tunc demum procedere, quando delictum commissum ab habente dilucida interualla, est tale, & taliter commissum, vt verisimiliter credi possit ipsum tunc in furore fuisse, secus si aliter: si enim (exempli gratia) quis publicè, & palam occiderit alterum, cum quo nullam habebat inimicitiam, nec causam occidendi, illumq; vulnerauerit ex improuiso, nulla præcedente rixa, & postquam vulnerauit, non se abscondidit, nec aufugit, aut quid simile fecit, quòd illius furorem, vel insaniam præseferat, & tunc vtiq; crederem, propositam ampliationem benè procedere, & delictum præsumi patratum, tempore furoris, si cautè ex causa, seu inimicitia, aut saltem rixa præcedente vulnerauerit, & occiderit, & post vulnus, se deliquisse agnoscens aufugerit, se latitauerit, aut alias delictum occultare quæsierit, aut quid simile fecerit, quòd mentis compotem eum fuisse tunc temporis demonstrat. Tunc enim præsumetur deliquisse extra furorem, & eum omnino puniendum crediderim, ex verissima, & communi Doctorum opinione, quòd ex qualitate actus per furiosum celebrati dignoscatur, & iudicetur, An per habentem dilucida interualla fuerit celebratus tempore imminentis, vel cessati furoris. Si enim actus ipse conuenit homini sanæ mentis, eo tempore celebratus præsumitur; secus si conueniat homini furioso, prout scripserunt Bal. in l. furiosum, post num. 1. C. qui testam. fac. poss. & ibi etiam Ang. post nu. 1. vers. sed in dubio. Rom. num. 6. vers. sed melius. Corn. num. 9. & num. 12. Ias. num. 2. vers. quarto limita, & num. 3. vers. intellige, nisi ex qualitate, &c. Dec. num. 13. & 14. Couar. in epith. in 4 decretal. par. 2. cap. 2. num. 7. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 18. num. 2. Rayz. decis. 1. nu. 110. & seqq. post decis. Pedem. Steph. Lamberteng. de côtrac. eorum, &c. glo. 8. num. 44. & seqq. Vbi alij plures referûtur concordantes, de quibus etiam per Mantic. de coniecturis, lib. 2. tit. 5. num. 7. & seqq. & per Mascard. de prob. lib. 2. concl. 823. num. 13. & seqq. Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 45. num. 66. & ita in terminis per rationê prædictam, video sensisse Bart. in tractat. de testimon. in verbo *opposita prudentia*, num. 94. in fine, & seq. Vbi ponit exemplum in eo, qui matrem, filium, vel coniunctum percussit, ac etiam in eo, qui inimicum, quamuis propinquum, interfecit. Primò enim casu inquit furorem præsumi. Secundò autem non, sequitur, Alex. in l. furiosum, num. 2. in fine. C. qui testamen. fac. poss. Aug. ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, nu. 10.

12 Quòd si ex circunstantijs, & qualitatibus dubia reddatur, vt puta, quia aliquæ sint pro sana mente; aliquæ autem pro furore. Tunc in dubio iudicandum est delictum, seu actum fuisse commissum tempore furoris: Fuit doctrina Ang. & quidem notabilis, in d. l. furiosum, in fin. vers. & si verba erant mixta. C. qui testam. fac. poss.

13 AMPLIA IV. etiam quòd delictum fuerit commissum in sana mente. Non si postea furor superueniet, delinquens non punitur, sed differtur exequutio, vsque ad superuenientiam sanæ mentis fuit originalis doctrina Bald. in l. humanitatis num. 46. C. de impuber. & aliis substit. & in l. furiosum, in fine, num. 3. C. qui testam. facere poss. Rom. ibidem, num. 8. vbi quod propter Bal. authoritatem hæc opinio seruaretur in practica (licèt in puncto iuris eam minimè veram credat) Alex. num. 4. Corn. nu. 16. & seq. vbi videtur respondere rationi in contrarium per Rom. côsideratæ. Ias. nu. 7. & omnibus seqq. Vbi licèt multa hinc inde pro Baldi, & Romani contraria opinione adducat. Tandem nu. 10. in fine dixit ab eadem Baldi opinione, tanquam magis communi, non esse in côsulendo, & iudicando recedendum, prout, & idem defendit, & contrariis respondet Bec. ibidem, num. 31. & omnibus seqq. Alex. in l. ex facto, num. 33. & seqq. ff. de vulg. & pupill. & ibi etiam Aret. num. 16. per totum, in discursu. Vbi quòd opinio Baldi est verissima. Ias. num. 30. & seq. Vbi pariter multis hinc inde deductis, ab hac opinione, quam communem dicit in consulendo, & iudicando, minimè recedendum admonet Ripa num. 73. Vbi etiam relatis hinc inde rationibus, & argumentis vtriusque opinionis, hanc

hanc communem, sibi magis placere asserit. Et in hanc opinionem etiam descendere videtur Tiraq. de pœn. caus. 3. num. 1. & seqq. iuncto num. 6. & 7. (quamuis supra num. 5. & seqq. contrarium tenentes, & eorum rationes retulerit) Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, & ibi Aug. in additio. num. 11. Cæpoll. caut. 2. num. 7. & ibi in addit. littera C. Duen. reg. 259. in 3. ampliatione, in fine, vbi licèt supra pluribus fundamentis probauerit contrariam Romani opinionem, subdit tamen, quòd ijs nō obstantibus ab hac opinione communi in iudicando, & consulendo non est recedendum. Pauer. in §. item furiosi, num. 13. & 14. Instit. qui testam. fac. poss. Anto. Gomez. var. resolut. tomo 3. cap. 1. rubr. de delict. num. 72. per totum, vbi benè discussa materia, & rationibus, etiam contrariç opinionis relatis, tandem concludit ab hanc sententia, non solum tanquam magis communi, sed etiam æquiori nō esse recedendum, & præsertim, quia Iudex nunquā potest exequi suam sententiam capitalem, nisi fecerit reum confiteri peccata sua, quam quidem confessionem nō potest facere furiosus. Ideo expectandus est, vt redeat ad sanam mentem, & ita etiam ex eadem ratione, ac alijs fundamentis, hāc tenet, & à contrariis defendit tāquam magis communem, Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. capit. 29. num. 1. ante finem, fol 508. & seq. vers. tametsi inuitus & vers. postremò, nec obstat, & num. 7. per totum fol. 516. & seqq. Vbi latius disputata questione, tandem concludit in praxi non esse recedendum ab hac Bal. frequentiori calculo, recepta sententia. Viui. opin. 344. num. 2. vbi de communi, Clar. in pract. §. final. q. 60. post versiculum item quæro, vbi aliis relatis testatur de communi. & seruata apud eum opinione. Claud. ad Bertazz. cons. 228. littera B, vers. 1. lib. 1. vbi etiam de communi. Couaruu. in clem. 1. in 3. par. relect. in initio, num. 1. vbi de communi, de homicid. Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 2. vbi etiam de communi, & quòd ab ea in consulendo, & iudicando, non est recedendum, ex Iason. in loco præcitato. Emmanuel. Soarez. in commun. opin. littera F, num. 181. Vbi etiam de communi, Michael. Crass. in commun. opinion. lib. 2. cap. 6. q. 4. Vbi etiam relatis contrarijs ab hac opinione, tanquàm communi, minimè recedēdum credit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. num. 12. vbi de veriori, & receptiori opinione, à qua si quis recedere auderet, certè temerariū crediderim.

14 Quamuis contrarium de iure verius crediderit Rom. in d. l. furiosum, num. 8. C. qui testam. fac. poss. & cū Rom. senserint relati per Ias. in locis præcitatis, in quibus, & ipse *Ias.* licèt vt supra eum retuli, primam opinionem dixerit communem, & ab ea in consulendo, & iudicando non recedendum. Hanc tamen Rom. sententiam in puncto iuris veriorem affirmare videtur, cum qua etiam pertrāseunt Guliel. Mayner. in l. furiosi, nu. 5. ff. de reg. iur. Ign. in l. 3. §. ignoscitur, num. 74. & omnibus seqq. ff. ad Sylla. vbi latè hanc opinionem comprobat, & a contrariis defendit Barbat. in cap. litteris, col. pen. vers. & in quantum extra de rescript. prout illum refert Marsil. in l. 1. num. 58. ff. de sicar. Iodoc. in pract. crim. cap. 84. num. 8. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 77. par. 2. qui hanc opinionem admittit, quando reus parum ante furorem confessus fuit peccata sua. Vasq. de success. lib. 1. §. 1. num. 92. & seqq. tit. qui testar. non poss. par. 2.

15 AMPLIA I. præcedentem quartam ampliationem, etiam quòd nulla sit spes, quòd effectus furiosus reducatur ad sanam mentem. Nam tunc, nec etiam eum esse puniendum pro delicto ante furorem commisso, videtur de mēte omnium Doctorum allegatorum sup. num. 13. Imol. in l. ex facto, num. 33. ff. de vulgar. & pupill. vbi licèt arguat pro, & contra, & nihil determinet. hāc tamen partē æquiorem dicit, nec dissentire videtur Alex. ibidem, num. 33. & seq. Aret. in l. humanitatis, col. 7. in princ. vers. sed si non speraretur sanari. C. de impub. & al. substit. vbi hoc dicit indubitanter.

Verùm quando agitur de pœna personali.

16 AMPLIA II. eandem quartam ampliationem, etiā quòd furor superueniat, post formatum, & completum processum, & etiam post sententiam, Alex. in l. furiosum, num. 4. versic. sed si esset damnatus. C. qui testam. facere poss. Vbi dixit, quòd licèt immò in cap. Raynutius, de testam. dixerit, esse consulēdum Principem per tex. in l. Diuus Marcus. §. si verò. ff. de offic. præsid. (qui tex. secundū hoc non probat.) Tutius tamen videtur, quòd furiosus non debeat decapitari, antequam redeat ad sanam mentē & idem dixerunt Augusti. ad Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 11. ad finem. Tiraq. de pœn. temper. causa 3. num. 4. Carer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 3. Adden. ad Cœpoll. caut. 2. num. 7. littera C, vers. & est verum. Duen. reg. 259. in 3. ampliatione, post ver. & circa, &c. & est de mente Anton. Gomez. de delict. cap. 1. num. 72. ad finem, vers. item etiam, dum dixit, iudicem non posse suam capitalem sententiam exequi, nisi fecerit reum confiteri peccata sua, quàm quidem confessionem nō potest facere furiosus. Couaruu. qui etiam de communi testatur in d. clem. 1. in 2. par. relect. in initio, num. 2. vers. etiam si processus legitimè factus sit de homicid. Petr. a Plach. in epitho. delict. lib. 1. c. 29. post num. 7. fol. mihi 517. in prin. Vbi testatur de communi. Viui. opin. 344. num. 3. Menoc. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. sub num. 12. Gerar. Mazzol. cons. 57. num. 15. vbi de communi.

17 Quamuis contra hanc ampliationem apertè senserit idem Alex. in l. ex facto, num. 34. in fine, & seqq. ff. de vulg. & pupill. & post eum Igne. in l. 3. §. ignoscitur num. 80. ff. ad Syllan. & Alex. in loco præcitato refert Tiraq. de pœn. temp. d. caus. 3. num. 8.

18 LIMITA hanc secundam ampliationem procedere quoad pœnam corporalem, quam adueniente furore etiā post processum, & sententiam minimè imponi posse dubitandum non est, nec in iudicando recedendum à communi opinione præfata. Quòd si agatur de pœna pecuniaria, & furor aduenìat non solum post completum processum informatiuum, sed etiam post defensiuum, & multo magis, si superueniat post sententiam, & tunc pecuniariam pœnam imponi posse, cum iam euidenter constet de delicto expresè voluit Clar. in pract. §. fi. quæst. 60. vers. item quæro ante finem, & in vers. sed quæro &c. quem refert Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. num. 12. Et est de mente omnium Doctorum allegatorum infra in seq. limitatione, & num. Et quamuis Rip. in d. l. ex facto, nu. 74. in prima fallent. & de vulga. & pupill. ac etiam Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 77. num. 11. sentire videātur, quòd furore superueniente post processum defensiuum omnis pœna imponi possit. Tu tamen non recedas à prædicta declaratione, quæ nō solum verior est, & æquior, sed etiam fundata in communi opinione Doctorum, quos retuli supra, num. 16. volentium, quòd furore superueniente, etiā post sententiam furiosus nō possit puniri. Et tamen ante sententiam iam est factus processus defensiuus.

19 LIMITA I. prædictam quartam ampliationem positam supra nume. 13. in qua dixi etiam furore superueniēte post delictum commissum tempore sanæ mentis, nō posse furiosum puniri, vt procedat quoad pœnam capitalem, & corporalem, secùs autem quoad annotationem bonorum, secundum Bald. in d. l. furiosum, in fine, num. 3. C. qui testam. facere poss. quem sequuti sunt Aret. in l. humanitatis, col. 7. in princ. vers. sed ad notādum bona. C. de impub. & aliis substit. Gulielm. Mayner. in l. furiosi, n. 5. ff. de reg. iur. dum dixit, quòd isto casu furiosus punitur ciuiliter, licet nō criminaliter. Tiraqu. de pœn. temper. caus. 3. num. 1. Cattellia. Cotta in memoral. verbo *homicidium*, col. 3. vers. sed si delictum, vbi de communi. Carer. in pract. crimi. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. secundo excusat, num. 6. vbi potest puniri pœna pecuniaria, & publicatione bonorum. Adden. ad Cæpoll. caut. 2. num. 7. littera C, ad finem, Nouell. in tract. ad defens. in prin. num. 42. Vbi, quòd isto casu furiosus punitur pœna extraordinaria iudicantis arbitrio, & quòd ita communiter tenetur, & quòd ita etiā Veronç pluries fuit iudicatū anno Dñi 1531. ipso ibid. existēte Assessore. Duen. reg. 259 in 3.

in 3. ampliat. vers. & circa hanc ampliationem. Petr. a Pla. in epithom. delict. lib. 1. cap. 29. num. 2. in fine, vers. secundo sanè, &c. fol. mihi 510. Vbi quòd potest puniri furiosus isto casu pœna pecuniaria, & publicatione bonorum, Viui opin. 344. num. 2. Vbi de communi. Villalob. in cōmun. opin. littera F, num. 182. vbi de commun. Michael, Crass. in comm. opin. lib. 2. cap. 6. q. 4.

20 Verum pro declaratione limitationis propositæ vide eundem Aret. in l. ex facto, num. 16. vers. vnde ipse considerat, iuncto vers. in secundo autem casu. ff. de vulg. & pupill. vbi discussa materia concludit, quòd si curator furiosi non est contumax, sed comparens, & defendens furiosũ. Tunc fortè posset dici, quòd contra ipsum possit ferri sententia pro delicto ante furorem commisso quoad pœnam pecuniariam, vel annotationem bonorum, non solum, vt dicta bona remaneant in sequestro, sed etiam, vt confiscētur, contrarium omninò asserens, quando furiosi curator esset contumax, quia tunc, nec quoad pœnam pecuniariam, nec quoad annotationem bonorum, talis contumacia potest furioso nocere, vt ibi per eum, qui etiam subdit, quòd hæc distinctio sibi magis placet, quàm id quòd dixit in d. l. humanitatis.

21 Et rursus vide Rip. In d. l. ex facto, num. 74. in vers. quarto fallit, vbi dubitat de hac conclusione Aretini, eo quia sic condemnaretur furiosus ex persona curatoris, cuius cōtrarium (inquit ipse) omnes Doctores præsupponunt, quando dicunt furiosum non posse condemnari, quia habetur loco absentis, & vide etiam Igne. in l. 3. §. ignoscitur, nu. 74. & seq. Vbi licèt hāc Bal. sententiam comprobare videatur, tamen num. 81. subdit, quòd eadem opinio nō habet multum saporis ex rationibus ibi per eum adductis, & præsertim, quia nec etiam absens potest in annotationem bonorum condemnari, nisi sit contumax, quæ quidem contumacia non cadit in furioso l. tam dementis. C. de episc. audi. faciunt trad. per Ant. Gomez. de delict. cap. 1. num. 72. ad fin. vers. sed ego; dum dixit, quòd furiosus si esset sanæ mentis, aliquam iustam defensionis caussam posset proponere, quam ignorans curator non potest facere, & d. num. 72. in princ. vers. ex quo infertur, vbi probat isto casu non posse dari furioso curatorem. Item faciunt trad. per Clar. in pract. §. fin. q. 60. in fin. Vbi benè probat, quòd furiosus absens non potest effici contumax, & fictè confessus. Præsens autem pariter nunquam potest dici confessus, aut conuictus. Ideò nec etiam pœna pecuniaria puniri poterit, vt per eundem Clar. in §. testamentum, q. 41. vers. sed pone filius, ex quibus prædicta prima limitatio multum dubia redditur.

22 Pro cōcordia dicas, quòd prima opinio Baldi, quæ ex alleg. videtur communis, potest procedere, quando quis furiosus euasit non solum post delictum, & post processum informatiuum, sed etiam post defensiuum completum, ita quòd aliud non superesset, nisi reum cōdemnare, & multo magis si furor superuenit post condemnationem. Tunc enim posset furiosus condemnari in pœnam pecuniariam ex trad. supra, num. 18. si verò furor superueniat ante factas defensiones, & multo magis si ante factum processum informatiuum, & tunc nec etiam pœnam pecuniariam posse puniri crederem verius ex trad. per Rip. Igne. & alios in locis præcitatis, & expresse voluit Clar. in practic. §. fin. q. 60. vers. item quæro. Ibi, *mihi quidem placet*, vbi dixit, quòd si furor superuenit ante factas defensiones, tunc nulla pœna potest imponi. Si verò post factas defensiones, tunc potest imponi pœna extraordinaria iudicantis arbitrio. Et Clarum in proposito refert Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 325. num. 12.

23 Et ad præmissa aduerte, quòd licèt Clar. eo loci testatur Senatum Mediolani aliàs iussisse etiam fustigari quēdam, qui furiosus euasit post completum processum. Tu tamen si iudex fueris non sequaris in hoc tale exemplum, quia vltra, quòd inhumanum est, & indecens, furiosum corporaliter punire est etiam contra mentem communem Doctorum præallegatorum, qui vix admittunt, posse isto casu imponi pœnam pecuniariam, & bonorum annotationem, secus omninò sentientes in pœna corporali.

Quicquid etiam secus existimauerit Andr. Tachin. cōtrouers. iur. lib. 9. cap. 3. dum dixit, quandoq; etiam posse huic furioso imponi pœnam corporalem, si ita iudex, aut Princeps arbitratus fuerit. Nam quòd nullatenus possit isto casu corporalis pœna imponi, non negat ibidem Tachinus esse communiorem Doctorum sententiam. Ideò ab ea in iudicando, nullatenus recedendum. Nequè in hoc Princeps debet aliud statuere, quàm id, quòd iura sic communiter a Doctoribus interpretata sanxerunt.

24 LIMITA II. eandem quartam ampliationem procedere in pœnis arbitrariis, & a iure non determinatis, in quibus benè poterit procedere opinio Bal. quòd scilicèt aduenien te furore post delictum furiosus non puniatur, secus autem in pœnis determinatis, & statutis a lege, fuit noua consideratio, & distinctio Catelliani Cottæ in memoral. verbo *homicidium*, col. 3. vers. verum pro concordia fol. mihi 310. Quæ quidem distinctio sicut non placuit Tiraq. in tract. de pœn. temperan. caus. 3. in fine, num. 8. eo quia nulla potest considerari diuersitatis ratio inter pœnā certam, & pœnam arbitrariam. Ita nec etiam mihi placet, nec vlli alteri credo placebit.

25 LIMITA III. dictam quartam ampliationem, vt procedat, prout loquitur, videlicet vt furiosus non sit puniēdus, quando nulla est spes, vt reducatur ad sanam mentem sed si de hoc esset aliqua spes, tunc non est dimittendus, & absoluendus, sed retinendus, & custodiendus, donec ad sanam mentem reuersus fuerit. Imol. in l. ex facto d. nu. 33. vers. quòd si speretur, a quo nec discedere videtur Alexand. ibidem num. 33 Aret. post num. 16. vers. aliquādo agitur de pœna personali, idem Aret. in l. humanitatis, col. 7. in princ. vers. dicit tamen, quòd si speraretur, &c. C. de impub. & aliis subst.

26 AMPLIA V. principalem huius quæstionis regulam, vt si furiosus in furore aliquem occiderit, nec etiam irregularitatem incurrit. Qui enim per furorem delinquit nec in dolo, nec in culpa esse dicitur, vt per Card. Zaba. in clem. 1. nu. 1. in primo notab. de homicid. & ibi etiam Couarr. in 3. par. relect. in initio, num. 1. in fin. Petrus à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 29. post num. 1. vers. quod intelligendum fol. 501. si non commisit culpā, ergo irregularitatem nec etiam incurrit, quæ sine culpa non incurritur, prout est tex. expressus, & ibi notant omnes in clem. 1. incip. si furiosus de homicid. Marian. Socin. in c. ad audientiam, num. 27. & seqq. extra de homicid. vbi etiam de materia. Petr. a Plach. d. c. 29. num. 1. folio mihi 503. vers. ex quibus, & illud constat Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. num. 6.

27 AMPLIA VI. etiam in crimine parricidij, text. in l. Diuus Marcus. ff. de offic. præsid. vbi de eo, qui occidit matrem, item text in l. fin. §. fin. ff. ad l. Pompei. de parricid. dum ibi dicitur: *Sanè si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus est, vt diui fratres rescripserunt super eo, qui per furorem matrem necauerat: Non sufficere furore ipso eum puniri*. Igne. in l. 3. § ignoscitur, num. 78. ad finem, & nu. 83. ff. ad Syllan. Catell. Cotta in memoral. verbo *homicidium*, col. 2. vers. sed quid in furioso. Iodoc. in pract. crimin. c. 84. num. 6. vers. etiam si matrem occidissent. Petr. à Plach. in epitho. delict. lib. 1. cap. 29. post nu. 1. sub vers. quòd intelligendum, &c. folio 501. Clar. in pract. § final. q. 60. vers. item quæro, vbi, quòd alias ita seruauit Senatus Mediolanens. in quodam Petro Nicola, qui filium, quē vnicum habebat, interfecerat.

28 AMPLIA VII. vt per offensionem factam a furioso, nec pax, nec cautio de nō offendendo rupta dicatur. Herculan. in tract. de caut. de non offend. c. 34. nu. 20. & seq.

29 AMPLIA VIII. quia si furiosus in furore deliquerit, nulla pœna punitur, nec ordinaria, nec etiam extraordinaria ita videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra in regula, ac etiam iurium ibidem citatorum, volentium furiosi delictum remanere impunitum, & seu pœnam non mereri. Non. n. diceretur delictũ impunitum, & pœnam non mereri si aliquo modo puniretur, vltra quòd ex præcitatis iuribus constat delictum furioso commissum haberi ac si casu, & sine facto hominis, vel etiam tan-

tanquàm a quadrupede prouenisset, sed huiusmodi delicta nullam pœnam merentur. Ergo nec etiam meretur pœnam furiosi delictum, prout in specie aduertit Car. Zabar. in clem. 1. num. 3. in fin. de homicid. dum dixit in proposito, quòd delictum à furioso commissum minus habédum est, ac damnum datum a quadrupede, quia in quadrupede locum habet actio de pauperie, l. 1. in princ. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. in furioso autem nulla actio locum habet, & eo præsertim, quia, vt dixi supra in 5. ampliatione in delicto furiosi, nec etiam potest considerari culpa. Ergo nec etiam potest succedere pœna extraordinaria, quæ pro culpa datur. Et si prout dicunt Doctores in l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in clem. 1. de homicid. furiosus æquiparatur infanti; sequitur, quòd sicut infans nullatenus punitur (vt suo loco dixi) ita nec etiam puniatur furiosus, prout expresse relatis, & reprobatis Imol. & Marsil. in locis per eum citatis scripsit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 325. num. 1. & seqq. iuncto num. 9. Et quidem apud me hæc ampliatio nullam habet difficultatem ex mēte communi omnium Doctorum, qui an furioso possit pœna extraordinaria imponi ambigunt tantum in casu, quando furor superuenit post delictum in sana mente commissum, vt supra in limitationibus dixi. At quando delictum in furore patratum cōstat, Tunc omnes admittunt, delinquentem nullatenus puniendum.

30 Quamuis Andr. Gayl. obseru. 51. num. 10. vers. item quòd furiosus, & obserua. 110. num. 20. lib. 2. (sumpto ab eius dictis argumento à contrario sensu) etiam isto casu furiosum posse extra ordinem puniri sensisse videatur, nec etiam dissentit Nauar. in l. aut facta. §. euentus, num. 8. & seqq. ff. de pœn. inter opera, tomo primo, fol. 260. in magna impressione, vbi aliquā pœna arbitraria hos furiosos castigari affirmat triplici ratione. Primò in exemplum cohibendi delicti, fauore reipublicæ. Secundò in solatium offensorum. Tertiò propter suspitionem, quę facilè ex sequuto delicto generari potest, quòd ille demens si nō dolum, aliquam tamen culpam habere possit.

31 AMPLIA IX. vt si furiosus furoris tempore fateatur aliquod delictum, talis confessio sibi nō nocet. Bal. cōsil. 347. num. 4. lib. 3. Vbi quòd non tenet ipso iure, aut saltem venit elidenda per restitutionem in integrum, quia confessio debet fieri à persona legitima, quam non habet furiosus, cum furiosi nulla vox efficax inueniatur, & tolle mentem de medio, remanet verbum sine intellectu l. 2. §. voluntate ff. de his, qui sunt sui. Iur. l. qui furore. ff. de statu homin. Addo pro hac eadem ampliatione Igne. in l. 3. §. ignoscitur, nu. 75. in fine. ff. ad Syllan. Marsil. in l. 1. nu. 51. ff. de sicar. ex Spec. quem allegat in tit. de confess. §. sequitur, vers. xiij. Foller. in pract. crimin. in verb. *& si confitebuntur*, in prima par. 3 par. princ. nu. 28. fol. 297. ex Grāmat. quem allegat in cons. 16. num. 20. Vbi, quòd isto casu datur in furioso restitutio aduersus confessionem, etiā nullo probato errore confessionis. Et quòd ita apud eum fuit iudicatum per iudices magnæ Curiæ Vicariæ. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. secūdo excusat, nu. 10. Monticell. reg. crim. 19. num. 5. ex Bal. in loco præcitato.

32 LIMITA I. propositam regulam non procedere, quādo quis euaderet furiosus culpa sua. Tunc enim puniendus est, etiam quòd in furore deliquerit, si credendum est Lap. & alij relatis per Tiraq de pœn temper. caus. 2. nu. 6. quibus addo. Carer. in pract. crim. in 3. tracta. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 10. Adden. ad Cæpol. caut. 2. num. 7. littera C, in fine. ex Card. quem allegat in clem. 1. in 6 q. de homicid. Blanch. in pract. crim.

33 in §. imbecillitate casus nu. 8. fol. mihi 82. Quamuis & isto casu, furiosum mitius puniendum, quàm si sanus deliquisset, voluerit Tiraq. d. caus. 2. num. 7. vers. ego autem, quę refert Menoch. de arbit. quęst. lib. 2. casu 325. nu. 9.

34 Et hanc limitationem procedere, quando quis culpa sua euasit furiosus, sciens etiam quòd, qui sic furiosi euadunt comedendo, puta illud quod ipse comedit, soliti sunt homines percutere, & delicta patrare. Et hoc non obstante voluit furiosos euadere.

Tunc enim, quia talis culpa videtur ordinata ad casum pariter sequitur, quòd & quis de delicto ob furorem sequuto, puniendus sit, prout voluit Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 31. de homicid. quem refert etiam Tiraq. d. caus. 2. num. 7. Et faciunt in simili, quæ dixi supra q. 93. num. 20. de eo, qui voluit se inebriare, sciens quod in ebrietate erat solitus delinquere.

35 Verùm (ni fallor) vix crederem dari casum huius limitationis, cum pariter credam neminem reperiri, tàm dementem, vt velit comedere cibum, ex quo sciat se furiosum euasurum. Et quatenus hoc contingat, difficile erit probare. Quòd si ignorāter, & deceptus aliquid comedat, ex quo in furorem deueniat, in nullo videtur culpa. Ita nec etiam aliquo modo punitur. Et tamen etiam quòd culpa sua furiosus euaserit; quòd adhuc si in furore deliquerit puniendus non sit. voluerunt Imol. in clem. 1. nu. 3. in fine, & ibi etiam Bonif de Vitalin. num. 28. de homicid. Alij relati per Tiraq. de pœn. tēp. causa 2. num. 5. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. d. casu 325. num. 9. & 10. Vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc sententiam contrariam benè comprobat.

36 LIMITA II. in atrocissimis, in quibus furiosum nō excusari, per text. in l. Diuus Marcus, vers. si verò. ff. de offic. præsid voluerunt Aret. in l. humanitatis, col. 7. post princ. vers. & quod hęc opinio sit vera. C. de impub. & alijs substit. Ripa in l. ex facto, num. 74. in 2. fallent. ff. de vulgar. & pupill. Marsil. in l. 1. num. 59. & seqq. ff. de sicar. vbi ad hoc inducit aliqua similia, & hoc magis clarè videtur voluisse idem Tiraq. de pœn. temp. caus. 3. num. 6. in fine, & num. 7. vers. sed ad id, quod de immanitate sceleris, & caus. 49 num. 40. Carer. in pract. crimin. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 7. Vbi refert Marsil. in loco præcitato Duen. reg. 259. in 3. ampliatione, versic. quàm ampliationem intelligo. And. Gayl. obser. 51. nu. 1. in fine lib. 2. Ioseph. Ludoui decis. Lucens. 77. num. 7. & 8. par. 2. Nauarra in l. aut facta, §. euentus, num. 8. & seqq. in discursu. ff. de pœn. folio mihi 260. tomo primo inter eius opera, in magna impressione. Vbi & hanc opinionem admittere videtur, quoad aliquam pœnam extraordinariam, ratione grandis, & mali

37 euentus. Sed certè tex. in d. l. Diuus Marcus in princip. probat contrarium, postquàm voluit, quòd furor excuset in crimine parricidij, quòd atrocissimum esse negari non potest, & dum in vers. si verò dicit, *non esse huic morbo veniam dandam*, ex quibus verbis Doctores pręcitati fundāt propositam limitationem, loquitur vtique non in eo, qui in furore deliquit, sed in eo, qui habens dilucida interualla, deliquit tempore sanæ mentis, prout illius contextus verba retuli sup. num. 6. secus igitur, quando deliquit in furore, prout benè cantat principium illius legis. Et aduerrit Igne. in l. 3. §. ignoscitur, num. 78. 83. & 84. ff ad Syllan. Et aduerte etiam quòd plures ex prȩallegatis Doctoribus, qui hanc limitationem tenent, non loquuntur in furioso, qui deliquit tempore furoris, prout sunt termini nostri, sed in eo qui deliquit in sana mente, & postea est effectus furiosus, de quo dixi supra in quarta ampliatione. Et ideò, quòd etiam in atrocissimis furor delinquētem excuset, quia etiam in atrocissimis vrgent rationes à iure supra consideratæ in Regula. Verius multo (ni fallor) credidit Ign. in d. §. ignoscitur, num 78. ad finem, & num. 83. & est de mente Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 72. post princ. vers. sed certè contrarium, &c. Vbi expresse reprobat Marsil. in loco præcitato. Et in crimine blasphemiæ, quòd omnium atrocissimum reputatur, furorem excusare in specie, voluit Decian. in tract. crim. tomo 2. lib. 6. cap. 5. num. 7.

38 LIMITA III. in crimine læsæ maiestatis, in quo pariter furor non excusat, secundum Marsil in l. 1. num. 59. & seqq. ff. de sicar. vbi refert, quod Regina in Hispania fecit occidere quendam furiosum, qui grauiter vulnerauerat Regem eius virum, quod quidem exemplum iustū videri potuisse propter regalis personę excellentiam dixit Clar. in pract. §. fin. q. 60. post vers. item quæro.

39 Verum exequutionem prædictam non fuisse iuridicam sen-

sentire videtur Ant.Gomez.de delict. cap. 1 post num.72. vers. sed his non obstantibus. Et refert Tiraq.in tract.de pœn. temp. caus.2.nu.3. Adrianum Imperator. apud Terraconem spatiātem per viridaria, seruo in se cum gladio furioso irruente, illum quidem retentum ministris accurentibus tradidisse, & ibi eum furiosum esse cōstito, medicis curandum dedisse in nullo omnino commotum (sed vtinam idem fecisset si ipsum vulnerasset, prout furiosus ille per Marsil. vbi supra relatus, Regem vulnerauit.) Et ego si Iudex essem, nunquàm istum furiosum, etiam quòd in Principem delinqueret, ad perpetuas carceres condemnarem. Quia stante furore nō potest dici, quòd deliquerit. Et sic aliter faciendo esset punire non delinquentem.

40 LIMITA IV. in eo, qui non est verè furiosus, sed simulauit se talem ad hoc, vt à delicto excusaretur. Tunc enim certum est hunc puniendum esse, vt probat text. in d.l.Diuus Marcus.ff.de offic. pręsid. in illis verbis: *Nec subest vlla suspitio matrem ab eo simulationem dementię occisam*, sumpto ex eo text. argumento à contrario sensu, & ibi gl. in verbo *compereris*. Bart.in tract. de testim.in verbo *opposita prudentię*, num. 96. Vbi testatur se ex antiquorum relatu percepisse, fuisse quendam, qui cupiditate vindictæ fratris occisi, fingens se insanum, per biennium demens per Ciuitatem incessit, vt tandem inimicum suum ab ipso tāquam a demente non præcauente, interfecerit. Gulielm. Mayner. in l. furiosi, num.6. ff. de regu. iur. Igne. in l.3. §. ignoscitur, num. 82. ff. ad Syllan. vbi refert ita alias Parisijs fuisse iudicatum in casu ibi per eum relato, de quodam demente, qui occiderat quēdam Vngarum, à quo ipse tribus ante diebus fuerat alapa percussus, testaturque, quòd fuit laqueo suspensus, quia cum Vngarum inter plures recognouisset, ac benè receptam iniuriam recordatus fuisset, facilè potuit comprehēdi ipsum simulatè furiosum egisse. (Quamuis hæc sententia non fuerit laudata à Claro in pract. §.fin. q.60. vers. item quæro.) Tiraq. de pœn.tēp. caus.2. num. 3. ad fin. Vbi refert plures antiquos se demētes esse simulasse, vt commissorum, aut committendorum criminum impunitatē compararent. Cępol.caut. 2.num.7. vers. nisi appareat de fictione furoris, & ibi in addit. littera C. Couaruu.in clem. 1. in 3. par. relect. in initio, num. 2. ad fin. de homicid. Carer. in pract. in 3.tract. de homicid. & assassin. § secundo excusat, num. 4. Duen. reg. 259. in 9. ampliatione. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1.cap. 29. num. 1. in fine, vers. & denique. fol. 509. & num. 7. vers. cuius sententia. fol. mihi 519. Viui. opin.commun. 344. num. 3. Decis. Perusin.77.num.14. Vbi refert casum, quem sibi contigisse affirmat, cuiusdam, qui furiosum se esse simulabat timens suspendi.

41 Et hinc propterea Iudicem debere benè aduertere, an carceratus fingat se furiosum, & ob id debere etiam eum diligenter pluribus modis interrogare, ac diuersis vti mediis, seù cautelis, ad agnoscendum, an sit verè furiosus, an verò simulet, scripserunt Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, post num. 9. vers. sis tamen cautus, ex Bal. quē allegat in l. obseruare. ff. de curat. furios. Gulielm. Mayn. in l furiosi, nu. 6 ff. de reg. iur. Carer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. secundo excusat, nu. 11. in fin. Viui. opin. comm. 344. num. 3. in fin.

42 Probatur autem furoris simulatio, vel iudicio Medicorum, secundum Guliel. Mayn. in d. l. furiosi, num.6. ff. de reg. iur. & Petr. à Plach. in epith. delict. lib.1. cap. 29. nu. 2. fol. 509.

43 Vel etiam præsumptionibus, & coniecturis. Sic enim videtur de mente text. in d.l.Diuus Marcus, ibi, *nec subest vlla suspitio matrem ab eo simulatione dementia occisam*, quasi secùs si pro simulatione aliqua suspitio adesset, prout aduertit Couaruu. in clem. 1. in 3. par. relecto. in initio, nu. 2. in fine, & ante eum expresse Bart. in d. tract. de testitu. num. 96. Vbi tamen dixit, has suspitiones debere esse non leues, sed tales, quæ iudicem ad sic credendum legitimè inducant.

44 LIMITA V. vt licèt furiosus non puniatur, punitur tamen consulens, incitans, seù præstans opem furioso, vt occidat, pręsertim si gladium accommodauerit. Carer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 8. Petr. à Plach. in epitho. delict. cap. 29. num. 3. lib. 1. fol. 510. post Angel. & Marsil. in locis per eum citatis. Carer. in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sexto quæro, num. 3. Vbi tamen requirit dolum in dante gladium in manibus furiosi ad hoc, vt puniatur pœna ordinaria.

45 LIMITA VI. quia licet etiam non sit puniendus furiosus. Non per hoc tamen dimittendus, & liberandus est, sed custodiendus est à suis, si eos habeat, in carceribus, ac etiam si opus fuerit, in vinculis, & compedibus, non in pœnam delicti commissi, sed ne quid perniciosius in seipsos, aut in alios moliatur, text. expressus in l. Diuus Marcus. ff. de offic. præsid. Vbi amplius, quòd si custodes fuerint negligentes in custodiendo. Et ex hac negligentia furiosus deliquerit, pro modo culpæ, & negligentiæ puniuntur alius tex. in l.fin. ff. ad l. Pomp. de parricid. & ibi gloss. in verbo *coercendum*. Bonif. de vitalin. in clem. 1. num.7. de homicid. Ripa in l. ex facto, num. 74. vers. fallit 3. ff. de vulgar. & pupill. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè* num. 9. in fine. Guliel. Mayner. in l. furiosi, post num. 6. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. temper. caus. 2. num. 10.

46 LIMITA VII. in prodigo, qui licèt furioso æquipararetur. l. furiosi, cum ibi notat per Doctores ff. de reg. iur. l. 1. ff. de curat. furios. l. is cui ff. de verb. oblig. & in l. fulcin. §. adeò. ff. ex quib. cau. in possess. eatur. Non tamen excusatur à pœna ordinaria, & etiā capitali delicti per eum commissi. Bald. in l. furiosum, num. 3. vers. in prodigo. C. qui testam. facer. poss. vbi reddit rationem, quia scilicet vitium coniunctum vitio nō excusat maleficium. l. is, qui animo. ff. de acquir. possess. cum aliis ibi per eum allegatis Dec. in d. l. furiosi, num. 6. & ibi etiam Cagnol. num. 13. vbi de communi, & Mayner. num. 17. ff. de reg. iur. Angel. in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. Vbi quòd omnes Doctores in hac materia loquentes reprobant glo. in l. si quis in tantum. C. vnde vi, contrarium tenentem. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 16. & ibi August. in addit. vbi referuntur contraria, & illis respondetur. Guliel. Mayner. in l. furiosi, num. 17. ff. de reg. iur. Vbi refert Angel. de malef. in loco præcitato. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. secundò excusat, num. 14. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 29. nu. 1. fol. mihi 504. versic. quibus sic perpensis, & fol. 505. versic. cœterum tametsi. Vbi hanc conclusionem comprobat, & respondet contrariis rationibus, & argumentis, ibi per eum relatis, dicitquè se mirari aliquos de hoc dubitare, cum sit plusquam manifestum. Tiraq. de ll. cōnubial. glo. 5. nu. 155. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum, &c. gloss. 1. num. 351. & seqq. vbi loquitur tàm de pœna corporali, quàm pecuniaria, relatisq; & reprobatis contrarijs, hanc limitationem communiorem dicit, eamq; pluribus alijs Doctorum authoritatibus exornat Clar. in pract. §. fina. quęst 60. vers. vlterius quæro, vbi alijs relatis, pariter de communi testatur, tàm in pœna corporali, quàm in pœna pecuniaria, & quòd aliter dicere esset ridiculum. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. nu. 96. & seqq. vbi alijs relatis testatur de crebriori Doctorum opinione.

47 SVBLIMITA hanc vij. limitationem, vt procedat in delictis in committendo, at secus in omittēdo, in quibus prodigum excusari scripserunt Bal. Ang. & Imol. in l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. prout eos sic dicentes refert, & sequitur Angel. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*, num. 16. nec dissentit Gulielm. Mayner. in l. furiosi, num. 17. in fine. ff. de reg. iur. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum, &c. gloss. 1. num. 353. Vbi plures alij ad hanc declarationem afferuntur concordantes. Clar. in pract. §. fin. q.60. vers. vlterius quæro, in fine, vbi quòd in his omnes consentiunt.

48 LIMITA viij. quia furor non præsumitur. Ideo probandus per eum, qui illum allegat. l. 2. C. qui testamen. fac. poss. l. nec codicillos. C. de codicill. Bal. in l. 1. in prin. vers. & ideò non præsumitur. C. de accusat. furios. & in d. l. nec codic. in pric. vers. & ideo quilibet. Imol. ī clem. 1. post n. 3. de homic. Anch. ibid. sub n. 6. Car. Zab. n. 4. Dec. in l. furiosū num.

num.19.C.qui testam.fac.poss.Marian. in cap.ad audientiam,num.33 de homicid.Ruyn. consf.67. nu.1.vers. quia in dubio nõ præsumitur furor,lib.1.Dec.in cons.448. nu. 9. vers. quia in dubio. Federic.Sihench.in tracta.de probation.num. 3. vers. ius enim præsumit. Socin. cons. 61. post num. 3. vers. maximè cum quilibet,lib.1.Couarr.in epitho.in 4.decretal par.2 num.2.cap.6.Anto.Gomez.de delict.cap.1.nu.71.ad finem, vers. si reus delinquens, vbi alijs relatis testatur de communi. Viui. opin.comun.344. num. 5.Menoch.de præsumpt.lib.1.q.18.num.7. Mantica de coniecturis, lib.2.tit.5 num.2. & seqq. vbi alios refert antiquiores, dicitquè, hanc conclusionem esse certo certiorem, cum sit fundata in præsumptione naturæ, ad cuius comprobationem vide latissimè exornantem Mascar. de probat.lib.2.concl.824.nu.5.& seqq. Menoch. de præsumpt.lib.6. præsumpt.45. num 18. Ex quibus sine dubio apparet, hanc limitationem frequentiori Doctorum calculo esse receptam.

49 Quamuis contrarium, quòd scilicet qui fundat intentionem suam super furore, vel super sana mente, alterius istarum qualitatum statum, tanquàm fundamentum intentionis allegatæ probare debeat argumento, tex.in l.ei qui.ff. de probat. senserint plures alij relati per eundem Mascard.de probat.lib.2.conclus. 824.num.14. & seqq.

50 SVBLIMITA I. hanc viij. limitationem, quia cum furor sit difficilis probationis. Ideò probatur signis, & coniecturis.Bal.in l.furiosum,num.3.vers. est autem difficile,& ibi etiam Alex.post num.3.vers.puto in tanta varietate.Ias.num.4.vers. verùm quia furor.Dec.post num 28.vers. quòd quidem non videtur procedere.C. qui testam.fac.poss.Dec.cons.448.vis tota, num.31.vers.difficile est probare.Paris. cons.88. viso processu, vers. ex quo secundum Bal. &c.lib.3. Boer.decis.23.num.41. vers.secundo præsuppono. Decian. cons. 127.num. 29. vers. quòd difficile est probare,lib.3 Mantica de coniecturis lib.2.tit. 5.num.16. Mascar.de probat.lib.2.conclus.824.num.1. & seq.vbi plures alios refert concordantes, quos omnes hic rescribere superfluum esset. Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt.45.num.22.& seq.

51 Sed quibus signis, quibus coniecturis, seù aliàs quomodo furor probetur,& quomodo testes super furore deponere debeant ad hoc, vt concludenter illum probasse dicantur. Videas per Guliel.Mayner. in l.furiosi, num.4.ff. de reg.iur.Marian.in c.ad audientiam, nu.37.de homicid. Grammat. cons.16.num.7.in fine.& seqq.Vbi latè de probatione furoris, dementiæ, fatuitatis,& similium. Carer. in pract.in 3.tract. de homicid.& assassin.§. secundo excusat,num.9.Nouell. in tract.ad defen.in prin.post num.41. Couarr. in epith. in 4. decret.par.2.cap.2.num.6. Blanch. in pract.crimin.in §. imbecillitate casus, num. 12. & seqq. fol.83.Petr.à Plach.in epithom. delict.lib.1.cap. 29. num. 6.per totum,vbi latè Viui.in commun.opin.344.incip.furiosus occidens,& num.4. & 6. Gerard.Mazzol.consil.57. num. 18. & seqq. Claud. ad Bertazz. cons. 218. littera C. Mascard.de probat.lib.2. conclus. 826. num.1. & seqq. & conclus.1045.vbi latè,& latè etiam Mantica de coniectur. lib.2.tit.5.nu.10.& omnibus seqq. Menoch. de præsumpt. lib.6.præsump.45.num.23. & seqq. vbi referuntur xv. furoris signa, quibus benè furor probatur. Fului.Pacian.de probat.lib.1.cap.43.nu.15.& omnibus seqq. & dixi hac de re in qq.ciuilibus in materia probationis furoris, vbi est propriè locus suus.

52 SVBLIMITA II. eandem octauam limitationem, vt licèt furor nõ præsumatur,nisi probetur, si tamen fuerit probatum,quem aliquo tempore fuisse furiosum, & in futurum etiam præsumetur furiosus, glo.in c.fina. in verbo *compotem*, de success. ab intest. item glo. in c. iudicas per illũ tex.3.q.9.Bart.in tract. de testimon.in verbo *opposita prudentia*,num.94.in fine,vers. qui ergo diceret.Imol. in clem. 1.num.3.vers.si verò constet de homicid. & ibi ẽt Anchar.nu.6.vbi, quòd ita ipse aliàs habuit in facto. Dec. in l.furiosum,nu.23.& seqq.C.qui testam.fac.poss.& ante eum Alex.num.2.vers.de materia,idem Alex. ad Bart.in l. prima.§.mutus,num.4.in fin.littera E, in verbo *sic fuisse*.ff. de bonor. possess. furios. infan.&c.Guliel.Mayner.in l.furiosi,num.3.ff. de reg.iur. Marian. in cap. ad audientiam, num. 34. & 38. de homicid. Carer. in practic. in 3. tract. de homicid.& assassin. §. secundo excusat, num. 11. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè*,num.8.ibi August.in addit.num.10. vers. aduertas tamen. Alciat.de præsumpt. reg.2.præsump.18.num.1.Couarru.in epith. in 4. decret. part.2.cap.2.num.6.vers. quibus illud, vbi ex Præpos. in loco per eum relato,dixit glo.in d.c.fin.de success.ab intest. esse communiter receptam. Ant. Gomez. de delict.cap. 1. num. 71. vbi alios refert, & testatur de communi Petr. à Plach.in epith. delict.lib.1.cap. 29. num.8.in princ. & ad finem fol. 520.& seq.in discursu. Vbi pariter alijs relatis, testatur de communi Steph.Lamberteng.de contract.eorum,&c.glo.8.num.39. Menoch. de præsumpt.lib.1.q.20. num.15.& 16.& lib.2.præsump.45. num. 59. & seqq. Vbi etiam referuntur,& reprobantur contrarij,testaturq; de vera, & receptiori opinione Mantica de coniecturis lib. 2.tit.5.num.6. in 5.extensione,in fine,vers. & ideò vt res, &c. vbi de communi Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 825.num.1. & seqq. Vbi quamplures (quos hic repetere esset longum) in idem sentientes, & de communi testantes Doctores recenset,reprobatis alijs pariter ibidem relatis,num.6.qui contrarium sentire visi sunt.

53 LIMITA I. hanc secundam sublimitationem procedere,quando furor de præterito fuit continuus, & successiuus, secus si momentaneus. Corn.in d.l.furiosum,nu. 10.in fine (vbi tamen litteram credo corruptam) & num. 11 C. qui testam. fac.poss. Alex.nu.2.vers.& quoniã alias. Vbi furorem dicit continuum, quando probatur durasse aliquibus mensibus ex Bart. quem allegat in l.prima.§ mutus,num.4. in fin. & ibi etiam idem Alex. in addit. littera E in verbo *sic fuisse*, ff. de bon. possess. furios.infan.&c. Ias. in d.l.furiosum,num.3.vers.tu dic,vbi furorem momentaneum exemplificat, quando non durat vna, vel duabus horis, vno, vel duobus diebus. Dec.ibidem,nu.25. & seq. Couarru.in epith. in 4. decret.par.2.cap.2.nu.6. vers.procedit tamen. Vbi furorem existimat continuum, quando durat vno mense, vel vno anno. Petr.à Plach.in epithom. delict.lib.1.cap. 29. num.8. vers. quòd intelligendum esse existimo fol. 520. Bertran. cons.47.num.4. Alciat de præsumpt. reg.2.præsumpt.18.num.1. vers.quod limita primo. Rayz. decis. prima, num.126.post decis. Pedemon. Masc. de probat. lib.3.conclus.1219. num 16.& 18.Mantica de coniectu.lib.2. tit.5.nu.6.vers.quinto extenditur,& vers. sed tamen ista conclusio, vbi pariter continuum furorem existimat illum, qui durauit per mensem, vel annum, & ad id plures alios concordantes refert, prout etiam retulerunt, ac idem scripserunt Mascard.de probat.lib.2.conclus.825.nu.7.& 8.Menoch.de præsumpt.lib.6.præsumpt. 45. num. 62.

54 LIMITA II. dictam secundam limitationem procedere,quando actus est gestus breui tempore post furorem, secùs si ex interuallo. Tunc enim furor de præterito non præsumitur durare tempore actus gesti. Bal. & alij in l.furiosum.C.qui testam.fac.poss.Imo.in l.prima.§. fina.num. 46.ff.de verb.oblig.Couarru. post Aret.Ancharan.& Bertran.in locis per eum citatis in epithom. ad 4. decret. par. 2.cap.2.nu.9. vers. secundò procedit. Petr.à Plach qui pluribus comprobat, & plures alios refert concordantes in epithom,delict.lib.1.cap.29.num.8.vers. secundo,&c. fol. 520. & ex nostris recentioribus declarationem hanc plurium aliorum Doctorum authoritatibus impinguarunt Illustrissimus Mantica de coniect. lib. 2. tit.5. num.6.in 5. extensione, vers. vndè cum quæritur,&c.& d.num.6. in fin. vers.secundo etiam temperari debet.Mascard.de probat.lib.2.conclus.825.num. 20.Menoch.de præsump.lib.6. præsumpt.45.num.69.

55 LIMITA III. eandem secundam sublimitationẽ procedere,quando non apparet post furorem, quem fuisse sanæ mẽtis. Tunc enim probato furore de præterito,præsumitur etiam quis furiosus tempore actus, secùs tamen si apparet etiam post furorem fuisse sanæ mentis, & continuato tempore cessasse furorem, quia tunc præsumptio

sumitur

sumitur ex vltimo statu, & non ex primo, nisi qualitas actus contrarium suadeat, Dec. in l. furiosum, num. 27. C. qui testam. fac. poss. & ante eum Alex. ibidem, num. 3. ad fin. col. 2. in fine, vers. puto in tanta varietate. (Vbi tamē, quòd isto casu, quando scilicet apparet, quòd post furorē quis fuit in sana mente, nec ex qualitate actus possit dignosci, an is fuerit tempore actus in furore, vel in sana mente, qui allegat furorem, vel sanam mentem debet eam probare argumento tex. in l. ei, qui. ff. de probat.) Marian. in c. ad audientiam, num. 39. de homicid. nec dissentire videtur Mascard. de probat. lib. 2. cōclus. 825. nu. 17. & 18.

Perfecta est hæc quæstio ad laudē Dei, die 29. Ianuarij 1598. in qua die Illustriss. & Reuerendiss. D. Petrus Card. Aldobrandinus, dominus meus colendissimus, Nepos ex fratre, & Legatus Sanctiss. D. N. Clementis VIII. ingressus fuit in Ciuitatem Ferrariæ, illiusq; possessionem adeptus fuit magno cum honore, & lætitia eorum, qui Deum, Iustitiam, & eandem sanctam Sedem (prout decet) colunt, ac amant.

ARGVMENTVM.

Consuetudo loci an, & in quibus casibus excuset delinquentem, quamuis irrationabilis, iniusta, ac reprobata.

SVMMARIVM.



Onsuetudo loci regulariter delinquentem excusat, num. 1 quamuis alij contra, num. 2.

Consuetudo actum de sui natura illicitum, & punibilem facit licitum, & impunibilem, num. 3.

Consuetudo facit licitos, & approbatos contractus; aliàs illicitos, dolosos, et reprobatos, num. 4.

Consuetudo excusat ab vsura, num. 5. Contra, num. 6. Limita, nisi euidenter constet de vsura, num. 7. Limita 2. quia non excusat à restitutione vsurarum, licèt excuset à pœna, num. 8.

Consuetudo excusat Iudicem iudicantem contra legem, num. 9.

Consuetudo excusat etiam à pœna priuati carceris, num. 10.

Consuetudo excusat notarium, & alium scribentem a pœna falsi, num. 11.

Consuetudo excusat notarium, si dicit in instrumento pecuniam numeratam, quæ verè numerata non est, num. 12. & 13.

Consuetudo excusat sigillantes scripturas cum alieno sigillo, etiam quòd dominus sigilli hoc ignoret, & præsens non sit, ac etiam, quòd sigillans non fuerit deputatus ad sigillandum illas scripturas, num. 14.

Consuetudo excusat notarium dicentem aliquem fuisse præsentem, qui præsens non fuerit, num. 15

Consuetudo excusat notarium rogantem se de actis factis coram iudice, cum reuera iudex fuerit absens, num. 16.

Consuetudo excusat notarium banchi subscribentem precepta, monitoria, mandata, & alias ordinationes ignorante iudice, & tamen dicunt de mandato iudicis, num. 17.

Consuetudo excusat notarium à falso, quando ex falsitate non resultat aliquod præiudicium, secus si aliter, num. 18.

Consuetudo licèt excuset notarium à pœna falsi; Non tamen per hoc instrumentum, in quo est commissa falsitas circa substantialia, probat, num. 19.

Notarius, an, & quando excusetur à pœna falsi propter loci consuetudinem, num. 11. & seqq.

Consuetudo excusat à non obseruatione iuramenti, nu. 20.

Consuetudo excusat Monacos non obedientes regulis eorum religionis, num. 21.

Consuetudo excusat à mala fide, nu. 22.

Consuetudo excusat etiā in crimine homicidij, nu. 23. Contra, nu. 24.

Consuetudo excusat delicta commissa in ludis, colluctationibus, & tormentaneus ab eadem consuetudine permissis, nu. 25. Amplia, vt excuset etiam à pœna extraordinaria. num. 26. Limita, nisi in delicto insit dolus, num. 27.

Consuetudo excusat à dolo, num. 28.

Consuetudo excusat à culpa, nu. 29. Sed an excuset à culpa leui, nu. 30.

Consuetudo excusat non solum à pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria, num. 31.

Consuetudo ad hoc, vt excuset delinquentem debet probari; sed quomodo probetur, & de materia, nu. 32.

Consuetudo excusat non solum à pœna legali, sed etiam à pœna statutaria, num. 34.

Consuetudo excusat à pœna delationis armorum, nu 34. in fine.

Consuetudo excusat in ijs, quæ sunt prohibita à iure positiuo, num. 35.

Consuetudo non excusat in ijs, quæ sunt prohibita à iure naturali, vel diuino, nu. 36. & seq. Contra nu. 38.

Consuetudo non excusat in crimine blasphemia, nu. 39.

Consuetudo non excusat in crimine iniuriarum, nu. 40. Contra. nu. 41.

Consuetudo licèt excuset à pœna temporali; non tamen excusat à peccato, num. 42.

Consuetudo reprobata à Principe, vel à lege non excusat delinquentem, nu. 43. Contra, nu. 44.

QVÆST. LXXXXV.



EPTIMA causa minuendi pœnam est consuetudo loci, Ex qua.

1 REGVLARITER delinquentem à pęna excusandum esse scriptum: reliquerunt gloss. in cap. sanè, in verbo *antiqua*, de tempor. ordina. glo. in cap. flagitia, in verbo *omnes*, 32. quæst. 6. item gloss. in cap. cum venerabilis; in gloss. 1. in verbo *migrasse*, in fine de consuetud. & ibi hoc etiam notant Anchar. col. 1. in 2. notab. vbi magistraliter loquens, dixit, quòd qui sequitur communem errorem, non est in dolo, & licèt iniusta ratione ductus credat consuetudinem valere: hæc tamen iniusta credulitas liberat à pœna. Ioan. de Anan. nu. 4. & Abb. num. 5. glo. in cap. deniquè, in verbo *consuetudine*, distinct. 4. & ibi Præpos. num. 30. Bart. in cons. crimin. diuers. 8. num. 13. tomo. 1. Ias. in l. singularia, nu. 48. in fine, & nu. 50. vbi videtur reprobare Innocen. & Bal. contrariū tenentes, & in l. de quibus, num. 8. ff. de ll. & in l. 3. §. iurari, nu. 16. vers. tu aūt. ff. de iureiur. Soci. in l. 1. §. fin. n. 25. ff. de in ius vocan. Mar. Ant. sing. 19. incip. an consuetudo, & ibi in addit. plures referuntur concordantes Doctores, idem Roman. consil. 466. num. 1. ad finem., & ibi in addit. littera A, per. Mandos. plures alij referuntur concordantes. Franc. Cremen. sing. 150. incip. mos puerorum, Petr. sing. 83. nu. 4. Marcus Ant. sing. 13. num. 2. & 3. Grām. decis. 50. num. 3. & seqq. Ancharan. consil. 51. incip. consuetudo ad finē. Paris. cons. 29. nu. 18. lib. 4. Grat. cons. 49. quod punitur, num. 13. & cons. 151. in causa. num. 23. lib. 2. Ludou. Gomez. in cap. 1. num. 131. de constit. in 6. vbi de communi, prout, & illum refert Villalob. in commun. opin. littera C. nu. 182. Matsil. in pract. §. quoniam, num. 97. & seqq. & in §. vlterius, num. 9. & seq. & cons. 90. nu. 7. & seqq. pluribus, & cons. 100. num. 7. & seqq. Adden. ad Matthesil. sing. 77. vers. & adde q̄ consuetudo. Plot. de in lit. iuran. § 6. num. 54. & seqq. & consil. crimin. diuers. 108. num. 122. lib. 1. in primo impressis, in 4. Blanch. in pract. crim. in §. secunda pars defensionis, num. 15. & seqq. fol. mihi 140. Tiraq. de pœn. temper. causa 42. num. 1. & seqq. vbi latè more suo, & iuribus, & Doctorum, & antiquorū authoritatibus, & exemplis, hanc regulam exornat. Carer. in pract. in tract. de homicid. § 15. excusat, num. 1 & seqq. Gabriel. lib. 7. conclus. 8 num. 19. & num. 25. in fine, vbi
* testatur de communi. Iul. Scarlatin. cons. crim. diuers. 92. num. 9. lib. 1. & cons. 105. num. 11. tomo 2. Natta cons. 498. num. 25 in fine, & consil. 586. num. 10. lib. 3. menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. causa 400. post num. 9. Ludouic. Peguer. decis. crim. 34. num. 1. Octauian. Cacheran. consil. 66. nu. 37. & num. 38. in fine. Franc. Zurza. opin. 96. num. 3. & 4.
* Emmanuel. Soarez. in commun. opin. littera C. num. 287.
* vbi etiam de communi. Brunor. à Sole in suo compend. iur. vers. cōsuetudo quamuis praua, fol. 50. col. 3. Bertazz. cons. 53. num. 20. & cons. 132. num. 1. & seqq. Vbi de vera,
* & communi opinione, & cons. 149. num. 28. & cons. 191. num. 10. & cons. 244. num. 14. vbi quòd excusat à contrauentione bannimentorum, prout, & idem dixit in cons.
* 263. num. 18. & seq & cons. 297. num. 14. Vbi de communi

muni opinione, & consil. 329. num. 6.

2 Quamuis contrarium, quod immò consuetudo non excuset in delictis, & in ijs, quæ de se mala sunt, voluerint Hostien. in cap. quanto, num. 3. extra, de his quæ fiũt à Præla. Petr. Gerard. sing. 83. tene menti, num. 5. vers. caue tamen. Barbat. in cap. cum venerabilis, num. 30. de consuetud. prout illum refert Ludou. Peguer. d. decis. crim. 34. num. 2. in fine. Bal. Innoc. & Abb. in locis relatis per Tiraq. d. caus. 43. nu. 12. vbi etiam pro hac contraria opinione ponderat aliqua iura, vt per Gramm. d. decis. 50. num. 5. & per Gabriel. d. conclus. 8. num. 25. & pro hac contraria opinione videtur tex. & ibi notant Card. Zabar. Anton. de Butr. & alij extra de excess. Prælat. vbi dicitur, quòd consuetudo non excusat Clericum lusorem à pena inhabilitatis ad beneficia, & indignitatis ad illa obtinenda.

3 AMPLIA I. propositam regulam. & generaliter, vt consuetudo actum de sui natura illicitum, & punibilem faciat licitum, & punibilem. l. si pignore. §. fin. ibi, *Nam usu hoc euenerat*, ff. de pignorat. action. l. quid sit fugitiuus. §. apud tabernam, ibi, *quia id facit, quod ei publicè facere licere arbitrabatur*. ff. de edilit. edict. Ias. post Rom. in l. certi conditio. §. si numos, num. 27. ff. si cert. pet. Bart. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilit. edict. Marsil. consil. 90. num. 11. & cons. 100. num. 11. Catell. Cotta in suis memoral. verbo *consuetudo facit licitum*. Tiraq. de pœn. temper. caus. 42. num. 8. Gabr. lib. 7. conclus. 8. numer. 23. Rolan. cons. 75. num. 45. lib. 1. Rolan. cons. 58. nu. 19. lib. 4. Bertazz. cons. 559. num. 11. lib. 2.

4 AMPLIA II. (& illatiuè ex præcedenti ampliatione) vt pariter consuetudo, pacta, & contractus alias illicitos, dolosos, & reprobatos, faciat licitos, & approbatos. Dec. cons. 170. colum. 3. vers. & iste contractus communiter fieri consueuit. Aym. cons. 6. num. 103. & cons. 145. nu. 12. Plot. de in lit. iuran. §. 6. nu. 54. & num. 56. & cons. crim. diuers. 108. num. 122. post med. vers. & cõtractus, qui sunt illiciti, lib. 1. in primo impressis, in 4. Rolan. consil. 96. nu. 26. & seqq. lib. 2. & cons. 58. num. 18. & seq. lib. 4. Ioseph. Ludou. conclus. 51. vers. quando autem, fol. 115. secunda facit Tiber. Decian. cons. 2. num. 82. lib. primo. Vbi alij referuntur concordantes. Bertazz. consil. 189. num. 13. lib. 1. & cons. 297. post num. 13. & seqq. & consil. 318. num. 8. in fine, & seq. lib. 2. Et voluit Rota in vna Forojuien. census, coram Orano. Lunæ, 13. Nouemb. 1589.

5 AMPLIA III. (& pariter illatiuè ex præcedenti ampliatione) vt consuetudo excuset ab vsura, secundũ Bart. qui ad id originaliter allegari solet. in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilit. edict. quem referendo sequuti sunt. Salyc. ibidem, vbi hoc Bar. dictum reputauit notandum. Bald. in l. 1. in 5. q. colum. 6. in fine, vers. & hoc facit ad quæstionem. C. de his quæ pœn. nom. Alex. cons. 107. ad finem, lib. 2. Bero. in cap. quia in omnibus, num. 8. extra de Vsur. Abb. cons. 15. num. 1. vers. quid vltra, lib. 1. Oldrad. cons. 207. vniuersis in fine, nu. 7. Calderin. cons. 4. in fine, tit. de vsur. Roch. de Curt. in tract. de consuetud. nu. 129. Bertrand. cons. 162. n. 2. lib. 2. secundæ par. Curt. iun. cons. 279. num. 58. & seq. Grat. consil. 87. num. 21. lib. 1. & cons. 49. num. 12. & seq. lib. 2. Marsil. in cons. 90. post num. 16. & cons. 100. num. 17. Tiraq. de pœn. temper. caus. 42. num 8. Aym. cons. 6. num. 103. & cons. 145. num. 12. Gabriel. lib. 6. tit. de consuetud. conclusion. 1. nu. 28. Plot. de in lit. iur. §. 6. num. 54. & nu. 56. Natta consil. 498. num. 25. & cons. 586. num. 9. lib. 3. Rolan. cons. 75. num. 42. & seqq. lib. 1. & cons. 96. num. 26. & seqq. lib. 2. Cæphal. cons. 238. num. 28. Bursat. cons. 117. num. 6. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 22. num. 5. Ioseph. Ludou. conclus. 51. versic. quando tamen, fol. 115. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 97. Bertazz. cons. 107. nu. 24. lib. 1. & cons. 297. num. 14. & cons. 329. num. 7. lib. 2.

6 Contrarium, quòd talis consuetudo non excuset etiam à pœna corporali facientes vsurarios contractus pluribus defendit, & à contrarijs defendit Ludou. Peguer. decis. crim. 30. per totam, ponderans ad id præcipuè tex. in cap. dilectos de excess. Prælat. & allegans pro hac opinione. August. Bero. in consil. 157. per totum, lib. 1. & inter alia respondens doctrinæ Bart. quàm fatetur communiter receptam, in l. quid sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de edilit. edict. volentis quòd consuetudo faciat licitos contractus, qui alias illiciti de iure reputantur, vt procedat de iure ciuili, non autem de iure canonico, secundũ quòd consuetudinem nutritiuam peccati minimè excusare dixit cõmuniter teneri per Doctor. in cap. fin. de consuetud. Potest etiam pro hac contraria opinione adduci. Abb. in cons. 22. incip. quanquàm consultatio, colum. fina. vers. nõ obstet generalis cõsuetudo mercatorum. Vbi expressè dixit, quòd quælibet consuetudo etiam totius orbis non potest excusare homines fœnus exercentes.

7 LIMITA I. primam opinionem, quæ videtur magis communis (& cum hac limitatione poteris concordare contraria) procedere, quando non constaret euidẽter de vsura, ex facie contractus, seu pacti; & sic quando esset probabilis dubitatio, quando contractus esset vsurarius, necne. Tunc enim consuetudo excusat, prout in ijs terminis, post Bal. Oldrad. & Abb. in locis per eum relatis, consuluit Natta consil. 498. num. 26. lib. 3. & Bertazz cons. 297. num. 13. vers. quarto posito, &c. lib. 2. secùs si ex facie instrumenti, & contractus, de vsura, clarè appareat, ita quod tergiuersari non potest. Nam tunc nulla excusat consuetudo, etiam à pœna temporali, quia non cõsuetudo, sed corruptela dicitur, prout est tex. in c. dilectos, de excess. Prælat. Vbi quòd cõsuetudo non excusat eos, qui mutuãt vndecim denarios, cum pacto, quòd restituantur duodecim, per quem text, hanc limitationem in expresso, posuit Dec. cons. 170. col. 3. post med. vers. & hoc quòd dictum est. Natta cons. 566. num. 10. vers. credo tamen, lib. 3. vbi etiam allegat text. in clem. 1. de vsur. & ponit aliud. exemplum de eo, qui dat pecunias cum pacto, vt soluantur annua decem, pro quolibet centenario, & per istum tex. dixit etiam Barbat. in cap. cum venerabilis, nu. 30. & 31. de consuetud. prout illum refert. & sequitur Ludou. Peguer. decis. crim. 34. num. 2. & num. 7. quòd consuetudo praua, & iniqua non excusat quem à pœna temporali in crimine vsurarum. Addi etiam potest, pro hac limitatione. Abb. in d. consil. 22. num. 2. col. fin. vbi dixit, quòd quælibet consuetudo etiam totius orbis non potest excusare homines publicè exercentes improbum fœnus vsurarium.

8 LIMITA II. d. ampliationem, quia licèt consuetudo excuset vsurarium à pœna. Non tamen excusat à restitutione vsurarum. Natta cons. 498. num. 26. lib. 3. Roland. cons. 75. post num. 47. lib. 1. Ioseph. Ludou. conclus. 51. vers. quando tamen, in fine, fol. 115. Menoch. de præsum. lib. 3. psum. 122. n. 97. Et alias Rota in vna Rom. Societatis, coram Lancellotto, 2. Iunij 1570. dixit quòd licèt cõsuetudo in cõtractu vsurario operetur, quoad euitationem pœnæ, non tamen operabitur validitatem contractus, ex Bero. quem allegat in cap. quia in omnibus, num. 8. & 9. extr. de vsur.

9 AMPLIA IV. quia consuetudo excusat etiam Iudicem iudicantem contra legem. Bart. in l. 1. in fine princ. ff. quòd quisq. iur. Ias. in l. singularia, num. 48. ante finem. ff. si cert. pet. Marsil. cons. 90. num. 15. in fi. & 100. num. 16. Blanch. in pract. crim. §. secunda pars defensionis, num. 20. fol. 140. Tiraquel. de pœn. temperan. caus. 42. num. 10.

10 AMPLIA V. quia consuetudo excusat etiam à pœna priuati carceris, secundum Ancharan. in c. cum venerabilis, col. fina. vers. quidam enim rector de consuetudine, Vbi testatur se aliàs in ciuitate Arimini defendisse quendam villæ rectorem, inquisitum de priuato carcere, ex eo, quòd sine vlla iurisdictione faciebat ponere homines in compedibus, cum ad eius defensionem probasset, quòd eius antecessores in officio sic facere soliti erant, & Anchar. sic dicentem sequuti sunt ibidem Ias. in l. de quibus, post nu. 8. ff. de leg. Alex. cons. 233. nu. 13. lib. 6. Marsil. cons. 90. num. 19. vbi alios refert concordantes, & cons. 100. num. 20. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 42. post num. 1. Franc. Zurza. opin. 96. num. 5. Decian. in suis tract. criminal. tomo 2. lib. 7. cap. 10. nu. 14.

11 AMPLIA VI. vt consuetudo excuset notarium, & alium scribentem à pœna falsi. Bart. cons. crim. diuers. 8. num. 13.

num.13.lib.1. Bal. in l.prima, num.30. in fine, versi.itē quoniam.C. de confess.Innocen. & communiter omnes in cap.2.de fid.instrum. Iaf.in l. singularia, num. 48. versic. nam regula est.ff. si cert. pet.& in l.de quibus, num.9.ff. de legib.& in l.3.§.iurari, num 16. vers.eodem modo.ff.de iureiuran. Ang.de malef.in verbo *falsario*, num.2. in fine, vers.& aduertendum, & ibi in addit.littera B, & August. de Arim.num.6 Petrasan.sing.83.tene menti, num.5.Alex. cons.39.visis,& consideratis, num.2.& ibi in addit.littera B, alij referuntur lib.3.& cons.132. Visa facti narratione, num.3.lib.1.Marsil.in pract.§.quoniam, num.98.& in cōs. 90.num.9.& cons. 100.ff.de sicar. Franc.Aret.cons.153.n. 2.Dec.cons.430.num.6.& cons.473.num.8.Paris.cons.29. num.18.lib.4. Grammat.cons. ciuili 60.num.2. Plot.de in lit.iuran.§.6. num.55.& cons. crim. diuer.108. num. 122. lib.1.in primo impressis, in 4.Catellian.Cotta in memoral. in verbo *consuetudo facit licitum*.versic.hinc dicimus.Blāch. in pract.crim.§ secunda pars defensionis, num.18.fol.140. Tiraq.de pœn.temperan.caus.42.num.11.vbi alij referuntur concordantes.Pract. Corrad.in tit.de falsar. num. 11. fol.mihi 393.col.2.Iul. Scarlat.in.cons.crim.diuer.105.nu. 11.lib.2.Rolan.cons. . . nu.20.lib.4 Bertaz. cōs.53.nu.18. in fine,& seq.vbi de notario ad banchum iuris relinquente vacua, & spatia in libris actorum, & cons.56. num.3. Achill.Personal.de adipiscen.possess.num.168.in fine, vers. & ego quoq; fateor. Magon.decis.Lucen.43.n.29.Octau. Cacheran.cons.66.post num.37.

12 Et hinc licèt notarius teneatur de falso, si dicit pecuniam numeratam in instrumento, quæ re uera numerata nō est, secūdum communem conclusionem, quam totus mundus sequitur, teste Iason.post. Bart.Angel.Imol.& alios omnes in l.singularia, num.47.& 48.ff.si cert.pet. & alibi infra dicemus in tit.de fals.

13 Excusabitur tamen à falso, si consuetudo est inter notarios ita dicere secundum Bal.in rubr. C.de fid.instrumen. num.14.in fine, vers.quæro ergo. Iaf.in d.l. singularia, nu. 48.ad med.vers.istam doctrinam, Bar.ff.si cert.pet.vbi testatur in facti contingentia, se ita aliàs defendisse notarium Placentinum,& cum Iaf. se habere communem opinionem testatur ibidem Bolognet.num.111.Vbi ampliat, hanc conclusionem procedere etiam, quòd Notarius dicat numeratam pecuniam in sui præsentia. Nam adhuc excusatur, si extat consuetudo sic dicendi, vt ibi per eum (reprobato Dec.contrarium sentiente)Marsil.cons.90 nu. 14.& seq.& cons.10.num.15.Barbat.in addit.ad Bal. in c. 1.nu.2.littera A, in fin.addit.de feud.cognit.in vsib. feud. Diaz.reg.492.in prima limitatione. Tiraq. de pœn. temp. caus.42.post.num.11.Gabriel.lib.7.conclus.8.num.21. Vbi alij plures referuntur concordantes.

14 Hinc etiam ex consuetudine excusari sigillantes scripturas cum alieno sigillo, etiā quòd dominus sigilli hoc ignoret,& præsens nō sit, ac etiam, quòd sigillans non fuerit deputatus ad sigillandum illas scripturas. Fuit doctrina Innoc.in c.2.num.5.de fid.instrum.vbi dixit, quòd Episcopus potest suum sigillum alicui fideli personæ committere, quæ ex hac sola commissione poterit sigillare omnes scripturas ad Episcopum pertinentes, vt puta, commissiones causarum, citationes, confirmationes,& similia, etiam quòd Episcopus eas non videat: Non tamen poterit alienas scripturas, vt puta contractus nomine Episcopi sigillare, & in ijs testimoniale (& prout nos vulgò appellamus legalitatem) cum eodem sigillo apponere, ipso Episcopo ignorante,& non vidente. Et si apposuerit, tenetur de falso; nisi in contrarium extet cōsuetudo,& Innoc.sic dicentem sequuti sunt ibidem. Hostien.num.6. &. seqq. Io. Andr.col.5.num.6.Bald.num.17.vers.& est notatu dignū. Ant.de Butr.nu.12.col.pen.vers. quandoq; Episcopus, & col.seq. Imol. col.fin. num.22. in fine, vers. fatetur tamen Innoc.Abb.nu.17.& Felyn.nu. 37.Iaf.in l.de quibus, nu. 9.ff.de leg. Alex.cons.39.num.2. lib.3.& cons. 132. visa facti narratione, num.3.lib.1.Iaf.in l.singularia, num.48.post med.versic. facit optime, quòd volunt,&c.ff. si cert. pet. Barbat. in addit. ad Bar. in c. 1. num.2. littera A, de feud. cognit.in vsib.feud.Marsil.in pract.§.quoniam, post num. 98.& in cons.90.num.10.& cons.100.nu.10 & in l.prima, nu.100. ad med.ff.de sicar. Adden.ad Rom.singular. 384. fui interrogatus, in princ. addit.Plot. de in lit. iuran.§.6. num.55.Blanch.in pract.crim.§.secunda pars defensionis, num.18.fol.140. Bolognet.in l.singularia, post num. 111. ff.si cert. pet.Decian.consil.99.num.8.lib.2.

15 Hinc pariter, licèt notarius teneatur de falso dicēs aliquem præsentem, qui re vera præsens nō fuerit, ad tex.in c.quanto, cum ibi notat.per Hostien. & alios, extra de his, quæ fiunt à Prælat. in c.tam litteris, extr.de testib.& in l. qui veluti. C.de fals. Excusatur tamen si sic dicatur, quando consuetudo hoc permittit.Rom.sing.384. incip.fui interrogatus, & ibi in addit.alij referuntur concordantes, vbi de solutione facta duobus conseruatoribus. Et tamen Notarius dicit, factam omnibus, licèt alij fuerint absentes,& ante Rom.fuit hoc dictum Bal. in c.1.in prin.num. 2.versic. sed pone in Ciuitate Perusiæ de feud. cognit.in vsib.feud.(Vbi tamen dicit, quò si præsentia alicuius esset de substātia instrumēti, & notarius diceret, illum præsentem, cum nō esset; Instrumētum nō caret vitio falsitatis.) Et hoc Baldi dictum referendo sequuti sunt Angel.de malef. in verbo *falsario*, nu.2.in fine, vers. & aduertendum. Iaf.in l.de quibus, num.9.ff.de leg.Tiraq.de pœn.caus.42. num.11.Gabriel.lib.7.conclus.8.num.19.Et vide etiam in proposito Hostien.in d.c.quanto, post num.2.extra de his, quæ fiunt à Prælat. Vbi, quod si consuetudo hoc permittit, potest notarius dicere absq; metu falsitatis *Decanus,& Capitulum*, licèt Decanus non fuerit in capitulo, sed non potest sub nomine proprio dicere *Petrus Decanus, & Capitulum*, si Petrus Decanus à Capitulo erat absens. Plot.de

16 in lit.iuran.§.6.n.55.Vbi etiam de notario, qui rogat acta tamq̃ facta corā iudice, puta cōparitiones, & protestationes litigantiū, cum tamen reuera Iudex fuerit absens, de quo etiam per Corrad. in pract. in tit.de fals.num. 11.fol. mihi 393.col.2.& per Bolognet. in l.singularia, num.111. vers.& experientia cognoscitur.ff.si cert.pet.

17 Et hinc demū cōsuetudo excusat notarios alicuius Curiæ, vel banchi, qui subscribūt præcepta, monitoria, mādata,& alias ordinationes ignorantibus iudicibus,& tamen in eis (in quibus manus iudicis nō solet apponi, prout apud nos in Curia Romana multi dantur huiusmodi casus) scribunt de mādato iudicis,&c. Plot. de in lit. iuran.§. 6. num.55.in fin.Decian.cons.99. num. 8. lib. 2.

18 LIMITA I. hanc sextam ampliationem, in qua dixi, cōsuetudinem excusare notarium à falso, vt procedat, quādo talis falsitas nō affert præiuditium, secùs si afferat præiuditium. Rom.d.sing.384.& ibi in addit. ex Bald.in c.1.num.2. de feud.cognit. in vsib.feud.dum dixit, quòd potest notarius dicere in instrumento, quem fuisse præsentem, qui absens erat, quando materia instrumenti est in re vera,& nō affert absenti præiudicium, secùs si afferret præiudicium, vel talis præsentia esset de substantia instrumēti, quia tūc instrumētum nō careret vitio falsitatis, vt ibi per eum.Gabriel. lib.7.conclus.8.num.28. & ita in falsitate nō afferente præiudicium loquutus est Bertaz. cons.53. num.21.& cons.56.num.4.

19 LIMITA II. eandem sextam ampliationem, quia licèt cōsuetudo excuset notarium à pœna falsi.Nō per hoc tamen creditur instrumēto, in quo falsum commisit, quādo scilicet falsitas consistit circa substantialia instrumenti.Ita, ni fallor, expressè voluit Bald. in d.c 1.nu.2.de feud. cognit.in vsib. feud.& aduertit Achill.Personal.licèt de Baldo mentionem non faciat, in tract.de adipiscen.possess. num.168. in fin. Vbi ponit exemplum in testamēto interlineato,& apostillato in partibus substātialibus, licèt enim cōsuetudo forsan isto casu excuset notarium interlineātem,& apostillantem. Nō tamen per hoc eadem consuetudo testamenti fidem supplet, vt ibi per eum.

20 AMPLIA VII. vt consuetudo excuset etiam à nō obseruatione iuramēti. Rom. cōsil. 466. num.1. in fine, quem referendo sequuti sunt Petrasan.sing.83. tene mēti, num.4.Iaf.in l.singularia, num.49.in fin.ff.si cert.pet.& in l.de quibus, num.9.in fin. ff.de leg. Tiraq.de pœn.temper. caus.42.n.2.Gram.decis.50.nu.4 Rolan.cōs.96.n.32.lib.2.

21 AM-

21 AMPLIA VIII. vt consuetudo excuset etiam Monacos, & religiosos non obedientes præceptis, & regulis corũ religionis, Matthes. sing. 7. & ibi in addit. vbi latiss.

22 AMPLIA IX. vt consuetudo excuset etiam à mala fide, & quòd ex ea inducatur bona fides, voluit Catellian. Cotta in memoral. verbo *consuetudo facit*, vers. secundo alibi etiam habemus allegat Ioan. Zenob. inter cons. Bald. cons. 370. verba rescripti, lib. 3. refert, & sequitur Tiraq. de pœn. temperan. caus. 42. num. 10. in fine.

23 AMPLIA X. in crimine homicidij, in quo consuetudo excusat, secundum Marsil. in pract. §. quoniam, num. 96. in fine, & seqq. vbi dixit, quòd consuetudo loci tolerãs homicidas, facit, vt homicida non puniatur pœna. l. Corn. de sicar. & in l. prima nu. 99 ff. ad l. Cornel. de sicar. Adden. ad Matthes. sing. 77. col. mihi 3. in fi. fol. 295. in parua impressione, vbi allegant Marsil. in locis præcitatis.

24 Hæc ampliatio est falsissima sic simpliciter intellecta in cõsuetudine permittente homicidia, quia homicidia sunt prohibita de iure diuino, vt in præcepto *Non occides*. In ijs autem, quæ sunt contra ius diuinum, consuetudo non excusat, vt infra dicam in limitationibus, & ita per hanc rationem, hanc ampliationem impugnat idem Marsil. in pract. d. §. quoniam, num. 98. in fine, vers. sed licèt prædicta. (Quamuis aliter forsan sentiat in consuetudine permittente, præsertim in pueris, ludos, torneamenta, & colluctationes, ex quibus postea homicidia sequuntur, de quo mox dicam in seq. ampliatione,) & idem repetijt in l. prima, nu. 102. & seqq. ff. de sicar. refert, & sequitur Ludou. Peguer. decis. crimin. 34 num. 5.

25 AMPLIA XI. in consuetudine permittente colluctationes, torneamenta, & ludos cum saxis, præsertim in pueris, vel & cum pugnis, aut calcibus, cum folle, & similia, de quibus in diuersis præsertim Italiæ partibus infrascripti Doctores testantur. Tunc enim quamuis ex illis sequatur aliquod homicidium, homicida nõ punitur propter consuetudinem prædictam, arg. tex. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. & in l. si ex plagij. §. fina. ff. eod. & in cap. lator. de homicid. per quæ iura hanc ampliationem firmarũt Florian. in l. dolo malo. ff. de seru. corrupt. Anchar. Cæpoll. August. de Arimini in addit. ad Ang. de malef. & Carer. in locis relatis supra hoc eodẽ tit. quæst. 92. nu. 121. quos hic repetere superfluum iudicaui, quibus addo, Ioan. de Anan. in cap. 1. col. 2. num. 4. de torneamen. Franc. Cremen. sing. 150. incip. mos puerorum. Ias. in l. de quibus. num. 8. ff. de leg. Dec. cons. 9. per totum, vbi consuluit in casu, in quo vnus alterum occidit in Oppido Sancti Miniati, cum pugno, in ludo pugnorum, eo loci permisso certa die. Marsil. in pract. §. quoniam, num. 98. vers. & facit optimè, & seqq. omnibus, vbi licèt aliquas referat rationes contra hanc ampliationem; concludit tamen in dubio pro hac parte, tanquàm benigniori, & præsertim in homicidio commisso à pueris ludentibus ad saxa, cum propter multitudinem personarum fieri soleat dispensatio ad tex. in cap. sanè, & ibi gloss. de tempor. ordinat. cum alijs ibi per eum allegatis (de quo tamen dicam in seq. caus. & q.) Quod. & idem repetijt idem Mars. in eadem pract. §. vlterius, num. 9. & seqq. & cons. 90. nu. 7. & seqq. pluribus, & cons. 100. num. 7 & seqq. & in l. 1. nu. 101. & seqq. ff. de sicar. Catellian. Cotta in suis memoral. vers. consuetudo facit licitum, post princ. Ioan. Bap. de S. Seuerin. in l. cũctos populos, nu. 141. C. de summ. Trin. & fid. Cathol. Ruyn. cons. 143. num. 27. lib. 5. Plot. de in lit. iuran. §. 2. num. 17. & §. 6. num. 57. & in cons. crimin. diuers. 108. num. 122. lib. 1. in primo impressis in 4. Blanch. in pract. crim. §. secunda pars defensionis, num. 21. fol. 141. Tiraq. de pœn. temper. caus. 42. nu. 1. in fine. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. 15. excusat, num. 1. Bertazz. cons. 132. num. 3. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 400. nu. 1. & seqq. vbi loquitur tàm in ludo, & certamine publico permisso, quàm etiam in ludo, non à lege permisso, sed à consuetudine, sed potius malo vsu, & corruptela, & vtroque casu homicidium sequutum impunibile esse, & iure, & rationibus, & Doctorum authoritatibus, optimè demonstrat, & ibi etiam ponit, quòd si occidatur vnus ex astãtibus ad videndum ludum. Nauar. consil. 3. Certabant aliquot pueri in tit. de homicid. par. 2. vbi etiam, an ex isto homicidio incurratur irregularitas.

26 AMPLIA rursus præcedentem xj. ampliationem, quòd isto casu consuetudo excusat etiam à pœna extraordinaria, per ea, quæ generaliter dixi infra, num. 31, & in specie in homicidio, voluerunt Ioan. de Anan. in d. cap. 1. num. 4. de torneamentis, dum dixit, quòd sic occidens excusatur à pœna, & non punitur. Dec. in d. consil. 9. num. 3. versic. venio igitur ad illud, & seqq. omnibus, vbi relatis, & reprobatis contrarijs rationibus per septem fundamenta, hanc benè comprobat opinionem. Marsil. in pract. §. vlterius, num. 9. & seqq. vbi benè refert, & ponderat ad hoc omnia fundamenta Decij in d. cons. 9. idem Marsil. cons. 90. num. 8. vbi idem repetijt, & num. 20. ad finem. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. d. casu 400. num. 3. in fine, vbi bonam huius ampliationis reddit rationem, quia scilicet isto casu duo concurrunt, ludus scilicet, à consuetudine, saltem concessus; Et casus culpa carens. Ideo non mirum, si omnis pœna, & omnis actio cessat, vt ibi per eum.

27 LIMITA prædictam xj. ampliationem non procedere, quando quis dolo aliquem occiderit in ludo, vel colluctatione, etiam publica, seu à consuetudine permissa. Nam tunc non excusatur, sed punitur, argumento, text. in l. sed & si quicunquè in princ. & in l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad l. Aquil. voluit gloss. in d. l. actione. §. si quis in colluctatione. ff. eod. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. 15. excusat, num. 1. in fine, vbi quòd isto casu dolus arguitur ex præcedenti inimicitia, & num. 4. Vbi allegat Bonifac. de Vitalin. in tit. de insult. & percuss. num. 45. (qui tamen non loquitur in proprijs terminis) Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 400. nu. 4. & nu. 6. allegans ad idem Steph. Cost. in tract. de ludo, artic. 1. §. 2. n. 14.

28 AMPLIA XII. vt consuetudo non solùm excuset à dolo, secundum Ioann. de Anan. in cap. 1. colum. 2. num. 4. de torneamen. Ancharan. in cap. cnm venerabilis. in 2. notabil. colum. 1. versic. & fortè est ratio, de consuetud. Plot. de in lit. iurand. §. 6. num. 56.

29 Sed etiam à culpa: Qui enim dicit, aut facit, id quòd solitum, & consuetum est fieri, non solùm non dicitur in dolo, prout dixi in quæst. 89. num. 62. Sed nec etiam in culpa. Bart. in l si pignore. §. final. per illum tex. ff. de pignorat. action. Ias. in l. certi conditio. §. si nummos, num. 27. ff. si cert. petat. Marsil. in pract. §. vlterius, sub num. 9. & seq. in discursu, & in cosil. 90. num. 12. & consil. 100. num. 12. Catellian. Cotta in suis memoral. versic. consuetudo facit licitum, post princ. Blanch. in pract. crimin. §. secunda pars defensionis, num. 16. fol. 140. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 42. num. 9. & 10. Gabriel. lib. 7. conclus. 8. num. 24.

30 Vbi tamen post Felyn. quem allegat, dixit, quòd non excusat à culpa leui. Cateldin. de Vissio. consil. crimin. diuers. 22. num. 5. & seq. tomo 2. Carauit. inter eadem consilia, cons. 116. num. 31. eodem tomo 2. Roland. cons. 75. nu. 45. lib. 1. Magon. decis. Lucen. 43. num. 28. Bertazz. cons. 70. num. 7.

31 AMPLIA XIII. vt consuetudo excuset non solùm à pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria: Si enim, vt modo dixi, excusat non solùm à dolo, sed etiam à culpa, cessat vtique omnis pœna, prout in crimine homicidij, dixi super n. 26. & in crimine vsurarũ, & cõtractuũ illicitorũ scripserunt Plot. de in lit. iuran. §. 6. nu. 54. ad fin. & cons. crim. diuer. 108. n. 122. ante finẽ, lib. 1. in 1 impssis, in 4. & Rol. cõs. 75. n. 47. lib. 1. & gñaliter voluerũt Marsil. in pract. §. vlterius, n. 9. & seqq. Bertazz. cõs. 132. nu. 2. lib. 1.

32 AMPLIA XIV. vt licèt cõsuetudo, cũ sit q̃d facti, non præsumatur, & per allegantẽ probãda sit, isto tñ casu ad effectũ excusandi delinquẽtẽ sufficiat illã semiplenè pbare, scdm Plot. inter cons. crim. diuer. in primo impressis. in 4. cõs. 108. n. 121. in fi lib. 1. ex Curt. iun. q̃m allegat (qui tñ loquitur non in probatione consuetudinis, sed in probatione iustæ causæ, de qua dixi supra q. 90. nu. 83.) in cons. 38. num. 8. versic. sed dato, & Plot. referendo sequutus est, Bertazz.

Bertazz.consil.53.num.21. & consil. 56. num. 5. & consil. 132. num. 4.

33 Sic pariter, & isto casu satis sufficienter dicetur probata cõsuetudo, si fuerit probatus cursus decem annorum à tempore primi actus de cõsensu populi, siue ipso sciẽte, & tolerãte gesti, secundũ magis communem opinionem, de qua in ijs terminis testatur Frãc. Turzan. opin.96. nu. 6. Nec dissentit Bertazz. in consil.318.num.8. vers. quarto cum, &c.lib.2.

34 AMPLIA XV. vt consuetudo excuset nõ solùm à pœna legali, sed etiam à statutaria. Anchar.cons.283. iure stricto. Ias.in l.de quibus,num.8. ad finem.ff.de leg. Salyc. in l.quis sit fugitiuus.§. apud Labeonem.ff. de edil. edict. Natta cons.498.post num.25.Plot.de in lit.iuran.§ 6.num 17.Ias. in l.singularia, sub num.49.ff. si cert. pet.

AMPLIA XVI. vt cõsuetudo excuset etiam à pœna delationis armorum, de quo dixi infra q.108.num. 146.& seqq.in tit.de var.ac diuers.crim. hic non repeto.

35 LIMITA I. regulam procedere in ijs, quæ sunt prohibita à iure positiuo. Tunc enim verum est, quòd consuetudo excusat delinquentem, secundum Præpositum in cap.deniquè,num.30.distinct.4.Abb.in cap. cum venerabilis, num. 5. & ibi etiam Barbat. num. 29. de consuetud.

36 Secus autem in prohibitis à iure naturali, prout videtur tex.in cap.flagitia 37.quæst.7.& ibi glo.in verbo, *omnes.* Item tex.in cap.fi. & ibi notant omnes de cõsuetud. alia gloss. in cap. quia in omni, in verbo, *nulli* de vsur. & in cap. sanè, in verbo, *antiqua consuetudo*, de tempor. ordinat. Abb.in cap. cum venerabilis, sub num. 5. de consuetud. Tiraq.de pœn.temper. caus.47.num.15.Ludo. Peguer decis.crimin.84. num.3.

37 Et multo minus in ijs, quę sunt prohibita à iure diuino, Præpos.in cap.deniquè, num. 30. distinct.4.Tiraq.d.caus. 42.num.15. Gabriel. lib.7. conclus.8. num.27. Ludou. Peguer.decis.crimin.34. num. 5.

38 Contrarium, quòd consuetudo etiam contra ius diuinum, vel naturale, excuset à pœna temporali, licèt non à pœna peccati, prout de pœna peccati loquitur Abb. in cap.cum venerabilis, sub num. 5. de consuetud. suaderi potest ex trad. supra in ampliationibus. Vbi dixi consuetudinem excusare à pœna vsurarum, & periurij. Et tamen vtrunquè crimen est prohibitum à iure diuino, & in specie, q in prohibitis à iure diuino ẽt cõsuetudo excuset à pœna temporali voluerunt Aym.cons.6.nu.103. ad finem, & Roland.in cõs. 96. num.31.lib.2. qui allegant. Ias.in l.3.§. iurari,num.16.ff.de iureiuran. qui (ni fallor) non sic explicitè dicit id, ad quòd allegatur.

39 LIMITA II. in crimine blasphemiæ.in quo blasphemandi cõsuetudo, tanquàm contra ius diuinum blasphemantem non excusat Petr. Gerar.sing.83. num.3. & seqq. vbi relatis hinc inde cõtrarijs Doctorum, videlicet, Bald. Ang.& Imol.in locis per eum citatis, sententijs, hanc opinionem sibi magis placere affirmat, & quòd ita iudicaret, si Iudex esset. Nec dissentire videtur, Ias.in l.3.§.iurari,nu. 16.in fine, vers. caue tñ.ff.de iureiuran. Gram.decis.50.Vbi relatis hinc inde contrarijs rationibus, testatur ita fuisse resolutum de communi voto Neap. Consilij. Et vide quæ dixi in 1.par. tit. de delict.& pœn.q.20.num.45. & seqq.

40 LIMITA III. in crimine, & actione iniuriarum, in qua q cõsuetudo non excuset, allegatur originaliter gloss. in l.iniuriarũ actio, la prima.§.fi.in verbo *vsurpatum*.ff.de iniur.cuius authoritate hanc firmarũt opinionem, Ias. in l.de quibus,num.10.ff.de legib. Allegat.Bal.in sua disputatione. quæ incipit accusatus de vi turbatiua,col.2.Tiraq. de pœn.tempe ran. caus.42.num.15.in fine.Carer.in pract. crim.in 3. tract.de. homicid. §.15. excusat. Gabriel. lib. 7. conclus.8.num.29.

41 Verùm hanc limitationem minimè veram credo: Nescio enim cõsiderare rationem diuersitatis, cur cõsuetudo excuset in crimine falsi, in homicidio, alijsq; grauioribus delictis, potius quàm in crimine, seu actione iniuriarum, & aduertatur, quòd gloss. in cuius potissimum authoritate fundatur per Doctores limitatio prædicta, non loquitur simpliciter, & generaliter, sed quãdo iniuriãs dolosè vtitur cõsuetudine ad se excusandum, quamuis sciat, & credat se delinquere. vt patet, si benè eiusdem gloss. verba ponderentur, dum dicit, *Itẽ nota, quòd tenetur iniuriar. qui sciens iniustè vtitur consuetudine.* Et hoc casu gloss. dicit verum, quia cõsuetudo licèt præsumptiuè, excludit dolum. Vbi tamen dolus apparet, dolo delinquentem nõ excusat, vt dixi supra de doloso homicida in ludo, & collutatione.num.27. At vbi dolus excluditur apparens, & iniurians, stante cõsuetudine, credat se nõ delinquere; tunc eum excusandum ex trad. & allegatis supra in regula, veriùs crediderim. Ad quæ vide declarantem Alexan.Rauden.decis.Pisan.6.num.19.& 22.part.1.

42 LIMITA IV. quia cõsuetudo licèt excuset à pœna temporali, nõ tamen excusat à pœna peccati, & æternali, prout videtur tex. & ibi præsertim Card. Zabar. num. 2. vers. Nota, quòd consuetudo, extr. de excess. Prælat.glo. fin.in c.sanè, in verbo *antiqua cõsuetudo*, de tempor.ordin. Ant.de Butr.in c.cum venerabilis, num. 13.& ibi etiam Abb. num.5. vbi declarat hanc limitationem, extr. de consuetud. Anchar.in c.quanto,num.2.in 2.notab.eod.tit. de consuetud. per tex.in c.fi.eod.tit.Ias.in l. singularia, num. 49 ff. si cert. pet. & in l.de quibus,num.9. in fi.ff.de leg. & in l.3.§.iurari, sub nu.16.ff. de iureiuran. Rom.sing.19.incip.an cõsuetudo, & cons.466.num.1.in fin.& num.2. Adden.ad Matthes.sing.77. colum.mihi 3.in fin.fol. 295. in parua impressione. Grammat.decis.50.num.3.& seq. Marsil.in pract. §. quoniam sub num.97. & in l.1.post num.99. ff.de sicar. Tiraquel. de pœn.temperan. caus.42. num.2. & num. 4. & seqq. vsque ad num. 8. Vbi alij plures referuntur concordantes. Franc. Zurzan. opin. 96. num. 4. & 5. Rolan.cons.75.num.47.lib. 1. & cons. 96. num 31.lib.2. Et vide omninò declarantem, Bero.in c.quia in omnibus,nu. 8.& seq.extr.de vsur.

43 LIMITA V. in cõsuetudine reprobata à Principe, vel à lege, quæ quòd non excuset delinquentem, colligitur ex trad. per Bal. in Auth. nauigia, per illum tex.C. de furt. & in Auth.omnes peregrini, etiã per illũ tex.vers. vlterius nota.C. commun.de success. quos & alios in proposito refert Tiraq.de pœn.temperan.caus.42.num.15.Vbi expressè hanc firmat limitationem. Gabriel. lib.7.conclus.8. nu. 30.post Felyn.& Roch.de Curt.in locis per eum citatis, & expressè ẽt, ni fallor, ita declarat Abb.in c.cum venerabilis, n.5.de cõsuetud.vbi, q in eo text. cõsuetudo quamuis praua, excusat, quia non adhuc illius prauitas erat à lege declarata. Ergo secùs vbi prauitas fuit declarata, & sic reprobata. Ludou. Peguer.decis.crimin.34.num.9.Vbi amplius dicit sufficere. quòd consuetudo sit à lege simpliciter reprobata, quia tunc intelligitur reprobata non solum in præteritum, sed etiam in futurum secundum communẽ, de qua per Alex. Imol. & Ias.in locis ibi per eũ citatis.

44 Contrarium, quòd consuetudo etiam reprobata excuset scripserunt Anchar. in cap. cum venerabilis, colum. 1.vers. ex quo nota, & ibi etiam Anan. num. 4. de cõsuetud. Dec. d. cons.170.colum.3. vers.& iste contractus communiter fieri consueuit. Catellin. Cotta in memoral. verbo *consuetudo facit*, versic. & vlterius. Idem Anchar.in c.inter dilectos,num.4.de excess. Prælat.vbi per illum tex distinguendo, dixit, quòd consuetudo reprobata non excusat delinquentem à consequutione præmij, sed benè excusat ad exclusionem pœnæ, dummodò non sit contra ius naturale.

ARGVMENTVM.

Delicti incertitudo, ac delinquẽtium multitudo an, & quando faciat pœnam minuere: Quomodouè sit procedendum in delicto, & homicidio à pluribus commisso ad inquisitionem, torturam, & condemnationem.

SVM.

SVMMARIVM.



Vltitudo delinquentiũ facit minuere pœnã. Tunc pœna corporalis cõmutanda est in pecuniariã, n. 2. Declara, vt n. 3. Multitudo delinquentium facit minuere pœnam, etiã quòd non timeatur de scandalo. nu. 4. Licèt alij contra, nu. 5.

Multitudo delinquentium non facit minuere pœnam in delictis maximis, num. 6. Contra, nu. 7.

Multitudo delinquentium non facit minuere pœnam, quoad principales authores, num. 8.

Multitudo delinquentium non facit minuere pœnam, quando delictum est commissum precedente tractatu, nu. 9. contra, nu. 10.

Multitudo delinquentium ad hoc, vt faciat minuere pœnam, quot personas delinquentes requirat, nu. 11. & seq.

Delinquentis incertitudo, quando rixa est subitanea, & in ea plures interuenerũt, facit regulariter, vt omnes absoluantur à pœna ordinaria. Et non nisi in extraordinariam condemnentur, n. 14.

Delinquentium incertitudo an, & quando faciat minuere pœnam est difficilis resolutio, nu. 13.

Occiso aliquo in via ex lapide proiecto ex fenestra, vel domo, in qua plures aderant homines, quorum quis lapidem proiecerit ignoretur: Tunc omnes in domo existentes absoluuntur à pœna ordinaria, sed in extraordinariam tantum condemnãtur, num. 15. & 16. Limita quoad pœnam irregularitatis, nu. 17. Item limita nisi precedente tractatu conuenerint in eo domo ad effectum offendendi eum, in quem lapis fuit proiectus, nu. 18.

Occisus si aliquis reperiatur in vna domo, & certum sit, quòd vnus ex existentibus in dicta domo illum occiderit, sed nescitur quis occiderit: Tunc propter incertitudinem nullus condemnatur pœna ordinaria, sed omnes condemnantur in pœnam extraordinariam, num. 19. & 20.

Delictum si sit à pluribus commissum, sed nesciatur à quo. Quomodo tunc procedendum, & de materia, vide infra vers. delinquentium incertitudo, & vers. homicidiũ, & vers. mortus, & vers. occisus, & vers. vulneratus.

Mortuus si quis reperiatur in rixa à pluribus commissa, vnico tantũ vulnere affectus, & ignoretur à quo. Tunc propter incertitudinem omnes absoluuntur à pœna ordinaria, & condemnantur in extraordinariam, num. 21. Licèt isto casu aliqui dixerint neminem puniendum, nu. 22. Aliqui autem dixerint omnes teneri, et puniendos, num. 23. Sed concordant, nu. 24.

Mortuus si quis reperiatur ex pluribus vulneribus, & ignoretur quis ex pluribus rixantibus illa intulerit. Tunc omnes absoluuntur à pœna ordinaria, & condemnantur in extraordinariam, nu. 25. Et quid si vulnera fuerunt plura, sed non tot, quot fuerunt rixantes, num. 26. Et quid, quando tot sunt vulnera, quot fuerunt rixantes, num. 27.

Occisus si quis reperiatur ex vnico, siue pluribus vulneribus in rixa à pluribus aggressoribus illatis, & constat, qui vulnerauerint, & qui non. Tunc non vulnerantes non tenentur de occiso, nu. 28. & seq. sed an teneantur aliqua pœna extraordinaria, nu. 30.

Rixa quando est subitanea, nullus tenetur de delicto alterius, sed vnusquisquè tenetur de eo, quod fecit, num. 29.

Occisus si quis reperiatur ex pluribus vulneribus letalibus à pluribus aggressoribus in rixa illatis, sed ignoretur, ex quo vulnere mortuus sit vulneratus, cum nesciatur, quis primo mortaliter vulnerauit, et quis illd vulnus, ex quo mortuus est, intulerit. Tũc oẽs absoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnantur in extraordinariam, nu. 31. & 33. Licèt alij contra, num. 32.

Homicidium si sit commissum à pluribus in rixa, & occisus repertus fuerit cum pluribus vulneribus, quorum vnumquodq; de per se non erat letale, sed simul iuncta, mortem attulerunt, constat q; quòd omnes vulnerarunt, sed non constat cuius ictu vulneratus obierit: Tunc licèt omnes teneantur de occiso, num. 34. Non tamen tenentur pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria Iudicis arbitrio, nu. 35. Contra, nu. 36. & seq.

Homicidium si commissum sit à pluribus in rixa, & occisus reperiatur pluribus vulneribus affectus, quorum vnum, vel plura erant letalia, alia autem non letalia. & percussores sunt certi, sed ignoratur, quis letale vulnus intulerit, & cuius ictu vulneratus obierit. tunc omnes puniuntur, non pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria, Iudicis arbitrio, num. 38. et 40. Licèt alij contra, num. 39.

Vulneratus si mortuus fuerit ex pluribus vulneribus; quorum aliqua erant letalia, aliqua autem non letalia, constetq;, quis vulnerauerit letaliter, & quis vulnerauerit non letaliter: sed non constat quis fuit ille, qui intulit primum vulnus, & sic, an vulnus letale fuerit primum illatum; an verò non letale. tunc omnes, etiam qui letaliter vulnerarunt absoluuntur à pœna ordinaria, & condemnantur in extraordinariam, num. 41. Contra, quòd isto casu vulneratus letaliter teneatur pœna ordinaria. Vulnerantes autem non letaliter teneantur solum de vulnere, pœna extraordinaria, nu. 42. & nu. 43. Vbi declaratur hæc contraria opinio.

Vulneratus pluribus vulneribus, quorum primum mortale fuit, alia verò posteriora fuerunt non mortalia: Si mortuus fuerit, & constat de primo mortaliter vulnerante, & de alijs postea non mortaliter vulnerantibus. tunc primus mortaliter vulnerans tenetur de homicidio, pœna ordinaria. Secundi autem percussores non mortaliter, pœna extraordinaria, num. 44. Contra, quòd immò teneantur pœna ordinaria etiam posteriores vulnerantes non letaliter, num. 45. Distingue, vt nu. 46.

Mortuus si quis sit ex pluribus vulneribus, quorum aliqua erant letalia aliqua aũt non letalia; constatq; ꝙ primi percussores vulnerarunt non letaliter; Secundi autem letaliter. Tunc primi vulnerantes tenentur de vulnere; secundi autem de occiso, nu. 47. Licèt aliqui contra, nu. 48.

Vulneratus si quis primo fuerit ab vno letaliter, & deindè ab alio in totum exanimatus. Primus vulnerans tenetur tantummodo de vulnere. Secundus autem de occiso, num. 49. Contra, quòd & primus vulnerans teneatur de occiso, num. 50. & 51. Vbi præsertim, quando est certum primum vulnus fuisse mortale. Dic, quòd primus vulnerans tenetur de occiso, quando vulnus ab eo illatum erat non solum mortale, sed omninò certum ad mortem: secus si primum vulnus non erat certum ad mortem, licèt esset mortale, nu. 52. Quamuis etiam contra hanc vltimam conclusionem tenuerint aliqui, nu. 53. & 54. Quòd si primus vulnerãs procurauerit, vt pœnam euadat, vulneratum ab ipso ab alio exanimari. tunc non obstante cautela prædicta, omninò tenetur de occiso, num. 55.

Homicida, quando est incertus propter multitudinem delinquentium, vt supra: tunc non solum non habet locum pœna iuris ordinaria, sed nec etiam statutaria, num. 56.

Homicida, quando est incertus propter multitudinem delinquentiũ, vt supra. tunc pœna extraordinaria, quæ imponitur, erit tantũmodò pecuniaria, nu. 57. Et poterit etiam esse exilij. Immò etiã exilij, vel pecuniaria simul, aut relegationis, num. 58.

Homicida, quamuis incertus propter multitudinem delinquentium, vt supra, omnes tamen tenentur pœna l. Aquiliæ ad damna, & interesse, num. 59.

Homicida, quando est incertus propter multitudinem delinquentium, adhuc tamen omnes, qui in rixa interuenerunt, efficiuntur irregulares, num. 60.

Inquisitio quomodo sit formanda, quando homicidium fuit à pluribus commissum in rixa, num. 61. & seq. vbi de materia.

Author rixæ tenetur tanquam homicida, & de omni eo, quòd sequitur in ipsa rixa, num. 63. Contra, nu. 64. in fine. Et quis dicatur author rixæ, d. num. 64.

Vulneratus si quis mortuus fuerit ex pluribus vulneribus, quorum aliqua letalia, & aliqua non letalia erant: Vulnerantes vltra pœnam vulneris, tenentur aliqua alia pœna, propter auxilium præstitum homicidio, nu. 65. Limita dummodò constet de principali delinquente, & sic de vulnerante letaliter, secus si non constet, quia tunc nec alij de auxilio tenentur, num. 66. Limita ij. dummodo isti vulnerantes non letaliter dolosè interuenerint homicidio, quia tunc etiam tenentur de auxilio. aliter secus, num. 67. Contra, num. 68. Limita tertio, quia talis pœna auxilij isto casu non erit pœna ordinaria mortis, sed alia mitior, num. 69.

Homicidium commissum cum multitudine personarum reputatur difficilis probationis. Ideò probatur præsumptionibus & coniecturis, nu. 70. Contra, nu. 71.

Homicida, licèt sit incertus propter multitudinem personarum; adhuc tamen omnes tenentur de homicidio, si ex proposito interuenerunt, nu. 72. Quamuis alij contra, num. 73. Limita procedere, quando omnes sunt coadunati ad occidendum; secus si coadunati ad verberandum; Quia tunc homicidio sequuto, vnus-

vnusquisq; tenetur de eo, quòd fecit, num. 74. Limita secundo, quia ista qualitas praecedentis tractatus non praesumitur. Ideò probanda per fiscum, num. 75. & seq. Immò est probanda, non praesumptiuè, sed certè, & plenè, num. 77. Contra, num. 78. Item probanda est eadem tractatus qualitas, non quoad vnum tantum; sed quoad omnes, num. 79.

Tractatus praecedens in omicidio non praesumitur, sed potius rixa, num. 75. Ideò probandus est per allegantem, num. 76. Et probandus est non praesumptiuè, sed plenè, & concludenter, num. 77. Licèt alij contra, num 78. Item probandus est non quoad vnum tantum, sed quoad omnes, quia potest stare, quòd vnus deliberatè accesserit ad homicidium, alter verò non, num. 79.

Homicida, si sit incertus propter multitudinem personarum, quae in rixa interuenerunt, tunc omnes torqueri possunt, ad sciendum quis vulnerauerit, & occiderit, num. 80. Sic etiam possunt torqueri ad sciendum, an vulnerantes, & rixantes deliberatè interuenerint, nec ne n. 81. sic quoquè homicidio commisso in domo, possunt omnes de domo torqueri, ad sciendum quis occiderit, nu. 82. Limita praedicta primo, dummodò contra eorquendum praecedant inditia, vt puta, mala fama, aliàs secus, num. 83. et seqq. Vbi de materia. Immò non sufficit mala fama in genere, sed debet esse in specie, num. 84. Sic nec aliquis potest super tractatu torqueri, nisi tractatum praecesserint inditia, num. 85. 86. & 89. Sic etiam si quis letale vulnus intulerit, torqueri nemo poterit, nisi contra eum particularia adsint inditia, quòd illud vulnus intulerit, num. 88. Sic occiso aliquo, ex lapide proiecto ex vna domo, nullus de domo torqueri poterit, nisi contra eum adsit inditium, quòd proiecerit, num. 90. Et sic demum homine occiso in domo reperto, nullus de domo torqueri poterit, nisi contra ipsum adsit inditium, num. 91. sublimita hanc primam limitationem, vt procedat, quando vulnus, vel fuit vnicum, vel si plura, non tamen tot, quot erant rixantes. Tunc enim, vt supra, non torquetur, nisi is, contra quem laborat mala fama, aut aliud particulare inditium, secus si vulnera fuerunt tot, quot erant rixantes, & multo magis si fuerint plura, quàm rixantes: Quia tunc sine alio inditio omnes torquentur, licèt incipiatur à magis suspecto, num. 92. & 93. Limita secundò, seu declara praedicta, quia si adstantes homicidio perstiterint, & negauerint se occidisse, aut vulnerasse, tunc sunt absoluendi, num. 94. Et quid, si fuerunt torti super praecedenti tractatu, num. 95. Et quid, si fuerunt torti illi de domo, in qua quis fuit occisus, & vt supra, perstiterint, num. 96. & seq.

Tractatus inditia quae sint, num. 86.

QVÆST. LXXXXVI.



OCTAVA causa minuendi poenam oritur ex multitudine delinquentium, & ex incertitudine delinquentis. In qua quidem causa, sicut duae incidunt inspectiones, vna scilicet, quae respicit multitudinem certorum delinquentium, altera verò, quae respicit incertitudinem delinquentis; Ita & duas firmandas regulas censui.

1 REGVLA I. sit, quòd multitudo delinquentium facit minuere penam. Vbi praesertim agitur de poena mortis, ne multorum strages sequatur, tex. in c. vt constitueretur, in fine, & ibi glo. in verbo *strages*, distinct. 50. itẽ text. in c. commessationes, & ibi glo. in verbo *multitudine*, distinct. 44. Item tex. in c. latores, & ibi glo. in verbo *multitudinem*, de Cler. excommu. ministran. Item tex. in c. dilectus, il 2. & ibi glo. in verbo *multitudo*, & communiter omnes, de simon. glo. in cap. 2. in verbo *multis*, vers. item restringitur seueritas, de rescriptis, in 6. Alber. in l. si in rixa, num. 3. vers. quid enim si vna vniuersitas, ff. ad l. Cornel. de sicar. Vbi dixit. quòd si vna vniuersitas concurreret ex proposito ad occidendum hominem, & occideret; Durum esset omnes decapitari, vnde fortè poena commutabitur. Tiraq. de poen. temperan. caus. 47. num. 1. & seqq. Vbi & iuribus, & Doctorum authoritatibus antiquorum, & Philosophorum exemplis latè hanc exornat conclusionem. Foller. in pract. crim. in verbo *poenis deb. fer.* nu. 35. & in pract. censuali, fol. 48. num. 52. Carer. in pract. in tractat. de homicid. & assassin. vers. xiiij. excusat multitudo, nu. 1. post Parid. de Pute. August. ad Ang. de malef. Afflict. & Marsil. in locis per eum citatis. Aym. cons. 224. num. 9. Ludouic. de Alfer. cons. crim. diuer. 144. num. 2. lib. 1. in folio. Ang. de Cast. cons. 70. num. 5. par. 2. in paruis. Andr. Gayl. de pace publ. lib. 2. cap. 9. num. 37. & seq. Clar. in pract. §. fina. q. 60. vers. allegatur etiam, vbi, quòd ita quotidie seruatur.

2 AMPLIA I. hanc primam regulam, vt isto casu pęna corporalis commutanda sit in pecuniariam, secundum Innocen. Panormitan. & alios, quos in proposito refert, & sequitur Tiraq. de poen. temper. caus. 47. num. 2.

3 Verùm si delictum esset capitale, non ita de facili, & indistinctè haec ampliatio seruaretur in practica, per ea, quae dixi in tit. de delict. & poen. quaest. 17. nu. 72. & seqq.

4 AMPLIA II. vt propter multitudinem delinquentium, & ne sequatur strages multorum, minuenda est pęna, etiam non existente aliquo timore scandali in populo, si omnes decapitarentur, prout fuit de mente glo. in cap. deniquè Sacerdotes in verbo *venia*, distinct. 4. dum alternatiuè loquens dixit ignoscendum esse propter multitudinem, vel scandalum. Ergo sufficit multitudo sine scandalo, sicut authoritate istius glo. hanc posuit ampliationem Tiraq. de pęn. temperan. caus. 47. num. 14. Nec dissentit Clar. qui ita quotidie seruari testatur in pract. crim. §. fin. q. 60. vers. allegatur etiam.

5 Quamuis quòd propter delinquentium multitudinem poenam non esse minuendam, nisi timeatur de scandalo in populo, voluerit alia glo. in d. cap. latores, & ibi etiam Pannormitan. de Cler. excomm. ministran. & in cap. 1. in verbo, *recedendo*, de poen. distinct. 6. cuius glos. opinionem communiter probari testatur, Igne. in l. 1. §. hoc rescriptum, num. 13. ff. ad Syllan. quòd & idem voluerunt Felyn. in cap. dilectus, il 2. num. 3. de simon. & Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. 14. excusat consuetudo, num. 2.

6 LIMITA I. hanc primam regulam, quando delictũ est maximum. Felyn. in cap. dilectus, il 2. & 3. in glo. 3. de simon. Vbi vltra infrascriptas limitationes ponit alias quatuor, de quibus etiam per Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. 14. excusat multitudo, num. 2. & benè eas reassumit, exornat, & declarat Tiraq. de poen. temperand. caus. 47. num. 7. & seqq.

7 Verùm ratio, propter quam minuitur propter delinquentium multitudinem poena, videlicet strages multorum, procedit etiam in maximis delictis, & propterea Doctores in materia loquentes, & praesertim in crimine seditionis, & rebellionis (quòd maximum esse delictum, dubitandum non est) Adhuc dicunt authores, & principaliores, sine venia esse plectendos (prout etiam dicam in seq. limitat.) Caeteros verò mitius puniendos. Ideo de hac prima limitatione, non sine ratione dubitari posse crediderim: Et in dubio Iudex semper in mitiorẽ partẽ inclinet.

8 LIMITA II. vt licèt pęna minuenda sit propter delinquentium multitudinem, haec tamen misericordia non est habenda in eos, qui delicti vel authores fuerunt, vel in delinquendo plus alijs operati sunt, vel principaliores extiterunt. In istos enim grauiter, & sine venia animaduertendum esse scripserunt Ang. in l. is qui opem, num. 4. ff. de furt. Fely in d. cap. dilectus, num. 3. in 7. limitat. per gloss. in cap. latores, de Cler. excommun. ministran. Carer. vbi supra, d. num. 2. vers. septimo, nisi in multitudine essent principaliores. Tiraquel. de poen. temper. caus. 47. num. 8. vbi iura ad hanc limitationem facientia, & alios concordantes Doctores adducit, & praesertim, Luc. de Penna, in l. siue, colum. 2. in fine, vers. & nota ex hac lege. C. de excus. & exequut. lib. 12. Foller. in pract. censuali, fol. 48. post num. 52. Aym. consil. 24. nume. 9. Clar. in practa. §. fin. versic. allegatur etiam in fine. Andr. Gayl. de pace public. lib. 2. cap. 9. nu. 38.

9 LIMITA III. vt haec eadẽ prima regula procedat, qñ delictũ est cõmissum in pura rixa, secus aũt, qñ praecedente tractatu, cõicato, deliberatoq; cõsilio, qa tũc delinquẽtes, quamuis multi, nõ effugiũt pęnã ordinariã. Foller. in pract. crim. verbo, *poen. debit. fer.* nu. 32. Allegat Gramm. cons. 4. (qui Grammaticus loquitur non in casu multorũ delin-

delinquentium, ne eorum ſtrages ſequatur, prout ſunt ter mini quæſtionis noſtræ, ſed in caſu, quo incertum eſt, quis ex pluribus deliquerit) Ludou. de Alfer. in conſ. crim. diuerſ. 144. num. 10. lib. 1.

10 Verùm ego dubito de hac limitatione, cum Doctores omnes pro regula allegati loquantur ſimpliciter, & generaliter etiam in pęnis capitalibus, videanturque propterea præſupponere etiam pręcedentem dolum, & propoſitum. Et pro ratione diminutionis pœnæ non conſideretur calor rixæ, ſeu ceſſantia propoſiti, & tractatus, ſed ne ſequatur multorum ſtrages, quæ quidem ratio militat etiam præcedente tractatu. Ideo, &c.

11 LIMITA IV. quia multitudo hominum, licèt diuerſis reſpectibus diuerſo modo capiatur ſecundum ſubiectam materiam, ad hunc tamen effectum multi dicuntur ſupra quadraginta. Ita videtur probare text. in d. c. latores, & ibi gloſſ. in verbo, *multitudinem*, in fine de Cleric. excom. miniſtran. glo. in cap. commeſſationes, in verbo *multitudine*, diſtinct. 44.

12 Vel dicas hoc eſſe Iudici arbitrarium, ſecundum Felyn. in cap. dilectus il 2. num. 3. verſ. qui autem dicantur multi de ſimon.

13 Et hæc pauca ſufficiant de diminutione pœnæ propter multitudinem delinquentium: Proſequamur modo illam quæſtionem, quæ eiuſdem pęnæ diminurionem admittit propter delinquētium incertitudinem. Ardua quidem eſt queſtio, in qua poſt Placham, quem allegat in epithom. delict. cap. 12. in princ. Clar. in §. homicidium, ſub verſ. alia etiam eſt defenſio quòd pauci, ſine periculo, & ſecuri nauigauerunt. Agitur enim in ea de intellectu, l. item mella, & l. item vulneratus. ff. ad l. Aquil. propter quorum difficultatem dixit idem Placha in loco præcitato, turbari totum mundum (quòd eſt magnum verbum) & dixit pariter Menoch de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 362. nu. 1. quòd multis obducta tenebris, longeq; difficillima eſt hæc iuris quæſtio, ſed quàm variè, quàm implicitè, ac quàm difficulter Doctores noſtri, & pręſertim Antiquiores materiam hanc tractantes, loquuti fuerint, ſi quis inſpicere voluerit, adeat quæſo Igneum, qui omnium antiquorum dicta, ac diſtinctiones fideliter, & latiſſimè refert in l. 1. §. ſi quis in villa, nu. 16. & pluribus ſeqq. vſq; ad nu. 50. ff. ad Syllan. & ibidē d. nu. 50. & ſeqq. vſq; ad nu. 73. & dum conatur Doctorum dicta, & diſtinctiones diuerſas iam relatas ad concordiam reducere, adeo ſe inuoluit, & implicat propter materiæ amplitudinem, & difficultatem, vt vix ex eius declarationibus, & ſcriptis, quid in hac quęſtione reſoluendū ſit, diſtinctè diſcerni poſſit; Et tamen nemo hucuſq; quē viderim, fuit legum interpres, qui iurium, & canonum intellectus, ac Doctorum concluſiones ad hanc dubitationem ſpectantes latius, ac melius ipſo diſcuſſerit, ac ponderauerit.

14 REGVLA II. ſit, quòd propter delinquentium incertitudinem minuitur pęna; omnes enim, quando delictum in ſubitanea rixà commiſſum eſt, abſoluuntur à pœna ordinaria, & extraordinaria tantum pęna Iudicis arbitrio, plectuntur. Cyn. in l. quoniam multa, num. 7. verſ. ſed quid ſi homo occiſus eſt. C. ad l. Iul. de vi publ. Vbi quòd ita aliàs iudicatum fuit Mutinę, per Albertum Papienſem, ſequitur ibidem Alberic. num. 6. Marſil. in l. ſi in rixa, num. 5. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Vbi relatis contrarijs hanc dicit veriorem opinionem. Rom. conſ. 401. num. 2. verſic. his tamen non refragantibus. Idem Marſil. in l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 52. ff. de ſicar. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 63. nu. 1. Vbi facit regulam generalem tàm in homicidio, quam in alio delicto, & alios hanc materiam tractantes refert Ludou. de Alfer. conſ. crim. diuer. 144. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Clar. in pract. §. homicidium verſ. alia etiam eſt defenſio in princ. Andr. Gayl. obſeru. 109. nu. 10. lib. 2. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, ac etiam in hanc regulam alijs ante eum relatis concordantibus Doctoribus, teſtatur de magis cōmuni opinione Antonin. Theſaur. deciſ. pedem. 31. nu. 5. Vbi quod ita aliàs Senatus ille pedemontanus ſeruauit. Burſat. conſ. 316. nu. 33. lib. 3. vbi de cōi, & hæc regula ſic gṅaliter concepta magis comprobatur ex ſpecialibus caſibus, & illationibus, de quibus in ſeqq. ampliationibus.

15 AMPLIA I. hanc ſecundam regulam, quando ambulans per viam fuit occiſus ex percuſſione lapidis proiecti ex aliqua feneſtra, vel domo, in qua plures aderant homines, & eorum vnus neceſſe eſt, vt lapidem illum proiecerit, ſed ignoratur quis. Tunc enim propter incertitudinē nullus tenetur, & omnes abſoluuntur ſecundum Alber. in l. ſi in rixa, num. 5. ff. de ſicar. Vbi facit bonas remiſſiones Doctorum antiquorum Spec. in tit. de homicid. §. 1. nu. 5. verſ. pone quod quatuor, quem ſequuti ſunt Card. Zabar. in clem. 1. num. 13. de homicid. Gandin. in tit. de pęn. reor. nu. 45. Alber in tract. ſtatut. par. 3. quæſt. 61. nu 5. vbi refert Spec. & Gandin. in loco præcitato. Rom. conſil. 401. numero 2. Ghirlan. de relaxat. carcerat. rubr. de abſolut. Innocen. quæſt. 6. ſub num. 1. Alex. conſil. 50. viſis, & opportunè conſideratis, num. 7. lib. 1. Marſil. in rubr. C. de probat. numero 439.

16 Declara hāc primam ampliationem pluribus modis, & primò, vt omnes abſoluantur, & non teneantur de occiſo, pęna ordinaria, verùm pœna extraordinaria, videlicèt, pœna pecuniaria ſine dubio plectentur. Gandin. d. tit. de homicid num. 45. in fine. Ioan. de Plor. in §. item lex Cornelia col. fi. ante finem Inſtit. de public. iudic. Carer. qui alios refert in pract. crim. in 3. tract. de homicid. §. quinto quæro, nu. 9. Vbi alij referuntur antiquiores. Foller. conſ. crim. diuerſ. 137. nu. 10. lib. 1. Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 12. num. 6.

17 Secūdò declara, quoad pęnam irregularitatis, in quàm iſto caſu omnes incidunt. Quòd quando verum ſit vide Doctores in cap. ſignificaſti, il 2. & ibi pręſertim Anan. nu. 23. Ioann. Andr. num. 7. Card. Zabar. poſt num. 7. Henric. Boich. num. 5. verſ. in 3. caſu, & num. 6. & ſeq. Ancharan. num. 8. ad finem. Ant. de Butr. num. 18. extra de homicid. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 189. eod. tit. de homicid.

18 Tertio, eadem prima ampliatio procedit, quando nullo præcedente tractatu, homines in ea domo conuenerunt, ſecus ſi præcedente deliberatione, & animo offendendi illum, in quem lapis fuit proiectus in eandem domum, ſe retraxerint, quia tunc omnes de occiſo tenentur, quamuis ignoretur quis lapidem proiecerit ad ea, quæ generaliter dixi infra, nu. 72. Et in ſpecie ſcripſerunt Spec. in tit. de homicid. § 1. num. 5. verſ. ſuper hoc. Gandin. in d. tit. de homicid. num. 45. verſ. dic ſecundū d. Guliel. & alios ſapientes Ghirlan. d. q. 6. num. 2. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 12. num. 6.

19 AMPLIA II. eandem ſecūdam regulam, vt & idem ſit, ſi in vna domo aliquis reperiatur occiſus, & neſciatur à quo ex exiſtentibus in d. domo fuerit occiſus, quamuis certum ſit, quod eorum vnus occiderit, quia tunc nullus condemnatur propter incertitudinem prædictam ſecundum Rom. qui contrarium tenentes refert, & reprobat in l. 1. §. ſi quis in villa, num. 8. & ſeq. ff. ad Syllan. ſequitur ibi Igne. qui pluribus hinc indè adductis, in hac videtur reſidere ſententia, nu. 8 & ſeqq. vſq; ad num 13. & num. 50. & ſeqq. & num 68. & ante iſtos idem voluit Alberic. in tract. de Statut. par. 3. q. 61.

20 Sed benè puniuntur extra ordinem Iudicis arbitrio pęna pecuniaria ſecundum eundem Alberic. d. q. 61. nu. 4. Foller. conſ. crim. diuerſ. 137. nu. 12. lib. 1. & vide ad hanc materiam, quæ dixi in tit. de indit. & tort. q. 52. nu. 98. & ſeqq. Vbi latius hanc materiam reaſſumpſi.

21 AMPLIA III. quando in rixa à pluribus commiſſa reperitur mortuus vnico tantum vulnere affectus, ignoretur q; qs ex rixàribus illud intulerit. Tunc enim propter hanc incertitudinem omnes abſoluuntur à pœna ordinaria homicidij, & condemnantur in pœnam extraordinariam arbitrio iudicis, glo. in cap. quieſcamus in verbo *ſed quoniam*, verſic. & eſt argumentum ad quæſtionem, diſtinct. 42. Alber. in l. ſi in rixa. num. 3. verſic. Iac. vltimò ſic diſtinguit. ff. ad l. Cornel. de ſicar. loā. de Anan. in cap. ſignificaſti, il 2. num. 24. verſic. occurrit enim in Ciuitate Taruiſij, extr. de homicid. Vbi relatis antiquorum opinionibus, & relatis fundamentis earum, hanc benè comprobat, & à contrarijs defendit Felyn. ibidem, num. 9.

Archid. in c.si quatuor, num. 1.25.q.fin. Bellam.ibidem, num.1. Ancharan. consil. 216. Nos Bartholomæus per totum, vbi benè comprobat, & respondet contrarijs. Igne.in l.1.§.si quis in villa, num.45.ff.ad Syllan. Ioan. de Plat.in §. item lex Cornelia, colum.fi.versic.si non iuerunt ex proposito, instit. de public.iudic. Iacob. Boulen c.in repet.l.capitalium. §. famosos, num.198.ff.de pœn. August.ad Ang. de malef.in verbo, *& Andream*, num.22.Alex.cons.15. num.4.lib.1.& cons.14. num.7.& num.8.lib.3. Adden. ad Mansuer.in pract.tit.de pœn,num.21.vers.dic secundum Ang.&c. Marsil.in l.1.in princ. num.9.ff.ad l.Cornel.de sicar. & in rubr. C.de probat.num.436.& seqq. Vbi plures referuntur concordantes, dicitque se in hoc casu ter consuluisse, & semper obtinuisse, & cons.24.num.4.& seqq.& ibi num.9.testatur de communi, & in l.1.§. Diuus Adrianus, num. 52.ff. de sicar.& cons.36.num.69.in discursu, & sing.217.incip.ter, vel quater, vbi plures alios in idem antiquiores refert concordantes, & ita consuluisse, & pluries obtinuisse testatur, & cons.59.num.45.& seqq. Vbi pariter testatur de communi, & consil. 43. num.44. Afflict. terminum vitæ, num.41.vers pro intelligentia tit.de homicid.punien. Ghirlan.de relaxat.carcerat. rubr. de absolut. Innocent.q.5.num.1.& seqq. Vbi tamen, num.2. vers.si verò probaretur, declarat hoc non procedere, quandò omnes habuissent animum occidendi, & eo animo insultassent. Nam tunc omnes tenentur de occiso, licet vnus tantum percusserit, quod minimè credo verum, saltem de generali consuetudine, per quam affectus non punitur eadē pœna, non sequuto effectu, nisi, vt infra, num. pro medietate, & ex proposito se coadunassent, &c. & ita etiam credo esse de mente omnium Doctorum, qui simpliciter hanc conclusionem admittunt in aggressoribus, & insultantibus, in quibus semper præsumendus est animus occidendi, postquàm insultant cum armis ad occidendum aptis, vt suo loco dixi. Dec.in l.fauorabiliores, num.6.ff.de reg.iur. Vbi pariter alij referuntur. Paris.cons.148.num.3. lib.4. Vbi testatur de communi. Caterin pract.crim.in 3. tractar. de homicid.& assassin.§.quarto quæro, num.8.in fine, vers aut vnicum fuit vulnus, & §.quinto quæro, nu. 1.in prin.& d.num.1.post med. vers.breuiter dic. Vbi alijs relatis testatur de communi, & æquiori opinione. Anton. Gomez.de delict.cap.3.rubr.de homicid.num. 36. in fine, vers.quarta conclusio, vbi, quòd ita aliàs habuit in practica in Ciuitate Salmãticen. in persona cuiusdam pauperis, quem auxilio diuino (licèt cum maximo labore) à pœna mortis liberasse, secundum hanc conclusionem testatur. Boss.in tit.de homicid.nu. 26. vbi de communi. Couarru. in clem.1.par.2.§.2.nu.5.de homicid. vbi alijs relatis pariter de communi testatur. Petr à Plac.in epith.delict.lib.1. cap.12.nu.7. Natta consil.140.nu.9. Clar.in pract.§.homicidium, vers.alia etiam est defensio. Ibi, *Aliqui simpliciter dicunt, &c.* & iterū ibi, *Aut enim vnicum vulnus est illatum*, vbi testatur etiam de communi Menoch. de arbitr.quæst. lib.2.casu 361.nu 9.& seqq. vbi & alij referūtur cōcordantes Ludou. Peguet. decis. crim. 14.nu.6. Bursat.cons.276. nu.13.lib.3. vbi de communi, & cons.316.nu.33.eod.lib. 3.vbi etiam de communi. Benincas.de pauper. q.9. special. 3.nu.7. Ludou. de Alpher.cons.crim.diuer.144.nu.12. Vbi etiam de communi Flamin. Cartar.de exequut. senten.c. fi.nu.245. Feder. Scot. cons. seu respons. 9.in fine lib.6. Et hæc quidem conclusio optimis fundata est rationibus: Primo, quia stante incertitudine delinquentis, melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, vulgata l.absentem.ff.de pœn. Secundo, quia ex præsumptionibus quantumuis vrgentibus nunquàm imponitur ordinaria delicti pœna, vt in cap.afferte de præsumpt.& alibi pleniori manu diximus.

21 Et licèt glo.in d.l.itē mella, in verbo *plures*, ff.ad l.Aquil. dixerit, isto casu neminem teneri ad puniendum, quod & idem videtur voluisse idem Alber.in d.l.si in rixa, post nu. 4.vers. tertio casu: dicens, esse omnes absoluendos, prout & hoc iustius esse dixit Fulgos.ibidem, nu.1. Ang. nu.2.in fin. vers.tu dic. Alciat.de præsump.reg 3.præsumpt.44.nu. 4. Luchin.de Curt.consil.crim.diuer.59.nu. 9. & 14.lib.1. & cons.60.nu.1.& seqq. vsque ad nu.15.d.li.1. Vbi non solum testatur de communi, sed etiam quod in Curia Papiensi sic semper seruari vidit, & quòd eo anno Collegium Papiēse, & ferè omnes Doctores pro hac opinione se subscripserunt. Ghirlan.de relaxat. carcerat. rubr. de absolut. Innocen.q.6.nu.1.

23 Et è contra glo.in c.cupientes, in verbo, *qui culpabiles*, de elect.nu.6.& in c.quiescamus. 42. distinct. dixerit omnes teneri, ac puniendos, quod & idem videtur voluisse Salyce.(qui si rectè aduertatur, loquitur in homicidio, ex proposito commisso) in l.quoniam multa, col.fi. vers.si cuius eorum ictus fuerit non constat, C.ad l.Iul.de vi publ.& ante Salyc.Dyn. in reg.in obscur.post.nu.19.vers.sed si plures; quem etiam sequutus est Gandin. in tit. de homicid. nu.13. vers.sed si plures.

24 Concordantur tamen istæ glo. & opiniones, vt prima intelligatur de pœna ordinaria, secunda autem de pœna extraordinaria, vt per Couarru. Petr. à Plac.& alios in locis præcitatis.

25 AMPLIA IV. vt & idem sit, quando quis est mortuus ex pluribus vulneribus, & ignoretur, quis ex pluribus rixantibus ea intulerit. Nam adhuc omnes à pœna ordinaria absoluuntur, & extra ordinē condemnantur, quia par est ratio in vulnerato ex pluribus vulneribus, & in vulnerato ex vnico tantum vulnere, dummodo quis vulnerauerit ignoretur, secundum Marsil. sing.217.incip.vel qua-

26 ter. Vbi loquitur, quando vulnera fuerunt plura, sed non tot, quot fuerunt rixantes, & cons.59.nu.45.& seqq. vbi loquitur in casu, in quo fuerunt illata vulnera 13.& vulnerantes erant 53. Boss.in tit. de homicid.num.26.in fine,

27 vers.& planè procedit hæc communis opinio, nu.27. Vbi loquitur non solum, quando vulnerantes erant plures, quam vulnera. Quo casu certum est, non omnes deliquisse, sed etiam quando tot sunt vulnera, quot rixantes. Et sic possibile fuit omnes vulnerasse. Vtroquè enim casu, si percussores non sunt certi. Adhuc non nisi pœna extraordinaria plectuntur, vt ibi per eum, quod & idem apertè voluit, reprobata contraria sententia, Ant.Gomez.de delict.rub. de homicid cap.3.nu. 36. in 3. conclus. Rolan.cons.63.per totum lib.2. Vbi alijs relatis, benè hanc comprobat, & cōmunem testatur opinionem, loquiturquè in casu, in quo rixantes erant quinque, & vulnera illata erant duo.

28 AMPLIA V. & multo magis quando quis est mortuus ex vnico, siue etiam ex pluribus vulneribus in rixa à pluribus aggressoribus illatis, & constat qui vulnerauerint, & qui non. Tunc enim non vulnerantes non tenentur de occiso, nec puniuntur. Alber.in l.si in rixa, post nu. 4.vers.secundo casu. ff. de sicar. Salycet.in l.quoniam multa, col.fina.in princ. num.17.ad med.vers.& quia prædicta procedunt. C.ad l. Iul.de vi publ. Igne.in l.1.§.si quis in villa, num.63.ff.ad Syllan. Ghirlan.de relaxat.carcerat.rubr. de absolut. Innocen quæst.5.num.1.& seqq. Anto.Gomez. de delict.cap.3.rubr.de homicid.num. 36. versic.secunda conclusio. Iul Scarlatin. cons.crimin.diuers.112.num.26. & num. 29. & seq.libro 1. Luchin. de Curt. inter eadem consilia, consil. 59.numero 8.& num.12.& num.14.lib.1. Bero consil 168.nu.26.ad med.lib.3. vbi quòd ita concludunt Doctores omnes. Bursat. consil. 316. num.32.lib.3. Ioan Petr. Surd.consil.41.num.47. versic. primo non obstat lib.1.

29 Ratio ampliationis est, quia in rixa nullus tenetur de delicto alterius, sed vnusquisq; tenetur tātum de eo, quod fecit. l.si in rixa, & ibi præsertim Marsil nu.27.ff.ad l.Cornel.de sicar.tex.in cap.fi.23.q.vlt.in fine, dum ibi dicitur, *Qui verò nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec auxilio, nec consilio cooperatores fuerunt; sed tantum adfuerunt extra noxam sunt.* Bald.in l.non ideo minus, num.26.C.de accusat. Igne in l.1.§.si quis in villa, nu.63.ff.ad Syllan. Florian. in l.item mella. §. sed si plures.nu.1.ff.ad l.Aquil. Marsil.in prac.§ constante, nu. 45.& seq & in cons.110.num.26. Carer.in pract.crim.in 3.tract.de homicid.& assassin.§.quarto quæro, num 7.post Bald. quem allegat in l.non ideo minus, C.de accusat. Ghirlan.de relaxat. carcerat.tit.de absolut. Innocen. q. 5.num.4.in fine. Blanch.de indit.num.227.

versaut

vers.aut sumus in pura rixa. Iul. Scarlatin. in cons.crim. diuers.112.nu.26.lib.1. Luchin. de Curr. inter eadem consil.cons.59.nu.8.12.& 14.d.lib.1. Ioseph. Ludou. decis.Lucen.16.nu.11. Burs.cons.316.nu.30.& 32.lib.3.Hippol.Rimin.cons.349.nu.6.& seq.lib.3. Ioan.Petr.Surd.consil.40. num.46.lib.1.

30 Verum, vt non vulnerantes nullatenus puniantur, intelligas, quando non solùm nõn vulnerarũt, sed nec etiam insultarunt, nec alio modo dederũt aliquod auxilium percussoribus, prout in specie loquitur Alber. in d.l.si in rixa; & in loco præcitato, & consuluit Ioan. Petr. Surd. d.consil.41.numero 47. ad finem, & videtur etiam de mente aliorum præcitatorum Doctorum; secus autem quando ipsi in rixa existentes etiam aggressi fuerunt, licèt non vulnerauerint. Nam tunc sine dubio tenentur pœna extraordinaria pro ope, & auxilio præstito. Sic enim expressè voluit Salyce. in d.l. quoniam multa facinora, in loco præcitato, & Ghirlan.d.quæst.5. Vbi propterea infert, posse isto casu imponi pęnam pecuniariam, vel relegationis, aut similem.

31 AMPLIA VI. quando quis est mortuus, ex pluribus vulneribus lętalibus, sibi in rixa à pluribus illatis, sed ignoretur, ex quo vulnere mortuus sit vulneratus, quia scilicet nesciatur quis primò mortaliter vulnerauerit, ac etiam illud vulnus, ex quo mortuus est intulerit. Tunc enim pariter omnes absoluendi à pęna homicidij, & condẽnandi in pęnam extraordinariã Iudicis arbitrio. Couarru.in clem. 1.par.2.§.2.num.4. vers. est tamen notandum, ad med. reprobato Zas. contrarium tenente in loco ibi per eum relato, de homicid. Clar. qui alios refert in §.homicidiũ, vers.alia etiam est defensio, post prin. ibi, *Idemq́, si plura sint vulnera*, vbi alij referuntur de communi testantes. Menoch.de arbitrar.quæst.lib.2.casu 362.num.17. & 18. vbi optimam reddit rationem, quia scilicet, licèt omnia vulnera sint mortalia, cum tamen homo semel tãtum mori possit, qui primum mortale vulnus intulit, is verè occidit; Cæteri verò, qui deindè percusserunt, non hominẽ, sed cadauer percussisse dicuntur. Ideò cũ incertum sit, quis eorum primus vulnerauerit; ratione incertitudinis omnes pœna arbitraria, non autem ordinaria tenebuntur. Marc. Ant. Eugen.cons.21.num.94.

32 Et licèt contrarium, quòd immò si plura fuerint vulnera, & omnia lętalia; constetq; quòd omnes vulnerarunt, licèt ignoretur quo vulnere ille mortuus fuerit, & quis intulerit illud vulnus, ex quo obijt, tunc omnes puniantur de homicidio; Quia cum certum sit, omnes lętaliter vulnerasse; certum est etiam omnes occidisse, voluerint Bal. in l.non ideò minus, nu.25.C.de accusat. Vbi ponit casum in vno, qui duobus vulneribus cõfossus fuit; Vno scilicet, à domino, & alio à famulo, & ambo vulnera erant mortalia; dicitquè, quòd cum casus prædictus Perusij accidisset, fuit diù dubitatum, an omnes de occiso tenerentur, & tandem fuit determinatum, quòd sic, & quòd mors istius sit insolidum & domino, & famulo attribuenda, & quòd talis determinatio fuit iusta ex rationibus ibi per eum adductis. Salycet. in l. quoniam multa, nu.17. vers.quid ergo dicendum. C ad l.Iul de vi publ. Vbi, quòd hæc conclusio non habet dubium. Carer. in pract.crim. in 3.tract.de homicid.§.quarto quæro, num.5.vers.non obstat tex. &c. & nu.8. post med. vers.aut ambo lętaliter vulnerauerunt, & § quinto quæro, nu.1.ante med. vers. idem etiam. Clar. in d.§ homicidium, vers.aut verò plura sunt vulnera, in prin. Vbi, quòd de hoc nõ est dubitandum, & iterum infra, ibi, *aut verò sunt certi vulneratores, &c.*

33 Non recedas à proposita ampliatione, quia & si verum sit, quòd omnes puniantur, & teneantur de occiso, prout voluerunt Doctores nuper allegati; Non tamen tenentur pœna ordinaria, sed tantum extraordinaria, prout in specie dixerunt alij Doctores allegati ad comprobationem ampliationis.

34 AMPLIA VII. quando quis est mortuus ex pluribus vulneribus, quorum vnumquodq; de per se non erat lætale, sed simul iuncta, mortem attulerunt; cõstatq; quòd omnes vulnerarunt, licèt non constet cuius ictu vulneratus obierit (cum, vt dixi, nullum erat lætale vulnus.) Tũc, inquam, licèt omnes teneri de occiso scripserint Barr. in l.si in rixa, num.11. vers.primo, quia nullum vulnus per se erat mortale. Marsil. ibidem nu.11. vers.si verò non potest apparere.ff.de sicar. Alber. in l.1.§. Diuus, num.6 ff.de sicar. Salycet. in l. quoniam, post nu. 17. post vers.quid ergo dicendum. C. ad l. Iul. de vi publ. Innocen. qui tamen de irregularitate loquitur in c. significasti, il 2.nu.3. in verbo *modica*, de homicid. & ibi etiam Hostien. nu.10. in eodem verbo *modica*. Ioan. de Anan. num. 2. vers.si autem neutra percussio, & num.23. post med. versic si verò non potest apparere. Card. Zabar. nu.7. Anchar. nu. 3. in fine, vers.si autem neutra percussio. Igne. in l.1 §.si quis in villa, num.40.ff.ad Syllan. Florian. in l. item mella §.sed si plures, num.5 post med. versic. aut certum est in vtroquè vulnere eum mortuum.ff.ad l.Aquil. Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, num.20. vers.& hoc quando. Carer. in pract.3.tract.de homicid.§.quarto quæro, nu.4.& §. quinto quæro, nu.1. vers. aut non apparet quis primo, aut quis postea. Couarru. in clemen. 1.par.2.§.2.nu.4. in fine, vers. quarta constituitur species de homicid. vbi alios refert Petr. à Plac. in epitho. delict. libro 1. cap.12.num.4. in princ. Menoch. de arbitr. quæst.d.casu 362.nu.14.

35 Non tamen tenebuntur pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria iudicis arbitrio, secundum Fulgos. in l.si in rixa, nu.2.vers.vbi verò vulnera sunt tot.ff.ad l.Cornel.de sicar. dum dixit, isto casu esse omnes absoluendos, (quòd tu intellige à pœna ordinaria l.Corneliæ.) Bonif. de Vital. in tit. de insult.& percuss.nu.30.vbi, quòd ita de facto fuit consultum. Petr. à Plach. in epitho. delict.d.c.12.nu.4.vers. quam sententiam. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus, hanc sententiam magis æquitati fauere testatur, (quãuis vt mox eum referam ab ea discedat) Menoch. d. casu 362.nu.15 & 16. Vbi pluribus hanc probat opinionem, & respondet contrariæ rationi Didaci, & Petri à Placha contrarium sentientium.

36 Contrarium videtur de mente omnium Doctorum allegatorum supra, num.34 dum dicunt, isto casu omnes teneri de occiso, tacitè sentientes de pœna ordinaria, cum verisimile quodammodo sit, quòd si de extraordinaria intellexissent, vtiquè expressissent. Sed in specie contra propositam ampliationem, quòd omnes teneantur pœna ordinaria expressè scripserunt Couarru. in clem. si furiosus, par.2 §.2.num.4 versic.quarta constituitur species, de homicid cuius rationem refert, & sequitur Petr. à Plach. d.cap.12.num.4 ad finem, versic. Rectius hoc ordine, &c. Nec dissentit Ant. Gomez. de delict. cap.3.rubr.de homicid num.36.post secundam conclusionem in vers. vnum tamen, &c. vbi dixit, quòd isto casu omnes tenentur, tanquam homicidæ.

37 Et licèt Menoch. vbi supra primam defendat opinionem, ipse tamen, & hanc etiam admittit, quando ex genere armorum, vel ex qualitate facti, aut alio modo cõstat, quòd vulnerantes habuerunt animum occidendi. Tunc enim omnes puniri posse pęna ordinaria, quamuis singuli non lætaliter vulnerauerint, voluit ibidem d. casu 362. eodem num.15.

38 AMPLIA VIII. in eo, qui mortuus est ex pluribus vulneribus; quorum præsertim vnũ, vel plura lętalia erant, alia autẽ non lætalia. Certi sunt percussores, sed ignoratur quis lætale vulnus intulerit, & cuius ictu vulneratus perierit. Tunc enim omnes puniuntur non pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria, Iudicis arbitrio, secundum Alber. in d.l.si in rixa, num.3. ad med. versic. aut certum est omnes percussisse. Cyn in l. quoniam multa, num.7. ad med. vers.sed quid si homo occisus est, vsque ad finem. Vbi antiquorum relatis opinionibus, in hac videtur residere sententia, asserens ita alias fuisse iudicatum per Albertum Papiensem, & verba Cyni ferè ad literam, refert Alberic. ibidem, nu.6. C.ad l.Iul.de vi publ. Florian. in l. item mella §.sed si plures, ante num.1. vers.si constat, & versic. tertio præmitte.ff.ad l.Aquil. Igne. in l.1.§.si quis in villa, nu.71.& seqq ff.ad Syllan. Vbi respondet contrarijs. Gandin. in tit. de homicid.n.12. vbi testatur, quòd ita alias

alias fuit Parmæ iudicatum, August. ad Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, nu. 22. Vbi licèt primò videatur admittere, quòd quando sunt certi percussores, licèt ignoretur quis lętale vulnus intulerit, omnes debeant decapitari, ab hac tamen opinione videtur recedere, dum Gandini rationes in loco præcitato singulariter refert, & sequitur Alexand. cons. 15. incip. viso processu inquisitionis, nume. 1. & omnibus seqq. lib. 1. Vbi latè ad partes disputata hac quęstione, hanc pluribus fundamentis comprobat sententiã, & cons. 14. num. 7. & 8. lib. 3. quem & alios præcitatos benè refert, & sequitur Afflict. in constitut. terminum vitæ, num. 41. vers. pro intelligentia, titu. de homicid. punien. Marsil. in rubr. C. de probat. num. 436. & seqq. Vbi alij referuntur, & in consil. 110. nume. 21. *Iul.* Scarlatin. consil. crimin. diuers. 112. num. 29. lib. 1. Ludou. de Alfer. inter eadem consil. consil. 144. num. 1. & in resolutione illius consilij, in quo licèt plura in contrarium adducat, ita tamen in causa Gerardi fratris sui fuisse iudicatum testatur eodem lib. 1. Cater. in pract. crimin. in 3. tracta. de homicid. § quinto quæro, num. 1. ante med. vers. aut constat omnes percussisse, & d. num. 1. post med. vers. breuiter in hac quæst. Vbi alijs relatis, testatur de communi, & æquiori opinione. Boss. in titu. de homicid. num. 21. & 22. Vbi post multa concludit, isto casu omnes teneri pœna mortis, si ex proposito interuenerunt homicidio, alias secus. Bero. cons. 178. num. 26. lib. 3. Couarr. in clement. 1. par. 2 § 2. num. 5. de homicid. num. 36. vers. tertia conclusio, vbi testatur de vera, & æqua opinione. Clar. in pract. §. homicidium, vers. aut verò sunt plura vulnera in fine, vbi dixit ita communiter Doctores tenere ex Bonif. de Vitalin. in loco per eum citato. Marc. Anton. Eugen. consil. 22. num. 93. vbi de communi. Ludou. Peguer. decis. crimin. 14. num. 6. Rolan. cons. 63. num. 10. & seqq. vbi de communi. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 16. num. 11. & seqq. vbi de communi. Ioann. Petr. Surd. cons. 40. num. 46. lib. 1. vbi refert Riminal. cons. 23. ad finem dicentem communiter reprobari Bart. sentientem contrarium in d. l. si in rixa quem, Riminald. eo loci sic dicentem retulit etiã Clar. in §. homicidium, sub vers. alia etiam est defensio. Herculan. de negat. nu. 238. vbi pariter dicit, quòd magis cõmunis opinio est contra Bart. vbi supra.

39 Contrarium, quòd immò omnes teneantur de occiso (& sic pœna ordinaria) voluit Bart. in l. si in rixa, num. 11. ad med. vers. quandoq; non potest apparere, cuius ictu perierit. ff. de sicar. & ante Bart. fuit (ni fallor) de mente gloss. ibidem post princ. vers. quòd si non potest apparere. & Bar. sic dicentem referendo sequuti sunt in ead. l. si in rixa. Ang. num. 3. & Marsil. num. 11. post med. ver. quandoquè non potest apparere. Alber. in l. 1. num. 6. ff. eod. Salycet. post alios in l. quoniam multa, num. 17. vers. quid ergo dicendum. C. ad l. Iul. de vi publ. Din. in reg. in obscuris, num. 19. vers. sed si plures. de reg. iur. Card. Zabar. in clemen. 1. num. 15. ad finem, vers. si verò constat. de homicidio. Gandin. in tit. de homicid. num. 12. in princ. Ioan. de Anan. in cap. significasti, il 2. num. 2. vers. & idem si incertum est, & num. 23. post med. vers. secundo modo, & ibi etiam Henric. Boich. num. 3. & seqq. Anchara. num. 3. vers. & idem si incertum est, extra de homicid, facit tex. in cap. fina. incip. si quatuor, in primo responso, & ibi glo. in verbo *quicunque*, in princip. Archidiac. num. 1. vers. cum verò constet. Bellam. etiam num. 1. Turrecrem. ante num. 1. in verbo si quattuor, 23. q. vlt. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, nume. 41. vers. item dicit, num. 59. in fine, vers. nam ille, tex. & num. 61. vers. si verò apparere non potest, & seqq. ff. ad Syllan. Florian. in l. item mella. §. sed si plures, nu. 5. post med. vers. sed si non potest constare. ff. ad l. Aquil. Ioann. de Plat. in §. item lex Cornelia, col. fina. vers. sed quæro, si plures, instit. de publ. iudic. cons. 401. num. 1. & num. 2. vers. nec obstat, d § si plures, &c. Grammat. cons. 4. nume. 1. Afflict. in constit. terminum vitæ, nume. 41. vers. quod si plures percusserunt, titu. de homicid. puniend. Roland. consil. 63. num. 2. lib. 2. Ghirland. de relaxat. carcerat. rubr. de absolut. innocen. quæst. 6. num. 3. Natta cons. 240. num. 9. ad finem. Vbi quòd in hoc concordant Legistæ, & Canonistæ additiones ad Masuer. in pract. in tit. de pœn. num. 21. in fine, vers. sed vbi constat omnes percussisse. Ludou. de Alfer. cons. crim. diuer. 144. nu. 9. & seqq. lib. 1. vbi respondet contrarijs. Bero. cons. 178. nu. 18. & nu. 26. vers. sed Bartolus, &c. lib. 3.

40 Sed sustinendo primam opinionem, quæ sicut magis communiter recepta est, ita etiam verior apparet, potes dicere, quòd licèt isto casu omnes teneantur de occiso, put voluit Bart. in d. l. si in rixa, & qui eum sequuntur. Non tamen tenentur pœna ordinaria, prout sic expresè declarãt Doctores allegati in ampliatione.

41 AMPLIA IX. in eo qui mortuus est ex pluribus vulneribus, quorum aliqua erant lętalia, aliqua autem non lętalia. Et licèt constet, quis vulnerauerit lętaliter, & quis vulnerauerit non lętaliter, non tamen constat, quis fuit ille, qui intulit primum vulnus, & sic an vulnus lętale fuerit primò illatum, an verò non lętale, tunc enim non solum vulnerantes non lętaliter, sed etiam, qui lętaliter vulnerauerunt, absoluuntur à pœna ordinaria, & condemnantur in extraordinariam, & mitiorem, licèt grauiorem ea, qua puniri debent vulnerantes non lętaliter. Et hoc, quia homicidium fuit in rixa commissum. Et propterea mitius puniendum, sic enim expresè voluit Iacob. de Aren. in d. l. si in rixa, & ibi etiam Alber. post num. 2. vers. in glosa, vt præsumat, & nu. 3. ad finem, vers. aut omnes percusserunt. ff. ad l. Cornel. de sicar.

42 Contrarium, quòd isto casu vulnerantes lętaliter de homicidio, teneantur tantum de vulnere; probare videtur tex. in l. item mella. § sed si seruum, ibi, *Et si quidem apparet cuius ictu perierit, ille qui occiderit tenetur*, & ibi glo. in verbo *tenetur*, ff. ad l. Aquil. & in l. ita vulneratus, §. idquè, ibi, *si non appareret, &c.* ff. eod. & in l. si in rixa. ff. ad l. Cornel. de sicar. cuius verba sunt hæc: *Si in rixa percussus homo perierit, ictus vniuscuiusque in hoc collectorum contemplari oportet*, glo. in d. l. si in rixa, post princip. & ibi Bart. in summario, & num. 1. Salycet. in l. quoniam multa, colum 6. in fine, num. 17. vers. si verò dubitaretur, an vulnera lætalia fuissent priora, C. ad l. Iul. de vi publ. glo. in c. fina. in verbo *quicunquè*, vers. sed pone 23. q. fina. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, num. 59. & seqq. & num. 70. vers. vbi verò omnes. ff. ad Syllan. Florian. in d. l. item mella. §. sed si plures, in verbo, *quòd si non appareat*, in princip. ff. ad l. Aquil. Marsil. in l. mihi interest, num. 19. ff. ad l. Cornel de sicar. Bonif. de Vitalin. in titu. de insult. & percuss. num. 30. vers. si verò in rixa. Alex. cons. 15. num. 2. vers. hoc præmisso, & nu. 4. ad med. vers. si ergo videmus lib. 1. Afflict. in constit. terminum vitæ, num. 32. titu de homicid. punien. Couarru. in clem. 1. par. 2. §. 2. nume. 3. vers. secundus casus. Vbi, quòd ferè omnium hæc est communis opinio, de homicid. Petr. à Plach. in epithom. delict. cap. 12. num. 5. Vbi, quòd ita tenent omnes. Anton. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 36. vers. secunda conclusio. Vbi de communi. Clar. in §. homicidium, vers. aut verò plura sunt vulnera, post prin. Vbi alijs relatis testatur de communi. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 362. num. 2. & seqq. Andr. Gayl. obseruat. 109. num 2. vers. sin verò certum sit lib. 2. Decian in suis tractat. crim. lib. 2. cap. 19. num. 22. tomo 1.
43 Vbi declarat, hoc procedere de iure ciuili, secùs autem de iure canonico, secundum quòd omnes, vt homicida, teneri quamuis certum sit, quòd ex vnius tantum vulnere perierit, affirmat per glo. quam allegat in c. fina. 23. quæst. vlt.

44 AMPLIA X. in mortuo ex pluribus vulneribus, quorum primum mortale fuit, alia verò posteriora non fuerunt mortalia, & constat de primo mortaliter vulnerante, & de alijs postea non mortaliter vulnerantibus. Tunc enim quamuis primus lętaliter vulnerans teneatur de homicidio pœna mortis. Attamen secundi percussores non mortaliter, non pœna mortis, sed alia mitiori iudicis arbitrio, plectendi sunt, secundum Alex. in cons. 15. viso processu inquisitionis, num. 1. vers. hoc idem, &c. iuncto num. 9. lib. 1. Vbi dixit, quòd opinio Bart. contraria in d. l. si in rixa confunditur ex dispositione eiusdem l. si in rixa volentis ictus vniuscuiusq; contemplari debere, & ad iura, quæ pro ipsius opinione adducuntur, respondet,

quòd

quod loquuntur non de actione, & pœna criminali, sed de actione ciuili. l. Aquiliæ. Sic & Bart. opinionem pluribus impugnat Igne. in l. 1. §. si quis in villa, num. 30. & seqq. ff. ad Syllan. sequitur Iul. Scarlatin. consf. crim. diuer. 112. numer. 30. lib. 1. Boss. in tit. de homicid. num. 24. in princ. & in vers. concludo, quòd Bart. loquitur. Vbi refert opinionem Bart. in d. l. si in rixa. Sed deinde ibidem d. num. 24. ad finem, vers. & ita remanet. facit conclusionem, quòd qui non vulnerauerit mortiferè, solum de vulnere teneatur, siue primus, siue secundus fuerit percussor, nec dissentit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 362. num. 7. & seqq. Vbi licèt eiusdem Bar. opinionem admittere videatur, quando secundi percussores habuerunt animum occidendi, quod ex facti qualitate, & armorum genere cõpræhendi poterit, vt ibi per eum. Aduerte tamen, quòd stantibus Statutis, & generali cõsuetudine non puniendi affectum eadem pœna, non sequuto effectu, de qua alibi infra suo loco latius explicabimus, videtur, quòd plures percussores non letaliter, nullatenus pœna mortis plecti possunt, etiam quòd habuerint animum occidendi, prout in iis terminis benè (ni fallor) considerauit Alex. in d. cõsil. 15. num. 2. iuncto nu. 4. ad med. vers. dicit tamen, quòd vbi apparet eos habuisse animum occidendi, &c. lib. 1. post Gandin. in loco per eum citato.

45 Contrarium, quòd immò etiam posteriores vulnerantes non letaliter teneantur pœna ordinaria homicidij. Tũ quia vulnera posteriora, licèt de se non letalia efficiantur, cum fuerint illata corpori iam propter vulnus mortale debilitato. Tum etiam, quia sæpissimè compertum est letaliter vulneratos reconualescere. Nõ enim sequitur fuit quis mortaliter vulneratus, ergo de necessitate moriturus erat, & per consequens etiam secundi percussores quamuis non letaliter percusserint, morti tamen causam dedisse dicuntur, voluit Bar. in l. si in rixa, num. 10. & seq. ff. de sicar. quem sequuti sunt ibidem Marsil. num. 11. vers. ideò dicit Bart. Salyc. in l. quoniam multa, num. 17. vers. si autem aliquod, vel aliqua. C. ad l. Iul. de vi publ. Ioan. de Anan. in cap. significasti, il 2. num. 2. vers. si autem primum fuit mortale, & num. 23. ad med. vers. Bartolus verò, & ibi etiam Henric. Boich. num. 5. Anchar. num. 3. vers. si autẽ primum fuit mortale, extra de homicid. Ang. de malef. in verbo *& Andream*, num. 19. Carer. in pract. crimin. in 3. tractat. de homicid. §. quarto quæro, post num. 8. versic. aut primus letaliter percussit, & §. quinto quæro, post num. 1. vers. nam quandoquè. Afflict. in constit. terminum vitæ, num. 40. vers. dicit enim Bartolus, &c. tit. de homicid. puniend. Ludou. Peguer. decis. crim. 14. nu. 12.

46 Pro concordia potes distinguere, vt hæc secunda opinio procedat, prout loquitur, quando secunda vulnera non letalia de sui natura, effecta sunt letalia, propter debilitatem corporis, iam letaliter vulnerati. Prima autem procedat quando constaret, secundum vulnus, etiam illatum in corpus vulneratum, non effectum esse letale, quia tunc secundi vulnerantes nõ tenebuntur de occiso, secundum August. ad Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, nu. 24. Vbi ponit exemplum, quando primus letaliter vulnerauerit in capite, & secundus non lætaliter, cum paruo vulnere vulnerauit in digito. Tunc inquit ipse Augustin. Absurdum esse secundum percussorem de occiso teneri, nec ab hac declaratione dissentire videtur Igne in d. l. 1. si in villa, num. 30. & seqq. ff. ad Syllan. Vbi licèt (vt dixi) multa adducat contra opinionem Bartoli, concludit tamen, illam procedere, quando secunda vulnera non letalia maturarunt, & accelerarunt mortem letaliter vulnerato, secus si mortem non accelerarunt, vt ibi per eum, qũ plura alia ad declarationem doctrinæ Bartoli pulcherrimè annectit.

47 AMPLIA XI. in eo, qui mortuus est, ex pluribus vulneribus, quorum aliqua erant letalia, aliqua autem nõ letalia. Constatq; quòd primi percussores vulnerarunt nõ letaliter secundi autem letaliter. Nam isto casu dic, quòd primi non letaliter vulnerantes tenentur de vulnere, secundi autem vulnerantes letaliter tenentur de occiso. Bartol. in l. si in rixa, num. 11. vers. si verò percusserunt prius illi ff. de sicar. & Bartol. sic dicentem, refert, & sequitur ibi Marsil. num. 11. vers. si verò percusserunt, prius, & nu. 25. Igne. in l. 1. § si quis in villa, num. 30. vers. è contrario, &c. & num. 34. vers. ibi verò non apparet, & num. 64. ff. ad Syllan. Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, num. 20. Afflict. in constit. terminum vitę, post num. 40. vers. secus, vbi ille, &c. de homicid. punien. Carer. in pract. in 3. tractat. de homicid. & assass. §. quarto quæro, num. 1. vers. secus tamen si primus non intulit vulnus mortale, & num. 8. & in §. quinto quæro, post num. 1. vers. aut plures non letaliter percusserunt Boss. in tit. de homicid. num. 24. in princ. vers. secundus casus est, & d. num. 24. in fine, vers. & ita remanet defensa, &c. facit text. in c. significasti, il 2. in primo responso, vers. nos in præmisso casu de homicid. & ibi hoc notant glo. in verbo *quod si discerni*, Io. de Ana. num. 2. in princ. & num. 23. post med. versic. si verò percusserunt prius. Anchar. num. 3.

48 Quamuis contrarium, quòd immò omnes teneantur de occiso videatur voluisse Salycet. in l. quoniam multa facinora, col 6. in fine, vers. si autem fuissent posteriora, C. ad l. Iul. de vi publ. Vbi hoc intelligit, quando primi percussores licèt non morti ferè vulnerauerunt, habuerũt tamen propositum occidendi.

49 AMPLIA XII. in eo, qui mortuus est ex pluribus vulneribus, hoc modo, videlicet, quia primus percussor mortaliter vulnerauit, Alter verò secundo loco vulnerans in totum exanimauit. Tunc enim primus vulnerans (quãuis mortaliter) de vulnere tantum secundum autem de occiso tenetur tex. est in l. item mella. §. celsus. ff. ad l. Aquil. cuius verba sunt hæc, *Celsus scribit, si alius mortifero vulnere percusserit, alius postea exanimauerit, priorem quidem non teneri quasi occiderit, sed quasi vulnerauerit, quia ex alio vulnere periit, posteriorem teneri, quia occidit, quòd & Marcello videtur, & est probabilius*: per quem tex. hoc idem firmarũt glo. in cap. significasti, il 2. verbo, *quòd si discerni*, & ibi hoc notant Innocen. num. 3. Hostien. num. 10. Io. de Ana. nu. 3. vers. aut decessit ex nouo ictu. Card. Zabar. num. 4. in 4. opposit. Abb. num. 8. de homicid. Bal. in l. ita vulneratus, num. 2. vers. item nota. ff. ad l. Aquil. Vbi etiam hanc conclusionem admittit, quando primum vulnus erat dubium, & non certum ad mortem, sequitur. Maria. in cap. significasti, il 2. num. 214. de homicid. Roma. sing. 260. incip. quidam fuit vulneratus. Vbi testatur, ex hoc alias se liberasse quendam ciuem, magnum, & diuitem, qui proptereà pro sua liberatione ipsi dedit vnam cappam de serico (vt illius verbis vtar) Franc. Clemen. sing. 56. incip. quidam malus Aduocatus, vbi refert alium casum, in quo fuit liberatus a pœna mortis, alius quidam nobilis. Marsil. in l. nihil interest, num. 18. ad l. Cornel. de sicar. Tiraq. de pœn. temper. caus. 61. Carer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. § quarto quæro, num. 1. & seqq. vsque ad num. 7. Vbi alijs relatis opinionibus in hac residet sententia, eumquè a contrariis defendit, & num. 8. ad med. vers. aut primus letaliter vulnerauit. Didac. in clemen. 1. par. 2. num. 4. de homicid. Vbi aliis relatis testatur de cõmuni. Petr. a Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 12. n. 8.

50 Contrarium, quòd primus vulnerans letaliter teneatur & ipse de occiso, quamuis alius exanimauerit suaderi videtur, ex tex. in l. ita vulneratus, in princ. & ibi gloss. in verbo *teneri*, ff. ad l. Aquil. vbi si seruus mortiferè vulneratus ab vno, ab alio occidatur, uterquè tenetur, & per istũ tex. hanc opinionem tenuerunt Ias. in l. si ab hostibus. §. si uir uxorem, num. 9. ff. solut. matrim. Felyn. in c. significasti, il 2. num. 1. vers. sed si clarè apparet de homicid. relati per Carer. ubi supra, num. 1. & num. 2. in fine, & nu. 3. & seqq. Boss. in tit. de homicid. num. 24. uersic. immò amplius, &c. iuncto uers. ueritas tamen est Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 362. nu. 12. uers. quò uerò ad pœnam corporalem. Didac. a Segura in repet. l. si ex legati causa, num. 146. ff. de uerb. oblig.

51 Et pro hac contraria opinione facit, ni fallor, quòd uoluit Bal. in l. uulneratus, n. 2. ff. ad l. Aquil. ubi dicit, quòd qñ est certum primum uulnus esse mortale, & de hoc constat. Tunc primus uulnerans tenetur de occiso, etiam

quòd alius exanimauerit. licèt secus, si dubium sit, primũ vulnus esse mortale, quia tunc primus vulnerans non, nisi de vulnere, tenebitur, si vulneratus ab alio exanimatus fuerit, subdens laqueo esse dignum quendam Aduocatum, qui ne primus vulnerans mortaliter de occiso teneretur, consuluit, vt procuraret vulneratum ab alio occidi, & exanimari, & Baldum sic dicentem sequuti sunt, Felyn. in d.c. significasti, il 2. nu. 214. & n. 222. extr. de homicid. Florian. in l. item mella. §. sed si plures, ante nu. 1. vers. est tamen, & in §. celsus in princ. & nu. 1. & in l. ita vulneratus, in summ. & in verbo *certum esset*, & nu. 1. ff. ad l. Aquil. Ias. in l. si ab hostibus. §. si vir vxorem, nu. 9. ff. solut. matrim. Didac Segur. in repet. d. l. si ex legati causa, num. 146. ff. de verbor. obligat.

52 Quid dicendum? Dic quoad exanimantem, nulla videtur differentia inter Doctores, quin de homicidio teneatur. Quo verò ad primum vulnerantem, distingue, quòd aut vulnus per ipsum illatum erat non solùm mortale, sed etiam omnino secũdum peritorum iudicium certum ad mortem, Et tunc procedat secunda opinio, vt scilicet primus vulnerans de occiso teneatur. Si verò dictum primum vulnus erat mortale, non tamen erat certum ad mortem. Et tunc procedat prima opinio, quòd vulnerans non nisi de vulnere teneatur, & sic ad hoc, vt de occiso teneatur, non sufficit constare primum vulnus esse mortale, iuxta sententiam Bal. in d. l. ita vulneratus, & sequaciũ, quos supra retuli; sed est etiam necesse, vt sit omnino certum ad mortem, secundum Cæpol. qui benè hanc materiam explicat in caut. 5. num. 2. & seqq. Afflict. qui etiam & ipse benè declarat in constit. terminum vitæ, num. 41. q. 3. tit. de homicid. punien. Non dissentit Igne. in l. 1. §. si quis in villa, num. 64. & seqq. ff. ad Syllan. Iacob. Boulenc. in repet. l. capitalium. §. famosos, nume. 197. Vbi & aliam affert in hac materia distinctionem, quam videas. ff. de pœn. Follet. in pract. crimin. in verbo, *recipiantur defensiones*, num. 7. in fine. Didac. Couarru. in clem. 1. si furiosus, par. 2. §. 2. num. 4. de homicid. Vbi latius explicando materiam, & relatis hinc inde contrarijs, ac reprobato. Zas. in loco ibi per eum relato, non admittente istam differentiam inter vulnus mortale certum ad mortem, & non certum, testatur hanc distinctionem frequentiori Doctorũ calculo receptam esse, prout etiam testatur Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 12. nu. 8. & cap. 13. num. 4. in fine, & seq. Vbi pariter hanc communem sequẽdam existimat, licèt eam satis dubiam credat ex rationibus Zasij, ibi per eum relatis.

53 Quamuis contrarium, quòd primus vulnerans, teneatur de occiso, quoad pœnam l. Corneliæ de sicar. (licet secus senserit, quoad pœnam l. Aquiliæ) etiam quòd primũ vulnus mortale non sit certum ad mortem scripserit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. d. casu 362. num. 11. & seqq. nec dissentiat Iacob. Boulenc. qui tamen loquitur in casu, quo quis primum intulit vulnus animo occidendi in repet. l. capitalium. §. famosos, nu. 197. in fine, vers. hanc autẽ limitationem puto procedere. ff. de pœn.

54 Et quamuis etiam primum vulnerantem, non nisi de vulnerato teneri. licet vulnus fuisset mortalissimum, ex eoque vulneratus esset illico moriturus, voluerit Franc. Cremen. sing. 36. incip. quidam malus Aduocatus.

55 Benè verum est, quòd si primus vulnerans, ex proposito procuret, seu alter pro eo, vt vulneratus ab alio exanimetur, ne ipse teneatur de homicidio, talis cautela nõ proderit, nec vulneranti, nec alteri pro eo hoc procuranti, & ambo de homicidio tenebuntur, prout fuit de mente Bal. in d. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. dum dixit illum Aduocatum, qui talem docuit cautelam, esse dignum laqueo, quod & idem affirmarunt omnes præcitati Doctores.

56 AMPLIA xiij. vt in homicidio a pluribus commisso, si vulnerans, seu occidens sit incertus, non solum non habet locum pœna iuris ordinaria, sed nec etiam statutaria. Quòd quando verum sit, vide Bart. in l. si in rixa, nu. 11. vers. sed hic insurgit dubium. Fulgos. ibidem. num. 3. vers. si tamen Statutum. Ang. num. 7. Marsil. num. 11. ad finem, vers. sed dubitat, post hæc Bar. ff. de sicar. Salyc. in l. quoniam multa, col. 6. in fin. num. 17. versic. sed vbi vulnus non mortale, & col. 7. in princ. eodem nu. 17. vers. sed supposito, quòd Statutum, & d. col. 7. ante med. vers. de iure verò municipali. C. ad l. Iul. de vi publ. Io. de Ana. in cap. significasti, il 2. num. 23. ad finem, vers. & hic insurgit dubium, extr. homicid. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, num. 41. in fin. & seqq. ff. ad Syllan. Alex. cons. 15. num. 6. in fine, &. seq. & num. 8. vers. vel etiam respondeo lib. 1. Ghirland. de relaxat. carcerat. rubr. de absolut. Innocent. q. 5. num 3. & 4. & nemo est, qui hanc materiam magis in specie, & melius explicet, inferendo ad plura Italiæ Statuta, quam Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 363. per totum in discursu, vbi distinguit plures casus, & ad eum semper recurras in occurrenti casu.

57 AMPLIA xiiij. (& ad hanc ampliationem non inueni Doctores in specie aduertentes) vt in omni casu, in quo supra dixi, propter delinquentis incertitudinem, non ordinariam, sed extraordinariam tantum pœnam imponi posse. Talis vtique pœna non corporalis, sed pecuniaria tantum erit. Sic enim de pecuniaria pœna reperio loquentes Doctores, materiam hanc tractantes, & in specie Alber. in l. si in rixa, post num. 2. & num. 3. in discursu. ff. ad l. Cornel. de sicar. Cyn. in l. quoniam multa, num. 7. post med. & ibi etiam Alber. sub num. 6. & Salyc. post num. 17. C. ad l. Iul. de vi publ. Io. de Anan. in c. significasti, il 2. nu. 4. post med. vers. sed ipse dicit. de homicid. Ioan. de Plat. in § item lex Cornelia, col. fin. vers. si non iuerunt ex proposito. Instit. de publ. iudic. Gandin. in tit. de homicid. num. 12. ad finem. Vbi quòd ita alias Parmæ fuit quis in contingenti casu condemnatus in mille libris. August. ad Ang. de malef. in verbo *& Andream*, num. 22. post med. & in fine, Anchar. d. cons. 216. post num. 3. Carer. in practic. crimin. in 3. tract. de homicid. §. quinto quæro, numer. 7. Natta cons. 240 sub num. 9. ad med. ex Gandin. in loco præcitato, Alex. cons. 15. num. 4. post med. vers. quinto moueor lib. 1.

Vbi, quòd ita alias dixerunt omnes Doctores Bononiæ ex Oldrad. quem allegat in l. si in rixa. ff. de sicar. Paris. cõsil. 148. num. 3. ad med. & in fine lib. 4. Marsil. cons. 39. num. 45. ad med. & num. 58. Afflict. in constit. Regni incip. terminum vitæ, num. 41. ad finem tit. de homicid. punien. Petr. a Plach. in epitho. delict. cap. 12. num. 3. & nu. 6. & num. 8. ad finem, vers. quò fit. Boss. in tit. de homicid. num. 26. vbi de communi. Clar. in pract. §. homicidium, vers. alia etiam est defensio, post prin. vbi alios refert concordantes, & in vers. sed hic incidenter quæro, in fine, & vers. aut verò plura sunt vulnera, ad med. Menoch. de arbitr. quæst lib. 2. casu 362. num. 15. in fine. Bursat. cons. 169. num. 6. lib. 2. & cons. 316. num. 33. lib. 3. vbi de communi. Rolan. cons. 63. num. 10. & nu. 12. sub vers. quòd si non appareat lib. 2. vbi de communi, & ibidem nu. 16. Ioan. Petr. Surd. cons. 41. post num. 43. libr. 1.

58 Sed nec etiam erit inconueniens in occurrenti casu imponere pœnam exilij. Sunt enim istæ pœnæ pecuniariæ, scilicet, & exilij, (vt vulgo dicitur) sorores, & germanæ, & vbi vna potest imponi, non est absurdum aliam imponere, & ita alias seruasse Senatum Pedem. testatur Antonin. Thesaur. decis. 31. ad finem, num. 5. & licè ipse ibidẽ num. 4. vers. certè hæc quæstio, credat posse etiam ad Triremes fieri condemnationem. Aduerte tamen, quòd non loquitur in casu, in quo sit de iure locus pœnæ extraordinariæ, prout sunt termini propositæ ampliationis; sed loquitur in casu, in quo omnes aggressi sunt ex proposito, & fuerunt totti ad sciendum quis occiderit, & perstiterunt. Quo casu (prout admonuj infra, num. 72. Vbi dixi, hanc Thesauri sententiam mihi non placere) absq; alia tortura erat locus pœnæ ordinariæ. Immò quandoque vna cum pœna pecuniaria iunctam fuisse exilij, ac etiam relegationis pœnam testatur Ludou. de Alser. cons. crim. diuers. 144. in fi. lib. 1. Vbi consuluit in causa Gherardi fratris sui, nec dissentit Ghir. de relax. carcerat. tit de absolut. innoc. q. 5. nu. 1. in fine. Vbi admittit isto casu posse imponi pœnã pecun. vel relegationis, aut similem.

59 LIMITA I. hanc secundam propositam regulam pro-

procedere, quoad pœnam criminalem legis Corneliæ de sicar. secùs autem quoad damna, & interesse, & sic quoad pœnam ciuilem legis Aquiliæ. Tunc enim etiam quòd homicida, & delinquens sit incertus, l. Aquilia tenetur, sed quando hæc limitatio vera sit, & de materia, vide tex. in l. item mella, & in l. item vulneratus. ff. ad l. Aquil. & vbiq; Doct. Bart. in l. si in rixa, sub num. 2. in princ. & in fine. ff. ad l. Cornel. de sicar. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, nume. 49. ff. ad Syllan. & quòd si vnus tãtum vulnerauerit lætaliter, cæteri verò non lætaliter. Menoch. post alios, quos allegat d. casu 362. num. 2. & 3. & num. 6. & seqq. Et quid si primus vulnerans lætaliter vulnerauit; secundus verò vulneratum in totum exanimauit, vide ibidem per Menoch. nu. 11. & seqq. vsq; ad num. 14. & quid si omnes vulnerarunt non lætaliter, ita quòd nullum de per se erat mortale vulnus, sed benè omnia simul iuncta mortem attulerunt, & sic non constat, cuius vulnere mortuus fuerit vulneratus. Menoch. ibidem, num. 15. & seqq. & quid si omnia erant lætalia; ignoretur tamen quis primò vulnerauerit, & sic ex quo vulnere mortuus fuerit vulneratus, vide ibidem per Menoch. num. 17. & 18. Et quid, si vnicum sit vulnus, ex quo vulneratus obijt, nesciaturq;, quis illud intulerit. Menoch. ibidem nume. 162. & seqq. Ex cuius quidem Menochij dictis (Nemo enim ante eum sic in specie, & distinctè melius, quàm ipse fecerit, hanc materiam, quoad ciuilem actionem damnorum, & interesse explicauit) ni fallor, colligi poterit generalis conclusio, quòd in omnibus prædictis casibus vulnerãtes, & rixantes ad damna, & interesse ciuiliter tenentur ob mortem vulnerati, licèt quoad pœnam criminalem, quandoq; ordinaria, & quandoq; arbitraria plectantur pœna.

60 LIMITA II. eandem secundam regulam non procedere, quoad pœnam irregularitatis. Quamuis enim homine occiso à pluribus in rixa, si incertus sit occisor nullus pœna ordinaria teneatur, vt dixi supra. Quo tamen ad irregularitatem, omnes videntur in eam incidisse; quia omnes videntur saltem in culpa, dando causam homicidio, sed hæc limitatio, quando vera sit, & quid si vnus sit occisor, alij verò solum insultantes, & non vulnerantes. Et quid si vnus lætaliter vulnerans, cæteri verò non lætaliter, & de tota materia videas tex. in c. significasti, il 2. & ibi glo. in verbo, *quòd discerni*, & ibi hoc notat. Innocen. num. 3. Hostien. nume. 2. & num. 10. Io. de Anan. num. 2. 3. 22. 23. & num. 30. & nu. 38. Ant. de Butr. num. 1. 6. 10. 12. & 16. Abb. nu. 1. 6. & 8. Felyn. num. 1. & seqq. Marian. Soc. num. 1. & 6. extr. de homicid. Archid. in capit. si quattuor. 23. q. fin. Bellam. ibidem num. 1. idem Marian. in c. ad audientiam, num. 213. 220. 222. & seq. eodem tit. de homicid. Ang. in l. si in rixa, num. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, num. 18. & seqq. vsque ad num. 73. in discursu. ff. ad Syllan. Vbi latissimè omnes casus in materia contingentes percurrit. Florian. in l. item mella. §. sed si plures ante num. 1. & num. 2. ff. ad l. Aquil. Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. §. quatto quæro, num. 10. & in §. quinto quæro, num. 8. Vbi plures alij referuntur Antiquiores hanc materiam tractãtes. Ghirlan. de relaxat. carcer. rubr. de absolut. innoc. q. 6. nu. 5. Couarru. in clemen. si furiosus, par. 2. §. 2. nu. 3. & seqq. vbi etiam latè.

61 LIMITA III. quoad formandam inquisitionem. Si enim homicidium fuit à pluribus in rixa commissum, & ignoretur occisor, omnes de homicidio inquiruntur, dicendo, quòd vnus, aut plures vulnerarũt, neminem nominando pro homicida, & quòd auxilium præstiterunt, & non comparentes, omnes in ordinariam homicidij pœnam condemnantur. Ad cuius limitationis veritatem, & materiam, vide Bart. in l. si in rixa, nume. 11. vers. & per hoc scies, & ibi in addit. littera E, & num. 12. & ibi etiam Angel. num. 6. & 7. Marsil. num. 12. ff. ad l. Cornel. de sicar. Ioan. de Anan. in cap. significasti, il 2. num. 24. de homicid. Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, num. 21. Boss. in titu. de homicid. sub num. 21. & 23. & 31. & seqq. Boss. in tit. de delict. num. 24. Clar. in §. homicidium, vers. sed incidenter quæro. Flamin. Cartar. de exequut. sentent. cap. fin. nume. 234. & seqq.

62 Verum si sic condemnati in pœnam ordinariam post sententiam comparuerint, & ad manus Curiæ peruenerint, talis sententia non est in eos exequenda, sed adhuc habenda est ratio eorum, quæ in processu apparent. An scilicet, vnum, vel plura fuerint vulnera; An lætalia, vel nõ lætalia; An certi, vel incerti percussores; Et iuxta conclusiones firmatas supra in præcedentibus ampliationibus in eos facienda est pœna non aliter, ac si non fuissent condẽnati, prout videtur de mente Clar. in d. §. homicidiũ, vers. sed hic incidenter quæro, in fine, & benè aduertit Cartar. d. cap. fin. nu. 249.

63 LIMITA IV. in authore rixæ, quem etiam, quòd non appareat ipsum occidisse: Adhuc tamen pœna ordinaria homicidij puniendum esse, ex quo, quòd occiderit præsumptionem habet contra se, vel saltem, quòd tãquam dans operam rei illicitæ, teneatur de omni eo, quod sequitur, suadetur ex tex. in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. & facit tex. in l. hoc iudicio. ff. de seru. corrupt. Ibi *æquius est eum teneri, qui princeps fuerit delicti.* Bald. in l. 1. num. 14. in fin. C. de seruu. fugit. Bonifac. de Vitalin. in titu. de insult. & percuss. num. 30. vers. sunt tamẽ, qui dicunt. Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, num. 21. vers. nisi fuisset vnus author tumultus, &c. Vbi, quòd ipse author tenetur de occiso, cæteri verò de culpa. Marsil. in singul. 403. incip. superioribus annis, vbi alios refert, & in §. constante, nu. 77. Carer. in pract. crim. in 3. tractat. de homicid. §. quinto quæro, nu. 6. vbi alij plures referuntur cõcordantes, & num. 7. Vbi remissiuè quis dicatur author rixæ, vel caporalis, & in §. sexto quæro, num. 32. Petr. à Plac. 64 in epitho. delict. cap. 12. num. 3. Bero. conf. 178. num. 16. & seqq. & num. 27. lib. 3. Rolan. conf. 63. num. 3. & seqq. lib. 2. vbi testatur de recepta opinione. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 362. nume. 23. & seq. Andr. Gayl. obseru. 109. nu. 2. vers. limita tamen, & num. 3. lib. 2. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 16. num. 13. & seq. vbi tamen, quòd debet explicitè constare, quòd quis fuerit rixæ author. Marc. Ant. Eugen. cons. 22. num. 94. Flam. Cartar. de exequut. senten. cap. fin. nu. 250. & faciunt, quæ dixi infra de dante operam rei illicitæ in tit. de homicid. q. . . . nu. . . .

Verùm hæc conclusio non seruaretur in Ciuitate Mediolani, in qua secundum Clar. in pract. in d. §. homicidiũ, eodem vers. alia etiam est defensio, in fin. ratò propter homicidium in rixa commissum quis condemnatur in pœnam mortis, de qua re dixi in tit. de homicid. nu. . . Et in omni casu author rixæ non puniretur pœna ordinaria, quãdo constaret de interfectore, vt in decis. Pedemõ. 104. quam refert, & sequitur Baiard. ad Clar. in §. homicidiũ, num. 127.

Et in hac quarta limitatione aduerte, quòd licèt Angel. de malef. Petr. à Plach. Clar. & Menoch. in locis præcitatis, loqui videantur in casu, quando vnicum tantum illatum est vulnus, & nescitur quis illud intulerit, quia tunc cum præsumatur illatum ab authore rixæ, propter malam præsumptionem, quam habet contra se, ideò ipse solus teneatur de occiso; cæteri verò de culpa, tacitè quodammodo sentientes: secùs esse, quando plura fuissent illata vulnera, pluresuè fuissent pcussores, & ignoraretur cuius vulnere vulneratus obierit; cum tunc cessare videatur præsumptio, quòd illa omnia vulnera fuerint illata ab authore rixæ, stante certitudine vulnerantium. Attamen verius est, & magis communiter receptum eandem quartam limitationem procedere generaliter, etiam in pluribus illatis vulneribus, ac etiam in pluribus occisis, quando incertum est cuius ictu quis obierit. Nam & tunc, ꝙ author rixę pęna ordinaria plecti possit expressè voluerunt Bonif. de Vitalin. Marsil. Bero. Andr. Gayl. Rolãd. Ioseph. Ludou. & Marc. Ant. Eugen. in locis præcitatis. Cum & isto casu vrgeat ratio d. l. quoniam multa facinora. Vt scilicet dãs operam rei illicitæ teneatur de omni eo, quòd sequitur.

65 LIMITA V. Nam licèt quãdo constat qui lætaliter vulnerauit, & qui non lætaliter, vulnerans lætaliter teneatur de occiso. Alij verò solum de vulnere, vt dixi supra num. 41. & seqq. vsque ad nu. 49. Vbi hanc conclusionem exem-

exemplificaui in pluribus casibus. Attamen adhuc vulnerantes non lętaliter vltra pęnam vulneris tenentur aliqua alia pęna, propter auxilium præstitum homicidio. Ita videtur de mēte Bart. in l. si in rixa, nu. 11 vers. tamen aduerte, & ibi in addit. Alex. littera D. Marsil. ibidem nu. 11. vers. subdit tamen, Bart. & nu. 25. vers. & subdit, quòd etiam. ff. ad l. Cornel. de sicar. Nec dissentire videtur Salyc. in l. quoniam multa, col. 6. in fine nu. 17. vers. si autem dubitaretur, an vulnera mortalia fuissent priora. C. ad l. Iul. de vi publ. Igne. in l. 1. §. si quis in villa, nu. 30. vers. fatetur tamen Bart. &c. ff. ad Syllan. Alex. cōs. 15. viso processu inquisitionis, n. 1. vers. fortius dicit. Afflict. in cōstit. terminum vitæ, num. 40. ad med. vers. & hoc verum, tit. de homicid. punien. Grāmat. cons. 4. nu. 2. Clar. in pract. §. homicidium, vers. aut verò plura sunt vulnera, post princ. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. casu 361. num. 6.

66 SVBLIMITA I. hāc limitationem procedere, prout loquitur, videlicet, quādo iam cōstat de principali delinquēte, & sic de lętaliter vulnerāte. Tunc enim alij vulnerātes nō lętaliter tenētur etiam de auxilio, secus si de lętaliter vulnerāte non cōstet, quia tunc nec alij de auxilio teneri possunt. Alex d. cōsil. 15. numero 9. versic non obstat quod saltem, libro 1. per regulam, l. si is qui rem. §. si tu Titium. ff. de furt. cum alijs ibi per eum allegatis, quod & idē voluerunt Marsil. consil. 110. numero 23. & consil. 39. numero 46. & seqq. & num. 51. Afflict. in constit. terminum vitæ, num. 40. in fine, vers. tamen subdit Alex. &c. tit. de homicid. punien. Ioan. Petr. Surd. cons. 41. num. 43. ante med. & num. 47. in princ. vbi de communi, & d. nu. 47. in fine, vers. secundò non mouet, lib. 1. & dixi in tit. de inquisit. quæst. 3. num 4.

67 SVBLIMITA II. eādem quintam limitationem, ex Marsil. in d. l. si in rixa, nu. 11. & nu. 25. ff. de sicar. & in cōsil. 110. num. 26. & post eum per Menoch. d. casu 362. nu. 6. vt scilicet procedat, dummodo non lętaliter vulnerātes homicidio astiterint dolosè, & appēsatè animo adiuuādi, & præstādi auxilium occisori. Tunc enim tenētur de auxilio, secus si nō dolosè, & appensate astiterint, quia tunc de auxilio nō tenentur, vt ibi per eos, à quibus, nec dissentire videtur, Boss. in tit. de homicid. num. 21. in fine, vers. sed vide Bart. &c & nu. 22. & num. 24. ad finem, vers. & non tenetur de auxilio.

68 Verum hæc declaratio Marsilij benè procederet, & esset verissima Bartoli cōclusio, de qua in d. l. si in rixa si intelligeret de pęna ordinaria homicidij, prout de ea videntur intellexisse Alex. d. cōsil. 15. nu. 1. vers. fortius dicit, iuncto, nu. 9. vers. nō obstet quòd saltem, &c. lib. 1. Gramm. d. cōsil. 4. nu. 2. Afflict. d. cōstit. terminum vitæ, num. 40. Boss. vbi sup. tit. de homicid. nu. 21. & num. 22. Ioan. Petr. Surd. cōsil. 40. nu. 44. & seq. lib. 1. Talis enim pęna sine dubio auxiliatoribus nō imponitur, nisi præmeditatè, & dolosè fuerit auxilium præstitum, vt per Marsil. & alios præcitatos Doctores.

69 Sed quia Bart. eo loci, & qui eum sequūtur (ni fallor) credo, quod nō intellexerint de pęna ordinaria mortis, sed de alia mitiori, cum loquatur in casu, in quo auxilium præstitum fuit nō deliberatè, & ex proposito, sed in rixa. Idcirco hāc Marsilij declarationem minimè veram puto. Quando enim præcedit deliberatio, & tractatus, tūc puniūtur pęna mortis, nō solum vulnerātes nō lętaliter, sed etiam nō vulnerātes aliquo modo. Cum satis sit opem dolosè ad homicidium committēdum præstitisse, vt dixi infra in 7. limitatione. At si deliberatio nō procedit, puniuntur quidem nō lętaliter vulnerātes, & de vulnere, & etiam de auxilio, nō quidem pęna mortis, sed alia mitiori Iudicis arbitrio. Et iste est verus sensus verborum. Bar. in d. l. si in rixa, dum dixit hos nō lętaliter vulnerātes teneri etiam pœna auxilij, & clarè sensit Clar. in d. §. homicidium, eodem vers. aut verò plura, post princ. dum dixit hos non lętaliter vulnerantes teneri etiam pro auxilio ad homicidium pœna pecuniaria Iudicis arbitrio.

70 LIMITA VI. seu potius declara propositam secundam regulam. Nam quādo delictum est commissum cum multitudine personarum, tūc reputatur difficilè inuenire occisorem. Ideò admittūtur cōiecturæ, & præsumptiones, quæ isto casu habebūtur pro liquidissimis probationibus, & secūdum eas Iudex iudicabit, secūdum Mōricell. reg. crimi. 11 num. 14. Vbi pro inditijs cōsiderat, quādo aliquis ex rixātibus erat capitalis inimicus occisi, vel fuit rixæ inceptor vel magis rixosus, & solitus similia committere, vel etiam si habebat arma proportionata ad mensuram illorum vulnerum.

71 Verùm aduerte ad hæc dicta, quia in prædictis casibus absurdum erit dicere, prout videtur sentire Mōticel quod ex prædictis inditijs possit Iudex deuenire ad cōdemnationem, præsertim in pęnam capitalem, per ea quæ latius dixi supra q. 87. sed benè poterit deueniri ad torturam, ad ea, quæ pariter dixi infra hac eadem quæstione in 8. limitatione. Præterquàm quando constat, quòd vnus ex rixantibus fuerit rixæ inceptor, quia tunc sine dubio poterit etiam capitaliter puniri, vt dixi supra, num. 63. non autem ex alijs prædictis inditijs. Et ista est veritas.

72 LIMITA VII. vt eadem secūda regula cum omnibus prædictis ampliationibus procedat in homicidio cōmisso in pura rixa, secus autem in commisso, ex proposito, & præcedēte tractatu. Tūc enim indistinctè omnes tenētur pœna ordinaria, siue vnicum, siue plura fuerint vulnera, siue vnicum, siue omnia fuerint lętalia, & siue sciantur, siue ignorētur vulnerātes, ac siue vnus, siue omnes vulnerauerint, gloss. in l. si in rixa, in fine, versic. Nam si ex proposito, & ibi etiam Bart. num. 1. & num. 9. versic. alij Doctores moderni, & ibi Adden. littera A. Alber. numero 3. & 4. Fulgos. num. 2. & 3. Marsil. num. 3. versic. nam si fuissent cōgregati, & num. 11. in prin. ff. ad l. Cornel de sicar. Cyn. in l. quoniam multa, num. 7. in fine, & ibi etiam Alber, numero 6. pariter in fine, & Salicet, num. 17. in princ. & dicto num. 17. post med. vers. hic quæro quid de iure communi. C. ad l. Iul. de vi publ. Fely. in c. significasti, il 2. numero 10. extr. de homicid. Igne. in l. 1 §. si quis in villa, num. 29. & num. 50. vers. nō autem, & nume. 59 versic. nisi cōstet, & numer. 71. ff. ad Syllan. Ioan. de Plathea in §. item lex Cornelia, col. fi. versic si autem nō percusserūt omnes. Instit. de publ. iudic. Gandin. in titu. de homicid. num. 12. ad finem versic. item intelligas hæc omnia vera esse. August. ad Ang. de malef. in verbo, *& Andream*, num. 23. Ancharan. cōsil. 216. num. 4. vers. & cōtraria locum habēt. Bonif. de Vitalin. in tit. de insult. & percuss. numero 30. vers. sed si cōstaret. Marsil. sing. 217. incip. ter, vel quater ante finem, vers. item limita, & in pract. §. constāte, num. 47. post med. versic. nisi appareret, quòd omnes. Grammat. cōs. 4. num. 5. & seqq. Afflict. in cōstit. terminum vitæ, nume. 41. post med. vers. & cōcludit. de homicid. Blāc. de indit. num. 226. & seq. vbi dixit hoc modo concordari glossas ibi per eum relatas, & sibi ipsis contrarias, quarum vna voluit neminem teneri, quādo non apparet cuius ictu quis obierit pluribus in rixa interueniētibus. Aliæ autem omnes insolidum teneri existimarunt, vt scilicet, prima opinio procedat in homicidio sequuto in rixa; secunda autem in homicidio commisso ex proposito, & præcedente tractatu. Cater. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. § quarto quæro, numero 1. in fin. vers. nisi habito tractatu, & numero 5. versic. dic, quòd aut ex proposito, & numero 9. & §. quinto quæro, post num. 5. versic. hæc quęstio, & iterum d. numero 1. in fine, vers. nisi fuerint coadunati, & ex proposito, & numer. 2. & 3. vbi licèt referat Alber. tenētem cōtrarium. Pro respōsione tamē aduertit eius dictum esse intelligēdum, nō quādo omnes ex proposito fuissent coadunati ad occidēdum, prout sunt termini quæstionis nostrę, sed ad verberādum, vt dixi infra numero 74. Boss. in tit. de homicid. numero 22. & numero 24. in fine, vers. quādo verò ante se collegissent. Ghirlan. de relaxat. carcera. rub. de absolut. innocen. q. 5. num. 3. in fine, vers. secundo autem casu. Couarru. in clem. si furiosus, par. 2 § 2. num. 3. in princ. vbi de communi, de homicid. Petr. à Plach. in epithom. delict. cap. 12. num. 1. Vbi, quòd hæc opinio frequentiori Doctorum calculo recepta est, & optimè respondet contrariæ rationi, quam mox referam, quòd videlicet de generali consuetudine affectus non punitur eadem pœna

non

non ſequuto effectu (quamuis poſtea ſine vllo prorſus fundamento, hanc ſententiam procedere, credat quoad torquendum, non autem quoad condemnandum) prout etiã ante Placham hanc eandem ſuſtinens opinionem eidem rationi reſpondit Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 36. in prima concluſione. Addo Ludou. de Alfer. conſ. crim. diuer. 144. num. 10. & num. 13. vbi de communi lib. 1. Rolan. conſ. 63. num. 17. lib. 2. Clar. in §. homicidium, verſ. alia etiã eſt defenſio. Ibi, *primus eſt, quando, &c.* Vbi de magis communi, & reprehendit Placham declarantem hanc concluſionem procedere quoad torquendum, non autem quoad condemnandum. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 362. num. 25. & ſeqq. vbi benè comprobat, pariterque reprehendit Grammaticum, & Placham volentes, iſto caſu pœnam eſſe arbitrariam. Andr. Gayl. obſeruat. 109. num. 10. verſ. quarto limita, lib. 2. Ant. Theſaur. Deciſ. Pedem. 31. per rotam, vbi latiſſimè diſcuſſa materia, & hinc indè relatis contrarijs, hanc dixit communiorem, & veriorem ſententiam, & quòd eam Senatus ille aliàs in contingenti caſu ſequutus fuit. Et quamuis poſtea, prout mox eum referam, ab hac communi videatur diſcedere cum quodam temperamento, vt ſcilicet omnes prius torqueantur, ad ſciendum quis occiderit, iuxta opinionem Petri à Placha in loco infra allegan. Et ſi perſtiterint, condemnentur in pœnam extraordinariam, & triremium. Ego tamen neſcio videre, ad quid perditio hæc de tortura, cum prout benè adnotauit Clar. in loco præcitato, indubitati iuris ſit, quòd ex ſolo auxilio præſtito cum armis in delicto, præcedente tractatu, ac deliberatione poſſunt condemnari in pœnam ordinariam, ſicut occiſor Ludou. Peguer. deciſ. crimin. 14. num. 6. ad fin. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 16. nu. 3. & ſeqq. Vbi alijs relatis, teſtatur de communi, & quòd ſecundum eam ſæpius iudicauit Ioan. Petr. Surd. conſ. 4. num. 47. in fin. verſ. ſecundo reſpondeo, lib. 1. Flamin. Cartar. de exequut. ſentent. c. fi. nu. 240. Vbi etiam alijs relatis, teſtatur de communi, à qua in iudicando, & conſulendo recedendum minimè eſt.

73 Quamuis contrarium, quòd iſto caſu non pœna mortis, ſed alia mitior imponenda ſit, ſuaderi videatur ex illa generali conſuetudine volente, quòd affectus, non ſequuto effectu, non puniatur eadem pœna, ſic nec eadem pœna puniri videntur non occidentes, quamuis ex propoſito aſtiterint, & occidere voluerint, prout conſiderauit Carer. in pract. in tract. de homicid. in d. §. quinto quæro, numero 4. vbi propterea dixit, quòd præcedens limitatio procedit de iure communi iuxta terminos l. is, qui cum telo. C. de ſicar. & l. 1. §. Diuus. ff. eod. ſecùs autem à Iure Regni, in quo, vigore Conſtitutionis *Aſperitatem*, non punitur animus ſine facto, cui quidem rationi licèt reſpondeat Petr. à Plach. in epithom. delict. d. cap. 12. numero 1. ad finem, verſ. quæ omnia, &c. Paulo tamen infra idem Placha in verſ. cæterum, &c. hanc opinionem amplecti videtur, dicens primam opinionem procedere, quo ad torquendum, non autem quo ad condemnandum. & ab hac opinione Petri à Plach. non multum abeſſe videtur Antonin. Theſaur. deciſ. Pedemont. 31. num. 1. & ſeqq. Vbi relatis iuribus, rationibus, & Doctoribus pro hac parte facientibus, ſubdit poſtea in nu. 4. verſ. certè hæc quæſtio, quòd hoc ſapit æquitatem, & quòd ſi in tortura perſtiterint, condemnari debent in pœnam extraordinariam Triremium.

74 SVBLIMITA I. hanc ſeptimam limitationem procedere, quando omnes ſunt coadunati ex propoſito ad occidendum, tunc (inquam) omnes tenentur de occiſo, licèt vnus tantum occiderit, ſecus autem ſi fuerint coadunati non ad occidendum, ſed ad verberandum, quia tunc vnuſquiſq; tenetur de eo, quòd fecit, & non de homicidio, per alium commiſſo, ſecundum Alber. in l. ſi in rixa, nu. 2. ibi etiam Rayner. de Foroliuio, num. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Vbi dixerunt, quòd alij, quorum ictu non eſt mortuus vulneratus, non tenẽtur de dolo, ſed de culpa, quia debuerũt prǣuidere homicidium ex eo poſſe ſequi. Ideo puniendi, ſed leuiter. Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo, *& Andreã*, numero 25. Carer. in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. quinto quæro, &c. numero 3. poſt Alberic. quem allegat.

75 SVBLIMITA II. quia præcedens tractatus, & deliberatio non præſumitur, ſed benè præſumitur, quòd caſu, & non appenſatè, quiſque in rixa interuenerit. Et ideo Fiſco contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. quarto quæro, num. 7. & 9. Vbi alij referuntur, & §. quinto quæro, num. 2. in fine, verſic. ſed quòd in dubio. Marſil. in l. ſi in rixa, num. 28. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Boſſ. in tit. de homicid. nu. 23. ad med. & num. 25. Videtur de mente Clar. in §. homicidium, verſ. alia etiam eſt defenſio, poſt med. ibi puto tamen, &c. Burſat. conſ. 316. num. 34. lib. 3. vbi alij referuntur. Ioan. Petr. Sud. conſ. 40. num. 34. 17. & 48. lib. 1. vbi alios refert.

76 Et propterea quòd quis ignoranter, & non deliberatè interuenerit in rixa, iuramento probari poſt alios, quos allegant Antiquiores, voluerũt Gramm. deciſ. 25. num. 5. Cepha. conſ. 76. num. 75. & ſeq. lib. 1. Ioſeph Ludou. deciſ. Lucen. 16. num. 2. Bertazz. conſ. 85. num. 23. lib. 1. vbi alij referuntur, & loquitur, quando alia concurrunt. Et licèt idem Clar. in d. §. homicidium, ſub verſ. ex propoſito, &c. ad med. ex Caſon. in loco per eum citato, videatur aſſerere, quòd in homicidio commiſſo cum multitudine perſonarum præſumatur præcedens tractatus. ipſe tamen idem Clar. eodem loco declarat hanc Caſoni ſententiam procedere, quando conſtat de hominum congregatione facta ad effectum homicidij committendi etiam ex interuallo, poſt receptam iniuriam. Ergo ſecus in terminis noſtris, in quibus conſtat de rixa. Et propterea non ad hunc effectum homines ibidem interueniſſe præſumendum eſt ex præallegatis. Et vide ad materiam, quæ dixi infra, de auxilio ad homicidum præſtito, q. . . num. . .

77 AMPLIA I. hanc ſecũdam ſublimitationem, vt de iſto tractatu, & deliberatione præcedẽte debeat cõſtare, nõ præſumptiuè, ſed certè, ſecundum Bal. in l. nõ ideo minus, num. 26. C. de accuſa. Vbi, quòd tractatus eſt probãdus clarè, & diſtinctè, & Bald. ſic dicẽtem referẽdo ſequuti ſunt Carer. in pract. crim. in 3. tracta. de homicid. & aſſaſſin. §. quarto quæro, num. 7. & 9. Marſil. in l. ſi in rixa, num. 27. ff. ad l. Corn. de ſicar. Clar. in d. §. homicidium, verſic. alia etiam eſt defenſio, poſt med. ibi, *puto tamen, &c.* Iuncto ibi, *ſecundus eſt caſus, &c.* Ex cuius dictis in effectu colligitur, quòd de tractatu, & deliberatione debet cõſtare certè, & liquidè, quòd ſi de eo nõ cõſtet ſic liquidè, ſed tantũ adſint ſuſpitiones, tũc nõ deuenitur ad condemnationem, ſed ad torturam, vt dixi infra in ſeq. limit.

78 Contrarium, quòd immo ſufficiat cõſtare per præſumptiones videtur voluiſſe idem Clar. vbi ſup. d. verſ. alia etiam eſt defenſio poſt med. Ibi, *Puto tamen hoc caſu aduertendum eſſe, vt omnino appareat certè, vel præſumptiuè*, ſequitur Flamin. Cartar. in tract. de exequut. ſentẽt. cap. fi. num. 243. Et faciũt etiam, quæ dixi ſupra in tit. de reo confeſſ. & conuict. quæſt. 86. num. 36. & ſeq.

79 AMPLIA II. dictam ſecũdam ſublimitationem, vt præcedẽs tractatus, & deliberatio probanda ſit, non quoad vnum ſolum de rixantibus, ſed quoad omnes, quando tractatur, quòd omnes puniendi ſint pœna ordinaria. Quandoquè enim contingit in facto, vt vnus, vel plures ſciuerint committendum homicidium, alij verò non. Vt puta, ſi quis cõuocet vnum, vel plures amicos ſuos, nõ dicẽs ad effectum occidẽdi, prout in animo habet, ſed ad effectum deambulãdi per ciuitatem, & illi ignorãtes malũ animum conuocãtis, & nihil tale cogitantes libẽter accedãt. Iſto enim caſu nõ dicũtur deliberatè homicidio interueniſſe, ſecũdum Fulgoſ. in l. qui ſit fugitiuus. § j. ff. de edilit. edic. prout illum refert, & ſequitur Marſil. in pract. §. cõſtante, num. 47. in fine, verſ. quibus etiam addi poteſt. Vbi tamen, quòd iſte ſic vocatus debet diſcedere, ſi poteſt ſtatim, quòd nouit malum animum conuocãtis, aliàs nõ poteſt dici innocens. Bonif. de Vitalin. in tit. de inſult. & percuſſ. num. 38. Vbi latè explicat, & comprobat hãc declarationem. Clar. in d. §. homicidium, verſ. alia etiam eſt defenſio, poſt med. Ibi, *puto tamen, &c.* Flamin. Cartar. de exequut. ſentent. cap. fina. num. 242. Vide ad materiam, quæ dixi in-

dixi infra de auxilio ad homicidium præstito, quæst. .. num. .. & seq.

80 LIMITA VIII. Nam quamuis homicidio à pluribus in rixa commisso, si ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit, nullus de homicidio ordinaria pœna teneatur. Benè tamẽ possunt omnes torqueri ad sciẽdum, quis eorum vulnerauerit. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. quinto quæro. nu. 5. Vbi in hac opinione, tanquàm vltimo loco per eum relata, residere videtur post Dyn. Rom. & Gramm. quos allegat, licèt benè admittat in contingenti casu incipiendum esse à magis suspecto. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 362. num. 20. vers. poterit tamen iudex. Flamin. Cartar. de exequut. sentent. cap. fina. numero 246.

81 Sic etiam torqueri possunt vulnerãtes, & seù astãtes homicidio ad sciẽdum, an deliberatè, & præcedẽte tractatu vulnerauerint, & astiterint, secũdum Petrum à Plach. in epithom. delict. c. 12. nu. 1. in fine, vers. cæterum, &c. & nu. 2. Clar. in §. homicidium, vers. alia etiam est defensio, post med. ibi, *secundus est casus*, Bursat. cõs. 316. nu. 13. vers. secũdo an sciẽter, post Guid. de Suzzar. & alios ibi per eum relatos lib. 3. Flamin. Cartar. de exequu. sentent. c. fi. nu. 242. ad quæ vide, quæ dixi in materia auxilij ad homicidium infra q. . . nu. . .

82 Sic quoquè homicidio commisso in vna domo, si ignoretur, quis ex ibidem existẽtibus occiderit, posse omnes torqueri ad sciẽdum, quis occiderit voluerũt Rom. in l. 1. §. si quis in villa, n. 8. & seq. & ibi etiam Igne. nu. 8. & seqq. & nu. 50. & seqq. ff. ad Syllan. Ang. de malef. in verbo, *quod fama publica*, nu. 53. ad finem. vers. an autem possit torqueri. Et dixi latius supra in tit. de indit. & tortu. q. 52. nu. 98. & pluribus seqq. Vbi vide.

83 SVBLIMITA ad. hanc octauam limitationem, vt scilicet procedat, dummodò cõtra torquẽdum adsint inditia particularia, vt puta, si cõtra aliquẽ vrgeat mala fama, & quòd sit solitus vulnerare, & occidere. Tũc enim istum talem posse torqueri ad sciendum, si ipse vulnerauerit, seù occiderit, quãdo incertum est quis ex rixãtibus fuerit vulnerãs, seù occisor scripserũt Marsil. sing. 217. post med. versic. sed omnia prædicta, fuit doctrina Salycet. in l. fin. col. fi. num. 7. in fine, versi. idem dico, si dictum est certum. C. de quæst. quem sic dicentem referẽdo sequuti sunt idem Marsil. in rubr. C. de probat. num. 438. ad finem, vers. sed omitto tamen, & in l. 1. §. Diuus Adrianus, nu. 52. vers. attamen hoc casu. ff. de sicar. Dec. in l. fauorabiliores, num. 7. ff. de reg. iur. Blanch. de indit. num. 246. ad med. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assassin. num. 5. Foller. in cons. crim. diuers. 137. num. 9. in prin. & in fine, & num. 12. lib. 1. Bursat. cõs. 316. num. 11. & seqq. lib. 3. Boss. in tit. de homicid. num. 28. Rolan. cons. 63. num. 9. lib. 2. & ibidẽ

84 num. 35. Vbi amplius, quòd non sufficit mala fama in genere, nisi sit in specie in crimine homicidij. Flamin. Cartar. de exequu. sentent. cap. fi. num. 248. & in pract. interrogãd. reor. lib. 4. cap. 1. num. 212. Paris. cons. 148. in princ. & num. 1. lib. 4. vbi pro inditio vrgenti, & sufficiẽte etiam ad repetẽdum torturam cõtra eum, qui stochum euaginauit, cõsiderat in casu, in quo cõsuluit, quòd vulnus fuit illatũ punctim, & nõ cesim. Pract. Cotrad tit. de negat. crimi. & torment. num. 28. in 24. inditio, folio 297. Andr. Gayl. obseruat. 109. num. 4. & num. 6. lib. 2. vbi etiam de eo, qui post rixam aufugit. Nam & ex hac fuga facit se suspectum, & propterea torqueri potest. Monticell. reg. crim. 11. nu. 14. Vbi refert plura inditia, quibus Iudex potest moueri ad iudicandum, quis ex pluribus rixantibus vulnerauerit, & de inditio inimicitiæ dixi supra in tit. de indit. & tort. quæst. 49. numero 108.

85 Sic etiam eosdem rixantes, & assistẽtes præcedentibus inditijs, posse torqueri ad sciendum, vt supra dixi, an præcedẽte tractatu, & deliberatione astiterint voluerũt Clar. in pract. §. homicidium, versic. alia etiam est defensio, post med. ibi, *secundus est casus*, &c. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 16. nu. 1. & 2. Flamin. Cartar. de exequu. sentent. cap. fi. nu.

86 244. Tractatus autem inditia quæ sint, dixi aliquid in tit. de reo cõfess. & cõuict. q. 86. num. 36. ex Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1139. nu. 19. & cõclus. 1386. nu. 4. & seqq. Quibus addo Blanch. & Franc. Cason. in locis relatis per Ant. Thesaur. decis. 31. nu. 5. in fine.

87 Vnde secùs, si nulla præcesserint inditia. Quando enim quis fuit vnico vulnere à pluribus affectus, vel etiã pluribus vulneribus, non tamen tot, quot fuerunt illi, qui in rixa interuenerunt: Tortura ad sciendum, quis vulnerauerit, nemini videtur infligenda, quia inditia non sunt magis contra vnum, quam contra alium, nec est permittẽdum, vt innocens pro nocente torqueatur, prout facilè cõtinget, si isto casu ad torturam contra omnes deuenietur, secundum Marsil. in sing. 217. Ter, vel quater, ad med. versic. ex quibus satis constat. Blanch. de indit. nu. 227. vers. & aduerte, iuncto nu. 246. ad med. vers. & dicit multum facere. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 44. nu. 4. Foller. cons. crim. diuers. 137. nu. 5. & seqq. lib. 1. Vbi pluribus hãc probat opinionem, Boss. in tit. de homicid. num. 28. Vbi benè declarat, & num. 30. vbi adducit ad comprobationẽ huius opinionis vnum bonum simile. Bursat. cons. 316. num. 10. & seq. lib. 3.

88 Sic ad sciendum, quis ex pluribus vulnerantibus intulerit vulnus lætale crederem, posse torqueri eum, contra quem adsint inditia particularia, quòd vulnus illud intulerit, prout contigit in casu, in quo consuluit Paris. consil. 148. lib. 4. quando scilicet vulnus fuit illatum, punctim, & ex aggressoribus vnus solus habebat stochum, qui solet punctim ferire. Tunc enim talia arma deferens torquetur, quia armorum qualitati correspondet qualitas vulneris. Verum si non adsint contra aliquem ex vulnerãtibus particularia inditia, quòd tale lętale vulnus intulerit, tũc minimè crederem posse ad hoc sciendum, deueniri ad torturam. Vix enim credo in conflictu ictuum, & calore vulnerantium, posse ab eisdemmet aggressoribus percipi quis lætaliter vulnerauerit. Ideo non videtur posse aliquẽ torqueri, qui certus esse nequit de eo, super quo torquetur, & multò magis procedet, si rixa fuit sequuta de nocte, quo tempore magis incertum redditur, quis intulerit vulnus, vt in specie consuluit Bursat. cons. 316. nu. 13. in princ. iuncto vers. primum enim, & nu. 14. lib. 1. Quãuis Flam. Cartar. de exequut. senten. cap. fina. nu. 246. simpliciter dixerit, posse rixantes torqueri ad sciendum, quis eorũ mortale vulnus intulerit.

89 Sic etiam ad habendum veritatem super præcedente tractatu, & deliberatione non posse aliquem ex rixãtibus torqueri, nisi contra torquendum adsint particularia inditia, consuluit Bursat. d. cons. 316. num. 14. sub vers. super secũdo lib. 3. Et voluit Ioseph. Ludou. d. decis. Lucẽs. 16. nu. 2.

90 Sic quoque aliquo occiso ex lapide proiecto ex vna domo, non posse omnes in eadem domo existentes torqueri, sed tantum eum, qui fuerit malæ famæ videtur concludere. Foller. cons. crim. diuers. 137. num. 5. & seqq. lib. 1. & colligitur ex distinctione, quam facit Boss. in tit. de homicid. num. 28. & seqq.

91 Sic demum reperto mortuo in aliqua domo, non posse omnes existentes in ea domo, sed eos tantum, cõtra quos laborat mala fama, seu aliquod aliud particulare inditium voluit Foller. in d. cons. crim. diuers. 137. num. 9. in fine, & num. 11. & seqq. lib. 1. & ante eum videtur esse de mente August. in addit. ad Ang. de malef. in verbo, *quod fama publica*, eod. nu. 53. vers. non dubitarem. Bursat. cons. 316. nu. 10. & seqq. lib. 3. Vbi refert, & sequitur Foller. in loco præcitato, & dixi latius in tit. de indit. & tort. q. 52. num. 104. & seqq. vbi vide.

92 LIMITA rursus præcedentem primam sublimitationem procedere, prout loquitur, quando scilicet vulnus, vel fuit vnicum, vel si plura: non tamen tot, quot erant rixantes, tunc enim non possunt omnes torqueri, sed tantum ij, contra quos vrgeat vel mala fama, vel aliud particulare inditium, secus autem si vulnera fuerunt tot, quot erant rixantes, & multo magis si vulnera sint plura, quàm rixantes, quia tunc etiam sine alio inditio contra omnes deuenitur ad torturam, licèt incipiatur à magis suspecto, vt benè declarat Boss. in titu. de homicid. num. 28. & sequen. quem refert, & sequitur Flamin. Cartar. in practic. interrogandor.

rogandor.reor.lib.4.cap.1.num.211.

93 Sic & in homicidio domi commiſſo conſiderandam eſſe vulnerum quantitatem, quia ſcilicet ſi vulnera ſint plura, quàm exiſtentes in domo, vel etiam ſi tot fuerint vulnera, quot erant illi, qui in domo ſtabant, quòd tunc poſſint abſq; alio inditio omnes torqueri, ſecus ſi vnicum fuerit vulnus, vel ſi plura, non tamen tot, quot erant illi de domo in ſpecie declarat idem Boſſ. d. titu. de homicid. eod.num.28.& ſeq.

94 SVBLIMITA II. eandem octauam limitationem, quia ſi aſtantes homicidio fuerint torti ad ſciendum, quis eorum vulnerauerit, & perſtiterint in tortura, & negauerint, ſe vulneraſſe, tunc veniunt abſoluendi, tanquàm ob non probatum crimen. Ita videtur de mente Blanchi in tracta. de indit. nu. 227. in fine, dum dixit, quòd ſit abolitio criminis, & non abſolutio; quia non deficit ius, ſed probatio, nec ad contrarium dicendum moueat te id, quod dixit Ant. Theſaur. in deciſ. 31. nu. 4. verſ. certè hęc quęſtio, videlicet poſſe etiam perſiſtentes in tortura condemnari ad Triremes, quia loquitur ipſe non in homicidio cōmiſſo in rixa, prout ſunt termini quæſtionis noſtræ, ſed in commiſſo ex propoſito, quo caſu (prout admonui ſupra num. 72.) non erat opus tortura, cum & abſq; ea poterât aggreſſores, ſecundum veriorem, & magis communem opinionem in pœnam ordinariam condemnari. Non ſic eſt in homicidio commiſſo in rixa, in quo data occiſoris incertitudine, non niſi extraordinaria pœna imponi poteſt, prout ſupra dixi, & admittit ipſe Theſaur. d. deciſ. 31. num. 5. Ergo perſiſtentia in tortura, vt aliquid operetur, debet & illam extraordinariam pœnam tollere, & quatènus aliquam velis imponere pœnam, aduertas non niſi pecuniariam infligere, iuxta tradita ſupra num. 57. & leuiorem ea, quam impoſuiſſes, ſi tortura non fuiſſet data ad hoc, vt ea aliquid operetur, prout & iſto caſu poſſe pęnam pecuniariam imponi admittit, Pariſ. d. conſ. 148. nu. 2. in fine, & nu. 3. etiam in fine lib. 4.

95 Si verò prædicti fuerint torti ſuper tractatu, & deliberatione præcedente, quamuis perſtiterint. Adhuc in pœnam extraordinariam condemnantur. Clar. in pract. §. homicidium, eodem verſ. Alia etiam eſt defenſio. Ibi, *& vbi nihil fateantur, &c.* ſequitur Fiam. Cartar. de exequut. ſentent. cap. fina num. 242. in fine, & nu. 244.

96 Quòd ſi exiſtentes in domo torqueantur ad ſciendum, quis eorum vulnerauerit, & occiderit hominem in ipſa domo occiſum repertum, & perſtiterint, eos fore abſoluẽdos, ſcripſit Ign. in l. 1. §. ſi quis in villa, num. 10. ff. ad Syllan. Vbi, quòd ita aliàs fuit ſeruatum in Curia Barthomagij, quia ſcilicet, abſq; pœna fuerunt ex carceribus liberati, & num. 56. Vbi, quòd hoc inditium purgatur, niſi alia concurrerint argumenta (ſed tu dic, quòd omnia purgantur, ſi ſuper omnibus fuit data tortura, prout dari debuit, & prout etiam data fuit in caſu per ipſum Igneum relato in d. num. 10. Abſurdum enim eſt, ſuper vno inditio torturam dare, & ſuper alio non) Addo eundem Igneum ibidem, nu. 68. & ſeq. Vbi, quòd licèt iſto caſu non poſſint puniri pœna corporali, & criminali; puniuntur tamen pęna ciuili l. Aquiliæ ad damna, & intereſſe per l. 5. §. ſi cum duabus ſeqq. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. Immò ſecũdum

97 Rom ibid. nu. 10. poſſunt etiam puniri criminaliter pœna pecuniaria propter certitudinem reſultantem ex eo, quòd aliquis de domo occiderit, licèt neſciatur certus occiſor. Quòd tamen pro tunc non firmo, quia ſi ſine tortura, poſſunt ſolum pecuniaria plecti, vt modo dixi, ſi idem eſſet cum tortura, ſequeretur, quòd tortura nihil purgaſſet, quòd videtur abſurdum.

ARGVMENTVM.

Principis, ac Superioris iuſſus, & mandatum an, & quando excuſet à pœna cum præſertim, qui metu, & minis coactus deliquit.

SVMMARIVM.



Rincipi obediendum eſt, & non obediens ſacrilegij pœna tenetur, num. 1.

Principi non obediens pœna mortis punitur, num. 2.

Principi iniuſta præcipienti obediendum non eſt, & obediens non excuſatur, num. 3. Quamuis alij contra, num. 4.

Principi, ac ſuperiori obediendum non eſt in ijs, quæ ſunt prohibita à iure diuino, & à ſacris ſcripturis, num. 5. & 6. Vbi idem in ijs, quæ ſunt prohibita à iure naturali.

Principi obediendum eſt in ijs, quæ ſunt prohibita à iure poſitiuo, ſtatutario, vel conſuetudinario; quando agitur de leui præiuditio alterius, aut de nullius præiudicio; ſecus ſi de graui præiudicio, num. 7. & 8.

Principi obediendum non eſt in atrocibus, & obediens ſi delinquat, non excuſatur; Secus in leuioribus, num. 9. Vbi, quòd primo caſu excuſatur tamen à pœna ordinaria. Secundo autem caſu excuſatur etiam ab extraordinaria. Quamuis aliqui dixerint etiam in atrocioribus Principis iuſſum nec etiam excuſare à pœna ordinaria, num. 10.

Principis iuſſu, ac mandato aliquem occidens excuſatur, quando ipſe Princeps minatur mortem, niſi is occiderit, num. 11. & nu. 13. licèt aliqui contra, nu. 12.

Metu, ſeu coactus delinquens excuſatur, & non punitur, num. 14. & num. 15. Vbi, quòd in dubio metus præſumitur.

Voluntas coacta, quando agitur de imponendo pœnam, non eſt voluntas, num. 16.

Metus qui dicatur iuſtus, vt delinquens excuſetur, num. 17.

Mulier, quæ propter metum, & vim ſibi illatam paſſa eſt ſe carnaliter cognoſci, pœnam non meretur, num. 18.

Occidens aliquem de mandato alicuius Superioris, & Potentis, etiã quòd non ſit Princeps, excuſatur, quando vir ille potens mortẽ minatur mandatario, niſi mandatum exequatur, nu. 19.

Principis preces mandato æquiparantur, nu. 20.

Principis mandatum excuſat occidentem, ſi vltra mandatum minæ interuenerint, & minans ſit ſolitus minas exequi, aliter ſecus, num. 21. Verum ſufficit, quòd Princeps ſit ſolitus malè tractare non exequentes ſua mandata, etiam quòd alio modo minatus non fuerit, num. 22.

Principis mandatum, & minæ excuſant occidentem à pœna ordinaria, ſed non ab extraordinaria, num. 23. Declara, vt num. 24.

Metu, minis, ſeu aliàs coactus delinquens excuſatur tantum à pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, num. 23. Declara, vt num. 24.

QVÆST. XCVII. CASVS I.



ONA cauſa minuendi pęnam oritur ex Principis, ſeù alterius Superioris iuſſu, & mandato. Verùm, quia hoc poteſt pluribus modis contingere; Ideò plures ponam caſus, & in primis de Subdito, ſeù alia priuata perſona, qui vt Principi, Superiorię; ſuo obtemperet delictum committit, aut aliquod iniuſtum præceptum exequitur. Verba facturus.

1 REGVLAM itaque in hoc primo caſu conſtituo negatiuam. Quamuis enim Principi obediendum eſſe dubitandum non ſit, cum ſacrilegij pœna puniatur, qui ſuo Principi non obedit, l. 1. C. vt dignit. ord. ſerue. lib. 12. Qui tex. licèt non loquatur in inobediente Principi, ſed in negligente diuina præcepta, & in vſurpante honorem ſibi indebitum, ad id tamen inducitur, & ponderatur per Patid. de Put. de ſindic. verbo *tortus*, cap. 3. incip mandauit Rex, num. 1. fol. mihi 340 Gramma. voto 32. num. 1. Caret. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. § ſequitur, ex quib. cauſis excuſetur Mandatarius, num. 12. in fin. Monticell. reg. 6. nu. 12. in fi. Rolan. conſ. 12 nu. 25. lib. 3.

2 Sic & in libro Regum legitur, ꝙ qui nõ obedierit Principi *morte* moriatur, vt in c. 2. de maior. & obed. quẽ text. ſic ad propoſitum ponderarunt Pariſ. de Put. d. c. Mandauit Rex eo. n. 1. Gramm. voto 32. n. 1. in fi Marã. diſp. 1. poſt practicã, n. 11. Boſſ. in tit. de homic. n. 98. ad finẽ. Vbi ꝑpterea, ꝙ nõ malè egit Dux Galeatius Sfortia, q ſuſpẽdi fecit

Præ-

Prætorem Varisij, eo quia non fecerat statim suspēdi quēdam hominem, quem Dux ipse iusserat ei, vt suspendere faceret: Et hoc dictum Bossij refert Clar. in pract. §. fin. q. 60. ¬versic. solet dubitari ante finem.

3 Si tamen Princeps ipse aliquod iniustum præcipiat, minimè ei obediendum esse, & obedientem non excusari, probat tex. in cap. si dominus, & in cap. qui resistit 11. q. 3. glo. in cap. 2. in ¬verbo *Principi*, & in verbo *morte*, de maior. & obedien. Vbi illum tex. dicentē, quòd qui suo Principi non obedierit morte moriatur. declarat procedere, dummodo præceptum sit iustum, secus si iniustum. Marsil. in l. 1. num. 121. ff. ad l. Cornel. de sicar. Vbi facit conclusionem generalem, quòd iniustum Superioris mandatū non excusat Subditum exequentem, ex l. meminerint cū ibi nota. per Doct. C. vnde vi. & ex Bart. Bald. Ang. Rom. & Felyn. in locis ibi per eum relatis. Marian. in sua disputatione 1. post practicam. num. 20 & 57. Vbi omnia iura, quæ dicunt, esse obediendum præcepto Superioris, siue iusto, siue iniusto; intelligenda sunt, dummodo non sit ipso iure nullum, ¬vel non contineat notoriam iniustitiā. Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. & assassin. §. sequitur, ex quibus causis excusetur Mandatarius, num. 16. Vbi alij referuntur concordentes, Iacob. Nouel. regul. 47. in 2. fallen. Vbi facit conclusionem generalem, quòd scilicet obediendum non sit Superiorum mandatis contra leges, & canones impetratis. Anto. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid, n. 42. post prin. vers. adeo ꝙ in his, &c. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. nu. 25. Roland. cons. 12. num. 80. & seqq & ab hac opinione tanquàm ¬veriori, & communi. declarata tamen (vt mox in limitationibus subijciam) recedendum non est.

4 Quamuis contrarium, quòd immò suo Principi, vel Superiori iniusta præcipienti obediens non puniatur, sed excusetur, argumento sit tex. in l. is damnum. §. eius verò ff. de reg. iur. cuius tex. verba sunt hæc. *Eius verò nulla culpa est, cui parere necesse sit*, facit etiam text. in l. liber homo, la 2. ff. ad l. Aquil. cuius text. pariter verba sunt hæc, *liber homo si iussu alterius damnum iniuria dederit actio, l. Aquilia cum eo est, qui iussit, modo ius imperandi habuit*, & ibidem Florian. sammando illum text. dicit, quòd excusatur quis à delicto propter obedientiam debitam, vel permissam, glo. in cap. miles, in verbo *Imperij* 23. q. 5. Vbi per illum tex. facit generalem conclusionem, quòd ratione mādati excusatur aliquis, etiam quòd contra conscientiam faciat, & faciunt etiam deducta per Rolan. (quæ tamen ipse non sequitur) in cons. 12. num. 24. & seq. lib. 3.

5 AMPLIA I. propositam regulam, potissimum procedere in prohibitis à iure diuino, & à sacris scripturis. In quib. ꝙ nemo obedire debeat suo Superiori, siue sit Princeps, siue Præses, siue Dominus, siue Pater, siue maritus, & non obediendo, sicut nullam meretur pœnam, ita è cōtra obediendo, malè faciat, & non excusetur, est tex. in c. si Dominus 11. quæst. 3. Vbi propterea, quòd tunc iubenti respondendum est illud de actib. Apostol. *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus*, facit text. in cap. non licèt distinct. 10. Vbi dicitur, *Non licèt Imperatori, vel cuiquàm pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quicquàm quòd Euangelicis, Propheticis, & Apostolicis regulis obuiet agere*. Nauar. in rub. de iudic. §. 13. principale, &c. num. 59. vers. quibus duobus. Vbi in id allegat D. Thom. 2. 2. q. 73. artic. 7. Iacob. de Graff. in suis decis. par. 2. lib. 3. c. 25. rubr. de obedien. religios. num. 7.

6 AMPLIA II. vt & idem sit in prohibitis à iure naturali, in quibus non esse obediendum Principi, & obedientem non excusari (licèt secus sit in prohibitis à iure positiuo scripto, vel consuetudinario) per text. in d. c. non licèt. scripserunt Archid. in cap. rescripta, num. 2. vers. si iuri naturali 25. q. 2. Bellam. ibidem colum. 1. num. 2. in princ. Bald. in cap. cum adeo. num. 11, in princ. extr. de rescript. Martin. de Laud. in tract. de Princip. q. 28. Gramm. ¬voto 32. num. 8.

7 AMPLIA, III. vt & idem sit in prohibitis à iure positiuo, quando agitur de graui præiudicio tertij; licèt enim in prohibitis à iure positiuo scripto, vel consuetudinario Principi obediendum sit, & obediens excusetur à delicto, ex quo, ¬vel nulli sit præiudicium, aut parum, secundum Archid. in cap. rescripta, num. 2. vers. aut alicui obest 25. q. 2. arg. tex. in l. 2. §. si quid à Principe. ff. ne quid in loco publ. & in l. quoties C. de præcib. Imperat. offeren. Bellam. in. d. cap. rescripta, num. 2. ¬vers. si nulli, & vers. si parum. Bal. in c. cū adeo, sub nu. 11. post princ. de rescript.

8 Secus tamen est, quando agitur de graui præiudicio tertij. tunc enim Principis iniusto præcepto obediendum nō est, & per eundem Archid. in d. cap. rescripta, num. 2. vers. si multum ledit, iuncto vers. si autem non contineatur 25. q. 2. & ibi ēt Bell. num. 2. eodem vers. si multum. Bald. in c. cum adeo, sub num. 11. vers. si autem multum, de rescript.

9 LIMITA I. & generaliter eandem propositam regulam, vt procedat in delictis atrocioribus, in quibus verum est, quòd Principi, & superiori, non est obediendum, & obediens non excusatur, secus autem in leuioribus. in quibus ab omni pœna excusatur obediens. Immo etiam, & in atrocioribus excusatur à pęna ordinaria, & extraordinaria tantum pœna punitur, Iudicis arbitrio. Probantur hæc ex Ias. in consil. 136. vers. sed præmissis, non obstātibus, colum. 1. in fine, & seq. lib. 1. ¬vbi alijs relatis, testatur de communi, Tiraq. qui pluribus hanc probat conclusionem de pœn. temper. caus. 34. per totam. Ant. Gomez. de delict. c. 3. rub. de homicid n. 42. post. prin. vers. adeoquòd, &c. iuncto vers. veruntamen. Vbi alis relaris, testatur de communi, Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. nu. 25. & seq. Clar. in pract. §. fina. q. 60. sub vers. solet dubitatio, Ibi, *scias etiam, quòd hæc conclusio intelligenda est, &c.* Vbi testatur de communi, ex Ias. in loco præcitato. Cepha. consil. 110. num. 3. & 4. lib. 1.

10 Quamuis contrarium, quòd immò in atrocioribus, & atrocissimis Superioris iussus non excuset, nec etiam à pœna ordinaria, verius crediderit Couar. in 4. decret. par. 2. cap. 3. §. quarto, num. 7. vers. Quibus omnibus, &c. iuncto ¬vers. hæc tamen iura, &c. motus præcipuè authoritate Aristot. in loco per eum citato.

11 LIMITA II. in occidente, vulnerante, seu quomodolibet delinquente de mandato Principis, aut alterius Superioris minantis mortem, nisi mandatarius mandatum exequatur. Is enim huiusmodi mandato obediens, vt suę vitæ periculum imminens effugiat, excusandus est. Arg. text. in cap. miles, 23. q. 5. Cuius text. verba sunt hæc, *Miles cum obediens Potestati, sub quo legitimè constitutus est, hominem occidit. Nulla Ciuitatis sua lege, reus est homicidij*, & quæ sequuntur facit glo. (quæ tamen loquitur in seruo delinquente. iussu Domini minantis mortem) in l. penult. in verbo *agi poterit*, in fine. ff. si fam. fur. fec. dicat. Sed in Spec. originaliter allegatur doctrina Bal. in cap. 1. §. iniuria, nu. 19. ad finem. ¬vers. sed pone quidam potens, de pact. iuramen. firman. quem sequuti sunt Dec. in l. is damnū. §. eius vero. ff. de reg. iur. & in l. ¬vt vim. num. 9. & seqq. ff. de reg. iur. Vbi benè comprobat, respondet contrariis, & testatur de communi opinione, & in l. velle non creditur, num. 7. ¬vers. & in eo de modo. Vbi loquitur in seruo, qui delinquit de mandato Domini comminanris mortem, & deinde generaliter ampliat in quolibet alio, qui tali modo per metum compelleretur. Ias. in §. si minus, num. 17. Insti. de actio. Vbi dixit, ꝙ occidens aliquem non culpabilem, & scienter pro conseruatione vitæ suæ, non dicitur in aliquo delinquere, & ponit exemplum in duobus carceratis. Quorum ¬vni Tirannus dicat, Nisi socium suspendas, faciam te trucidari. Tunc enim, inquit ibi Ias. ista est iniustissima causa occidendi, etiam innocentem, ¬vt quis se liberet ab instanti periculo ex gloss. quam, dicit auream, in d. l. penult. Marsil. in l. 1. in fine, num. 123. versic. fateor tamen. ff. ad l. Cornel. de sicar. Vbi quod quando imminet periculum ¬vitæ, nisi quis Superiori suo obediat, tunc excusatur exequens iniustum mandatum. Dec. consil. 535. num. 4. lib. 4. Nouell. in tract. ad defen. in princ. num. 85. Tiraquel. qui alios more suo congerit, de pœn. temperan. caus. 36. num. 2. Carer. in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. num. 95. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sequi-

sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, nu.4.& num.19. Vbi plures alij referuntur concordantes, & in specie loquitur, vt supra in occidente de mãdato Superioris, & Principis minantis occidere, nisi ipse, quem mandauit occidi, occiderit. De quo etiam per Iacob. Boulen. in repet.l.capitalium, §. famosos, num.200.ff.de pœn. Vbi testatur de cõmuni opinione, reprobato Lancellott.& Dec. cõtrarium tenente in l.vt vim.ff.de iust.& iu. Monticell.reg. crim.6.num.5. Iacob. Port. Imolen.cons.94. num.6. Vbi, quòd non excusatur, sed punitur officialis faciens iniustitiam de mandato Principis. Viu.opin.226.incip.condemnatus ad mortem, in fine, num.13. Vbi alijs relatis, testatur de communi. Clar.in pract.§.fina.q.60.vers.solet dubitari ante finem. Vbi testatur de cõmuni ex Corsetto, & Bart. Reg.in locis per eum relatis. Idem Clar.in d.quæst.60.vers. quæro modo, in fine. Vbi pariter de communi ex Boulée. in loco præcitato, & rursus in §.homicidium, nu.24.vers. adde quòd. Vbi refert glo.in d.l.penul.ff.si fam.furt.fecisse dic.& ibi testatur etiam de communi ex Dec. in l. vt vim, num.9.ff.de iust.& iur. Iacob.de Goffred.in suis decis.lib.2. cap.64.num.11.vers.sed an excusetur, par.1. Menoch. de arbitr.quæst.lib.2.casu 354.num.1.& seqq. Vbi alijs relatis, testatur de communi. Et licèt eam minime probari cõtendat iuribus, quę ad id communiter per Doctores adducuntur. Illam tamen optima ratione comprobat, quia scilicet, qui necessitate coactus delinquit, excusatur à pœna c.sacris, extra de ijs, quæ vi, metusq; caus. cum alijs ibi per eum alleg.(& dixi supra col.45.) reprobato Cagnol. cõtrarium tenente in loco mox allegando, prout & iterum illũ reprobat in num.17. Bertazzol.consil.123.num.1. & seqq. lib.1.

12 Et quamuis contrarium, quòd immò nemo excusetur etiam propter minas illatas à Principe, seù alio superiore, scripserint Cagnol. in l. velle non creditur, num.9.ff.de reg.iur. Vbi dixit, quòd licèt legum vertices primam firment opinionem, tamen in puncto iuris hæc contraria & æquior, & verior sibi videtur, quòd scilicet non excusetur à pœna ordinaria, cum potius fugere debeat faciem Tiranni, quàm delinquere. Quòd si fugere non possit, & sic ad occidendum cogeretur, tunc esset excusandus, aliter non, vt ibi per eum, & qui hanc contrariam opinionẽ ampliat etiam, quòd ille, qui fuit occisus esset reus læsę maiestatis, & mortis, dummodo tamen non esset iudicialiter damnatus, per tex. quem ad id inducit, & ponderat in c. sacris, quòd met.caus. Adden. ad Dec. in d.l. is damnum, §. eius verò, nume.1. littera B, in verbo *excusatur*, ff. de regu. iur. dicendo, quòd potius mors ferenda est, quàm malo consentire, & allegant Lancillot. & Dec. in l. vt vim, colũ. 1.ff.de iust.& iur. faciunt scripta per Couarru.in 4. decretal.par. 4. capit. 3. §.4. nume.7. Vbi reprobat opinionem eorum, qui voluerunt venia esse dignum eum, qui mortis timore aliquod ex atrocioribus committit, cum authoritate Arist.in loco ibi per eum citato, conueniat potius mori, ac omnia extrema pati, quàm talia committere.

13 Tu tamen non recedas à communi, & ad contraria potes respondere, quòd possint procedere in foro animæ, & quoad pœnam spiritualem, secùs autem quoad forum iudiciale, & quoad pœnam temporalem, sicut benè declarat Iacob.de Graff.in suis decis.lib.2.cap.64.nu.12.vers.non tamen hęc procedunt, par.1.& ante eum Menoch.de arbitr. quæst.lib.2.casu 354.nu.18.& 21.

14 AMPLIA I. præcedentem secundam limitationem, vt generaliter procedat in omnibus, qui minis, seù aliàs metu coacti delinquunt. Hos enim non esse puniendos, sed excusandos, probarunt gloss. in l. penult. §.1. in verbo *agi poterit*, in fine, vers. vel tertio.ff.si fam.furt.fecisse dicat. Grammat.cons.13.num.21.& seqq.& cons.31. num.34.& seqq. Nouell.in tracta.ad defens.in prin.num.85. Dec.in l. velle non creditur, num.7.in fin.ff.de reg.iur. Tiraq. qui & iuribus, & Doctorum, ac etiam Theologorum authoritatibus benè hanc comprobat conclusionem de pœn.temperan.caus. 36. num.1.& seqq. Couarru.in 4.decretal. par.2. cap.3.§.4.nu.7. in princ post Cyn. Ias. & Anan. in locis per eum citatis. Clar.in pract.§.fina.q.60.vers.quæro modo. Vbi testatur de cõmuni ex Dec. quem allegat in l.vt vim in 2.notab.ff.de iust.& iur. Bertazz.cons.173. post num.8. & seqq.lib.1.& cons.266.num.3.& seqq.lib.2. Vbi consuluit pro eo, qui sic, & metu mortis compulsus, & conductus à latronibus fecit aperire ianuam cuiusdam habẽtis pecuniarum quantitatem in domo, quo ingressi latrones
15 illam derobarunt. Et insuper ampliat, quòd ad excludendũ delictum, in dubio metus præsumitur ex Grammat. decis. 18 nu.5. Quòd vltimum sic simpliciter dictum pro nunc hic non firmo.

16 Et est ratio, quia coacta voluntas quoad pœnam non est voluntas, l. velle non creditur, & ibi glo. in fine. Dec. nume.1.& Cagnol. etiam nu.1. ff de reg.iur. tex. in c. sacris, & ibi communiter omnes de ijs, quæ vi met.caus. dum ibi dicitur, quòd coactus magis pati, quàm agere dicitur, item tex. in l. scientiam. § qui cum aliter.ff.de liberal.caus. Menoch. de arbitr.qq.lib.2.casu 354.nu.8.& seqq.

17 Iustus autem metus quis in proposito dicatur, vide, quæ dixi in qq. ciuilibus, & in locis præallegatis. Gramm. Nouell.& Bertazz.

18 Et hinc excusari mulierem, quæ propter metum, & vim illatã, passa est se carnaliter cognosci, probat text. in l. vim passam, & in l. vxor §.si quis planè ff. de adult.& in l. fœdissimam, C.eod.& in c.proposito.32.q.5 consuluit Abb. cõsil.4. lib.1. quem refert, & sequitur Clar. in pract. §. fina q. 60. sub vers. quæro modo. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 354.nu.8.& seqq. Tiraquel. de pœn. temperan. caus. 36. nu.5. vbi quòd isto casu excusetur mulier, non solum à pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria.

19 AMPLIA II. eandem secundam limitationem, vt & idem sit in occidente, seu delinquente de mandato, nõ solum Principis, & Superioris, sed etiam cuiusuis alterius personæ potentis, sic vt supra minantis mortem, nisi is mandatum exequatur. Sic enim, & in potente, nedum in Principe loquuti sunt. Bald. in d cap.1 § iniuria, in fine, vers. sed pone quidam potens, de pact. iuram. firman. Adden. ad Bart. in l. liber homo, la 2. verbo *parere*, littera B, vers. & facit ad quæstionem, Dec. in l. is damnum. § eius verò, num.1.ff. de reg.iur.& in l. vt vim, num.9.& seqq ff. de reg.iur. vbi vt supra eum retuli, testatur de communi opinione, Carer. in pract. crimin. in 3. tracta. de homicid & assassin §. octauo excusat metus, &c. Vbi alijs relatis testatur de communi, Boss. in tit. de homicid. num.95. Clar. in practic § fina.q.60. vers. solet dubitari, Ibi, *Hæc autem de plano procedunt, &c.* Vbi loquitur in viro potente, & seuero erga eos, quibus mandare potest, ex Grammat. quem allegat in voto 38. qui ita in facti contingentia seruasse testatur curiam Neapol. in quodam famulo, qui de mandato cuiusdam Domini viri potentis opere, & sermone voluit venenare quandam Comitissam fragmenta lapidis adamãtini in eius cratera ponendo, Bertazz cons.173. post nu.8. & seqq. lib.1. Vbi consuluit pro quodam Causidico, qui ob metum famosissimi, & crudelissimi Sicarij falsitatem commiserat.

20 AMPLIA III. dictam secundam limitationem in occidente, seu delinquẽte precibus, & rogatu Principis. Principum enim preces mandato æquiparãtur. l.1.ff. quod iussu. glo. in l.1. in verbo pignore. C. si rector Prouinc. Bar. in tracta. de Tirannid. q.7. Innocen. in cap petitio in princip. extra de iureiuran. Dec. in rub. C. de mand. Princ nume.7. Afflict. decis.69.nu.5. Ita per hanc rationem ampliat Tiraquell. qui pluribus hanc probat ampliationem de pœn. temper. caus.35 nu.1.& seqq. Menoch. de arbitr. qq. lib.2. casu 354.num.12.

21 SVBLIMITA I. hanc secundam limitationem, vt procedat, quando vltra Principis, & Superioris mãdatum non solum interuenerunt minæ, prout expresè loquũtur Doctores in eadem limitatione allegati, sed etiam si idem Princeps, & Superior sit solitus minas exequi; secus si minæ non interuenerint, vel etiam si interuenerint, non tamen minas sit solitus sæuire, & minas exequi. Tũc enim talis sic occidẽs, seu delinquẽs non excusatur, vt colligitur ex traditis per Dec. in d.l. is damnum, §. eius verò, num.2. vers.

versic. sed extra necessitatem. ff. de reg. iur. & in l. omnibus causis, la prima, num. 4. ff eod. Vbi facit conclusionem generalem, quòd Regis præceptum iustam timoris causam inducit. Deinde concordando contraria illam declarat procedere, quando præceptum est cōminatorium, & Rex præcipiens est solitus minas exequi, & sæuire contra inobedientes. Aliter secùs ex Ang. Abb. Alex & Anchar. in locis ibi per eum relatis. Tiraq. de pœn. temper. caus. 35. num. 9. Boss. in tit. de homicid. num. 95.

22 Sed ego idem crederem, etiam si Princeps nō minetur, dummodò sit solitus interficere, ac malè tractare non exequentes sua mandata, quamuis iniusta. Est enim vtroque casu par ratio timoris, vt benè cōsuluit Bertazz. cons. 173. num. 12. & seq. lib. 1. post Bald. Boss. & Menoch. in locis per eum relatis, & valde faciunt scripta per Tiraq. de pœn. caus. 35. num. 9. vers. Quòd vtiq; verum est. Vbi benè probat, delinquentem precibus Principis indistinctè puniendum esse mitius, siue Princeps sit solitus sæuire, & minas exequi, siue non.

23 SVBLIMITA II. dictam secundam limitationem, vt licèt occidens, seu delinquens metu Principis, & Superioris minantis mortem excusetur, quòd vtiquè intelligendum est, vt scilicet excusetur à pœna ordinaria, non aūt ab extraordinaria. Sic benè mihi pbat tex. in c. sacris, & ibi præsertim Bal. & Ant. de Butr. de ijs, quę vi vel met. caus. in illis verbis: *Licèt metus attenuet culpam. Non tamen eam prorsus excludit.* Idem probat tex. in l. seruos, & ibi præcipuè Bal. in vers. in tex. ibi, *metu, &c.* C. ad l. Iul. de vi publ. Salycer. ibidem post num. 3. Iacob. Boulenc. in repet. l. capitalium. §. famosos, num. 200. ff. de pœn. Cagnol post Dec. in l. velle non creditur, num. 5. ff. de reg. iur. Cæpoll. caut. 40. incip. nota, quòd licèt, num. 1. vers. quod nota. Dec. consil. 115. num 4. lib. 4. Vbi refert, & sequitur Bald. in d. l. seruos. Nouell. in tracta ad defens. in prin. num. 85. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 36. num. 3. & seq. Couarru. in 4. decretal. par. 2. cap. 3 §. 4. num. 7. Vbi propterea dixit, aut falsam esse glo. in l. pen. ff. si fam. furt. fecisse dic. Volentem venia dignum esse, nec puniendum eum, qui timore, & metu mortis delictum committit, aut saltem declarandam, vt procedat quoad pœnæ diminutionem, non autem quoad omnimodā impunitatem. Clar. in pract. §. fi. q. 60. vers. solet dubitari. Ibi, *Hæc autem de plano procedunt, &c.* Vbi, quòd teste Gramma. in voto 38. fuit per Curiam Neapolitanam in extraordinariam pœnam, videlicet Triremium, condemnatus quidam famulus, qui de mādato cuiusdam Domini viripotentis opere, & sermone posuit puluerem adamantinam in crateram cuiusdam Comitissę. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 354. nu. 1. & seqq. Vbi hanc conclusionem minimè probari contendit iuribus, quæ ad id per Doctores adducuntur, sed alia ad idem iura, & rationes allegat, quas per te ibi videas, & relatis concordantibus, testatur de communi opinione, quam etiam iterum benè comprobat, & respondet contrarijs ibidem nu. 15. & seqq. Bertaz. consil. 173. num. 10. lib. 1. Flamin. Cattar. de exequu. senten. cap. fi. num. 358. Vbi loquitur generaliter in iussu Principis, & inferioris, & magistratus. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 64. num. 11. vers. sed an excusetur à pœna homicidij, par. 1.

24 LIMITA hanc secundam sublimitationem procedere in eo, qui delinquit non coactus absolutè, & præcisè, sed conditionaliter, videlicet, metu maiorum malorum. Ij inquam, puniuntur aliqua pœna extraordinaria, quia scilicet coactè delinquant. Volunt tamen delinquere, & sic aliquo modo eorum concurrit volūtas, licèt coacta, & consequenter peccant arg. tex in c. quisquis. 11. q. 3. & c. si quis coactus. 22. q. 5. & in l. si mulier. §. si metum, & in l. metum autem. § sed quod prætor. ff. quòd met. caus. Secùs autem, quādo quis delinquit præcisè, & absolutè coactus, nulla prorsus eius voluntate concurrente, quando scilicet delinquens nihil confert secundum proprium motum, prout est, quando mulier vim patitur arg. tex. in l. si vxor. §. si quis planè. ff. de adulter. cum alijs allegatis hac eadē col. Tunc enim, quia potius delinquendo pati, quàm agere videtur. Hoc ideò excusat non solum à pœna ordinaria, sed etiam ab extraordinaria. Sic enim & iuribus, & Doctorum, ac Theologorum authoritatibus benè probat Tiraq. de pœn. caus. 36. nu. 4. & seqq.

ARGVMENTVM.

Principis, ac Superioris iussus an, & quando excuset iudicem à pœna aliquid iniustè agentem.

SVMMARIVM.



Vdex, seu officialis non tenetur obedire Principis, ac Superioris præcepto iniusto, & obediendo non excusatur, num. 25. & 27. licèt alij contra, nu. 26.

Iudex qui de mandato Principis iniusto aliquem suspendere facit, aut plus debito castigat, nō excusatur, sed punitur, nu. 28. & 29. Vbi, quod benè excusatur à pœna ordinaria. Contra, quod in totum excusetur, nu. 30. Sed prima opinio est verior, & communior, num. 31.

Iudex non excusatur, sed punitur torquēdo aliquem indebitè, de mandato Principis, ac Superioris, nu. 32.

Iudex si videt Principis mandatum iniustum, non debet exequi, sed consulere, rescribere, & expectare secundam iussionem, num. 33. & 34. Vbi quod debet expectare per dies triginta.

Iudex debet potius renuntiare officio, quàm Principis, ac Superioris iniustum mandatum exequi, nu. 35.

Iudex tanto minus debet exequi Principis, seu Superioris mandatum iniustum, quando illud exequendo timeretur de scandalo futuro, numero 36.

Iudex non tenetur exequi iniustum mandatum Principis, etiam quòd iurauerit illi obedire, num. 37.

Iudex non tenetur obedire Principi iniusta præcipienti, etiam quod Princeps dicat, Districtè præcipiēdo mādamus, *numero* 38.

Iudex non tenetur obedire præcepto iniusto, etiam quòd Princeps mandet cum clausula, Ex certa scientia, *num.* 39.

Iudex non tenetur obedire Papæ iniusta præcipienti, etiam sub pœna excommunicationis, num. 40.

Iudex non tenetur sequi consilium Sapiētis, si illud iniustum sit, etiam quòd vigore Statuti cum tali consilio pronunciare debeat, nu. 41. Et an isto casu teneatur obedire suo Superiori iubenti, vt pronunciet sine tali consilio, nu. 42.

Iudex tanto minus tenetur obedire iniusto Principis mandato, & tanto minus obediendo non excusatur, quando in rescripto non expressè præcipitur, vt id faciat sine cognitione causæ, nu. 43.

Iudex tenetur obedire mandato Principis iniusto, & obediendo excusatur, quando est dubium, an illud sit iniustum, necne, nu. 44.

Iudex excusatur exequendo mandatum Principis iniustum, quando Princeps illi minatur mortem, nisi exequatur, nu. 45.

Iudex an teneatur obedire suo Principi rescribenti cum clausula, Nō obstantibus, &c. *nu. 46. & seq.*

Iudex an teneatur obedire suo Principi rescribenti cum clausula, motu proprio, &c. *nu. 48. & seq.*

Iudex excusatur exequendo mandatum Principis iniustum, post secundam iussionem, nu. 50. Sed fortè tutius est isto casu expectare tertiam iussionem, nu. 51.

QVÆST. XCVII. CASVS II.
INSPECTIO I.



25 EGVLA sit hoc ij. casu negatiua, quòd scilicet Iudex, seu officialis non tenetur obedire Principis, ac Superioris præcepto iniusto, & obediendo non excusatur, tex. in c. si Dominus 11 q. 3. dum ibi dicitur, *Si bonum est quòd præcipit Imperator, & Præses, iubentis obsequere voluntati. Si verò malum, responde ei illud de Actibus Apostolorum. Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*, Fortun. Garz. in repet. l. Gallus §. qui si tantum, nu. 247. ff. de liber. & posthum. Gramma. voto 32. nu. 11. & seqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, hanc exornat conclusionem, & iurium, ac Doctorum authoritatibus, & etiam rationibus præsertim in l. rescripta. C. de precib. Imper. offeren. qua cauetur rescripta Principum contra iuris dispositionem obtenta debere à Iudicibus

Iudicibus refutari,& per l.quoniam Iudices.C.de appella. & l.per hanc.C.de offic.diuer.iudic.& l.1.in fine.C.de prę pos.sacri scrinij,quibus canetur Officiales, debere suo Superiori resistere,si iniustè agat, & per text. in cap.cum teneamur,& ibi gloss.in verbo *æquanimiter*, quo probatur, quòd si iusta subest causa non adimplendi mandatum Superioris; Æquanimiter idem Superior sustinere debet ipsius mandati non exequutionem. Iacob. Nouel.reg.47.in 2. fallen. Vbi quòd officialis non debet obedire mandatis Superiorum obtentis contra leges, & Canones. Neuizza.in Sylua nupt.lib.6.num.48.& seqq.vbi latiss. hanc exornat opinionem,& iuribus,& rationibus,& etiam Doct.authoritatibus. Monticel.reg.crim.6.nu.13. Rolan.consi.12.nu. 80.& seqq.lib.3.Viui.opin.638.nu.7.& 9.& seqq.Vbi exornat.Flami.Cartar.de exequut.sentent.cap.fin.num.327.& seqq.Vbi licèt plura in vtramquè partem afferat; In hac tamen residere videtur sententia, tanquàm communiori, & veriori.

26 Et licèt contrarium, quòd immò teneatur Iudex obedire Principis, ac Superioris præcepto,& obediendo excusetur,faciat tex.in c.in memoriã, distin.18.& in c.quamuis de pœn. distinct.3.quibus probatur Principis mandato, quamuis duro obediendum esse,nec illi replicari posse cur ita faciat? Et licèt Princeps erret. Talis tamen error facit ius,quia quòd Principi placuit legis habet vigorem.l.3.§. fi.ff.de adimen.leg.§ sed Principi.Instit.de iur.natural.gẽt. & ciuil. Gesta enim per Principem legitimè gesta, præsumuntur.l. ex facto. ff.de vulg.& pupill.Nec inferiori competit authoritas discutiendi de ratione. Nam sufficit dicere. *Ita Princeps vult*, Ex quo ratio suæ voluntatis erit in mente retenta, & iusta præsumitur l. dubium non est. C. de repud.l.humanum.C.de leg.& voluit Franc.Aret.in l.1. in prin. ff. de acquiren. possess. quas & alias rationes benè considerauit,sed sequutus non est, Igne.in sua disputatione, An Rex Franciæ, &c.num.126.& seq.faciuntq; deducta per Rolan. (quæ tamen non sequitur)in cons.12.num. 24.& seqq.lib.3.Mascar.de probat.lib.2.conclus.1175.nu. 1 & seq.Vbi isto casu pro excusatione Iudicis, & Officialis reddit rationem generalem,quia scilicet Officialis aliquid faciens iussu Principis,non spontè, sed necessitate facere præsumitur,argumento eius,quòd voluit glo.in l.1.§.quæ oneranda, in verbo *metu solo*, ff. quar. rer.act.non dat.& vbi iussus Superioris præcedit, ibi necessitas seruilis præsumitur l.liber homo,in princ ff. de hæred. instit. l. at qui natura.§.si libero homini.ff.de negot.g est. Quam rationẽ ante eum consideraueat Gramm. decis.36.nu.83.

27 Non tamen per hoc recedendum est à proposita regula verissima,& magis communiter recepta,& quæ etiam optimè comprobatur ex seqq. ampliationibus.

28 AMPLIA I. & multo magis in iudice,qui de Principis iniusto mandato aliquem suspendere facit, aut plus debito castigat. Tunc enim,quòd ex tali mandato non excusetur à pœna, ex quo obedire non debuit, reprobato Cyn.in loco mox infra, num.30.allegando, in specie scripserunt Marsil.in l.1.num.121.ff.de sicar. Vbi dixit, quòd Superiores facientes mandata magistratibus, vt aliquem mori faciant,tenentur in foro conscientiæ,& pœna illius legis,& similiter eadem pœna tenentur iudices talia iniusta mandata exequentes ex Bar. Bald. Felyn.Rom.& Ang. in locis ibi per eum relatis. Gramma.voto 32.num.2.iuncto num.17.Vbi declarat, doctrinam Cyni esse intelligendam,quando Princeps cum consilio suorum Consiliariorum,& Procerum mandauit, aliquem morti tradendum. Secùs si ex se ipso tale quid iusserit ex Bal.in l. humanum. C.de leg.& Igne.in sua dispur.An Rex Franciæ, &c.num. 126.& seq. Vbi propterea dicit dictum Cyni sibi non videri verum,& ita etiam declarat Carer.in pract.in 3.tracta.de homicid.& assassin.§. sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, num.15.iuncto num. 12.& 13. Vbi quicquid dixerit Cyn. communiter tenetur, quòd iudex isto casu non debet exequi,sed supersedere, & rescribere, vt infra dicam,& numero 16.Vbi, quòd exequendo tenetur. Nec dissentire videtur Neuizz.in Sylua Nupt.libro 6.numero 50.in fin. Boss.in tit. de homicid.nume.98.dum declarat,eandem Cyni doctrinam procedere, quando sumus in dubio,an Principis præceptum sit iustum, nec ne, prout pariter dixi infra, numero 44. Ergo secùs; quando est clarè iniustum. Gig.de crim. læs. maiest.lib.1.tit.qualiter in crim.læs.maiest.proced q.16.num.4.Viui.opin.638. num.2.Vbi Cyni opinionem dixit iniquam. Rolan.cons. 12.num.27.& seq.iuncto num. 80.& seqq. lib. 3. Vbi latè prosequitur,& respondet contrarijs,& ibi pariter concludit,quòd iudex aliter faciens tenetur l.Cornel.de sicar.ex Marsil.in loco præcitato. Clar.in pract. §.fi.quæst.60. sub vers.posset dubitari,ante finem. Vbi etiam ex Carer.in loco præcitato,& Barth.Tag.in pract.crim.cap.10.num.58. dixit magis communiter teneri,isto casu esse supersedendum,& rescribendum. Et quamuis postea dicat,quòd hoc consilium non daret amico suo,ne sibi contingeret id, quòd cõtigit Prætori Varisij teste Boss. in tit. de homicid. num.98. De quo dixi supra, num.28. Non per hoc tamen ego recederem à dicta magis communi opinione, cum credendum sit, neminem tam impium reperiri Principẽ, qui suum Officialem pro bono opere velit morti tradere. Et propterea non obstante Clari consilio, iudicem non debere isto casu exequi iniustum Principis præceptum benè comprobat Viui.vbi supra,nu.6.& seqq.Monticell.reg. crim.6.nu.11.& 13.Vbi relatis contrarijs,dixit cõtrariam opinionem communiter seruari de iure. Flamin. Cartar. de exequut.sentent.cap.fi.nu.327.& seqq.pluribus. Vbi licèt plura hinc inde afferat; hanc tamen tanquam veriorem, & communem amplecti videtur sententiam. Quòd punitur isto casu iudex morti tradens eum, quem de iure tradere non debebat ex Marsil.& Rolan.in locis præcita-
29 tis.Non tamen,inquit ipse,pœna ordinaria,sed extraordinaria,ex quo cessat dolus.

30 Et licèt contrarium, quòd immo Officialis, iudex, seù Potestas,qui iussu Principis aliquem mori facit, vel aliam exequutus est contra aliquem corporalem pœnam,quamuis præceptum sit iniustum;excusetur,Cum teneatur obedire, originaliter per Doctores allegetur Cyn.in l.rescripta,num.11.vers.verum tamen si verum est. C.de prec.Imperat. offeren. Vbi dixit,quòd si Princeps aliquem sine causæ cognitione suspendendum mandauerit,licet peccet. Iudex tamen,qui secundum eius mandatum iudicat,& exequitur, non peccat. Cum Princeps sit lex animata in terris, vt in Auth.de consul.& iudex secundum legem iudicare debeat. Et Cyn. sic dicentem referendo sequuti sunt Abb.in consil.84.num.7. par.1. Vbi, quòd doctrina Cyni communiter approbatur per alios Legistas, ac etiam per modernos Canonistas in c.quæ in Ecclesiarum de constitut.Felyn.in d.c.quæ in Ecclesiarum,nu.60.Gandin.in tit. de pœn.reor.post nu.60.vers.item nec pro occiso iussu Regis. Vbi aliqua iura in argumentum adducit, & mouetur ratione, quia videlicet necessitas officij excusat, l. tutorem, in primo respons.ff.de his quib. vt indign. cum alijs ibi per eum allegatis.Maran.in sua 1.disput.post pract.nu. 6.& nu.33.Vbi de materia.Carer.in pract.in 3.tract.de homicid. & assassin.§ sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius,nu.12.Cagno.in l.velle non creditur, nu.10. ad fin.vers.ad oppositum tamen. Vbi,quòd doctrina Cyni est communiter approbata ex Abb.& Fely.in l.præcitata,& nu.98.ad finem. Vbi propterea infert,quòd non malè egit Dux Galeatius Sfortia,qui suspendi fecit Prætorem Varisij, eo quia non fecerat statim suspendi quendam hominem,quem Dux ipse iusserat ei,vt suspendi faceret. Et hinc etiam inferri potest, excusandum iudicem, qui de Principis mandato hominem morti iniustè tradit dubitans ne sibi contingat id, quòd dicto Prætori contigit, prout videtur de mente Clari in pract. crim.§. fina. ver. solet dubitari, ante finem dicens, quod nunquàm daret amico suo consilium suspendendi, ne d. Prætoris Varisij periculum incurreret, prout eum sic dicentem retuli supra, numero 28.

31 Tu tamen non recedas à proposita ampliatione, quæ vltra quòd,(vt vides)per Doctores magis communiter recepta est, est etiam verior, & inconuincibilis redditur ex subseqq. ampliationibus.

32 AM-

32 AMPLIA II. vt nec excusetur Iudex, sed teneatur, & puniatur, torquendo aliquem indebitè, de Principis, ac Superioris mãdato, vt puta sine inditijs. Gramm. voto 32. nu. 1. & omnibus seqq. Vbi latè sequitur Carer. in prac. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sequitur, ex quibus causis excusetur Mandatarius, nu. 14. & latè etiam relatis, & reprobatis contrarijs, prosequitur Rolan. conf. 12. per totũ, & præsertim nu. 24. & seqq. iuncto nu. 80. & seqq. lib. 3. Viui. opin. 638. nu. 8. Vbi ex Ioan. Anto. de Nigris quem allegat super capitulis Regni, in cap. Subditorum nostrorum, num. 128. & seqq. testatur de communi, veriori, & tutiori sententia, tàm in foro fori, quàm in foro conscientiæ. Flamin. Cartar. de exequut. sentent. cap. fina. nu. 345. Baiard. ad Clar. in addit. q. 64. nu. 29. vbi etiam testatur de communi opinione, ex Ioann. Anto. de Nigr. in loc. præcitato: Subdit tamen, quòd quicquid sit de iure, in practica contrarium seruatur, quia semper Principi Iudices obediunt, siue adsint inditia, siue non: Verum hæc practica, quatenus vera non excusabit Iudices in foro conscientiæ, & à peccato, quòd propterea Iudices prædictos sine inditijs, homines torquentes, incurrere affirmarunt Doctores allegati per Baiardum, vbi supra, & dixi latius in tit. de indit. & tort. q. 37. nu. 74. & seqq. vbi vide.

33 AMPLIA III. Quòd si Iudex viderit Principis, & Superioris præceptum iniustum, vt supra, continens præsertim aliquam exequutionem pœnæ corporalis, ac mortis, non debet exequi, sed consulere, rescribere, & expectare aliam iussionem. Nunquàm enim de morte hominis cunctatio sera est, & probat text. in cap. si quando, de rescript. Vbi eam reddit rationem, quia quandoque Princeps malè informatus rescribit, & ibi Felyn. in verbo *supersederi*, num. 2 & 3. pluribus hac exornat conclusionem, text. in Auth. de mand. Princip. §. si quis autem, & ibi glo. in verbo *nuncians* exclamat contra Prælatos, qui tantum timent litteras Papæ, vt non audeant in contrarium replicare, & reclamare, & ibi alia adducit concordantia iura, tex. in Auth. vt Nulli Iud. §. & hoc verò iubemus, ver. si verò huiusmodi, & ibi gloss. in verbo *iussio*, & per ista iura, hanc conclusionem firmarunt Paris de Put. in tractat. sindic. in verbo *tortus*, cap. 3. incip. Mandauit Rex, num. 2. fol. mihi 240. & in rubr. de excess. consiliar. cap. 1. incip. excedunt consiliarij, num. 11. fol. mihi 90. colum. 1 Archid. in cap. rescripta, num. 2. in fine, versic. si autem non contineatur 25 quæst. 2. & ibi etiam Bellam. numero 2. ad med. eod. vers. si autem non contineatur, Bal. in cap. cum adeo, num. 11. vers. si autem non est dicta clausula, de rescript. Card. Zabar. in d. cap. si quando, num 3. in fine, versic. circa hæc. Vbi dicit se ita alias consuluisse in casu, in quo Vrbanus Papa VI. sub grauissimis pœnis præceperat Episcopo Florentino, vt publicaret quosdam processus per ipsum Papam factos contra Carolum Regem Hierusalem, & Siciliæ; Et cum ex tali publicatione, timeretur de scandalo, consuluit in quam esse rescribendum, & expectandum secundam iussionem. Felyn. in cap. consanguinei, num. 7. ff. de re iudic. Dec. in cap. si quando, num. 3. & num. 5. de rescript. & num. 13. Vbi amplius d. num. 5. expressè dicit, quòd non solùm potest Iudex isto casu supersedere, & rescribere; sed etiam debet, quando est certus, de iniustitia præcepti, & agitur præsertim de duriori, & irreparabili pœna. (Quamuis ibidem Abb. per eum relatus, hoc esse in Iudicis facultate, parere scilicet, vel supersedere, & rescribere sentire videatur.) Igne. in sua disputatione 5. nu. 125. in fine, & seqq. Gramma. voto 32. num. 15. Maran. in sua disputatione 1. post practicam, num. 19. & num. 33. ad med. versic. fallit quando: Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. §. sequitur, ex quibus causis excusetur Mandatarius, num. 13. Vbi quod ita communiter concluditur Iacob. Nouell. reg. 47. in 3. fallen. Boss. in tit. de homicid. num. 96. 97. & seqq. Neuizza. in Sylua, lib. 6. num. 48. & seqq. Vbi pluribus hanc probat conclusionem, & iuribus, & rationibus, ac etiam Doctorum authoritatibus. Viui. opin. 638. num. 1. in fine. Vbi etiam de communi, ex Carer. in loco præcitato, & nu. 8. Vbi etiam hanc opinionem vocat sacro sanctam. Gig. de crim. læs. maiest. libro 1. tit. qualiter in crim læs. maiest. proced. quæst. 16. numero 4. & numero 11. Monticell. reg. crim. 6. nu. 13. Vbi quod ita communiter seruatur Clar. in pract. §. fi. q. 60. sub vers. solet dubitari, ante finem. Vbi ex Carer. in loco præcitato, & ex Barthol. Thæg. in pract. crim. c. 10. nu. 38. testatur de magis communi opinione. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 10. nu. 21. & 22. in fine, par. 1. & par. 2. lib. 3. c. 25. nu. 8. in fine. Flamin. Cartar. de exequut. sentent. c. fi. num. 327. & pluribus seqq. Vbi licèt plura hinc inde adducat: Hanc tamen vt veriorem, & magis communem amplecti videtur sententiam, eamque pluribus Doctorum authoritatibus vltra præcitatos benè comprobat. Et licèt Pacius Scal. in tract. de consil. sapien. lib. 4. c. 25. post med. vers. si verò litteræ, dixerit, quòd potius Iudici est honestum, quàm necessarium Principi rescribere, cum potius ad ipsam partem, cuius interest, quàm ad Iudicem reclamatio spectet. Ego tamen credo, vt ipse Iudex excusetur, non solùm honestum, sed etiam ipsi necessarium esse Principi rescribere, & supersedere per supra allegata.

34 AMPLIA IV. vt pariter in casu, in quo Princeps, ac Superior aliquod iniustum præcipit, debeat Iudex non statim exequi, sed expectare per dies 30. tex. in l. si vindicari. C. de pœn. Vbi loquitur Imperator, quando contra suam solitam æquitatem, & consuetudinem iubet, aliquem seueriùs castigari, ex facti, seu causæ qualitate. Et sic (ni fallor) non loquitur de iniusto, de rigoroso, seu seuero præcepto, cum sic requirat delicti atrocitas. Ergo multo magis debet Iudex supersedere, quando præceptum est iniustum. Qui tex. videtur canonizatus in c. cum apud. 11. q. 3. per quæ iura hanc conclusionem firmarunt Paris. de Put. de sindic. rubr. de excess. consiliar. cap. 1. incip. excedunt consiliarij, num. 11. in fin. fol. mihi 90. colum. 1. vbi dicit de diebus 20. post Ang. quem allegat in Auth. de manda. Princip. vers. in alijs verò citò per illum tex. Cæpol. caut. 2. sub num. 5. Dec. in cap. si quando, num. 5. & ibi Siluest. Aldobran. in addit. littera B, de rescript. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, num. 52. ff. de quæst. Gramma. voto 32. nu. 13. & seq. Boss. in titu. de homicid. num. 97. Rolan. consil. 12. nu. 82. lib. 3. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 10. num. 22. par. 1. Viui. qui pluribus benè comprobat hanc conclusionem in commu. opin. 638. num. 1. & seqq. vbi num. 8. hanc non solum dicit communem sententiam, sed etiam sacrosanctam.

35 AMPLIA V. vt iudex pro suæ conscientiæ exoneratione, debeat potius officio suo renunciare, quàm Principis, & Superioris iniustum præceptum exequi, secundum Felyn. in c. consanguinei, num. 8. de re iudic. Marsil. in l. 1. num. 123. ff. de sicar. & in l. 1. §. si quis vltro, num. 51. in fin. ff. de quæst. Neuizza. in Sylua nupt. lib. 6. num. 50. in fin. adducens inter alia tex. in c. nemo peritorum. 11. q. 3. quo cauetur melius esse pro veritate pati supplicium, quã pro adulatione beneficium. Boss. in d. tit. de homicid. num. 96. in fin. vers. addendo etiam. Rolan. consil. 12. num. 83. & num. 86. in fine lib. 3. Card. Alban. cons. 13. num. 9. Viui. opin. 638. nu. 11. Flam. Cartar. de exequut. sentent. cap. fin. nu. 366. iuncto num 373. & 375. vbi testatur de communi ex Imol. in cap. pastoralis. §. quia verò. de offic. deleg. ac etiam ex Ficcard. D. Thom. & Siluestr. in locis per eum relatis, addens insuper, quòd nec renunciando officium videtur tutus iudex, & à reatu immunis, cum sciat ex hac renunciatione facilè sequi posse mortem innocentis, medio alterius iudicis, aut exequutoris, & quòd propterea, vt ipsi innocenti subueniat debet stare in officio, & iniusta non exequi ex Caiet. Domin. Soto, & Couarru. in locis ibi per eum citatis.

36 AMPLIA VI. vt tantominus iudex, seu alius debet exequi Principis, aut alterius Superioris iniustum præceptum, quando illud exequendo, timeretur de vniuersali futuro scandalo, facit tex. in c. cum teneamur de præben. in fin. dum dicitur, Aut si non potest ei sine scandalo prouideri, æquanimiter sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum. Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 64. de constit. post Innoc. & Abb. in locis ibi per eum relatis. Dec. in c. si quando, nu. 14. de rescrip. & ibi Siluest.

Silueft. Aldobrand. in addit. litera G. Vbi, quòd hæc conclusio fuit valde disputata in defensione Hieronymi Sauonarolę Ferrariensis. Card. Zabar. in d. c. si quando nu. 30. in fin. vers. quæro circa hæc. Vbi testatur se aliàs consuluisse differendum esse Vrbani VI. iussionem factam Episcopo Florentino, vt certos publicaret processus contra Carolum Regem Hierusalem, & Siciliæ, eidemq; Vrbano rescribendum, & expectandam secundam iussionem, non obstantibus grauissimis pœnis comminatis in prima iussione, contra non parentes propter scandalum magnum, de quo in populo Florentino dubitabatur si talis fieret publicatio. Felyn. ibidem in verbo *supersederi*, num. 2. & 3. Vbi pluribus hanc exornat conclusionem, & ampliat etiã, quòd Papa exequutionem committeret, cum clausula, Non obstante scandalo. Iacob. de Graff. in suis decis. cas. conscient. part. 2. lib. 3. capit. 25. num. 8.

37 AMPLIA VII. vt nec iudex teneatur exequi iniustum Principis præceptum, etiam quòd iurauerit illi obedire: Tale enim iuramentum intelligitur de licitis, & honestis, non autem de iniustis, & illicitis. Paris. de Put. de sindic. rubr. de excess. consiliar. cap. 1. incip. excedunt consiliarij, num. 5. fol. mihi 89 colum. 4. ex glo. quam allegat in c. 1. de iur. iur. in 6. Marsil. in l. 1. nu. 123. vers. nec obstat iuramentum.

38 AMPLIA VIII. vt Principis præcepto iniusto non sit parendnm, sed supersedendum, etiam quòd Princeps dicat, *districtè præcipiendo mandamus*. Dec. in c. si quando, nu. 11. de rescript. post Bald. & Abb. in locis ibi per eũ relatis.

39 AMPLIA IX. vt Principis præcepto iniusto parendum non sit, sed supersedendum, & rescribendum, etiam quòd Princeps rescribat cum clausula, *Ex certa scientia*. Dec. in cap. si quando. nu. 12. de rescript.

40 AMPLIA X. vt iudex non debeat exequi præceptũ iniustum Papæ, sed rescribere, &c. etiam quòd Papa mandet exequi sub pœna excommunicationis. Maran. in sua 1. disput. num. 19. post Abb. quem allegat in c. si quando de rescript. Card. Zabar. in c. si quando, nu. 3. in fine, vers. quęro circa hæc. Vbi generaliter loquitur etiam, quòd Papa præcipiat sub grauissimis pœnis. Felyn. ibidem, num. 2. vers. per istum tex. Vbi ampliat etiam, quòd Papa mandet sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ex Anchar. quem allegat in consil. 285. incipiente prædicta subtiliter, &c.

41 AMPLIA XI. vt iudex, qui ex forma Statuti tenetur sententiare ex consilio Sapientis, ad huc non teneatur illud sequi, si illud iniustum cognouerit, & si sequatur, non excusatur, & adhuc facit litem suam, Marsil. in l. 1. in fin. n. 124. ff. ad l. Cornel. de sicar. vbi alios plures refert concordantes. Verum ad hæc vide omninò Pacium Scal. in tract. de consilio Sapientis lib. 4. cap. 26. & 27. vbi plures distinguit casus, quando scilicet, iudex pronunciando de consilio Sapientis iniusto excusetur, vel potius teneatur, & faciat litem suam.

42 Et ibidem cap. 25. vbi in specie, an teneatur obtemperare suo Superiori, & Præsidi iubenti, vt pronunciet sine consilio Sapientis, cum tamen non nisi cum tali consilio vigore Statuti pronunciare deberet.

43 AMPLIA XII. vt eo minus Iudex excusetur exequendo Principis præceptum iniustum, quando in rescripto non exprese dicitur, quòd faciat sine causæ cognitione, Nam omne Principis mandatum, vt aliquid fiat, semper intelligitur, vt fiat causa cognita, & seruatis seruandis, secundum Bal. in cap. 2. colum. fina. extr. de rescript. quem, & alios idem dicentes in proposito adduxit Marsil. sing. 328. Multi sunt Iudices, vbi benè exornant.

44 LIMITA I. huius secundi casus præpositam regulam procedere, quando Principis, & Superioris præceptũ est aperte iniustnm, Tunc enim Iudex obedire non tenetur, & obediendo non excusatur, secus autem si sit dubium, an illud sit iustum, vel iniustum, quia tunc Iudex, & quilibet alter inferior tenetur obedire, & exequi, ex quo in dubio præceptum pręsumitur iustum, & ex iusta causa factum tex. in cap. quid culpatur, in fine 23. q. 1. gloss. in c. 2. in verbo *morte*, ad finem, de maior. & obedien. Cyn. in l. rescripta, num. 11. C. de precib. Imper. offeren. Vbi amplius, quòd hæc præsumptio non admittit probationem in contrarium. Abb. consil. 84. nu. 7. par. 1. Vbi quòd in hoc doctrina Cyni in loco præcitato communiter approbatur per alios Legistas, & Canonistas. Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum, num. 60. de constit. Dec. in cap. si quando, num. 5. ad med. vers. sed responderi potest, de rescript. Sũma Syluestrin. in verbo *Iudex*. il 2. q. 6. in fine, vers. sed ista debent intelligi. Boss. in tit. de homicid. num. 98. Vbi etiam ponit aliqua ad declarationem huius conclusionis Cæpha. cõsil. 110. num. 31. & seq. lib. 1. Vbi quod hoc omnes fatentur. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 10. num. 24. par. 1.

45 LIMITA II. vt excusetur Iudex, exequendo Principis mandatum iniustum, quando nisi exequeretur, imminet eius vitæ periculum, quia puta, Princeps illi mortem minetur. Monticell. reg. crim. 6. num. 13. vers. quod verũ est, post Bal. Salyc. & Floria. in locis ibi per eũ relatis. & faciunt quæ de priuato dixi supra hac eadem. q. nu. 11.

46 LIMITA III. Quando Princeps mandat, exequi *non obstantibus iurium, & canonum dispositionibus*, volentium Principũ mãdata in certis casib. non valere tunc, quia certa est mens Principis, quòd vult exequi etiam, quòd præceptum sit iniustum, & inualidum; omnino obediendum est, etiam quòd agatur de graui præiudicio tertij, nec differendum, aut expectanda secunda iussio. Archid. in cap. rescripta, num. 2. vers. aut expressum 25. q. 2. Bellam. ibidem, colum. 1. eodem vers. aut expressum.

47 Verũ pro declaratione præsentis limitationis, vide Bal. in c. cum adeo, nu. 11. vers. ego puto, extra de rescript. vbi loquitur in casibus, in quibus Papa non est solitus talia præcipere, dicitq; quòd etiã, quòd in rescripto adsit clausula, *non obstantibus, &c.* sit expectanda secunda iussio, quia adhuc præsumitur Princeps fecisse ad inportunitatem, nisi appareat quòd fecerit motu proprio, vt puta, quia pars erat absens, & ignorans rescripti Principis, & hoc ipsum in suis literis specificauit, quia tunc ijs omnibus concurrentibus obediendum est, & non differendum alias secus, c. si motu proprio, de præb. in 6. cũ alijs ibi per eum alleg. de quo tamen vltimò, vide quæ dixi in seq. limitatione.

48 LIMITA IV. quando Princeps aliquid præciperet cũ clausula *Motu proprio*, Tunc enim quia talis clausula habet vim secundæ iussionis. Idcirco omnino obediendum esse, quamuis iniusta præcipiantur, voluit Bald. in cap. cum adeo num. 11. vers. ego puto, de rescript. Vbi tamen vltra clausulam, *Motu proprio &c.* videtur etiam requirere clausulã, *non obstantibus*. ac etiam quòd re vera appareat, Principem fuisse motum motu proprio, & non ad partis importunitatem, vt puta, si ipsa pars erat absens, & ignorans rescripti Principis, prout dixi in antecedenti limitatione, sed simpliciter propositam limitationem firmarunt Bal. in l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offeren. Roma. in l. si vero. §. de viro, in 31. fallen. ff. solut. matrim. Alex. in l. 1. in prin. ff. quod quisq; iur. Dec. in cap. si quando, nu. 9. & 10. de rescrip. Gig. de crim. læs. maie. lib. 1. tit. qualiter in crim.

49 læs. maiest. proced. q. 16. nu. 15. & seq. Et quamuis contrarium videatur de mente Felyn. in d. c. si qn, nu. 3. vers. subdit elegantes, &c. ext. de rescrip. Durum tamen esset in practica à præcedenti limitatione recedere, nisi cum maximo periculo indignationis ipsius Principis.

50 LIMITA V. Quando Princeps certioratus à Iudice nolente à principio suum pręceptum exequi adhuc secundo loco insserit omnino exequi, Tunc enim omnino etiã obediendum est, quia certum est, quòd Princeps ita *vult*, & eius mandato, quamuis duro, & iniusto, parendum est, quando clarè constat Principem velle, vt illud exequatur omnino siue iustum, siue iniustum. Felyn. in cap. consanguinei, num. 8. versic. & si Princeps consultus de re iudic. post Bart. Butr. & Imol. in locis per eum relatis. Dec. in cap. si quando, num. 8. in fine, & seq. de rescript. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, num. 51. vers. & si Princeps. ff. de quæst. Boss. d. tit. de homicid. num. 96. 97. in fine, & 99. post Ang. & Alex. quos allegat in l. à Diuo Pio. ff. de re iudic. dicitque quòd tunc obediendo non peccat, si quantum potuit, resistentiam fecit. Viui. opin. 638. num. 13. Vbi testatur de communi opinione.

51 Sed forsan tutius est isto casu iterum replicare, & expectare tertiam iussionem, quando agitur de damno irreparabili, prout Card. Columnæ, tunc Neapoli pro Regi iubenti, quendam nobilem, sine inditijs indebitè torqueri, replicauit Gramm. voto 32. nu. 18. in fine. Et quòd non obstante secunda iussione adhuc Principi iniusta mandanti obediendum non sit, videtur de mente Neuizz. in Sylua nup. lib. 6. num. 50. ad finem.

ARGVMENTVM.

Iudici, seù Officiali asserenti se aliquid fecisse iussu, & mandato Principis, seù Superioris an, & quando credatur.

SVMMARIVM.

Regula sit, quòd iudici, seù officiali asserenti se aliquid fecisse de mandato Principis non creditur, nisi aliter mandatum probet, num. 52. Quamuis alij contra, num. 53.

Amplia j. vt tale mandatum debeat etiam probari per scripturam, num. 54.

Amplia ij. etiam quòd iudex, seù officialis sit persona clarissima, & in dignitate constituta, nu. 55. Contra, num. 56. Distingue, vt num. 57. & 58.

Amplia iij. multo magis, quando agitur de praeiudicio tertij, num. 59. Declara ampliationem, dummodò agatur directè de dicto praeiuditio, secùs si indirectè, num. 60.

Limita j. quando iudices, seù officiales, seù asserentes mandatum Principis, essent plures, num. 61.

Limita ij. quando Princeps est praesens, nu. 62.

Sublimita limitationem, quando agitur de praeiudicio alicuius: Nam tunc nec etiam creditur assertioni iudicis super mandato Principis, etiam quòd sit praesens, nu. 63. Contra, nu. 64.

Limita iij. quando in loco est consuetudo, vt tali assertioni credatur, prout est in Vrbe, nu. 65.

Limita iiij. quando assertio continet id, quòd solitum est committi, & quòd pertinet ad officium asserentis, nu. 58.

Sublimita generaliter omnes praecedentes limitationes, dummodò iudex testetur de praedicto mandato tẽpore actus gesti. Secus si post.

QVÆST. XCVII. CASVS II. INSPECTIO II.

52 REGVLA sit, quòd Iudici, seù Officiali asserenti se aliquid facere de mandato Principis non creditur, nisi aliter, quàm ex sua assertione doceat de mandato. Adducitur ad id tex. in l. 1. C. de mand. Princip. qui licèt videatur loqui in iurisdictione alicui concessa, quam propterea ex officialis assertione non probari, nisi aliter de ea constet, in ea lege caueatur; Generaliter tamen ad omne Principis mandatum per Doctores inducitur, & ibidem hoc adnotarunt in specie Butrig. in prima oppos. Bellapert. in vers. dicendum, &c. & Dec. in rubr. num. 1. & in eadem l. 1. num. 6. Iacob. Port. Imolen. cons. 94. num. 5. Vbi generaliter dixit, quòd non creditur officiali, qui delictum, aut aliquod iniustum fecit, asserenti ad sui excusationem, id fecisse de mãdato Superioris ex Parid. de Put. Bar. & Ang. in locis ibi per eum relatis decis. Pedem. 71. num. 5. & 12. vers. tertio dato. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 1. quæst. 76. nu. 4. & seqq.

53 Quamuis contrarium, quòd immo credatur ratione officij scripserit Grammat. consil. 13. num. 13. & seq. allegat Roman. in d. cons. 59. qui tamen loquitur in officiali Illustri, seù clarissimo, vel quando consuetudo dat fidem illius assertioni, de quibus infra dicetur.

54 AMPLIA, I. propositam regulam, quia tale Principis mandatum videtur probandum esse per scripturam, arg. tex. in d. l. 1. C. de mãda. Princip. Ibi, *Nisi, quòd in scriptis probauerit*, & rursus paulò infra. ibi, *sed sacras nostras litteras esse quaerendas*. Et ibi hoc adnotarunt glo. in verbo *scriptis*, & communiter omnes. Facit etiàm tex. in §. si quis autem, in Authen. de mand. Princip. Quæ iura licèt (ni fallor) loquantur non in mandato particulari alicuius rei, sed iurisdictioni delegatæ. Idem tamen iuris ex rationis identitate vtroq; casu esse videtur, prout generaliter plerique ex infra allegatis Doctoribus intellexerunt Ias. in l. ex quacunq; nu. 5. ff. si quis in ius vocat. non ier. Ang. consil. 183. incip. mandatum Principis, num. 1. Rom. consil. 59. num. 6. versic. in quo videtur primo dicendum. Gramm. cons. 14. num. 17. & decis. 37. num. 25.

55 AMPLIA II. vt nec credatur Officiali testanti de Principis mandato, etiam quòd is in dignitate constitutus sit, arg. tex. in l. 1. C. de mand. Princip. in ijs verbis; *Nec illius dignitate teneri*, & quæ sequuntur, & ibi, *Notaturquè*, Salycet. in summario. *Ias.* in repet. l. admonendi, num. 189. versic. contrarium in terminis. ff. de iureiuran.

56 Contra, quòd immo credatur alicui Illustri, seù Clarissimo viro asserenti commissionem sibi factam à Principe, facit tex. in c. nobilissimus, distinct. 97. Ang. consil. 182. incip. Mandatum Principis, num. 1. vers. in contrariũ facit. Rom. cons. 59. num. 6. vers. 1. quia. Ias. in repet. l. admonendi. nu. 186. in princ. ff. de iureiuran. *Iacob.* Port. Imol. consil. 95. num. 1. & seqq. vbi loquitur in Officiali magnæ authoritatis, & dignitatis, asserente ad sui excusationem de mandato Superioris fecisse certam additionẽ quibusdam litteris, saluiconductus, post subscriptionem, & appositionem sigilli eiusdem Superioris. decis. Pedemont. 71. num. 5. versic. & istud præsertim.

57 Distingue, quòd creditur, quando non agitur de alicuius præiudicio, secus si de alterius præiudicio agatur. Alber. in d. l. 1. num. 2. ad finem colum. 2. ad med. C. de mãd. Princip. post Archid. quem allegat in cap. nobilissimus, distinct. 97. *Ias.* in repet. l. admonendi, num. 189. vers. veritas est. ff. de iureiur. Vbi alij referuntur concordantes. Angel. in consil. 189. incip. Mandatum Principis, num. 1. versic. finaliter credò, decis. Pedemon. 71. num. 5. iuncto num. 12. vers. nec obstat. Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 48. & seqq. vbi loquitur in Gubernatore Vrbis, facit quòd in simili de Cardinali, dixi in tract. de Testibus, quæst. 63. nu. 65. & faciunt quæ dixi infra in seq. ampliat. num. 59.

58 *Item* distingue, vt credatur, quando assertio continet id, quod solitum est committi, & quòd pertinet ad officium asserentis, aliter secus, *Iacob.* Port. consil. 96. num. 1. & sequentibus, vbi benè comprobat, & exemplificat hanc distinctionem.

59 AMPLIA *III.* vt multo magis nõ credatur Officiali asserenti Principis mandatum, quando agitur de alicuius præiudicio, licèt benè credatur, quando de nullius præiudicio agitur, secundum Archid. in cap. nobilissimus, distinct. 97. prout illum refert Alber. in l. 1. num. 2. ad fin. colum. 2. ad med. C. de mand. Princip. *Ias.* in repet. l. admonendi, num. 189. versic. veritas est. ff. de iureiurand. Angel. consil. 182. incip. mandatum Principis, num. 1. vers. finaliter credo. Gramm. decis. 36. num. 26. post Alex. & Dec. in locis ibi per eum relatis. Decis. Pedemont. 71. nu. 12. vers. nec obstat. Brunor. à Sole in suo cons. crimin. num. 45. & num. 48. & seqq. Vbi loquitur in casu, in quo *Iudex* asserit se de mandato Principis torturam dedisse ex processu informatiuo, & denegatis defensionibus. Et procedit hæc ampliatio, etiam quòd Officialis esset persona Clarissima, vt dixi supra num. 57.

60 LIMITA hanc iij. Ampliationem procedere, dummodo agatur directè de præiudicio illius, qui se opponit. Tunc enim non creditur assertioni Iudicis, seu Officialis de mandato Principis, & Superioris, secus si agatur de eo, quod principaliter non tendit in alterius præiudicium, prout est dispensatio, in qua non tractari de præiudicio alieno principaliter exemplificant Doctores supracitati in primo versic. ita Dec. in l. 1. num. 21. C. de mandat. Princip. & ante eum Angel. in consil. 182. mandatum Principis, num. 1. vers. finaliter credo.

61 LIMITA I. propositam regulam non procedere, quãdo Iudices, seu Officiales asserẽtes mã datũ Principis, &

& Superioris, essent plures, quia tunc indistinctè eis creditur. Gramm. cons. 54. num. 16. in fine, & decis. 36. nu. 28.

62 LIMITA II. quando Princeps est præsens, quia tūc cum facilè fit parti, Principem adire, ac se certificare, an Officialis assertio sit vera: Non est præsumendum, quòd is sciens facilè posse se de mendacio redargui, velit mendacium dicere, allegatur ad id per Doctores originaliter Spec. in tit. de probat. §. videndum, colum. 1. num. 3. vers. quid de Auditoribus. Pomat. & Paris. in addit. ad Bart. in d. l. 1. C. de mandat. Princ. vbi alij plures referuntur concordantes. Alber. in d. l. 1. num. 1. colum. 1. vers. vel dic. Ias. in repetit. l. admonendi, num. 18. vers. limita etiam. ff. de iureiur. vbi alij referuntur concordantes, & in l. ex quacunq; num. 5. ff. si quis in ius vocan. non ier. Gramm. cons. 54. num. 17. vers. hoc enim limitatur, & decis. 36. num. 27. Vbi dicit, se ita alias in facti contingentia obtinuisse. Iacob. Port. Imolen. cons. 95. num. 3. & seqq. vbi loquitur in Officiali asserente mandatum Principis ad sui excusationem. Decis. Pedemont. 71. num. 5. vers. quia cum Dux. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 104. par. 1. per totam. Vbi hāc conclusionem consuetudine comprobatam demonstrat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 76. num. 11. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 140. num. 16. vers. quòd etiam procedit, facit ꝙ in simili de Cardinali, dixi in tit. de oppos. con person. test. q. 63. num. 67.

63 SVBLIMITA hanc secundam limitationem non procedere, quando agitur de præiudicio alicuius. Nam tunc iudici, & Officiali non creditur de mandato Principis, etiam quòd idem Princeps sit præsens, decis. Pedemō. 71. num. 12. vers. nec obstat ex Ang. Ias. Dec. & alijs in locis ibi per eum relatis. (Qui tamen ni fallor, etsi eorum dicta benè perlegi, non loquuntur, quando Princeps est præsens.) Brunor. à Sole in suo cons. crim. num. 48. & seqq. Vbi consulens in causa propria nititur probare non credi Gubernatori Vrbis asserenti se de mandato Papæ præsentis torturam dedisse ex processu informatiuo, & denegatis defensionibus, vtiturque hoc præcipuè fundamento, quia vbi agitur de præiudicio tertij, nec etiam Papæ assertioni creditur. Ergo multo minus debet credi alteri asserenti eiusdem Papæ præsentis mandatum.

64 Contra, quòd immo credatur, quando Princeps est præsens etiam, quòd agatur de præiudicio tertij, voluerunt Ias. in l. ex quacunq;, num. 5. vers. istud est verum. ff. si quis in ius voc. non ier. qui licèt loquatur de mandato Principis irrationabili, loquitur Gramm. con. 54. num. 17. qui consuluit in casu cuiusdam Officialis, qui de asserto mandato Regentis parte non concordata fecerat compositionem, concluditq; tali assertioni esse standum, licèt tractaretur de præiudicio partis concordatæ. Et ita tūc in eo casu obtinuisse testatur idem Gramm. decis. 36. num. 26. & seq. vbi magis in specie loquitur de præiuditio tertij. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 196. num. 26. Vbi loquitur etiā, quòd agatur de maximo præiudicio ex Grām. in loco præcitato, & faciunt pro hac contraria opinione, quæ in simili de assertione Cardinalis dixi in tract. de testibus, quæst. 63. num. 62.

65 LIMITA III. quando in loco est consuetudo, vt Iudices, & Officiales attestentur de mandato Principis, ac Superioris. Et quòd eis credatur. Talis enim consuetudo valida est Rom. cons. 59. num. 6. vers. secundo quia, Iacob. Porr. Imolen. cons. 95. num. 4. vers. & tanto magis, & cons. 96. num. 1. & seqq. vbi idem, quando assertio cōtinet ea, quæ solita sunt per Principem committi, & mandari illi Iudici, seu Officiali sic asserenti, ac quæ ad illius officium pertinent, secùs si aliter, &c. & ibi pluribus hanc probat declarationem. Et hinc apud nos inoleuit consuetudo, quòd Gubernator Vrbis, & A. C. in expeditionibus causarum, quas conferunt cum Sanctissimo, vt plurimum in decretis solēt apponere clausulam, *Facto verbo cum Sanctissimo*, vel *De mandato Sanctissimi*, & eis creditur, prout pariter creditur eorum Locumtenentibus, & iudicib. aliquid facere asserentibus *de mandato Gubernatoris, vel A. C.* vel etiam si dixerint. *De mandato Sanctissimi, prout retulit Gubernator, vel A. C. vel etiam Fiscalis*. His inquā, & similibus casibus in ijs, quę spectant ad eorum officium in Vrbe Iudicibus, & Officialibus omninò credendum esse, in Vrbe est notoria consuetudo.

66 SVBLIMITA generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi credi Iudicibus, & Officialibus testantibus de mandato Principis; & Superioris, vt procedant, quando sic testantur tempore actus gesti, secùs si post, secundum Iacob. Port. Imolen. cons. 95. num. 4. versic. non obstat, si diceretur, & est verissima declaratio.

ARGVMENTVM.

De Iudice exequutore exequuente iniustam sententiam alterius iudicis; Quando excusetur, Quandouè illam exequi teneatur.

SVMMARIVM.



Iudex exequutor regulariter etiam iniustam sententiam exequi debet, nec potest, cognoscere de iniustitia dictæ sententiæ, nu. 67. Quamuis contrarium tenuerint aliqui relati, num. 68.

Amplia, vt nec possit iudex exequutor aduersus sententiam, quam exequi debet, admittere exceptiones fraudis, seu falsitatis, prout nec etiam potest cognoscere, quòd talis sententia fuerit lata ex falsis testibus, seu instrumentis, num. 69.

Limita j. vt regula procedat in Iudice inferiore, num. 70. Secùs in Superiore, num. 71.

Limita ij. vt Iudex ordinarius non teneatur exequi sententiam iniustam iudicis delegati, nu. 72.

Limita iij. vt eadem regula procedat in ciuilibus, secùs in criminalibus, præsertim, quando exequutio affert damnum irreparabile, num. 73.

Limita iiij. quia potest iudex exequutor ad sui instructionem aliquas recipere probationes, ex quibus si videat sententiam iniustam mandat supersederi, & causam ad Superiorem remitti, num. 74. Declara, vt num. 75.

Limita v. quando apponitur de nullitate sententiæ, vtputa, lata à iudice incompetente. Tunc enim si eam nullam cognouerit pariter supersedebit, & causam ad Superiorem remittet, nu. 76.

Limita vi. quando sententia esset notoriè iniusta, aut notoriè nulla, num. 77.

Limita vij. in exceptionibus, quæ opponuntur aduersus exequutionem, num. 78.

Limita viij. quia adhuc in executione citanda est pars, num. 79.

Limita ix. in mixto exequutore, num. 80.

Exequutor quis dicatur merus, & quis mixtus, num. 80.

QVÆST. LXXXXVII. CASVS III.

67 

REGVLA sit in hoc tertio casu, ꝙ exequutor iudex etiam quòd videat sententiam iniustā, & exequendo etiam faciat contra propriam conscientiam. non tñ per hoc dictā exequutionē retardare debet, cum nullā habeat cognitionem, & excusatur c. præterea, & c. pastoralis. §. qm verò, & ibi oēs Scribentes de Offic. deleg. Oldrad. cons. 89. nu. 1. Henric. Boic. in c. de cætero. nu. 2. vers. si autem dicatur iniusta, extra de re iud. & ibi etiam Bellam. nu. 10. in fi. Abb. in c. de cætero, num. 4. in fin. vers. adde tñ de re iud. Ias. in §. si minus, nu. 16. insti. de actio. Dec. in c. si quando, nu. 6. de rescript. Maran. in sua prima disputat. post practicam, nu 4. 5. 8. & 12. Vbi in id ponderat, & inducit tex. in c. studuisti de Off. deleg. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læs. maiest. proced. q. 16. nu. 13. Boss. in tit. de foro comp. nu. 87. vers. Imola verò concludit, & nu. 88. in prin. Vbi propterea in causa brachij secularis, tūc transmittit ad Senatū, in cā ciuili, vigore trium sentētiarū in Vrbe latarū, Senatus aliud nō pōt facere, q̄ exeq. Rol. cōs. 12. n. 82. lib. 3. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. c. 10. n. 23. par. 1. Ex quibus, iunctis alijs allegatis infra nu. 87. apparet hanc regulam esse communiter receptam.

68 Quamuis contrarium, quòd immò Iudex exequutor videns sententiam iniustam, illam exequi non debeat, videatur de mente Fely. in cap. consanguinei, num. 8. de re iudic. post. Ang. & Imol. quos allegat in l. à Diuo Pio ff. eod. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, num. 51. ff. de quæst. & de Iudice sæculari exequente Iudicis Ecclesiastici iniustam sententiam, alios idem tenentes allegaui infra, num. 88.

69 AMPLIA regulã, & quidem illatiuè, vt nec exequutor Iudex possit admittere aduersus sententiã, cuius exequutio sibi cõmissa est, exceptiones fraudis, seu falsitatis, prout nec etiã pōt cognoscere, q sententia lata fuerit ex falsis testibus, seu instrumentis. & Quid si sententia fuerit lata non à Iudice committēte, sed ab alio, & de materia, vide text. & ibi Innoc. & post eum omnes Scribentes, in cap. de cætero, extr. de re iudic. & præsertim Ioan. Andr. num. 6. vbi tamen quod potest exequutor cognoscere de fraude commissa, vel circa commissionem factam ipsi exequutori, vel circa commissionem, quòd & idem ibidem voluerunt Bellam. num. 3. vers. secus si circa commissionem, & num. 16. ante finem. Anto. de Butr. num. 3. colum. 2. versic. vltimo residet hic Innoc.

70 LIMITA I. huius iij. casus regulam, vt procedat in Iudice inferiore, qui tenetur exequi sententiam Iudicis superioris, nec vllo pacto potest cognoscere de iniustitia sententiæ, Innoc. in cap. 1. num. 2. vers. item si nosceret Rex, de offic. Ordinar. Vbi ita in inferiore Magistratu intelligit tex. in cap. pastoralis. §. penult. de offic. Deleg. & Innoc. sic dicentem referendo sequuti sunt in eodem cap. 1. Ioann. And. num. 10. Hostien. num. 12. Bald. nu. 16. Bellam. num. 4. in 4. oppos. vers. sed illi soluunt. Ant. de Butr. num. 24. colum. 3. in fine, vers. per prædicta. Imol. nu. 16. Zabar. col. 3. in fine, versic. oppone ad hoc, Anchar. num. 6. vers. non obstat, Anan. num. 4. & Guid. Pap. num. 9. in fine. Henric. Boic. in cap. de cætero, num. 4. de senten. & re iudic. & ibi etiam Bellam. num. 12. Contar. in l. 1. C. si de moment. possess. in 7. limit. num. 36. Nauarr. in cap. cum contingat, remed. 1. num. 7. versic. secundo respondeo, de rescript.

71 Vnde secus in Iudice superiore, qui inferioris Iudicis sententiam, si eam viderit iniustam, exequi minimè de-
72 bet, prout tacitè sentiunt Doctores præcitati. Et hinc est, quòd si exequutor sit ordinarius Iudex, eiq; Delegatus à Principe suæ sententiæ exequutionem committat, si illam viderit iniustam, exequi minimè debet. Maran. in sua disputatione prima, post practicam, per totam, vbi pluribus hanc probat conclusionem, & respondet contrarijs, ibi per eum relatis, adhibita tamen, quadam distinctione, de qua ibidem num. 3. & seqq.

73 LIMITA II. eandem regulam, vt procedat in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus Iudex exequutor non tenetur, nec debet exequi sententiam iniustam, & contra suam conscientiam, præsertim quando exequutionis damnum est irreparabile. Felyn. in cap. pastoralis, §. quia verò, num. 17. vers. tertio fallit, de offic. & potest. Iud. deleg. Ias. in § si minus, num. 16. vers. quòd intellige, instit. de act. Dec. in cap. si quando, nu. 7. de rescript. Abb. post Innoc. & alios quos allegat, in cap. de cætero, num. 5. de re iud. Felyn. ibidem num. 5. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 1. tit. qualiter in crim. læs. maiest. proced. q. 16. num. 14. Boss. in tit. de foro compet. num. 87. post princ. Roland. cons. 12. nu. 82. vers. tamen istud intelligitur, lib. 3. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 10. num. 23. par. 1.

74 LIMITA III. vt licèt exequutor non debeat recipere aliquas probationes super causa principali, & super iniustitia sententiæ, cuius exequutio sibi commissa est ad hoc, vt super illis iudicet, aut decernat sententiam exequendam, vel non. Quoniam si tale ferretur decretum, sententia remaneret inutilis, & non posset mandari exequutioni, obstante exceptione rei iudicatæ. Benè tamen posset ad sui instructionem recipere aliquas probationes. Ex quibus si credat esse supersedendum in executione; supersedeat, & causam remittat ad Superiorem. Iudicare autem nunquam debet. Fuit doctrina originalis Innocen. in cap. de cætero, per illum tex. num. 2. in fine, vers. veritas est, extra de re iud. Vbi etiam dixit secundum hanc declarationem, esse intelligendum tex. in l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & Innocen. sic dicentem sequuti sunt ibidem Hostien. num. 7. Ioann. Andr. sub num. 3. & num. 6. ad finem. Henric. Boic. num. 5. vers. & nota, quòd licèt. Bellam. num. 7. & 12. in fine. Ant. de Butr. in 1. & 2. notab. num. 2. & 3. vers. dicit tamen Hostien. & d. num. 3. col. 2. ante med. vers. quædam est exceptio, & ead. colum. 2. in fine, vers. si nullam. Imol. num. 1. vers. quædam est cognitio, iuncto versic. quædam sunt exceptiones. Abb. in summario, & num. 2. in 2. notab. & num. 3. versic. & certè gloss. ista. &c. & num. 4. ante finem, versic. dicit tamen. gloss. Guid. Pap. num. 1. in 2. & 3. notab. Nauarr. in c. cum contingat, in 1. remed. in fin. num. 10. de rescript. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. in fine, par. 1. Contar. in l. 1. C. si de momen. possess. in 7. limitat. nu. 37. Ioach. Missinger. obseru. 69. vers. aut versatur circa exceptiones, iuncto vers. an verò tales centur. 3. Lancellot. de attent. par. 3. c. 17. num. 92. Ex quibus iunctis alijs, quos allegaui infra in seq. limitatione, hanc conclusionem communiter à Doctoribus receptam esse dubitandum non est.

75 SVBLIMITANDO propositã tertiã limitationẽ aduerte, q licèt Doctores in ea allegati videantur generaliter loqui, non solum quoad nullitatẽ sententiæ, sed etiã quoad iniustitiam. Vide tamen Abb. in d. c. de cætero, nu. 4. in fine, vers. adde tamen, de re iudic. Vbi expressè declarat, eam procedere quoad nullitatem sententiæ, non autem quoad iniustitiam. Primò enim respectu potest exequutor ad instrutionem, & ad effectum supersedendi, & remittendi causam, vt supra, probationes recipere. Secundò autem respectu secùs; quia tunc exequutor nihil audire debet, nec supersedere, sed sententiam exequi, quamuis iniustam, vt ibi per eum. Et pro hac declaratione faciunt Doctores allegati supra, nu. 67. in regula.

76 LIMITA IV. quando coram exequutore opponitur de nullitate sententiæ, vt puta, quia sit lata ab incompetente Iudice; licèt enim ipse non debeat de hac opposita nullitate cognoscere; Supersedebit tamen in exequutione, & negotium ad Superiorem remittet, si opponens in cõtinẽti probare se offerat oppositam nullitatem, aliàs secus, secundum Henric. Boic. qui benè comprobat hanc conclusionem in c. de cætero, num. 1. vers. si nulla, & nu. 2. de senten. & re iudic. & ibi etiam Bellam. num. 10. vers. in primo casu, & num. 15. vbi generaliter dixit, quòd exceptiones de nullitate sententiæ debet exequutor admittere; quia sententia nulla exequi non debet. Quòd intellige secundũ prædicta, videlicet, vt debeat admittere nõ ad effectũ cognoscendi sed supsedēdi, & negotiũ ad Superiorẽ remittendi, prout etiã ibidem hoc tradiderunt Anto. de Butr. num. 2. in 1. & 2. notab. Imol. num. 1. in 1. notab. & num. 2. ad finem, vers. aut est alia exceptio. Abb. in summario, ante nu. 1. & 2. in 2. notab. & num. 4. ante fin. vers. quædam sunt exceptiones, il 2. Guid. Pap. num. 1. in 3. notab. Ioach. Minsinger. obser. 69. ad finem, vers. an tales. cent. 3. Boss. in tit. de foro competen. num. 88. vers. immo amplius, iuncto num. 89. & 91. vers. secundo, quòd, &c. vbi tamen loquitur in nullitate, vel euidenti, vel quæ non exigat altiorem indaginem, de qua mox dicam in seq. limitatione, ex quibus iunctis alijs allegatis in præcedenti limitatione, & infra in simili, de Iudice sæculari, & ecclesiastico, num. 90. & 92. & seqq. apparet sine dubio hanc declarationem à Doctoribus esse communiter receptam.

77 LIMITA V. (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad pcedentes) vt nec exequutor teneatur exequi sentẽtiã alterius Iudicis, aut notoriè iniustã, aut notoriè nullã. De sententiã notoriè iniusta voluit in specie Bell. in c. de cætero, n. 15. vers. saluo quòd, ext. de re iudic. & latius dixi in quæstionibus ciuilibus, vbi latius reassumpsi materiam, quam hic repetere res longa esset, & extra viam criminale, per quam solum transire pro nunc intendimus. De sententia autem notoriè nulla vide Abb. in d. c. de cætero, nu. 5. vers. sed tu vide glo. vbi, quòd qñ nullitas est euidens, tũc nec etiã merus exequutor nudi facti, pùt est etiã Nũcius, nõ debet exequi,

exequi, sed supersedere. Felyn. nu. 4. vbi amplius ex Rom. quem allegat in cons. 51. dixit, quòd si nullitas est notoria, tunc expresse potest exequutionem denegare absque eo, quòd nullitatis exceptionem ad eum, qui sententiam tulit, remittat, & idem voluit Lancellot. de attẽt. par. 2. c. 17. num. 115. & seqq. Vbi alios plures refert concordantes, & testatur de communi ex Bertran. quem allegat, in consil. 84. incip. quam reprobat. Minsinger. obseruat. 96. ad fin. centur. 3. & pro hac communi facit alia communis conclusio, de qua post Mandos. in addit. ad Roman. d. cõs. 51. litera B. & dixi ego in meis qq. ciuilibus. Addo pro hac eadem limitatione, Vrsill. qui, & alios in idem allegat, in addit. ad Affliđ. decis. 24. num. 13. & seqq. & Rolan. cõs. 37. num 4. & seqq. lib. 1.

78 LIMITA VI. in illis exceptionibus, quæ concernũt rem, in qua exequutio facienda est, aut alijs, quæ aduersus exequutionem de iure opponi possunt, quas exequutor Iudex etiam admittere poterit, secundum Bellam. in c. de cætero, num. 13. extr. de re iudic. vbi etiam declarat, quæ sint istæ exceptiones. Ant. de Butr. ibidem col. 2. post med. vers. item possunt cognoscere, &c. Vbi, quòd exequutor potest cognoscere de modo exequendi. De quibus rebus, & quomodo sit facienda exequutio, & sic etiã admittere omnes exceptiones modificantes exequutionem, iuxta l. à Diuo Pio, §. si super rebus cum sua materia ff. de re iudic. Imol. in d. cap. de cætero, num. 2. col. 1. in fine, & colum. 3. in princip. Vbi, quòd exequutor poterit cognoscere de omnibus exceptionibus, quæ aduersus sententiæ exequutionem possunt obijci, nec non etiam eas, quæ concernãt ordinem ipsius exequutionis, vel ad illius moderamen tendunt. Et ibi etiam Anchar. num. 1. vers. & in hoc est aduertendum. Abb. num. 4. col. 2. ad fin. vers. secundo membro principali, & colum. 3. vers. quandoq; committitur, iuncto vers. quædam sunt exceptiones, il 1. Ioach. Minsing. obseru. 69. in princ. vers. nam aut talis cognitio, iuncto vers. ad solum tangant, centur. 3. Vbi generaliter de exceptionibus, quæ non impugnant sententiã, sed solum tangunt exequutionem. Boss. in tit. de foro cõpetent. num. 88. Vbi loquitur de exceptionibus impedientibus exequutionem, inferens propterea in actu exequutionis, citandam esse partem. (Quamuis in occurrenti tunc casu referat Pontificem valde iratum contra Senatum Mediolani ex eo, quòd noluit absq; citatione, exequi per brachium sæculare relaxatum in Vrbe vim trium sententiarum conformium) sed ad hoc de citatione vide Franc. Marc. decis. 269. num. 2. part. 1. & omnino Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. pract. crimin. canon. c. 54. nu. 22. vbi arguit pro, & contra, & postea distinguit.

79

80 LIMITANDO VII. propositã huius tertij casus regulam, scias, quod exequutor alius merus, alius mixtus est: quis dicatur merus, & quis mixtus exequutor, tradunt Doctо. in cap. de cætero, de re iudic. Sed quod attinet ad rem nostram, dicas, quòd merus dicitur exequutor, cui simpliciter commissum est, vt sententiam à committente latam exequatur, absq; nulla admixta cognitione: Mixtus autem exequutor dicetur is, cui in commissione exequutionis committitur etiam aliqua cognitio, vt puta, quando Papa mandat aliquem in possessionem beneficij immittendum, si beneficium vacauerit, vel si eo dignus fuerit, vel cum clausula, si constiterit, aut cum clausula, vocatis vocandis, aut alijs similibus clausulis, de quibus in cap. exhibita, & ibi etiam Doct. extr. de iudic. Primo igitur casu exequutor, aliud non habet facere, quàm exequi, quòd sibi commissum est, nec potest cognoscere de iniustitia sententiæ; Secundo autem casu antequàm exequatur, potest cognoscere super ijs, quorum cognitio sibi cõmissa fuit, cap. si quando, & cap. cum adeo, extr. de rescrip. cap. accepimus, de ętat. & qualitat. cap. ex parte, de offic. Deleg. per quæ, & alia iura hanc distinctionem firmarunt Innoc. in cap. de cætero, num. 1. vers. vnde alij solum, & num. 2. vers. item est alia exequutio, quem ibidem sequuti sunt Hostien. num. 5. & 6. in princ. iuncto num. 7. in fine, & 8. Ioann. Andr. num. 6. vers. tertij distinguunt. Bald. nu. 4. in fine, vers. opponitur, quòd exequutor, & nu 5. & seq. Henric. Boic. num. 1. 6. & seq. & 9. & 10. Bellam. num. 4. & 9. & 16. in 4. & 5. quæstione. Anton. de Butr. num. 3. per totum, vbi latissimè explicat, quot modis, quis dicatur mixtus exequutor, & quas debeat exceptiones admittere, & quas non. Imol. num. 2. Anchar. num. 1. Abb. num. 3. in fine, vers. aut committitur aliquid iuris. & num. 4. Guid. Pap. num. 3. Felyn. nu. 2. & seqq. vbi facit duas conclusiones, & plures ponit casus cum suis fallentijs, & num. 10. vbi in specie de exequutore cum clausula, *Vocatis vocãdis.*

ARGVMENTVM.

De Iudice sæculari, quando teneatur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, illiquè suum brachium sæculare impartiri.

SVMMARIVM.

Iudex Ecclesiasticus pro exequutione suæ sententiæ potest implorare brachium Iudicis sæcularis, sæcularisquè Iudex tenetur illud impartiri, & sententiam exequi, num 81.

Iudex sæcularis, si requisitus recusauerit impartiri suum brachium Iudici Ecclesiastico, potest ad illum præstandum cogi sub pœna excommunicationis, alijsq; pœnis, de quibus in nu. 82.

Iudex Ecclesiasticus tenetur etiam impartiri suum brachium Iudici sæculari, si ab eo fuerit requisitus. nu 83. Sed ab eo non potest cogi, nec tenetur illud præstare, si iniustè petatur, nu. 85.

Iudex Ecclesiasticus non tenetur exequi sententiam, seu preceptum iudicis sæcularis, si illud cognouerit iniustum. Immo poterit de tali iniustitia cognoscere, num. 85.

Iudex Ecclesiasticus, nedum ordinarius, sed &t delegatus, potest implorare brachium, & auxilium à Iudice sæculari, num. 86.

Iudex sæcularis tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, etiam quòd iniustam viderit, nec potest de tali iniustitia cognoscere, num. 87. Contra, num. 88.

Iudex sæcularis non debet exequi sententiam Iudicis ecclesiastici notoriè iniustam, num. 89. Declara, vt num. 90.

Iudex sæcularis non tenetur exequi sententiã Iudicis Ecclesiastici nullã, sed potest de tali nullitate cognoscere, n. 91. Declara, vt n. 92.

Iudex sæcularis non tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici latam, iuris ordine non seruato, num. 93.

Iudex sæcularis non tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici latam ab incompetente Iudice, seu alias nullam, defectu iurisdictionis, num. 94.

Iudex sæcularis non tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, à qua fuit appellatum, num 95.

Iudex sæcularis non potest exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, quando ab hoc decreto exequutionis fuit appellatum, & sumus in casu, in quo idem sæcularis Iudex poterat de crimine cognoscere, num. 96.

Iudex sæcularis non tenetur Iudici ecclesiastico impartiri sum brachium in extraiudicialibus, num. 97.

Iudex sæcularis non tenetur impartiri suum brachium Iudici Ecclesiastico. nisi prius idem Ecclesiasticus Iudex fecerit quicquid poterit, nec habeat vltra, quid faciat, & de materia, num. 98.

Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de iniustitia sentẽtiæ alterius Iudicis Ecclesiastici, nec illam tenetur exeq., si iniusta fuerit, n. 99.

Iudex sæcularis tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici latam, contra Clericum ab eodem Iudice degradatum, & ipsi sæculari Iudici traditum, absq; eo, quòd sibi fiat fides de processu, & quòd de aliqua prætensa iniustitia cognoscat, nu. 100. Contra, n. 101.

Iudex sæcularis in criminibus merè sæcularibus, aut mixti fori, non tenetur contra Clericum curiæ sæculari traditum, sententiam Iudicis Ecclesiasticis exequi, nisi sibi exhibito processu, ex quo iustam viderit sententiam, aliter secus, num. 102.

Iudex sæcularis in crimine Ecclesiastico, prout est hęresis, debet exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, absq; eo, quòd sibi trasmittatur processus, nu. 103. Quamuis alij contra, nu. 104. Debetq; statim hæreticum sibi traditum morti tradere, nu. 105. Et si hoc non fecerit, compelletur ab Inquisitore, vt nu. 106. Etiam quod sibi liquidò constaret sententiam Iudicis Ecclesiastici, & Inquisitoris esse iniustam, aut nullam, num. 107. & seq.

QVÆST. XCVII. CASVS IV.

81 REGVLA sit in hoc iiij. casu, quòd Iudex Ecclesiasticus pro exequutione suæ sententiæ potest implorare brachium Iudicis sæcularis, & dictus sæcularis Iudex tenetur illud impartiri, & sententiam prædictam exequi. tex. in c.2. ad fi, ibi, *p tēporalem præterea potestatem*, & ibi glo. in verbo *potestati* de maled. Tex. in c.1. in fi. & ibi gl. in verbo *publicum*, & cōiter oēs scribentes in summario de off. Ord. & insuper in d. c. 1. Hostien. num. 1. Bellam. col. 2. in fine, vers. tertio ibi, &c. Ant. de Butr. num. 7. vers. & nota, quòd Ordinarius, & num. 22. Imol. num. 7. Anchar. num. 3. Abb. num. 5. Io. de Anan. num. 3. Item tex. in c. quoniã, in fine, eod. tit. de off. Ordin. Maran. in sua disputat. post practicam, num. 8. vers. item potest iudex ecclesiasticus, & num. 26. Affl. in proœm. constit. Neap. num. 54. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. par. 1. Boss. in tit. de foro compet. num. 91. & 92. & in tit. de sentent. num. 114. Couar. qui alios, & alia iura in eandem regulam adducit pract. quæst. cap. 10. num. 1. vbi & alijs relatis, testatur de communi, de qua etiam per Ignat. Lopez. in pract. crimin. canon. Diaz. cap. 154. num. 1. vbi etiam alios refert, & hoc esse in iure expeditissimum affirmat, & num. 9. vbi hoc ampliat procedere etiam in iudicibus sæcularibus supremis, prout sunt Senatores Regis Hispaniarum, vel Regalium Cancellariarum Auditores.

82 AMPLIA I huius quarti casus propositam regulã, quòd si iudex sæcularis non vult brachium suum præstare, potest ad id cogi sub pœna excommunicationis, tex. in c. 2. in fine, in verbo *coactione*, de maled. glo. in cap. 1. in verbo *publicum*, de offic. Ordin. & ibi hoc notant communiter omnes, vt videre est apud Innoc. num. 1. vers. sed sæcularis benè cogitur, & num. 2. vers. & est excommunicandus, nisi faciat. Ioan. And. num. 10. vers. & intelligit hoc Innoc. & num. 16. vers. sed secundum Innoc. Hostien. num. 8. & 12. ad med. Bellam. num. 3. ad finem, vers. Primò, quia, & num. 4. ad med. vers. Et excommunicandus est, juncto vers. Sed quid si sæcularis. Vbi etiam an sit excommunicatus ipso iure sæcularis iudex, qui denegat Ecclesiastico suum auxilium, & brachium. Anto. de Butr. nu. 23. Imol. post num. 15. vers. sed iudex Ecclesiasticus. Zabar. nu. 4. Anchar. nu. 5. Abb. nu. 11. Ang. cons. 276. incip. Punctus est talis, num. 3. in fine, vers. item Episcopi. Oldrad. cons. 89. n. 1. Maran. in sua prima disputat. post Pract. nu. 8. vers. item potest iudex Ecclesiasticus, & num. 26. Boss. in tit. de for. compet. num. 93. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. par. 1. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 154. num. 20. & 29. Vbi, quòd ad huc si iudex sæcularis denegauerit Ecclesiastico iudici suum auxilium, poterit vltra censuras ab eodem Ecclesiastico iudice pro modo culpæ arbitraria pœna plecti, ex Salyc. in loco per eũ citato.

Et quamuis idē Lopez. in loco præcitato, nu. 9. in fine, vers. in hac tamen &c. existimet minimè congruum, & expediens esse hanc ampliationem seruare in supremis iudicibus, quos propterea non per modum iussionis, ac sub pœna censurarũ, cogendos ad eorũ auxilium præstandum, sed benè benignè, & honorificis pcibus ad id exhortādos crediderit. Idque in Hispania quandoque receptum testetur ex Segur. in loco per eum relato. Tu tamen aduerte, quòd hæc declaratio respicit requisitionem, & illius modum, quo vti debet Ecclesiasticus iudex, quando à supremis iudicibus implorat auxilium brachij sæcularis. Dubitandum enim non est, quin antequam deueniatur ad coactionem, & comminationem pœnarum, præcedere debeant litteræ requisitoriæ, prout aduertit Hier. Giacchar. in addit. ad Clar. in pract. crim. §. fin. q. 37. vers. penul. litera C. in fine additionis, (& isti non sunt termini propositæ ampliationis, quæ de requisitione non tractat.) Quod si requisitus iudex recuset suum brachium præstare, (& isti sunt termini propositæ ampliationis.) Et tunc, quòd sub pœnis prædictis, quicumq; iudex etiam supremus possit iuberi, & cogi ad illud præstandum, & iura indistinctè loquentia, sunt, vt prefertur, clara, Doctores communiter admittunt, nec illa ratio potest contrarium suadere. Immò si aliter diceremus, sequeretur, quòd supremi iudices possent recusare, ad eorum libitum brachium sæculare Ecclesiastico iudici impartiri, qđ omninò est absurdissimum, & contra iura præcitata, prout benè aduertit idem Lopez. d. n. 9. in prin.

83 AMPLIA. II. quòd sicut iudices sæculares tenentur impartiri brachium iudici ecclesiastico pro exequutione suæ sententiæ. Ita è contra iudices ecclesiastici tenentur sæcularibus, & eorum brachium pro eadem exequutione accommodare, & in hoc sunt pares, ex quo vna iurisdictio per aliam adiuuetur, arg. tex. in c. cum ad verũ. 96. distinct. & in c. nec licuit. 17. distinct. glo. in c. 2. ad finē, in verbo *potestatem*, de maled. Item glo. in c. 1. in verbo *publicum*, & ibi hoc expressè notant omnes scribentes, vt videre est apud Innoc. num. 1. Ioan. Andr. nu. 16. Hostien, nu. 7. Bellam. nu. 3. col. 2. in fin. vers. sic è contra. Imol. nu. 15. Zabar. num. 4. Anchar num. 3. & 5. Abb. nu. 10. Guid. Pap. num. 8. in fin. de off. Ordin. Abb. in c. at si Clerici, sub num. 12. & ibi etiam Alex. de Neuo. nu. 32. & seq. extr. de iudic. Ang. cons. 276. punitus est talis, nu. 4. Couar. pract. quæst. cap. 10. num. 1. vers. eadem ratione. Marian. Socin. in c. cum sit generale. num. 24. de for. cōpet. Ignat. Lopez, in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 154. num. 10, Natta cons. 529. num. 8.

84 Differentia est in hoc, quia sæcularis non potest cogere ecclesiasticum, sicut è contra ecclesiasticus cogit sæcularem ad ipsi præstandum suum brachium (vt mox dixi) Innoc. in c. 1. num. 1. vers. sed in hoc est diuersitas, extr. de offic. Ordin. quem ibidem sequuti sunt Io. Andr. num. 16 vers. sed secundum Innocen. Hostien. num. 8. Bald. num. 10. vbi propterea, quòd iudex ecclesiasticus impartitur suum brachium iudici sæculari non obediendo, sed patrocinando. Bellamer. num. 3. ad finem, versic. primo quia. Ant. de Butr. num. 23. Imol. post num. 15. Zabar. nu. 4. Anchar. nu. 5. Abb. num. 11. Anan. nu. 3. & Guid. Pap. num. 8. in fine, & seq. Alciat. nu. 26. & 123. vbi testatur de communi opinione. Couar. pract. quæst. cap. 10. num. 2. ad finem, vers. Quia in re, vbi etiam de communi, de qua rursus testatur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 154. num. 10.

85 Item est differentia, quia sæcularis non potest cognoscere de iniustitia sententiæ iudicis ecclesiastici, sed omnino exequitur absque alia examinatione processus iudicis ecclesiastici, vt suo loco dixi. Ecclesiasticus autem non exequitur, sed cognoscit de iustitia, vel iniustitia sententiæ iudicis sæcularis, & ideò requisitus aliquem excommunicare, hoc non faciet, nisi canonica præmissa monitione, & sibi constito, de inobedientia, & contumacia rei secundum Innoc. qui originaliter hanc posuit declarationem, & benè declarauit in c. 1. nu. 1. vers. item hoc est diuersum, & num. 2. de offic. Ordin. & Innoc. doctrinam ibidem reassumunt, & benè declarant Io. Andr. num. 16. vers. est & secunda differentia. Hostien. post num. 8. Bal. num. 11. Bellam. nu. 3. in fine, vers. post secundo, & nu. 4. Ant. de Butr. sub. nu. 23. & 24. Imol. nu. 15. vers. Item in alio est differentia. & nu. 16. vers. illud autem videtur esse certum. Zabar. nu. 4. Anchar. nu. 5. Abb. nu. 11. & 14. Anan. nu. 3. Guid. Pap. nu. 9. Nauarr. in c. cum cōtingat, in 1. rem. nu. 6. de rescrip. Vbi, quòd dictum Innoc. in d. c. 1. est communiter receptum. Ignat. Lopez. d. cap. 154. num. 21.

86 AMPLIA III. etiam in iudice ecclesiastico delegato (nedum in Ordinario) qui & ipse potest brachiũ sæculare à seculari iudice implorare, & ille tenetur impartiri. Inno. & post eũ oēs in c. significasti de off. deleg. Io. And. in c. 1. n. 8. in verbo *conuocent*, de off. Ord. vbi remittit se ad trad. per eũ in c. significasti de off. deleg. Anch. in d. c. 1. nu. 7. in fi. vers. & habent ista locũ in delegato. Couar. pract. quæst. c. 10. n. 1. vers. ex quo tñ, vbi alijs relatis. & reprobata opin. Arch. cōtrariũ tenētis tanq̃ falsa, testatur hāc ampliationē esse cōiter receptã, Bos. in tit. de foro cōp. n. 92. Rol. cōs. 37. n. 1. lib. 1. Vbi alijs relatis, testat de receptiori opinione, refert, & sequtur Men. de ret. pos. in 3. rem. n. 360. & de communi

ni etiam testatur Nauarr. in cap. cum contingat remed. 1. num. 1. de rescript. Vbi alios refert, eamque præcipuè reddit rationem, quia si hoc potest Ordinarius, vt dixi supra, num. 81. multo magis hoc poterit delegatus, qui illo maior est in causa sibi delegata c. sanè, il 2. de offic. deleg. subdens, quòd licèt quandoq; in rescripto adijciatur clausula, *Inuocato ad hoc auxilio brachij sæcularis, si opus fuerit*, talis tamen clausula apponitur ad superabundantem cautelã, & ex stylo Curiæ, non autem quod sit necessaria, & ibidem, num. 3 & 4. respondet contrarijs, refert, & sequitur, alios congerit, & testatur etiam de cõmuni Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 154. num. 8.

87 AMPLIA IV. Quia iudex sæcularis tenetur exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici, illique suum brachium impartiri, etiam quòd sibi dicatur, talem sententiam esse iniustam, cum de tali asserta iniustitia minimè cognoscere possit. Ita videtur de mente Innoc. in cap. 1. num. 2. vers. item si nosceret Rex, iuncto vers. Et intelligitur hoc, de offic. Ordin. Vbi quicquid secus sit in extraiudicialib. præceptis (de quibus dixi infra, num. 97.) In iudicialibus sententijs sæcularis tenetur exequi, nec potest de iniustitia opponere, & Innoc. sic dicentem, referendo sequuti sunt ibi Io. Andr. num. 9. in verbo *ad præiudicandum*, iuncto num. 10. vers. & intelligit hoc Innocentius. Bellam. num. 4. in 4. oppos. col. 3. in fine, vers. aut cum causæ cognitione. Ant. de Butr. num. 24. col. 4. in princ. vers. Puto, quòd sæcularis. Imol. num. 16. vers. Demum finaliter. Vbi testatur de veriori opinione. Imol. num. 16. ad finem. vers. si super causa ciuili. Zabar. col. 4. in princ. vers. sed si in iudicio damnatum. Anchar. num. 6. vers. si autem condemnatum in iudicio. Vbi declarat id, quòd supra in contrarium adnotauerat, num. 4. Abb. num. 11. vers. sed si petit, & num. 12. vers. sed si non tradit. Ang. consil. 276. incip. Punctus est talis, num. 4. Vbi tamen loquitur de iniustitia occulta. Nauar. in c. cum contingat, in 2. remed. num. 6. & 7. vers. Tertio respondeo, & num. 8. extr. de rescrip. Vbi testatur dictum Innoc. in d. c. 1. esse communiter receptum, prout & communiter receptum esse per Canonistas in d. c. 1. expræallegatis negari non potest, nec dissentire videtur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 154. num. 12. vers. sed verius est. Et pro hac opinione faciunt, quæ generaliter de Iudice exequutore dixi supra, num. 67.

88 Quamuis contrarium, quòd immò sæcularis iudex si videat sententiam iudicis ecclesiastici iniustam, illam non tenetur exequi, sed possit de tali iniustitia cognoscere attentauerint Oldrad. cons. 89. num. 4. Vbi, quòd debeat aliqualiter examinare, an talis sententia sit iusta, vel iniusta, & hoc dicit se credere verius, Bal. in cap. 1. num. 16. in prin. de offic. Ordin. & ibi etiam Anchar. num. 4. & Anan. num. 4. Maran. in sua disput. 1. num. 26. in fine, vers. hoc præsupposito. Rolan. cons. 37. num. 7. lib. 1. allegans in idẽ Anchar. in cons. 382. num. 8. col. 2. & Feder. de Sen. cons. 251. col. fin. & Rolan. refert, & sequitur Menoch. in 3. remed. retinend. possess. num. 360. vers. debet etiam iudex laicus animaduertere, & latius vltra omnes prædictos Natta consil. 529. lib. 3. per totum. Vbi amplius credidit super hoc audiendam, & citandã esse partem condemnatã.

89 LIMITA I. (Et cum hac ampliatione possunt fortè concordari contraria mox relata in præcedenti quarta ampliatione.) Quando sententia iudicis Ecclesiastici esset notoriè iniusta. Tunc enim cum talis iniustitia nullitati ęquiparetur. Ideò sicut sęcularis iudex non tenetur exequi sententiam nullam iudicis ecclesiastici, secundum opinionem eorum, quos retuli infra num. 92. Ita etiam nec tenebitur exequi sententiam notoriè iniustam (quicquid secus senserint in sententia non notoriè iniusta Doctores allegati in præced. num. 88.) Ang. cons. 276. incip. Punctus est talis, num. 4. Imol. in c. 1. num. 17. vers. sed hoc intellige, & ibi etiam Card. Zabar. col. 4. in princ vers. & secundum ea, quæ dico. Guid. Pap. num. 9. in fine, extra de offic. Ordin. Anchar. d. cons. 382. nu. 8. & 9. Aliosq; refert Ignat. Lopez. ad Diaz. d. cap. 154. nu. 12. in prin. Natt. d. cons. 529. in discursu, & pro hac limitatione faciũt Doctor. allegati supra, num. 87. volentes iudicem sęcularem non debere exequi sententiam iudicis Ecclesiastici occultè iniustam, Ergo multo magis hoc voluisse dicendum est, si fuerit notoriè iniusta.

90 Verum ad permissam limitationem aduerte, prout benè aduertit idem Ignat. Lopez. d. cap. 154. num. 12. quòd si verum est, prout secundum veritatem communiter receptum testatur isto casu, iudicem Ecclesiasticum, qui sententiam protulit, non teneri iudici exequutori acta, ex quibus sententiam dixit, exhibere, & patefacere, non potest idem sæcularis iudex dicere, sententiam esse notoriè iniquam, quamuis illius iniquitatem aut extra processum ex particulari scientia nouerit, aut etiam ipsum processum non tanquam publica persona, sed tanquam priuata perlegerit, prout etiam in simili dictum fuit infra num. 107. Addo ego, quòd in omnem euentum melius isto casu faciet iudex Ecclesiasticus se abstinere ab ista cognitione prætensæ notoriæ iniquitatis, & iniustitiæ sententiæ latæ per Ecclesiasticum iudicem, cum sententia nunquam dicatur notoriè iniusta, quando super ea aliquod oritur dubium; sed ad effectum; vt notoriè iniusta dicatur, necesse est, vt talis asserta iniustitia nullam offuscationem, seu disputationem habeat ad trad. per Frãch. in c. dilecto, num 153. ad finem, vers. & intellige, & num. 168. in fine, extra de appellat. Dec. in cap. ex parte, il 2. vers. Quinto fallit de offic. deleg. Corn. cons. 10. colum. 2. vers. & si fortè alij, lib. 4 Capic. decis. 10. num. 19. & seqq. Boss. in tit de carcerat. fideiuss. conmitt. num. 17. Cæphal cons. 201. nu. 10. Rota corã Robusterio decis. 85. num 4. inter diuers. par. 1. Mascard. de probat. conclus. 1102. num. 27. & 28.

91 LIMITA II. In sententia Iudicis Ecclesiastici nulla, quam iudex sæcularis exequi non debet, sed potest de tali nullitate cognoscere. Ang. cons. 276. incip. punctus est talis num. 4. & 6. Vbi reddit rationem, quia scilicet sententia ipso iure nulla, nõ dicitur sententia, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Marian. in sua disput. 1. num. 26 in fine vers. Hoc præsupposito. Natt. cons. 529. in discursu, Rolã. consil. 37. nu. 7. & seq. lib. 1. Vbi alios refert Menoch. in 3. remed. retinen. possess. num. 360. ad finem, vers. debet etiam iudex laicus animaduertere. Nauar. in cap. cum contingat in 1. remed. num. 7. & 8 de rescript. Vbi testatur de commun. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. d. cap. 144. nu. 14. Vbi prudenter declarat hanc limitationem, dummodo, scilicet, de nullitate appareat in promptu, secus si requireret altiorem indaginem, ex And. de Isern. & Afflict. in locis ibi per eum relatis. & est de mente omnium allegatorum supra, num. 76.

92 SVBLIMITANDO pręcedentem ij. limitationẽ. aduerte: Nam quòd iudex sęcularis non debeat exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici nullam, quando de nullitate apparet, in promptu transeat, sed quod possit super nullitate cognoscere, & pronuntiare, minimè verum puto, & in contrarium esse communem Docto. opinionem omnino existimo per ea, quæ generaliter dixi supra num. 76. Vbi plures allegaui Doctor. authoritates vnanimiter concludentium, quòd isto casu iudex sæcularis debet supersedere, & negotium ad Superiorem remittere, Benè credere, quòd quando sentẽtia esset euidẽter nulla, tunc absq; eo, quod causam remittat, possit expresse exequutionem denegare, prout generaliter dixi supra num. 77. Et in specie in Iudice sæculari adnotauit Vrsill. ad Afflict. decis. 24. num. 13. & seqq. At quod possit super nullitate cognoscere non iure dictum arbitror.

93 LIMITA III. (& hæc limitatio procedit illatiuè ex præcedẽti) in sententia lata per Iudicem Ecclesiasticũ iuris ordine non seruato, quã quòd sæcularis iudex exequi nõ debeat, scripserunt Io. Andr. in c. 1. nu. 18 ante finẽ, col. 5. in princ. vers. dicens cõtraria loqui, & ibi etiam Bellam. num. 4 post med. vers. Dicit lignanus, & num. 6. ad finem, vers. solutio, &c. Card. Zabr. col. 4. in fi. vers. ad cõtrarias. Anch. n. 7. vers. & contraria loquuntur de off. Ord. Idem Anch. cons. 382. incip. retento ordine dubiorum, nu. 8. Felyn. in cap. cum sit, num. 8. de foro competen. Afflict. decis. 220. nu. 9. Vrsill. in addit. ad eundem Afflict. decis. 24. nu.

24.num 14. Vbi alios refert Natt.d.conf.529.nu.6.Rolan. conf.37.num.8.lib.1. Verùm quòd de facto, & iuris ordine non seruato, fuerit processum, debet per opponentem in promptu, & in continenti probari, alias malè faciet sæcularis Iudex, sub hoc prætextu, in exequutione supersedere per ea, quæ dixi supra num. 76. & 91.

94 LIMITA VI. (& hæc limitatio pariter venit illatiuè ex 2. limitatione prædicta, & propterea secundum ibi tradita, declaranda est:) in sententia nulla, defectu iurisdictionis, vt puta, lata à Iudice ecclesiastico incompetente: quam quòd Iudex sæcularis exequi non debeat, probarunt, Ant.de Butr.in cap.1.nu.24.in fine, de offic.ordin. & ibi etiam Imol.num.16.in fine. vers.secūdo, potest dici. Bost.in tit.de senten.num. 115. vbi quòd iste casus est clarus ex dictis omnium Doctorum. Rolan.conf.37. num.2. & seqq.lib 1.vbi ex Bal. & Salyce quem allegat in l.in criminali, col.1.C. de iurisd.omn. iud. & ex Feder.de Sen. in conf. 251.col.2.& Calcan.conf.219. etiam col. 2. dixit, quòd immo puniuntur Iudices exequentes sententias incompetentium, & quòd propterea debet Iudex sæcularis, à quo per iudicem delegatum imploratur brachium bene aduertere, an ille sit competens, & ob id facere sibi exhibere copiam suæ delegationis, & si erit incompetens nullum obedientiæ, vel executionis ministerium præbere debebit, & Rolan. refert. & sequitur Menoch .in 3. remed. retinen. possess.num. 360. Vbi etiam de communi, nec dissentit Ignat.Lopez.in addit.ad Diaz.in pract.crim.canon. cap.154.num.8.vers.est tamen necessarium. Hier. Giacch. in addit. ad Clar. in pract. crimin.§.fina.quæst.37. versic. penul. litera C.

95 LIMITA V. pendente appellatione, iudex enim sæcularis non tenetur iudici ecclesiastico impartiri suū brachium, &c. pro exequutione sententiæ, à qua fuit appellatum. Oldrad. latè conf.89. incip. Episcopus inuocat, nu. 1. & seqq. relatis, & reprobatis ibi per eum contrarijs, quòd & idem tenet Ioann.Andr.in cap.1. num.18.de off. ordin. Vbi pariter benè comprobat, & respondet contrarijs, & Ioann.Andr.sic dicentem, ibidem referendo sequuti sunt. Bellam. num.7. in 2.q. Ant.de Butr.num.24. ad finem, col.4.ante med.vers.per prædicta infert, Imol.num. 16.ad finem vers. & per prædicta. Zabar.colum.4.ad med. vers.11.quæro. Anchar.num 7.vers. & prædicta faciunt. Abb.nu.12.ad finem, vers. & per hoc deciditur alia quæst. & num.13. Anan.num.4. Franc.Marc.decis.269.nu.1.par. 1.Diaz.in pract.crimin.canon.cap.144.secundum vltimā impressionem, num.3.vers. & hoc præcipuè. Rolan.conf. 37.num 10. & seqq.lib. 1. Vbi alijs relatis testatur ita alias fuisse decisum in Consilio status Montisferrati, contra Agentes pro Episcopo Albæ. Menoch.de retinen. possess. remed.3.num.360.in fine. Vbi hanc conclusionem declarat procedere, dummodo simus in casu, in quo appellatio sit de iure valida, & illi sit defferendum, secus si inualida, & non admittenda, vt puta, si causa in ipsa expressa esset falsa, ex Nauarr. quem allegat in cap. cum contingat in 1. remed.num.5.in princ.& num 7.versic.4. respondeo, &c. de rescript. Sigismun. Scacc.de iudic.caus.ciuil. & crimin. lib.1.cap.63.num.7. vers.si verò delictum est mixtū, in fine, ad quæ etiam vide Ignat.Lopez.in addit.ad Diaz. in pract. crimin.canon.d.cap.154.num.58.vbi benè declarat.

96 AMPLIA hanc v.limitationem, vt procedat non solùm si condemnatus appellauit à sententia iudicis ecclesiastici, sed etiam si appellauit à sententia iudicis sæcularis, quando sumus in casu, in quo iudex sæcularis de crimine potest cognoscere, & in quo etiam de iure appellationi est deferendum. Tunc enim ipse idem iudex sæcularis, stante appellatione prædicta, non potest exequi suam sententiam, vt per Diaz. in pract.crim.canon.cap.144.secūdum vltimam impressionem, num.3.&4. Vbi etiam an isto casu possit pro condemnatò tertius appellare, de quo vltimo alibi infra dicetur.

97 LIMITA VI. in extraiudicialibus præceptis iudicis ecclesiastici, quibus quòd iudex sæcularis non teneatur brachium suum impartiri (licet secus sit in decretis, & sententijs iudicialibus) scripserunt Innoc.in c.1.num. 2. vers. item si nosceret Rex iuncto versic. Et intelligitur hoc de off. Ordin. quem ibidem sequuti sunt. Ioan.And.num.10. versic. & intelligit hoc Innoc. Bellam.num. 4.in 4.oppos. vers.quid dicendum. Anton. de Butr.num.24. vers. concludé ergo, & d.num.24.col.4.in princ. vers.in fin. videtur, &c. iuncto vers. &c. sic ergo in alijs extraiudicialibus. Imol.num.16.vers.demum finaliter, & d. num. 16. ante finem, vers. & ex prædictis. Zabar. colum.4. in princip. vers.& quod dixi Regem. Anchar. num.6.vers. & hoc verum. Abb.num. 11. versic. sed postea. Innoc. Nauarr.in c. cum contingat in 1. remed.num.7.vers.tertio respondeo, extra de rescrip. Vbi quòd dictum Innocentij in d. cap. 1. est communiter receptum. Ignat. Lopez. d. c.154. nu.19.

98 LIMITA VII. vt tunc demum ecclesiasticus iudex possit inuocare brachium sæculare, ad sui ipsius sententiæ exequutionem, dummodo prius ipse idem fecerit, quicquid potuit, & non habeat vltra, quid faciat, alias secus. Omnia enim iura loquentia de huiusmodi brachio sæculari habent hanc clausulam, *si opus fuerit, si necesse fuerit*, vt in cap. 1.& in cap. quoniam, in fine, de offic. Ordin. & in cap. statuimus de maledic.& in cap fina. de excess. prælat.& in cap.periculoso circa finem.de statu.regular.& sic semper videntur ponere hanc implorationem brachij sæcularis pro vltimo refugio. Per quæ iura hanc limitationem firmat Oldrad. consil. 89. incipi, Episcopus inuocat brachium sæculare. num. 5. quem referendo sequutus est, Maran. in sua disputat. 1. num. 26. vers. super hoctamen, dicens insuper, quòd si Iudex Ecclesiasticus aliter facit, non dicitur seruasse iuris ordinem, & quod propterea cum litteris Apostolicis potestas implorandi brachium sæculare conceditur conditionaliter, scilicet, *si opus fuerit*. Franc. Marc. decis.769. num. 3. par.1. Vbi facit conclusionem, quòd Iudex sæcularis non tenetur impartiri brachium suum Iudici Ecclesiastico, nisi in subsidium, quando, scilicet idem Iudex Ecclesiasticus aliter non potest exequi suam sententiam, secundum Bal. & Paul. de Castr.in locis ibi per eū relatis, & ibi etiam declarat, quomodo dicta conclusio procedat. Afflict.in constit.Regni in proœm.num.54. Vbi testatur de communi. Prout illum refert Ignat.Lopez.in addit.ad Diaz.in pract. crim.canon.cap.154 num.13.in fine. Hier. Giaccar.in addit.ad Clar. in pract. §.fi. q. 37. vers. penult. litera C.Rol. conf. 37. num.5.& seq. lib. 1. Vbi eandem limitationem comprobat, & ex ea infert, quòd nō potest Iudex ecclesiasticus delegatus brachium sæculare inuocare, nisi prius etiam requisierit alios Ordinarios Ecclesiasticos, vt suum impartirentur auxilium, & illud fuerit detectum insufficiens, ac ibi etiam testatur de communi. Io. Lup. in cap. per vestras, in 2. notab. §. sed pulchra dubitatione, num. 17. de donat. inter vir. & vxor. Vbi ex hac eadem limitatione infert Iudicem Ecclesiasticum antequam sæculare brachium inuocet, debere, prius contra laicos, procedere excommunicando, & deinde anathematizando, & postea cum Ecclesia, non habeat vltra, quid faciat, tunc poterit sæculare auxilium implorare, aliter secus, quod, & idem affirmarūt Innoc. Ioan. Andr. D. Franch. Bero. & Couarr. Quorum aliqui testantur de communi, in locis relatis per Ignat. Lopez. (qui tamen eos non sequitur) Vbi supra d.cap.154. num.3.& num.4.

Verū ad declarationem prædictæ vij. limitationis, cum illationib. subsequutis, ne decipiaris, aduertas, quod quidquid Doctores præfati dixerint, & verior, & rationabilior est sententia, Iudicem Ecclesiasticum posse sæculare brachium inuocare, et quod nō fecerit quicquid potuerit pro exequutione suæ sententiæ. Iura.n.præallegata, quib. proposita limitatio fundata est, nō dicunt in subsidiū, vel pro vltimo refugio, prout malè à Doctorib. interpretātur, sed tātummodo dicūt, cum opus fuerit, vel si necesse fuerit, pro ut etiā brachij sæcularis inuocationem esse faciendam, si opus fuerit, statutum est ex Concil. Tridenti no sess. 24. c. 8.de reform. ex quibus non sequitur, quòd illud nō possit implorare, nisi quando Ecclesia nihil vltra habeat, quid faciat, prout dicunt Docto. prædicti, sed benè sequitur, quod in quacumq; parte litis, & in quocunq; tēpore, cū

opus

opus fuerit auxilium prædictum implorari possit. Debeatq; à iudicibus sine retardatione præstari. Et vt benè in hoc aduertit Ignat. Lopez. d. cap. 154. num. 4. Nam verius esse censeo, iuncto num. 5. si aliter diceremus, plura crimina remanerent impunita, nam interim, quòd iudex ante inuocationem brachij sæcularis cēsuris vteretur, cum non statim, sed seruatis seruandis sint proferendæ, facillimè reus posset bona occultare, aut fugere. Indeq; alia, deinde innumerabilia sequerentur mala. Et propterea hāc contrariam sententiam, & veriorem, & in iudiciis receptam ex Io. Segura in loco per eum relato testatur, illamq; optimè comprobat ex Decreto Concilij Trident. sess. 25. cap. 3. de reformatione. Pōderato, vt ibi per eum, & quòd attinet ad illationem Rolandi cum allegatis per eum in d. cōs. 37. num. 5. & seq. lib. 1. dicentis, non posse Iudicem Ecclesiasticum delegatum inuocare brachium sæculare, nisi prius requisierit alios Ordinarios Ecclesiasticos, vt suū impartirentur auxilium, illudq; insufficiens detectum fuerit, verior est opinio contraria, prout multis rationibus eam comprobat Fedet. de Sen. in cons. 163. col. 2. dicens posse delegatum Papæ, si vult ad Ecclesiasticum ordinariū confugere, priusquam ad sæcularem iudicem, non tamen præcisè ad hoc teneri, sequitur Franc. marc. decis. 72. num. 4. par. 1. Nauar. in c. cum contingat remed. 1. num. 4. de rescript. Nec dissentit Ignat. Lopez. dict. cap. 154. num. 8. ad finem.

99 LIMITA viij. Vt proposita quarti casus regula procedat, prout loquitur, in Iudice sæculari volēte cognoscere de iniustitia sententiæ Iudicis Ecclesiastici, quòd nō potest, secus in duobus iudicibus ecclesiasticis, vtputa duobus Episcopis, licèt enim vnus Episcopus teneatur exequi sententiam alterius: non tamen eam exequitur si iniusta sit. Innoc. in cap. 1. num. 2. vers. item etiam in aliis Episcopis de offic. Ordin. quem ibidem sequuti sunt Io. And. post num. 10. Hostiens. num. 11. vers. si vnus Episcopus, Bal. n. 15. & post num. 16. vers. Nec vnus Episcopus. Bellam. num. 4. in 4. oppos. vers. ponunt exemplum simile, Anto. de Butr. num. 24. col. 3. in fine, vers. per hoc infert. Zabar. colum. 4. in princ. vers. dicit deinde Innoc. Anch. num. 6. vnde vnus Episcopus, & Anan. nu. 4. vers. idem in aliis Episcopis, & Guid. Pap. num. 10.

100 LIMITA ix. in criminibus (quæ enim hucusque dicta sunt in ciuilibus, tantummodo procedunt) in quibus sæcularis iudex non tenetur Ecclesiastici iudicis sententiam exequi, nec degradatum Clericum sibi traditū, morti tradere, absque eo, quòd processum videat, & ex processu sententiam iustificatam cognoscat, secundum Bart. & alios plures, quos in fortioribus terminis recensui infra num. 104. & simpliciter eos refert Viui. qui hanc sententiam pluribus defendit opin. 396. per totam, nec ab ea (excepto tamen crimine hæresis) dissentit Ignat. Lop. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 144. nu. 11.

101 Contrarium, & verius, quòd immo in criminalibus sæcularis iudex omnino teneatur exequi sententiam iudicis Ecclesiast. absque eo, quòd de aliqua prætensa iniustitia cognoscat, illiq; impartiri debeat suum brachium, voluit Innoc. in c. 1. num. 2. vers. & intelligitur hoc de offic. Ordin. quem ibidem referendo sequuti sunt Ioan. Andr. post num. 10. vers. & intelligit hoc. Innoc. Bellam. num. 4. col. 3. in fine, vers. aut cum causæ cognitione. Imol. post num. 16. vers. demum finaliter, vbi testatur de veriori opinione. Card. Zabar. col. 4. in princ. vers. sed si in iudicio damnatum. Anchar. num. 6. vers. si autem condemnatum in iudicio, Abb. nu. 11. vers. si petit, & nu. 12. vers. sed si non traditur, qui omnes communiter cōcludunt, quòd absque alia cognitione Clericum degradatum, & Curiæ sæculari traditum, sæcularis iudex tenetur morti tradere, &c.

102 Et nihilominus pro concordia reperio Doctores distinguentes, quod aut sumus in crimine sæculari, vel mixti fori, in quo sæcularis iudex etiam iurisdictionem habet, aut verò in crimine merè Ecclesiastico, prout est hæresis: Primo casu dicūt, q iudex sæcularis non exequitur, nisi sibi exhibito processu iudicis Ecclesiastici, & nisi sententiam viderit iustam, aliter secus. Tunc enim traditus Curiæ sæculari, efficitur de foro illius iudicis, qui propterea debet ipsum, vt Subditum iudicare, & non vt purus exequutor, allegāt text. in §. si vero crimen, in Auth. de Sacrosanct. Episc. & per istum tex. ita tradiderunt Alex. in l. Magistratibus in fine, & ibi etiam Ang. num. 6. vbi loquitur in crimine sacrilegij, & Ias. nu. 10. in fine. ff. de iurisd. omn. iud. Anchar. in c. at si clerici, num. 21. de iudic. & ibi etiam Dec. nu. 98. Ant. de Butr. in cap 1. num. 24. vers. tene hoc, iuncto vers. si spectat ad ecclesiasticum, & vers. tene quod, nec etiam sæcularis, & d. num. 24. colu. 4. post princ. vers. idem puta. Imol. num. 16. vers. si autem fuisset lata, in causa criminali, & d. num. 16. post med. col. 6. in princ. vers. secus quando erat crimen, de quo posset se intromittere. Abb. num. 11. in fine, vers. & finaliter videtur concludere, & num. 12. vers. sed vbi crimina non essent merè ecclesiastica. Guid. Pap. num. 9. vers. subditamen. de offic. Ordin. Felyn. in cap. ad abolendam, num. 5. de hæret. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 144. secundū vltimam impressionem num. 2. Albertin. de assert. catholic. & hæret. q. 25. num. 43. vbi benè comprobat, & bonas reddit rationes, & n. 45. ad med. vbi quòd hæc conclusio indubitanter procedit. Boss. in tit. de denunciat. num. 11. & in for. compet. num. 87. vers. sed si potest cognoscere, & num. 90. Vbi quòd ita tenent cōmuniter Doctores (quāuis Decius, vt ibi per eum relatus aliquo modo cōtradicat) Clar. in pract. crim. §. fin. q. 96. vers. quæro etiam in princ. & in fin. vbi etiam de communi ex Alciat. & Curt. iun. in locis ibi per eum relatis. Viu. opin. 936 num. 1. & seqq. vbi testatur de veriori, communiori, & tutiori opinione. inuehitq; contra iudices, quos imperitos existimat, contrarium facientes. Brunor. a Sole quæst. legal. 17. num. 56. Flamin. Cart. de exequut. sent. cap. fin. num. 6. & seqq. vbi aliis relatis concordantibus, ac etiam relatis, & reprobatis contrariis testatur de communiori, veriori, & receptiori opinione, & ab ista communi non esse recedendum, dixit Sigism. Scacc. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. c. 63. vers. si vero delictum est merè ecclesiasticum, & seq. & num. 8. vbi propterea, quòd sunt exhibenda coram iudice sæculari omnia acta, & processus, vnà cum ipsa sententia Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 154. num. 11. in fine.

103 Secundo vero casu, videlicet in crimine hęresis, aut alio ecclesiastico delicto in quo iudex sæcularis nullam habet cognitionem, & iurisdictionem, dic, quòd idem sęcularis iudex tenetur sententiam iudicis ecclesiastici exequi absque eo, quòd in aliqua cognitione se intromittat, text. est expressus in cap. vt inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. per quem text. hanc firmarunt opinionem. Alex. in l. Magistratibus num. 8. & seq. vbi alij referuntur concordantes, & ibi etiam hoc idem voluerunt Iacob. de S. Georg. vbi quod dictum Bart. cōtrarium tenentis non est verum, Ias. nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. & Ang. in l. Diuus, la 2. ff. de custod reor. Cagnol. in l. cum quædā puella, sub num. 33. ff. de iurisd. omn. iudic. Ant. de Butr. in c. 1. num. 24. vers. hoc casu, si cognitio criminis spectat ad solam Ecclesiam, & ibi etiam Imol. num. 16. vers. si autem fuisset lata in causa criminali, iuncto vers. sed aduerte; vbi propterea, quò Gulielm. & Bart. contrarium tenentes (& cum quibus prout asserit, communiter transeunt Legistæ) malè dicunt. Imol. num. 16. ad finem, vers. si autem emanat super causa criminali. Abb. num. 12. Ana. num. 3. vers. contra quem, Bar. &c. Alciat. num. 10. extra de offic. Ordin. Aret. in cap. at si Clerici, num. 20 & seqq. vbi etiam Bart. opinionem falsam asserit, & ibi etiam Anchar. num. 12. & 13. Bero. nu. 79. & seqq. vbi reprobat Bart. opin. & hanc dicit communiter receptam, & à Canonistis, & a Legistis.

Quamuis postea Bart. sententiam in duobus casibus ibi per eum relatis saluari posse contendat, sed in fine cogitandum relinquit. Dec. num 10. extr. de iudic. Anan. in cap. communicamus, il 2. num. 27. de hęret. Felyn. in cap. ad abolendam num. 5. de hæret. vbi in hac opinione tanquā vltimo loco per eum relata residere videtur (quamuis a nō nullis

nullis pro contraria parte allegetur, dum & ibidem nu. 4. contrarium tenentes refert) Ang. de malef. in verbo *nec non ad denunciationem*, sub num. 14. Cassan. in consuetud. Burgun. rub. *Des Iustices* §. 8. circa finem, num. 14. Afflict. in proœm. constit. Regni Sicil. in glo. Gladij, nu. 56. vers. secunda conclusio sit ista Corrad. Brun. in tract. de heret. lib. 4. cap. 15. Grauat. ad Vestr. in pract. lib. vlt. cap. fin. sub num. 41. Vbi etiam testatur, quòd hæc est communis opinio Canonistarum. Boss. in tit. de denunciat. num. 11. & in tit. de foro compet. num. 87. in princ. iuncto versic. & ita quando iudex Ecclesiasticus, & num. 90. in fin. Vbi, quòd iste casus est clarus, & in tit. de hæret. num. 10. & in tit. de senten. num. 114. vers. & quando delictum. Ioan. Royas sing. 107. incip. iudex. *De* qua re in tract. de heret. par. 2. q. 450. Alphons. de Castr. de iust. hæret. punit. lib. 1. c. 23. Bernar. Comen. in sua Lucerna verbo *exequutio*. §. 6. vers. sed quæritur. Simanch. Cathol. institut. 36. per totum.

Vbi relatis, & reprobatis contrariis, ac præsertim Igneo in loco infra citando, quem impudentem, & insanum, ac potius hellebore, quam confutatione dignum existimat, hanc opinionem veriorem, receptiorem, ac etiam Pontificum Constitutionibus, & vsu comprobatam existimat, Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 144. secundum vltimã impressionem, num. 2. & ibi Ignat. Lopez. in addit. littera A, Vbi relatis, & reprobatis contrariis testatur de veriori communiori, & obseruata opinione, præsertim in Hispan. Clar. in pract. §. fin. q. 96. sub vers. quæro etiam. Vbi, & de communi, & de seruata apud eum opinione testatur Albertin. in tract. de assert. cath. & hæret. q. 25. num. 43. vers. præterquam in crimine hæresis, & num. 44. & seq. Brunor. a Sole q. legal. 17. num. 56. Franc. Pegn. in director. Inquisit. par. 3. comment. 85. q. 36. per tot. fol. 608. Vbi testatur de vera, & communi opinione. Eamquè latè comprobat etiam ex Constitutionibus Summorum Põtificum in fine operis per eum positis, quæ omnem prorsus tollunt difficultatem; subdunt insuper, quòd sæculares iudices aliter facientes puniendi sunt, tanquam hęreticorum fautores. Flamin. Cartar. de exeq. senten. c. fi. post num. 7. Sigism. Scacc. de iud. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 63. num. 7.

Vbi etiam latè hanc opinionem comprobat tanquam veriorem, & magis communem, & ab ea, quæ etiam sine dubio in practica communiter recepta est in iudicando, & consulendo minimè recedendum esse dubitandum non est.

104 Quamuis contrarium, & malè; affirmare ausi fuerint voluerit Bart. post Guliel. de Cun. in l. Magistratibus, numer. 4. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi etiam Alber. num. 7. Ang. num. 6. Vbi hanc opinionem credit veram de iure, licet non sic vigore cuiusdam Extrauagantis ibi per eum relatæ, quòd & idem dixit Fulgos. ibidem num. 5. Paul. de Castr. num. 4. Imol. in cap. 1. num. 16. post med. Vbi licet Bart. opinionem non sequatur, eam tamen a Legistis communiter receptam testatur Card. Zabar. ibidem col. 4. ad med. vers. & ex prædictis infertur Anchar. num. 7. vbi opinionem Bart. tanquam vltimo loco ibi per eum relatam sequi videtur Igne. in l. 1. §. cum dominus, num. 41. ff. ad Syllan. Iodoc. in pract. crimin. cap. 61. nu. 53. Mant. sing. 274. incip. crim. hæresis. Vasq. lib. 1. de success. creat. §. 6. num. 16. vers. denique, &c. Et in hac opinione si rectè eius verba perpendantur residere videtur Viui. opinion. 396.

105 AMPLIA I. præcedentem ix. limitationem, vt iudex sæcularis hæreticum sibi a iudice Ecclesiastico traditum teneatur statim punire, & morti tradere, & probare tex. in cap. vt inquisitionis, §. prohibemus in illis verbis *sine mora*, Et ibi glos. de hæret. in 6. & adnotauit Francis. Pegn. in director. Inquisitorum, par. 3. commen. 85. q. 36. fol. 608. col. 2. vers. iam hæreticos, & seqq. Vbi tamen in hac re Prouinciarum consuetudinem spectandam esse concludit; Cum in Hispania hæretici statim morti tradantur, in Italia verò per tres, vel quatuor dies, postquã sæculari Curiæ traditi sunt, ex Bulla Innocentij Quarti ibi per eum recitata, vel etiam per sex dies, vt in rescripto Innocentij viij. pariter ibi relate. Ex quibus infert non posse dici negligentes, nec puniendos sęculares Magistratus, qui non vltra dictos dies hæreticos sibi traditos morti tradere differunt. Nec dissentite Diaz. in pract. crim. can. c. 144. secundum vltimam impressionem, nu. 2.

106 AMPLIA ij. eandem ix. limitationem, vt si iudex sæcularis non vult exequi sententias latas contra hæreticum, potest per iudicem Ecclesiasticum ad id etiam per censuras Ecclesiasticas compelli. Hoc non habet difficultatem, per ea, quæ in genere dicta sunt supra num. 82. Et in spetie probat text. in c. Vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæreticis in 6. & adnotauit Franc. Pegn. in director. Inquisitor. par. 3. comment. 85. q. 36. vers. Primò, & vers. ergo inquisitor. vbi in idem allegat Bernard. comment. in sua Lucerna, verbo *exequutio*, § 7. vers. immò inquisitor, dicentem, id etiam cautum rescripto Vrbani iiij. & Alexãd. iv. & prosequitur idem Pegn. ibidem in vers. quæsitum est, & seqq. Vbi in specie quid facere debeat inquisitor, siue Ordinarius, siue Delegatus, si videat iudicem sæcularem negligentem hæreticos sibi traditos vltimo supplicio afficere. An scilicet expressè ipsi iubere, vt ipsos morti, & combustioni tradat, an vero potius non expressa mortis, & combustionis pœna, ne irregularitatis periculum incurra, teidẽ sæculari iudici in genere iubeat (quòd tutius existimauit) vt sub pœna excommunicationis, aut aliis censuris sententias a se latas exequutioni mandet, iuxtà formã rescripti Alexandri Quarti, & Leonis X. de quibus ibi per eum, quem in hoc occurrenti casu videas, ponentem etiã aliam formam præcipiendi sæcularibus iudicibus, vt hæreticos morti tradant absquè eo, quòd dubitetur de incursu irregularitatis Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 144. littera A, fol. 544. post versic. est quidem quęst.

107 AMPLIA iij. dictam ix. limitationem, vt iudex sęcularis teneatur exequi contra hæreticum sententiam iudicis Ecclesiastici, illumq; morti tradere, quamuis dicat liquidò sibi constare sententiam esse iniustam.

Non enim potest sub prætextu notoriæ iniustitiæ exequutionem retardare. Aut enim idem iudex prętendit notoriam iniustitiam constare ex actis, aut aliunde, & extra acta. Primò casu prætensio est inanis cum coram ipso acta non fuerint exhibita: Secundò autem casu non est curandum, cum iudex non vt priuatus, & secundum propriam conscientiam iudicare debeat, sic namque hanc ampliationem reprobatis Gonsal. Alciat. & Corrad. Brun. in locis ibi per eum relatis comprobat Simanch. cathol. instit. tit. 36. num. 6. sequitur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 144. littera A, vers. sunt tamen, qui censent, & faciunt tradita supra nu. 90.

108 AMPLIA iiij. Vt idem iudex non solum non possit cognoscere de iniustia sententiæ contra hæreticum latæ per iudicem Ecclesiasticum, sed nec etiam super nullitate propter defectum iurisdictionis.

Nec sub isto prætextu potest exequutionem retardare. Simanch. cath. instit. tit. 36. num. 7. (Quamuis alias extra crimen hęresis sæcularem iudicem posse super nullitate probatione recipere, non ad effectum cognoscendi, sed supersedendi tantum, & causam ad Superiorem remittendi, dixerint *Docto*. allegati supra num. 76. 90. & 91.) sequitur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. littera A, vers. nec desunt.

ARGVMENTVM.

De Iudicis, seu Magistratus auctoritate, & iussu, quando excuset à dolo, & à pœna.

SVMMARIVM.

Iudicis iussus, & authoritas regulariter facit de illicito licitum, excusatq; à dolo, delicto, & pęna, num. 109.

Iudicis

QVÆST. LXXXXVII. CASVS V.

109 REGVLA sit in hoc v. casu, quòd *Iudicis* iussus, & authoritas facit de illicito licitum, excusatq; a dolo, delicto, & pœna. Text. in l. nõ videtur data. §. qui iussu iudicis, & ibi Dec. num. 1. & 2. Cagnol. etiam num. 1. & seqq. Gulielm. Mayner. num. 3. ad finem. ff. de reg. iur. qui text. canonizatus est, in c. quod quis, & ibi glo. 1. Dyn. num. 1. & ibi in addit. Vbi referuntur plures Doctores hanc materiam tractantes. Io. And. Io. Monac. & Franc de reg. iur. in 6. text. in l. si quis quasi. ff. ad Syllan. facit text. in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. & in l si quis id quòd §. doli, & ibi gloss. in verbo *iussus*, & communiter omnes. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. ait prætor. §. 1. vers. quid tamen ff. de minor. & in l. quamquam in princ. ff. de aqu. pluu. arcen. vbi quòd sepulchrum, per quod aqua pluuia poterat nocere iussu iudicis deseruit, non tenetur de sepulchro violato. Socin. reg. 202. in princ. & in 1. fallent. Maria. in sua disputatione 1. post practicam, num. 9. Tiraq. de pœn. tẽper. caus. 34. num. 4. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. casu 354. num. 26. & seqq. & in 3. retinen. possess. remed, num. 640. & faciunt quæ dixi supra q. 84. num. 69. vbi in specie probaui, quod iudicis auctoritas excusat a dolo.

110 AMPLIA *I*, propositam regulam (& illatiuè ex ea) vt iudicis licentia, & auctoritas excuset a pœna turbationis, secundum Menoch. de retinen. poss. remed. 3 num. 641. vbi ampliat etiam, quòd causa licentiæ fuisset falsa, & ibi benè hæc conclusio comprobatur, & etiam declaratur, & ista videtur materia, text. in l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. & ad eius cognitionem vide ibidem Doctores omnes.

111 AMPLIA II. vt iudicis iussus, & authoritas excuset non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus: ideo sic etiam excusat à pęna debitorem non soluentem in tempore conuento, vel etiam nõ soluentem suo creditori, sed alteri, quæ conclusio, quando vera sit, & de materia vide Bartol. in l. creditor. ff. de solut. Io. Andr. in cap. quod quis ante num. 1. & 2. in fine, de reg. iur. in 6. spec. in tit. de solut. §. nunc aliqua, vers. illud autem quæritur. Francisc. in d. cap. quod quis, num. 1. vbi alij recensentur antiquiores. Alber. in l. si quis id, quòd, num. 6. ff. de iurisd. omniũ iud. Dec. cons. 25. Ias. cons. 26. lib. 3. Afflict. decis. 150, Dec. & Cagnol. in l. non videtur data. §. qui iussu num. 1. & seqq. ff. de reg. iur. vbi alij referuntur concordantes, & declaratur materia, & ibi etiam Gulielm. Mayner. num. 3. ad finem. Gabr. lib. 3. tit. de solut. concl. 11. vbi de debitore coactè soluente alteri, quam suo creditori, iussu iudicis, vel Tyranni, de quo etiam per Menoch. de arbitr. quęst. li. 2. casu 137. vbi, & in specie de eo, qui coactus soluit fisco. Hier. de Monte. q. 27. num. 25. & seqq. & num. 28. & 34. & 47. Steph. Lambert. de contract. eorum, &c. gloss. 10. num. 39. & seqq. vsque ad num. 46. vbi etiam in specie, quòd paria sunt, quid fieri iussu iudicis, vel quod iudex possit iubere, & alia ad materiam.

112 LIMITA *I*. huius v. casus propositam regulam procedere, si iudicis iussus iustus sit, vel saltem si est dubium, an sit iustus, vel iniustus, secus si esset iniustus, & de illius iniustitia constaret, quia tunc videtur, quòd non excuset, ex quo illi non solum parendum non est, cap. si Dominus, & cap. qui resistit. 11. q. 3. sed etiam, & resisti potest, prout latè probaui in tit. de carcer. & carcerat. q. 32. num. 88. & seqq. & in specie in iis terminis adnotauit Dec. in l. non videtur data §. qui iussu, num. 4. & ibi etiam Cagnol. num. 5. ff. de reg. iur. facit gloss. in c. quicumque in fine, in verbo *vti*, de sent. excomm. in 6. & ante Dec. & Cagnol. in locis præcitatis expressè hanc declarationem posuit Dyn. in cap. quod quis, num. 3. & seqq. de reg. iur. in 6. vbi distinguit tres casus. Primus est, quando iudicis pręceptum est iustum, & secundum leges; Secundus, quando est dubium: Tertius, quando apertè est contra legem. Primò casu præceptum excusat, quia non parendo quis punitur l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Secundo casu pariter excusat, quia ĩ dubio pro iustitia præcepti pręsumẽdum est propter iudicis authoritatem, l. seruo inuicto. §. cũ prętor. ff. ad trebell l. si prætor. ff. de iudic. Tertio autem casu non excusat, quia parendum non est iniusto iudicis pręcepto, & contra legem. Immo resisti debet, & qui non resistit, punitur l. omnes. C. de decur. l. 10. l. euidenter. C. de excusat. muner. eod. lib. 10. in fine. C. de mag. fac. scrin. lib. 12. l. quoniam iudices. C. de appellat. cum aliis ibi per eum allegatis, & hanc Dyni distinctionem referendo sequuti etiam sunt Brun. de indic. & tortu. par. 2. q. 7. num. 5. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1135. num. 8. & faciunt quæ in specie de Biroariis, dixi infra num. 129.

113 Verum si hæc limitatio est vera (prout de illius veritate valde dubito) vtique videtur destrui regula supra firmata, quod scilicet iudicis iussus, & auctoritas excuset a delicto, & pœna, quæ regula sine dubio intelligenda est de iniusto iussu, & præcepto, non autem de iusto. Alioquin si esset iustum ex eo, nec dolum, nec delictum redargui posset, & consequenter non esset opus excusatione, ideo cogita.

114 LIMITA ij. vt iudicis iussus, & auctoritas excuset in iis, quæ spectant ad eius officium, secus si iubeat, vt priuatus, & in non spectantibus ad eius officium, & extra illud, glo. in l. non videtur. §. qui iussu, in verbo, *qui iussu*, vers. si verò non exequatur, & ibi etiam Dec. num. 5. & Cagnol. eod. num, 5. ff. de reg. iur. glo. in cap. quod quis in 1. gloss. vers. si verò non exercet officium suum, de reg. iur. in 6. Ioan. Monac. ibidem num. 2. Aym. cons. 319. nu. 11. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. num. 28. Flamin. Cart. de exequut. sentent. cap. fin. num. 362.

115 LIMITA iij. in iussu iudicis maliciosè per partem procurato, & affectato arg. tex. in l. & qui data. ff. ex quibus caus. maior. Cagnol. in l. non videntur data. §. qui iussu, num. 4. ff de reg. iur.

116 LIMITA IV. quando iudex processit, iuris ordine non seruato, quia tunc cum illi resisti de facto possit, vt dixi in 1. par. p. 32. num. 97. & seq. multo magis non excusat illi obedientem, secundum Dec. in l. non videntur data. §. qui iussu, num. 4. in fine. ff. de reg. iur. ex Bart. quem allegat in l. iustè possidet in princ. ff. de acquir. possess. Cagnol. in d. §. qui iussu, num. 5. Socin. reg. 202. in 1. fallen. Maran. in sua disputat. 1. num. 44, Menoch. in 3. remed. retinen. possess. num. 642. vbi in specie probat, quod iudicis licentia, quando est nulla, defectu solemnitatis iudicij, vt puta, quia data parte non citata.

117 Non excusat in materia turbatiuę a lata culpa, licèt benè excuset a dolo, & num. 643. ibi de iudicis licentia nulla defectu iurisdictionis, quando scilicet iudex est omnino incompetens. Et vtroq. casu ibi per eum adducuntur concordantes; ad quæ vide pariter Gabr. lib. 7. conclu. 8. num. 7. vbi quod iudicis decretum inualidum excusat a dolo, & nu. 31. & seq. vbi pariter aliis relatis infert huiusmodi

modi iudicis decretum excusare à pœna corporali, quæ te quirit dolum, non autem a pœna pecuniaria, quæ sola cul pa lata contenta est, vt suo loco dixi; ad quam materiam, quando scilicet iudicis decretum inualidum excuset a dolo, & a pœna, vide omnino Batt. Alex. Ias. & alios scriben tes in d. l. iustè possidet. ff. de acq. poss.

118 LIMITA V. vt iudicis iussus, & authoritas excuset in leuioribus, & in quibus dolus non adest, glo. in l. nō videntur. §. qui iussu, in verbo *qui iussu*, in fine vers. at in his, in quibus non est dolus. ff. de reg. iur. Item glo. in cap. quod quis in 1. glo. ad finem, vers. in his autem, de reg. iur. in 6. Alber. in l. si quis id quod, num. 6. ff. de iurisd. om. iud. Menoch. d. casu 354 num. 25.

119 Secus autem in atrocioribus, glo. in l. non videntur data, §. qui iussu, in verbo, *qui iussu*, in fine, vers. prædicta di stinctio. ff. de reg. iur. Item glo. in c. quod quis in 1. gloss. vers. & hoc verum in atrociotibus, de reg. iur. in 6. Ioan. Monac. ibidem num. 1. in fine, vers. & ideo qui facit. Alber. in l. si quis id quod num. 6. ff. de iurisd. omn. iud. Tiraquel. qui alios refert concordantes, caus. 34. nu. 1. & seq. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. nu. 22.

120 Et tamen etiam in atrocibus iussus iudicis excusat a pœna ordinaria, prout in specie pluribus comprobat Tira quel. de pœn. d. caus. 34. num. 3. & 4. Iacob. de Graff. in suis decis. lib. 2. cap. 164. nu. 12. par. 1. & ante eum Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. nu. 22. & seqq. in discursu.

ARGVMENTVM.

De Birruarijs, & exequutoribus, si Iudicis, ac Præsidis iussu, & mandato faciant aliquod iniustum; an excusentur, & quando.

SVMMARIVM.



Birruarij, & exequutores exequendo Iudicis, & Præsidis iniustam sententiam, seu preceptum regulariter excusan tur, num. 121.

Birruarij, & exequutores occidendo aliquem de mandato Iudicis, ac Præsidis excusantur, num. 122.

Minister Iustitiæ si aliquem suspendat, quamuis iniustè excusatur, quia de mandato Iudicis, num. 122.

Birruarij & exequutores torquendo aliquem de mandato Iudicis excusantur, quamuis iniustè, num. 123. Contra, nu. 124.

Birruarij, & exequutores diruendo domum alicuius de mandato Iudicis excusantur, num. 125.

Birruarij, & exequutores non excusantur obediendo Iudici præcipiẽti aliquid, vt priuatus, & quod non spectat ad eius officium, nu. 126. Intellige, vt non excusentur in atrocioribus, num. 127. Secus autem in leuioribus, num. 128.

Birruarij, & exequutores non excusantur obediendo Iudicis præcepto, quando illud est expressè iniustum, & contra legem, nu. 129. Contra, num. 130.

QVÆST. LXXXXVII. CASVS VI.

121 REGVLA sit in hoc vj. casu, quòd birruarij, & exequutores excusantur exequendo iniustam Iudicis sententiam, seu præceptum in ijs, quæ spectant ad eorum officium, gloss. in l. non videntur data. §. qui iussu, in verbo, *qui iussu*. ff. de reg. iur. glo. in c. quòd quis, de reg. iur. in 6. in gloss. 1. in princ. Dyn. in d. cap. quod quis nu. 3. vers. & idem dici potest in exequutoribus, in l. iniuriarum act. §. si quis id quod. ff. de iniur. vbi propterea consulit officia libus potestatis, quòd si contra eos in syndicatu porrigitur querela de aliquo iniustè facto articuletur, & probetur, si fieri potest, per confessionem Potestatis, quòd illius iussu illud exequuti sunt, & erunt tuti. Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*. num. 11. Alex. cons. 1. num. 7. & seq. lib. 3. vbi quòd Notarij, Milites, & birruarij tenentes obedire officiali, & Iudici, quia sine dedecore resistere non possunt, ex Bart. quem allegat in tract. de præsal. in 2. q. c. quæstionis principalis Floria. in l. liber homo la 2. num. 3. ff. ad l. Aquil. vbi etiam refert, & approbat cautelam, & consilium Ang. in d. l. iniuriarum actio. Gulielm. Mayne. in l. velle non creditur, num. 5. ff. de reg. iur. Cepoll. caut. 28. incip. ductus ad carcerem. Gramm. decis. 36. num. 81. & seqq. vbi bene comprobat, & exornat, & inter alia dicit, quod mandatum Potestatis in forma iustitię, & necessitas officij excusant istos milites, & exequutores, Summa Syluestr. in verbo *Iudex*, il 2. q. 6. vbi videtur ampliare hanc cōclusionem etiam, quòd exequutor sic certus de iniustitia sententiæ.

122 AMPLIA I. propositam regulam, etiam quod aliquem occidant, quod enim excusentur birruarij, exequutores, ac alij ministri iustitiæ, vt puta, carnifices, exequendo sententiam capitalem, & eius vigore occidendo, & decapitando aliquem de mandato iudicis, seu Magistratus, probatur in c. miles, & in c. cum homo, & in c. homicidium 23. q. 5. glo. in c. quod quis in glo. 1. in princ. de reg. iur. in 6. Cataldin. de Syndic. q. 120. post num. 167. vbi quod ita alias in facti cōtingentia fuit iudicatum Gulielm. Mayner. in l. non videntur §. qui iussu, num. 4. ff. de reg. iur. Gram. decis. 36. num. 81. & seqq. vbi benè comprobat, & exornat Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assass. §. sequitur, ex quibus causis excusetur Mandatarius, num. 8. & num. 11. vbi alij referuntur concordantes Summa Syluestr. in verbo *Iudex*, il 2. q. 6. Monticell. reg. crim. 6. num. 9. Clar. in pract. §. fin. q. 60. num. 12. sub vers. solet dubitari, ibi *ex hoc etiam infertur* vbi refert, & sequitur Catald. in loco præcitato. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. post num. 23. vbi refert Catald. & Clar. in locis præalleg. & nu. 25. vers. quid si Magistratus, & seqq. vbi, ni fallor, concludit isto casu excusari etiam a pœna extraordinaria, licèt contrarium annuisse videatur sub d. num. 23. vers. ab extraordinaria verò pœna, prout in contrarium adducitur, & refertur à Flamin. Cart. in prac. de exeq. sent. c. fin. num. 358. & seqq.

123 AMPLIA II. vbi birruarij, & exequutores excusentur torquendo carceratum, seu alium de mandato iudicis, quamuis indebitè, & iniustè. Bal. in l. certi conditio col. 5. vers. vnde cum daretur libellus ff. si cert. pet. vbi dixit laceratum fuisse libellum datum contra officialem Potestatis, pro eo, quòd eiusdem officialis iussu quēdam inde bitè torserat, quod & idem dixit Florian. in l. liber homo, la 2. num. 2. vers. item nota, ff. ad l. Aquil. Ang. in l. iniuriarum actio. §. si quis, id quod ff. de iniur. vbi per illum text. dixit, quòd miles, aut alius de familia Rectoris ponēs aliquem ad torturam, siue tanquam reum, siue tanquam testem. & siuè iustè, siuè iniustè, de mandato ipsius Rectoris puniri non potest. Et propterea dat cautelam pro ipso milite, vt si tempore sindicatus fuerit contra ipsum porrecta querela, de hac indebita tortura procuret confessionē ipsius Rectoris super mandato dato, & erit liber. Augustad Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*. num. 13. Alexand. cons. 1. num. 7. lib. 3. Cæpol. caut. 214. num. 1. Gramm. decis. 36. num. 81. & seqq. vbi refert, & sequitur delicta per Bald. & Ang. in locis præcitatis, & alios refert concordantes. Cagnol. in l. velle non creditur num. 9. vers. hinc Bald. &c. ff. de reg. iur. Iacob. Nouell. reg. 47. in princ. Vbi loquitur etiam in casu, quòd tortus moriatur. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. nu. 23. Mōticell. reg. crim. 6. num. 10. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1135. num. 3. & seqq. vbi refert Bal. & Ang. in locis pręcitatis.

124 Quamuis contrarium in casu, in quo tortura indebita inferatur, expressè contra legem iuxta, generaliter tradita supr. num. 112. voluisse videatur Dyn. in c. quod quis num. & seqq. de reg. iur. in 6. dicens, quòd isto casu exequutor debet resistere, & non resistendo punitur per text. in l. omnes. C. de decur. lib. 10. & per alia iura ibi per eum allegata, & Dyn. sic dicentem sequuti sunt Brun. de indit. & tortu. par. 2. q. 7. num. 5. & 6. vbi secundum hanc Dyn. declarationem dixit, intelligendam esse doctrinam Bald.

&

Bal. & Ang. in locis præcit. nec ab ista intelligentia Brun. dissentire videntur Franc. Marc. decis. 254 incip. quæritur, quando par. 2. vbi, & hanc contrariam opinionem admittit, quando exequutor scit, torturam iniustam, secus si ignoret, quia in dubio debet credere Iudicis mandatum iustum, vt ibi per eum & Mascard. de probat. lib. 2. d. concl. 1135. num. 8. vbi refert & sequitur Brun. in loco præcitato.

125 AMPLIA III. vt pariter birruarij, & exequutores excusentur diruendo domum alicuius asserti delinquẽtis, seu alterius de mandato iudicis, quamuis indebitè, secundum gloss. in d. l. non videntur data. §. qui iussu, in verbo *qui iussu*, ff. de reg. iur.

126 LIMITA I. in birruarijs, & exequutoribus obediẽtibus iudici aliquid præcipienti, vt priuato, & in iis, quæ non spectant ad eorum officium, quia tunc non excusantur, sed puniuntur glo. in l. non videntur data. §. qui iussu, in verbo *qui iussu*, versic. si verò non exequatur officiũ suum, ff. de reg. iur. Item glo. in c. quod quis, in 1. glo. vers. si verò non exercent officium suum, de regu. iur. in sexto.

127 SVBLIMITA hanc 1. limitat. vt scilicet birruarij, & exequutores non excusentur obediendo iniusto iudicis præcepto in iis, quę sunt extra eorum officium, quando sumus in atrocioribus, glo. in l. non vidẽtur data. §. qui iussu, in verbo *qui iussu*, in fin. vers. prædicta distinctio. ff. de reg. iur. Item glo. in cap. quòd quis in 1. glo. vers. & hoc verum in atrocioribus, de reg. iur. in 6.

128 Secus autem in leuibus, & in quibus non adest dolus, glo. in d. l. non videntur data. §. qui iussu, in verbo *qui iussu*, in fin. vers. at in his, in quibus non est dolus. ff. de reg. iur. Item glo. in c. quod quis, in 1. glo. ad fin. vers. in his autem, de reg. iur. in 6.

129 LIMITA II. dictam huius vj. casus regulam non procedere, quando præceptum iudicis esset expressè contra legem, quia tunc birruarius non tenetur obedire illi, & obediendo non excusatur, ad ea, quæ generaliter dixi supra num. 112. & in specie sic voluisse videtur Dyn. qui pluribus iurium auctoritatibus cõprobat, in c. quod quis num. 3. & seqq. de reg. iur. in 6. cuius dicta reassumit, & sequitur Brun. de indit. & tort. par. 2. q. 7. num. 5. Nec dissentit Gulel. Mayner. in l. velle non creditur, num. 5. in fin. vers. quod intelligi debet verum. ff. de reg. iur. & in l. non videntur. §. qui iussu, num. 5. ff. eod. Nouell. regu. 47. in 1. & 2. fallen. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1135 nu. 8 Monticell. reg. crim. in. 6. num. 11.

130 Verum si hæc limitatio esset vera, destrueretur vtiquẽ & sine dubio proposita regula, quę præsertim loquitur de iudicis præcepto iniusto,

Si enim esset iustum, non esset opus dubitare, an birruarij illud exequendo excusentur, quia excusatione non indigerent. Et si est iniustum, vel contra legem, absurdũ est dicere, quòd ipsi possint recusare exequutionem, cum ad eos non spectet de tali iniustitia cognoscere, vel opponere: ideo quicquid dixerit Dyn. in loco præcitato, & qui eum sequuntur: non recedas a regula etiam, quòd iudicis præceptum esset iniustum, & contra legem, prout etiã in simili dixi supra num. 113.

ARGVMENTVM.

Laboratores, & operarij an excusentur laborando in fundo alieno, de mandato eius, qui ipsos ad laborandum conduxit.

SVMMARIVM.



LAboratores ignoranter laborando in fundo alieno, de mãdato alterius regulariter excusantur, num. 131.

Laboratores non excusantur laborando in fundo alieno quando præsumptio est, quòd ipsi sciuerint illum fundum esse alienum, & non illius, de cuius mandato ibidem laborarũt, num. 132.

Laboratores non excusantur faciendo actum contrarium, nu. 133.

Laboratores non excusantur laborando in fundo alieno, quando est publica vox, & fama, quod ille fundus non est illius, de cuius mãdato ibidem laborarunt, num. 134.

Laboratores non excusantur laborando in fundo alieno, quando eidem fundo, & ipsi habebant alium fundum vicinum, num. 135. Declara, vt num. 136.

Laboratores non excusantur laborando in fundo alieno, quando illis fuit denunciatum, aut protestatum, ne laborent, & ab opere desistant, num. 137. Contra, num. 138.

Laboratores non excusantur, quando ex seipsis, & sine mandato conductoris aliquod delictum commiserunt, vtputa, verberando spoliando, & vim committendo, num. 139. & seq.

Laboratores non excusantur ex mandato alterius, quando vadunt ad colligendos fructus immaturos, num. 141.

Laboratores non excusantur ex mandato alterius in amotione terminorum, num. 142. Contra, num. 143.

Laboratores non excusantur, quando iuerunt ad laborandum in fundo alieno cum armis, num. 144.

Laboratores non excusantur eundo ad laborandũ in fundo alieno nocturno tempore, num. 145.

Laboratores volentes se excusare ex mandato alterius debent mandatum probare, num. 146. Et an credatur domino fundi, dicenti ibidem laboratores laborasse de eius mandato, num. 147.

Laboratores in eo, quòd tenentur laborando in fundo alieno, habent actionem iniuriarum ad damna, & interesse contra illum, de cuius mandato laborarunt, num. 148.

QVÆST. LXXXXVII. CASVS VII.

131 REGVLA sit in hoc vij. casu, quòd excusantur laboratores laborando in fundo alieno, putantes fundum esse illius, à quo conductĩ sunt ad laborandum, glo. in l. in rem. §. tignum, in verbo *descendit*, & ibi Bal. col. fin. vers. in eadem glo. Bart. num. 1. & ibi Addentes alios referunt concordantes, & tractantes materiam. Alber. nu. 1. in fin. Ang. num. 2. Fulgos. num. 4. ff. de rei vendic. Bar. in l. non solum. §. si mandato, num. 5. ff. de iniur. Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*, num. 12. Dec. in l. velle non creditur, num. 8. & ibi in addit. alij referuntur concordantes, tractantes materiam, & ibi etiam Gulielm. Mayner. num. 1. ff. de reg. iur. Ias. in l. de pupillo. §. nunciationem, num. 7. ff. de nou. oper. nunc. vbi de communi, & practicata opin., & ibidem ante Ias. Rom. num. 9. Carer. in pract. in tract. de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus caus. excusetur Mandatarius, num. 5. & sæpius pro istis operariis, & laboratoribus consuluit Bal. vt in cõs. 144 num. 314. lib. 1. & cons. 463. lib. 3. & cons. 436. lib. 5. Socin. iu. cons. 54. num. 23. lib. 4. vbi quod in hoc glo. in d. §. tignum, est communiter approbata, Capra concl. 80. nu. 42. vbi quòd ita communiter tenetur, Plot. de in lit. iur. §. 49. num. 27. vbi aliis relatis testatur de communi. Ant. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicid. num. 24. in pri. vbi etiam de communi, Pet. a Plach. in epith. delict. cap. 15. num. 23. Boss. in tit. de mandat. ad homicid. num. 12. vbi etiam de communi, Barth. Tæg. in pract. crim. c. 10. num. 36. Clar. in pract. §. final. q. 60. num. 12. vers. solet dubitari in princ. vbi etiam testatur de communi ex Soci. Ias. & Boss. in locis præcit. Monticell. reg. crim. 6. num. 6. Rolan. cons. 54. num. 6. lib. 1. vbi aliis relatis dixit etiã, quòd glo. in d. §. tignum, est communiter approbata. Ibidemque num. 7. & seqq. plures affert rationes ad comprobationem huius conclusionis, & num. 5. iuncto num. 25. & seqq. respondet contrariæ rationi. Menoch. de arbitr. quæst. lib 2. casu 354. num. 35. & seqq. & casu 194. post num. 15. Hippol. Rim. in addit. ad Rimin. seniorem in cons. 576. num. 6. lit. B, lib. 3. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 103. num. 1. par. 2. vbi de communi.

132 LIMITA j. propositam huius vij. casus regulã procedere

cedere prout loquitur, quando scilicet operarij laborarũt in fundo alieno, ignorantes illum esse alienum; secus si sciebant verè, vel præsumptiuè Tunc enim quòd non excusentur scripserunt Paris. in addit.ad Bar. in l.in rem, §. tignum,litt. C, vers. & pondera,& ibi etiam Alber.num. 10. in fine,vers. si autem mala fide,& sciens ff.de re vēdic. Aug. ad Ang.de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*, sub num. 14. Dec. in l.velle non creditur,num. 11. Angel. Aret.§.cum in suo.instit. de rerum diuis. in fine. Rip. in cap. decernimus,num. 41. de iudic. Plot. de in lit. iuran. §.49. num. 27. sub 3. limit. vers. & idem, vbi laboratores, & in 5. limit.vers. & idem si sciuissent,iuncto vers. & si ex confessione.

Vbi quando de scientia apparet, vel ex confessione partis,vel ex aliqua alia euidente præsumptione. Rolan. cons. 54. num. 2. lib. 1. vbi alij referuntur. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 103. nu. 10. & seqq. par.2.

133 Et hinc non excusari eos laboratores, qui prius laborarunt in vno prædio,nomine vnius, & deinde in eodem prædio laborant nomine alterius, & quod ex hoc actu cõtrario, & scientia, & mala fides presumatur apertè scripsit Plot. de in lit. iuran. §.49. num. 27. sub 4. limit.

134 Hinc etiam non excusari eos laboratores laborantes in fundo alieno, quando publica fama est in loco,illum fundum,non esse illius,a quo operarij conducti sunt scripserunt Dec. in d.l. velle non creditur, sub num. 11. ff. de regul. iur. Plot. de in lit. iuran.§.49. num. 27. in 5.limit.versic. & si ex confessione. Roland. d.cons. 54. num. 2. in fi. & seq. iuncto num. 14. & seqq. lib. 1. vbi tamen,quòd fama debet isto casu esse legitimè probata. Ioseph. Ludou. d. decis.Perus. 103.nu. 12. par.2.

135 LIMITA II. (& hæc limitatio venit etiam illatiuè ex præcedenti) quando laboratores habebant & ipsi fundum vicinum illi fundo,in quo laborarunt. Tunc enim, cum præsumantur ratione vicinitatis habere scientiam, cuius nam ille fundus sit; hoc ideo non excusantur ratione ignorantiæ, si in fundo alieno laborarunt secundum Paris. in addit.ad Bart.in l.in rem.§. tignum.littera C, sub vers. & pondera.ff. de rei vendic. Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*,num. 12. in fine,post Bal.& specu lat. quos allegat Carer. in pract. dic.§. sequitur ex quibus causis excusetur Mandatarius,num.7. Dec. in l. velle non creditur,num. 11. ff. de reg. iur. Plot. de in lit.iur.§.49.nu. 27. sub 5. limit.vers. vnde laboratores,& operarij,vbi declarat nisi fuissent laboratores absentes,vel infirmi. Nam tunc ex vicinitate fundorum non præsumitur scientia ex Alex. in loco per eum cit. Ioseph. Ludo. decis.Perus. 103. num. 5. & seqq.

136 Vbi pariter declarat, quando laboratores essent, vel absentes, vel vicini noui. Monticell. reg. crimin. 6. numer. 8.

137 LIMITA III. (& hæc limitatio pariter venit illatiuè ex prima proposita limitatione) quando laboratoribus fuit denunciatum, aut protestatum, ne laborent in illo fundo, sed quod ab opere desistant. Tunc enim cum, vt dixi sup. in q. 89.num. 142. ex tali denunciatione, & protestatione præsumatur dolus, & mala fides. Ideo eos non excusari ex præsumpta ignorantia in specie voluerũt Rom. in l. de pupillo,§. nunciationem, num. 9. vers. & ex hoc habes.ff. de oper.nou. nunciat. Imol. in d. l. de pupillo.§. si quis forte,num.8.& 9. Ang. de malef. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*,num. 12. vers. nisi fuerit sibi laboratori protestatum. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassi. §. sequitur ex quibus causis excusetur Mãdatarius,num.5.vers. & hoc verum. Dec. in l. velle non creditur,num. 9. & seq. ff.de reg.iur. vbi alios refert, testatur de communi,& respondet contrariis, & presertim l.penul. ff. pro empt. cuius auctoritate Alex. in l. de pupillo §.nunciationem.ff.de oper.nou. nunciat. contrarium dixerat.Et hanc cõclusionem expressè ampliat etiam,quòd protestatio, seu denunciatio extraiudicialiter facta fuerit operatio,postquam incæpit laborare,quia sicut facilis fuit ad credendum conductori, quòd ille fundus esset suus; ita etiam debuit contradicenti credere, & ab opere desistere. Guliel. Mayn. in d.l. velle non creditur,num.10. in fine. Paris.in addit. ad Bart. in l.in rem.§. tignum.littera C,in vers. secundo requiratur,& vers. vide etiam quando,& ibi etiam alij adden. litt.D, vers. hanc glossam tamen limita,& ibi etiam Ang. num. 2. vers. nisi talis possessor, vbi hoc dicit esse menti tenendum, & quod infinitis vicibus habuit in facto, & Fulgos. post num. 4. ff. de rei vendic. Barth. Tæge. in pract. crim.c.10.num. 37. vbi etiam de cõmuni, ex Dec. in loco præcit. relati per Rolan. (quos tamen ipse non sequitur) in cons. 54. num.4. lib. 1. Clar.in pract. §. fin. q. 60. num. 12. vers. solet dubitari, post prin. vbi pariter de communi ex Dec. & Barth. Tæg. in locis præalleg. Menoch. de arbitr. quæst.num. 40. vbi alios refert concordantes,ac testatur de magis communi opin. reprobato,præsertim Rolan. in loco mox infra allegando, & aduerte,quòd licet is videatur exemplificare in denunciatione facta ante opus cœptum. Allegati tamen per eum loquuntur generaliter etiam in denunciatione facta post opus cæptum. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 103. num. 2. par. secunda.

138 Contra, quod laboratores excusentur non obstante dicta protestatione, seu denunciatione, nisi ea fuerit facta re integra,& ante opus cæptum, vel nisi fuerit de iudicis mandato emanata,pluribus contendit Alex. in d. l. de pupillo.§.nunciationem,num.11. & seqq. ff. de oper. nou. nũciat. quem sequuti sunt August.ad Ang. de malef.in d.verbo *& Sempronium Rodulphi*,num.14. Carer. d. §. sequitur, ex quibus causis excusetur Mandatarius num. 6. Roland. qui hanc opinionem a contrariis defendit in cons. 54. nu. 22. & seqq. lib. 1. vbi alios refert concordantes, & præsertim Aym. cons. 219. num. 12. Rip. in c. cum M. num. 248. vers. tertio dubitatur, de constit. Ruin.cons. 122.col. 2.in fine lib. 5. Addo ex hac eadem contraria opinione sic vt supra declarata, Plot. de in lit. iuran.§.49. num. 27. versic. 2.limitantur. Monticell. reg.crim.6.num. 7.

139 LIMITA VI. quando laboratores aliquid ex se ipsis, & sine mandato conductoris commisissent, vtputa, si aliquem verberassent, vulnerassent,per vim spoliassent, aut similia fecissent, quę non sunt de natura operarum locari solitarum,tunc enim non excusantur. Plot. de in lit. iuran.§.49. num.27. vers. Primo limitatur,iuncto nu. 29. vbi aliis relatis,hanc conclusionem dixi communem, ad quam vide etiam,quæ dixi in seq. limit.

140 LIMITA V. in laboratoribus,qui committunt aliquid, quòd de sui natura illicitum est, & de genere prohibitorum,vtputa,vulnerare,verberare,aut violentiam cõmittere. Plot. de in lit. iuran. §.49. num. 27. in 1. limitat. iuncto num. 29. vbi aliis relatis, testatur de communi, & d. num. 27. in 3.limit. vbi ponit exemplum in immittente incendium,aut alio modo ędificia destruente,item in euertente terram seminatam,& eod.num.27.in 5.limit.vbi idem,si laboratores incidissent arbores fructiferas,& non incidendas.

141 Et hinc laboratores non excusandos, quando vadunt ad recolligendum fructus immaturos scripsit Cagnol.in l. velle non creditur,num. 11. vbi alios remissiuè refert,& nihil firmat Plot. de in lit.iuran.§.49.num.27.sub 3 limit.

142 Hinc etiam non excusari eosdem laboratores in amotione terminorum,ex quo est de genere prohibitorum voluerunt Ias.in l.de pupillo.§.nunciationem, num.7. vers.tamen in contrarium ff.de oper.nou.nunciat.Plot. de in lit. iuran §.49.nu. 27.sub 3.limit.

143 Contrarium voluit Dec. in l.velle nõ creditur nu. 11. vers. & secundum istam limitat.ff.de reg.iur.

144 LIMITA VI. quando operarij iuissent ad laborandum in fundo alieno,cum armis, secundum Aug.ad Ang de malef. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*, num. 14 in fine.

145 Vel etiam si noctis tempore.Plot. de in lit. iuran.§.49. num. 27. in fine,in 6.limit.Clar.in pract. § fin q.60. num. 12.sub vers.solet dubitari, *Ibi etiam si huiusmodi operarij, &c.* vbi testatur de cõm. opi. ex Plot. in loco prealleg. Ioseph Ludou.decis.Perus.103.num.3.par.2.

146 LIMITA VII. quia non creditur laboratoribus dicentibus

centibus se laborasse, &c. de mandato Domini, &c. Paris. post Alex. quem allegat in addit. ad Bart. in l. in rem. §. ti-
147 gnum, littera C, vers. & sic habes, iuncto vers. Nec etiam esset credendum, ff. de rei vendic. vbi quòd nec etiam est credendum Domino asserenti, laboratores fecisse de mandato, & voluntate sua, nisi aliter constaret de ipso mandato, sed quòd licèt mandatum sit probandum credatur tamen assertioni illius, qui laboratores conduxit ad eorum excusationem, voluit Plot. de in lit. iur. §. 49. post num. 27. & facit, quòd in simili de confessione officialis ad excusationem birruariorum dixi supra nu. 123.

148 SVBLIMITA generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi laboratores non excusari, sed teneri laborando in fundo alieno, vt nihilominus ipsi Domini teneantur laboratoribus actione iniuriarum ad damna, & interesse, glo. in l. qui sepulchra, in princip. & ibi etiam Bald. ff. de sepulchr. violat. Adden. ad Bartol. in l. in rem. §. signum, littera D, vers. & adde quòd. ff. de rei vendic. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationem, num. 13. ff. de oper. nou. nunc. Ias. ibidem num. 7. vers. tu responde. Plot. de in lit. iuran. num. 27. sub 1. limit. versic. & vbi laboratores. Rimin. cons. 576. nu. 6. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Filius delinquendo de mandato Patris quando excusetur.

SVMMARIVM.



Filius delinquendo de mandato Patris excusatur regulariter, num. 149.
Filius delinquens de mandato Matris pariter excusatur, num. 150.
Vxor delinquendo de mandato sui Viri excusatur, num. 151.
Pupillus delinquendo de mandato sui tutoris excusatur, num. 152.
Filius delinquendo de mandato Patris excusatur in leuioribus, num. 153. secus in grauioribus, & atrocioribus, num. 154. & quę in proposito dicantur delicta leuiora, seu grauiora, num. 155.
Filius non excusatur delinquendo de mandato Patris in iniuria personali, num. 156. Etiam quòd sit data manu vacua, num. 157.
Iniuria atrox dicitur ea, quæ infertur manu vacua, num. 157.
Filius non excusatur in crimine violentia, propter mandatum Patris num. 158. & seq. Vbi etiam quòd in turbatiua.
Filius delinquendo de mandato Patris excusatur a pœna ordinaria, etiam in atrocioribus, num. 160. Licèt alij contra num. 161.

QVÆST. LXXXXVII. CASVS VIII.



149 REGVLA sit in hoc viij. casu, quod filius delinquendo de mandato Patris excusatur, argum. text. in l. liber homo, la 2. & ibi notat per illum text. Florian. num. 1. in 1. notab. ff. ad l. Aquil. item facit tex. in l. velle non creditur. ff. de reg. iur. cuius text. verba sunt hæc, *Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris*, & per istum text. hoc ibi adnotarunt glo. & Dec. num. 1. & num. 7. Item facit tex. in l. is damnum. ff. eod. in illis verbis, eius verò culpa nulla est, cui parere necesse sit, & ibi præsertim Guliel. Mayn. nu. 1. benè exornat Soci. reg. 202. sub 1. fallen. Carer. in pract. in tracta. de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus causis excusetur, num. 1. Capra concl. 80. num. 25. Quamuis cōtrarium voluisse videatur Marsil. in l. 1. n. 121. in fi. ff. ad l. Corn. de sicar.

150 AMPLIA I. propositam huius viij. casus regulam, vt quæ de filijs delinquentibus iussu Patris dicuntur, procedant etiā in filijs delinquentib. iussu Matris. Dicit enim lex parentibus esse obediendum l. 2. ff. de iust. & iu. Parentum autem appellatione venit etiam Mater. l. parentis. ff. de verb. sign. l. furiosi. ff. de curat. furios. Ita per hāc rationē ampliat. Dec. cons. 535. num. 3. & 4. lib. 4. dicens quod in leuibus iussus Matris excusat in totum. In grauibus verò excusat à pœna ordinaria, & loquitur in casu, in quo filia minor iussu Matris abortum fecerat, & Dec. refert Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. num. 41. in fine, vbi etiam cum Dec. in loco præcit. videtur assentire iussu Matris, iuncta tenera ætate, & fatuitate filiæ delinquentis excusari in totum, sed quòd sit pœna arbitraria, scripsit idē Menoch. casu 357. num. 20. & casu 329. num. 6. Montic. reg. crim. 6. nu. 3. vide sup. q. 92. num. 136.

151 AMPLIA II. vt pariter quæ dicta sunt de filio delinquente iussu Patris, procedat etiam in Vxore delinquente de mandato sui viri, secundum Floria. in l. liber homo, la 2. num. 4. ff. ad l. Aquil. vbi ponit exemplum in quadam muliere, quæ viro culpabili, & carcerato, habitum suum accommodauit, sub cuius colore de carcere exiuit, de quo particulariter dixi in tit. de carcerib. & carcerat. sup. q. 30. num. 118. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rub. de homicid. num. 42. post princ. & ibidem in fine principij, vbi quod Vxor in grauioribus non excusatur obediendo suo viro, in leuioribus sic. Sed adhuc, & in atrocioribus mitius punitur, vbi testatur de communi, & ita semel se practicasse testatur in quadam muliere, quæ de mandato mariti ei auxilium præstiterat in fabricando falsam monetam, nec dissentit Petr. a Plach. in epith. delictor. c. 15. nu. 24. & 26.

152 AMPLIA III. vt & idem sit in pupillo, qui obediēdo suo tutori, si delinquat, excusatur in totum in leuibus. In atrocioribus verò non in totum excusatur, sed mitius punitur.

Probatur hęc conclusio ex generaliter traditis supra de filio, & seruo, & in specie facit text. in l. ad ea, quæ ff. de reg. iur. & voluit Ant. Gomez. de delict. c. 3. rub. de homicid. num. 42. vbi testatur aliis relatis de communi, nec dissentit Petrus a Plach. in Epith. delict. cap. 15. num. 24. & 26.

153 LIMITA I. huius viij. casus regulam, procedere in criminibus leuioribus, in quibus benè verum est, quòd filius delinquendo de mandato, & iussu patris excusatur. tex. est in l. liberorum. §. fi. & ibi glo. in verbo *dignus*. ff. de his, qui notan. infam. tex. in l. liber homo, la 2. ff. ad l. Aquil. glo. in l. velle non creditur ff. de reg. iur. Dec. ibidem nu. 7. vers. & hoc intelligitur. Cagnol. num. 5. Guliel. Mayn. num. 1. vers. in leuibus enim. Bart. in l. non solum §. si mādato, num. 6. ff. de iniur. Salyc. in l. non ideo minus, nu. 7. in fi. & 9. etiā in fine. C. de accusat. Dec. in l. is damnū. §. eius verò, num. 2. & ibi etiam Gulielm. Mayner. num. 5. ff. de reg. iur. Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*, num. 10. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus causis excusetur, num. 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homic. c. 42. post prin. vers. in leuibus verò delictis, vbi aliis relatis testatur de communi. Petr. a plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. post num. 25. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. nu. 41. Montic. reg. crim. 6. num. 1.

154 Secus autem in grauioribus, & atrocioribus, prout est furtum, homicidium, & similia, l. fin. in fine, & ibi glo. in verbo *dignus*, ff. de his qui not. infam. & in l. liber homo, la 2. in 1. gloss. in discursu, ff. ad l. Aquil. Adden. ad Bart. ibidem littera B, in verbo *parere*, in prin. & Florian. num. 5. in fine, vbi declarat Bart. in l. non solum, §. si mandato, numer. 6. ff. de iniur. Salyc. in l. non ideo minus, num. 7. in fine, & 9. etiam in fine. C. de accusat. Dec. in l. is damnum. §. eius vero, num. 2. & ibi etiam Gulielm. Mayner. num. 2. & seqq. vbi etiam refert contrarias rationes, ac illis respondet, & præsertim loquitur in iis, quæ sunt prohibita ex præcepto diuino, prout est homicidium, latrocinium, sacrilegium, & similia, & num. 5. in fine, vers. sed sint atrociora. ff. de reg. iur. idem *Dec.* in l. velle non creditur, nu. 7. vers. secus est in grauibus. ff. eod. & ibi etiam Cagnol. num. 5. 6. & 8. Guliel. Mayner. num. 1. in fine, vers. secus in atrocioribus. ff. eod. Ang. de malef. in verbo *& Sempronium Rodulphi*, num. 10. Carer. in 3. tract. de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus causis excusetur, nu. 1. Dec. cons. 535. num. 3. lib. 4. Tiraq. de pœn. temper. caus. 34. num. 1.

num. 1. & seq. vbi latè Capr. concl. 80. num. 26. vbi etiã de communi, Monticell. reg. crim. 6. num. 1. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 42. post princip. vers. si verò, quòd mandatur ubi de communi. Petr. a Placha. in epith. delict. cap. 15. num. 24. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 354. num. 41. vers. in atrocibus autē.

155 Quæ autem dicantur delicta leuiora, & quæ grauiora ad hoc, vt in illis excusetur, vel non excusetur filius, seruus, aut alia similis persona delinquendo de mandato Superioris, vide, quæ generaliter dixi in 1. parte in tit. de delict. & pœn. q. 18. num. 62. & seqq. & illis addo in specie Dec. in l. velle non creditur, sub num. 7. ff. de reg. iur. Pet. a Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 15. nu. 25. in fi.

156 LIMITA II. dictam regulam (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti), vt cum quælibet iniuria personalis dicatur continere in se graue delictum, vt dixi supra ead. part. 1. d. q. 18. num. 96. & etiam infra in materia iniuriarum, q. num. hoc ideo de ea tenebitur, filius etiam, quòd Patri obediendo aliquem percutiat, secũdum Bart. in l. non solum. §. si mandato, num. 7. vers. idem puto. ff. de iniur. Floria. in l. liber homo, la 2. nu. 7. post mediũ ff. ad l. Aquil. Ang. de malef. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*, nu. 10. ad med.

157 Et etiam quod percutiat manu vacua, vt vulgo dicitur cum alapa, secundum Ang. de malef. in d. verbo, *& Sempronium Rodulphi*, sub num. 10. ad med. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assass. §. sequitur ex quibus causis excusetur, num. 2. ad finem, vers. idem in iniuria personali. Guliel. Mayner. in l. velle non creditur, nu. 3. ff. de reg. iur. Ant. Gomez de delict. cap. 3. rubr. de homicid. num. 42. vers. & adde quod in ista materia, & dixi infra in materia iniuriarum d. q. num.

158 LIMITA III. vt in proposito & graue delictum reputatur aliquem per vim expellere ex sua possessione, & propterea si hoc filius egerit etiam de mandato Patris nō

159 excusabitur, secundum Cagnol. in l. velle non creditur, num. 6. ff. de reg. iur. vbi tamen secus credidit, si tantum turbauerit, & non expulerit, quasi sentiens turbatiuam nō graue, sed leue reputari delictum, vide tamen Guliel. May. in l. is damnum, num. 5. ff. de reg. iur. vbi quòd filius excusatur delinquendo iussu Patris in actione, l. Aquiliæ, vel in terdicto, quòd vi, aut clàm.

160 SVBLIMITA præcedentes tres limitationes, in quibus dixi filium iussu Patris delinquendo non excusari in atrocioribus, vt scilicet non excusetur in totum, sed benè excusabitur in aliqua parte, & sic a pœna ordinaria, secundum Salycet. in l. non ideo minus, numer. 9. in fine, vers. mitius tamen puniretur. C. de accusat. Socin. reg. 202. sub 1. fallent. Dec. in l. is damnum. §. eius vero, num. 3. ff. de reg. iur. & in l. velle non creditur, num. 7. vers. & licèt in grauioribus, & Dec. refert (sed non sequitur) ibi Cagno. num. 5. & 8. vers. adhud tamen. Gulielm. Mayner. num. 4. ff. eod. Ang. de malef. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*, num. 10. in fine, post Bal. & Salyc. quos allegat in l. seruus. C. ad l. Iul. de vi. Carer. d. §. sequitur ex quibus causis excusetur eodem num. 1. idem Dec. in cons. 535. num. 3. lib. 4. vbi quod pœna mortis debet mitigari in exilium. Tiraq. de pœn. temper. caus. 34. num. 3. & seq. vbi alios recenset antiquiores. Monticell. reg. crim. 6. nu. 2. Ant. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicid. nu. 42. in fine princ. vers. Vnum tamen est, vbi aliis relatis testatur de communi. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. num. 26.

161 Quamuis contrarium, quòd immò in atrocioribus filius non excusetur etiam à pœna ordinaria defendat Cagnol. in d. l. velle non creditur, num. 8. vers. ego falsum ff. de reg. iur. vbi respondet ad text. in l. seruus. C. ad l. Iul. de vi, dicitque ab hac contraria opinione in iudicando, & consulendo, non esse recedendum.

ARGVMENTVM.

Seruus delinquendo de mandato Domini An, & quando excusetur.

SVMMARIVM.

Seruus delinquendo de mandato Domini excusatur regulariter num. 162.

Seruus delinquendo de mãdato Domini excusatur in leuioribus, num. 163. secus autem in grauioribus, num. 164. Immò etiam & in atrocioribus excusatur a pœna ordinaria, num. 165. licèt alij contra num. 166. quæ autem in proposito dicantur delicta grauiora, & quæ leuiora remissiuè, num. 165.

Serui etiam non existentes in dominica potestate excusantur delinquendo de mandato Domini, num. 168. Contra, num. 169. Declara, vt num. 170.

QVÆST. LXXXXVII. CASVS IX.

162 REGVLA sit in hoc viiij. casu, quòd seruus delinquendo de mandato Domini excusatur, text. in l. liber homo, la 2. & ibi notat Florian. num. 1. ff ad l. Aquil. & in l. velle nō creditur. ff. de reg. iur. & ibi hoc notatur per glo. & Dec. num. 1. & 7. & in l. is damnum. ff. eod. Socin. reg. 202. sub prima fallent. Carer. d. §. sequitur ex quibus causis excusetur eod. num. 1. Capr. concl. 80. nu. 25. Quamuis voluisse videatur Mars. in l. 1. num. 121. in fine. ff. ad l. Corn. de sicar.

163 LIMITA propositam regulã, vt procedat in leuioribus criminibus, in iis enim seruus de mandato Domini delinquendo excusatur, tex. in l. seruus non in omnibus, in 2. respons. vers. sed si aliqua rixa, ff. de act. & oblig. & ibi glo. in verbo *iudicium*. Item text. in l. liber homo la 2. ff. ad l. Aquil. glo. in l. penult. in verbo *agi poterit*, ff. si fam. furt. feciss. dic. Io. Andr. in c. quod quis, num. 2. in verbo *ad ea* de reg. iur. in 6. Salyc. in l. non ideo minus, num. 7. in fin. & num. 9. etiam in fi. C. de accusat. Dec. in l. is damnum. §. eius vero, num. 2. ff de reg. iur. & in l. velle non creditur num. 7. vers. & hoc intelligitur, ff. eod. Cagnol. ibidem numer. 5. & 6. Gulielm. Mayner. num. 1. vers. in leuibus enim delictis. Idem Mayner. in d. l. is damnum, num. 6. vers. & si in leuibus, & in l. ad ea, nu. 1. vers. in non atrocibus. ff. eod. Ang. de malef. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*, nu. 10. Carer. in d. §. sequitur ex quibus causis excusetur eodem num. 1. Ant. Gomez. de delict. c. 3. rub. de homicid. num. 42. vers. in leuibus verò delictis, vbi de communi, Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. post num. 25. Menoc. de arbit. quæst. lib. 2. casu 354. num. 34. Monticell. reg. cri. 6. num. 1.

164 Secus autem in grauioribus, text. notab. in l. seruus nō in omnibus in 1. respon. ff. de act. & oblig. qui exemplificat in homicidio, furto, & violentia, & ibi hoc notat glo. in verbo *iudicium*. Item glo. in l. pen. §. in verbo *agi poterit*, ff. si fam furt. feciss. dict. & in l. liber homo, la 2. in gl. 1. ff. ad l. Aquil. Adden. ad Bart. ibidem littera B, in verbo parere, in princ. & Florian. num. 5. in fin. Bart. in l. non solum. §. si mandato num. 6. ff. de iniur. Salyc. in l. non ideò minus, num. 7. in fin. & num. 9. etiam in fin. C. de accusat. & in l. seruus, num. 3. C. ad l. Iul. de vi publ. Dec. in l. is dã num. §. eius verò num. 2. & ibi etiam Gulielm. Mayn. nu. 6. ff. de reg. iur. Idem Dec. in l. velle non creditur, num. 7. vers. secus est in grauibus, & ibi etiam Cagno. num. 5. & num. 8. & Gulielm. Mayner. num. 1. in fine, vers. secus in atrocioribus. ff. eod. Idem Mayner. in l. ad ea, post num. 1. ff. eod. Ang. de malef. in verb. *& Sempronium Rodulphi*, num. 10. Carer. d. §. sequitur ex quibus causis excusetur, num. 1. Ias. in cons. 136. ad med. lib. 1. vbi testatur de vera, & communi opinione. Capra concl. 80. num. 26. vbi pariter de communi. Tiraq. de pœn. temper. caus. 34. num. 1. & seq.

verſ. vbi latè Ant. Gomez. de delict. c.3. rubr. de homic. num. 42. poſt princ. verſ. ſi verò quod mandatur, vbi de comm. Petr. a Plach. in epith. delict. c. 15. num. 24. Monticell reg. crim. 6. nu. 1.

165 Quæ autem in propoſito dicantur delicta grauiora, & quæ leuiora dixi ſupra num. 155. & ſeqq. hic non repeto.

166 SVBLIMITA propoſitam limitationem, vt etiam in atrocioribus ſeruus delinquendo de mandato Domini excuſetur a pœna ordinaria, tex. expreſſus, & notabilis in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi publ. & ibi glo. in verbo *metallo*. Item text. in l. ſed & ſi vnius. §. iuſſu. ff. de iniur. Vbi dicitur ſeruum, qui iuſſu Domini occcidit, a pœna l. Corneliæ eximi, quæ quidem pœna aduerſus homicidas eſt mortis ordinaria glo. in l. ſeruus in verbo *iudicium*, ff. de act. & obli. & in l. 2. in verbo *relegatione*, C. de ſepulch. violato. Salycet. in l. non ideo minus, nu. 9. in fi. verſ. mitius tamen puniretur. C. de accuſat. & in l. ſeruos, nu. 3. C. ad l. Iul. de vi publ. Dec. conſ. 535. num. 3. lib. 4. Socin. reg. 202. ſub 1. fallen. Dec. in l. is damnum. §. eius verò, num. 3. ff. de reg. iu. & in l. velle non creditur, nu. 7. verſ. & licèt in grauioribus ff. eod. Vbi præſertim, quando ſeruus cogeretur a Domino ad delinquendum ſub comminatione mortis (de quo generaliter dixi ſupra nu. 11. & ſeqq. refert Decium ſed nõ ſequitur) ibidem Cagnol. nu. 5. & nu. 8. verſ. adhuc tamen, ſed benè idem affirmauit Guliel. Mayn. in eadem l. velle non creditur, nu. 4. & in d. l. is damnum, nu. 6. verſ. mitius tamen, & in l. ad ea, quæ. poſt nu. 1. ff. eod. Ang. de maleſ. in verbo, *& Sempronium Rodulphi*, n. 10. in fi. poſt Bald. & Salyc. quos allegat in l. ſeruus. C. ad l. Iul. de vi, Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſ. §. ſequitur ex quibus cauſis excuſetur, nu. 1. Cæpoll. caut. 40. incip. Nota, quod licet. Vbi propterea dicit, quod interficiens aliquem de mandato Domini damnatur in metallum, non autem naturali morte afficitur Iaſ. in conſ. 136. ad finem lib. 1. Vbi refert, & ſequitur Cæpol. in d. caut. 40. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 7. verſ. ſic in ſeruis, vbi dixit glo. in d. l. 2. C. de ſepulch. violat. eſſe communiter approbat. Gramm. conſ. 36. num. 40. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 34. nu. 3. & ſeq. vbi alios recenſet antiquiores Monticell. reg. crim. 6. nu. 2. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. rubr. de homic. num. 42. in fine principij, verſ. vnum tamen eſt, vbi de communi Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. 5. nu. 26. Clar. in pract. §. fi. q. 60. ſub verſ. ſolet dubitari, ibi, intellige quoad hoc, &c. vbi de communi ex Couar. in loco præcitato Menoch. de arb. quæſt. lib. 2. caſu 354. nu. 26. & ſeqq. Vbi benè inducit, & ponderat text. in d. l. ſed & ſi vnius. §. ſi iuſſu ff. de iniur.

167 Quamuis contrarium, quòd immò in atrocioribus ſeruus nec etiam excuſetur a pœna ordinaria defendat Cagn. in d. l. velle non creditur, num. 8. verſ. ego falſum. ff. de reg. iur, vbi reſpondet ad text. in d. l. ſeruos. C. ad l. Iulia. de vi publ. dicitq; ab hac contraria opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 7. vbi quamuis teſtetur glo. in d. l. 2. C. de ſepulch. violat. fuiſſe ibidem per Doctores communiter approbatam. Verius tamen credit, quod illa debeat procedere in delictis grauibus, non autem in atrociorib. & atrociſſimis, in quibus ſecundum eum delinquens nec etiam a pœna ordinaria excuſatur.

168 AMPLIA præcedentem ſublimitationem, vt procedat non ſolum in ſeruis exiſtentibus ſub dominica poteſtate, ſed etiam in famulis, quos nos hodie ſeruitores appellamus. Nam & hi etiam in atrocioribus delinquendo de mandato ſuorum Dominorum excuſantur a pœna ordinaria; Sic enim voluiſſe videtur Socin. reg. 202. in fine. Vbi facta concluſione, quòd patris, ſeu Domini mandatũ faciat mandatarium mitius puniri. Subdit poſteà hoc perpetuò menti tenendum, vt ſciamus adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato Dominorum ſuorum, & Soc. ſic dicentẽ refert, & ſequitur Gram. cõſ. 36. nu. 4. Vbi cõſuluit pro famulo cuiuſdam protonotarij, qui detulerat flaſcũ plenũ vino venenato, ad effectũ venenandi quandã mulierem nobilẽ, & ibidẽ nu. 23. in fi. teſtatur per iudices magnæ Curiæ Vicar. fuiſſe admiſſum ad pecun. cõpoſitionem ſcut. 25. Sic & famulum, qui de mandato Domini apposuerat adamantina fragmenta in cratere cuiuſdam Comitiſſæ fuiſſe ad Triremes damnatũ reſte eod. Gram. voto 38. refert Clar. in pract. §. fi. q. 60. ſub verſ. ſolet dubitari, &c. Ibi, *hæc aũt de plano procedũt, &c.* & Clar. pariter refert Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 354. nu. 30 admonẽs, quod corruptè per ipſum Clar. allegatur Gram. d. voto 38. cum forte voluerit allegare Gram. in d. conſ. 36. (quòd vltimum ego minimè verum credo, cum caſus, & reſolutio per Clar. relata ex Gram. in voto 38. ſit diuerſa a caſu, & reſolutione, quam refert Gram. d. conſ. 36. Quamuis nec ego in libro meo reperiam vota Gram. excedere numerũ 35.) Monticell. reg. crim. 6 nu. 2. vbi refert Socin. in loco præcitato Ant. Gomez. de delict. c. 3. rubr. de homicid. nu. 42. poſt princ. verſ. ſi verò quod mandatum. Vbi æquè loquitur de ſeruo, & de famulo, & ibi teſtatur de comm. Nec diſſentit Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 15. nu. 24. vbi pariter de famulo loquitur.

169 Verum quicquid præfati Doctores dicant, contrariũ de facto ſeruatur, cum plures viderim ſeruitores de mandato Domini delinquentes ordinaria pœna punitos, nulla habita conſideratione mandati prædicti. Et talis obſeruantia ſine dubio eſt conformis iuri communi, cum iura, quæ ſeruos de mandato Domini delinquentes in atrocioribus excuſant a pœna ordinaria, loquantur de ſeruis ſub dominica poteſtate exiſtẽtibus, & non de aliis ſeruitorib.

170 Poſſet forſan propoſita ampliatio procedere, quando Dominus eſſet perſona potens, & ſæua, ac etiam minatus fuiſſet contra famulum de illum occidendo, niſi mandatũ exequeretur. Tunc enim benè crederem, quòd ipſe famulus ratione minarum prædictarum, & concuſſi metus, ac imminentis periculi ſaltem excuſaretur a pœna ordinaria ad generaliter tradita ſupra nu. 14. & ſeqq. & ita de famulo cuiuſdam potentis opere, & ſermone loquitur Cla. poſt Gram. in loco præcitato. Et in famulo, ſeu potius ſeruo Domini ſæui, & truculenti exemplificat Menoch. d. caſu 354. num. 30.

ARGVMENTVM.

De pluribus, ac diuerſis cauſis, quibus de iure pœna delinquentibus minuitur, ac in primis De mulieribus, An, quomodo, & quando excuſentur in delictis.

SVMMARIVM.



Vlieres regulariter mitius puniendæ ſunt, quàm maſculi, num. 1.

Mulieres mitius puniuntur in crimine falſæ monetæ fabricatæ in earum domo, num. 2.

Mulieres excuſantur à pœna l. ſi quis in tantam, C. vnde vi, nu. 3.

Mulier excuſatur a præſumpta fraude vſurarum, vt puta, ſi aliquid emat pro paruo pretio, cum pacto de retrouendendo, nu. 4. quamuis alij contra, num. 5. Declara, vt d. nu. 5. & nu. 6.

Mulier excuſatur a pœna falſi propter lacerationem ſcripturarum, num. 7.

Mulier quando excuſetur in crimine hæreſis, num. 8.

Mulier excuſatur à periurio, num. 9. Declara, vt num. 10.

Mulieres non excuſantur niſi in caſibus a iure expreſſis, numer. 11. Contra, num. 12.

Mulier excuſatur in ijs, quæ a iure poſitiuo prohibita ſunt, ſecus in ijs, quæ ſunt prohibita a iure diuino naturali, vel gentium, num. 13. Contra num. 14. Sed in practica non recedendum a prima opinione, num. 15.

Mulier excuſatur, & mitius punitur, quando agitur de dolo præſumpto, ſecus ſi de dolo vero, num. 16. Licet alij contra num. 18.

Mulier non excuſatur, quando agitur de puniendo abuſionem, numero 17.

Quid in crimine blaſphemiæ, num. 19.

QVÆST. LXXXXXVIII. CAVSA X.

1 ECIMA causa minuendi pœnam erit ea, quæ sexus fragilitatem respicit; Regula enim est, mulieres non sic grauiter puniendas, quã mares, ac in pœnis infligendis sexus ratione habendam, prout optimè probat text. in c. sicut dignũ, il. 1, & ibi glo. in verbo *sexus*, extr. de homicid. quæ glo. pariter allegat textum in c. indignantur 22. q. 6. vbi dicitur tanto grauius in adulterij crimine maritos puniendos, quam vxores; quanto magis ad eos pertinet, & virtute, & exemplo fœminas vincere, concordat text. in l. quicquid. §. ad filias, C. ad l. Iul. maiest. in illis verbis, *Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras esse confidimus.* Itẽ & tex. in l. sacrilegij pœna in prin ff. ad l. Iul. pecul. vbi dicitur, *Sacrilegij pœnam debebit Proconsul pro qualitate persona, proq; rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus, vel seuerius, vel clementius statuere*, & in l. si adulterium. §. ijdem Imperatores, vers. incæstum. ff. ad l. Iul. de adult. vbi probatur incæstum excusari solere, vel ætate, vel sexu. Et ob id minus peccare fęminas, quam masculos benè probari videtur ex context. in d. c. sicut dignũ, per quem notant ibi Doctores Sacerdotem in iniungẽda pœnitentia inter alias qualitates ad illam sexus respicere debere, & adnotarunt D. Tho. Bonauẽt. Scot. & alij Theologi, quos in proposito refert Tiraq. qui hanc conclusionem, & causam benè comprobat in tract. de pœn. temp. caus. 9. num. 1. & seqq. & de leg. connub. in l. 1. glo. 1. num. 85. & seqq & in l. 9. nu. 177. vers. & huic opinioni astipulantur, &c. ea potissimum ratione ductus, quia in fœmina minus est rationis, quam in viro, & pluribus probat idem Tiraq. d. tract. de leg. connub. nu. 69. & seq. ergo minus puniri debet arg. text. in l. 1. §. cum arietes. ff. ad l. Aquil. quæ cauetur, quod si brutum animal omnino rationis expers alterum prouocans interemerit, Nulla Domino interempti competit actio, sic cum idem iuris sit de parte quoad partẽ, q̃ de toto quoad totum; fœmina, quę non omnino rationis expers, sed minus rationis habet, quàm masculus, pariter & non omnino impunita relinquitur, sed minus punietur, quàm masculus. Addo ad comprobationem regulæ Boer. in c. super litteris in repet. nu. 64. ext. de rescrip. post glo. & Abb. ibi Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 10. art. 2. vbi num. 14. facit regulam, quod mulieres in pœnis, vel pœnitus excusantur, vel mitius puniuntur, & sub nu. 3. & seqq. in discursu ponit sex casus, in quibus mulieri remittuntur pœnæ.

2 AMPLIA I. vt & mulier excusetur a scientia fabricationis falsæ monetæ, cussæ in eius domo, probat text. in l. 1. §. vidua. ff. de fals.

3 AMPLIA II. vt & excusetur mulier inuadẽs rem propriam propria auctoritate, putans sibi licere à pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi, vt per Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 10. art. 2. sub nu. 3. & seqq. post Bart. quem allegat in l. 1. nu. 6, C. vnde vi.

4 AMPLIA III. vt & mulieres excusentur a præsumpta fraude vsurarum, & ideo si emant pro paruo pretio cum pacto de retrouendendo, non possunt de vsuraria prauitate redargui, quia sic non dolo, sed per simplicitatem contraxisse præsumuntur, per ea, quæ in simili de rustico dixi infra causa seq. num. 27. & seq. & in specie de mulieribus, post alios, quos allegant antiquiores scripserunt Tiraq. de retract. conu. in præfato nu. 34. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 8. num. 4. in fi. vers. his accedit. Et voluit Rota in vna Foroliuien. census coram Orano Lunæ, 13. Nouemb. 1589.

5 Et quamuis contrarium consuluisse videatur Alexãd. in
6 cons. 54. Tu tamen pro concordia potes dicere primam opinionem esse declarandam, vt non procedat in muliere sagaci, & quoad rescissionem contractus cum restitutione vsurarum, prout (ni fallor) sic videtur de mente Natt. in cons. 197. num. 7. & seqq. lib. 3. & expresè voluit Io. Bap. Lup. de vsur. comment. 2. §. 1. nu. 4. & 5. Subdens amplius iudicis arbitrio remissum, an præsumatur, mulierem sic contraxisse per sagacitatem, & malitiam, an verò ex simplicitate. & sine dolo. Quòd & idem affirmauit Menoch. de præs. lib. 3. præs. 122. nu. 40. & 41.

7 AMPLIA IV. vt etiam mulier excusetur a pœna falsi, propter lacerationem scripturarum. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 959. num. 6. in fine, & num. 7. ex Menoch. quem allegat in cons. 48. num. 18. in fine, & numer. 19. lib. 1.

8 AMPLIA V. vt etiam mulieres in crimine hæresis, nisi sint pertinaces facilius excusentur, quam masculi. Decian. in suis tract. crimin. par. 1. lib. 5. cap. 37. tit. de defens. reor. num. 63. ex Simanch. quem allegat in Enchirid. cap. 47. num. 19.

9 AMPLIA VI. vt mulier etiam excusetur a periurio, ex quo facilè præsumitur captata secundum Decian. in suis tract. crim. par. 2. lib. 6. cap. 11. rubr. de excus. periur. num. 6. post Dec. quem allegat in cons. 551. num. 3.

10 Verum hoc intelligendum est, quando periurium consistit in omittendo, secus si consistat in committendo, & contraueniendo; Primò enim casu non consideratur, nisi dolus præsumptus. Secundò verò casu adest dolus verus, & sic in primo excusatur, in secundo non ita, post multa concludere videtur Cagnol. in l. si quis maior, nu. 10. & seqq. C. de transact.

11 LIMITA I. vt regula procedat in casibus iure expressis, secus autem in nõ expressis a iure, in quibus, mulierem non excusari probat tex. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Alex. in l. si quis id quod, num. 10. ad finem, vers. & ibi dicit ff. de iurisd. omn. iud. Dec. ibidem num. 34. vers. vltimo notandum, & vers. non obstat text. Bero. in c. super litteris in repet. num. 64. de rescript. Rip. in tract. de pest. tit. de remed. præserua. con. pest. num. 245. Tiraq. de pęn. temp. caus. 9. num. 5. in fine iunctis iis, quę rescripsit in causa 11. nu. 25. Steph. Lamberten. de contract. eorum &c. glo. 7. num. 80. Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 10. art. 5. vbi aliis relatis testatur de communi, & declarat materiam.

12 Verum hanc declarationem quatenus eam applicare velimus ad pœnas criminales non tutè admitto, cum iura in regula allegata generaliter suadeant in pœnis sexus rationem habendam. Ex quo, & etiam generaliter fœminæ minus rationis habent, & sic generaliter etiam in casibus a iure non expressis mulieres excusandas, & illis succurrendum defendit Cagnol. in l. quis maior, num. 12. & 13. C. de transact. & ibi pariter respondet contrariis. Nec obstat text. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. Alex. & alij supra in contrarium citati; Nam primò potest responderi, vt procedat in causis ciuilibus, non autem in criminalibus ad effectum incurrendi pęnam. Secundò potest dici, vt in casibus a iure non expressis mulieribus non succurratur, vt in totum excusentur, Non autem vt mitius puniantur per ea, quæ in simili dixi supra q. 92. nu. 172. Vel & tertiò, quòd in casibus a iure non expressis mulieres etiam excusentur non ipso iure, sed iudicis officio implorato, & de æquitate prout benè declarat Rip. in tract. de pest. tit. de remed. præseruat. con. pestem, num. 245. & seq. Et dixi in simili infra de rustico in seq. causa, nu. 54. & seq.

13 LIMITA II. vt mulier excusetur in ijs, quæ à iure positiuo prohibita sunt, non autem in ijs, quæ a iure diuino, naturali, vel gentium sunt prohibita. Sic enim hanc declarationem admittere videtur text. in d. l. si adulterium. §. 2. & seq. ff. ad l. Iul. de adulter. dum ibi cauetur in adulterio commisso, mulieres nullam habere excusationem, sic & in incæstu iure gentium prohibito easdem subire pœnas, quas sustinent mares, secus in incęstu a iure ciuili prohibito. Alex. in l. si quis id, quod num. 8. ff. de iurisd. omn. iud. Stephan. Lamberteng. de contract. eorũ glo. 7. post nu. 80. nec dissentit Paris. cons. 149. nu. 20. lib. 4. Dum propterea infert, quòd cum iure naturali repugnet alteri iniuriam inferre. Hoc ideò in pœnam iniuriarum sexum non excusare refert, & sequitur Menoch. de recup. poss. remed. 9. num. 19. & seq. Et vide, quæ in simili de rustico dixi in seq. casu, nu. 49.

14 Sed, & huic declarationi fortiter etiam obstat ratio per Doct. cõsiderata, propter quam mulieres minus puniãtur, quia

quia scilicet minus delinquunt, cum minus rationis habeant. Quæ quidem ratio militat etiam in probibitis a iure naturali, gentium, vel diuino, & binc homicidium omni iure prohibitum esse dubitandum non est. Et tamen etiã in eo crimine sexus rationem habendam esse probat text. in d.c. sicut dignum, extra de homicid. nisi forsan dixeris, quod tex. ille non loquitur in temporali pœnitentia, quã iudices imponunt pro delictis, sed in pœnitentia salutari a Sacerdotibus iniungenda.

15 Vtcumque sit, difficile esset in practica contra prædictã declarationem obtinere, præsertim quando delictum esset atrox. Tunc enim memini alias, nobilissimam matronam in Vrbe decapitatam pro eo, quòd aliam mulierem occidi mandauerit, prout occisa fuit, & sic etiam scio illinc ad aliquos annos alteram mulierculam vilis conditionis fuisse suspensam pro eo, quòd virum suum veneno necauerit.

16 LIMITA III. vt mulier excusetur, & mitius puniatur, quando agitur de dolo præsumpto, & hoc est, quando non constat, quòd dolo deliquerit, quia in dubio dolo deliquisse non præsumitur l. vbi. ff. de eden. & dixi supra. q. 85. num. 50. Secus autem, quando agitur de puniendo verum dolum, & delictum: hoc est, quando apparet ipsam dolo deliquisse. Tunc enim nullatenus excusatur, & ita plecti potest, sicut masculus secundum Bald. in l. quicunq; col. mihi 4. num. 17. vers. & in summa. C. de seru. fugit.

17 Vbi pariter, quòd nec mulier excusatur, quando agitur de puniendo abusionem, & Bald. refert Tiraq. de leg. connub. par. 9. sub num. 51. Ad quam distinctionem respectiuè addo Alex. in l. si quis id quod num. 8. ff. de iurisdic. omn. iud. Bero. in c. super literis in repet. num. 68. de rescrip. Cagnol. in l. si quis maior, num. 11. & 12. C. de transact. Cephal. cons. 708. num. 78. lib. 5.

18 Et licet in ea parte, in qua dixi mulieres excusari a dolo præsumpto, hoc est in illis dolum non præsumi, obstare videatur trad. per eundem Tiraq. de leg. connub. d. par. 9. gl. 1. nume. 2. & seqq. Vbi pluribus docet fœminas magis vulpinas, & fraudolentas esse, quam masculos, & quatenus in illis doli præsumptionem excludere velimus. Id vtique intelligendum dicat, quando agitur, an aliquid in fraudẽ legũ fecerint. Tunc enim, cũ leges ignorare præsumantur, hoc ideò in eis fraudis præsumptio cesset, in cæteris verò plus in fœminis fraudis, & doli, quam in masculis præsumi existimet. In practica tamen minimè recedendum puto a proposita declaratione, quæ (vt dixi) fundatur in illa communi conclusione, quòd scilicèt mulieres in ijs, quæ sunt iuris positiui non dolo, sed per simplicitatem deliquisse præsumuntur.

19 LIMITA IV. In crimine blasphemiæ, in quo mulieres non solum non excusari, sed grauius puniendas optima ratione dixit Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 6. vbi etiam testatur Venetijs vidisse plures flagitiosas fœminas ob blasphemias in linguæ abscissione punitas.

ARGVMENTVM.

Rusticus an, & quando excusetur in delictis, seu mitius puniatur, & de materia.

SVMMARIVM.



Rusticus regulariter in delictis propter rusticitatem excusatur, nu. 19. & seqq. licet alij contra, nu. 22. & seqq.

Rusticitas excusat a pœna non soluta gabella, num. 20.

Causa iniusta, & bestialis multo magis excusat rusticum num. 21.

Rusticus non excusatur in his, quæ sunt contra speciem honestatis, num. 22.

Rusticus non excusatur in his, quæ sunt de genere probibitorum num. 23.

Rusticus non excusatur in delictis, num. 24.

Rusticus præcipuè excusatur a dolo præsumpto, num. 25.

Rusticus excusatur a pœna albi corrupti, num. 26.

Rusticus excusatur a præsumpta fraude vsurarum, num. 27. Declara, vt num. 28.

Rusticus excusatur, quando in sua depositione dixit contraria, num. 29. Contra, num. 30. & hæc contraria opinio procedit, quando rusticus ex malignitate deposuit contrarium, num. 31. quod iudicis arbitrio remittitur, num. 32. & 33. Item hæc contraria opinio procedit, quando contrarietas est manifesta, num. 34. Et in omni casu excusatur a pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, num. 35.

Rusticus excusatur in delictis, quæ consistunt in omittendo, num. 36. Declara, vt num. 37.

Rusticus excusatur a vera contumacia, num. 38.

Rusticus excusatur a pœna delationis armorum, num. 39.

Rusticus an, & quando excusetur in ijs, quæ inducta sunt ad iuris rigorem conseruandum, num. 40.

Rusticus excusatur a periurio, num. 41.

Rusticus an, & quando excusetur in crimine hæresis, num. 42. & sequentib.

Rusticus non excusatur a dolo vero, num. 46. Contra, num. 48.

Rusticus non excusatur, quando clam delinquit, num. 47.

Rusticitas nõ excusat in ijs, quæ probibita sunt a iure diuino, naturali, vel gentium, num. 49. & isto casu Rusticus nec etiam excusatur a pœna ordinaria, num. 50.

Rusticus non excusatur in crimine iniuriarum, num. 51.

Rusticus non excusatur in crimine violentiæ, & quid a pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi, num. 52.

Rusticitas non excusat, vbi agitur de peccato, & periculo animæ. n. 53.

Rusticus non excusatur, nisi in casibus a iure expressis, num. 54. Contra, num. 55.

Rusticus sagax non excusatur, num. 56. Licèt alij contra, num. 60. & an dicatur sagax, iudicis arbitrio relinquitur, num. 57. Et quid de rustico mediocri, num. 58. Et an in dubio Rusticus præsumatur sagax, num. 59.

Rusticus nunquam excusatur a pœna extraordinaria, num. 61.

QVÆST. LXXXXVIII. CAVSA XI.



VNDECIMA causa minuendi pœnam est rusticitas, ob quam
19 REGVLARITER delinquentem excusari voluisse videtur glo. per illum text. in
l. si quis id quòd §. 1. in verbo *vel rusticitate*. ff. de iurisd. omn. iud. vbi alia concordantia iura allegat.
Alex. ibidem num. 10. Dec. num. 32. versic. secunda causa est. Bero. in cap. super litteris, numero 64. in repet. extra de rescript. Alber. in l. venia, numero 1. versic. in alijs autem parcitur. C. de in ius vocan. & in l. terminato, numero 5.
20 C. de pœn. Iud. qui mal. iud. Bal. consil. 229. in fin. Vbi consuluit ad fauorem rustici, qui ex simplicitate gabellam non soluit, dicens, quòd pœnæ, quas isti rustici coguntur p. gabellarios soluere, dicũtur extorsiones, nec propterea à Superioribus tolerandæ sunt. Aym. consil. 18. numero 13. Vbi refert, & sequitur Bal. in loco præcitato, facitque conclusionem generalem, quòd circa pœnas ratio rusticita-
21 tis habenda est. Subdens insuper, quòd si quælibet causa iniusta, & bestialis excusat a dolo, & à pœna viros etiam calidos, tanto magis debet excusare rusticum simplicem. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 11. numero 1. & seqq. vbi & Iurium, & Doctorum, ac etiam Theologorum auctoritatibus hanc regulam latè comprobat. Horat. Lutius consil. crimin. diuers. 162. numero 66. & seqq. libro 1. vbi plura ad excusationem rustici in pœnalibus ex Bal. & Aym. in locis præcit. & alijs ibi per eum allegatis. Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 9. num. 59. vbi alijs relatis facit conclusionem, quòd ignorantia iuris pœnalis excusat rusticos ab incursu illius pœnæ, quando non agitur de alterius detrimento, sed tantum de contemptu, & inobedientia pęnalis constitutionis non dolosa, sed ex rusticali socordia.

22 Contra hanc regulam faciunt scripta per Ias. in l. si quis id, quod, nu. 32. vers. tertio fallit. ff. de iurisd. omn. iud. post Bal. quẽ allegat in l. quicũque. C. de seru. fugit. & per Sfort. Odd. in tract. de rest. in integr. par. 1. q. 9. num. 11. dicentes,

quod rusticus non excusatur in his, quæ sunt contra speciem honestatis, sed sic est, quòd delicta sunt contra speciẽ honestatis, ergo in ijs rusticus non excusatur.

23 Secundò faciunt scripta per eũdem Ias. in d. l. si quis id, quod, sub num. 32. ad fin. vers. sexto limita. ff. de iurisd. om. iud. post Bal. in locis per eum relatis, & per Sfort. Odd. vbi supra, d. q. 9. num. 11. volentes, rusticum non excusari in his, quæ sunt de genere prohibitorum, sed sic est, quòd delicta sunt de genere prohibitorum, ergo, &c.

24 Tertiò, & magis in specie, quod rusticus non excusetur in delictis voluerunt Ias. in l. si quis id quod, num. 32. in fin. vers. sexto limita. ff. de iurisd. omn. iud. post Bal. in locis ibi per eum relatis. Bero. in c. super litteris, nu. 68. in repet. de rescript. vbi videtur inferre ad crimen falsę monetę allegando l. 1. C. de fals. mon. Idem Bero. in consil. 120. num. 29. lib. 1. vbi facit conclusionem, quod quando iuris ignorantia habet admixtum delictum, tunc rusticitati etiam, quoad euitandum damnum non succurritur, per text. quem dicit Clar. in l. regula in prin. ff. de iur. & facti. ignor. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 194. post num. 32. in 33. casu, vbi hanc conclusionem declarare videtur, vt procedat quoad pœnam extraordinariam, secus verò quoad ordinariam, a qua rusticum excusari credit. De quo tamen dixi infra num. 71.

Retenta regula, quæ verior est, & magis cõiter recepta saltem adhibitis infrascriptis limitatio. eam.

25 AMPLIA I. vt præcipuè rusticus excusetur a dolo præsumpto, quia delinquendo non dolo, sed per simplicitatem delinquere præsumitur, text. est in d. l. si quis id q. §. 1. vers. doli mali. ff. de iurisd. omn. iud. cum ibi notatis per Doct. Rip. in tract. de pest. in tit. de remed. præseruat. con. pest. num. 232. Natt. cons. 586. num. 3. lib. 3. Horat. Lut. cons. crim. diuers. 162. num. 6. & seqq. lib. 1. Cagnol. in l. si quis maior, sub num. 24. C. de transact. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 23. & de arbitr. quæst. lib. 2. casu 194. num. 33. & seq. (vbi tamen hanc conclusionem non absolutè veram opinatur) Cephal cons. 708. nu. 78. lib. 5. ex quibus iunctis alijs per me relatis supra q. 89. num. 45. negari non potest hanc ampliationem a Doctoribus esse communiter receptam, quamuis in contrarium cantent verba Alber. in l. si quis sit quod, num. 5. vers. aut pœna erat imponenda ratione doli præsumpti. ff. de regulis iuris.

26 AMPLIA II. vt sic etiam rusticus excusetur a pœna Albi corrupti, text. est, & ibi notant cõiter omnes in l. si quis id quod, §. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Curt. iun. ibidem num. 36. vbi tamen videtur dubitare de veritate huius cõclusionis, ex quo corrumpere Album prętoris continet cõtemptum Magistratus, & sic non pot. est negari quin sit cõtra naturæ rationem l. veluti. ff. de iust. & iur. ergo isto casu rusticus non esset excusandus ad ea, quæ dixi infra nu. 49. sed huic rationi benè respondet Menoch. qui pluribus hanc probat conclusionem de arb. quæst. lib. 2. casu 194. num. 3. & seqq. dicens obiectionem Curtij benè procedere, quando rusticus sciret illud esse Prętoris Album, & suo iussu ne amoueatur, propositum, tunc enim intrat inobedientia, & contemptus per Curt. consideratus, secus si de scientia non constat, quia tamen præsumitur per simplicitatem corrupisse, & ita procedat hæc conclusio, ex qua etiam excusandum infert rusticum, qui Episcopi mandata literasuè monitoriales, aut Prætoris proclamata Ecclesiæ valuis, aut alteri parieti affixa lacerauerit. Rip. in tract. de pest. tit. de remed. præseruat. cont. pest. num. 252. Horat. Lut. cons. crim. diuers. 162. num. 6. lib. 1.

27 AMPLIA iij. vt rusticitas excuset etiam a præsumpta fraude vsurarum glo. in l. cum allegas & ibi Bald. in 4. oppos. C. de vsur. per quam glo. infert ibi vtiliter Fulgos. q. si rusticus emat fundum cum pacto de retrouend. non cẽsebitur contractus vsurarius. Refert, & sequitur Ias. in l. si quis id quod, nu. 32. vers. similiter rusticus excusatur. ff. de iuris. om. iud. vbi dixit hoc valde notandũ pro limitatione eorum, quæ habentur in c. ad nostram de empt. & vend. & in c. illo vos. de pignor. q. & idẽ affirmarunt Cępol. in trac. de simulat. contract. in 6. casu princip. Ferrat. caut. 17. nu. 5. & seqq. vbi propterea ponit cautelam ad euit. præsump. vsurarum, vt quis emat, & contrahat per interpositam rustici personã. Frãc. de Arnon. singu. 91. incip quotidie, &c. Cagnol. in l. si quis maior, nu. 12. in fin. C. de transact. Ripa in tract. de pest. tit. de remed. præseru. con. pest. nu. 233. & seqq. vbi infert, & exornat, dicitq; cautelam Ferrat. inutilem, ex quo quis etiã per interpositionẽ alterius, quã rustici potest contrahere, & est tutus, si non constat de interpositione, & mandato. Petras. sing. 18. nu. 7. Tiraq. de retra. conu. in præf. nu. 34. Couar. resol. lib. 3. c. 8. n. 4. in fi. vers. his accedit. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 194. num. 47. & 48. (vbi etiam dixit, quod Rip. in loco præcit. confutando cautelã Ferrat. tanquam inutilẽ ex ratione ibi per eum considerata non bene percepit illius mẽtem. Sed ego opinor eandem cautelam esse valde periculosam, quia si detegatur personæ rusticalis interpositio, fraus, & simulatio erit magis aperta, prout dicam infra in materia falsitatis, & simulationis contractuũ) Addo pro ampliat. proposita Horat. Lut. cons. crim. diuer. 162. n. 9. lib. 1. Io. Pet. Sur. cons. 86. nu. 21. lib. 1. Bertaz. cons. 297. num. 17. lib. 11.

28 LIMITA hanc iij. ampliationem non procedere in rustico sagaci, & quoad vsurarum restitutionẽ, si enim rusticus fuerit sagax non excusatur a præsumpta fraude vsurarũ, & siue etiam non fuerit sagax, quãuis excusetur a pœna, non tamen excusabitur a restitutione vsurarum, secundũ Natt. cons. 586. nu. 3. & seqq. & cõs. 497. nu. 7. & seqq. lib. 3. Io. Bapt. Lup. in tract. de vsur. comment. 2. §. 1. nu. 4. testãs ita alias fuisse Florentiæ iudicatum, & insuper dicens iudicis arbitrio remitti, an rusticus isto casu sit sagax, & per malitiam contraxerit, an verò ob simplicitatem, quod & idẽ dixit Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsũ. 122. n. 40. & 41. & dixi infra, nu. 32. & seq. Claud. ad Bertaz. cons. 297. nu. 17. littera D. vbi refert, & sequit Io. Bapt. Lup. in loco præcit.

29 AMPLIA iiij. vt rusticus excusetur quando in sua depositione dixit contraria, quia præsumitur non dolo, sed potius per simplicitatem contraria deposuisse. Ang. in §. & licet, num. 15. in auth. de testib. & Ang. sic dicentem refert Ias. in l. si quis id, quod, nu. 32. vers. Item si rusticus, ff. de iurisd. omn. iud. Soc. in l. si is, qui ducenta, § vtrum, nu. 6. ff. de reb. dub. Marsil. in rubr. de fals. nu. 5. & cons. 4. nu. 29. & cons. 7. nu. 18. Alciat. de præsũpt. reg. 2. præs. 31. nu. 5. Grãm. cons. crim. 23. nu. 6. & cons. ciuil. 38. nu. 4. & 5. Ferrat. caut. 17. nu. 7. Natt. cons. 56. nu. 5. lib. 3. Horat. Lut. cons. crim. diuers. 162. nu. 14. & seq. lib. 1. vbi contra Bald. & alios cõtrarium tenentes testatur de communi, dicitq; quod eorum opinio est declaranda, vt procedat, quando apparet, quod rusticus malitiosè deposuerit contraria, alias secus. Sfort. Odd. de restit. in integ. par. 1. q. 9. n. 55. & seq. vbi licet supra firmauerit, prout mox eum referam, rusticum non excusari: Istud tamen declarat procedere, dummodo probetur, quòd malitiosè deposuerit cõtraria, alias secus. Et sic stat reuera pro hac opinione, quibus addo Bonac. in suis quæst. crim. rub. de falsitate, vers. stante Statuto, quòd testis falsus fol. mihi 75. allegat Arnon. soliloq. 52. Masc. de prob. lib. 2. concl. 959. nu. 7. Menoch. cons. 48. nu. 19. lib. 1. Bertaz. cons. 140. nu. 19. lib. 1. Et facit ratio, quia falsum sine dolo non cõmittitur, l. 1. in fi. ff. ad l. Corn. de fals. l. nec exemplũ, C. de probat. sed sic est, quod rusticus non præsumitur in dolo, qa dolo præsũpto excusatur, vt dixi sup. Ergo et a falso.

30 Contrariũ, quòd immo rusticus non excusetur a cõtraria depositione tenet Bal. in l. scripturas ante fi. n. 8. C. de fi. instr. allegat Io. Andr. in c. cũ Ioãnes, extra eod. tit. de fid. instrum. dicentem non posse esse simplicitatem, vbi est cõtrarietas, & Bal. sic dicentem sequuti sunt Ias. in l. si quis id quod, d. nu. 32. vers. contrarium in terminis, ff. de iurisdic. om. iud. qui in hac opinione, tanquam vltimo loco ibi per eum relata, residere videtur (quamuis pro contraria, & prima opinione allegetur per Tiraq. in loco mox allegando) Bero. in c. super litteris, num. 67. in repet. & ibi etiam Barbat. num. 69. de rescript. Alex. & Fely. in locis relatis, per Tiraq. de pœn. temper. d. caus. 11. nu. 15. Rip. in tractat. de pest. in tit. de remed. præseruat. con. pest. nu. 234. vbi testatur de veriori opinione. Dec. in l. vbi repugnantia, num. 1. ff. de reg. iur. & in c. super litteris, nu. 27. de rescrip.

script. & in cap. ex parte, il 2. num. 56. de off. Deleg. Sfort. Odd. de restitut. in integr. part. 1. quæst. 9. nu. 51. vbi, quod testatur de veriori, & quod ita concludunt Doctores nemine discrepante.

Retenta prima opinione, quæ adhibitis infrascriptis declarationibus, verior est, & de qua etiã aliqua diximus in tract. de testib. q. 66. nu. 80. & seqq. & q. 67. nu. 81. eam.

31 LIMITA I. quando constat, quod ex malignitate rusticus cõtraria, seu falsum deposuit, tunc enim, quod non excusetur, & quod ad hoc multum Iudex debeat aduertere scripsit Ang. in d. §. & licèt. num. 15. in auth. de testib. Ias. in l. si quis id, quod, nu. 32. ver. nisi appareat, quod ex malignitate, & d. nu. 32. in fine, ff. de iurisd. omn. iud. post Ang. quem allegat in §. & licèt in Auth. de testib. nu. 15. vers. sed quando Ferrat. caut. 17. num. 7. Natta conf. 586. num. 5. lib. 3. Horat. Lut. conf. crim. diuer. 162. num. 15. lib. 1. Gramm. conf. ciuil. 58. num. 4. Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 9. num. 55. & seq.

32 AMPLIA hanc primam limitationem, vt Iudicis arbitrio relinquatur, an rusticus per malitiam, an verò propter simplicitatem contraria dixerit, secundum Tiraq. de pœn. temper. caus. 11. num. 16. Quod & idem videtur fuisse de mente Ang. in d. §. licèt, dum dixit, quod ad hoc Iudex debet multum aduertere, & expressè voluit Rip. in tracta. de peste, in tit. de remed. preseruat. con. pest. num. 234. in fine. Vbi licèt dixerit verius esse, quod rusticus deponendo contraria, non excusetur à falsitate, subdit tamen quod prudens, & circumspectus Iudex poterit etiam & contrarium iudicare, habita ratione ad qualitatem personæ ipsius rustici, ac etiam facti, in quo deposuit, & sic id totum Iudicis arbitrio remissum esse ex Rip. & Tiraq. in locis præcitatis expressè etiam dixit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. num. 58. & seq. in idem etiam allegans Alciat. in l. 1. §. sed etsi mihi, num. 61. ff. de verb. oblig. & in l. 2. nu. 11. C. de in ius vocan. Nec dissentit Sfort. Odd. de resti. in in integr. par. 1. q. 9. nu. 57. & ante eum Horat. Lut. conf. crim. diuer. 162. nu. 16. lib. 1.

33 Et generaliter, quod iudicis arbitrio relinquatur, an rusticus per malitiam, vel per simplicitatem deliquerit scripsit Plot. de in lit. iur. §. 11. num. 8. in fine, vers. sed ego Ioan. Bapt. de vsur. coment. 2. §. 1. nu. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. nu. 40. & seq.

34 LIMITA II. propositam quartam ampliationem, de qua supra, num. 29. non procedere, quando contrarietas est manifesta. Nam tunc omnis præsumptio est contra rusticum, & ab ea rusticus non excusatur. Bero. in cap. sup. litteris, num. 67. in repet. de rescr. Sfort. Odd. de restitu. in integ. par. 1. quæst. 9. num. 53. Vbi propterea; secus si contrarietas non sit manifesta ex Dec. in d. cap. super litteris, num. 27. Idem Dec. in l. vbi repugnantia, num. 3. in fi. ff. de reg. iur. & ibi etiam Cagnol. num. 4. idem Dec. in cap. sollicitudinem, in 8. notab. de appellat. Claud. ad Bertaz. conf. 140. num. 19. littera B, lib. 1.

35 LIMITA III. dictam quartam ampliationem, vt rusticus isto casu videatur excusandus a pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria per ea, quæ generaliter dixi infra num. 71. & in specie sic videtur voluisse Magon. decis. Lucens. 42. num. 7. & 8. iuncto, num. 15. & seq. Cuius verba referre videtur Burs. conf. 405. nu. 46. & seqq. li. 4.

36 AMPLIA V. propositam regulam, vt pariter rusticus excusetur in delictis, quæ cõsistunt in omittendo Bar. in l. edita, num. 33. & ibi etiam Alex. pariter in num. 33. in fin. C. de eden. Curt. iun. in l. venia, num. 3. & 4. C. de in ius vocan. Quos in proposito refert, & sequitur Menoc. de recuper. possess. remed. 9. num. 12. & seq. Vbi eam reddit rationem, quia in delicto in omittendo non adest dolus, nisi præsumptus, & a dolo præsumpto rusticus excusatur, vt dixi supra, num. 25. in 1. ampliatione Dec. in cap super litteris, num. 24. in fine, & seq. de rescript. Cagnol. in l. si quis maior, num. 12. post num. 24. C. de transact.

37 LIMITA hanc quintam ampliationem, quando delictum in omittendo esset contra rationem naturalem; quia tunc nec etiam excusatur. Dec. in l. si quis id, quod, num. 34. post princ. vers. & mirum videtur ff. de iurisdict. omn. iud. per l. 2. ff. de in ius vocan. Ad quæ vide etiam consulentem Bertaz. conf. 73. num. 7. & conf. 74. num. 11. lib. 1.

38 AMPLIA VI. vt rusticus excusetur etiam a vera contumacia, l. 2. §. fin. ff. si quis in ius vocat. non ier. l. 1. §. fin. ff. de eden. sed sic est, quod mulcta non nisi pro vera contumacia imponitur, l. 1. §. fin. ff. si quis ius dicen. non obtemper. ergo excusatur etiam a mulcta, ita per hanc rationem firmauit Ripa in tract. de peste, in tit. de remed. preseruat. con. pest. num. 229. & seq. Curt. iun. in l. 2. num. 6. & 7. ff. si quis ius dicen. non obtemp.

39 AMPLIA VII. vt etiam rusticus excusetur a pœna delationis armorum. Capoll. consil. 32. num. 5. Iacobus Nouell. in tract. ad defens. in tit. an indicia pro reo damna sint, num. 70. Quos in proposito refert, & sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 194. num. 75. Vide Rom. sing. 267. num. 1. Vbi ponit pœnam, qua punitur rusticus de iure communi pro delatione armorum illorum amissionis, & 20. librarum, prout est casus in c. 1. §. si quis rusticus, in vsib. feud. & vide Nicol. Pignolat. ibi in addit. Vbi alios refert in idem concordantes Bertaz. cõsil. 73. num. 7. & conf. 74. num. 11. lib. 1. vbi consuluit ad fauorem rustici retinentis domi absconditos archibusettos, non aptos ad offendendum contra formam bannimentorum. De qua materia vide quæ dixi infra q. 107. num. 32. & seq.

40 AMPLIA viii. vt licet rusticus non excusetur in iis, quæ inducta sunt ad iuris rigorem conseruandum, pro vt latius dixi in quæst. ciuil. excusatur tamen isto casu etiam, quando agitur ad pœnam. Natt. conf. 586. num. 7. lib. 3. post Curt. iun. quem allegat in l. si quis maior, num. 26. C. de transact. prout etiam illum refert, & sequitur Io. Petr. Surd. conf. 86. nu. 21. lib. 1.

41 AMPLIA IX. vt rusticus excusetur a periurio, & illius pœna, periurium enim sine dolo non committitur, & in rustico dolus non præsumitur. Cagnol. in l. si quis maior, num. 24. C. de transact. prout illum refert, & sequitur Horat. Lut. conf. crimin. diuers. 162. num. 14. libr. 1. Curt. iun. in d. l. si quis maior, num. 20. prout pariter illum refert, & sequitur Io. Petr. Surd. conf. 86. num. 20. & 21. lib. 1. verum Cagnol. eo loco hoc declarat duobus modis.

Primo, vt procedat in rustico idiota, & vt ita dicam, grossolano, secus si esset persona sagax. Secundo nisi periurium consistat in non faciendo, & omittendo, secus si cõsisteret in committendo, & contraueniendo, & Cagnol. refert etiam Decia. in suis tracta. crimi. par. 2. lib. 6. cap. 11. rubr. de excusat. periur. num. 6. vbi amplius, quod rusticus excusatur a periurio, si error sit verisimilis, alias secus.

42 AMPLIA X. vt rusticus etiam videatur excusandus a præsumpta hæresi secundum Innoc. in c. firmiter de summa Trinit. & fid. cathol. quem referunt Bal. & alij in rubr. C. eod. idem Bald. Ant. de Butr. Card. & alij in rub. eod. tit. de summa Trinit. & fid. cathol. simplices enim rustici non sunt ita de facili præsumendi hæretici, ex quo animo pertinaci suum errorem defenderent, sed ecclesiæ se submitterent, c. dixit Apostolus in verbo, *pertinaci*, 24. q. 4. glo. in cap. hæc est fides in verbo *emendari*, 24. q. 1. & in l. 2. in verbo *leui argumento*, C. de hæret. Hinc Bal. in d. rubr. C. de summa Trinit. dixit hoc maximè facere ad defendendum rusticos, & idiotas personas de hæresi ab Inquisitoribus imputatos, & dicit Alber. in 4 par. Statutorum, q. 32. incip. Item quærit ipse Gandin. &c. se ita obseruasse in Curia Romana, dum defenderet quosdam Mediolanenses pariter de hæresi inquisitos, quod & idem dixerunt Cepoll. Felyn. Io. de Anan. Card. & Palat. Rube. in locis relatis per Albert. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. quæst. 23.

43 num. 6. & 70. Vbi hanc conclusionem, & dictum Innoc. non sic simpliciter prout vulgus illud allegat, sed cum grano salis legendum, allegandum, & intelligendum esse existimat, & ibi propterea ponit duas declarationes, ex quibus infert, non esse excusandum rusticum, qui vnam habens viuentem vxorem, aliam accepit, iste enim error, quod quis possit duas vxores simul superstites

perstites habere, tum quia notum est, Christianum non posse, nisi vnam tantum vxorem habere, tum etiam, quia
45 hoc delictum, siue peccatum, a iure naturali prohibitum est, vt ibi per eum, ideo non excusatur ex generaliter trad. infra num. 49. sic etiam, & in crimine hæresis rusticitatem aliquantulum excusare, nisi appareat nimia solertia, & sagacitas, iuxta glo in l. Athletæ, §. de rusticis, ff. de excusat. tuto. post Simanc. in Enchirid. cap. 47. num. 17. adnotauit Decian. in suis tractat. crimin. part. 1. lib. 5. cap. 37. num. 62.

46 LIMITA I. huius 11. causæ propositam regulam, vt licet rusticus (vt dixi supra in prima ampliatione, nu. 25. excusetur a dolo præsumpto, quia scilicet in dubio nō præsumatur in dolo; Non tamen excusatur a dolo vero, etiam præsumptiuè probato.

47 Prout est, quando clam deliquit secundum Alex. in l. si quis id, quod, num. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Ias. ibidem, num. 32. in 2. limitat. Socin. regu. 349. in 3. fallent. Tiraq. alios referens de pœn. temperan. caus. 11. num. 11. & seq. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 32. in fin. & seq. & de arbitr. quęst. lib. 2. casu 194. nu. 17. & seqq. Sfortia Odd. qui alios refert concordantes, de restit. in integ. par. 1. q. 9. num. 68. Vbi etiam testatur de communi opinione. Honded. cons. 35. num. 64. lib. 1. Et faciunt Doctores allegati supra q. 89. nu. 131.

48 Quamuis contrarium quod rusticus excusetur etiam a dolo vero, & illius pœna voluisse videatur Alberic. in l. si quis id, quod, n. 5. vers. si verò alterius iuris, ff. de iurisdict. omn. iud.

49 LIMITA II. vt rusticitas non excuset in iis, quæ sunt prohibita a iure diuino, naturali vel gentium, l. 2. & ibi glos. & Doctores, C. de in ius vocan. §. notandum, & ibi etiam glo. 1. q. 4. item glo. in c. præsumitur in fi. de reg. iur. in 6. Bal. in l. leges sacratissimæ, num. 2. C. de leg. Alberic. in l. si quis id, quod, num. 5. vers. vel dic, & ibi etiam ff. de iurisd. omn. iud. Dec. ibidem post num. 34. vers. & mirum videtur, vbi idem in iis, quæ sunt contra naturalē rationem quod & idem scriptum reliquerunt in eadem, l. si quis id quod, Claud. Aquen. in 5. notab. Curt. Iun. nu. 35. Socin. reg. 349. in 1. fallen. Idem Alberic. in l. ab antiquis, num. 2. C. de testib. & in l. venia, num. 1. C. de in ius vocan. Alex. in l. venia, num. 3. C. de in ius voc. Dec. in c. super litteris, num. 23. & seq. ext. de rescrip. Tiraq. qui in idem alios plures refert Doctores, de pœn. temper. caus. 11. num. 7. & seq. Plot. de in lit. iuran. §. 11. num. 11. Arn. Albert. de agnosc. assert. cathol. & hæret. q. 23. num. 70. Steph. Lamberten. de contract. eorum, &c. glos. 1. num. 158. Vbi alij plures referuntur. Menoch. qui alios refert, de recuperan. poss. remed. 9. num. 18. & seqq. & ibi etiā respondet contrariis Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. quæst. 9. num. 4. & seqq. Vbi aliis relatis testatur de communi, & ampliat etiam in iis, quæ sunt prohibita a iure ciuili positiuo fundato tamen in ratione naturali.

50 AMPLIA hanc secundam limitationem, vt quando delictum a rustico commissum sit de genere prohibitorū a iure diuino, naturali, & gentium, vel etiam ciuili notorio, etsi præsertim fuerit graue, & atrox, tunc rusticus non excusatur, nec ab extraordinaria, nec ab ordinaria pœna; Si enim vt dicam infra in vltima limitatione huius regulæ, rusticus nunquam excusatur à pœna extraordinaria etiam in casibus, in quibus alias excusaretur, sequitur quod in casibus, in quibus non excusatur, nec etiam a pœna ordinaria excusetur. Alioquin nulla esset differentia inter casus, in quibus iura rusticum excusant, & casus, in quibus eum non excusant; Et hoc est quod voluit Bero. in d. c. super litteris, num 68. in repet. ext. de rescrip. dum dixit, quod in delictis, & præsertim in crimine falsæ monetæ rusticitas non excusat, quod & idem voluit in cons. 120. num. 29. lib. 1. & ante eum Ias. in l. si quis id, quod, num. 32. in fine, vers. 6. limita. ff. de iurisd. omn. iud. Horum enim doctrina intelligēda est, vt procedat in delictis grauibus, prout est crimen falsę monetæ, & etiam in prohibitis a iure diuino, naturali, gentium, vel ciuili notorio, iuxta terminos propositæ limitationis, & in quibus vt dixi rusticitas, nec etiam excusat a pœna ordinaria, & ita passim multos rusticos pro homicidijs, furtis, & his similibus sine vlla indulgentia morti traditos vidi. Quicquid in contrarium annuisse visus fuerit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 194. post num. 32. vers. Decimustertius est casus, ibi. *Ego intelligo, &c.*

51 LIMITA III. in crimine iniuriarum; repugnat enim iuri naturali alteri iniuriam inferre. Ideò in eo rusticum non excusari ex præallegatis facilè suadetur; Et in specie cō suluit. Paris. cons. 149. num. 20. lib. 4. prout illum in proposito refert & sequitur Menoch. de recuper. poss. reme. 9. num. 19.

52 LIMITA IV. vt cum pariter violentia sit contra ius naturale, idcirco rusticum non excusare a pœna, l. si quis in tantam. C. vnde vi, voluerunt Bart. in d. l. si quis in tantam, C. vnde vi, Bald. ibidem, num. 8. vers. septimo quæritur Ang. in l. sed & si lege, §. scire, ff. de petit. hæred. Alex. in l. iustè possidet, num. 38. & seq. ff. de acquir. possess. Parpal. in l. si quis maior, num. 2. C. de transact. Alber. in l. venia, num. 1. C. de in ius vocan. Bero. in cap. super litteris, num. 68. vers. in his etiam, extra de rescript. Rip. in c. sæpè, num. 89. & seq. de restit. spoliat. Tiraq. de pœn. temper. caus. 11. num. 8. Menoch. de recup. possess. remed. 9. num. 17. & seqq. vsque ad nu. 35. Vbi pluribus hanc probat opinionem, eamque ampliat (reprobato Bart. & Goffred. contrarium tenentibus) non solum quando rusticus inuadit rei alienæ possessionem, sed etiam rei propriæ, & hanc ampliationem quinque fundamentis fulcit, & contrarijs respondet, & rursus in tract. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 194. num. 15.

53 LIMITA V. vt nec etiam rusticitas excuset, vbi agitur de peccato, vel de periculo animæ, puta, errando circa articulos fidei, §. notandum, 1. quęst. 4. cap. si iuxta distinct. 38. cap. ex futurum, cum ibi notat. extr. de sortileg. Per quæ iura ita scripsit Bero. in c. super literis, in repet. num. 68. extr. de rescript.

54 LIMITA VI. & generaliter, quia rusticus non excusatur nisi in casibus à iure expressis. Ad quam materiā, vide in simili, quæ de muliere, dixi supra causa 10. nu. 11. & seq. Et pro hac limitatione, vide Alex. post alios, quos allegat, antiquiores, in l. si quis id quod, numero 10. in fine, ff. de iurisd. omn. iud. Ias. ibidem in 5. limitatione, Dec. numero 34. vers. si tamen volumus, vbi testatur hanc limitationem communem, licèt eam non sequantur, vt mox eum referam Bero. in c. super liter. in repet. nu. 64. & ibi etiam Dec. num. 29. & in addit. Siluest. Aldobrand. Pater Sanctissimi Domini Nostri Clementis Octaui, qui & alios refert concordantes, de rescrip. Tiraq. de pœn. temper. caus. 11. num. 23. idem Bero. in cons. 120. num. 27. versic. secundo rusticitati succurritur lib. 1. Menoch. de recuper. poss. remed. 9. num. 27.

55 Contra, quòd immo rusticus excusetur etiam in casibus a iure non expressis, & quod rusticus semper excusetur, nisi expressè aliqua lege prohibitum reperiatur tribus fundamentis insurgit Dec. in l. si quis id, quòd num. 34. in vlt. notab. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi respondet contrariis, & post Dec. & Cagnol. in l. si quis maior, num. 12. & 13. C. de transact. Et hanc contrariam opinionem, vt scilicet rusticus excusetur etiam in casibus a iure non expressis, non ipso iure, sed ex æquitate, & iudicis officio implorato, exceptis tamen casibus introductis ad iuris rigorem conseruandum, amplectitur Rip. in tract. de peste, in tit. de remed. preseru. con. pest. num. 245. & seqq. vbi aliis relatis, & hac adhibita distinctione concordat prædictas contrarias sententias. Nec ab hac Ripę distinct. dissentit Menoch. d. 9. remed. recuper. poss. nu. 27. & de arb. q. lib. 2. casu 194. num. 82. & seq.

56 LIMITA VII. in rustico sagace, qui, quòd non excusetur, est gloss. in l. athletæ, §. de rusticis, ff. de excusat. tut. Alexand. in l. si quis id, quod, num. 10. & ibi etiam Ias. num. 32. in 1. limitat. Curt. iun. n. 36. ad med. ff. de iurisd. omn. Iud. Bald. in l. 1. in fine, C. de interdict. matrimon. Alexand. in l. ex quacumque, numer. 4. ff. si quis ius dicen. non obtemper. Curt. iun. in l. venia, nu.

3. C.

1. C. de in ius vocan. vbi exemplificat in rusticis Papienſibus, Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. 2. C. de in ius vocan, Bald. Fulgoſ. Barb. & Corn. in locis relatis per Tiraq. qui & hos etiam ſequitur in tract. de pœn. temper. cauſ. 11. num. 17. Socin. reg. 349. in 2. fallent. Patraſ. ſingul. 18. nu. 7. Rip. in tract. de peſte, tit. de remed. præſeruat. con: peſt. num. 249. Plot. de in lit. iuran. §. 11. num. 8. ad med. Natt. conſ. 497. num. 3. lib. 3. Io. Baptiſt. Lup. de vſur. comment. 2. § 1. num. 4.

57 Vbi amplius quòd iudicis arbitrio relinquitur, an ruſticus ſit ſagax, necne, de quo dixi ſupra num. 32. Cæphalus conſ. 138. num. 12. lib. 1. Bonacoſſ. in ſuis quæſt. crimin. rubr. de falſitate, verſ. ſtante Statuto, quòd teſtis falſus, folio mihi 75. Decia. in ſuis tract. criminal. par. 1. libro 5. cap. 37. num. 62. Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 24. C. de

58 tranſact. Vbi etiam quòd de ruſtico mediocri, Bero in cõſil. 120. num. 27. verſ. tertiò aduerſus iuris ignorantiam, lib. 1. Bertazz. conſ. 474. num. 16. lib. 2. Menoch. qui alios refert, de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 52. Sfortia Odd. de reſtit. in integ. par. 1. q. 9. num. 65. & ſeqq.

59 Vbi tamen dicit aduertendum, quòd hodie in dubio ruſticus præſumitur ſagax, & non ſimplex, quia hodie regulariter omnes ruſtici ſunt ſagaces, & non ſimplices ex Alber. Bal. & Paul. de Caſtr. in locis ibi per eum relatis, ſed hoc vltimum affirmare non audeo cum Alber. Bald. & Caſtren. per Oddum allegati (ſi benè perlegi eorum dicta) non dicant id, ad quod allegantur.

60 Et licèt contra propoſitam ſeptimam limitationem ſentire videatur Dec. in d. l. ſi quis id quod, num. 34. ff. de iuriſd. omn. iud. dicens quòd talis limitatio eſt magna, cum iura ſimpliciter, & generaliter loquantur de ruſticis, velintq; eos excuſari propter iuris impetitiam, quę quidem imperitia etiam in ruſtico ſagace locum habet, ex quo licet ſit ſagax in eius exercitio, Non per hoc habet iuris peritiam, & ibi reſpondet gloſ. in d. l. athletæ, quòd ſcilicèt loquatur in caſu ſpeciali fauore pupillorum: In occurrenti tamen caſu minimè a dicta limitatione recedendum putatem, cum (vt vides) magis communiter a Doctoribus recepta ſit.

61 LIMITA VIII. vt in omnibus caſibus, in quibus ruſticus excuſatur, id vtique intelligendum ſit, vt excuſetur a pœna ordinaria, non autem ab extraordinaria, ſecũdum Alberic. in l. ſi quis id, quòd, num. 5. in diſcurſu, ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. vbi pariter quod non excuſat a pœna leuis, vel leuiſſimę culpæ. Sequitur ibi Curt. iu. num. 36. verſ. ſed hic cadit neceſſaria dubitatio, vbi alios refert concordantes. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 11. nu. 2. vbi reddit rationem, quare ruſticus non omnino excuſetur, quia ſcilicet, licèt minus peccet, peccat tamen. Quãuis quandoque ei parcatur ex iuribus ibi per eum relatis. Menoch. de arbit. quæſt. lib. 2. caſu 198. num. 38. Magon. deciſ. Lucenſ. 42. num. 15. Burſat. conſ. 405. nu. 47. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Dormiendo delinquens an puniatur, & quomodo.

SVMMARIVM.

Dormientes plures reperti fuere, qui in ſomniis verberarunt, vulnerarunt, aut alias delinquerunt, num. 62.

Dormiens ſi aliquem verberat, vulnerat, ſiue occidit, aut alio modo delinquit, non punitur regulariter, num. 63. & ſeqq. vbi ponuntur rationes.

Dormiens æquiparatur furioſo, num. 64.

Naturali vitio parcendum eſt, num. 65.

Dormiens æquiparatur mortuo, num. 66.

Dormiendo delinquens, an peccet, num. 67.

Dormiens, ſi aliquem mutilet, aut occidat, non efficitur irregularis num. 68. Amplia etiam quod antequam dormiret, fuerit iratus contra illum, quem poſtea dormiens occidit, aut mutilauit, n. 69. Limita niſi eſſet ſolitus dormiendo ſimilia facere, quia tũc efficitur irregularis, niſi fecerit diligentiam, vt ſolus clauſis ianuis, & ſine armis in ſua camera iaceret, num. 70.

Dormienti non fit iniuria, num. 71.

Nutrix, pater, ſeu mater ſi dormiendo infantem ſuffocauerint, quomodo puniantur, num. 72.

Dormiendo delinquens non punitur, ſi nulla ei poteſt imputari culpa, ſecus ſi aliter, vtputa, quia eſſet ſolitus dormiendo delinquere, quia tunc punitur niſi fecerit eam diligentiam, de qua ſupra nu. 70. & 73.

Dormiendo delinquens punitur, quando dedita opera obdormiuit, vt delinqueret, exemplum, vt in numero 74.

Dormiendo delinquens non excuſatur, ſi vigilans delictum ratificauit, num. 75.

Dormientem offendere ad ſui neceſſariam defenſionem licitum eſt, num. 76.

QVÆST. LXXXXVIII. CAVSA XII.

62 DVODECIMA cauſa mitigandi pœnas eſt, quando quis dormiendo delinquit, ſępius. n. accidiſſe, quòd homines dormientes delinquerint teſtantur communiter omnes in clem. 1. de homicid. ex Guliel. Guil. quem allegãt, & recenſente caſum cuiuſdam ſui ſocij Anglici, qui dormiens in eccleſia S. Benedicti ſurrexit de lecto, & iuit per Ciuitatem Pariſienſem per longum tractum, pueroq; per ipſum interfecto, adhuc dormiens in lectum ſuum reuerſus eſt, & dicit Bart. in l. vt vim, col. 1. in fine, poſt num. 5 quod quidam Piſanus tẽpore ſuo ſe armabat de nocte, & ibat per Ciuitatem cantando, & refert Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 51. de homicid. Bononiæ habuiſſe vicinam quandam puellam, quæ in ſomniis ſurgebat ex lecto, & panem faciebat, & multi, qui re ipſa dormientes, è lecto ſurgunt, ambulant, arma capiunt, pluraq; ac ſi vigilarent, conficiunt ex antiquorum authoritatibus refert Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 5. num. 11. Vbi pro remedio valdè conferre exiſtimat herbam bettonicam, ex quo vim habet liberandi huiuſmodi dormientes à nocturnis ambulationibus.

63 REGVLA igitur ſit, quòd ſi dormiens aliquem occidat, aut aliquo alio modo delinquat non punitur tex. in clem. 1. de homicid. & ibi hoc notant Card. Zabar. num. 8. in 6. quæſt. Bonif. de Vital. num. 20. & 23. Imol. num. 1. & num. 7. Ancharan. num. 3. Didac. in 3. part. relect. in initio. num. 6. Marian. Soc. in c. ad audientiam, num. 51. & ſeqq. de homicid. Bart. in l. pen. in fine verſ. ſi verò hoc, ff. de parricid. Alex. in l. 1. §. adipiſcimur, num. 2. ff. de acq. poſſ. & ibi etiam hoc notant Rom. num. 3. Iaſ. num. 9. in 2. notab. Aret. num. 37. in 3. notab. Florian. in l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornicarius, nu. 4. in fine, ff. ad l. Aquil. Iaſ. in l. vt vim, num. 21. ff. de iuſt. & iur. & ibi etiam Dec. num. 29. Marſil. in l. 1. num. 64. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Gulielm. Mayn. in l. furioſi, num. 7. ff. de reg. iur. poſt Alberic. quem allegat in l. Diuus, ff. de offic. præſid. Bonif. de Vital. in tit. de inſult. & percuſſ. ad finem, num. 48. verſic. item in dormiente Iodoc. in pract. crimin. capit. 84. rubr. qui excuſan. ab homicid. num. 9. Blanc. in pract. crimin. fol. mihi 86. num. 1. & ſeq. Nouell. in tract. ad defenſ. cap. 1. rubr. homicid. quibus ex cauſ. à pœn. mort. excuſ. num. 43. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. §. quarto ad inſtar furoris, num. 1. folio mihi 143. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ. 5. num. 1. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. num. 3. Clar. in pract. §. fin. q. 60. num. 20. verſ. quæro etiam. Ex quibus hanc regulam a Doctoribus communiter receptam eſſe facile teſtari poſſum.

64 Rationes huius regulæ a Doctoribus potiſſimum, & communiter tres afferuntur. Vna, quia dormiens æquiparatur furioſo, clement. 1. & ibi notant omnes de homicid. cap. maiores, in fin. verſ. dormientes autem, & amentes de Baptiſ. & eius effect. l. 1. §. adipiſcimur, & ibi

65 etiam notant omnes, ff. de acq. poſſ. Altera, quia naturali vitio

vitio parcendum est, l. fluminum, §. vitium, ff. de dam. in
66 fect. & l. probrum, ff. de verbor. signif. Tertia quia dormiens mortuo æquiparatur, vt pluribus comprobat Tiraquel. de pœn. temp. d. cauf. 5. nu. 2. & seqq.

67 AMPLIA I. quia dormiens delinquendo, nec etiam peccat, sed quando hoc verum fit, & quid de nocturna dormientis, & somniantis pollutione, vide Couar. in clement. 1. in 3. par. relect. in initio, num. 7. per tot. de homicid. Vbi plura ad materiam ex auctoritatibus Theologorum in medium affert Blanch. in pract. crim. fol. mihi 86. num. 3. Tiraq. de pœn. temp. cauf. 5. num. 9. & 10. in fin. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. num. 3. in princ. iuncto verf. quo fit, dormientem minimè peccare. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. num. 7. vbi late, & num. 8. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 327. num. 7.

68 AMPLIA II. vt dormiens, si hominem mutilet, aut occidat, nec etiam incurrat irregularitatem, text. ad litteram, in clem. 1. de homicid. vbi in hoc æquiparat dormientem furioso, & infanti, & vbi hoc notat Card. Zabar. nu. 8. in 6. quæst. Bonif. de Vital. num. 20. & seqq. Imol. nu. 1. in 1. notab. & num. 7. Anchar. num. 3. Didac. in 3. par. relect. in initio, num. 6. Marian. Soci. in c. ad audientiam, num. 51. de homicid.

69 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, vt dormiens non puniatur, nec irregularis efficiatur, etiam quòd aliquem mutilet, vel occidat dormiendo, cum antea vigilans iratus fuerit contra illum, quem postea dormiens occidit, eundemque occidere conatus fuerit, aut optauerit, ac si occisionis cupiditate affectus dormiat, & postea somniās ea, quę in vigilia acciderunt, hac fantasia motus, ex lecto surgens, adhuc dormiens, ense arrepto eum occidat, quem vigilans occidere non potuit, is inquam nec irregularitatis pœnam, nec aliam incurrit rationibus benè deductis, & ponderatis per Imol. in clem. 1. num. 7. de homic. & ibi etiam Couaru. in 3. par. relect. in init. num. 6. verf. potest autem contingere, vbi testatur de communi Doctorum opinione. Marian. Soc. in c. ad audientiam, num. 54. de homicid. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. nu. 6. vbi alios refert reprobat contrarias rationes, & testatur de communi.

70 LIMITA pręcedentem secundam ampliationem procedere, quando dormienti non potest aliqua culpa imputari, vt quia nunquam tale quid sibi euenit, secus si alias dormiendo occiderit, aut mutilauerit, tunc enim videtur in culpa, nisi prouiderit, & fecerit diligentiam, vt solus, & clausis ianuis, ac sine armis in sua camera iaceret, argum. text. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. & in l. si seruus seruum, §. si fornicarius, ff. eod. Ideo tunc si aliquem occiderit, aut mutilauerit irregularitatem incurrit per ea, quæ generaliter de dormiente delinquente dicta sunt infra num. 73. & in specie de pœna irregularitatis scripserunt in d. clem. 1. de homicid. Card. Zabar. num. 8. in 6. quæst. verf. quòd procedit. Anchar. num. 3. Didac. in 3. part. relect. in initio, num. 6. vbi testatur de communi opinione Marian. Soc. in c. ad audientiam, num. 54. verf. ego vero arbitror de homicid. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. num. 5. vbi quod hæc limitatio frequentiori Doctorum calculo recepta est.

71 AMPLIA III. quia dormienti non fit iniuria, si nihil sentiat, ideò licet alias violentiam faciens clerico in vestibus, sit excommunicatus secundum glo. in cap. si quis pulsat, de pœn. distinct. 1. & in c. si quis suadente in verbo *manus*, 17. q. 4. Innoc. Bartol. & Bald. in locis relatis per Marsil. in l. 1. num. 65. ff. ad l. Cornel. de sicar. non tamen erit excommunicatus is, qui clerico dormienti, & non sentienti vestes lacerauerit, secundum Card. & Felyn. in locis pariter relatis per eundem Marsil. in d. l. 1. d. num. 65. verf. quod tamen est verum Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & assass. §. 4. ad instar furoris, num. 3. Petr. a Plach. in epith. delict. c. 31. num. 4.

72 AMPLIA IV. in patre, matre, seu nutrice, quæ si dormiendo, & volendo se per lectum, infantem lactentem suffocauerint, non puniuntur secundum Bonif. de Vital. in clem. 1. n. 23. de homicid. & in suis tract. crim. tit. de patricid. num. 5. vbi dixit, quòd si filius anniculus reperitur mortuus in lecto patris, vel matris, vel aui, vel auię, vel etiam nutricis bonæ famæ, prout in dubio præsumitur; Tale homicidium impunitum esse debet, ex quo potius casu, aut negligentia, quam dolo commissum præsumi debeat, cum nullus amor vincat paternum, l. fin. C. de curat. furiof. & magis parentes timent de filiis, quam de seipsis, l. isti, quidem, ff. quod met. cauf. sic pariter, & mater nunquam de filio obliuiscitur, cum sit pars viscerum suorum, cap. ad Romanum, 2. q. 6. Ideò qui dolum in prædictis allegat, debet illū probare per probationes luce meridiana clariores. Quod si culpa in iis personis aliqua considerari potest, non ad mortem, sed pro modo culpę iudicis arbitrio citra mortem puniendæ sunt, l. 1. §. sed etsi, ff. de sicar. Hęc ibi scripsit Bonif. qui (ni fallor) magistraliter loquens vidit Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 3. rubr. de homicid. num. 19. vbi dixit, quod filius de recenti natus, & mortuus repertus in lecto patris, vel nutricis præsumitur mortuus casu, vel aliqua culpa seu negligentia, nō autem dolo; & per consequens non imponitur isto casu pœna mortis ordinaria, sed extraordinaria iudicis arbitrio, secundum qualitatem culpæ ex Bonif. de Vital. in loco præcitato. Et ita hunc casum euenisse testatur in ciuitate Salmantina, in persona cuiusdam sui nepotis reperti mortui in lecto nutricis, & nulla accusatio fuit contra eam proposita, & Ant. Gomez. sic dicentem refert Pet. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 22. num. 29. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 327. num. 1. & seq.

73 LIMITA I. propositam regulam, vt dormiens delinquendo non puniatur, si nulla ei potest attribui culpa, vt quia nesciebat tale quid, sibi alias euenisse; secus si esset solitus dormiendo delinquere, quia tunc videtur in culpa; si non fecit diligentiam, vt solus sine armis, & clausis ianuis in suo cubili dormiret, argum. tex. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. & in l. si seruus seruum, §. si fornicarius, ff. eodem. Dixi in simili de pœna irregularitatis supra, nu. 70. & generaliter, quod isto casu delinquens dormiendo puniatur extra ordinem, iudicis arbitrio, scripserunt Bar. post Guliel. de Cun. in l. penul. ff. de parricid. Card. Zabar. in clem. 1. num. 8. in 6. quæst, verf. quod procedit, de homicid. & ibi etiam Anchar. sub nu. 3. Did. in 3. par. relect. in init. nu. 6. vbi testatur de communi opinione, Marian. Socin. in c. ad audientiam, num. 54. verf. ego vero arbitror, de homicid. Alex. in l. 1. §. adipiscimur, num. 3. ff. de acquir. poss. & ibi etiam Ias. num. 9. & Aret. num. 37. verf. & hoc est verum, Florian. in d. l. si seruus seruum, §. si fornicarius, num. 3. in fine, in 2. notab. & num. 4. & seq. ff. ad l. Aquil. vbi quod isto casu poterit occidens relegari, nisi culpa illi imputari possit, Guliel. Mayn. in l. furiosi, num. 7. verf. pro solutione autem, ff. de reg. iur. Ang. de malef. in verbo *scienter, & dolosè* post num. 17. Blanc. in pract. crim. fol. mihi 86. num. 3. & 4. Nouell. in tract. ad defen. cap. 1. rubr. homicid. quibus ex cauf. a pœn. mort. excuf. num. 43. & 44. Carer. in pract. de homicid. §. 4. ad instar furoris, num. 1. fol. mihi 145. Tiraq. de pœn. temp. cauf. 5. num. 10. Anto. Gomez. de delict. c. 3. num. 74. Per. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 31. num. 3. circa med. verf. nisi eo casu, &c. folio mihi 545. & seq. vbi aliis relatis testatur de communi opinione, & num. 5. fol. 547. vbi de magis communi Andr. Gayl. obseru. 1 10. num. 30. Clar. in pract. §. fin. q. 60. num. 20. sub verf. quæro etiam, vbi testatur de communi opinione, ex Didac. & Plach. in locis præcitatis; Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. caf. 327. num. 3. & 4.

74 LIMITA II. in eo, qui dedita opera obdormiuit, vt delinqueret, exemplum in eo, qui sciens in somniis delinquere, & ob id somno vtatur, tanquam instrumento liberæ malitię ad exequutionem mali ab ipso vigilante deliberati, ita vt per somnum, vt instrumentum exequaquatur præcogitatum scelus, tunc actus in somno contingens peccatum est, & pariter si quis vigilans irascitur cōtra aliquem, & demum somno dat operam, vt aliquem occidat, vel offendat dormiendo, vtique hoc casu nullam

merebitur excusationem, sequutiquè homicidij, & offensionis reus erit secundum Bonif. de Vital. in tit. de insult. & percuss. in fine, num. 48. vers. nisi dolo, &c. quem sequutus fuit Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. quarto ad instar furoris, nu. 2. quos in proposito benè refert & sequitur Couar. in clem. 1. in 3. par. relect. in init. num. 7. in fine, vers. hac vero in parte, de homicid. Nec dissentit Pet. à Plach. in epito. delict. lib. 1. c. 31. num. 3. in fi. vers. quod si ex consulto, & num. 8. vers. ita qui irasceretur.

75 LIMITA III. vt dormiens delinquendo non excusetur, quando vigilando ratum habuit, quod iam in somnijs malè gessit. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 327. num. 8, allegat Ioan. de Villemat. in repet. l. Diuus, nu. 85. in fine. ff. ad l. Cornel. de sicar. & faciunt quæ in simili dixi de ebrio, supra q. 93. num. 22.

76 LIMITA IV. vt licet dormiens delinquendo excusetur, si tamen dormiens, dum vult aliquem offendere, offendatur ab eo, excusatur vtiq; ille, qui puta, ad sui ipsius defensionem dormientem occiderit secundum Alex. in l. vt vim, colum. 1. post num. 5. ff. de iust. & iur. licet videatur in hoc puncto ambiguè loqui, tamen videtur velle, quod naturali iure inspecto possit licitè, & impunè offendi, & ita etiam refert voluisse in repet. l. 1. C. vnde vi. colum. pen. Dec. in l. vt vim, post num. 29. ff. de iust. & iur. Pet. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. c. 31. nu. 4. ad finem vers. si sanè.

ARGVMENTVM.

Amoris causa delinquens an puniatur mitius.

SVMMARIVM.

Amor ebrietati æquiparatur, num. 77.
Amor furori æquiparatur, num. 78.
Amoris impetus, & turbatio omnibus aliis vehementior est, num. 79.
Amoris causa delinquens regulariter mitius est puniendus, num. 80.
Amor excusat etiam in sortilegijs, num. 81. & seqq.
Sortilegia amoris causa facta quomodo puniantur, num. 81. & seqq.
Amor an, & quando excuset in crimine hæresis post num. 83. vers. amplia II.
Amor an excuset in eo, qui puellam in publica via osculatur, nu. 84.
Amor excusat etiam in receptione rerum furatarum. num. 85.
Amor excusat etiam ab infamia, & meretricio, num. 86.
Amor excusat etiam in crimine raptus, nu. 87.
Amor excusat etiam in crimine libelli famosi, nu. 88.
Amor an excuset eum, qui de nocte in alienam domum illuc intrandi causa, scalas apponit, num. 89. & seq.
Amor excusat delinquentem ex subito, et improuiso amoris impetu, secus si præmeditatè, & illo furore cessante, num. 91. Declaratur num. 92.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XIII.

77 DECIMATERTIA causa mitigandi pœnam est Amor. Amor enim ebrietati æquiparatur, §. fin. & ibi glo. in verbo bacchata,
78 insti. de success. sublat. Sic etiam & amorem furori æquiparari benè probat text. in cap. cum in iuuētute, extra de præsumpr. & in §. illud in Auth.
79 quib. mod. efficiantur legit. Amorisque impetum, & turbationem omnibus alijs vehementiorem esse scripserunt Bal. in l. impuberum, col. 5. nu. 21. ante med. C. de impub. & alijs substit. Vbi dixit, quod nihil ardore amoris vehementius est, quem intra debitos limites carcerare, est potius philosophicum, quàm muliebre, refert, & sequitur Bal. in loco præcitato, Curt. Sen. cons. 67. super controuersia, col. 3. vers. transeo ad secundum, prout illum, allegat Tiraq. qui alia plura similia in medium affert, de pœn. d. caus. 4. num. 2. in fine Boer. decis. 23. num. 75. vers. & maximè, & num. 76. vbi pulchrè.

80 Ideò sicut ignoscitur ebrijs, furiosis, alijsque delinquentibus aliqua subita animi turbatione, ira, vel impetu, vt supra explicauimus, sit etiam, & ignoscendum esse (saltem ad effectum, vt mitius puniatur) ei, qui amoris impetu delinquit, ex prædictis facilè suadetur, & in specie post alios, quos recensent antiquiores, scriptum reliquerūt Oldrad. consil. 210. num. 4. Alber. in rub. C. de hæret. nu. 12. in fine. Tiraq. qui more suo hanc conclusionem benè exornat de pœn. temper. caus. 4. num. 1. & seqq. Cassan. in consuetud. Burgund. fol. 39. colum. 4. num. 13. vbi benè exornat, & facit generalem conclusionem, ex Oldrad. in d. consil 210. parcendum scilicet esse amore capto, qui furore libidinis, & amoris aliquid prohibitum fecit, cum id videatur fecisse quasi furiosus, & demens Clar. in pract. §. fina. q. 60. num. 7. vers. est, & amor. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 328. nu. 1. & seqq. Ludou. Peguer, decis. crim. 7. num. 18. & seqq. Franc. Monal. cons. 101. num. 1. & seqq. Eman. Soarez. in commun. opin. vers. pęna, num. 159. Bursatt. consil. 445. num. 13.

81 AMPLIA I. vt amor excuset etiam in sortilegijs, secundum Oldrad. in cons. 210. num. 2. iuncto. num. 4. & 9. in fine, vbi consuluit ad fauorem cuiusdam Ioannis de Partimaco, qui amore mulieris infatuatus, & ad finem illius amorem prouocandi quasdam fecit imagines, & Dæmones inuocauit, dicitque, quod licet hæreticum sit, dæmonia inuocare, eisque sacrificia offerre. isto tamen casu huiusmodi sortilegium, ad amorem mulieris prouocandum magis sibi videtur superstitiosum, quàm hæreticum, & quod propterea dictus Ioannes fuit absolutus à duobus Iudicibus, tunc in illa causa per Ioan. Pap. xij. deputatis. Quod, & idem retulit Alber. in rubr. C. de hæret. nu. 12. vers tertia consideratio, & num. 13. testans, quod in eadem causa Ioannis de Partimaco, fuit determinatum sortilegia huiusmodi ad amorem facta non esse hæreticalia; Et Oldrad. sic dicentem referendo sequuti sunt Tiraq. de pœn. temper. caus. 4. num. 3. Clar. in pract. §. hæresis, num. 23. vers. successiuè quæro ad med. & quæst. 60. num. 7. sub vers. est & amor. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 328. num. 2. Franc. Monal. cons. 101. ferè, per totum, vbi benè hanc ampliationem exornat.

82 Verum ad ea quæ scripsit Oldrad. in d. consil. 210. aduerte, quia dum ipse in fine cons. testatur prædictum. D. Ioannem de Partimaco fuisse absolutum, non intellexit, quod fuerit absolutus à pœna sortilegij, sed ab hæresi; ex quo sortilegium illud, non erat hæreticale, vltra, quòd etiā non erat concludenter probatum, vt ibidē demonstrat, num. 5. & seqq. Delinquenti enim, ex causa amoris non in totum ignoscendum est, sed mitius cum eo agendum, vt supra probaui in regula.

Et ad materiam huius primæ ampliationis vide, quæ latius scripsi in tit. de delict. & pęn. quæst. 20. nu. 79. & seqq. & præsertim, num. 80. in quibus, & in his, ac omnibus alijs humillimè, & genuflexus submitto me S. M. Ecc. iudicio ac determinationi.

83 AMPLIA II. etiam in crimine hæresis prout tradit Simanch. de Cathol. instit. tit. 17. rubr. de defens. reor. nu. 42. & seqq. vbi, quod si quis amoris furore, aut Zelotipia, aut desperatione correptus verba dixerit hæreticalia defendi nunquam poterit, ne hæreticus esse credatur, excusandusque sit, quòd talia dixerit potius, vt ebrius quam, vt hæreticus, & sic, vt ebrius puniendus sit, & non, vt hæreticus, idem affirmat in eo, qui nimio insaniens amore suæ amasiæ imaginem adoraret, aut aliqua emitteret verba, quæ Idolatriam sonarent. Est enim inquit ibi Simanch. proprium eius, qui vehementer amat, vt horreat, & metuat, ac deinde suam inspiciens dilectam eam tanquàm Deum adoret, & nisi vereretur se insanum apparere eidem Amatę, non aliter quàm Deo, statuam faceret, sicut legitur apud Platonem in Phedro, & Simāh. in loco præcitato refert, & sequitur Franc. Monal. consil. 101. num. 11.

84 AMPLIA III. in eo qui in via publica alicui puellæ propter amorem osculum dat, Huic enim aliquatenus parcendum suadetur, exemplo Pisistrati Atheniensium Tiranni, cuius Virginem filiam, cum quidam Adolescens eius amore accensus in publico obuiam sibi factam osculatus

latus esset, hortante vxore, vt ab eo capitale supplicium sumeret, respondit, *si eos qui nos amant, interficiamus, quid his faciemus, quibus odio sumus?* Quod exemplum refertur à Valerio Maximo, lib. 5. rer. memorabili. cap. 1. & retulit etiam Tiraq. de pœn. temper. d. cas. 4. in fine, num. 5. Adest super hoc decisio, Afflict. 276. & post eum Ludou. Peg. decis. crim. 7. per totam, & dixi, hac de re infra in tit. de delict. carn. in materia stupri, vbi est locus suus.

85 AMPLIA IV. vt amor excuset etiã in receptatione rerum furatarum secundum Cassane. in consuetud. Burgun. fol. 39. col. 4. num. 15. vbi dixit in facti contingentia vidisse quodammodo excusatam mulierem, quæ amore capta cuiusdam viri res, per eum furto subtractas receptauerat. Refert, & sequitur Clar. in pract. §. fina. q. 60. nu. 7. vers. est, & amor.

86 AMPLIA V. vt amor excuset etiam ab infamia, & meretricio, & illius pœna, prout videtur voluisse Ioan. Faber. in §. foror. instit. de inoff. testa. Dum dixit mulierem non reputari infamem, aut turpem personam, aut meretricem, si vehementi amore capta amanti copiam facit, & ob id à testatore institui potest, etiam eius fratre, vel sorore præterita, quem in proposito refert, & sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 328. nu. 3. & seqq. vbi, & ibidem, num. 13. inferendo concludit, quod sicut hæc mulier non potest dici meretrix, ita nec etiam aliqua pœna digna est, nec vti meretrix potest ex vicinia expelli, aut pro ciuili, & priuato delicto carcerari.

87 AMPLIA VI. vt amor excuset etiam in crimine raptus. Bursat. consil. 445. num. 13. vbi consuluit in causa excellentissimi D Ruberti ab Altaemps Ducis Gallesij, qui tunc sponte constitutus in Arce Sancti Angeli tũ ex causa amoris, tum ex alijs causis, quibus iure pœna minuenda erat, & de quibus plenè per Bursat. vbi supra fuit liberatus, & iussus in seruire prout inseruiuit in Ciuitate, & Prouincia Auinionen. pro Generali Duce, & Capitaneo, & sic loco pœnæ dignitatem, & honorem reportauit.

88 AMPLIA VII. vt amor excuset etiam in crimine libelli famosi, secundum Clar. in pract. § fina. q. 60. num. 7. sub vers. est & amor, vbi testatur aliàs de anno 1554. Senatum Mediolani absoluisse quendam Baptistam Azzanum, qui libellum famosum publicauerat contra quamdam puellam, cuius amore captus erat subdens ibidem Clar. quod dictus Baptista habebat remissionem à parte offensa, aliàs forte hæc excusatio sibi non profuisset, prout certè non profuit Orsacto Factiolo de Ancona, qui de anno 1574. si rectè memini, fuit per D. locum tenentem criminalem A. C. ad triremes condemnatus, & trasmissus pro quibusdam cantilenis per ipsum publicatis in infamiam cuiusdam nobilis mulieris Anconitanæ, quamuis illius amore captus esset, imo etiam suæ mentis non erat omnino compos. Sed vtcumque sit, etiam cum ipso fuit mitius actum, cum forsan vigore Bullæ Pij V. mortis pœnam mereretur, à qua propter amoris excusationem fuit liberatus etiam, quod ab offensa pacem non habuerit.

89 LIMITA I. vt amor non excuset eum, qui scalas de nocte in alienam domum apponit illuc intrandi, & suam Amatam carnaliter cognoscendi causa, prout fuit decisum per Vice Regem Neap. teste Gram. decis. 36. prout illum refert in proposito Clar. in pract. §. fina. q. 60. vers. est & amor in fine.

90 Verum prout idem Clar. testatur in q. 68. num. 4. vers. ascendens cum scalis, talis sententia iuditio Italiæ fuit visa nimis sæua, & crudelis, & ego latius explicaui in tit. de delict. & pęn. q. 20. num. 145. Ideò in occurrenti casu, nec etiam in proposito discedendum est à regula.

91 LIMITA II. regulã procedere, quando amore captus aliquid committit ex subito, & improuiso ipsius amoris impetu, tunc enim videtur in aliqua parte ipsi indulgendum, quia talis subitus furor, & impetus ipsum excusare videtur, sicut excusat eum, qui subita ira, vel dolore commotus aliquod delictum committit; Secus autem si hoc impetu, & furore cessante, ex causa amoris aliquod præmeditatum committit, tunc enim nullatenus videtur excusandus, colligitur hæc limitatio per Simãch. de Cathol. instit. tit. 17. rub. de defens. reor. nu. 45. vbi ex Aristot. lib. 2. magnorum moralium, cap. 6. duas esse incontinentiæ species affirmat, Vna quidem prorumpens, & improuisa, & confestim prouemens, veluti cum speciosam mulierem viderimus, & confestim afficiamus, & ab affectu erumpit impulsus ad aliquid perpetrandum, quod fortassè non expediat, Altera verò velut quædam imbecillitas, quæ cum ratione auertente insurgit. Prior igitur non admodum sub reprehensione cadere videtur, quandoquidem etiam virtutis studiosis potest euenire, necnon etiam callidis, & ingeniosis; Secunda autẽ reprehensioni subijcitur, quia frigidis & melancolicis conuenit. Et consequẽter aliquatenus defendendi sunt, qui amore obcæcati sine deliberatione delinquunt; Secus autem qui amoris prætextu deliberatè delinquunt, vt ibi per eumdem Simanc.

92 qui, & alia ad propositum inducit, & est pulchra, & noua limitatio; Quamquam, & indistinctè vtroque casu amore captis in aliqua parte indulgendum esse ego verius existimarem. Mitius tamen agendo cum ijs, qui sine deliberatione delinquunt, quàm cum ijs, qui deliberatè delinquunt, amoris enim impetus, & furor semper amantes obcæcat, licet magis vno tempore, quàm alio, ideò sic semper iuxta temporis qualitatem, & animi perturbationem, miserendum, & mitius agendum est.

ARGVMENTVM.

Nobilitas quãdo faciat delinquentẽ mitius puniri.

SVMMARIVM.



Obiles, diuites, & in dignitate constituti regulariter puniuntur mitius, quàm ignobiles, pauperes, & minus digni, num. 93. licet alij contra, num. 94. ex quibus hac materia à Doctoribus vocatur Brocardica, num. 95.

Decuriones, eorumque liberi, nepotes & pronepotes, nec in metallum, nec in opus publicum, nec ad bestias damnantur, nec fustibus caeduntur, num. 96.

Nobiles puniuntur mitius, etiam quòd lex, seu Statutum mandent delinquentes nullas misericordias consequuturos, nu. 97.

Nobiles, & in dignitate constituti non puniuntur pœna infamatoria, vt puta, fustium, berlina, aut simili num. 97.

Nobiles non condemnantur in metallum, nec ad triremes, num. 98. & sequen.

Nobiles, Decuriones, & Milites non suspenduntur furca, sed decapitantur, num. 100.

Nobiles etiam mitius puniuntur in pœna spirituali, videlicet excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quando sumus in foro contentioso, num. 101.

Nobiles puniuntur mitius in pœnis corporalibus, num. 102.

Nobilis deportatur, quando ignobilis decapitatur, nume. 103. Contra, num. 104.

Nobiles puniuntur mitius in crimine homicidij, num. 105. Contra, num. 106. & seqq. vbi de materia.

Nobiles, & Illustres personæ non puniuntur, nisi Principe consulto, num. 109.

Nobiles non puniuntur mitius in pœna pecuniaria, num. 110. & seqq. vbi ponitur ratio.

Pœna quælibet corporalis, quamuis leuis, grauior est in Nobili, quàm qualibet magna pecuniaria, & econtra, num. 112.

Nobiles non puniuntur mitius in delictis, quæ propter nobilitatem, & dignitatem augentur, et quę in ipsis grauiora, & maiora à iure reputantur, quàm in alijs, nu. 113.

Nobiles non puniuntur mitius in ijs, quæ redeunt in dedecus, & contumeliam nobilitatis, nu. 114.

Nobiles proditores furca suspenduntur, nu. 115.

Nobiles non puniuntur mitius in crimine furti, nu. 116. & 117.

Nobile non puniuntur mitius in crimine falsi, nu. 118.

Nobiles non puniuntur mitius in foro conscientiæ, & in pœnis spiritualibus, nu. 119. Declara, vt nu. 120.

Clerici, & Religiosi quamuis sint digniores laicis, non tamen magis peccant, quàm laici, quod an verum sit. nu. 121.

Nobiles non puniuntur mitius in crimine hæresis, nu. 122.

Nobile

Nobiles non puniuntur mitius in delictis, quæ consistunt circa inobedientiam, & transgressionem Superioris, num. 123.
Nobiles non puniuntur mitius in crimine læsæ Maiestatis, num. 124.
Nobiles in delicto, & malitia contumaces, & perseuerantes non puniuntur mitius, num. 125.
Nobiles non puniuntur mitius in pœnis relatiuis, num. 126.
Nobiles delinquentes sub prætextu, colore, seu velamento nobilitatis non puniuntur mitius, num. 127.
Nobilis non punitur mitius, quando mandat aliquod delictum ignobili, & plebeio, num. 128. Contra, num. 129. Resolue, vt nu. 130.
Nobiles puniuntur mitius in pœnis arbitrarijs, secus autem in pœnis à lege, seu statuto taxatis, nu. 131.
Nobiles non puniuntur mitius, sed grauius, quando Statutum ita mandat, num. 132.
Nobiles non puniuntur mitius in crimine adulterij, num. 134.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XIV.



DECIMAQVARTA causa mitigandi pœnas est nobilitas, in qua.

93 REGVLA sit, quòd Nobiles, diuites, & digniores mitius puniuntur, quàm ignobiles, pauperes, & minus digni, tex. est in l. Pedius, §. 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. in illis verbis *liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis*, & paulò infra, dum pariter dicitur, *& omnino vt in cæteris, ita in huiusmodi causis ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ sunt æstimandæ*, & ibi hoc notat glo. in verbo *conditione*, in princ. Item text. in l. aut damnum, §. in ministerium, ff. de pœn. Vbi pro delicto, pro quo mulier potest in metallum damnari, si nobilis fuerit, talem pœnã pati non debet tex. in l. sacrilegij pœna. §. 1. ibi, *Aut si honestiori loco natus*, ff. ad l. Iul. peculatus, tex. in l. fin. ibi *humiliore loco*, ff. de incend. ruin. & naufrag. tex in l. annonam, §. pœna autem ibi, *Humiliores ad opus publicum dati*, ff de sepulc. violat. *Item* est tex. in c. fin. ibi, *volentis tamen nobilitati parcere*, & ibi glo. *in* verbo *nobilitati* Hostien. num. 7. Ant. de Butr. num. 3. in 2. notab. Anchar. etiam, num. 3. in 4. notab. Abb. num. 4. extr. de pœn. Alius tex. in c. pastorali, ibi *in coactionibus inferendis dignitati deferat*, & ibi præcipuè Felyn. num. 1. vers. sed regula sit, de off. Deleg. vbi idem Felyn. respondet contrarijs rationibus. Odoffred. in l. nemo Clericus, num. 1. in fine vers. vos habetis, col. 1. pariter in fine, Fulgos. nu. 3. Bald. nu. 1. vers. 4. nota, & in vers. quinto nota Salyc. num. 1. Alciat. num. 12. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Alberic. in l. presbyteri, in fine, num. 2. & 4. C. de Episcop. & Cleric. vbi respondet c. in indicijs de reg. iur. in 6. quo cauetur, in indicijs non esse habendam acceptionem personarum, item respondet c. ea, quæ, §. 1. de stat. Monac. vbi dicitur pœnas imponendas sine personarum delectu. Salyc. in l. seruos, num 4. in prin. iuncto vers. si autem dignitas non auget delictum. C. ad l. Iul. de vi. publ. Petr. de Bella Pert. in l. nemo, col. 1. vers. sed opponitur, C. de summ. Trinit. & fid. Cath. & ibi hoc idem notant Iacob. Buttrigar. col. 1. in 3. notab. Cyn. num. 1. in 3. notab. Gram. voto 23. num. 21. & decis. 32 num. 2. Tiraq. de pœn. caus. 31. num. 1. vbi, & iurium, & Doctorum auctoritatibus pluribus hanc more suo comprobat, & exornat regulam, & num. 9. vbi aliàs in id antiquiorum sententias, & exempla adducit Foller. in pract. crim. c. 16. num. 13. in fin. & num 14. Hippol. Rimin. cons. 245. nu. 65. lib. 3.

94 Contra quod immo positi in dignitate puniuntur grauius, quàm alij; probari videtur in l. presbyteri, C. de Epis. & Cler. dum ibi dicitur, *Multò magis etenim pœna digni sunt, quibus cum plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si in occulto inueniantur crimina*. Item & in l. properandum, §. fin autem, il 2. C. de iudic. vbi quòd Iudex, si sit de maioribus, magis punitur, quàm si sit de minoribus, propter negligentiam in terminando causam, facit tex. in cap. in iudicijs, de reg. iur. in 6. Vbi dicitur in iudicijs nõ esse habendam acceptionẽ personarum, & in cap. ea quæ. §. 1. de stat. Monach. Vbi dicitur, pœnas imponendas sine delectu personarum, & ibi Hostien. num. 8. in fine, & nu. 9. plura adducit iura probantia magis puniri eos, qui in dignitate constituti sunt, quàm alios, qui in nulla sunt dignitate, & præsertim, tex. in cap. homo Christianus, distin. 40. Vbi quòd propter altitudinem dignitatis homo Christianus fortiter cadit in peccatũ, facit etiam tex. 4. notab. in c. cum quidam, de iur. iuran. dum ibi dicitur, *tantò grauius iudicandum, quantò maiori præeminerit dignitate, & eorum exemplo facilius alij poterunt ad similia prouocari*, & ibi glo. in verbo *dignitate*, alia concordantia iura adducit Bald. num. 2. Anchar. etiam, num. 2. Abb. ante num. 1. in 1. notab. & Felyn. nu. 1. *Item* facit authoritas. Aristot. 5. Ethic. 4. dũ per hæc verba dicit, *Nihil enim refert, probusne vir malum, an malus probum suo priuarit, neque probus ne, an improbus adulterium commiserit, sed ad solam nocumenti differentiã lex spectat, perindeq; personis vtitur, ac si æquales sint, si ille iniuria afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur*.

95 Ex quibus, quamuis hanc materiam Broccardicam nuncupauerint Cyn. in l. nemo Clericus, col. 2. nu. 3. ver. dic, o, quod ista via est broccardica, & ibi etiam Fulg. col. fin. n. 4. ad finem, vers. vel secundum alios, C. de summ. Trinit. & fid. Non tamen per hoc recedas à proposita regula, quæ sine dubio verissima est, adhibitis infrascriptis declarationibus.

96 AMPLIA. I. in Decurionibus, ac eorum liberis, nepotibus, ac pronepotibus, qui nec in metallum damnantur, nec in opus publicum, nec ad bestias damnantur, nec fustibus cæduntur, l. moris. § sed enim sciendum, ff. de pœ. l. veteranis, ff. de priuileg. veteran. l. Decurionum, C. de pœ. Gram. decis. 32. num. 2. vers. nam Decuriones Cepol. cons. 39. nu. 13. & seqq. vbi etiam disputat, an hodie Consiliarij Ciuitatum æquiparentur Decurionibus, tam quoad effectum pœnæ ipsis imponendæ, quàm etiam torturæ. De quo vltimò dixi sup. par. 1. in tit. de indit. & tor. q. 41. nu. 58. 59. & 61.

97 AMPLIA II. vt nobiles mitius puniantur, etiam q; lex, seu constitutio pœnalis expressè dixerit delinquentem nullam misericordiam consequuturum, vt in c. 2. de maled. Vbi Host. in verbo *Misericordiam*, inquit, q; si nobilis, quem non decet publicè pœnitentiam agere, de qua is text. loquitur, sit paratus magno ptio, siue eleemosynis talem pœnam redimere, audiendus est, sequitur ibi Abb. in 5. notab. & ambos pariter referendo, sequitur Tiraq. de pœn. caus. 31. nu. 2. Rolan. cons. 63. num. 17. vers. & hoc verum Hippol. Rimin. cons. 245. num. 63. lib. 3.

98 AMPLIA III. vt nobiles, & in dignitate constituti minimè puniantur pœna infamatoria, vt puta, fustium, berlinæ, aut simili ignominiosa, infamiaq; pœnam minus ipsi incurrunt, quã ignobiles, & minus digni. *Ita* videtur probari in in l. frustra, & ibi gl. 1. C. de re milit. lib. 12. facit tex. in l. aut damnum, §. in ministeriũ, ff. de pœn. Vbi quod mulier nobilis, non potest in metallum damnari, quia talis pœna ignominiosa est. Gram. decis. 32. Vbi propterea

99 infert, nobiles non esse ad triremes condemnandos, sed relegandos, aut in exilium mittendos. Tiraq. de pœn. caus. 31. num. 1. ante med. Couar. var. resolu. lib. 2. cap. 9. post num. 4. Vbi etiam in pœna triremium, Pet. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 1. num. 23. post princ. vers. & isthæc praxis fol. 32. Clar. in pract. §. fi. q. 60. num. 20. vers. prodest etiam Rolan. cons. 63. num. 18. lib. 3. post Fulg. & Affl. in locis per eum relatis Hippo. Rimi. cons. 245. num. 70. & seq. lib. 3. & licet Baiard. ad Clar. vbi supra. num. 96. vers. Item adde, testetur quod in patria sua, & in statu ecclesiastico tàm nobiles quàm ignobiles ad triremes condemnantur, eius tamẽ attestatio de statu ecclesiastico, sic indistinctè minimè vera est, nisi delictum fuerit tale, vt nobilitatis, & dignitatis honorem fœdauerit. Tunc enim vidi nobiles, sic ad triremes transmissos, iuxta tradita inf. num. 114. aliter pœnam, vt plurimum commutatam vidi, vel in exilium, vel pecuniariam, vel relegationẽ, aut aliam Iudicis arbitrio. Quod & idem bene comprobat Fab. de Ana. in cons. 34. per totum, vbi hoc ampliat etiam in popularibus diuitib. & honestis.

100 Et hinc Decuriones, milites aliosve Nobiles non esse furca suspendendos, sed decapitandos, probat tex. in l. morti,

morti, §. sed enim sciendum, ff. de pœn. glo. in l. desertorē, §. 1. ff. de re milit. quam sequuti sunt Fel. in c. pastoralis, nu. 1. ext. de off. Deleg. Abb. in c. cum quidam, num. 5. de iureiur. & ibi etiam Fely. nu. 5. post med. vers. tertia declaratio Bar. in l. capitalium, §. serui cæsi, ff. de pœn. amplians hanc conclusionem procedere non solum in nobilibus, sed etiam in alijs popularibus diuitibus, & honestioribus, idem Bar. in d. l. desertorem, in prin. Bal. in c. 1. §. si rusticus, num. 5. de pac. tenen. in vsib. feud. Vbi quod de consuetudine milites non suspenduntur, etiam pro delicto, per quo plebeius suspenderetur. Gram. dec. 32. nu. 5. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pęn. committen. crim. læs. q. 1. num. 11. & seqq. Vbi quòd in casu, in quo plebei suspenduntur, nobiles decapitantur, & securi percutiuntur, & quòd ita Venetijs obseruatur, licet antiquitus etiam Nobiles suspenderentur. Dec. cons. 65. num. 4. & 5. Vbi pluribus probat, q̃ pęna furcarum est maior pœna, quàm pęna capitis. Affl. in constit. termin. vitæ. num. 49. Cæpol. cons. crim. 39. num. 13. & seqq. Vbi concludit, q̃ licèt in Italia seruetur, quod Nobiles, Milites, Consiliarij, aliæq; personæ in dignitate constitutę non suspendantur furca, sed decapitentur, vbi tamen seruatur contrarium, prout in Regno Franciæ, talis contraria consuetudo seruanda est. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. nu. 3. & seqq. vbi etiam pluribus demonstrat laquei pœnam omnium aliarum esse ignominiosissimam, & fœdissimam. Couat. d. c. 9. post nu. 4. Clar. in pract. §. fi. q. 60. vers. prodest etiam, nu. 20. Vbi alij referuntur concordantes. Vinc. de Franc. decis. 240. num. 8. Hippoll. Rimin. cons. 245. num. 72. & seqq. lib. 3. & licet Baiar. ad Clar. vbi sup. num. 70. dicat se seruasse, & vidisse seruari contrarium, stante enormitate delicti. Non per hoc tamen recedas à proposita conclusione, quæ sine dubio non solum magis communiter recepta est, sed etiam (vt præcitati Doctores testantur) magis etiam seruata in Italia, & præsertim in Vrbe in quocumque delicto etiam enormissimo, prout est homicidium, de quo præcitati Docto. loquuntur, nisi enormitas respiceret contumeliam, & dedecus nobilitatis, vtputa, si contineret qualitatem proditionis, iuxta ea, quæ dixi inf. num. 114. & seqq. aliter secus, etsi aliter delicti enormitatem Baiar. intelligeret, non benè diceret, & loqueretur contra communem, & seruatam, vt sup. opinionem, quam etiam sequitur Fab. de Ana. d. cons. 34. num. 3.

101 AMPLIA IV. vt nobiles puniantur mitius etiam in pœna spirituali, prout excommunicationis, suspensionis, & interdicti, quando agitur in foro iudiciali, & contentioso, (quicquid secus sit in foro interiori conscientiæ, vt dixi col. 40. par. 3.) secundum Henric. Boic. in c. cum quidam, num. 3. de iureiur. vbi hoc declarat procedere, vt scilicet in istis pęnis deferendum sit maioribus in dignitate constitutis ab initio, sed si in rebellione persisterent, tunc etiam & nobiles, & digniores æqualiter, sicut alij, punirentur ex iuribus ibi per eum allegatis, de qua declaratione dixi inf. num. 125. refert ibidem Bellam. num. 8. Vide inf. num. 119. & seq.

102 AMPLIA V. vt præcipuè nobiles mitius puniātur, quando agitur de pœna corporali, tex. est. in l. Pedius, ff. de incend. ruin. & naufr. & in c. qui contra 24. q. 1. & ibi glo. in verbo *ignobiles*, item text. in l. aut damnum, §. in ministerium ff. de pęn. & sic pœna corporali loquuntur præcipuè iura ciuilia allegata supra ad comprobationem regulæ. Pet. de Bellapert. in l. nemo, colum. 1. ad med. vers. ista iura contraria, C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & ibi hoc idem adnotarunt Iacob. Butrig. colum. 2. vers. tunc aut tractatur de pœna corporali, Cyn. colum. 2. num. 3. ad med. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Odoffred. num. 2. vers. si autem tractatur de pœna corporali imponenda. Alberic. post num. 4. Fulgos. num. 4. ad finem. Bald. nu. 1. col. 2. vers. quinto nota, & Alciat. num. 12. Vbi quòd ita communiter seruatur, Luc. de Penna, in l. conductores, col. fin. vers. aut delicta sunt paria, C. de conductor. & procurat. lib. 11. Alberic. in l. presbyteris, num. 2. colum. 2. vers. communis solutio, iuncto vers. aut delicta sunt paria, & vers. contra prædictam. Vbi respondet contrarijs, C. de Episc. & Cler. Salyc. in l. seruos, num. 4. vers. si corporalis, iuncto vers. secundo casu, C. ad l. Iul. de vi publ. Bar. in l. quædam, ff. de pœn. Hostien. in c. ea quæ, num. 11. vers. si vero agatur de corporali pęna, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 23. in fine, & Ant. de Butr. num. 26. ext. de stat. Monach. glo. in cap. cum quidam, in verbo *dignitate*, in fi. vers. in pęn. corporali, ext. de iureiur. & ibi etiam hoc adnotarunt Host. num. 4. Henric. Boich. num. 9. & num. 14. Bellam. num. 14. & num. 21. Imol. num. 3. vers. aut quæritur de pœna corporali, Abb. n. 1. versic. secundo membro, & Fely. num. 5. in princ. Io. Fab. in §. 1. num. 1. vers. quod intellige. instit. quib. mod. ex caus. manumit. non licet. Aret. ibidem, in §. licet autem, num. 3. vers. quarto casu, Bald. in c. 1. §. si rusticus, num. 4. vers. & ita habes in tit. de pac. tenen. in vsib. feud. & in c. 1. §. si qs vero temerario vers. sed in corpore magis punitur ignobilis, de pac. iuramen. firman. Gandin. in tit. de pęn. reor. num. 39. vers. in 2. casu. Afflict. in d. c. 1. num. 93. de pac. iuram. firman. Gram. decis. 32. per totum. Vbi propterea defendit, quò nobiles non debent trasmitti ad triremes, sed relegari, aut in exilium mitti, & ita testatur fuisse iudicatum, & exequutum per magnam Curiam Vicariæ, Cępoll. cōs. crim. 39. num. 23. &c. Foller. in pract. crim. cano. cap. 16. n. 11. Couar. variar. resol. lib. 1. c. 9. num. 3. vbi de commun. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. num. 23. versic. si quidem magis, fol. 37. in fin. & fol. 39. ante med. Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. vers. prodest etiam, vbi de communi, ex Didac. in loco præcitato, Rolan. cons. 63. nu. 15. & seqq. lib. 3. Hipol. Riminal. cons. 245. num. 68. & seqq. lib. 3.

103 AMPLIA VI. (& hęc ampliatio venit illatiuè ex pręcedenti) vt quando ignobilis decapitatur, nobilis deportetur. Alber. in l. illicitas, §. qui vniuersitas, in fin. num. 6. ff. de offic. pręsid. allegat tex. in l. inter pęnas, ff. de interd. & releg. & in l. Diui fratres, & in l. capitalium. §. fin. ff. de pęn. & in l. sacrilegij pęnā, ff. ad l. Iul. pecul. & hinc infert, quòd pęna deportationis est reseruata Principi, ex quo est pęna nobilium, facit etiam optimè tex. in l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Corn. de sicar. Dum ibi dicitur *humiliores enim solent vel bestijs subijci, altiores verò deportantur in insulam*, Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pęn. quæst. 1. nu. 13. & 14. Tiraq. de pęn. caus. 21. num. 1. in fi. Hippol. Riminal. cons. 245. num. 57. lib. 3.

104 Verum de hac conclusione sic simpliciter posita valdè dubitarem, quando lex, seu Statutum, quod mortis, aut decapitationis pęnam imponeret, non vlterius progrederetur, constituendo differentiam inter nobilem, & ignobilem, ignobili scilicet decapitationem, nobili autem deportationem expresse infligendo, prout expressè iura prædicta sic vlterius progrediuntur, & huiusmodi constituunt differentiam, alioquin sic lex, aut Statutum mortis pęnam pro aliquo delicto simpliciter taxaret, eam vtiq; vniformiter tam in ignobilibus, quàm in nobilibus locum habere multò verius crediderim, per ea, quæ dixi inf. num. 131.

105 AMPLIA VII. vt nobiles etiam puniantur mitius in crimine homicidij, tex. clarus. in l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad l. Cornel. de sicar. dum ibi dicitur *Humiliores enim solent vel bestijs subijci, altiores vero deportantur in insulam*, & facit ratio, q. vbi ignobiles decapitant, & morti tradūtur, nobiles deportantur, vt dixi in præcedenti ampliatione.

106 Verum hodie ex quo deportationis pęna non est in vsu, & illius loco successit decapitatio, pro vt voluit Rom. sing. 574. incip. scis quod relegato, &c. Hoc ideo etiam nobiles propter homicidium morti tradi voluit Angel. in d. l. 3. §. legi. Corneliæ. in fi. ff. de sicar. & Ang. sic dicentem referendo sequutus est Mars. in d. §. legis Cornel. nu. 2. in fine.

107 Sed contra, quòd immo quamuis deportatio non sit in vsu, & recesserit ab aula, quòd tamen eius loco non successerit decapitatio, sed pęna arbitraria citra mortem, magis tamen communiter receptū esse videatur ex Imol. Corn. Aym. Rolan. Menoc. Clar. & alijs in locis per me relatis. sup. in 1. par. tit. de delict. & pęn. quæst. 19. num. 15. Hoc ideò in crimine homicidij, cuius pœna de iure communi in nobili est deportationis, non decapitationem,

sed

ſed aliam mitiorem Iudicis arbitrio, imponi debere, retorquendo rationem per Ang. conſideratam facilè ex prædicta concluſione inferi poteſt, & dicit Ant. Gomez. de delict. c. 3. tit. de homic. num. 1. & ſeq. q licet Ang. & Marſ. in locis præcitatis dixerint non ſeruari diſpoſitionem, d. l. 3. inquit ipſe (ſalua eorum pace) quod imò eadem diſpoſitio omninò ſeruanda eſt, quia eſt clara, & aperta, niſi contraria cõſuetudo expreſſe, & iuridice probet. Nec diſſentire videtur Pet. à Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 10. nu. 2. verſ. quibus in locis fol. 148. & Gram. vot. 23. num. 24.

108 Attamen quicquid in via iuris dici poſſit, in practica, nobiles etiam pro homicidio morti traduntur, quamuis non ſubeant mortis genus ignominioſum, videlicet furcis, ſed capite obtruncentur; Et iſta practica bona rõne fundatur, quia niſi ſic punirentur, valdè allicerentur ad homicidia patranda in pauperes, & ignobiles, igitur pœnæ ſeueritate coercenda eſt eorum temeritas, quamuis non negarem, poſſe etiam Iudicem ex cauſa aliqua rationabili, præterquàm nobilitatis, prout in alijs, pœnam minuere; & præſertim ſi fuerit habita pax ab hæredibus occiſi, aliàs non crederem recedendum à practica prædicta, quam ẽt Venetijs ſeruari teſtari videtur Gig. de crim læſ. maieſt. lib. 2. tit. de pœn. q. 1. num. 41. & ſeqq. Vinc. de Franc. deciſ. 240. num. 8. & quod homicidij pœna de iure ſit vltimi ſupplicij, etiam in perſona nobili, pluribus docet Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium, §. famoſos, num. 60. & ſeqq. quem refert, & ſequitur Rolan. conſ. 57. num. 2. lib. 4. & faciunt generaliter tradit ſup. nu. 100.

109 AMPLIA VIII. vt nobiles, & illuſtres perſonæ non ſolum mitius puniantur, ſed nec etiam vllo pacto puniantur, niſi Principe conſulto, ſecundum Cuma. in l. 1. § his quibus. ff. de leg. 3. prout illum refert Alciat. in c. quod ſedem, num. 85. de offic. Ordin. & eſt tex. in l. Diui, § fi. ff. de pœ. qui loquitur in Principibus Ciuitatis. & text. in l. 2. ff. de bon. eor. qui ſib. mort. conſc. Qui loquitur in decurionibus nec diſſentit Tiraq. de pœ. temper. cauſ. 31. num. 40. vbi licet dicat in Gallia hoc non obſeruari, in Vrbe tamen apud nos ſeruatur, quod nunquam nobiles condemnãtur, præſertim in pœnam corporalem, niſi Principe conſulto, Anto. Gomez. de deli. c. 3. rub. de homic. num. 2. ad med. verſ. adde tamen vbi allegat text. in l. pen. ff. ad l. Corne. de ſicar. ibi, *Vt & conſulto prius Principe, & iubente id fiat*, & in l. fi. C. vbi ſenator, vel Clariſs. & vtrobique ſic Doct. communiter tenere teſtatur, præterquam ſi Illuſtris contra alium pariter Illuſtrem delinqueret, quia tunc à Iudice ordinario etiam Principe inconſulto, condemnari poteſt, vt ibi per eum, ſed apud nos indiſtinctè, vt dixi in condemnationem nobilium conſulitur Princeps.

110 LIMITA I. propoſitam regulam, vt procedat vt dixi ſupra, num. 102. in pęna corporali, ſecus autem in pecuniaria, in qua mitius puniri pauperes, & ignobiles, quàm diuites, & nobiles probat text. in l. properandum, § ſin autem, il 2. C. de iudic. & in d. c. qui contra 24. q. 1. & ibi glo. in verbo *ignobiles*, Item tex. in l. eos, in fine, C. de mod. mulct. ibi *niſi paupertas condemnati hoc perſuaſerit*, ſimilis text. in l. illicitas, § fin. ff. de offic. præſid. Ibi propter inopiam mulcta à prouinciarum Regentibus exigi non debet Luc. de Pen. in l. conductores, in fi. ver. ſi vero pecuniaria, C. de conduct. & procurat. lib. 11. Per. de Bellapert. in l. nemo, colum. 1. ad med. aurem de pœna pecuniaria, &c. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. & ibi idem adnotarunt Butrig. col. 2. verſ. aut tractamus de pœna pecuniaria, Cyn. col. 2. nu. 3. ad med. verſ. ad cuius ſolutionem, & d. col. 2. in fi. verſ. breuiter ergo, vbi quod in hoc omnes concordãt. Odoffr. nu. 1. in fine, & nu. 2. hinc eſſe teſtatur, quod Poteſtates Terrarum in ſuis condemnationibus tota die, dicunt moderatè pœnam propter paupertatem, ergo ſi non eſt pauper, pœna pecuniaria non debet minorari, vt ibi per eum Alber. poſt, num. 4. Fulg. num. 4. ad finem, verſ. primo caſu, & Alc. nu. 12. vbi quod ita communiter ſeruatur. Alberi. in l. presbyteri, num. 2. col. 2. verſ. communis ſolutio, iuncto verſ. aut delicta ſunt paria, & verſ. itẽ cõtra prædicta oĩa, vbi reſpondet cõtrarijs, C. de Epiſ. & Cler. Salic. in l. ſeruos, nu. 4. in princ. verſ. propter quarum concordiam, & d. nu. 4. in fin. verſ. ſecundo caſu C. ad l. Iul. de vi publ. Bar. in l. quædam, nu. 1. verſ. ſi verò pecuniariter, ff. de pœ. Iacob. Boulent. in repet. l. capitalium, §. famoſos, num. 59. ff. de pœn. Hoſt. in c. ea, quæ, num. 11. & ibi etiam *Io.* And. num. 23. & Ant. de Butr. num. 26. de ſtat. Monac. Fely. in c. paſtoralis, num. 2. de off. Deleg. glo. in c. cũ quidam, in verbo *dignitate*, in fine, verſ. in pecuniaria pœna, de iureiur. & ibi hoc adnotarunt, Hoſt. num. 4. Henric. Boic. num. 10. & nu. 13. ad finem. Bellam. num. 15. & 20. ante finẽ. *Imol.* num. 3. verſ. aut agitur de pœna pecuniaria. Abb. nu. 1. verſ. ſecundo membro, & Felyn. poſt nu. 5. Io. Faber. in §. 1 nu. 1. verſ. quod intellige inſtitu. quib. ex cauſ. manumitt. non lic. Aret. ibidem in §. licet autem, nu. 3. verſ. ſi vero de remiſſione pœnę pecuniariæ. Bal. in c. 1. §. ſi ruſticus, num. 4. verſ. in pecunia ſunt magis puniendi nobiles, de pac. tenen. in vſib. feud. idem Bal. in c. 1. §. ſi quis verò temerario, in tit. de pac. iuram. firman. Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 39. verſ. primo caſu. Afflict. in d. c. 1. nu. 93. & nu. 96. in fi. de pace iuram. firman. Tiraq. de pœn. cauſ. 31. num. 27. vbi alios plures refert concordantes. Foller. in pract. crim. canon. c. 16. nu. 17. verſ. itẽ licet mitius. Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 9. nu. 3. vbi de cõmuni. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 1. nu. 23. verſ. longè quidem aliter eſſet in pœnis pecuniarijs. Clar. in pract. § fin. q. 60. verſ. prodeſt etiam, vbi de communi ex Didac. in loco præcitato.

111 Ratio differentiæ inter pęnam corporalẽ, & pecuniariã ponitur per Petr. de Bellap. in d. l. nemo, col. 1. ad fi. ver. ſed quæro, C. de ſumm. Trin. & fid. cath. dũ dixi, quò d qui libet punitur in eo, q ſibi minus eſt, ideo nobilis, & dignior magis punitur in pecuniaria, q̃ in corporali, quia minus ſibi eſt ſoluere pecuniam, quã pati in corpus, ex quo

112 grauius eſt percutere nobilẽ, quã occidere ruſticũ. Et maior eſt quælibet pœna corporalis, quamuis leuis, quacũq; pœna pecuniaria, quamuis graui l. ſi ſuſceperit. § 1 ff. de iudic. ſic & ignobili pauperi, & minus digno minus eſt pati pœnam corporalẽ, quã pecuniam ſoluere, & difficilius eſt pauperi ſoluere denariũ vnũ, quàm nobili, & diuiti ſoluere marchas auri. vt per Pet. de Bellap. in d. l. nemo. & ibi ẽt hoc adnotarunt Cyn. nu. 3. ad med. col. 2. verſ. ratio eſt. Odoffr. nu. 1. in fi. Hãc eandẽ rationem comprobarunt, & exornarunt, Alber. in l. presbyt. n. 2. col. 2. verſ. & rõ eſt, C. de Epiſ. & Cler. Luc. de Penna, in l. cõductores, col. fi. verſ. & probatur ratione naturali, C. de cõductor. & procurat. lib. 11. Afflict. in c. 1. nu. 94. 97. & ſeq. de pac. iur. firm. vbi teſtatur ſe vidiſſe de facto, quòd vnus ignobilis de Caſtro Cerueri magis voluit fuſtigari, q̃ ſoluere vnam vnciam auri. Tiraquel. de pœ. temp. cauſ. 31. n. 28. & ſeq. vbi pluribus hanc probat opinionem. Rolan. conſ. 63. nu. 17. lib. 3.

113 LIMITA II. eandem regulam, vt nobiliores, & digniores puniantur mitius in delictis, quæ propter nobilitatem, & dignitatem non augentur, vel quæ à iure non reputantur grauiora, & maiora in nobilibus, & dignioribus, quàm in alijs, ſecus autem in delictis, quæ augentur propter nobilitatem, & dignitatem, & quæ maiora reputantur à ll. in nobilibus, & dignioribus, quàm in alijs minus dignis, & minus nobilibus, & multò magis ſi factum aliquod à iure reputatur proprium delictũ in nobilibus, & dignioribus, non autem in alijs, exemplum, quando milites vendunt arma, vel ludicram artem exercent prout eſt caſus in l. quædam, ff. de pœn. dum ibi dicitur *quædam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant; Militi verò grauiorem, vel leuiorem, nam ſi miles artem ludicram fecerit, vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt, capite puniendum Menander ſcripſit*, tunc enim nobiliores, & digniores non minus, ſed grauius puniendos eſſe, quàm minus nobiles, & minus dignos, eo quia tunc videntur delinquere in contumeliam, & dedecus dignitatis, & nobilitatis prout mox dicam, in ſeq. limitatione adnotarunt Bar. & Alberic. in d. l. quædam, glo. in l. fruſtra, in glo. 1. C. de re milit. lib. 12. Alber. in l. presbyteri, num. 2. colum 2. verſ. aut delicta ſe habent vt excedentia, & exceſſa, iuncto verſ. aut delictum eſt commune, &c. Bal. in cap. 1. §. ſi qs vero temerario, verſ. quod ſi ex nobilitate augetur delictum, de pac. iuram. firman. in vſibus feud. Afflict. ibidem

dem post num. 96. Petr. de Bellapert. in l. nemo, colũ. 1. post med. vers. ideò dicamus, C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & ibi hoc idem adnotarunt Iacob. Butrig. colum. 1. in principio vers. & vbi dignitas minorat delictum, & col. 2. versi. aut dignitas auget crimen. Cyn. num. 3. post princip. Vbi relatis aliorum Antiquiorum opinionibus, hãc distinctionem, & declarationem approbare videtur. Henr. Boic. in cap. cum quidam, num. 4. & seqq. Vbi magistraliter propositam distinctionem, & declarationem exornat, & benè exemplificat omnes casus, in quibus iura statuerunt delicta esse propria nobilium, & digniorum, aut in illis maiora reputari, quàm in alijs, & ècõtra refert ibidem Bellam. num. 9. & seqq. Cæpoll. consi. crim. 39. num. 25. & sequẽ. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 7. & seqq. Vbi pluribus hanc probat declarationem. Foller. in pract. crim. canon. cap. 16. num. 15. Hippolit. Riminald. consi. 245. num. 25. & seqq. lib. 3.

114 LIMITA III. (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti) regulam prædictam non procedere in delictis, quæ redeunt in contumeliam, & dedecus nobilitatis, & dignitatis, tunc enim nobiliores, & digniores delinquentes, grauius puniuntur, etiam quòd agatur de pœna corporali, text. in l. quædam, & ibi in specie hoc adnotarunt Bar. & Alberic. ff. de pœn. Cyn. in l. nemo Clericus, num. 3. colum. 2. post med. vers. aut delictum redundat ad contumeliam dignitatis, & vers. aut de pœna corporali, C. de summ. Trinit. & fid. cathol. & ibi etiam Fulg. num. 4. ad finem. Salyc. num. 3. vers. dic ergo, & Alciat. nume. 12. Vbi quod ita communiter seruatur. Luc. de Penna, in l. conductores, in fi. num. 17. vers. vel dic, C. de conduct. & procur. lib. 11. Alberic. in l. presbyteri, num. 2. col. 2. vers. aut quis delinquit. C. de Episc. & Cleric. Salyc. in l. seruos, sub num. 4. in discursu, C. ad l. Iul. de vi publ. Felyn. in cap. pastoralis, num. 3. vers. tertio fallit, de offic. deleg. & in c. cum quidam, nu. 5. circa med. vers. primus est, de iureiuran. Iacob. Boulen. in repet. l. capital. §. famosos, num. 56 ff. de pœn. Gandin. in tit. de pœn. reor. num. 39. in fine, vbi ponit exemplum in crimine desertæ militiæ, & in lenocinio commisso per militem. Afflict. in c. 1. sub nu. 96. de pac. iuram. firman. in vsib. feud. Cæpoll. consi. crim. 39. vbi de Nobili reuelante secreta suæ Ciuitatis, & suscipiente furto pecuniam fiscalem. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. nu. 17. & seqq. vbi pluribus hanc probat declarationẽ. Foller. in pract. crim. canon. cap. 16. nu. 15. Hippol. Rimin. consi. 245. nu. 75. & seqq. lib. 3.

115 LIMITA IV. (& hæc limitatio venit etiam illatiuè ex secunda præposita limitatione,) vt eadem regula non procedat in crimine proditionis, in quo nobiles proditores non mitius puniri, quàm ignobiles, & si crimen capitale sit, quod furca suspendantur, sicut alij, voluerunt Felyn. in cap. pastoralis, num. 3. de off. deleg. Bal. in cap. cum quidam, nume 3. de iureiur. vbi quòd in Regno Franciæ in crimine proditionis, & ruptæ fidei, Magnates, & Nobiles in altioribus furcis suspenduntur. Felyn. ibidem, nume. 5. ad med. vers. tertius est, & vers. quod autem dictum est de furca. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pœn. q. 1. num. 16. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 21. & seqq. vbi benè comprobat. Foller. in pract. crim. canon. cap. 16. num. 16. Clar. in pract. §. fi. q. 60. num. 20. vers. prodest etiã, in fine. & ibi in addit. litera R. ex Gram. consi. 40. num. 11. & voto 3. num. 8. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 4. sub vers. quinto ob eandem rationem, &c. in fine.

116 LIMITA V. in crimine furti, quòd cum in contumeliam nobilitatis resultet, hoc ideo in eo nobilem non mitius puniri, quàm ignobilem dixit Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. num. 20. vers. prodest etiam, post medium, vbi refert Parid. de Put. dicentem se fecisse suspendere quendam armigerum ex nobili prosapia natum, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices in Ecclesia, sic & generaliter in crimine furti non fieri distinctionem personarum inter nobilem, & ignobilem, sed quòd quicumque furto vltra vnciam subtraxerit, furca suspendi debeat, dixit Afflict. in constit. term. vitæ, num. 49. vers. benè tamen pro furto, per text. in cap. 1. §. si quis quinque solidos, de pac. tenen. in vsib. feud. & in cap. Regis Caroli Primi, quod incipit. ad hoc.

117 Verum rex. in d. §. si quis quinque solidos, non expressè eandem furcarum pœnam imponit nobili, sicut ignobili, ideo illius dispositio debet recipere interpretationem à consuetudine, vt scilicet in casu, quo ignobiles suspenduntur, nobiles decapitentur, & ita in Regno Neapolitano in crimine furti expressè disponitur in d. c. Regis Caroli I. incip. ad hoc, per Affl. alleg. Et quidem modo mihi in memoriam venit quod tempore Gregorij XIII. quidam Illustris Vir Neapolitanus (nomen non recolo) cum ob plu 101
ra per eum commissa furta potuisset forsan de iure furca suspendi, cum in dedecus, & contumeliam nobilitatis deliquisset per supra allegata, fuit tamen perpetuò relegatus in carceribus Arcis Hostiæ, vbi paruis diebus propter aeris intemperiem, & malam carceris qualitatem obijt. Benè verum est, quòd larrones, & viarum grassatores quamuis nobiles, furca suspenduntur, sicut alij ignobiles, prout benè aduertit Couar. var. resol. lib. 2. c. 9. nu. 4. sub vers. quinto, &c. ad finem.

118 LIMITA VI. in crimine falsi, in quo nobiles mitius non puniuntur Gand. post Odoff. quem allegat in tit. de pœn. reor. nu. 39. ver. fallit secundum D. Odoffredum. allegat text. in l. presbyteri, C. de Episc. & Cler. Tiraq. de pœn. caus. 31. nu. 23. & seq. vbi pluribus exornat. Foller. in pract. crimin. canon. c. 16. num. 17. Hyppol. Rimin. consi. 245 nu. 78. & seqq. lib. 3. vbi benè comprobat hanc conclusionẽ, & subdit etiam, quòd propter periurium, & falsum testimonium amittitur nobilitas.

119 LIMITA VII. in foro conscientiæ, & in pœna spirituali, text. in c. homo Christianus, dist. 40. Vbi quòd propter altitudinem dignitatis peccatum reputatur maius, sic & maior pœnitentia videtur imponenda, item & tex. in c. cum quidam, de iureiur. dum ibi dicitur *tantò grauius vindicandum, quanto maiori præminent dignitate, & eorum exemplo facilius alij poterunt ad similia prouocari*, & ibi glo. in verbo *dignitate* dicit ex quantitate contemptus reum metiri quantitatem reatus. Et propterea quanto quis est maior, & in maiori dignitate constitutus, tanto magis præsumitur contemnere, & peccare, & sic dignitas delinquentis aggrauat peccatum, seu melius peccantem, & consequẽter ratione præsumpti contemptus maior iniungenda est pœnitentia, & ibi etiam hoc idem expressè adnotarunt Hostien. num. 1. & seqq. Henric. Boic. num. 2. in fine, vers. in tertio casu, & num. 13. vbi ex D. Thoma in loco per eum citato, adducuntur quatuor rationes, quibus conuincitur in dignioribus, & nobilioribus peccata maiora reputari, quàm in ignobilibus, & minus dignis. Primò quia maiores, & nobiliores tanquam in scientia excedentes facilius possunt peccato resistere. Secundò propter ingratitudinem, quam magis Deo obligati propter eorum dignitatẽ peccando committunt. Tertiò propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ. Quartò propter exemplum, siue scandalum, quòd & ibidem retulit Bellam. nu. 7. & 20. Imol. nu. 1. & 3. vers. secundo casu. Abb. ante n. 1. in 1. notab. & nu. 1. & Fely. nume. 1. 2. 6. & 7. vbi etiam de materia, & voluerunt in specie glo. in c. qui contra. in verbo, *ignobiles*, post princip. 24. q. 1. Quamuis aliqui relati ibidem in vers. quidam tamen, contrarium dixerint Hostien. in c. ea, quæ, num. 11. de stat. Monach. & ibi etiam Io. Andr. nume. 23. & Ant. de But. nu. 26. Felyn. in c. pastoralis, nu. 4. vers. nono fallit, de off. dele. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. nu. 37. & seqq. Vbi pluribus exornat hanc conclusionem.

120 SVBLIMITA I. hanc septimam limitationem procedere in foro interiori, & conscientiæ, secus autem in foro iudiciali, & exteriore, prout dixi supra nu. 101.

121 SVBLIMITA II. eandem septimam limitationem in Clericis, & religiosis, qui quamuis sint digniores laicis, & per consequens eorum peccata, & delicta deberent esse grauiora, grauiorique pœna plectenda, quàm delicta, & peccata laicorum, nihilominus non puniuntur grauius, præterquàm in tribus casibus. Primò si deliquerint, aut peccauerint contra votum religionis, vtputa fornicando, vel

do, vel furando; fornicando enim faciunt contra votum castitatis, furando contra votum paupertatis. Secundò si deliquerint, aut peccauerint ex contemptu, quia tunc magis ingrati videntur diuinis officijs, quibus ad perfectionis gradus sublimati sunt. Tertiò quando peccatum, seu delictum, quòd committunt, generet scandalum in populo, quia tunc maius videtur delictum, quia ad vitam religiosorum plures respiciunt, quàm ad vitam sæcularium. Quòd si non ex contemptu, non contra votum, & absque scandalo, sed ex infirmitate, vel ignorantia religiosi deliquerint, & peccauerint minus reputatur peccatum, quàm in sæcularibus. Si enim illud peccatum fuerit leue, quasi absorbetur ex multis eorum bonis operibus; si verò fuerit graue, facilius resurgit religiosus, quàm laicus, tum propter intentionem, quàm habet erectam ad Deum, tum etiam, quia iuuatur à socijs ad resurgendum ex D. Thom. 2.2.q.186.art.8. Ioan. And. in cap. accusatus, de hæret. in 6. Domin. in c. homo Christianus, in fine, distinct. 40. Abb. & Felyn. in cap. cum quidam, de iureiuran. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 16. num. 10. vbi declarat.

122 LIMITA VIII. in crimine hæresis, in quo nobiles non puniuntur mitius. Archid. in c. qui contra nu. 1. 24. q. 1. Vbi quòd pro tali crimine reus, siue sit clericus, siue laicus, siue Papa, vel Imperator, vel quicumq; inferior deponi debet ab omni dignitate, per illũ text. & alia iura ibi per eum allegata, Felyn. in cap. pastoralis, nu. 3. in 6. & 7. fallen. de offic. deleg. & in cap. cum quidam, num. 5. post med. vers. quintus est. de iureiur. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 31. num. 25. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 16. nu. 17. vers. item dignitas, il 1.

123 LIMITA IX. in delictis, quæ consistunt circa inobedientiam, seu transgressionem Superioris, in quibus nobiliores mitius non puniri scripserunt Fely. in c. pastoralis, num. 3. vers. quarto fallit de off. & potest. iud. deleg. Allegat Bal. in cap. 2. §. si quis non temerario, de pac. iuram. firman. idem Fely. in c. cum quidam, nu. 5. ad med. vers. secundus est, de iureiur. Bal. in c. 1. §. si quis verò temerario, de pac. iuram. firman. in vsib. feud. Affli. ibidem, nu. 96. Tiraq. de pœn. caus. 31. num. 26. Foller. in pract. crim. canon. c. 16. num. 17. vers. item dignitas, il 2.

124 LIMITA X. in crimine læsæ maiestatis secundum Gig. in tract. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. de pœn. q. 1. num. 15. & seqq. vbi dixit quòd rei huius criminis, quamuis nobiliores sint, & corporaliter, & magis ignominiosè, quàm alij puniuntur, ac etiam quatuor equis alligati viui dilaniantur, prout ex auditu à Ioan. Cortas. Tholos. testatur seruari in Gallia Transalpina, sed certè hoc mortis genus apud nos est improbatum, vt viui cuiuscumq; criminis rei scindantur, seu quomodocumque dilanientur. Benè verum est, quòd tempore Pij Papæ Quarti, quidam nobiles Viri, qui in ipsius necem conspirarunt, fuerunt morti traditi, cum prius per vrbem ad caudam equi in humili, & dimisso curru cum paruis rotis positi, & alligati tracti fuissent. Et quod nobilitas non excuset in crimine læsæ maiestatis, post Bal. & Felyn. quos allegat, tradidit etiam Couaruu. variar. resol. lib. 2. cap. 9. post num. 4. sub. vers. quinto ob eandem rationem, licet in Hispania etiam pro isto crimine nobiles decapitari testetur.

125 LIMITA XI. quando nobiles in delicto, & malitia contumaces, & perseuerantes fuerint, quia tunc non puniuntur mitius secundum Luc. de Pen. in l. conductores, colum. fin. vers. & intellige, C. de conduct. & procur. lib. 11. Hostien. in cap. ea, quæ, num. 11. de stat. Monac. & ibi etiam Ioan. And. sub num. 23. & Ant. de Butr. num. 26. per tex. in cap. præcipuè 11. quæst. 3. Fely. in cap. Pastoralis, num. 3. vers. quinto fallit de offic. Deleg. per tex. in cap. 2. in fine, eod. tit. in 6. Hentic. Boic. in c. cum quidam, num. 3. versic. sed si in rebellione persisterent, vbi ad id concordantia iura allegat. Bellam. num. 20. in fin. & nu. 21. versic. ex quo perseuerat, & Felyn. num. 5. post med. vers. quartus est, extr. de iureiur. Afflict. in cap. 1. num. 97. in fine, & num. 98. de pac. iuram. firman. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 33. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 16. num. 17. in fine. versic. item mitius puniuntur, & facit ratio', nam in contumacia adest contemptus, & ex contemptu aggrauatur delictum, & nobilis semper magis præsumitur contemnere, quàm ignobilis, prout voluit gloss. & communiter omnes in c. cum quidam, in verbo *dignitate*, ext. de iureiur. & dixi sup. num. 119.

126 LIMITA XII. in pœnis relatiuis, vt puta, si accusans plebeium in accusatione deficiat, tunc enim nobilis punitur eadem pœna, qua puniendus fuisset plebeius, si pariter in accusatione cõtra nobilem porrecta deffecisset, prout est glo. quæ ad id per Docto. allegatur in l. ad commentariensem, in glo. magna, vers. sicut accusator, C. de custod. reor. quam glo. allegat. Bald. in l. athletas, §. item calumniator, in fi. ff. de his qui not. infam. vbi infert ad statutum, & Bal. sic dicentem referendo sequuti sunt Fely. in c. pastoralis, num. 4. in 8. fallen. de offic. Deleg. & in cap. cum quidam, num. 5. ad finem, vers. quarta declaratio, de iureiur. Tiraquel. de pœn. temper. caus. 31. num. 30. Vbi de hoc dicit esse text. in d. l. ad commentariensem, cum ibi notatis per Gul. Cuma. & Bal. in 1. & 2. lectura. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 1. num. 23. vers. secundo mitius agendum, fol 38. in fi. Iacob. Boulen. in repet. l. capitalium, §. famosos, num. 57. ff. de pœn. Ex quibus Bal. opinionem communiter receptam esse negari non potest, quamuis eam acriter impugnet Couar. variar. resol. lib. 2. c. 9. num. 4. vers. sexto his omnibus perpensis.

127 LIMITA XIII. quando nobilis delinquit sub prætextu, colore, seu velamento nobilitatis, & dignitatis, quia tunc non mitius punitur ex eo, quia videtur delinquere in contumeliam, & dedecus nobilitatis, secundum Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 19. vers. vel etiam ex Rayner. & Salyc. quem allegat in l. presbyteri, per illum tex. in illis verbis *quod nihil metuant*, C. de Episc. & Cleric.

128 LIMITA XIV. quãdo nobilis mandat aliquod delictum ignobili, & plebeio, quia tunc non punitur mitius, & isto casu attenditur qualitas, quæ in faciente, est, non quæ in mandante, ad effectum imponendi pœnam secundum Bart. in l. vtrum, ff. ad l. Pompe. de parricid. & in l. is, qui opem, col fi. ff. de furt. quem, & alios plures concordantes refert, & sequitur Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 31. & seq. Vbi etiam de materia. Foller. in pract. crim. canon. c. 16. nu. 17. in fi. vers. Item quãdo nobilis. Pet. à Plach. in epitom. delict. lib. 1 c. 15. nu. 21.

129 Verum in hoc vide Couar. var. resol. lib. 2. c. 9. nume. 4. vers. septimo illud, &c. Vbi dixit quod in puniendis criminibus habenda est ratio personarum, & quod propterea quando de punitione tractatur, si delinquens nobilis sit, siue mandans, siue mandatarius, deferendum est dignitati, aut nobilitati eius, qui puniendus est ex Bal. Aret. & Dec. in locis ibi per eum relatis.

130 Sed saluando communem, potes dicere doctrinam Didaci non loqui in casu, in quo nobilis mandat delictum ignobili, prout sunt termini propositæ limitationis, & sic sit sensus, quod nobilitas facit mitius punire, tàm mandantem, quam mandatarium, nisi mandans ignobili mandauerit ex præallegatis.

131 LIMITA XV. vt regula procedat in pœnis arbitrarijs, & non vniformibus, quæ scilicet ex qualitate personarum distinguendæ sunt per Iudicem, secus autem in pœnis vniformibus, & taxatis à lege vel statuto. Nam in ijs non est habenda distinctio personarum, Bald. qui post Gul. dixit hoc esse notabile, in l. nemo Clericus, num. 1. in 4. notab. C. de summ. Trinit. & fid. cathol. Saly. in l. seruos, num. 4. vers. item contra vtrumque, iuncto vers. aduerte, an lex. C. ad l. Iul. de vi public. Vbi etiam quòd si pœna est determinata à lege, serua legem, nisi ex aliqua alia iusta causa, præterquam ratione dignitatis velles pœnam augere, vel minuere iuxta terminos, l. etsi seuerior. C. de his qui notan. infa. & l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. eod. Gram. decis. 32. num. 5. (vbi tamen contra mentem præallegatorum Doctorum) videtur sentire, quòd etiam in pœnis vel à lege, vel à Statuto taxatis, si pœna corporalis sit, nobiles mitius puniantur Cæpol. cons. crim. 39. sub nu. 24. Tiraq. de pœn. temper. caus. 31. num. 34. & 35. Vbi pariter refert, & sequitur declarationem Salyc. in d. l. seruos, & in tract. de

de nobilit.c.20.nu.12.vers.6.intellige.Foller.in pract.crim. cano.c.16.nu.18.Vinc.Franc.decis.140.num.7.Iacob.Boulen.in repet.l.capitalium,§.famosos,nu.59.vers. quod intelligere debemus,ff.de poen. Ex quibus sine dubio patet hac conclusionem esse communiter receptam.

132 LIMITA XVI. quando statutum aliter disponeret quòd scilicet nobiles,non mitius,sed grauius punirentur; Talia enim statuta esse seruanda dixit Salyc. in l. 1. colum. 8.num.26.in fi. vers.& quæ hic,C.de rapt. virg. Quem referendo sequitur Tiraq.de poen. temper.caus.31.num.26. Foller.in pract.crim.canon.cap.16.num.18.in fi.vers.Item intelligenda.

133 LIMITA XVII. in crimine adulterij, in quo nō puniuntur mitius,ita relatis,& reprobatis contrarijs defendere videtur Vincen.de Franc.decis.140.nu.5. vers.pro reo dicebatur,& seqq.Et vide quæ de adulterij pœna dixi in tit.de delict.carnis in materia adulterij.

ARGVMENTVM.

Peritia,& merita delinquentis aut suorum quando ipsum excusent à pœna ordinaria.

SVMMARIVM.

Peritia insignis, aut celebre artificium delinquentis regulariter facit,vt ipsi delinquēti pœna, aut in totum tollatur, aut saltem diminuatur,nu.134. Limita 1.in famoso latrone,& seductore,nu 135. Limita 2.consulto Principe,aliter secus,nu.136.Contra.num 137. Distingue,vt nu.138.

Peritia hominis non præsumitur,ideo probanda per allegantem, nume. 139.

Merita,& beneficia delinquentis in Rempublicam faciunt,vt Iudex possit ipsi pœnam minuere,& etiam remittere,num.140. Amplia,vt procedat nedum in meritis ipsius delinquentis,sed etiam maiorum suorum,nu.141. Limita 1. quando crimen est grauissimum,nu.142. Limita 2.conclusionem procedere, quando merita præcedunt delictum,secus si prouenium ex ipso delicto, nume. 133.Vbi declaratur,& exemplificatur hac limitatio.

QVÆST. LXXXXVIII. CAVSA XV.

DECIMAQVINTA causa mitigandi pœnas est ea, quæ sumitur, vel ex peritia delinquentis in Rempublicam,vel meritis Maiorum suorum. Et sicut causa hæc duas in se cōtinet materias,quarum vna est illa, quæ delinquentis peritiam,altera autem,quæ merita respicit. Ita pariter duas breuiter formandas esse regulas censui.

134 REGVLA igitur prima sit,quòd pœna aut in totum remittitur, aut saltem minuitur delinquenti propter eius insignem peritiam,aut celebre artificium maximè Reipublicæ vtile, allegatur ad id communiter tex.in l.ad bestias, ff. de poen. dum ibi dicitur. *Sed si eius roboris, vel artificij sint,vt dignius Populo Romano exhiberi possint,Principem consulere debet*, per quem tex.propositam regulam firmauit Paris.de Put.in tract.sindic.in verbo pœna. cap. 1.vbi refert Dyn.dicentem,quod cum quidam insignis faber per cussisset socium, propter quod debebat sibi manus amputari, fuit sibi mitigata pœna ratione sui artificij, sic etiam testatur ipso patrocinante, & allegante Dyn.sic dicentem obtinuisse in cons. Regio, vt cuidam Bombarderio pro homicidio inquisito, fuerit pœna mortis commutata in pœnam relegarionis à Patria per annos quinquè, vt accederet ad deseruiendum in bello, & strage Idrontina contra Theucros.Rnm.sing.725.Potestas vnius loci,vbi ponit pro cautela faciendi supersedere Iudicem in exequutione sententiæ capitalis,vt scilicet illi denuncietur decapitandum esse artificem eximium, & vtilem Ciuitati, quam eandem cautelam ponit etiam Cæpoll. caut.2.num.1.vbi amplius, quod sufficit vnum de Populo adire Iudicem,& illi denunciare peritiam hominis, & iudex debet supersedere. Tiraq.de pœn.temp.caus.50. num. 1.vbi alij referuntur concordantes,& nu.3. vbi valde inuehit in Tiberium Cæsarem qui teste Plin. lib.36.c.26.interimi iussit illum artificem,qui etiam si deliquisset, ob tā mirandum, & insigne artificium vita potius donare debuisset ex præallegatis idem Cæpoll.in l.mercis,num.16.ff. de verb.sig.& in l.contra, nume.18.C.de vsur. Marsil.in l. vnius.§.cogniturum,num.79.ff. de quæst. & in pract. §. opportunè,num.6.Iacob Boulenc.in repet.l.capitalium §.famosos in 35.limit.ff.de pœn.Couart.variar.resolut.lib.2.c. 9.nu.6.vbi testatur ita cōmuniter receptum esse quicquid aduersus communem intellectum d.l.ad bestias.Alciat.in loco ibi per eum relato disputando contēdat.Pet. à Plach. in epit.delict.lib.1.c.33.num.1.vbi alios refert concordantes,& num.3.in fi.vbi pariter ita communiter receptum esse testatur,quamuis,& ipse post Alciat.quem allegat,minimè regulam prædictam probari contingat in d. l. ad bestias.Ant.Gomez.de delict.c.13.rub.de tortur. reot. num. 36.ad finem vers.tertius casus est, & ibi Soarez in addit. littera L.vbi etiam dixi,quod licet tex.in d.l.ad bestias probare videatur totum contrarium eius, ad quod allegatur per Doctores, hæc tamen conclusio non solum est cōmunis,sed multum profectò æquitatis,& rationis in se habet Clar.in pract.§.fi.q.60.num.21.vers.pariter etiam vbi de communi ex Couarru.& Plaz.in locis præcitatis,& quod ita omnes fatentur,licet multi dicant, quòd hoc non probatur in prædicta l.ad bestias,& licet etiam dicat, quod in practica hoc obtinere esset valde difficile, prout etiā quandoq; egregios viros in aliqua arte fuisse decapitatos refert dicentem Cæpoll.in l.mercis circa finem,ff.de verb.signif. Verum quicquid ibidem dicat Clar. apud nos hęc eadem conclusio vsu recepta est,consulto tamen Principe,& non aliàs,prout mox in limitationibus dixi.

135 LIMITA I. propositam regulam non procedere in famoso,& manifesto latrone,vel seductore, qui nō obstante eius peritia,poterit morti tradi, & postea Principem cōsulere.Cępoll.d.caut.2.num.1.in fi.vers.item intelligo prędicta vera per tex.in l.si quis filio exhęredato,§.3.& §.si autem omnes ff.de iniust.testam.quem refert,& sequitur Tiraq.de pœn.temp.d.caus.50.nu.2. Baiard. ad Clar.d.quæst. 60.num.98 vers.& quod pœna remittatur.

136 LIMITA II. eandem regulam procedere consulto Principe; aliter secus,non enim posse Iudicem ex sua ordinaria facultate propter hominis peritiam pœnam delinquentibus condonare, aut minuere videtur de mente tex. in d.l.ad bestias; ibi Principem consulere debet ff. de pœn. Paris de Put.dicto verbo *pœna* cap.1 post num.1. inferens ex hoc,quòd potest Princeps damnatum ad mortem liberare,si persona delinquentis sit strenua singularis artificij, & vtilis Reipublicæ,aliter hoc non potest facere sine partis iniuria. Cæpoll.d.caut.2 num.1.ad med.dum dicit isto casu Iudicem debere supersedere in executione suæ sententiæ donec Principem consulat,& superiorem.Tiraquel.de pœn.temper.d caus.50.num.1.Ant.Gomez. de delict. cap. 13.rubr.de tortu.reor.num.36.in fine vers.tertius casus est, in princ.Baiard.ad Clar.d.q.60.

137 Contra quod etiam Principe non consulto,& ex ꝓpria auctoritate possit iudex propter excellentiam personæ pœnam ordinariam minuere,& in mitiorem commutare existimauit Couar.vbi supra d. c.9.num.6.in fi. vers.ego vero existimo,quem refert Petr.à Plac.d.cap.33.

138 Pro concordia potes dicere,quod iudices inferiores nō possunt hanc pœnam remittere,aut minuere, nisi consulto Principe, Superiores vero, prout Mediolani Senatus, qui est loco Principis,potest hoc vtique facere etiam à se ipso, & ita quandoq; hoc fuisse seruatum ante sentētiam, vt scilicet pœna minuatur,nō aūt, vt remittatur in totum, post sententiā,quod oīno Princeps adeatur, testatur Clar. d.q.60.vers.pariter etiam ad finē; sed apud nos indistinctè seruatur, vt tam iudices superiores quàm inferiores, & tàm post sententiam,quàm antea, isto casu nec etiam pœnam minuant,nec illi remittant,nisi Papa consulto, & ita quod

quod Principe consulto, propter insigne alicuius artificiũ, aut excellentem virtutem potest delinquens impunè dimitti omnes fateri attestatur Horat. Lut. Callien. de priuileg. Scolar. c.83. ꝓut illũ refert Clar. in loco præcitato.

139 LIMITA III. quia peritia, cum non sit qualitas insita à natura, probanda est, immo licèt regulariter ad cuiusque rei probationem duo sufficiant testes, c. licet vniuersis extr. de test. cum similib. in probatione autem peritiæ quindecim recquiri testes probat tex. in l. vnicuiq; C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. voluit Alex. in l. cum quid, num. 7. ff. si cert. pet. prout illum refert Corrad. in pract. lib. 1. §. 2. de off. prætor. in cauf. ciuil. c. 9. rubr. dicta testium assumendo, num. 3. in fine fol. mihi 114. colum. 1. ad med. Baiard. ad Clar. vbi supra, q. 60. nu. 98. post Iaf. & Guliel. de Benedict. in locis ibi per eum relatis.

140 REGVLA II. sit, quod delinquenti potest etiam Iudex pœnam remittere, & minuere propter merita, & beneficia in Rempublicam collata arg. tex. in l. 2. §. cum Appius. ff. de orig. iur. vbi cum Appius Claudius composuisset, & librum legum ad formam redegisset, Cneus Flauius eius scriba hunc eidem Appio subripuisset, populoq; tradidisset, non solum impunnè tulit, ꝙ surripuisset, sed, & præmium ob id, quod populo tradidisset, consequutus est facit tex. in l. non omnes. § fin. ff. de re milit. & in l. 1. ibi *ob merita indulsit*, ff. de cõstit. Princip. glo. in § sed, & ꝙ Principi. vers. planè ex his in verbo *ob meritum*, instit. de iur. natur. gent. & ciuil. & ibi Io. de Plat. & Ang. Aret. Tiraq. qui ad hanc ampliationem plures adducit concordantes, & latissimè eam comprobat de pœn. temper. cauf. 49. num. 1. & seqq. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 33. num. 3. & seq Gram. conf. 29. post num. 40. verf. ꝙ maximè. vbi dixit, quod glo. in d. verf. plane eodem verbo, *ob meritum*, ab omnibus approbatur, prout illum pariter refert, & sequitur Clar. in pract. §. fin. quæst. 60. num. 23. verf. vtilis est etiam probatio meritorum.

141 AMPLIA hanc II. regulam, vt procedat in meritis ne dum ipsius delinquentis, sed etiam Maiorum suorum, vel coniunctorum, propter quæ pœnam ipsi delinquenti, aut remitti, aut minui posse facit, quia propter merita parentum remunerantur filij l. nemini, ver. filios autem, & l. petitionem. verf. filius scriberet, & l. iubemus verf. & filio. C. de Aduocat. diuerf. iudic. & Maiorum merita ad posteros transire voluit Bal. conf. 355. permittendum est col. 2. verf. quid igitur li. 1. quem refert, & sequitur Soc. conf. 84. accuratissimè, col. 3. verf. ex quibus in proposito lib. 3. propter quas rationes, & alia plura Oratorum, & Antiquorum exempla benè hanc ampliationem comprobauit Tiraq. de pœn. temp. cauf. 49. nu. 10. & seq. nec dissentit Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 33. sub nu. 2. & seqq.

142 LIMITA I. hanc eamdem II. regulam, nisi adeò grauissimum crimen quis in Rempublicam cõmisisset, vt non magis scelesti facinoris qualitas Iudicem ad illud vindicandũ cogeret, q̃ sua ipsius merita ad pœnam minuendã suaderent. scdm Tiraq. de pœ. temp. d. cauf. 49. n. 13. & seq. vbi latissimè comprobat illam conclusionẽ quòd in atrocissimis licitum est iura trãsgredi, de qua nos etiam diximus in tit. de indit. et tortu. q. 37. n. 82. & seq. Nec dissentit Plach. in loco nuper citato, & consentit Baiard. ad Clar. d. q. 60. num. 99.

143 LIMITANDO II. prædictam II. regulam, vide omnino Guliel. de Bened. in repet. c. Raynut. in q. penult. an occidere peccatores liceat, nu. 39. ex cuius dictis põt colligi hæc distinctio, ꝙ si merita sint separata à delicto, vt puta, qa delinquens diu, ante delictũ, sit benemeritus de republica, tunc benè ꝓcedit firmata conclusio, ꝙ scilicet, propter præcedentia merita in Rẽpublicam pęna, aut minuitur, aut remittitur, si verò merita sunt annexa in ipso delicto, & ex delicto met ꝓcessit vtilitas Reipublicæ, tũc, aut delinquẽs habebat animũ delinquendi, & nõ faciendi vtilitatem Reipublicę. Primo casu, cũ adsit animus delinquendi, licet casualiter eueniat Reipublicę vtilitas, prout est, quando quis animo furandi, in domum alicuiusingressus de nocte scrinium surripuit, sed postea in eodem scrinio literas proditionis Ciuitatis, & Principis inuenit; hoc vtiq; casu is cum intentionẽ furandi habuerit pœnam furti non euitabit, & fortuna, quæ felix Ciuitati fuit, non consideratur ex Anc. quẽ allegat in repet. c. 1. de constit. Secundo verò casu quando scilicet non adest intentio delinquendi, prout fecit Cneus Flauius, qui librũ actionum secreto subtraxit, & populo Romano tradidit non propter sui lucrum, sed vt publico prodesset, vt in d. l. 2. ff. de orig. iur. & tunc quamuis merita, & delictum sint insimul annexa, quia cessat furandi animus, cessare ẽt debet pœna, & pp vtilitatem Reipublicæ facta succedit præmium, vt ibi per eum, qui magistraliter loquitur, illumq; refert Baiard. ad Clar. d. q. 60. num. 99. verf. vtilis est. Vbi tñ ẽt in primo casu admittit pœnam minuendam, quamuis à principio adfuerit animus delinquendi, & hoc pp felicem euentum, & bonum effectum sequutæ vtilitatis in Rempublicam, & vide quæ dixi infra, nu. 178. & seq.

ARGVMENTVM.

Iudæus effectus Christianus an, & quo possit puniri de delictis cõmissis, tempore quo erat Iudæus.

SVMMARIVM.

Monacus, seu religiosus post commissum delictum non potest amplius puniri de eo, nu. 144.

Iudeus effectus Christianus non potest puniri, de delictis commissis ante baptismum, num. 145. & num. 148. licet alij contra, num. 146.

Iudæo effecto Christiano potest Iudex si vult, pœnam tollere pro delictis commissis ante baptismum, sed non cogitur. Et sic id totum Iudicis arbitrio remittitur, num. 147.

Iudæus effectus Christianus, si de delictis commissis ante baptismum specialem pœnitentiam fecit: sine dubio non potest amplius puniri, num. 149.

Iudæus effectus Christianus nec etiam efficitur irregularis ex homicidio ante baptismum commisso, num. 151.

Iudæo effecto Christiano sine dubio minuenda est pœna pro delicto commisso ante baptismum, num. 152.

Iudæus effectus Christianus in fraudem, & vt pœnam iam commissam delicti euitet, adhuc potest puniri non obstante baptismo, num. 153. & 154. Vbi etiam, quod ista fraus probetur coniecturis, contra, quod nec puniatur etiam, quòd in fraudem baptismum assumpserit, num. 155.

Iudæus effectus Christianus, licet liberetur à pœna commissi delicti, antequam esset Christianus, non tamen liberatur à restitutione damnorum, & interesse, & male ablatorum, num. 156. & seq. Vbi propterea, quod tenetur ad restitutionem vsurarum, limita vigore constitutionis. Pauli Tertij, num. 158.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XVI.

144 DECIMASEXTA causa mitigandi pœnam est mutatio status, ex quo si quis post delictum religionem ingressus fuerit commissi delicti pœnam, quòd amplius luere nequeat, dixi supra in prima par. tit. de inquisit q. 8. in 9. limitatione. Videndum mõ est de Iudæo facto Christiano, nunquid possit puniri pro delictis commissis tempore quo erat Iudæus? Et quidem.

145 REGVLA formari põt negatiua. Quod scilicet Iudæus effect' Christianus minimè puniri possit de delictis ante baptismũ cõmissis. Sic. n. probare videtur tex. in c. quicũq; & ibi glo. in verbo *satisfactio*, 26 q. 1. Idẽ tex. in c. in scripturis in fi. & ibi gl. in verbo, *purgatum*, 8. q. 1. & c. Clericus, il 3. distin. 46. itẽ tex. in c. fine pęnitentia, & ibi glo. fi. in verbo, *in baptismate*, de consecr. dist. 4. itẽ tex. in c. 1. in fi, in verbo, *prorsus*, dist. 26. & in c. vna tñ, & ibi glo. in verbo, *non soleant*, eadẽ dist. itẽ tex. in c. 12. in fi. eod. tit. de cõsecr. dist. 4. & ibi glo. in verbo, *totum*, gl. in c. 1. in verbo, *si adhuc*, dist. 49. itẽ glo. in c. qd aũt. 32. q. 1. Et quib. hãc cõclusionẽ firmarunt Archid. in c. in summa dist. 50. Ant. de Butr. in c. de his, nu. 4. verf. dic hæc vera, extr. de accus. & ibi ẽt Ioan. de Anan. num. 6. vbi ex Imol. quem allegat, hanc opinionem dixit æquiorem, quamuis contrariam dixerit com-

communem Marian. Soc. post, num. 22. Vbi etiam hanc opinionem fatetur æquiorem. Quamuis contrarium sibi magis placere affirmet. Fely. num. 9. faciunt pro hac opinione deducta, per Bero. in d. c. de his, num. 15 in princ. vbi quod hæc opinio absque dubio procedit de æquitate, & ibidem vers. non obstat. etc. respondet c. gaudemus ext. de diuort. in quo præcipue contradicentes faciunt fundamentum August. ad Ang. de malef. in verbo *ad querelam*, num. 91. Ruin. cons. 13. num. 3. in 2. dubio, lib. 5. vbi in hac opinione, quam mitiorem, & æquiorem dicit residere videtur Thom. Ferrat. caut. 2. ad med. vers. Tu autem Iudex, vbi ponit, pro cautela euadendi Iudæum factum Christianum a pœna mortis, dicitque, quod hanc opinionem tenent communiter sacri Theologi ibi per eum relati, loquentes ne dum quo ad pœnam spiritualem, sed etiam quoad pœnam temporalem. Et quod ita aliàs fuit Paduæ obtentum Aduocantibus inter alios Carol. Ruyn. Ang. de Castr. consil. crim. diuers. 32. num. 5. Vbi, quod ita sibi videtur æquum, & iuridicum Clar. in pract. §. fi. q. 51. num. 19. vers. vltimo quæro, vbi relatis opinionibus diuersorum dixit, quod si casus contingeret, ipse magis inclinaret in hanc partem proculdubio æquiorem, religioni magis fauentem, & magis attrahentẽ Iudæos ad conuersionẽ.

146 Contrarium, quod immo Iudæus possit criminaliter accusari, & puniri de delictis commissis ante baptismum voluerunt Card. Zabar. in c. de his, nu. 2. de accusat. & ibi etiam Abb. num. 5. Io. de Anan. num. 6. vbi testatur de communi, quamuis contrariam dicat æquiorem ex Imol. per eum allegato, Marian. Socin. num. 19. & seqq. vbi, quod hæc opinio sibi plus placet, quamuis contrariam æquiorem esse admittat. Aret. num. 9. & 10. Vbi discussa quæstione, hanc partem sibi veriorem videri affirmat; faciunt deducta per Bero. in d. c. de his, num. 15. vers. contrariam opinionem iuncto vers. ex quo infertur, vbi testatur, de magis communi opinione, & quòd eam tenent etiã Theologi, & propterea infert dubium reddi, quod contraria opinio sit æquior, quoniam si esset æquior, eã etiam tenerent Theologi, qui præcipue in æquitate iuris diuini, & Sacræ Scripturæ, se fundant, & num. 16. & seqq. vbi respondet contrarijs Innoc. in c. gaudemus, nu. 3. vbi magistraliter loquitur, de diuort. & ibi etiam Hostien. nu. 16. & 17. Ioan. Andr. post, nu. 12. vers. vnde de quolibet furto. Anchar. nu. 19. & seq. Ant. de Butr. num. 21. vbi latè. Præpos. Alexandr. in §. qui autem, nu. 5. per tot. in discurs. Henric. Boyc. num. 11. & 17. Abb. nu. 16. Dec in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 81. & seqq. de constitut. Vbi testatur de communi opinione, & quod ita aliàs Paduæ consuluit, & verum dicit, & in eius consil. 130. per totum, lib. 1. Vbi pariter testatur de communi opinione, & respondet cõtrarijs. Hier. Cucchal. in addit. ad Ang. de malef. in verbo, & ad, *querelam*, num. 91. & vers. item ad id Marc. Mant. in d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 42. de constitut. Vbi hanc communem à contrarijs tuetur. Tiraq. de pœn. temper. caus. 25. num. 3. & seq. Vbi relatis contrarijs, in hac videtur residere sententia, quam pluribus comprobans rationibus, ac Doctorum, & Theologorum authoritatibus. Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 10. nu. 4. Vbi pariter de communi. Pet. à Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 34. in fin. nu. 7. vbi testatur de communiori opinione ex Ferd. Louaz. in §. is itaq; nu. 28. instit. de iur. natural. gent. & ciuil. reprobato, Fely. & Ferrat. contrariũ attestantibus in locis, ibi per eum relatis. Villalob. in commun. opin. litera B. nu. 1. vbi de communi. Ang. de Castr. cons. crim. diuers. 36. nu. 1. lib. 1. Ioann. Bapt. de Rosell. cõs. crim. diuers. 34. num. 26. lib. 1. vbi testatur de magis communi opinione, quamuis Imol. & Anan. in d. §. de his, contrariam dixerint æquiorem Anc. Regien. q. 27. num. 13. pat. 2. vbi, quod hæc est communis Doctorum opinio, & quod sibi semper fuit visa verior, & probabilior sententia. Marquar. in tract. de Iudæ. part. 3. cap. 5. num. 1. Viui. opin. 28. vbi relatis aliorum opinionibus, hanc tanquam magis piam, & canonicam sequitur sententiam comprobatam á Cathechismo ex decreto Concilij Tridentini ad Parochos Pij V. iussu edito in tit. de Baptismi Sacramento, sub versic. iam verò, vbi determinatur peccata, & peccatorum pœnas per baptismum remitti. Non autem illas condonari, quæ ciuilibus iudicijs persoluenda forent, & pro hac eadem opinione vide omnino deducta per Brunor. à Sole q. legal. 18. num. 3. 6. & seqq. vsq; ad num. 11. vbi plures adducuntur rationes, & Theologorum authoritates. Nec obstent iura, quæ in contrarium allegantur, quia respondent communiter Doctores, quod procedũt, & loquuntur in foro conscientiæ, non autem in foro iudiciali, prout præcipue adnotarunt Doctores allegati infra, num. 150.

147 In hac contrarietate nonnulli dixerunt, quod licet Iudex possit, si sibi videbitur, sequi primam opinionem; Non tamen cogitur, vt videre est apud Ruin. qui tamen dubitatiuè loquitur in cons. 13. num. 3. ad finem versic. & licet fortassis, lib. 5. Ang. Castren. consil. diuers. 32. num. 22. lib. 1. vbi, quod isto casu non erraret Iudex, si sequeretur supradictam opinionẽ ad fauorem Iudæi effecti Christiani. Brun. à Sole q. legal. 18. num. 11. & 12. vbi relatis antea aliorum opinionibus, tandem concludit, quòd fauore Iudæi melius, & magis pium est, vt Iudæo facto Christiano remittatur pœna debita pro delicto commisso, antequam esset Christianus, etiam in foro contentioso si tamen ita Iudici visum fuerit, & ita in arbitrio Iudicis esse hanc mitiorem, & æquiorem opinionem, & Doctorum, & Theologorum authoritatibus confirmat.

148 Verum quicquid Doctores præfati dicant, apud nos indistinctè seruatur prima opinio, consulto tamen Sanctissimo, vt dixi infra. num. 155.

149 AMPLIA I. propositam regulam multo magis procedere, quando Iudæus effectus Christianus fecerit specialem pœnitentiam de delictis ab eo commissis ante baptismum, tunc enim ipsum non posse amplius puniri distinguendo, & concordando contraria voluisse videtur Aug. Bero. in c. de his, num. 19. extr. de accusat. vbi pluribus hanc distinctionem probare conatur, sed tandem cogitandum relinquit, & in hac materia ad Theologos esse recurrendum affirmat.

150 AMPLIA II. vt multo magis procedat in foro poli, & conscientiæ, in quo sine dubio Iudæus effectus Christianus ab omnibus præteritis criminibus, & peccatis absolutus censetur, prout est communis opinio Legistarum, Canonistarum, & Theologorum, quæ contradictorem non habet, & in specie ita scripserunt glo. in c. gaudemus, in glo. fi. in vers. dicas, quod omne crimen, extr. de diuort. Card. Zab. in c. de his, num. 2. de accusat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 4. vers. dic hæc vera. Io. de Anan. nu. 6. vbi testatur de communi opinione, Marian. Soc. nu. 19. in fin. & seq. Innoc. in c. gaudemus, nu. 3. vers. & idem dicendũ, de diuort. & ibi etiam Host. nu. 17. Io. Andr. sub. num. 12. Anch. post, nu. 19. Ant. de But. num. 21. Præpos. Alexandr. in §. qui autem, nu. 5. per totum in discursu. Henric. Boic. nu. 13. & n. 14. & nu. 18. Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, n. 82. & 84. vers. & ad iure. extr. de constit. idem Dec. in cons. 130. col. 1. num. 1. vers. sed tamen his non obstantibus, & nu. 2. vbi testatur de communi, lib. 1. Couar. var. resol. lib. 2. c. 10. sub, nu. 4. Vilalob. in commun. opin. lit. B. nu. 1. vbi etiam de communi. Brun. à Sole q. legal. 18. nu. 4. & 5. vbi in id plures Theologorum auctoritates recitat.

151 AMPLIA III. vt Iudæus effectus Christianus, nec etiam efficiatur irregularis ex homicidio ante Baptismũ commisso c. si quis viduam, dist. 50. & est ratio, quia isto casu irregularitas incurritur cum peccato, nempe cum homicidio, & propterea, sicut per Baptismum tollitur peccatum, ita etiam tollitur irregularitas, ex qua ratione secus videtur dicendum, quando irregularitas incurritur sine peccato, pront in Iudice ecclesiastico ingerente se in pœna sanguinis secundum glo. Archid. & Præpos. in c. deinde. 26. distin. verum quando hæc conclusio vera sit, & de materia, vide omnino Doctores omnes in c. gaudemus, de diuort. Petr. à Plac. & relatos, per eũ in epithom. delict. c. 34. nu. 12. Brunor. à Sole q. legal. 18.

152 AMPLIA IV. vt multo magis, & sine dubio Iudæo effecto Christiano sit minuenda pœna, pro delicto per eum commisso ante assumptum Baptismum, prout late

late consuluit Ang. de Castr. cons. crim. diuers. 32. nu. 1. & seqq. lib. 1. & ibidem Ant. Vrsat. cons. 33. & Io. Bapt. de Rosell. cons. 34. nu. 26 in fin. & Ant. Turchett. cons. 35. nu. 10. vbi testatur de vera, & communi opinione. Baiard. ad Clar. q. 51. n. 47. vbi refert Ang. de Castr. in loco præcitato.

153 LIMITA I. in Iudæo effecto Christiano in fraudē, & vt pœnam commissi delicti euitaret. Is enim poterit non obstante baptismo, de delictis antea commissis accusari, & puniri glo. in c gaudemus in fine, in glo. fi. vers. sed quatenus, extr. de diuort. Marian. Soc. in c. de his nu. 22. de accusat. vbi amplius, quòd si sine charitate, & simulate ad Baptismum accederet, nec etiam quoad Deum, & in foro conscientiæ, esset absolutus, per tex in c. ostenditur. de consec. distin. 4. cum alijs ibi per eum allegatis August. Bero. ibidem. nu. 15. in princ. vers. & hæc opinio. Dec. cons. 130. sub, num. 3. vers. & maximè ista conclusio haberet locum, lib. 1. Tiraq. de pœn. caus. 25. post num. 2. & 5. Ruin. cons. 13. nu. 3. in fi. vers. nihilominus, &c. lib. 5. Clar. in pract. §. fi. q. 51. vers. vltimo quæro in fine. Brunor. à Sole q. legal. 18. nu. 13.

154 Quod autem in fraudem Iudæus fuerit effectus Christianus, vt pœnam euitaret, & non ex bono corde, & pro eius salute probatur coniecturis. Dec. d. cons. 130. num. 3. lib. 1. vbi huius fraudis ponit tres coniecturas. Primo si non multo tempore post furtum commissum baptizatus fuit. Secundo si fuit baptizatus ex abrupto non seruato termino 40. dierum de quo in c. ne, quod absit, de consec. distin. 4. Tertio si post delictum aufugit, & postea baptizatus reuersus, & captus, dixerit se non dubitare de pœna, quia fuit baptizatus. Ruin. cons. 13. nu. 3. in fi. & 4. lib. 5. Vbi quod de istis inditijs, & coniecturis statur arbitrio Iudicis, & inter alias coniecturas ponit eam, quando Iudæus efficitur Christianus postquam est accusatus, seu diffamatus de delicto. Ang. de Castr. cons. crim. diuers. 32. n. 21. lib. 1. vbi quod an Iudæus, vel bono zelo susceperit baptismum, probatur per testes deponentes de eius confessione extraiudiciali. Brun. à Sole q. legal. 18. nu. 13 & seqq. vbi pariter de Iudæo, qui post accusationem, & diffamationem, se fecit Christianum.

155 Verum, quòd Iudæus effectus Christianus non possit puniri etiam, quod in fraudem hoc est ad effectum euitandi pœnam fecerit se Christianū, videtur de mente Thom. Ferrat. in d. caut. 24. postquam expressè ad hoc, vt Iudæus euitet pęnam, dat pro cautela, vt efficiatur Christianus, & quidem consulto Principe, res nullam habet difficultatem, quod remittitur omnis pœna, etiam, quòd Iudæus ad illam euitandam faciat se Christianum, prout in Vrbe passim seruari videmus in Iudæis carceratis, & etiam de delicto conuictis qui statim, ac declarant se Christianos esse velle, eximuntur à iurisdictione sui Iudicis, & ponuntur sub iurisdictione eorum Protectoris, & Iudicis, qui hodie est Illūstris. & Reuerend. Card. S. Seuerina, & qui etiam facto verbo cum Sanctissimo, eos ex carceribus liberat, omnique delictorum indulgentia sibi præmissa domum Cathecuminorum ipsis pro carcere assignat, & si postea baptizati fuerint, ab omni pœna veniunt liberati, quamuis pœnæ metu Christiani euaserint, & dixit Ang. de Castr. cons. crim. diuers. 32. nu. 5. lib. 1. Quod sibi videtur ęquum, & iuridicum dicere, & tenere, q̄ propter baptismum Iudæus euadat pœnam etiam, q̄ in fraudem illū susceperit causa euadendi pęnam, & etiam si esset condemnatus, & hoc fauore fidei, & Ang. sic dicentem refert, & sequitur Baiard. ad Clar. in pract. §. fin. q. 51. num. 47.

156 LIMITA II. quoad damna, & interesse. Iudæus enim effectus Christianus adhuc tenetur restituere male ablata, & omne id, quod ciuiliter ex furto, seu alio delicto tenetur. Innoc. in c. gaudemus, nu. 3. & vers. alij dicunt, de diuort. & ibi etiam Host. num. 16. in fi. Ant. de But. num. 21. in princ. vnde de delicto, Præpos. Alexandr. in §. qui antem, num. 5. per totum in discursu, Henric. Boic. num. 16. Dec. in cons. 130. nu. 1 post med. col. 2. in princ. vers. & ideo de delicto commisso, & num. 3. d. col. 2. in princ. & in fin. vers. nam procedunt., vbi testatur de veriori, & communi opinione, à qua in iudicando dicit non esse recedendum. Ruin. consil. 13. num. 1. & 2. lib. 1. Vbi quod omnes transeunt cum glo. in d. c. gaudemus, & quod hoc est verissimum, & ab omnibus approbatum, & etiam quod hæc causa restitutionis poterit per Iudicem maleficiorum cognosci. Couar. variar. resolut. li. 2. c. 10. nu. 4. Thom. Ferrat. caut. 24. ante finem col. mihi penult. Clar. in pract. fin. q. 51. nu. 19. vers. vlt. quæro. vbi pariter hoc dicit verissimū, & ab omnibus approbatum ex Ruin. in loco præcitato Brun. à Sole q. legal. 18. nu. 17. & seq. vbi etiam in id Theologorum authoritates recitat.

157 Hinc eos teneri ad restitutionem vsurarum probat gl. penult. & communiter omnes in c. Iudæi il 2. §. fi. de iud. & in c. Iudæi. de consecr. distinctio. 4.

158 SVBLIMITA hanc 2. limitationem non procedere vigore constitutionis Pauli III. 29. in ordine in Bullar. part. 1. fol. 415. qua cauetur, quod bona ex vsura, aut illicito quæstu acquisita Iudæi omnino restituere teneantur, si personę quibus de iure facienda est restitutio, notæ sint; secus si tales personæ non extent, aut extantes sint ignotæ, & tunc licite retinent ea, quæ ex vsura, & illicito quæstu acquisiuerūt, & hæc Constitutio fuit multum æqua, & salutifera secundū Marian. in c de his, n. 23. & 24. de accusat.

ARGVMENTVM.

Mutus, & surdus in delictis quomodo excusetur.

SVMMARIVM.

Mutus, & surdus infanti, & furioso equiparatur, num. 159.

Mutus, & surdus non punitur de delicto per eum commisso, nu. 159.

Mutus, & surdus si intellectum habeat, possitq́, signis, & nutu mentem suam exprimere, potest testari, contrahere, hæreditatem adire, & alios actus facere, nu. 160.

Mutus, & surdus, si intellectum habeat, possitq́, signis, & nutu mentem suam demonstrare, reputatur habilis ad delinquendum, & pro delicto puniri potest, nu. 160.

Mutus, & surdus qui nutu, & signis potest suam mentem exprimere, si carceretur pro aliquo delicto quomodo possit per iudicem integrari ad eruendum veritatem, num. 161.

Muti, & surdi delinquentis confessio signis, & nutu significata non sufficit ad ipsum condemnandum, nu. 162.

Mutus, & surdus, si sciat scribere, potest per Iudicem interogantem cogi ad respondendum per scripturam, & isto casu poterit etiā torqueri, & si in scriptis fatebitur, condemnabitur, num. 163.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XVII.

DECIMASEPTIMA causa mitigandi pęnas est, quādo reus fuerit mutus, & surdus, is

159 enim si deliquerit, cum non habeat sensum, & intellectum, & propterea infanti, & furioso æquiparetur l. seruo inuito, §. si pupillo, in fine, & ibi Bar. & communiter omnes, ff. ad Trebell. idem Bar. Bal. & Alij communiter Doctores in l. mutum. ff. de acquiren. hæreditat. l. 2. de curat. furios. l. 4. §. fi. ff. de priuileg. creditor. l. 1. vers. ęque, ff. de muner. & honor. hoc ideo, quod minimè puniri possit scripserunt Ant. Gomez de delict. cap. 1. nu. 69. in princ. iuncto vers. vnde pro concordia restringens hanc conclusionem, & propositā rationem ad illum mutum, & surdum, qui nullum habet intellectū, quia scilicet signis non potest mentem suam exprimere, & demonstrare, & ita etiam hanc conclusionē sic declaratā, & restrictā admisit Petr. à Plac. in epit. delict. li. 1. c. 32. n 17. vers proxime tractauimus, & nu. 18. vers. si quidē si cōstat.

160 LIMITA hanc regulam non procedere, si mutus, & surdus intellectum habeat, possitq; signis, & nutu mentem suam exprimere, & demonstrare, reputatur habilis ad delinquendum; sicut etiam tunc pōt testari l. discretis. C. qui testam. facere possint. Itē contrahere l. item quia, ff. de pact.

pact. item nubere, & hæreditatem adire l. mutus. ff. de iur. dot. c. cum apud, de sponsal. Ita etiam videtur posse delinquere, sicut probat tex. in l. si quis in graui, vers. mutum, ff. ad Syllan. vbi dicitur, quod mutus excusatur à delicto in omittendo, ex eo scilicet, quod non clamauit. Ergo à cõtrario sensu aliàs, de delicto tenetur etiam pœna ordinaria, secũdum Io. de Imol. in l. 1. col. 3. num. 11. & ibi etiã Roma. num. 16. Alex. num. 6. Ias. colum. penul. in fin. Alciat. num. 52. ff. de verb. oblig. quos in proposito etiam refert, & sequitur Ant. Gomez. de delict. c. 1. num. 69. vers. in contrarium tamen, vbi testatur, quod ita alias fuit apud eum iudicatum in quodam muto, qui fuit suspensus, tanquam socius in homicidio. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 32. num. 17. in fin. vers. à quo sententia, & num. 18. in princ. iuncto vers. rursus ad apertiorẽ huius capitis resolutionẽ.

161 SVBLIMITA, seu potius declara præcedentem limitationem, vt quamuis mutus, & surdus signis, & nutu possit suam mentem exprimere, ac etiam ad eruendum veritatẽ interrogari, vt in specie adnotarunt, Ant. Gom. de delict. c. 1. nu. 69. in fin. vers. crederem tamen, & Perr. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 32. num. 18. ad med. vers. ipse tamen opinor fol. mihi 575. Nec dissentit Flam. Cart. in tract. de exequut. senten. c. 2. num. 46. & num. 50. vbi ponit practicam, quomodo possit mutus, & surdus per signa interrogari, quomodo notarius debet illius nutus, actus, & signa describere, & quomodo etiam dicta signa interpretari debeat per se, vel per alios interpreres, qui cum muto conuersationem habeant, de qua re etiam dixi in tract. de testib. q. 61. num. 46. & seqq. & hic repetere non est conueniens.

162 Attamen cum confessio sic signis, & nutu significata non sit tuta, & clara, prout ad reum condemnandum requiritur; idcirco ex tali confessione ipsum mutum condemnari non posse, apertè voluit Bal. in l. 1. num. 27. C. de confess. vbi magistraliter more suo disputata materia, tandem concludit mutum, & surdum, non posse ex sua confessione condemnari, sed tamen ex testium depositionibus, qui ipsum plenè de delicto conuincant, & Bal. sic dicentem sequuti sunt Roman. in l. 1. num. 16. & ibi etiam Alex. num. 13. ff. de verb. oblig. Brun. de indit. & tort. par. 2. q. 4. num. 25. Ant. Gom. de delict. c. 1. num. 69. in fin. vers. vnum tamen est, Pet. à Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 32. num. 18. ad med. vers. quibus obiter. Flamin. Cartar. de exequut. senten. c. 2. nu. 51. vbi loquitur in confessione banniti dicentis se esse illum, de quo in banno, & dixi etiam in 1. par. in tit. de indit. & tortu. q. 41. num. 89.

163 LIMITA rursus præcedẽtem sublimitationem, quia si mutus, & surdus sciret scribere, potest per Iudicem cogi ad respondendum per scripturã, & si legitima procederent inditia, potest etiam torqueri, vt delictum per scripturam fateatur, & si fatebitur, & in scriptis suam redegerit confessionem, videtur ex ea ipsum posse condemnari sicut post Tangred. Cornet. scripsit Ferrat. caut. 57. ad quẽ se remittit Bonacoss. in tra. caut. lit. M. caut. 35. & hos oẽs refert, & sequitur Flamin. Cartar. in trac. de exequut. senten. c. 2. nu. 47. & seq. & in simili de teste muto, & surdo sciente scribere dixi in tracta. de testib. q. 61. num. 52. & seq. vbi ad propositum allegaui etiam Igne. in l. 3. §. ignoscitur, nu. 66. ff. ad Syllan. Flam. Car. de exequut. sent. c. 2. n. 48. & seq.

ARGVMENTVM.

Pœna quando minuatur filio delinquenti ex eo, quod pater ipsum in carceribus repræsentauit.

SVMMARIVM.



Ater præsentando filium delinquentem in fortiis Curia, facit, vt eidem filio sit minuenda pœna, num. 164.

Amplia I. in Patre, qui Curia præsentauit filium bannitum, & condemnatum ad mortem, nu. 165.

Amplia II. etiam in crimine læsæ maiestatis, nu. 166.

Amplia III. etiam in patre præsentante filium timore, ne à Curia caperetur, num. 167.

Aplia IV. etiam in parte hebræo præsentante Curia filium delinquentem, num. 168.

Amplia V. etiam in filio capiente patrem delinquentem, & illum Curia præsentante, num. 169.

Amplia VI. in matre pariter præsentante filium. num. 170.

Limita I. quia non per hoc filius præsentatus per patrem impunitus euadit, sed punitur aliquo modo, vt num. 171.

Limita II. vt quicquid sit de iure, de consuetudine seruatur contrarium, num. 172.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XVIII.



DECIMAOCTAVA causa minuendi pœnã est quando Pater filium delinquentem in carceribus constituit. Tunc enim.

REGVLARITER eidem filio, non ordina tiam, sed extraordinariam, & mitiorem Iudicis arbitrio imponendam esse pœnam probat tex. ad id elegantissimus in l. milites agrum, §. desertorem, & ibi glo. in verbo, *desertorem*, & in verbo *iussit*, & in verbo *obtulisse*, ff. de re milit. dum ibi dicitur, *desertorem, quia patre suo fuerit oblatus in deteriorem militiam Diuus Pius dari iussit, ne videatur inquit Pater, ad supplicium filium obtulisse*, & tamen nisi pater filium desertorem præsentasset, pœna capitis puniendus fuisset, vt ibi adnotauit glo. dicto verbo, *desertorem*, per tex. in l. non omnes, §. desertorẽ, ff. eod. concordat tex. in l. qui cum vno. §. qui filium, ff. eod. per quæ iura hanc conclusionem firmarunt Fely. in c. quæren ri, col. 3. num. 6. vers. tertius est de off. deleg. vbi q; iste est vnus ex casibus, in quibus in criminalibus exequutio, vel differtur, vel auertur, Ias. in l. 1. col. 1. in fin. nu. 4. vers. limita istud non procedere. Marsil. in l. inauditum, nu. 8. in princ. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. vnius, §. seruus nec à Domino, num. 7. ff. de quæst. Tiraq. de pœn. temper. caus. 18. num. 1. & seqq. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 4. n. 1. & 2. vbi restatur de æquiori opinione. Care. in pract. in tract. de homicid. & assassin. §. nono quæro, n. 16. Aym. conf. 309. nu. 3. idem Carer. in loco præcitato, §. circa itaq. secundum, nu. 11. Pet. à Plac. in epitom. delict. lib. 1. c. 38. nu. 5. Arnal. Albertin. in tract. de agnoscen. assert. Catthol. q. 15. post, nu. 28. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 347. nu. 1 Ex quibus iunctis alijs allegatis infra, nu. 166. vbi in specie de crimine læsæ maiestatis, negari non potest hanc regulam communiter esse receptam.

165 AMPLIA I. vt idem sit in patre, qui cæpit filium bannitum ad mortem, & Curiæ præsentauit. Nam, & adhuc dictum bannitum non esse morti tradendum, allegari potest tex. in d. l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit. prout optime adnotauit Rayner. de Foroliu. Ang. in l. si adulterium cum incestu, §. liberto in fine, ff. de adulter. prout illum refert Marsil. in l. inauditum, nu. 9. ff. ad l. Cornel. de Sicar. qui tamen loquitur in filio capiente patrem bannitum, de quo infra dicam. Tiraq. de pœn. temper. caus. 19. num. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 4. post nu. 2. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. & assassin. §. nono quæro, nu. 17. fol. mihi 103. Aym. conf. 309. nu. 3.

166 AMPLIA II. etiam in crimine læsæ maiestatis, secundum Salyc. in l. propter insidias, num. 3. C. qui accus. non poss. vbi dixit, quòd quamuis in crimine læsæ maiestatis speciale sit, parentes posse filios accusare, ne ipsi non reuelando, delinquentes de proposito delicto renerentur, mitius tamen isto casu filij à parentibus accusari puniuntur, per tex. in d. l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re milit. Fely. in c. accusasti, col. 2. num. 3. & seq. extr. de accusat. vbi refert Salycet. in l. propter insidias, C. qui accus. non poss. dicentem, quod ita consuluit Forolíuij, & quòd ita fuit obtentum, & pariter refert Paul. de Castr. in d. l. propter insidias dicentem, quòd Imperator in Alemania pepercit cuidam reo crimine læsæ maiestatis à patre sibi præsentato, ipsi pœnam mortis in pœnam exilij commutando. Quos pariter sic dicentes refert, & sequitur Cæpoll. cautel. 1. Et quamuis nec Salyc. nec

nec Caſtren. in ea l. propter inſidias talia atteſtantes in libro meo non viderim, prout bene aduertit Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 18. nu. 2. qui amplius ſubdit, quòd Paul. de Caſt. nec quicquam ſcripſit in toto, lib. 9. Cod. ne dum in d. l. propter inſidias. Attamen ſic communiter ad id allegantur, prout etiam videre eſt apud Marſil. in l. Inauditum, num. 8. verſ. quidā filius. ff. de ſicar. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, *& ad querelam*, poſt num. 38. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 3. tit. fin. quæſt. 6. allegat inter alios Afflict. in c. Imperialem. §. inſuper, num. 18. tit. de prohibit. feud. alienat. & Boer. in tractat. de ſeditioſ. §. 8. & fin. nu. 27. Aym. conſil. 309. num. 3. Cater. in practic. crimin. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa itaque ſecundum, nu. 11. poſt med. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 347. nu. 1.

167 AMPLIA III. etiam in parte præſentante filium, timore ne à Curia caperetur. Adhuc enim ipſi minuendam pœnam eſſe videtur de mente Alciat. in tract. de præſump. reg. 1. præſumpt. 4. poſt num. 2. verſ. videtur tamen. Vbi teſtatur de æquiori opinione, quamuis in contrarium ipſe conſideret illud ſimile, quòd ſcilicet ſponte confeſſus mitius puniatur. Non hoc tamen procedit, quando quis confitetur metu probationum, ſecundum glo. & Abb. in cap. de hoc extr. de ſimon. De qua re latius diſſerui ſupra in tit. de reo confeſſ. & conuict. q. 81. n. 174. & ſeqq. Et ex ibi traditis reſolue contrarium.

168 AMPLIA IV. vt & idem ſit in patre hebræo repreſentante Curiæ filium delinquentem. Adhuc enim eidem pœnam minuendam eſſe in ſpecie voluit Gig. in tractat. de crim. læſ. maieſt. lib. 3. tit. fina. num. 3. & 4. per ea, quæ conſuluit Cæpol. in conſ. 75. incip. Pater poteſt admitti. Volens, quòd ſicut pater Chriſtianus in cauſa capitali admittitur ad defendendum filium, vt communiter tradunt Doctores in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procurat. & in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. & in capit. veniens, extr. de accuſat. Ita & pater hebræus admittitur ad defendemdum filium hebræum, & etiam, quia in iudicialibus Iudæi vtuntur iure communi l. Iudæi Romano. C. de Iudæ.

169 AMPLIA V. in filio capiente patrem delinquentem, & Curiæ præſentante. Nam, & hunc patrem mitius puniendum eſſe ſcripſerunt, Ang. in l. ſi adulterium cū inceſtu §. liberto, in fin. ff. ad l. Iul. de adulter. prout illum refert, & ſequitur Marſil. in l. inauditum, n. 9. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & ambos refert, & ſequitur Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 19 num. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſum. 4. num. 2. verſ. & idem etiam eſt in filio offerente patrem. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. nono quæro, num. 17. fol. mihi 103. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 3. tit. fina q. 6. nu. 4. verſ. quid autem è contra. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2 caſu 347. nu. 4.

170 AMPLIA VI. in matre præſentante Curiæ filium delinquentem, ſic enim in matre loquutus eſt Salycet, in l. propter inſidias, nu. 3. in fine. C. qui accuſ. non poſſ.

171 LIMITA I. huius xviij. cauſæ regulam, quia non per hoc filius præſentatus per patrem impunitus euadit. Nam ſi puniendus erat pœna mortis, talis pœna commutatur in pœnam deportationis, vel exilij ſecundum Iaſ. in l. 1. col. 1 fin. num. 4. verſ. limita iſtud non procedere. C. de his quib. vt indign. Felyn. Cæpol. & alii relati ſupra nu. 166. dum referunt Imperatorem illum Alemanniæ liberaſſe Reum criminis læſæ maieſtatis à pœna mortis, iniuncto exilio, ſeu relegatione ad tēpus. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 347. num. 3. in fine, & ſeqq. vbi dixit, quòd quāuis Aym. in conſ. 309. num. 3. reſponderit, filium hunc à patre præſentatum nulla pœna puniendum eſſe, verius tamen eſt ipſum Iudicis arbitrio plectendum, eo præſertim, qa deportationis pœna, quæ olim iſto caſu infligebatur, amplius hodie non eſt in vſu, & eius loco ſucceſſit pœna arbitraria, vt ibi per eum, & aliàs ego admonui.

172 LIMITA II. vt quicquid ſit de iure, & quicquid Doctores præcitati cantent de facto, difficile eſſet in practica hanc cautelam obtinere per ea, quæ ſcripſit Rayner. de Forliu. in d. l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. atteſtans Bononiæ non fuiſſe ſeruatam hanc cautelam in quodam de Galluccijs, qui Curiæ præſentauit filium bannitum. Cæpoll. d. caut. 1. in fine, vbi pariter, quòd hæc cautela eſt periculoſa in crimine læſæ maieſtatis. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. nono quæro, num. 16. fol. mihi 103. Vbi dixi, quòd iſta cautela non eſt tuta in alijs delictis, præter quàm in eo, in quo loquitur tex. in d. l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. præſertim non habita remiſſione à patre, & idem repetit in § circa itaque ſecundum, num. 11. in fine, ſubdēs amplius, quòd iudices non attendunt hanc cautelam, cū tamen eam attendere deberent, cum ſit fulcita, & iurium, & Doctorum auctoritatibus. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 60. num. 25. in fine, vbi dixit ſe certè credere quod difficile eſſet obtinere in practica hanc cautelam, & quòd nūquā vidit illam in practica proponi, & Clar. ſic dicentem refert Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 347. num. 4. in fine, prout nec ego etiam vnquam vidi diſputationem ſuper eadem cautela contingere, licet benè viderim quādoque filios in carceribus conſtitutos, & præſentatos à partre, & eos liberatos non in vim dictæ cautelæ, ſed quia ſic de iure liberari debebant. Verum ſi caſus contingeret, malè crederem facere Iudicem, qui pœnam iſto caſu non minueret, ſaltem Principe conſulto.

ARGVMENTVM.

Bonus euentus an, & quando delinquentem à pœna excuſet.

SVMMARIVM.



Euentus bonus in delictis excuſat delinquentem à pœna num. 173. *Contra, num.* 174. *& ſeqq. Diſtingue, vt n.* 179.
Mala non ſunt facienda, vt inde ſequatur bonum, nu. 175.
Animus, & voluntas, non autem exitus, & euentus in delictis attenditur, num. 176.
Actus hominum non euentu, ſed conſilio metiendi ſunt, nu. 177.

QVÆST. XCVIII. CAVSA XIX.



173 DECIMANONA cauſa minuendi pœnam ortum habet ex proſpero criminis euentu, ex quo non ſolum minui pœnam, ſed eam prorſus tolli probare videtur tex. in l. 2. §. poſtea. ff. de orig. iur. vbi recenſetur hiſtoria de Flauio Appij Claudij, qui cum leges in librum redactas à ſe ſubtractas Populo tradidiſſet, ne dum minimè de furto punitus fuit, ſed præmiū cōſequutus eſt, vnde ibi Glo. notandū exiſtimauit caſum, in quo quis ex dolo ſuo præmium conſequitur, quem tex. in alio propoſito, videlicet ad minuendum pœnam propter benemerita delinquentis adduxi ſupra, num. 140.

174 Contra prædictam concluſionem facit tex. in l. Diuus. ff. de ſicar. vbi expræſsè dicitur. Diuus Adrianus hæc verba reſcripſit, *In maleficijs voluntas ſpectatur non exitus*, quem tex. & etiam in alio propoſito adduxi ſupra q. 87. nu. 7. facit etiam tex. in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. & melior tex. in l. deſertorē. §. in bello. ff. de re milit. vbi, qui in bello rem à Duce prohibitam facit, aut mandata non ſeruauit, & ſi benè geſſerit, capite punitur, per quem tex. cōſuluit Anch. in conſ. 175. remittendum eſt, nu. 2. bonum exitum non excuſare delinquentem. Item tex. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi puerum. ff. ad l. Aquil. vbi punitur, qui puerum caſtrauit, licèt ex hoc meliorem reddiderit. Alberic. de Statut. par. vlt. q. 478. aliàs 78. incip. diſputauit, col. 3. vbi ēt generaliter dixit, puniendum eſſe illum, qui rem prohibitā facit; licèt bo-
175 nus ſequatur effectus. Et facit ratio, quia non ſunt facienda mala, vt veniat bonum, c. ex tuarum, de ſortileg. c. ſuper eo. de vſur. c. nō magnopere, De Cler. vel Mon. c ne qs, & c.
176 facta. 22. q. 2. Itē faciunt plura alia iura p nos adducta ſup hoc eo. tit. q. 87. n. 7. vbi pbauimus in delictis attēdi animū,
177 & volūtatē, nō aūt exitū, & veritatem. Actusq; hominum non

non euentu, sed consilio metiendos, & æstimandos esse. Ex quibus, & alijs iuribus, & rationibus hanc contrariam opinionem amplectitur, Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 3. & seqq. Nec dissentit Barth. Tæg. in suis tract. crimin. par. 19. num. 13. & seqq. Vbi, quòd primæ opinioni reclamant, & refragantur ferè omnes Doctor.

178 Et sustinendo hanc contrariam opinionem non obstat tex. in d. l. 2. §. postea, de orig. iur. Quia, vt benè aduertit Felyn. in c. 1. num. 17. de præsumpt. vbi ille, qui librum legum furatus est, & Populo Romano tradidit, non habebat principalem intentionem delinquendi, & furandi, sed tantum Reipublicæ adiumentum afferendi. licet secus, vbi quis habet animum delinquendi, nam tunc puniẽdus videtur, etiam quod ex delicto bonus sequatur exitus per regulam prædictam. Quòd in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debeat, & hanc Felyni responsionem benè aduertit Tiraquel. de pœn. temper. d. caus. 51. num. 2. & etiam Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. ad fin. in quæst. An occidere peccatores liceat, num. 39. vbi magistraliter loquitur, & distinguendum dicit; quod si quis habuit animum furandi, & delinquendi, licèt casualiter bonus effectus sequutus fuerit, puniendus omnino est, non obstante bono effectu sequuto, vt in eo, qui furandi animo ingressus de nocte domum alicuius scrinium surripuit, & in scrinio postea literas proditionis Ciuitatis, aut Regni inuenerit. Is, inquam, cum habuerit furandi intentionem, furti pœnam non euitabit ex Anchar. quem etiam ad id, & Felyn. & Tiraq. in locis præcitatis allegant in c. 1. num. 14. q. principali, in vers. ponit Seneca, de constitut. secus autem si quis nec delinquendi, nec furandi intentionem habuerit, sed tantum Reipublicæ vtilitatem præstandi, prout in Cneo Flauio, de quo in d. l. 2. §. postea, de orig. iuris, tunc enim non punitur, sed præmium consequitur, eo quia eius principalis intentio est non delinquendi, sed adiuuandi Rempublicam, & cum hac responsione, & distinctione poteris concordare contraria.

179 Verum, quia pro defensione primæ opinionis faciunt tradita per Bar. in l. inter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furt. & per Aym. cons. 2. num. 2. & per Franc. Beccium consil. 60. num. 15. quos omnes. & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit. q. 87. num. 9. volentes, quod etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se delictum non habet. Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra, num. 134.) Quòd scilicet, quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitius puniatur, & sic felix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum pœnam tollat, sed tamen diminuat; si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat tex. in d. l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.

Et ex ijs ad laudem Dei hac die 29. Iulij 1598. sit impositus finis proposito Tit. De Pœn. Temper.





PROSPERI FARINACII
IVRISCONS. ROMANI
VARIARVM QVÆSTIONVM,
& Communium opinionum Criminalium
LIBER TERTIVS.
De Var. ad Diuers. Quæst. Titulus Undecimus.

ARGVMENTVM.

Procurator in Criminalibus quando interuenire possit.

SVMMARIVM.

Procurator in publicis iudicijs, pœnisq; capitalibus, & corporalibus à relegatione supra regulariter non admittitur, num. 1 & seq. Vbi etiam ponuntur rationes huius regulæ.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec ex parte accusati, nec ex parte accusatoris, nu. 3. & 4. vbi ponuntur rationes huius conclusionis, & nu. 5. Vbi remissiuè, quando hec conclusio vera sit, & num. 6. Vbi quòd in practica contrarium seruatur, & num. 99. & seq. & num. 245.

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per Procuratorem comparere, num. 3. & sequentibus.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd sit coniuncta persona, num. 7.

Coniuncta persona non admittitur in criminalibus ad comparendum pro coniuncto inquisito, & absente, num. 7.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec etiam coram Papa, vel principe, seu de eorum ordinaria potestate, licèt benè admittatur de potestate absoluta, & cum clausula, non obstante, &c. nu. 8.

Procurator in criminalibus non admittitur, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam procedatur per viam inquisitionis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 9. & num. 10. vbi, quòd nec etiam ex parte inquirentis admittitur Procurator.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd procedatur per viam denuntiationis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 11. & 12. Vbi quod nec etiam admittitur Procurator ex parte denunciantis.

Procurator in criminalibus caussis non admittitur, nec ante litem contestatam, nec post, num. 13. Licèt alij contra, num. 14.

Procurator in caussis criminalibus nec etiam admittitur pro minore inquisito, sed an iusto casu admittatur Tutor, seu Curator, num. 15. & sequentibus.

Minor de delicto inquisitus, & ad comparendum citatus an possit per Procuratorem comparere, num. 15. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur non solum in publicis delictis, sed nec etiam in priuatis, si eorum pœna est a relegatione supra, numero 20.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd agatur de pœna corporali leui, num. 21. Vbi ponitur exemplum in pœna fustigationis, & num. 22. Vbi ponitur exemplum in pœna mitra.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, num. 23. Declara, vt num. 26. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de crimine iniuriarum, num. 24. Declara, vt num. 25.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria originaliter, secus si accidentaliter, nu. 26. Vbi exẽplificatur, quando pœna dicatur arbitraria origine, & quando ex accidenti. Declara hanc conclusionem, vt num. 27.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando in monitorio contra inquisitum relaxato est comminata pœna arbitraria, num. 27.

Procurator, quòd in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, vt supra, intelligitur si pro delicto, de quo quis inquiritur, consuetum est imponi pœnam corporalem, aliàs secus, num. 28.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de delicto leui, etiam quòd pœna sit arbitraria, num. 29.

Procurator in criminalibus admittitur, etiam quòd pœna sit arbitraria, quando Iudex in monitorio non nisi pœnam corporalem comminatus est, num. 30. & seqq. vbi de materia.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando à lege, vel à Statuto alternatiuè imposita est pœna corporalis, aut pecuniaria, num. 32. Et quid, si in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, numero 34. Quid, si electio est accusatoris, num. 35. Quid, si electio est Rei, num. 36. & seq. Et quid si lex, seu Statutum pro delicto imponi aliquam pœnam corporalem, vt puta, amputationis manus, ac deinde subdat, vel alia, num. 38.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando est dubium de pœna delicti, pro quo quis inquiritur, an debeat esse corporalis, vel pecuniaria, num. 33.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo à lege, vel à Statuto imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, num. 39.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna ipso iure, num. 40.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam in delictis quasi publicis, prout est crimen suspecti tutoris, num 41. Declara hanc *conclusionem, vt num 42. & seqq.*

Procurator non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna deportationis, num. 44. Idem si de pœna damnationis in metallum, num. 45. Idem si de pœna perpetui carceris, num. 46.

Procurator in criminalibus non admittitur ad opponendum exceptiones peremptorias, num. 47.

Procurator in criminalibus non admittitur ad allegandum exceptiones tangentes crimen, de quo agitur, num. 48.

Procurator in criminalibus admittitur ad opponendum exceptiones mixtas, non in vim peremptoria, sed in vim dilatoria oppositas, etiam quòd crimen tangant, num. 49. Contra, num. 50. Resolue, vt num. 51. & 52.

Procurator non admittitur in criminalibus ad opponendũ exceptionem rei iudicatæ, num. 53. & seqq. vbi declaratur hæc conclusio.

Procurator in criminalibus non admittitur ad opponendũ exceptionem præscriptionis, num. 57. & sequen. vbi declaratur hæc conclusio.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando vellet probare negatiuam, vt puta, dicendo, quòd accusatus erat alibi, & quòd non interfecit illum, de quo accusatur, vel quòd ille, qui prætenditur occisus, erat ante a mortuus, & similia, nu. 59. Contra, nu. 60. Distingue, vt nu. 61.

Procurator in criminalibus non admittitur ad petendum restitutionem in integrum per viam iustitiæ aduersus sententiam latam, num. 62. Licèt alij contra, num. 64. Benè tamen admittitur ad petendum restitutionem per viam gratiæ, nu. 63.

Procurator in criminalibus non admittitur pro Reo inquisito, & absente, etiam quòd pro eo vellet satisdare de rato, & iudicatum soluendo, nu. 65.

Procurator admittitur in criminalibus, quando agitur de pœna à relegatione infra, nu. 66.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de pœna relegationis, seu exilij, nu. 67. Contra, nu. 68. Et hæc contraria opinio multo magis procedit, quando cum pœna relegationis iuncta est pœna publicationis bonorum, nu. 69. Distingue, vt nu. 70. Contra distinctionem, nu. 71.

Procurator in criminalibus potest interuenire, quando agitur de pœna priuationis officij, seu remotionis ab ordine, vel dignitate, nu. 72. Licèt alij contra, nu. 73.

Procurator in criminalibus potest interuenire, quando agitur de pœna priuationis beneficiorum, nu. 74. Contra, num. 75.

Procurator in criminalibus potest interuenire, quando agitur de pœna pecuniaria, nu. 76.

Procurator potest interuenire, quando imponitur pœna pecuniaria, & in illius defectum corporalis, nu. 77. Contra, nu. 78. Distingue 1. vt nu. 79. 80. & 81. Distingue 2. vt num. 82. 83. & 84. Distingue 3. vt num. 85. 86. & 87. Sed an isto casu admittatur procurator cum fideiussione de soluendo pœnam pecuniariam in casu succumbentiæ. Dic, quòd sic, nume. 88. Contra, nume. 89.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de pœna pecuniaria, etiam quòd delictum, pro quo talis pœna imponitur, sit publicum, nu. 90. Quamuis alij contra, nu. 91.

Procurator in criminalibus admittitur etiam quòd agatur de pœna confiscationis omnium bonorum, nume. 92. Licèt alij contra, num. 93.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de pœna pecuniaria, etiam quòd Reus citatus vigore alicuius Statuti possit impunè offendi, num. 94. Contra, num. 95. Resolue, vt nume. 96.

Procurator in criminalibus potest interuenire, quando agitur de pœna pecuniaria sic à statuto inducta, etiam quòd de iure communi esset corporalis, num. 97. prout & è contra Procurator non admittitur, quando statutum imponit pœnam corporalem in casu, in quo de iure communi solum imponitur pœna pecuniaria, num. 98. Quid isto casu in accusatore, an possit per Procuratorẽ comparere? nu. 99. & seq.

Procurator in criminalibus admittitur, quando Reus est citatus pro aliquo leui delicto, nu. 100. Et isto casu delictum dicitur leue, si fuerit commissum sine dolo, etiam quòd de sui natura sit graue, nume. 102. & seq. Vbi infertur ad homicidium commissum in ludo.

Procurator admittitur in criminalibus in causis mixtis, prout est causa inofficiosi Testamenti, nu. 104.

Procurator in criminalibus admittitur, quando quis inquiritur de pluribus delictis, quorum vnum est capitale, aliud verò non, nume. 105.

Procurator in criminalibus admittitur, quando quis inquiritur pro vulnere, pro quo pœna pecuniaria imponitur, etiam quòd vulnus sit letale, nu. 106. Præsertim si admittatur cum conditione, vt in casu mortis habeatur pro non admisso, nume. 107. Contra, quòd isto casu Procurator non sit admittendus, nec purè, nec sub conditione, num. 108. Et hæc contraria opinio præsertim procedit, quando quis inquiritur de vulnere illato animo occidendi, nu. 109. Resolue, vt num. 110.

Procurator in criminalibus admittitur, quando de crimine agitur ciuiliter pro interesse partis, videlicet pro pœna illi applicanda, num. 111.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur ad separationem thori, nu. 112.

Procurator in criminalibus admittitur, quando de crimine agitur per viam exceptionis, num. 113. Contra, num. 114.

Procurator in criminalibus admittitur, quando inquiruntur Illustres personæ, num. 115. Declara, dummodo agatur de crimine iniuriarum, secus si de alio crimine, num. 119. Licèt alij contra, num. 116. Immò hodie hoc priuilegium datum Illustribus personis accusandi, & se defendendi per Procuratorem recessit ab Aula d. nu. 119. in fine.

Procurator in criminalibus admittitur pro Episcopo citato, & inquisito, num. 117. Contra, num. 120.

Procurator in criminalibus admittitur pro Clerico inquisito, & citato, nu. 118. Contra, num. 121.

Procurator in criminalibus admittitur, si is, qui ad comparendum citatur, sit infirmus, nu. 122.

Procurator licèt in criminalibus non possit interuenire pro reo absente citato, potest tamen interuenire Aduocatus, nu. 123.

Procurator potest interuenire in criminalibus, quando ille idem, qui comparet, est vulneratus, & offensus, num. 124. & 125. Vbi etiam, quòd propinqui, & hæredes occissi possunt pro inculpato comparere, & Testes de facti veritate informatos nominare, & num. 126. Vbi quid si dicti propinqui expresse exculpant inquisitum.

Procurator admittitur in criminalibus pro Moniali citata, num. 127. Contra, num. 128.

Bannitus, & condemnatus potest petere sibi cancellari Bannum, & remissionem concedi, quando puta occidit alium bannitum, vel habuit gratiam à Principe, etiam ipso non constituto in carceribus, sed media Procuratoris, num. 129. Contra, num. 130. Resolue, vt num. 131.

Procurator potest pro absente citato comparere, si is fuerit vnus ex accusatis, seu inquisitis, num. 132. Contra, num. 133.

Socius criminis faciendo suas defensiones, an possit etiam insimul defendere suum socium inculpatum de eodem delicto absentem, & non comparentem, & an defensiones factæ pro personaliter constituto prosint etiam absenti, num. 132. & seq.

Procurator potest interuenire pro carcerato, num. 134. Contra, num. 135. Prima opinio est magis recepta, & seruatur in practica, num. 136. Præsertim si quis pro carcerato comparet non ad eius plenam defensionem, sed ad aliquem articulum, num. 137. Licèt alij contra, num. 138. Benè verum est, quòd pro reo carcerato, siue etiam absente nunquam Procurator admittitur in tribus articulis, videlicet, in sententia, in contestatione litis, & in tortura, num. 139. & num. 141. Licèt alij contra, num. 140. Declara, quòd dictum est de sententia, vt nume. 142.

Procurator admittitur in causis criminalibus pro reo præsente, & non carcerato; Quòd an verum sit, & quomodo, vide nu. 143. & seqq.

Procurator potest interuenire pro reo absente citato, qui tamen alibi reperiatur carceratus, nu. 147.

Procurator in criminalibus potest interuenire pro vniuersitate citata, num. 148. & num. 149. Vbi idem, quando ageretur contra decem personas, licèt alij contra, num. 150.

Procurator admittitur pro bannito pro alio delicto ad allegandum locum non tutum ratione dicti banni, & etiam ad ipsius defensionem, tanquam instructor innocentiæ, licèt non, vt Procurator, num. 151.

Procurator admittitur in criminalibus, quando plures accusantur de homicidio, occisus autem non nisi vnico vulnere confossus reperiatur, num. 152. Declara, vt nu. 153.

Procurator in criminalibus potest comparere pro suo interesse pro absente citato, vt puta, Dominus pro seruo, pater pro filio, maritus pro

non euentu, sed consilio metiendos, & æstimandos esse. Ex quibus, & alijs iuribus, & rationibus hanc contrariam opinionem amplectitur, Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 3. & seqq. Nec dissentit Barth. Tæg. in suis tract. crimin. par. 19. num. 13. & seqq. Vbi, quòd primæ opinioni reclamant, & refragantur ferè omnes Doctor.

178 Et sustinendo hanc contrariam opinionem non obstat tex. in d. l. 2. §. postea, de orig. iur. Quia, vt benè aduertit Felyn. in c. 1. num. 17. de præsumpt. vbi ille, qui librum legum furatus est, & Populo Romano tradidit, non habebat principalem intentionem delinquendi, & furandi, sed tantum Reipublicæ adiumentum afferendi. licet secus, vbi quis habet animum delinquendi, nam tunc puniẽdus videtur, etiam q; ex delicto bonus sequatur exitus per regulam prædictam. Quòd in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debeat, & hanc Felyni responsionem benè aduertit Tiraquel. de pœn. temper. d. caus. 51. num. 2. & etiam Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. ad fin. in quæst. An occidere peccatores liceat, num. 39. vbi magistraliter loquitur, & distinguendum dicit; q; si quis habuit animum furandi, & delinquendi, licèt casualiter bonus effectus sequutus fuerit, puniendus omnino est, non obstante bono effectu sequuto, vt in eo, qui furandi animo ingressus de nocte domum alicuius scrinium surripuit, & in scrinio postea literas proditionis Ciuitatis, aut Regni inuenerit. Is, inquam, cum habuerit furandi intentionem, furti pœnam non euitabit ex Anchar. quem etiam ad id, & Felyn. & Tiraq. in locis præcitatis allegant in c. 1. num. 14. q. principali, in vers. ponit Seneca, de constitut. secus autem si quis nec delinquendi, nec furandi intentionem habuerit, sed tantum Reipublicæ vtilitatem præstandi, prout in Cneo Flauio, de quo in d. l. 2. §. postea, de orig. iuris, tunc enim non punitur, sed præmium consequitur, eo quia eius principalis intentio est non delinquendi, sed adiuuandi Rempublicam, & cum hac responsione, & distinctione poteris concordare contraria.

179 Verum, quia pro defensione primæ opinionis faciunt tradita per Bar. in l. inter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furt. & per Aym. cons. 2. num. 2. & per Franc. Beccium consil. 60. num. 15. quos omnes. & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit. q. 87. num. 9. volentes, q; etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se delictum non habet. Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra, num. 134.) Quòd scilicet, quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitius puniatur, & sic felix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum pœnam tollat, sed tamen diminuat; si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat tex. in d. l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.

Et ex ijs ad laudem Dei hac die 29. Iulij 1598. sit impositus finis proposito Tit. De Pœn. Temper.





PROSPERI FARINACII
IVRISCONS. ROMANI
VARIARVM QVÆSTIONVM,
& Communium opinionum Criminalium
LIBER TERTIVS.
De Var. ad Diuers. Quæst. Titulus Vndecimus.

ARGVMENTVM.

Procurator in Criminalibus quando interuenire possit.

SVMMARIVM.

*Rocurator in publicis iudicijs, pœnisq́; capitalibus, & corporalibus à relegatione supra regulariter non admittitur, num. 1 & seq. Vbi etiam ponuntur rationes huius regulæ.*

Procurator in criminalibus non admittitur, nec ex parte accusati, nec ex parte accusatoris, nu. 3. & 4. vbi ponuntur rationes huius conclusionis, & nu. 5. Vbi remissiuè, quando hæc conclusio vera sit, & num. 6. Vbi quòd in practica contrarium seruatur, & num. 99. & seq. & num. 245.

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per Procuratorem comparere, num. 3. & sequentibus.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd sit coniuncta persona, num. 7.

Coniuncta persona non admittitur in criminalibus ad comparendum pro coniuncto inquisito, & absente, num. 7.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec etiam coram Papa, vel principe, seu de eorum ordinaria potestate, licèt benè admittatur de potestate absoluta, & cum clausula, non obstante, &c. nu. 8.

Procurator in criminalibus non admittitur, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam procedatur per viam inquisitionis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 9. & num. 10. vbi, quòd nec etiam ex parte inquirentis admittitur Procurator.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd procedatur per viam denuntiationis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 11. & 12. Vbi quod nec etiam admittitur Procurator ex parte denunciantis.

Procurator in criminalibus causis non admittitur, nec ante litem contestatam, nec post, num. 13. Licèt alij contra, num. 14.

Procurator in causis criminalibus nec etiam admittitur pro minore inquisito, sed an iusto casu admittatur Tutor, seu Curator, num. 15. & sequentibus.

Minor de delicto inquisitus, & ad comparendum citatus an possit per Procuratorem comparere, num. 15. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur non solum in publicis delictis, sed nec etiam in priuatis, si eorum pœna est à relegatione supra, numero 20.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd agatur de pœna corporali leui, num. 21. Vbi ponitur exemplum in pœna fustigationis, & num. 22. Vbi ponitur exemplum in pœna mitra.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, num. 23. Declara, vt num. 26. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de crimine iniuriarum, num. 24. Declara, vt num. 25.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria originaliter, secus si accidentaliter, nu. 26. Vbi exēplificatur, quando pœna dicatur arbitraria origine, & quando ex accidenti. Declara hanc conclusionem, vt num. 27.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando in monitorio contra inquisitum relaxato est comminata pœna arbitraria, num. 27.

Procurator, quòd in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, vt supra, intelligitur si pro delicto, de quo quis inquiritur, consuetum est imponi pœnam corporalem, aliàs secus, num. 28.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de delicto leui, etiam quòd pœna sit arbitraria, num. 29.

Procurator in criminalibus admittitur, etiam quòd pœna sit arbitraria, quando Iudex in monitorio non nisi pœnam corporalem comminatus est, num. 30. & seqq. vbi de materia.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando à lege, vel à Statuto alternatiuè imposita est pœna corporalis, aut pecuniaria, num. 32. Et quid, si in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, numero 34. Quid, si electio est accusatoris, num. 35. Quid, si electio est Rei, num. 36. & seq. Et quid si lex, seu Statutum pro delicto imponi aliquam pœnam corporalem, vt puta, amputationis manus, ac deinde subdat, vel alia, num. 38.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando est dubium de pœna delicti, pro quo quis inquiritur, an debeat esse corporalis, vel pecuniaria, num. 33.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo à lege, vel à Statuto imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, num. 39.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna ipso iure, num. 40.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam in delictis quasi publicis, prout est crimen suspecti tutoris, num 41. Declara hanc conclusionem, vt num 42. & seqq.

Procurator non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna deportationis, num. 44. Idem si de pœna damnationis in metallum, num. 45. Idem si de pœna perpetui carceris, num. 46.

non euentu, sed consilio metiendos, & æstimandos esse. Ex quibus, & alijs iuribus, & rationibus hanc contrariam opinionem amplectitur, Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 3. & seqq. Nec dissentit Barth. Tæg. in suis tract. crimin. par. 19. num. 13. & seqq. Vbi, quòd primæ opinioni reclamant, & refragantur ferè omnes Doctor.

178 Et sustinendo hanc contrariam opinionem non obstat tex. in d. l. 2. §. postea, de orig. iur. Quia, vt benè aduertit Felyn. in c. 1. num. 17. de præsumpt. vbi ille, qui librum legum furatus est, & Populo Romano tradidit, non habebat principalem intentionem delinquendi, & furandi, sed tantum Reipublicæ adiumentum afferendi. licet secus, vbi quis habet animum delinquendi, nam tunc puniẽdus videtur, etiam q̃ ex delicto bonus sequatur exitus per regulam prædictam. Quòd in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debeat, & hanc Felyni responsionem benè aduertit Tiraquel. de pœn. temper. d. caus. 51. num. 2. & etiam Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. ad fin. in quæst. An occidere peccatores liceat, num. 39. vbi magistraliter loquitur, & distinguendum dicit; q̃ si quis habuit animum furandi, & delinquendi, licèt casualiter bonus effectus sequutus fuerit, puniendus omnino est, non obstante bono effectu sequuto, vt in eo, qui furandi animo ingressus de nocte domum alicuius scrinium surripuit, & in scrinio postea literas proditionis Ciuitatis, aut Regni inuenerit. Is, inquam, cum habuerit furandi intentionem, furti pœnam non euitabit ex Anchar. quem etiam ad id, & Felyn. & Tiraq. in locis præcitatis allegant in c. 1. num. 14. q. principali, in vers. ponit Seneca, de constitut. secus autem si quis nec delinquendi, nec furandi intentionem habuerit, sed tantum Reipublicæ vtilitatem præstandi, prout in Cneo Flauio, de quo in d. l. 2. §. postea, de orig. iuris, tunc enim non punitur, sed præmium consequitur, eo quia eius principalis intentio est non delinquendi, sed adiuuandi Rempublicam, & cum hac responsione, & distinctione poteris concordare contraria.

179 Verum, quia pro defensione primæ opinionis faciunt tradita per Bar. in l. inter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furt. & per Aym. consi. 2. num. 2. & per Franc. Beccium consil. 60. num. 15. quos omnes. & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit. q. 87. num. 9. volentes, q̃ etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se delictum non habet. Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra, num. 134.) Quòd scilicet, quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitius puniatur, & sic felix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum pœnam tollat, sed tamen diminuat; si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat tex. in d. l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.

Et ex ijs ad laudem Dei hac die 29. Iulij 1598. sit impositus finis proposito Tit. De Pœn. Temper.





PROSPERI FARINACII
IVRISCONS. ROMANI
VARIARVM QVÆSTIONVM,
& Communium opinionum Criminalium
LIBER TERTIVS.
De Var. ad Diuers. Quaest. Titulus Undecimus.

ARGVMENTVM.

Procurator in Criminalibus quando interuenire possit.

SVMMARIVM.

Procurator in publicis iudicijs, pœnisq́ capitalibus, & corporalibus à relegatione supra regulariter non admittitur, num. 1 & seq. Vbi etiam ponuntur rationes huius regulæ.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec ex parte accusati, nec ex parte accusatoris, nu. 3. & 4. vbi ponuntur rationes huius conclusionis, & nu. 5. Vbi remissiuè, quando hec conclusio vera sit, & num. 6. Vbi quòd in practica contrarium seruatur, & num. 99. & seq. & num. 245.

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per Procuratorem comparere, num. 3. & sequentibus.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd sit coniuncta persona, num 7.

Coniuncta persona non admittitur in criminalibus ad comparendum pro coniuncto inquisito, & absente, num. 7.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec etiam coram Papa, vel principe, seu de eorum ordinaria potestate, licèt benè admittatur de potestate absoluta, & cum clausula, non obstante, &c. nu. 8.

Procurator in criminalibus non admittitur, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam procedatur per viam inquisitionis de iure ciuili, licet secus de iure canonico, num. 9. & num. 10. vbi, quòd nec etiam ex parte inquirentis admittitur Procurator.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd procedatur per viam denuntiationis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 11. & 12. Vbi quod nec etiam admittitur Procurator ex parte denunciantis.

Procurator in criminalibus causis non admittitur, nec ante litem contestatam, nec post, num. 13. Licèt alij contra, num. 14.

Procurator in causis criminalibus nec etiam admittitur pro minore inquisito, sed an iusto casu admittatur Tutor, seu Curator, num. 15. & sequentibus.

Minor de delicto inquisitus, & ad comparendum citatus an possit per Procuratorem comparere, num. 15. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur non solum in publicis delictis, sed nec etiam in priuatis, si eorum pœna est a relegatione supra, numero 20.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd agatur de pœna corporali leui, num. 21. Vbi ponitur exemplum in pœna fustigationis, & num. 22. Vbi ponitur exemplum in pœna mitra.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, num. 23. Declara, vt num. 26. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de crimine iniuriarum, num. 24. Declara, vt num. 25.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria originaliter, secus si accidentaliter, nu. 26. Vbi exẽplificatur, quando pœna dicatur arbitraria origine, & quando ex accidenti. Declara hanc conclusionem, vt num. 27.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando in monitorio contra inquisitum relaxato est comminata pœna arbitraria, num. 27.

Procurator, quòd in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, vt supra, intelligitur si pro delicto, de quo quis inquiritur, consuetum est imponi pœnam corporalem, aliàs secus, num. 28.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de delicto leui, etiam quòd pœna sit arbitraria, num. 29.

Procurator in criminalibus admittitur, etiam quòd pœna sit arbitraria, quando Iudex in monitorio non nisi pœnam corporalem comminatus est, num. 30. & seqq. vbi de materia.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando à lege, vel à Statuto alternatiuè imposita est pœna corporalis, aut pecuniaria, num. 32. Et quid, si in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, numero 34. Quid, si electio est accusatoris, num. 35. Quid, si electio est Rei, num. 36. & seq. Et quid si lex, seu Statutum pro delicto imponi aliquam pœnam corporalem, vt puta, amputationis manus, ac deinde subdat, vel alia, num. 38.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando est dubium de pœna delicti, pro quo quis inquiritur, an debeat esse corporalis, vel pecuniaria, num. 33.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo à lege, vel à Statuto imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, num. 39.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna ipso iure, num. 40.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam in delictis quasi publicis, prout est crimen suspecti tutoris, num 41. Declara hanc conclusionem, vt num 42. & seqq.

Procurator non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna deportationis, num. 44. Idem si de pœna damnationis in metallum, num. 45. Idem si de pœna perpetui carceris, num. 46.

non euentu, sed consilio metiendos, & aestimandos esse. Ex quibus, & alijs iuribus, & rationibus hanc contrariam opinionem amplectitur, Tiraq. de poen. temper. caus. 51. num. 3. & seqq. Nec dissentit Barth. Taeg. in suis tract. crimin. par. 19. num. 13. & seqq. Vbi, quòd primae opinioni reclamant, & refragantur ferè omnes Doctor.

178 Et sustinendo hanc contrariam opinionem non obstat tex. in d. l. 2. §. postea, de orig. iur. Quia, vt benè aduertit Felyn. in c. 1. num. 17. de praesumpt. vbi ille, qui librum legum furatus est, & Populo Romano tradidit, non habebat principalem intentionem delinquendi, & furandi, sed tantum Reipublicae adiumentum afferendi. licet secus, vbi quis habet animum delinquendi, nam tunc puniẽdus videtur, etiam ꝙ ex delicto bonus sequatur exitus per regulam praedictam. Quòd in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debeat, & hanc Felyni responsionem benè aduertit Tiraquel. de poen. temper. d. caus. 51. num. 2. & etiam Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. ad fin. in quaest. An occidere peccatores liceat, num. 39. vbi magistraliter loquitur, & distinguendum dicit; ꝙ si quis habuit animum furandi, & delinquendi, licèt casualiter bonus effectus sequutus fuerit, puniendus omnino est, non obstante bono effectu sequuto, vt in eo, qui furandi animo ingressus de nocte domum alicuius scrinium surripuit, & in scrinio postea literas proditionis Ciuitatis, aut Regni inuenerit. Is, inquam, cum habuerit furandi intentionem, furti poenam non euitabit ex Anchar. quem etiam ad id, & Felyn. & Tiraq. in locis praecitatis allegant in c. 1. num. 14. q. principali, in vers. ponit Seneca, de constitut. secus autem si quis nec delinquendi, nec furandi intentionem habuerit, sed tantum Reipublicae vtilitatem praestandi, prout in Cneo Flauio, de quo in d. l. 2. §. postea, de orig. iuris, tunc enim non punitur, sed praemium consequitur, eo quia eius principalis intentio est non delinquendi, sed adiuuandi Rempublicam, & cum hac responsione, & distinctione poteris concordare contraria.

179 Verum, quia pro defensione primae opinionis faciunt tradita per Bar. in l. inter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furt. & per Aym. cons. 2. num. 2. & per Franc. Beccium consil. 60. num. 15. quos omnes, & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit. q. 87. num. 9. volentes, ꝙ etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se delictum non habet. Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra, num. 134.) Quòd scilicet, quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitius puniatur, & sic felix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum poenam tollat, sed tamen diminuat; si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat tex. in d. l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.

Et ex ijs ad laudem Dei hac die 29. Iulij 1598. sit impositus finis proposito Tit. De Poen. Temper.





PROSPERI FARINACII IVRISCONS. ROMANI VARIARVM QVÆSTIONVM, & Communium opinionum Criminalium LIBER TERTIVS.

De Var. ad Diuers. Quæst. Titulus Undecimus.

ARGVMENTVM.

Procurator in Criminalibus quando interuenire possit.

SVMMARIVM.

Procurator in publicis iudicijs, pœnisq; capitalibus, & corporalibus à relegatione supra regulariter non admittitur, num. 1 & seq. Ubi etiam ponuntur rationes huius regulæ.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec ex parte accusati, nec ex parte accusatoris, nu. 3. & 4. vbi ponuntur rationes huius conclusionis, & nu. 5. Vbi remissiuè, quando hæc conclusio vera sit, & num. 6. Ubi quòd in practica contrarium seruatur, & num. 99. & seq. & num. 245.

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per Procuratorem comparere, num. 3. & sequentibus.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd sit coniuncta persona, num. 7.

Coniuncta persona non admittitur in criminalibus ad comparendum pro coniuncto inquisito, & absente, num. 7.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec etiam coram Papa, vel principe, seu de eorum ordinaria potestate, licèt benè admittatur de potestate absoluta, & cum clausula, non obstante, &c. nu. 8.

Procurator in criminalibus non admittitur, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam procedatur per viam inquisitionis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 9. & num. 10. vbi, quòd nec etiam ex parte inquirentis admittitur Procurator.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd procedatur per viam denuntiationis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 11. & 12. Ubi quod nec etiam admittitur Procurator ex parte denunciantis.

Procurator in criminalibus causis non admittitur, nec ante litem contestatam, nec post, num. 13. Licèt alij contra, num. 14.

Procurator in causis criminalibus nec etiam admittitur pro minore inquisito, sed an iusto casu admittatur Tutor, seu Curator, num. 15. & sequentibus.

Minor de delicto inquisitus, & ad comparendum citatus an possit per Procuratorem comparere, num. 15. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur non solum in publicis delictis, sed nec etiam in priuatis, si eorum pœna est à relegatione supra, numero 20.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd agatur de pœna corporali leui, num. 21. Vbi ponitur exemplum in pœna fustigationis, & num. 22. Vbi ponitur exemplum in pœna mitræ.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, num. 23. Declara, vt num. 26. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de crimine iniuriarum, num. 24. Declara, vt num. 25.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria originaliter, secus si accidentaliter, nu. 26. Vbi exẽplificatur, quando pœna dicatur arbitraria origine, & quando ex accidenti. Declara hanc conclusionem, vt num. 27.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando in monitorio contra inquisitum relaxato est comminata pœna arbitraria, num. 27.

Procurator, quòd in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, vt supra, intelligitur si pro delicto, de quo quis inquiritur, consuetum est imponi pœnam corporalem, aliàs secus, num. 28.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de delicto leui, etiam quòd pœna sit arbitraria, num. 29.

Procurator in criminalibus admittitur, etiam quòd pœna sit arbitraria, quando Iudex in monitorio non nisi pœnam corporalem comminatus est, num. 30. & seqq. vbi de materia.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando à lege, vel à Statuto alternatiuè imposita est pœna corporalis, aut pecuniaria, num. 32. Et quid, si in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, numero 34. Quid, si electio est accusatoris, num. 35. Quid, si electio est Rei, num. 36. & seq. Et quid si lex, seu Statutum pro delicto imponi aliquam pœnam corporalem, vt puta, amputationis manus, ac deinde subdat, vel alia, num. 38.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando est dubium de pœna delicti, pro quo quis inquiritur, an debeat esse corporalis, vel pecuniaria, num. 33.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo à lege, vel à Statuto imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, num. 39.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna ipso iure, num. 40.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam in delictis quasi publicis, prout est crimen suspecti tutoris, num 41. Declara hanc conclusionem, vt num 42. & seqq.

Procurator non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna deportationis, num. 44. Idem si de pœna damnationis in metallum, num. 45. Idem si de pœna perpetui carceris, num. 46.

non euentu, sed consilio metiendos, & æstimandos esse. Ex quibus, & alijs iuribus, & rationibus hanc contrariam opinionem amplectitur, Tiraq. de pœn. temper. caus. 51. num. 3. & seqq. Nec dissensit Barth. Tæg. in suis tract. crimin. par. 19. num. 13. & seqq. Vbi, quòd primæ opinioni reclamant, & refragantur ferè omnes Doctor.

178 Et sustinendo hanc contrariam opinionem non obstat tex. in d. l. 2. §. postea, de orig. iur. Quia, vt benè aduertit Felyn. in c. 1. num. 17. de præsumpt. vbi ille, qui librum legum furatus est, & Populo Romano tradidit, non habebat principalem intentionem delinquendi, & furandi, sed tantum Reipublicæ adiumentum afferendi. licet secus, vbi quis habet animum delinquendi, nam tunc puniẽdus videtur, etiam quòd ex delicto bonus sequatur exitus per regulam prædictam. Quòd in delictis non exitus, sed animus, & voluntas attendi debeat, & hanc Felyni responsionem benè aduertit Tiraquel. de pœn. temper. d. caus. 51. num. 2. & etiam Guliel. de Benedict. in repet. c. Raynutius de testam. ad fin. in quæst. An occidere peccatores liceat, num. 39. vbi magistraliter loquitur, & distinguendum dicit; quòd si quis habuit animum furandi, & delinquendi, licèt casualiter bonus effectus sequutus fuerit, puniendus omnino est, non obstante bono effectu sequuto, vt in eo, qui furandi animo ingressus de nocte domum alicuius scrinium surripuit, & in scrinio postea literas proditionis Ciuitatis, aut Regni inuenerit. Is, inquam, cum habuerit furandi intentionem, furti pœnam non euitabit ex Anchar. quem etiam ad id, & Felyn. & Tiraq. in locis præcitatis allegant in c. 1. num. 14. q. principali, in vers. ponit Seneca, de constitut. secus autem si quis nec delinquendi, nec furandi intentionem habuerit, sed tantum Reipublicæ vtilitatem præstandi, prout in Cneo Flauio, de quo in d. l. 2. §. postea, de orig. iuris, tunc enim non punitur, sed præmium consequitur, eo quia eius principalis intentio est non delinquendi, sed adiuuandi Rempublicam, & cum hac responsione, & distinctione poteris concordare contraria.

179 Verum, quia pro defensione primæ opinionis faciunt tradita per Bar. in l. inter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furt. & per Aym. cons. 2. num. 2. & per Franc. Beccium consil. 60. num. 15. quos omnes. & in alio proposito retuli supra hoc eodem tit. q. 87. num. 9. volentes, quòd etiam in delictis attendatur exitus, & non animus, & voluntas delinquendi, quando talis exitus in se delictum non habet. Ideò pro solutione crederem dicendum (prout dixi supra, num. 134.) Quòd scilicet, quamuis delinquens habuerit animum delinquendi, si tamen ex delicto bonus effectus sequutus fuit; tunc delinquens, ex quo malum animum habuit, non excusetur in totum, & ita procedant allegata pro secunda opinione, sed benè mitius puniatur, & sic felix euentus, quando adest animus delinquendi in delictis, non in totum pœnam tollat, sed tamen diminuat; si verò non adest animus delinquendi, & tunc in totum tollat, & ita procedat tex. in d. l. 2. §. postea. ff. de orig. iur.

Et ex ijs ad laudem Dei hac die 29. Iulij 1598. sit impositus finis proposito Tit. De Pœn. Temper.





PROSPERI FARINACII IVRISCONS. ROMANI VARIARVM QVÆSTIONVM, & Communium opinionum Criminalium

LIBER TERTIVS.

De Var. ad Diuers. Quæst. Titulus Vndecimus.

ARGVMENTVM.

Procurator in Criminalibus quando interuenire possit.

SVMMARIVM.

Procurator in publicis iudicijs, pœnisq; capitalibus, & corporalibus à relegatione supra regulariter non admittitur, num. 1 & seq. Vbi etiam ponuntur rationes huius regulæ.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec ex parte accusati, nec ex parte accusatoris, nu. 3. & 4. vbi ponuntur rationes huius conclusionis, & nu. 5. Vbi remissiuè, quando hæc conclusio vera sit, & num. 6. Vbi quòd in practica contrarium seruatur, & num. 99. & seq. & num. 245.

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per Procuratorem comparere, num. 3. & sequentibus.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd sit coniuncta persona, num 7.

Coniuncta persona non admittitur in criminalibus ad comparendum pro coniuncto inquisito, & absente, num. 7.

Procurator in criminalibus non admittitur, nec etiam coram Papa, vel principe, seu de eorum ordinaria potestate, licèt benè admittatur de potestate absoluta, & cum clausula, non obstante, &c. nu. 8.

Procurator in criminalibus non admittitur, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam procedatur per viam inquisitionis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 9. & num. 10. vbi, quòd nec etiam ex parte inquirentis admittitur Procurator.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd procedatur per viam denuntiationis de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, num. 11. & 12. Vbi quod nec etiam admittitur Procurator ex parte denunciantis.

Procurator in criminalibus causis non admittitur, nec ante litem contestatam, nec post, num. 13. Licèt alij contra, num. 14.

Procurator in causis criminalibus nec etiam admittitur pro minore inquisito, sed an iusto casu admittatur Tutori, seu Curator, num. 15. & sequentibus.

Minor de delicto inquisitus, & ad comparendum citatus an possit per Procuratorem comparere, num. 15. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur non solum in publicis delictis, sed nec etiam in priuatis, si eorum pœna est a relegatione supra, numero 20.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam quòd agatur de pœna corporali leui, num. 21. Vbi ponitur exemplum in pœna fustigationis, & num. 22. Vbi ponitur exemplum in pœna mitræ.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, num. 23. Declara, vt num. 26. & seqq.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de crimine iniuriarum, num. 24. Declara, vt num. 25.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria originaliter, secus si accidentaliter, nu. 26. Vbi exemplificatur, quando pœna dicatur arbitraria origine, & quando ex accidenti. Declara hanc conclusionem, vt num. 27.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando in monitorio contra inquisitum relaxato est comminata pœna arbitraria, num. 27.

Procurator, quòd in criminalibus non admittitur, quando pœna est arbitraria, vt supra, intelligitur si pro delicto, de quo quis inquiritur, consuetum est imponi pœnam corporalem, aliàs secus, num. 28.

Procurator in criminalibus admittitur, quando agitur de delicto leui, etiam quòd pœna sit arbitraria, num. 29.

Procurator in criminalibus admittitur, etiam quòd pœna sit arbitraria, quando Iudex in monitorio non nisi pœnam corporalem comminatus est, num. 30. & seqq. vbi de materia.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando à lege, vel à Statuto alternatiuè imposita est pœna corporalis, aut pecuniaria, num. 32. Et quid, si in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, numero 34. Quid, si electio est accusatoris, num. 35. Quid, si electio est Rei, num. 36. & seq. Et quid si lex, seu Statutum pro delicto imponi aliquam pœnam corporalem, vt puta, amputationis manus, ac deinde subdat, vel alia, num. 38.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando est dubium de pœna delicti, pro quo quis inquiritur, an debeat esse corporalis, vel pecuniaria, num. 33.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo à lege, vel à Statuto imponitur copulatiuè pœna corporalis, & pecuniaria, num. 39.

Procurator in criminalibus non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna ipso iure, num. 40.

Procurator in criminalibus non admittitur, etiam in delictis quasi publicis, prout est crimen suspecti tutoris, num 41. Declara hanc conclusionem, vt num 42. & seqq.

Procurator non admittitur, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna deportationis, num. 44. Idem si de pœna damnationis in metallum, num. 45. Idem si de pœna perpetui carceris, num. 46.

pro vxore, Abbas pro Monaco, Episcopus pro Clerico, Vniuersitas pro suo Ciue, Dominus pro Vasallo, creditor pro suo debitore, & alij similes, num. 154. & seqq. vbi nu. 157.

Ampliatur etiam ad patrem Iudaum, licèt contra hanc conclusionē tenuerint aliqui relati in num. 158.

Amplia I. hanc conclusionem etiam, quòd comparentes pro suo interesse faterentur delictum producto ad hoc speciali mandato, & illud sic confessatum aliquo modo excusarent.

Amplia ij. vt multo magis admittantur comparentes pro suo interesse, non tanquam Procuratores, sed tanquam defensores, & instructores innocentia nu. 160. Immò, quòd non tanquam procuratores, sed tanquam defensores, & instructores innocentia admitti debeant, num. 161.

Amplia iij. vt multo magis admittantur ad opponendum exceptionem declinatoriam, & iudicis incompetentiam, num. 162.

Amplia iiij. non obstante Statuto prohibente aliquem comparentem audiri debere pro absente citato, & alias, vt num. 163.

Limita I. vt talis comparitio admittatur, prastita satisdatione de repræsentando reum, in casu condemnationis, alias secus, nu. 164. Contra, num. 165. De materia, num. 166.

Limita ij. vt pro suo interesse nemo audiatur comparens in contestatione litis, in tortura, & in sententia, num. 167.

Limita iij. quia filius pro patre, & vxor pro marito non admittuntur comparentes, num. 168. Contra, num. 169. & seq.

Procurator licèt non admittatur in criminalibus ad totam causam; benè tamen admittitur ad aliquos articulos, & media causa, vt puta ad producendos testes, aut quid simile, num. 171. Contra num. 172. Prima opinio potest procedere, quando sumus in casu, in quo potest contra absentem procedi. Secunda, quando non potest procedi contra absentem, num. 173. Contra, nu. 174.

Appellare pro condemnato, etiam inuito, vnusquisque potest etiam sine mandato nu. 175. Licèt alij contra, num. 176. Declara hāc conclusionem tribus modis, vt nu. 177. & seqq.

Procurator admittitur ad opponendum nullitatem sententia in contumacem lata, etiam stante Statuto prohibente in criminalib. non recipi defensiones, nisi Reo in carceribus constituto, nu. 180. & seq. Contra, num. 182.

Procurator admittitur in criminalibus ad probandum falsitatem testium examinatorum in accusatione porrecta, seu inquisitione formata contra reum absentem. num. 183. Contra, nu. 184.

Procurator admittitur in criminalibus ad allegandum vulneratum obiisse sua culpa, & ex malo regimine, num. 185.

Procurator in criminalibus admittitur ad allegandum homicidium fuisse factum ad defensionem necessariam, nu. 186.

Procurator admittitur ad allegandum, quòd delictum, de quo quis inquiritur, est impunibile, num. 187. & 188. Vbi infertur, quando allegatur maritum occidisse vxorem in adulterio deprehensum, contra, num. 189.

Procurator admittitur in criminalibus ad allegandum, & probandū, quòd ille, qui fuit occisus, erat bannitus, poteratq; propterea impunè occidi, num. 190.

Amplia I. conclusionem multo magis procedere, quando in inquisitione diceretur, quòd occisus erat bannitus, num. 191.

Amplia ij. etiam stante Statuto, quòd accusatus ad nullam defensionem admittatur, nisi personaliter compareat, nu. 192.

Amplia iij. & multo magis, quando talis exceptio allegatur ab aliquo aliquo comparente non tanquam Procuratore, sed tanquam Instructore, & defensore innocentia nu. 193.

Limita I. dummodo exceptio banni opponatur per modum declinatoria contra iudicis iurisdictionem, & ad impediēdum processum, secus si in vim peremptoria, nu. 194 & 195. Vbi declaratur, quādo talis exceptio a Statuto dicatur admissa in vim declinatoria, & quando in vim peremptoria, sublimita hanc primam limitationem, vt nu. 196.

Limita ij. vt hac banni exceptio possit proponi, si notoria sit, secus autem, si non sit notoria, nu. 197. & seqq. Vbi etiam declaratur, quando bannum dicatur notorium, & quando non.

Procurator admittitur in criminalibus in causa status, & quando agitur de pœna infamię, num. 203. Contra num. 204. & nu. 206. Distingue, vt nu. 205. & 207.

Procurator admittitur, quando agitur de pœna excommunicationis, num. 208.

Procurator an admittatur, vbi formatur inquisitio de crimine furti, num. 209.

Procurator admittitur in delictis, in quibus damnatur memoria defuncti, num 209. & nu. 210.

Procurator admittitur ad allegandum exceptiones, qua crimen, de quo agitur, non tangunt, num. 211.

Procurator admittitur ad opponendum ineptitudinē libelli, nu. 212.

Procurator admittitur ad opponendum inquisitionem, seu accusationem esse calumniosam, num. 213.

Procurator admittitur ad opponendum exceptiones declinatorias, seu dilatorias, num. 214.

Procurator admittitur ad opponendum exceptiones respicientes Iudicis iurisdictionem, incompetentiam, & inhabilitatem, nu. 215. Licèt alij contra, num. 216. Et quid stante Statuto, quòd in criminalibus Reus nō possit per Procuratorem comparere, nu. 268.

Procurator admittitur ad allegandum coram iudice laico, quòd ille, qui ab ipso citatur, est Clericus, nu. 218.

Procurator admittitur ad allegandum, quòd delictum non est commissum in Territorio Iudicis citantis, num. 219.

Procurator admittitur ad allegandum, quòd Iudex, coram quo Reus citatur, est excommunicatus, nu. 220.

Procurator admittitur ad allegandum accusatoris inhabilitatem, num. 221. Declara, vt num. 222.

Procurator potest comparere pro absente citato in ijs casibus, in quibus de iure communi, vel vigore Statutorum absens potest condemnari, n. 223. & 224. Cōtra. 225. & 226. Distingue, vt nu. 227. Contra distinctionem, nu. 228. Resolue, vt nu. 229.

Procurator in criminalibus, licèt non admittatur pro inquisito absente, admittitur tamen defensor, & instructor innocentia, nu 230. Qui quidem defensor, seu instructor nominabit Testes de facti veritate informatos, eosq; iudex examinare tenebitur, num. 231 & seq. vbi redditur ratio, Immò tanquam defensor, & instructor innocentia admittitur quilibet, etiam quòd non sit habilis persona ad procurandum num. 233. Etiam sine mandato. num. 234. Et etiam sine satisdatione, nu. 235. Contra pradicta, quòd sicut non admittitur Procurator in criminalibus, ita nec etiam admittatur defensor, seu instructor innocentia, nu. 236. Et quatenus sit admittendus, quòd non admittatur sine satisdatione num. 237. Quid dicendum, resolue, vt num. 238. & seqq.

Iudex ex officio nedum parte instante, tenetur facti veritatem, & rei innocentiam perquirere, nu. 232.

Procurator etiam in criminalibus admittitur parte, Fisco, aut Iudice non opponentibus, num. 242. Contra, nu. 243. Resolue, vt nu. 244. & seq. vbi etiam quid in accusatore.

Procurator nunquam admittitur in criminalibus, etiam in casibus à iure permissis, quando Iudex dicit se velle præsentiam Rei ad effectum illum examinandi, quo vultu, etc. tanquam magis informatus respondeat, num. 246. & licèt aliqui teneant contra relati, num. 247. Non est tamen recedendum a prima opinione, præsertim si iudex diceret, quòd vigore inditiorum intendit Reum torquere, num. 248.

Limita i. quando comparens pro absente citato non negat delictum, sed illud fatendo, delinquentem excusat, num. 249. Declara limitationem, vt nu. 250.

Limita ij. quando quis comparet pro absente, non tanquam Procurator, sed tanquam instructor, & defensor innocentia, num. 251. & 253. Licèt alij contra, num. 252.

Limita iij. dummodo subsistit iusta causa requirendi præsentiam Rei, secus si aliter, num. 254. vbi declaratur, qua in proposito dicatur iusta causa.

Limita iiij. Id quòd dictum est de tortura, vt procedat, dummodo adsint inditia, aliter secus, num. 255.

Procurator in criminalibus nunquam admittitur sine speciali mandato, num. 256.

Limita in tribus casibus, vt num. 257. Et nihilominus si de mandato comparentis dubitetur, admittitur procurator cum cautione de rato, num. 258.

Procurator in criminalibus nunquam admittitur sine satisdatione de soluendo iudicatum, & de repræsentando Reum, num. 259. Contra, num. 260.

Procurator in criminalibus nunquam admittitur etiam in casibus a iure permissis, quando Statutum, seu constitutio expresse contrarium disponit, num. 261.

Limita i. quia non per hoc comparens prohibetur implorare officium Iudicis, num. 262. & 264. licèt alij contra, num. 263.

Limita ij. quia isto casu licèt non admittatur procurator, benè tamen admit-

admittitur defensor, & instructor innocentiæ, num. 265. & nu. 267. Licèt alij contra, num. 266. Limita iij. quia non per comparens, prohibetur opponere exceptionem incompetentiæ, num. 268. Contra, num. 269. Resolue, vt num. 270. & seq. Limita iiij. in comparente, & allegante occisum potuisse impunè offendi, tanquam bannitum, num. 272. Limita v. in allegante causas absentiæ, et impedimenti, nu. 273. Limita vi. in Patre comparente pro filio, pro suo interesse, nu. 274. Iis inquam omnibus casibus admittitur, quis comparendo pro absente, etiam contradicente Statuto, seu constitutione, vt supra.

QVÆST. XCIX. PARS I.



PROSEQVENDO generaliter criminalē materiam, quàm (prout alias me pollicitum fuisse memini) nunc, & antequam delictorū ac criminum species aggrediar, omnino perficere intendo; Titulum hūc de varijs, ac diuersis quæst. subnectere proposui, vt in eo facilè supplere possim, si quid iam scriptis, quod ad eandem criminalem materiam generaliter spectet, deesse perspexerim. Et quia in primis dum formatur inquisitio contra absentem, isq; ad respondendum inquisitioni, seu ad se personaliter excusandum citatur, ac monetur, comparent, vt plurimum, ad illius defensionem procuratores, quærentes, & instantes in causa pro eodem Reo admitti, Fiscus autē replicat eos non audiendos, attento, quòd causa est criminalis (Quæ quidem materia commodiori forsan loco supra, videlicet in titulo de inquisit. explicari potuisset, sed non omnia à principio aduerti possunt) Idcirco quid iuris in ista altercatione resoluendum sit ad præsens verba futurus.

1 REGVLAM constituo negatiuam, quòd scilicet in publicis iudicijs, pœnisq; capitalibus, & corporalibus a relegatione supra, Procurator non admittitur text. in l. 1. ff. an per alium caus. appellat. dum ibi dicitur, *sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis, per Procuratorem agi non licet*, Item tex. in l. penul. §. ad crimen. ff. de public. iudic. dū ibi dicitur, *Ad crimen Iudicij publici persequendum frustra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum*, & ibi hoc adnotauit glo. in verbo *Iudicij*, vers. item alia ratione, Bart. in summario ante num. 1. & num. 4. in fine, vers. sed quando imponitur pœna afflictiua in corpus. Alberic. nu. 13. in fin. vers. Item quid si pro crimine, & num. 16. vers. primo casu, Ang. num. 4. Imol. num. 7. & in primo notab. & post num. 20. col. 14. in fine, vers. secundo casu, & col. 15. in princ. vers. si autem venit imponenda pœna corporis afflictiua, & num. 21. in primis verbis, Bened. de Plub. nu. 1. in primo notab. & nu. 24. & 27. & Rub. Alexandr. nume. 16. & sequentibus, vbi benè respondet rationibus, quæ aduersus hanc regulam dubitationis causa afferuntur, & num. 42. in primo notab. gloss. in l. seruum quoque. §. publicè, in verbo *datur*, in prin. vers. si in primo dic. ff. de procurat. & ibi Bart. in princ. in prima oppos. Alberic. nu. 5. vers. secundum genus causarum, & nu. 16. vers. secus in afflictiuis, & num. 25. post med. versic. de secundo genere. Odofred. col. 1. in princ. vers. secundo dicitur, & col. 2. num. 3. Ang. nu. 3. vers. ad plenam autem defensionem, & num. 6. vers. Vnde ex prædictis. Paul. de Castr. num. 7. vers. secūdo fuit, & vers. quarta fuit opinio, & num. 8. ad finem, versic. item quando. Cyn. in l. reos, num. 3. vers. si est imponenda pœna supra relegationem. C. de accusat. & ibi etiā Alberic. num. 3. vers. secundo casu. Odofred. post num. 2. vers. sed accusatus de crimine capitali, & num. 3. versic. sunt etiam quæstiones criminales. Bal. ante num. 1. & 11. vers. ex prædictis nota. Ang. num. 1. in princ. & iterum infra, in vers. Ad plenariam autem defensionem, Et de Iure Canonico habemus text. in cap. veniens, de accusat. dum ibi dicitur, *Nec Procuratores eius in causa possimus recipere criminali*, & ibi gloss. in verbo *criminali*, in princip. Hostiens. num. 2. in fin. in eodem verbo *criminali*, Card. Zabar. num. 4. & 9. vers. primo casu, & vers. si autem imponenda est pœna. Anton. de Butr. num. 12. in princip. vers. quoniam regulariter non admittitur, col. 2. in fine, & d. num. 12. col. 3. post princ. vers. in criminalibus a relegatione supra. Abb. num. 17. in fine. Vbi quòd ita tenēt omnes, Marian. vbi quod hæc est communis Doctorum opinio. Item in eodem Iure Canonico habemus alium text. in c. in criminalibus 5. quæst. 3. dum ibi dicitur, *In criminalibus causis, nec accusator, nisi per se aliquem accusare potest, nec accusatus per aliam personam se defendere permittitur*. Item est text. in cap. si quando 2. quæst. 6. Vbi dicitur. *Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit. Non per exploratores, sed per se ipsos est agendum*. & ibi glos. magna, in verbo *regulare est*, Archid. in c. criminalibus, num. 1. vers. primum capitale 5. quæst. 3. Addo pro hac eadem regula Gandin. in titulo vtrum procurator, &c. num. 1. vers. In aliis autem grauioribus. Ang. de malef. in verbo, *Qui D. Iudex videns, &c.* nu. 15. in principio, & num. 16. vers. secus autem si esset imponenda pœna corporalis. Socin. reg. 322. in principio. Cæpoll. cons. 20. num. 5. & cons. 45. num. 2. vers. nam licet regulariter, & cons. 46. sub num. 1. & cons. 52. num. 2. & cons. 53. num. 1. vers. si verò veniret imponenda maior pœna, & cons. 54. num. 2. & cons. 72. num. 8. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 1. Blanc. in pract. crimin. §. verum quia, nu. 18. & seqq. vbi proponit contraria, & rationes dubitandi, illasquè resoluit fol. mihi 16. num. 17. Nouell. in tract. ad defen. in princ. num. 10. vers. secundo casu, & post finem dicti tractatus in prin. fol. mihi 170. Iodoc. in pract. cri. cap. 23. rub. de comparit. num. 1. & cap. 24. rubr. de procurat. num. 1. & num. 3. Vant. in tract. de nulli. tit. de nullit. ex defect. inhabil. seu manda. num. 176. Cyrill. in summa crimin. rub. 10. de procurat. num. 1. in princ. fol. mihi 50. col. 1. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 2. fol. 261. & num. 4. fol. 262. vbi testatur de vera, & cōmuni opinione. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 12. vbi de communi, Cla. in pract. §. fin. quæst. 32. nu. 1. in prin. & num. 3. vers. ex hac autem ratione. Gabriel. lib. 7. conclus. 9. num. 1. Viu. opin. 649. num. 1. Vbi quòd ita alias ipse iudicauit Rolan. cons. 47. num. 7. lib. 3. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 1. & num. 4. Montic. reg. 13. num. 1. Bonacoss. in commun. opin. crimin. par. 1. verbo *procurator*, il primo, in princ. folio mihi 138. col. 2. in fine. Andr. Gayl. de pac. publ. c. 10. n. 1. Vbi quòd hæc est communis conclusio. Bertazzol. consil. 422. num. 11. Sigismun. Sccac. in tract. de iudic. caus. ciuil. & criminal. cap. 101. num. 44. vers. si de accusato, fol. 245. col. 1. in fine. Vbi quòd hæc regula procedit indistinctè, tàm de iure communi, quàm de consuetudine.

2 Rationes propositæ regulæ plures afferuntur per Doctores, de quarum veritate si singulariter differere vellē, multa opus esset scriptura. Ideo pro nunc sufficiat Lectorem remittere ad Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 18. ff. de procurat. Bart. in l. penult. §. ad crimen, num. 1. & seqq. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Ang. num. 6. ante finem. Imol. num. 23. Fulgos. num. 1. in primo notab. & num. seq. Bened. de Plumb. num. 41. & seq. & Rub. Alexand. num. 26. & sequentibus, vsque ad num. 42. Ang. in l. Reos, num 8. C. de accusat. & ibi etiam Salycet. num. 12. 13. & 14. Cardin. Zabar. in eod. cap. veniens, nu. 10. extr. de accusatio, & ibi etiam Ant. de Butr. num. 12. col. 3. post med. vers. ad primum, & col. 4. per totum. Ant. num. 58. & sequentibus, vsque ad num. 65. vbi latissimè Marian. Soc. num. 29. & sequentibus, vsque ad num. 36. vbi etiam latè Gandin. in tit. vtrum Procurator, &c. num. 1. vers. & est ratio. Cæpoll. cons. crimin. 45. num. 1. vers. & ad hoc probandum, & num. 2. & num. 7. cons. 47. nu. 2 & 3. in prin. Blanc. in pract. crim. §. verum, quia, num. 22. & seqq. folio mihi 16 & 17. Nouell. in tract. de defens. in princ. num. 7. & 8. Iodoc. in pract. crim. cap 23. rubr. de comparitione, num. 1. & sequentibus, Pract. Corrad. rub. de comparitione inquisit. num. 3. fol. 262. Anto. Gomez. de delict. cap. 1. num. 12. vers. & si quæras, quæ sit ratio. Clar. in pract. §. final. quæst. 32. num. 3. vers. ratio autem. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 2. & 3. Monticell. reg. 13. num. 2. & ex omnibus rationibus, quas in proposito Doctores considerant, ea magis communiter recepta est, ne scili-

ſcilicet iudicia reddantur eluſoria, dum abſentes condemnantur, & contra eos non poſſet fieri exequutio; ſi enim abſens per Procuratorem audiretur, vnuſquiſque illum ad mitteret abſque eo, quòd perſonaliter compareret, dubitans de exequutione ſententiæ, ſi condemnaretur, & ideo ne maleficia remaneant impunita, procurator repellitur. Andr. Gayl. de pace publica, lib. 1. capit. 10. nume. 2. & ſeq.

3 AMPLIA I. propoſitam regulam, vt procedat non ſolum in accuſato, ſed etiam in accuſatore, quem nec pariter poſſe in criminali iudicio per procuratorem comparere, probat tex. in l. 1. in fine. ff. an per alium cauſ. appellat. in illis verbis, *Idemquè erit probandum, & in ipſo accuſatore* iuncto verſ. præcedenti incipien. *ſin autem*. Item text. in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. dum ibi dicitur, Ad crimen iudicij publici perſequendum fruſtra procurator interuenit, & ibi hoc adnotarunt gloſſ. in verbo *Iudicij*, & in verbo *Procurator*, Ang. in ſummario. Imol. num. 6. in fine. Bened. de Plumb. num. 1. in primo notab. & num. 50 & Rub. Alexandr. nu. 48. Alberic. in l. reos, num. 6. C. de accuſat. vbi ampliat, ſiue pœna excedat relegationem, ſiue non, quando crimen eſt publicum. Alberic. in d. §. publicè num. 18. verſ. ſed illæ rationes. ff. de procurat. & ibidem num. 25. poſt med. verſ. de ſecundo genere. Ang. ibidem col. final. in princ. verſ. ex parte accuſatoris. Paul. de Caſt. num. 12. vbi amplius, quòd ex parte accuſatoris non admittitur procurator, etiam quòd agatur de pœna pecuniaria, niſi proſequatur proprium intereſſe, & ſic maior eſt prohibitio ex parte accuſatoris, quam accuſati, & in iure Canonico habemus tex. in cap. in criminalibus 5. quæſt. 3. Dum ibi dicitur in criminalibus cauſis nec accuſator, niſi per ſe aliquem accuſare poteſt, & in c. abſens 3. q. 9. dum pariter ibi dicitur. Abſens per alium accuſari, aut accuſare non poteſt, gloſſ. in cap. veniens, in verbo *criminali*, extr. de accuſat. & ibi etiam Hoſtien. num. 2. in fine, in eodem verbo, *criminali*, Anchar. num. 17. Abb. in ſummario. Maria. Socin. num. 154. & ſequentibus, vſque ad num. 158. vbi pluribus defendit, quòd in criminalibus accuſator nõ poteſt proponere querelam, ſeu libellum per procuratorem, ſed debet ipſemet perſonaliter comparere. Gandin. in titu. vtrum Procurator, &c. num. 10. Socin. reg. 322. in prin. Cępoll. conſ. 10. num. 5. Iul. Scarlatin. conſ. crimin. diuerſ. 118. num. 4. lib. 1. Blanc. in pract. crim. in §. verum, quia, num. 9. & ſequentibus, fol. mihi 15. & 16. Vant. in tit. de nullitat. & defect. inhabilit. ſeu mandat. num. 176. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquiſit. num. 2. in prima ampliatione. fol. 261. Boſſ. in tit. An in criminali iudicio nu. 1. verſ. prima igitur eſt concluſio. Ant. Gomez. de delict. cap. 17. num. 12. vbi de communi, Menoch. de arbit. quæſt. lib. 1. quæſt. 79. num. 2. Vbi teſtatur hoc eſſe conſtitutiſſimum apud omnes, Gabr. lib. 7. concl. 9. num. 3. Monticell. reg. crim. 13. nu. 12.

4 Rationes propoſitæ ampliationis ponuntur per Alberic. in l. ſeruum quoque. §. publicè, num. 18. verſ. ſed ille rationes, ff. de procurat. Bart. in l. penult. §. ad crimen, ſub num. 1. & 2. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Ang. num. 22. ante finem, verſ. ex parte autem accuſatoris, & ibi etiam Rub. Alexandrin. num. 6. & 26. & ſeq. Ang. in l. reos, num. 8. in fine. C. de accuſat. & ibi etiam Salycet. num. 12. verſ. & idem dicunt ex parte accuſatoris, & nu. 13. in fine, verſic. ex parte verò accuſatoris. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 36. & ſeq. ext. de accuſat. Blanc. in pract. crimin. §. verum quia, num. 11. & ſequentibus, fol. mihi 15. & 16. Menoch. de arbitr. quæſtion. lib. 1. quæſt. 79. num. 3. & ſeqq. Sigiſmund. Scacc. in tracta. de iudic. cauſar. ciuil. & crimin. cap. 101. num. 44. poſt princ. verſ. ſi de accuſatore. Vbi quòd de iure communi hæc ampliatio crebrius recepta eſt.

5 Verùm, quando hæc limitatio vera ſit, & quando non, vide plures declarationes per Ang. in l. penul. §. ad crimen num. 4. verſ. ſecundo fallit. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Bened. num. 44 & num. 50. & Rub. Alexandrin. num. 6. & ſeqq. & num. 66. & 67. Alberic. in l. reos, num. 6. C. de accuſat. gloſſ. Cyn. Bart. Bald. Alberic. Ang. & Salycet. in l. quamuis indubitati. C. de adulter. Abb. in cap. veniens, num. 20. in fine, extr. de accuſat. Aret. ibidem nu. 15. & ſequentibus, & num. 72. Felyn. in cap. meminimus num. 8. in fine, verſ. Item adde, quòd denũcians, extr. de accuſat. Vbi quod licèt accuſator non admittitur per procuratorem, admittitur tamen denuncians crimen alicuius, vt puniatur, quia hoc poteſt facere per procuratorem, ex Marian. quem allegat in repet. cap. qualiter, & quando il 2. eodem titulo de accuſat. Marian. de ord. iudic. part. 4. in princ. diſtinct. 1. num. 41. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. quæſt. 79. num. 6. & omnibus ſequentibus, vbi diſtinguit quatuor caſus.

6 Et quicquid de iure controuertatur, apud nos in practica hæc ampliatio non recipitur, quia ad accuſandum vnuſquiſque nomine alterius admittitur, dummodo ad id habeat ſpeciale mandatum; Nec diſſentit Clar. in pract. §. fin. q. 14. num. 22. verſ. item quæro nunquid, & q. 32. verſ. ratio autem, num. 3. & verſ. quæro nunquid, num. 22. vbi dixit, quod quicquid ſit de iure. Ita ſeruatur in practica, ex Carauit. quem allegat ſuper ritu magnæ Curiæ 108. num. 3. in fine, & huius practicæ rationem reddit, quia hodie etiam pœna tallionis non eſt in vſu, & ideo ceſſat id, quòd dicebatur, accuſatorem non poſſe per procuratorem accuſare, quia iudicium redderetur eluſorium in caſu, in quo ipſe de calumnia ad dictam tallionis pœnã eſſet condemnandus, vt ibi per Clar. qui tamen vnum ſolum caſum excipit, in quo exiſtimat, accuſatorem non poſſe per procuratorem accuſare, quem ibi per eum videas, & Clarum referendo ſequitur Andr. Gayl. de pace public. lib. 1. cap. 10. poſt num. 7. & ita etiam teſtatur Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. cap. 101. num. 44. verſic. ſi de conſuetudine, fol. 245. col. prima, in fine.

7 AMPLIA II. Vt pro abſente citato in cauſis capitalibus nec etiam admittantur coniunctæ perſonæ, ſecundum Cœpoll. conſil. 20. num. 7. & ſequentibus, vbi quod ita ſeruatur Bartholom. de Valmarin. conſil. crimin. 69. num. 24. & ſequentibus, lib. primo. Petraſanct. ſing. 63. incip. ferè per totam Italiam, num. 1. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquiſit. num. 2. in fine, in quinta ampliatione, fol. 292. & Iaſ. quem allegat in l. 2. num. 3. C. de procurat. Gabr. lib. 7. concluſ. 9. num. 2. in prima ampliatione. Monticel. reg. crimin. 13. num. 15. Quid de vxore, & filio comparentibus pro marito, & patre, & è contra, vide infra hac eadem quæſt. num. 154. & ſequentibus.

8 AMPLIA III. vt nec procurator admittatur ad plenariam defenſionem rei inquiſiti, coram Papa, vel Principe, vel de eius ordinaria poteſtate, licèt benè admittatur de abſoluta poteſtate, & cum clauſula *non obſtante, &c.* ſpecialiter derogante Iuribus prohibentibus hanc procuratoris admiſſionem, ſecundum Ang. in l. penult. §. ad crimen, num. 4. ff. de publ. iudic. vbi dicit procuratorem non poſſe comparere, non ſolum ſi cauſa agitetur coram Papa, vel Imperatore, aut eorum Delegato, niſi is ex abſoluta poteſtate admittatur, ſed quòd nec etiã poteſt cõparere, ſi per reſcriptum Principis detur Reo poteſtas conſtituendi talem procuratorem, niſi in reſcripto adſit clauſula derogatoria, non obſtante lege, Ad quæ vide ad idem Imol. num. 21. & Rub. Alexandri. num. 62. & 63. (vbi tamen cogitandum relinquit) Socin. regula 322. in. 3. fallen. Marſil in pract. §. ſequitur, num. 16. & 17. Nouell. poſt tractat. ad defen. in vigeſima ampliatione, fol. mihi 172. Practic. Corrad. rubr. de comparit. inquiſit. nume. 6. in quarta limitatione, folio 263. Gabr. lib. 7. concl. 9. num. 11. & ſeq. vbi propterea quòd nihilominus poteſt hoc facere delegatus, & quòd non valet reſcriptum, quòd procurator iſto caſu poſſit interuenire, & num. 33. in tertia limitatione, vbi tamen quod ex Principis gratia admittitur procurator in cauſa capitali. Bonacoſſ. in commun. opin. par. 1. verbo *procurator*, il primo, folio mihi 139. colum. 1. verſ. & coram Principe. Adrian. Gayl. de pac. public. lib. 1. c. 10. num. 17. Baiard. ad Clar. queſt. 32. num. 1. Ex quibus hanc ampliationem communiter a Doctoribus receptam eſſe negari non poteſt.

9 AMPLIA IIII. vt de iure ciuili (quicquid ſecus dicatur

tur de iure Canonico) procurator in causis criminalibus interuenire non possit, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis.

Probatur hæc distinctio per Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 16. in fine, vers. Item secundum Canonistas ff. de procurat. post Speculat. & Hostien. in locis per eum relatis, & num. 25. ad finem, vers. si autem in crimine. Ang. col. fin. vers. item habet locum. Alberi. in l. penul. §. ad crimen, num. 2. ff. de publ. iudic. & ibi etiã Rub. Alexandrin. num. 64. & num. 107. vbi contrariam opinionem tenet, quod nec etiam de iure canonico possit procurator comparere, quando agitur per viam inquisitionis ad naturalem pœnam delicti, Alberic. in l. Reos, num. 11. in fine, C. de accusat. & ibi etiam Bald. nu. 41. Cardin. Zabar. in cap. veniens, num. 8. in fine, col. 3. in fine, vers. & quotiescunque proceditur per inquisitionem, & num. 9. colum. 4. in princ. vers. vel dicimus, & num. 10. in fine, & num. 11. colum. fin. vbi quod nec etiam de iure canonico isto casu admittitur procurator, extra de accusat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 16. versic. si super crimine proceditur per viam inquisitionis, vbi quòd nec etiam de iure canonico admittitur procurator in criminibus, exceptis in quibus est eadem pœna accusationis, & inquisitionis, de quibus in cap. inquisitionis, extra eodem. Quòd, & idem voluit ibidem Anan. num. 17. & Marian. Socin. num. 277. & seqq. vbi etiam dicit, quòd non admittitur procurator de iure canonico, quando proceditur per inquisitionem, & sumus in casu, in quo esset imponenda talis pœna, propter quàm si procederetur per viam accusationis, pariter procurator non posset interuenire. Socin. regu. 322. in prima fallent. Cæpoll. cons. crim. 72. num. 7. vers. sed in casu nostro, & num. 12. in fine, & per totum in discursu. Vbi propterea infert ad Clericum primæ tonsuræ inquisitum, pro simplici homicidio, dicitque, eum posse per procuratorem comparere, eo quia pro tali crimine de iure canonico, quando agitur per inquisitionem non imponitur pœna a relegatione supra, refert, & sequitur Hier. Giaccard. in addition. ad Clar. in pract. §. final. q. 32. litt. A, in fine. Rota decis. 35. num. 2. de procurat. in nouis, vbi quòd admittitur procurator in causa inquisitionis, quando agitur de crimine non impediente ordinis exequutionem, secus verò si de crimine ordinis exequutionem impediente, iuxta text. in d. cap. inquisitionis. Blanc. in pract. crimin. §. verum, quia num. 67. & seq. fol. mihi 25. & benè materiam declarat. Nouell. post tract. ad defens. num. 3. fol. mihi 170. in tertia ampliatione, & ibidem fol. 176. in vigesimaterma fallent. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. numer. 6. in secunda limitatione, fol. 263.

Vbi quòd nunquam admittitur procurator, siue procedatur per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis, quia semper obstat ratio prohibitiua admissionis procuratoris, & quòd ita seruatur de consuetudine. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 23. & sequentibus, vbi refert Doctores tenentes, pro, & contra, postea affert duas distinctiones, quas ibi videas.

10 Et hæc ampliatio in tantum procedit, vt nec procurator admittatur ex parte inquirentis, secundum Rub. Alexandrin. in l penult. §. ad crimen, num. 7. ff. de publ. iudic. Vbi testatur de crebriori, & solidiori sententia, cum Alberic. in loco per eum citato.

11 AMPLIA VI. vt nec procurator admittatur, quando proceditur per viam denunciationis de iure ciuili, secus autem de iure canonico. Alberic. in l. seruum quoque §. publicè, num. 17. & 25. in fine, vers. si autem in crimine ff. de procur. post Archid. Card. & omnes, in cap. 1. de iudic. in 6. Idem Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 2. vers. Idem etiam, si agatur per viam denunciationis. ff. de public. iudic. Alberic. in l. Reos, num. 11. in fine, C. de accusat. Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 16. in fine, colum. 5 in fine. vers. si verò deducitur per viam denunciationis, extra de accusat. Marian. ibidem num. 282. & seq. vbi dixit in proposito, quatuor esse species denunciationis, in quibus nunquam videtur denunciatorem de iure canonico denunciare ad finem impediendi pœnam naturalem delicti, sed si daretur casus, in quo esset imponenda pœna; in qua de sui natura procurator non admitteretur per viam accusationis, tunc nec etiam admitteretur de iure canonico, si ageretur per viam denunciationis. Socin. reg. 322. in prima fallen. Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 69. & seqq. Vbi benè materiam declarat.

12 Et hæc ampliatio pariter procedit, vt nec procurator admittatur ex parte denunciationis, secundum Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen num. 7. ff. de publ. iudic. Vbi testatur de crebriore, & solidiore sententia cum Alberic. in loco per eum citato, cuius contrarium voluisse videtur Gabr. lib. 7. concl. 9. num. 4. post Marian. Imol. & Felyn. in locis per eum relatis.

13 AMPLIA VI. Vt in causis capitalibus procurator nõ admittatur, non solum ante litem contestatam, sed nec etiam post secundum gloss. in l. seruum quoque. §. publicè, in verbo *datur*, versic. Item prædicta regula, ff. de procurat. & ibi etiam Alberic. num. 25. post med. vers. De secundo genere. Odofred. num. 1. in fine colum. 2. ante med. vers. ad solutionem. Fulgos. num. 5. vers. in eadem, il primo. Idem Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 16. vers. si publici, iuncto vers. Ratio autem diuersitatis. ff. de public. iudic. & ibi etiam Imol. ante finem.

* Vbi quòd ita communiter tenetur, Bened. de Plumb. num. 11. in quinta opposit. & Rub. Alexandrin. num. 170.
* Vbi testatur de communi. Est alia gloss. in l. reos, in verbo, *per Procuratorem*, in princ. C. de accusat. & ibi hoc idem adnotarunt Cyn. num. 1. vers. alio modo soluunt, idem Alberic. num. 1. Odofred. num. 1. in fine, & num. 2. Bal. in princ. in prima oppos. & Salycet. num. 8. & seq. in octaua opposit. colum. mihi 4. gloss. in cap. veniens, in verbo *criminali*, ad finem, vers. Melendus dixit, extra de accusat. & ibi etiam Hostiens. post num. 3. Abb. Antiq. num. 1. in fine, vers. & vbi dicit. Card. Zabar. colum. 2. in fine, in decima opposit. Ant. de Butr. num. 12. in prin. columm 2. in fine, vers. Martinus tamen, vbi singulariter ponuntur, & reprobantur rationes contrariæ opinionis, Anan. num. 21. in fine, vers. in eadem gloss. Vbi quòd opinio Melendi contraria communiter reprobatur, & idem
* dixit Marian. Socin. ibidem num. 131. & seq. Gandin. in tit. Vtrum procurator, &c. num. 10. post med. vers. D. autem Martinus. Cæpoll. cons. crim. 47. post num. 3. & sequentibus. Iodoc. in pract. crim. cap. 24. rubr. de procur. nu 5. in fine, vers. Nonnulli dicunt.

14 Quamuis contrarium tenuerit Innocent. in cap. veniens num. 1. vers. fateor tamen de accusat. Vbi dicit quòd tam in ciuilibus, quam in criminalibus causis, post litem contestatam antequam Iudex condemnet indefensum, siue ex contumacia, siue propria voluntate absentem, quemlibet admittit iura suæ causæ allegantem, etiam minorem, & fortè infamem.

15 AMPLIA VII. Vt in causis capitalibus, nec Tutor, seu Curator admittantur pro minore absente citato, sed vna cum ipso Tutore, seu Curatore debeat etiam venire principalis persona ipsius minoris, secundum Bal. in l. Reos, num. 26. C. de accusat. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 145. & sequentibus, extr. de accusat. Marsil. in practic. §. sequitur, num. 5. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæstio. 80. num. 66. Bertazz. cons. 422. post num. 11. & Decian. quem allegat in cons. 18. num. 178. 200. & seq. lib. 1. Baiard. ad Clar. quæst. 32. num. 3. Ex quibus crederem, hanc ampliationem posse dici communiter receptam.

16 Quamuis contrarium, quòd immò Tutor possit etiam comparere pro suo minore, & ipsum defendere, voluisse sic videatur, Anton. Gomez. de delict. cap. 1. num. 12. versic. nisi sit Tutor; Et vide ad materiam, quæ dixi supra in part. prima, in tit. de inquisit. quæst. 11. num. 26. & sequentibus.

17 Verum hęc ampliatio recipit tres declarationes, quarũ prima est, vt procedat in minore pubere, ac talis ætatis, vt puniri possit, habeatquè aliquem intellectum, quòd quando sit, dixi suo loco, in titu. de pœn. temperandis, quæst.

quæst. secus autem in infante, qui si forsan contigerit citari, cum per se non possit in iudicio comparere, crederem sine dubio, pro eo tutorem esse admittendum, ex trad. per Marian. Socin. in d. cap. veniens sub num. 245. & sequentibus, extr. de accusat. Et voluit Barth. Socin. reg. 322. sub 9. fallent. sequitur pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. num. 6. in decima limitatione, fol. mihi 263. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. d. quæst. 80. sub num. 66.

18 Secunda est declaratio, quia ad accusandum admittuntur Tutores, & Curatores pro minoribus, non alieno nomine, sed proprio, se ad pœnam tallionis subscribentes, prout est text. in l. 2. C. qui accus. non poss. voluit Ang. in l. reos, num. 1. col. 2. vers. quinto fallit. C. de accusat. ad quã materiam vide ibidem Bald. num. 26. Socin. reg. 322. in nona fallent. vbi quòd si pupillus est doli capax; Tunc ipse debet accusare cum consilio Tutorum, per text. quem allegat in l. 2. §. si pupillus. ff. de accusat. tutor. & in l. clarum ff. de authorit. præstand. Anton. Gomez. de delict. cap. 1. num. 12. in princip. vers. nisi sit tutor, vel curator, & vide quæ dixi in tit. de accusat. quæst. 12. num. 53. par. 1.

19 Tertia est declaratio in tutore allegante causas absentię pro suo minore inquisito, & citato ad comparendum, vt dixi infra num. 287. hic non repeto.

20 AMPLIA VIII. vt regula procedat non solum in criminibus publicis, sed etiam in priuatis, quando eorum pœna est a relegatione supra, Alberic. in l. seruum quoq; §. publicè, num. 18. vers. item quia, col. 6. in fine. ff. de procurat. vbi quòd ita tenent gloss. & Doct. per text. in l. 1. §. penult. C. vt omnes, tam ciuil. quam crimin. & in l. fi. circa princip. ibi publicum, priuatumque, &c. C. vbi Senator, vel Clariss. Idem Alberic. ibidem num. 25. post med. vers. de secundo genere, Ang. col. fin. num. 6. vers. ex parte Rei. Paul. de Castr. post num. 7. vers. prima fuit gloss. in l. 1. in verbo *ignominia*, vers. in criminibus verò publicis, vel priuatis, ff. an per alium caus. appellat. item glos. in l. penult. §. ad crimen, in verbo *Iudicij*, ff. de publ. iudic. & ibi hoc idem adnotarunt Bart. num. 11. vbi quòd ita seruat consuetudo Alberic. num. 16. vers. si priuati, iuncto vers. sed hæc distinctio, & num. 22. Imol. num. 10. vers. in glo. prima, vbi quòd in hoc opinio gloss. communiter tenetur, reprobata opinione Ang. contrarium tenentis. Fulgos. num. 4. ad med. vers. in priuatis verò. Bened. de Plumb. num. 1. vers. venio ad apparatum, & num. 2. & seq. vbi quòd ita communiter tenent Doctores eo loci, & vbi què & Rub. Alexandrin. num. 10. in fine, vers. tertio permittendum, vbi de communi, & sub num. 44. vers. sed tu aduerte, & in vers. prima ergo, & nu. 121. & sequentibus, vsque ad num. 124. vbi benè comprobat, & respondet cõtrarijs, & etiam dicit ab ista communi opinione, non esse recedendum, Cyn. in l. reos, num. 4. C. de accusat. & ibi etiam Alberic. num. 8. Ang. num. 2. col. 2. in fine, versic. ex hoc concludo, & Salycet. num. 18. Abb. in cap. veniens, sub num. 18. extra de accusat. Marian. ibidem num. 46. & sequentibus, vsque ad num. 50. vbi licèt multa hincinde, & forsan etiam extra materiam adducat, ab hac tamen opinione, tanquam communi in consulendo, & iudicando minimè recedendum esse affirmare videtur, Ang. de malef. in verbo, *Qui D. Iudex videns, &c.* num. 17. vers. Sed ego, vbi testatur, se nunquam vidisse admitti procuratorem, quando pœna est corporis afflictiua siue crimen sit publicum, siue priuatum. Nouell. post tract. ad defens. num. 1. fol. mihi 170. Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat. num. 1. fol. mihi 50. colum. 2. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 1. in fine, in sexta ampliatione, & num. 5. pariter in fine, fol. mihi 262. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 1. vers. prima igitur est cõclusio, vbi testatur de communi opinione, a qua in iudicando, & consulendo non est recedendum. Anton. Gom. de delict. cap. 1. num. 12. vbi de communi, Clar. in pract. §. fin. quæst. 32. num. 2. vers. & hæc conclusio, vbi etiam de communi, Gabriel. lib. 7. concl. 9. num. 7. in quarta ampliatione. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. nu. 11. vbi de communi, & Rub. Alexandrin. in loco præcitato, Monticell. regul. 13. num. 4. Bonacoss. in communi opinione criminal. parte prima, verbo *Procurator*, il primo, in princip. fol. mihi 138. colum. 3. in principio. vbi de communi, Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. cap. 10. post num. 7.

21 AMPLIA IX. vt nec Procurator interuenire possit etiam, quod agatur de pœna corporali leui, prout est ictus fustium, seu fustigatio, secundum Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 16. vers. secus in afflictiuis. ff. de procurat. & ibi etiam Ang. num. 6. vers. vnde ex prędictis. Fulgos. num. 11. colum. 3. in fine. Paul. de Castr. num. 7. vers. quarta fuit opinio, Bartol. in l. penult. §. ad crimen, num. 4. in fine, vers. sed quando. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Rub. Alexandrin. num. 152. Anton. de Butr. in cap. veniens, num. 12. colum. 4. ante med. vers. & si venit aliqua pœna, extr. de accusat. & ibi etiam Anchar. post num. 15. Abb. post num. 19. vers. Idem si ictus fustium. Anan. num. 17. ad finem. Marian. numer. 73. vbi quod hæc est communis Doctorum opinio, Cæpoll. cons. crim. 53. num. 5. vers. si verò. Clar. in pract. §. final. q. 32. num. 3. vers. ex hac autem ratione, vbi de communi, Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 8. in quinta ampliatione. Monticell. reg. 13. num. 6. Bonacoss. in communi opinio. crimin. par. prima, verbo *Procurator*, il primo, folio mihi 138. col. 3. vers. amplia in criminibus.

22 Et hinc pariter Procuratorem interuenire non posse, vbi agitur de pœna mitræ. Non quia corporalis sit, sed quia requirit præsentiam personæ, ne iudicium reddatur elusorium, voluit Paul. de Castr. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 8. vers. mihi videtur. ff. de procurato. Menoch. de arbitrar. quęstion. libro primo. quæst. 80. numer. 41. vbi allegat Zabarell. cons. 94. & Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 135. num. 4. dicentes hanc mitræ pœnam esse corporalem, sed quatenus etiam corporalis non esset; adhuc tamen procurator non est admittendus, ex eo, quòd principaliter infamiam irrogat, vt dixi infra num. 203. & benè aduertit Menoch. in loco præcitato.

23 AMPLIA X. regulam non solum procedere, quando agitur de pœna corporali absolutè, sed quando etiam potest esse corporalis arbitrio Iudicis, In pœnis enim arbitrarijs, quæ scilicet possunt esse, & corporales, & pecuniariæ; Procuratorem non esse admittendum, scripserunt Ang. in l. penult. §. ad crimen, num. 6. vers. vbi autem ff. de publ. iudic. & ibi etiam Rub. Alexandrin. num. 59. & 181. Bald. in l. reos, nu. 8. C. de accusat. & ibi etiam Ang. num. 2. ad finem, versicul. Idem dicam, vbi pœna est arbitraria. Marian. Socin. in c. veniens, nume. 82. extr. de accusat. Maran. de ordin. iudic. parte quarta. in princip. distinct. prima, nu. 35. & sequentib. Barth. de Val-Marin. cons. criminal. diuers. 69. numer. 34. libro primo. Benedict. de Barzis. cons. crimin. diuers. 92. num. 11. & 12. lib. 1. Nouell. post tractat. ad defens. in 5. ampliatione, folio mihi 172. Cyrill. in summa criminal. rubric. 10. de procurat. num. 1. folio mihi 50. volum. 3. in fine versic. in pœnis autem. Gabriel. lib. 7. conclus. 9. num. 19. Menoch. de arbitrar. quæstio. lib. 1. quæstio. 80. num. 28. & seqq.

Vbi etiam ponit exemplum in dicente pœnam æris, & personæ arbitrio Iudicis. Monticell. reg. 13. num. 5. Baiard. ad Clar. vbi supra q. 32. num. 13. & seq. post Anch. & Aym. in locis per eum relatis.

24 Et hinc est, quòd cum pro crimine iniuriarum statuta sit pœna arbitrio Iudicis, ideò in eo crimine Procuratorem non esse admittendum probat text. in l. final. ff. de iniur. Vbi dicitur speciale esse in personis Illustribus, vt Procurator pro illis audiatur in eo crimine, vt dixi infra hac eadem quæstione num. 215. Ergo in contrarium est ius commune, & voluit Bart. in l. penult. §. ad crimen, num. 4. in fine, vers. & ideo cum pro crimine iniuriarum. ff. de public. iudic. Anchatan. in cap. veniens, num. 15. vers. sed tunc dices, & ibi etiam Abb. post num. 12. extr. de accusat. Maran. vbi supra dicto num. 35.

25 Quòd vtique intelligerem, quando iniuria esset grauis & talis, vt pro ea consueuerit imponi pœna corporalis, secus si leuis, & præsertim, quando verbalis, iuxta ea, quæ dixi

dixi infra in declarationibus huius ampliationis, num.28. & 29.

16 Recipit autem hæc ampliatio quatuor notabiles declarationes, quarum prima est, vt procedat, quando pœna est arbitraria originaliter, vt puta, quia à lege non sit expressa, & determinata. Ideò per Iudicem sit determinanda, vel etiam si lex, vel statutum expresse eam remittat Iudicis arbitrio. Tunc enim benè verum est, vt non possit Procurator interuenire, secus autem, quando pœna est arbitraria, non originaliter, sed ex accidenti, vt puta, ex generali regula, quòd Iudex ex causa potest pœnas augere iuxta Tex. in l. & si seuerior. C. ex quibus cauf. infam. irrog. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs, qui not. infam. Tunc enim attenditur principalis natura delicti, & pœna, non autem accidentalis potestas, eandem pœnam augendi, ac propterea potest Procurator comparere, alioquin si aliter diceremus, sequeretur, quòd nunquam posset Procurator comparere, quia semper Iudex ex suo arbitrio, & ex iusta causa, potest pœnas augere, vt in dictis iuribus, & alias memini, me latius dixisse, ex quibus, & aliis sic limitationem prædictam firmarunt Ang. in l. seruum quoque, §. publice, col. fin. ante medium, vers. & si accusator potest aggrauari pœna. ff. de procurat. Bald. in l. reos, num.8. vers. si autem loqueretur de pœna arbitraria non originaliter, sed ex accidenti. C. de accusat. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 82. extr. de accusat. Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat. num. 1. fol. mihi 50. column. 4. in princip. vers. interdum pœna ex accidenti, &c.

17 Subdeclaranda videtur præcedens prima declaratio, vt non procedat, quando Iudex in libello inquisitionis, seù (prout hodie apud nos seruatur) in monitorio ad cōparendum Reo facto, expresse comminatus fuisset pœnam arbitrariam, quia tunc non videtur admittendus Procurator, etiam quòd pœna hæc non originaliter, sed ex accidenti possit esse corporalis, secundum Angel. in dicta l. seruum quoque. §. publicè, colum. fina. ad medium, versic. saluo nisi, ff. de procurat. Quæ quidem subdeclaratio si vera esset, vtique nullus daretur casus in Vrbe, in quo Procurator admitteretur, cum omnium Tribunalium monitoria contra Reos emanata contineant clausulam post expressionem aliarum pœnarum, videlicet, pecuniariæ, exilij, priuationis officiorum, &c. & confiscationis, *alijsquè pœnis arbitrio nostro, &c.* Ideò isto casu verius crediderim, clausulam prædictam regulari ab expressione præpositarum pœnarum, quæ si fuerint corporales, sine dubio Procurator non admittetur, siue subsequenter comminetur Iudex pœnam arbitrariam, siue non. Si verò non fuerint corporales, sed pecuniariæ, seù tales, quæ de sui natura Procuratorem non excludant, tunc crederem illum esse admittendum, non obstante comminatione pœnę arbitrariæ, cum illa dictio, *Alijs*, intelligenda sit de similibus, non autem de maioribus pœnis, prout in specie dixi infra hac eadem quæstione num. 38. Posset forsan hæc subdeclaratio procedere, quando in inquisitione, seù monitorio non esset apposita alia pœna, quàm arbitraria, & ita videtur intelligenda doctrina Angel. in loco præcitato, Cogita, an hæc verba sint prout credo vera esse, quia sunt practicabilia, & a Doctoribus non discussa in specie.

18 Secunda declaratio est, vt eadem decima ampliatio procedat, quando pro crimine, pro quo absens citatur, solitum est pœnam corporalem imponi, secus autem, si non sit consuetum corporalem pœnam imponi, sed tantum pecuniariam, aut aliam a relegatione infra, quia licèt primo casu non admittatur Procurator, admittitur tamen in secundo casu, secundum Angel. in l. penult. §. ad crimen, num. 8. ff. de public. iudic. Imol. ibidem post num. 20. colum. 15. in princip. vers. quid autem si pœna sit arbitraria, vbi reprobato Salycet. in l. reos. C. de accusat. contrarium dicente, hanc Angel. distinctionem veriorem existimauit Bald. in l. reos, num. 8. vers. & hoc verum C. de accusat. & ibi etiam Angel. num. 2. in fine, colum. 3. in princ. vers. idem dicam. Marian. in cap. veniens, num. 82. versic. hoc verum, & dicto num. 82. in fine, vers. dicit tamen Ioannes de Imol. extr. de accusat. Cyrill. in summa criminal. rubr. 10. de procurat. §. 1. nu. 1. folio mihi 50. colum. 4. in princip. vers. & hoc verum. Clar. in pract. §. final. quæstio. 32. num. 3. versic. sed quæro. Vbi declarat, nisi pœna esset reseruata arbitrio Principis, vel Superioris, quia tunc dicit, Reum non esse audiendum per Procuratorem, etiam quòd Princeps pro eo delicto aliquando pœnam corporalem non imposuisset, cum ea, quæ a Principis voluntate dependent, non sint inferiorum regulis subiicienda.

Addo pro hac eadem declaratione Menoch. de arbitra. quæst. lib. 1. q. 80. num. 119.

29 Tertia est declaratio, vt dicta ampliatio procedat, quando pœna arbitraria imponitur pro delicto graui, & atroci, secus si pro delicto graui, & non atroci, quia tunc cum pœna non possit esse corporalis, prout dixi infra nu. 101. Ideò procuratorem interuenire posse pro absente citato, quamuis pœna sit arbitraria, scripsit Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 1. q. 80. num. 118.

30 Quarta, & vltima est declaratio, quando iam Iudex declarauit voluntatem suam, quòd non intendit imponere, nisi pœnam pecuniariam, vt puta, quia in monitorio eam expresse comminatus fuisset, vel Reum sic in pecunia condemnasset. Tunc enim Procuratorem esse admittendum colligitur ex trad. per Anchar. in consil. 272. plenè, & subtiliter colum. 2. quem refert Flor. in l. si quando, nu me. 731. C. Vnde vi, prout sic prædictos Doctores pariter referendo sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 81. & seq. vbi respondet Signorol. in cons. 169. contrarium asserenti, & loquitur, quando Reus appellauit a sententia contra ipsum lata, dicitquè, quòd in causa appellationis, cum non agatur nisi de pœna pecuniaria, Procurator admitti debet, facit quòd voluit, Aym. cons. 224. colum. 2. num. 3. vers. illud non omitto, dum dixit, quando pœna est arbitraria ante sequutam declarationem, eam reputari corporalem, ad effectum non admittendi Procuratorem, tacitè sentiens secus esse, quando est facta declaratio in pœnam pecuniariam, prout etiam apertè voluisse videtur Marian. Socin. in cap. veniens, num. 85. vers. & idem per prædicta, extr. de accusat. & ita etiam in dubio, & non facta declaratione, loquuntur Doctores in proposita ampliatione citati.

Non sic forsan esset dicendum, quando Reus condemnatus non appellaret, sed compareret coram Iudice, qui ipsum condemnauit, quia tunc cum per comparitionem sit resoluta sententia contumacialis, & declaratio pœnæ in ea contenta, Res videtur remanere dubia, & cum propterea Iudex possit corporalem imponere pœnam, non aliter, ac si a principio, & ante condemnationem Reus comparuisset, sequitur, quòd volens post condemnationem comparere, debeat personaliter comparere, non autem per Procuratorem, prout hac motus ratione, consuluit Ancharan. in dicto consilio. 272. quem in proposito etiam refert, & sequitur Baiard. ad Clar. quæst. 32. num. 13. & 14. vbi infert ad eum, qui condemnatus in pœnam pecuniariam, sic a iudice arbitratam, fuit admissus ad nouas defensiones.

Nam adhuc tenetur se in carceribus constituere, prout tenebatur ante declarationem prædictam.

31 Verum quicquid præfati Doctores dicant, crederem in distinctè posse hunc Reum per Procuratorem audiri, siue appellauerit, siue non. Et siue comparuerit, siue etiam fuerit admissus ad nouas defensiones.

Nam vt dixi, & probaui supra in titu. de inquisit. quæstio. 11. non est absolutè verum, quòd per comparitionem condemnati resoluatur sententia contra eum lata, & in hoc contra Ancharan. tenent Doctores magis communiter.

Ideò firma remanente sententia (nisi de innocentia docuerit) remanet etiam firma declaratio pœnæ pecuniariæ. Et consequenter debet pro Procuratorem audiri, sicut regulariter auditur in pœnis pecuniarijs.

Vltra quòd (prout etiam dixi in dicta quæstio. 11.) Iudex

Iudex in contumacem debet ferre veram delicti pœnam, & eam, quam si Reus præsens, & carceratus existeret, iure arbitraretur.

Immò secundum modernam practicam contumaces ratione contumaciæ quandoque solent grauius puniri, quàm si præsentes fuissent. Ideò dato etiam, quòd per comparitionem resoluatur sententia contumacialis, & pœnæ declaratio in ea contenta, adhuc tamen Reus audiendus est per Procuratorem, quia non nisi pecuniariam pœnam semel arbitratam iudex iterum arbitrari potest ex præmissis.

32 AMPLIA XI. vt & idem sit in pœnis alternatiuè impositis, vt quando lex, seu Statutum imponit pœnam corporalem, aut pecuniariam, nam & tunc ratione dubij euentus, Procuratorem non esse admittendum scripserunt Bartol. in l. 2, num. 2. de publ. iudic. vbi arguendo a simili, inquid, quòd sicut legatum dicitur conditionale, quando illius vna pars est pura, altera autem conditionalis alternatiuè, l. cum ita legatum. ff. quan. dies leg. ced. Ita pariter reputabitur crimen capitale, quando illius pœna ex vna parte erit capitalis, licèt ex altera non. Angel. in l. penult. §. ad crimen, num. 8. ff. de publ. iudic. vbi, quòd ita seruatur de consuetudine, & ibi etiam Rub. Alexand. num. 52. & 192. Bald. in l. reos, numer. 7. C. de accusat. Card. Zabarell. in cap. veniens, num. 10. vers. sed quid si ponitur, extr. de accusat. Marian. ibidem num. 83. & sequentibus, & Ludouic. Bero. num. 45. Felyn. in cap. meminimus, num. 18. vers. item adde, quòd vbi pœna corporalis imponitur alternatiuè, extr. de accusat. Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 103. folio mihi 28. Nouell. post tractat. ad defens. num. 9. folio mihi 171. Iodoc. in pract. crimin. cap. 24. rubr. de procurat. num. 4. in fine. Cyrill. in summa crimin. rubric. 10. de procurat. num. 1. vers. idem est dicendum, folio 50. colum. 3. ad med. Boss. in tit. An in criminali iudicio, sub num. 5. in discursu, vbi remissiuè de materia.

33 Vbi enim sumus in dubio, An scilicet pœna sit corporalis, vel pecuniaria. Tunc Procuratorem non esse admittendum, cum sola potentia, & aptitudo ad imponendum pœnam corporalem sufficiant, scripserunt Angel. in d. l. seruum quoque. §. publicè, colum. fin. ad medium, vers. idem si libellus est ita ambiguus. ff. de procurat. Bart. in l. penult. §. ad crimen, num. 4. in fine, vers. responde, &c. ff. de public. iudic. Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat. num. 1. vers. in dubio igitur folio mihi 50. colum. 3. ante medium. Gabr. lib. 7. concl. 9. num. 10. versic. Declara hanc conclusionem.

34 Et propriè hæc ampliatio procedit, quando in pœnis alternatiuis electio est Iudicis, secundum Imol. in l. penult. §. ad crimen, num. 20. post medium, colum. 15. ad finem, vers. aut imponitur alternatiua. ff. de public. iudic. & ibi etiam Rub. Alexandrin. sub num. 52. Salycet. in l. reos, num. 20. post medium, colum. final. in princip. vers. si verò disiunctiuè. C. de accusat. Marian. in cap. veniens, numer. 85. in princip. & dicto num. 85. vers. & idem per prædicta, extr. de accusat. (Vbi tamen, quòd admittitur Procurator, quando iudex elegisset a principio pœnam pecuniariam, vt putà reum citando, & monendo ad comparendum, & se excusandum, &c. sub pœna pecuniaria, de quo tamen in specie dixi supra num. 30. & sequenti.) Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 104. & sequentibus. Vbi respondet contrarijs.

35 Itē, quando electio pœnæ est actoris, & accusatoris, qui in libello accusationis pœnam corporalem elegerit, quia tunc nec etiam admittitur Procurator, licèt secus si elegerit pœnam pecuniariam, secundum Imol. in dicta l. penult. §. ad crimen, num. 20. post medium, colum. 15. ad finem, vers. aut imponitur alternatiua. ff. de public. iud. Salyc. in l. reos, colum. final. num. 20. post medium, vers. aut electio est accusatoris. C. de accusat. Marian. in cap. veniens, num. 85. in fine, vers. si verò electio esset accusatoris, & num. 86. extr. de accusat. vbi pariter, quòd nec admittitur Procurator, quando accusator ageret alternatiuè ad pœnam nulla facta electione, seù declaratione. Blanch. in pract. crim. §. verum, quia, num. 106. fol. mihi 28. Menoch. de arbitr. quæstion. lib. primo. quæst. 80. num. 33.

36 Idem etiam, quando electio pœnæ alternatiuè esset rei, (licèt raro hoc contingat) quòd tunc nec etiam admittatur Procurator, ante factam electionem, licèt secus facta electione pœnæ pecuniariæ, voluit Imol, in dicta l. penult. §. ad crimen, num. 20. post medium, colum. 15. ad finem vers. aut imponitur alternatiua. ff. de public. iudic. Salyc. in l. reos, num. 20. post. medium, col. fin. in princip. vers. aut Rei est electio. C. de accusat. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 85. vers. aut electio est Rei, extra de accusat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. nu. 34.

37 Sed contra, quòd immò in omni casu, quando electio est Rei, admittatur Procurator, ex quo Reus non potest eligere pęnam corporis afflictiuam, cum nemo sit Dominus membrorum suorum, l. liber homo. ff. ad l. Aquil. reprobato Imol. in loco præcitato, voluit Rub. Alexandr. in l. penult. §. ad crimen. num. 52. vers. sed tu considera, & num. 192. vers. nec mihi placet. ff. de public. iudic. Nec dissentire videtur Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 106. versic. in tertio casu, & num. 107. folio mihi 28.

38 Rursus, & idem, vt nec Procurator admittatur, quando Statutum pro delicto imponit aliquam pœnam corporalem, puta amputationis manus, ac deinde subdat, vel *alia*, eo, quia dictio *alia*, sit repetitiua similium, sicut etiam, & eadem ratione Procurator admittatur, quando statutum post impositionem alicuius pœnæ pecuniariæ pariter dicat, vel *aliam*, eo quia talis dictio *alia*, sit intelligenda de pœna simili, non autem dissimili. Colligitur ex trad. per Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 53. ff. de public. iudic. post Glo. & Bal. quem allegat in l. fugitiui. C. de ser. fugit. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 88. & sequent. extr. de accusat. Nouell. post tract. ad defens. num. 10. folio mihi 171. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 37. & 121. & seq. Vide, quæ dixi in prima par. tit. de delict. q. 17. nu. 50. & seqq.

39 AMPLIA XII. in delictis, pro quibus ab aliqua lege, vel Statuto copulatiuè imponitur pœna corporalis, & pecuniaria, quia tunc etiam potest interuenire Procurator, Imol. in l. penult. §. ad crimen, num. 20. post med. colum. 15. vers. interdum vtraque est in obligatione. ff. de publ. iudic. vbi etiam adducit rationem, quia scilicèt, quando concurrunt duæ causę, vna, quæ nocet, & altera, quæ prodest, attenditur causa, quæ nocet, & non ea, quæ prodest, l. non intelligitur. §. si quis palam. ff. de iur. fisci, & l. si quis in graui. §. allegantem. ff. ad Syllan. Rub. Alexandrin. ibidem num. 57. Vbi respondet contrariæ rationi, & num. 193. Salycet. in l. reos, nu. 20. versic. tertiò verò casu. C. de accusat. Marian. in cap. veniēs, num. 79. vbi, quòd sine dubio isto casu non potest interuenire Procurator, extr. de accusat. Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 108. folio mihi 28. Nouell. post tracta. ad defens. num. 13. folio mihi 171. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 5. vers. tertius casus. Menoch. de arbir. quęst. lib. 1. q. 80. num. 24. & seqq.

40 AMPLIA XIII. vt nec Procurator admittatur in crimine publico, siue capitali, in quo pœna imponatur ipso iure, Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 64. in 22. ampliatione. ff. de publ. iudic. post Ancharan. Alexand. & Marsil. in locis per eum relatis. Bald. in l. reos num. 36. C. de accusat. Marian. Socin. in cap. veniens, num. 226. extr. de accusat. Marsil. in pract. §. sequitur, nu. 42. Nouell. post tractat. ad defens. in 22. ampliatione, fol. mihi 172. Pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. nu. 7. in fi. fol. mihi 264.

41 AMPLIA XIV. vt Procurator non admittatur non solum in crimine publico, sed nec etiam in quasi publico, prout est crimen suspecti Tutoris, licèt enim in l. non solum. §. 1. ff. de procurat. videatur probari isto casu, Procuratorem admitti; communiter tamen dicunt Doctores, illum intelligi debere, quando Tutor suspectus allegatur ciuiliter agendo, vt solum a tutela remoueatur;

secus

secus verò si accusetur criminaliter ad vindictam, & vt puniatur, iuxta terminos l. 1. §. final. ff. de suspect. Tutor. in fine, cum l. seq. & alijs allegatis per Bartol. qui ita hanc materiam declarat, in l. penult. §. ad crimen, num. 2. in 1. oppos. & num. 3. ff. de publ. iudic. & ibi etiam hoc adnotauit Ang. num. 6. Imol. num. 14. post med. versic. in ea glossa, vbi ita communiter tenetur, & benè declarat; quando isto casu dicatur agi ciuiliter, & quando criminaliter. Bened. de Plumb. num. 5. & 6. Rub. Alexandrin. num. 45. & num. 159. in fine, & seqq. vsque ad nume. 165. vbi arguit contrà, & argumētis respondet, & pro hac eadem distinctione addo Salycet. in l. reos, num. 6. C. de accusat. glos. in capit. veniens, in verbo *criminali*, vers. item in crimine suspecti Tutoris, extr. de accusat. & ibi etiam Card. Zabar. num. 7. in 3. opposit. Anton. de Butr. num. 19. colum. penult. vers. quartus est. Anchar. num. 16. vers. sexto oppono. Abb. num. 12. Anan. num. 18. vers. in eadem glo. Marian. Socin. num. 59. vbi etiam de materia. Bero. num. 22. & 23. vbi testatur de communi opinione, & amplius subdit, quòd etiam, quòd agatur criminaliter, & ad pœnam; non tamen semper reijcitur Procurator, sed tunc demum, quando imponitur pœna arbitraria, secus si talis pœna non imponatur, etiā quod imponeretur pœna infamiæ, & ibi hanc declarationem subtiliter comprobat, ac etiam ponit, quando in hoc crimine imponatur pœna arbitraria, & quando pœna infamiæ, & quando neutra, Glo. in cap. si quando, in verbo *per exploratores*, in tit. item in crimine suspecti 2. q. 6. Felyn. in cap. meminimus, num. 19. extr. de accusat. Addo ad præmissa Gandin. in titu. Vtrum Procurator, &c. num. 10. in 5. casu. Blanch. in pract. crimin. §. verum quia, num. 48. folio mihi 19. a tergo. Nouell. post tract. ad defens. num. 2. fol. mihi 170. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 10. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 85.

42 Aduerte ad primam partem huius ampliationis, in qua dixi Procuratorem admitti, quando ciuiliter agitur ad remouendum suspectum Tutorem, vt nec etiam isto casu admittatur sine speciali mandato, ad ea, quæ generaliter dixi infra hac eadem quæst. num. 256. & in specie adnotauit Angel. in dicto §. ad crimen, num. 6. & declarat Rub. Alexand. in loco nuper citato.

43 Aduerte rursus ad eandem primam partem ampliationis, vt ex parte accusatoris, etiam quòd ciuiliter agatur ad remouendum Tutorem, tanquam suspectum a tutela, non tamen admittitur, nec potest constitui Procurator ante litem contestatam, prout benè argumentando demonstrat Bero. in cap. veniens, num. 23. vers. sed considera extr. de accusat. (licèt ibi afferat contrarium per alios omnes Doctores.) Nec dissentit Blanch. in pract. criminal. §. verum quia, num. 48. fol. mihi 19. a tergo.

44 AMPLIA XV. etiam, quòd agatur de pœna deportationis, quæ cum corporalis dicatur, Procuratorem non admittit secundum Paul. de Castr. in d. l. seruum quoque, §. publicè, num. 7. vers. secundo fuit. ff. de procurat. Benedict. de Plumb. in l. penult. §. ad crimen, numer. 28. in fine, vers. secus in deportatione. ff. de publ. iudic. & Ruber. Alexandrin. num. 126. Bened. de Barz. cons. crim. diuers. 91. num. 35. lib. 1.

45 Sic & pœna damnationis in metallum, quæ corporalis est, Procuratorem non admittit, secundum eundem Pau. de Castr. in l. seruum quoque. § publicè, num. 7. vers. secundo fuit. ff. de procurat. Bald. in l. reos, num. 3. in fine. C. de accusat. Marian. Socin. in cap. veniens, nu. 118. vers. sed in iudicio, extr. de accusat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 42. & seq.

46 Et sic etiam nec Procuratorem admitti, quando agitur de delicto, pro quo imponitur pœna perpetui carceris, quæ siue æquiparetur damnationi in opus publicum, semper corporalis est, scripserunt Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 55. ff. de publ. iudic. & numer. 60. vbi idem in eo, ex carceribus, ad quos perpetuo erat damnatus. Bald. in l. reos, num. 3. C. de accusat. Maria. Socin. in cap. veniens, num. 116. & sequentibus vsque ad nu. 122. extra de accusat. vbi respondet contrariis. Cæpol. consil. crimin. 20. num. 50. vbi de eo, qui damnatus ad perpetuos carceres, ab illis aufugit, & postea pro fuga citatus vellet per Procuratorem comparere. Nouel. post tracta. ad defens. num. 12. folio mihi 171. & numer. 16. fol. 172. Boss. in tit. An criminali iudicio, num. 5. in fine. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 44. Monticell. reg. 13. num. 3.

47 AMPLIA XVI. & generaliter, vt nunquam Procurator admittatur in causis a relegatione supra, ad opponendum exceptiones peremptorias, secundum Bartol. in l. penult. §. ad crimen, num. 20. vers. si verò esset exceptio peremptoria, & ibi etiam Imol. num. 27. vers. secundo casu, & Rub. Alexandrin. num. 225. ff. de publ. iudi. Cardin. Zabar. in cap. veniens, num. 7. in fin. column. 3. vers. aliquando circa merita causæ, extr. de accusat. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 17. colum. 6. ante med. vers. tertius casus. Ancharan. num. 18. in fine, vers. si verò esset exceptio peremptoria. Abb. num. 16. in fine. Anan. num. 15. Marian. Socin. num. 182. vbi, quòd hoc tenent omnes, & 183. & sequent. vbi ampliat etiam, quòd talis peremptoria exceptio examinetur separatim a negotio principali.

48 Pari ratione, nec etiam Procurator admittitur ad allegandum exceptiones aliquas, quæ crimen, de quo agitur tangunt, secundum Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 19. ad med. vers. & ideò vbicunque. ff. de procurat. Bartol. in l. penult. §. crimen, numer. 18. in fine, vers. Quæro, Procurator habens mandatum, &c. ff. de public. iudic. & ibi etiam hoc adnotarunt Imol. num. 27. post princip. vers. cum solum, iuncto vers. secundo casu, & Rub. Alexandr. num. 214. vbi de communi. Salycet. in l. reos, num. 9. sub vers. alij dixerunt, il secundo. C. de accusat. & num. 16. vers. aut dilatoria est talis, quæ crimen tangit. Card. Zabarell. colum. 3. in princip. numer. 7. in fine, vers. aliquando circa merita, extr. de accusat. Anchar. post num. 18. Abb. num. 16. vbi, quod ita communiter tenetur Felyn. in cap. meminimus, num. 15. de accusat. Cæpoll. consil. 20. num. 6. vbi ampliat etiam, quòd exceptio non directè, sed indirectè crimen tangat. Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat, nu. 1. folio mihi 50. colum. 4. ad med. vers. sed si forent dubiæ. Bos. in tit. An in criminali iudicio, num. 16. vers. Non enim. Clar. in pract. §. final. q. 37. num. 18. vers. pariter etiam, ibi, *hoc tamen intelligendum est, &c.* Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 75. in fine.

49 Declaratur hæc ampliatio, vt procedat, prout loquitur in exceptionibus mixtis, quæ si crimen tangunt, licèt non possint per Procuratorem opponi, quando proponuntur in vim peremptoriæ, possunt tamen opponi, quando proponuntur ad processum, & in vim dilatoriæ, (Tunc enim propriè dicitur mixta exceptio illa, quæ potest in vim peremptoriæ, ac etiam dilatoriæ proponi) secundum Imol. in l. penult. §. ad crimen, num. 27. versic. tertio casu. ff. de publ. iudic. vbi dixit hanc distinctionem esse Iacob. Butr. in l. 2. & 3. C. de accusat. eamque tanquam veriorem a contrarijs defendit Fulgos. ibidem nu. 3. reprobato Bart. & Salycet. contrarium tenentibus, & loquitur etiam in specie in exceptione rei iudicatæ, & hanc eandem distinctionem sequi videtur, ac etiam a contrariis defendit Rub. Alexandrin. in dicto §. ad crimen, num. 214. & sequent. vsq; ad num. 220.

Quamuis (vt mox eum referam) contrariam communem esse testetur Alberic. in l. reos, num. 5. vers. si verò velit allegare exceptiones peremptorias. C. de accusat. Hostiens. in cap. veniens, num. 3. vers. potest ergo peremptoria, extr. de accusat. & ibi etiam Anton. de Butr. numer. 10. Marian. Socin. num. 185. & seqq.

Vbi videtur testari de veriori opinione, licèt multa confusè dicat in materia, & num. 206.

Vbi in specie de exceptione rei iudicatæ. Bero. num. 32. vers. secunda conclusio, 33. & seqq.

Vbi benè hanc opinionem a contrarijs impugnationibus defendit, & pluribus eam comprobat.

Con-

50 Contrarium, quòd scilicet Procurator non admittatur, etiam quòd exceptio peremptoria proponatur in vim dilatoriæ, fuit opinio Iacob. de Aren. quàm communiter per Doctores teneri, videtur affirmasse Imol. in dicta l. penul. §. ad crimen, num. 27. in fine. ff. de publ. iudic. (quamuis vt supra eum retuli contrariam Iacob. Butr. opinionem dixerit veriorem) prout & etiam communem testatur Rub. Alexandr. num. 215. & 219. in fine. (Quamuis etiam, vt supra eum pariter retuli, primam opinionem sequutus fuerit, vti veriorem) & hanc eandem contrariam opinionem, quando quis comparet, vt Procurator (licèt secus crediderit, quando comparet, vt simplex allegator non assumens in se iudicium) amplecti videtur Ant. de Butr. in c. veniens, num. 17. in fi. vers. quartus casus. extr. de accusat. & ibi etiam Anan. num. 15. vbi de communi, Aret. num. 24. & seqq. vsque ad num. 29. vbi latè disputata materia, dicit hanc conclusionem tanquam communem, & veram esse tenendam. Boss. in titu. an in criminali iudicio, num. 15. in fin. vers. & ex prædictis, & nu. 16. vers. & est verum. Clar. in pract. §. fi. q. 32. num. 18. vers. pariter etiam in fine, vbi de communi ex Bero. quem allegat in d. c. veniens, nu. 32. Qui tamen Bero. vt supra eum allegaui, videtur fuisse contrariæ sententiæ.

51 In hac contrarietate omnes admittunt primam opinionem procedere, quando exceptiones sunt notoriæ, quia tunc non solum mixtas, & in vim dilatoriæ, sed etiam meras peremptorias, crimenuè tangentes, & etiam causas iuris, prout est exceptio rei iudicatæ, & similes posse per Procuratorem opponi, cum nedum parte petente, sed etiam ex officio Iudex ad hoc astringatur, scripserunt Ang. in l. seruum quoque. §. publicè num. 3. vers. item admittitur defensor. ff. de procurat. Bart. in l. penult. §. ad crimen, num. 19. ff. de publ. iudic. Imol. in d. §. ad crimen, numero 26. post med. vers. fatetur tamen, & num. 27. ante finem, vers. limitant tamen prædicti, & num. 28. vers. aduerte tamen, vbi quòd isto casu admittitur quis ad proponendum exceptionem peremptoriam, si notoria sit, non solum tanquã instructor, vel accusator, prout videtur voluisse Anto. de Butr. in c. veniens, de accusat. sed etiam tanquam Procurator, & ibi testatur de cõmuni opinione Bened. de Plumb. in d. §. ad crimen, post num. 19. versic. ex prædictis concludo, vbi quòd si defensor producat instrumentum, & sententiam bonam in publica forma, vel aliam probationem notoriam ad tollendum, seù mitigandum pœnam reo accusato, Iudex talem probationem debet admittere, & secundum illam pronunciare tanquam super notoria, & Rub. Alexandr. num. 105. vbi etiam, quòd isto casu admittitur quilibet non idoneus sine mandato, & sine satisdatione, & idem repetit in num. 211. in fine, 212. 220. & seqq. vsque ad num. 215. vbi licèt multa hinc inde proponat. in hac tamen residere videtur sententia, quòd ad opponendum has notorias exceptiones admittitur quis, nedum tanquam instructor innocentiæ, sed etiam tanquam Procurator. Salycet. in l. reos, num. 16. C. de accusat. Card. Zabar. in cap. veniens, num. 7. in fine, colum. 3. in princ. & num. 8. post med. d. colum. 3. ante finem, versic. aut infertur extr. de accusat. & ibi etiam Abb. num. 16. Anan. num. 15. Aret. num. 18. & seqq. vsque ad nu. 24. vbi infert, exemplificat, proponit contraria, & illis respondet, & num. 56. vbi amplius, quòd tales exceptiones notorias potest quis etiam sine mandato opponere. (De quo particulariter dixi infra num. 281.) Marian. Socin. num. 183. & num. 187. ad finem, & seqq. & num. 199. & seq. & Bero. nu. 26. vbi amplius, quòd isto casu etiam auditur, & admittitur quilibet de populo comparens, & num. 29. & seqq. vbi refert contraria, illis respondet, & testatur de communi Petr. Calefact. consil. crimin. diuers. 104. num. 11. & seqq. lib. 1. Nouell. post tractat. ad defens. fallen. 19. fol. mihi 175. Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat. §. 1. num. 1. fol. mihi 50. colum. 4. ad med. versic. potest tamen. Boss. in tit. An in crimin. iudic. num. 13. & seq. vbi testatur de communi opinione. Clar. in pract. §. fin. quæst. 32. num. 18. post med. Ibi, *nisi talis exceptio esset, &c.* vbi, quòd ita communiter tenetur, & Nouell. & Boss. in locis ibi per eum relatis. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 78. & sequen. Monticell. reg. crimin. 13. num. 28. & faciunt, quæ dixi infra, numero 270.

52 Et ad præmissa aduerte, quòd licèt omnes ferè præcitati Doctores communiter loquantur in Procuratore, dicantque ipsum esse admittendum ad proponendas quascumq; notorias exceptiones, verius tamen videtur, quòd isto casu comparens non debeat audiri, tanquàm Procurator, sed tanquam simplex allegator, non assumens in se iudicium, eo quia exceptionis notorietas non debeat excusari à modo proponendi, fuit doctrina Anton. de Butr. in cap. veniens, num. 17. in fine, versic. aduertendum tamen extr. de accusat. Anchar. num. 14. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 26.

53 AMPLIA XVII. & illatiuè ex præcedenti ampliatione, vt nec Procurator admittatur ad opponendum exceptionem rei iudicatæ, dicens, puta, quòd Reus fuit aliàs de hoc absolutus, vel condemnatus. Bart. in l. penul. §. ad crimen, num. 19. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Imol. num. 28. in fine, versic. quid autem si de exceptione, & Rub. Alexandr. num. 214. vbi, quòd hæc Bart. opinio est communiter recepta. Salyce. in l. reos, post num. 16. C. de accusat. Ancharan. in c. veniens, post num. 18. extr. de accusat. Boss. in titu. An in criminali iudicio, num. 13. iuncto num. 15. in fine, versic. ex prædictis, & num. 16. versic. est verum. Clar. in pract. §. fina. quæst. 32. num. 18. versic. pari-
54 ter etiam ad med. Quamuis contrarium, quòd immò admittatur Procurator ad opponendum exceptiones rei iudicatæ, ex quo talis exceptio non tangit crimen, & disputatur seorsum à crimine voluerit Barth. de Valmarin. con-
55 sil. crimin. diuers. 69. num. 16. lib. 1. Et quid si de re iudica-
56 ta notoriè constaret ex actis, dixi supra nu. 51. Et quid etiã si opponatur in vim dilatoriæ ad impediendum processum, dixi sup. num. 49. & seqq.

57 AMPLIA XVIII. & pariter illatiuè, vt in causis capitalibus, & corporalibus, nec etiam admittatur Procurator ad opponendum exceptionem præscriptionis delicti, de quo agitur, secundum Rub. Alexand. in l. penul. §. ad crimen, nu. 223. ff. de publ. iudic. arg. in cap. veniens, nu. 81. & seqq. extr. de accusat. Ant. de Canar. in tract. de excusato-
58 re par. 2 nu. 1. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 13. Vbi declarat hoc non procedere, quando de huiusmodi exceptione notoriè constaret, dixitque hanc declarationem esse communem, & ibi etiam ponit, quando dicatur notoriè constare de præscriptione, prout, & hanc eandem declarationem posuerunt Alexandr. & Aret. in locis proximè allegatis.

59 AMPLIA XIX. Vt nec Procurator admittatur, quando vellet probare negatiuam, vt puta, dicendo, quòd accusatus erat alibi, & quòd non interfecit illum, de quo accusatur, vel quòd ille, qui prætenditur occisus, erat antea mortuus, adhæc enim, & similia deducendum Procurator non admittitur, quia dicuntur exceptiones peremptoriæ ad generaliter tradita supra, num. 47. Item dicuntur exceptiones tangentes crimen, de quo agitur, ad pariter tradita supra, num. 48. & in specie sic scripserunt Imol. in l. penul. §. ad crimen, num. 27. versic. secundo casu. ff. de publ. iudic. vbi quòd ita omnes tenent, & ibi etiam Rub. Alexand. nu. 225. Maria. Soci. in cap. veniens, num. 182. extr. de accusat. Vbi, quod hoc tenent omnes.

60 Verum ad præmissa vide Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 2. num. 1. vbi quòd defensor, seu instructor innocentiæ poterit proponere, & probare hominem, qui dicitur occisus, superuiuere, & vide etiam Cæpoll. consil. crimin. 48. num. 3. vbi pariter quòd idem defensor poterit proponere, quòd ille, qui prætenditur occisus ab inquisito, fuit occisus ab alio.

61 In hac contrarietate crederem, primam opinionem procedere, quando talis proposita exceptio requireret altiorem indaginem, & extraneas probationes; secundam autem, quando de ea notoriè Iudici constaret. Tunc enim crederem, non solùm esse admittendum allegantem negatiuam delicti, quòd scilicet citatus illud non

non commisit, sed etiam Iudicem ex officio, cui sic de innocentia Rei constat, non posse vllo pacto absentem condemnare, ad ea, quæ generaliter dixi supra num. 51. hac ead. q. & in tit. de inquisi. q. 11. num. 62. in fine, par. 1. & in specie aduertit Boss. in titu. An in criminali iudicio, num. 15.

62 AMPLIA XX. vt in causis capitalibus nec etiam admittatur Procurator post sententiam ad petendum restitutionem in integrum aduersus eam. Rub. Alexandrin. in l. penul. §. ad crimen, num. 64. ff. de publ. iudic. post Bal. Aret. & Marsil. in locis per eum relatis. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 4. versic. & suas. Nouell. post tracta. ad defens. in 21. ampliatione, fol. mihi 172. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. num. 2. in 3. ampliatione, fol. 261. Decia. consil. 18. num. 334. & seqq. lib. 1. vbi huius conclusionis tres affert rationes. Primò, quia restitutionis causa retinet naturam primæ causæ; ideo sicut in prima causa, & ante sententiam reus non auditur per Procuratorem; ita nec etiam debet audiri in causa restitutionis in integrum. Secundò, quia restitutio non plus iuris tribuit, quàm haberet ille ante sententiam, aduersus quam intendit restitui, sed sic est, quòd ante sententiam non potest quis per Procuratorem comparere, ergo, neque post sententiam in causa d. restitutionis. Tertiò, quia si aliter diceremus, sequeretur, quòd quilibet posset eludere sententias criminales, petendo per Procuratorem restitutionem in integrum, & eius medio faciendo defensiones, quòd est contra omnia iura prohibentia admissionem Procuratoris in

63 causis capitalibus. Et ibi prædictas tres rationes benè comprobat (licèt secus credat, quando petitur restitutio in integrum per viam gratiæ, quia tunc potest peti per Procuratorem, vt ibi per eum, & dixi infra, num. 129.) Monticell. reg. crimin. 13. num. 11. Baiard. ad Clar. in pract. quæst. 37. num. 14. in fine, vbi loquitur, siue petens restitutionem sit maior, siue etiam minor, allegat Marsil. in sing. 221. incip. restitutio, & Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 13. Idem Baiard. pariter ad Clar. q. 94. num. 6.

64 Quamuis contrarium, quòd immò procurator possit petere restitutionem in integrum fauore minoris contra iam latam sententiam, post Bald. Aret. Marsil. & Rub. in locis per eum citatis, tenere videatur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 82.

65 AMPLIA XXI. & generaliter, vt in causis capitalibus, & pœnis corporalibus, nec etiam admittatur procurator pro absente citato, si vellet pro eo satis dare de rato, & iudicatum soluendo, secundum Bonif. de Vitall. in tit. de procurat. nu. 17. prout illum refert, & sequitur Monticell. reg. crim. 13. num. 10.

66 LIMITA I. propositam regulam, vt procedat, prout loquitur, quando agitur de delicto, pro quo venit imponenda pœna à relegatione supra. Vnde secus, quando agitur de pœna à relegatione infra. Quo casu etiam absens de iure communi damnari potest, & procurator admittitur, secundum gloss. in l. seruum quoque. §. publicè, in verbo *datur*, versic. in secundo genere, & in verbo *innocentiam*, ff. de procurat. & ibi Bart. ante num. 1. versic. sed quando imponitur pœna minor. Alberic. num. 2. vbi dixit gloss. intellectum, ibi magis communiter receptam esse, numero 25. ad finem, versic. de tertio genere, vbi pariter testatur de communi opinione. Odofred. num. 3. ante med. colum. 3. post princ. versic. sed denuo. §. iste. Paul. de Castr. num. 3. versic. sed dum loquitur, & num. 5. versic. pone casum, & num. 7. versic. in alijs autem inferioribus, vbi testatur de communi opinione, gloss. in l. 1. in verbo *relegationem*, ff. an per alium caus. appellat. Item gloss. in l. penul. §. ad crimen, in verbo *Iudicij*, in fine, & in verbo *Procurator*, etiam in fine. ff. de publ. iudic. & ibi etiam hoc adnotauit Ang. num. 5. vbi quòd hoc est clarum, secūdum omnes. Imol. num. 11. in princ. & d. num. 11. in fine, vbi quòd ita tenent omnes. Cyn. in l. reos, num. 3. vers. si minor pœna, vbi quòd hæc est communis opinio nostrorū maiorum approbata ex communi causarum Italiæ casu. C. de accusat. & ibi etiam Alberic. num. 3. vers. si autem imponi debet, vbi etiam de communi. Odofr. nu. 3. ad med. vers. sunt autem quædam. Ant. de Butr. in cap. veniens, nu. 12. col. 3. post princ. vers. tertia fuit opinio, (vbi dictio, *Non*, Impressoris errore est superfluè apposita) extr. de accusat. & ibi etiam Ancharan. nu. 15. vbi quòd in hoc opinio glo. communiter seruatur. Maria. nu. 48. in fine, vers. prædicta tamen opinio, vbi pariter, quòd ita tenent omnes, ex Imol. in loco præcitato, Archid. in cap. criminalibus, in fine, versic. item alia ratione 5. q. 3. Ang. de malef. in ver. *Qui D. Iudex videns, &c.* num. 15. vers. aut est imponenda pœna minor relegatione. Cæpoll. consi. crim. 52. nu. 2. vers. tamen in causa, & consi. 72. num. 7. vers. his præmissis, Cyrill. in summa crimin. rubr. 10. de procurat. num. 1. vers. hoc tamen intelligere debemus. fol. mihi 50. col. 2. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. num. 80. 86. & seq. & num. 97. vers. primum est.

67 LIMITA II. eandem regulam (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad præcedentem) non procedere, quando agitur de pœna relegationis, & exilij, tunc enim posse procuratorem interuenire voluerunt glo. in l. 1. per illum tex. in verbo *relegationem*, ff. an per alium caus. appellat. intelligendo, vt dictio, *vsque* ibi, in tex. posita stet exclusiuè, non autem inclusiuè, alia glo. in l seruum quoque. §. publicè, in verbo *datur*, vers. in secundo genere causarum. ff. de procurat. Batt. ibidem, num. 1. vbi dixit, quòd omnes communiter tenent opinionem glo. quamuis ipse disputationis causa, contrariam sententiam sustineri posse contendat (vt modo eum referam.) Alberic. num. 5. versic. tertium genus, & num. 7. & seq. vbi quòd Doctores antiqui sequuti sunt communiter opinionem glo. & quod eadem opinio communiter in iudicijs seruatur, quamquam (vt modo eum referam) contrariam opinionem veriorem crediderit de stricto iure, & num. 25 ad finem, versic. de tertio genere, vbi pariter testatur de communi opinione. Odofred. ibidem colum. 1. in princ. vers. tertio dicitur, & colum. 3. ad med. sub num. 3. pariter ad med. versic. sunt quædam causæ. Ang. num. 3. in fine, & num. 4. vbi quòd ita etiam tenuerunt omnes moderni sui temporis, & quòd contraria opinio sibi non placet, & num. 6. versic. secus si non imponatur. Fulgos. num. 6. vers. in eadem, & num. 7. & seqq. colum. 2. per totum, vbi discussa hinc inde quæstione, dixit opinionem gloss. vbique clarissimam esse, & communiter teneri per Doctores, Paul. de Castr. post num. 7. versic. an alia pœna, versic. tertia fuit opinio, & versic. aut non est corporis afflictiua, vbi videtur testari de communi opinione, & num. 8. versic. si vero non requirit. Bart. in l. penul. §. ad crimen, num. 4. & 7. vbi benè disputat quæstionem, dicitque quòd glo. opinionem sequuntur quasi omnes Doctores, & quòd propterea secundum eam sic iudicaret, quia sic communiter recepta est, & minimè immutanda sunt, quæ certam habuerunt interpretationem, quamuis postea subdat in via disputatiua, & fortè de iure, contrariam opinionem posse verius sustineri, & quòd in hoc Vltramontani melius dixerint, quam glo. & qui eam sequuntur. Alberic. ibidem num. 16. in fine, versic. in secundo sic, Ang. num. 5. Imol. num. 10. ad finem, versic. Dominus, & Præceptor meus, & num. 11. & seqq. vbi acriter ab omnibus contrarijs, quibus optimè respondet, defendit glo. opinionem, & num. 20. colum. 14. in fine, vers. sed tamen in relegatione, vbi pariter, quòd ita communiter tenetur Bened. de Plumb. post num. 24. & seqq. pluribus, vsque ad num. 35. vbi latissimè hanc defendit opinionem, quam dixit communem omnium Citramontanorum, & singulariter quibuscumque contrarijs respondet, Rub. Alexandr. num. 124. & seqq. vsque ad num. 144. vbi latissimè disputat quæstionem, & licèt multa hinc inde adducat, & singillatim respondeat iuribus, & argumentis vtriusque partis, ita quòd vix discerni possit, quàm partem ipse amplecti velit; dicit tamen in num. 142. quòd ab ista cōmuni sententia non est recedendum. Cyn. in l. reos, nu. 3. vers. si autem sit imponenda pœna relegationis, vbi, quòd ista est communis opinio nostrorum Maiorū, quàm sequitur

ſequitur vſus cauſarum Italiæ, quicquid in contrarium dixerit Iacob. de Ra. Petr. & alij vltramontani ibi per eum relati, & idem ibidem atteſtatur Alberic. nu. 4. ſubdens ita etiam eſſe communem iudiciorum obſeruantiam, Odofred. num. 3. ad med. verſ. ſunt autem quędam. Bald. in prin. & num. 1. vbi poſt longam diſcuſſionem dicit ſe mirari de opinione contraria Vltramontanorum, & quòd aliquis eorum opinionem ſequatur ratione ibi per eum conſiderata. Ang. num. 1. colum. 1. verſi. tertio fallit, vbi de communi, & approbata opinione. Salyce. num. 4. per totum, vbi quòd omnes fatentur, hanc opinionem eſſe conſuetudine reprobatã, eamque latiſſimè à contrarijs, quibus reſpondet, defendit gloſſ. in cap. veniens, in verbo *criminali*, verſic. item ſi crimen non excedat pœnam relegationis, extr. de accuſat. & ibi etiam Card. Zabar. num. 7. colum. 2. in 4. oppoſ. vbi reſpondet contrarijs, & etiam teſtatur de communi, & num. 9. in fine. Vbi, quòd licèt in hoc articulo ſint hinc inde opiniones, communiter tamen approbatur hæc opinio. Anchar. num. 14. & 15. vbi, quòd in hoc gloſſ. opinio communiter ſeruatur, & Ioann. Andr. ibi per eum allegatus. Anan. num. 18. vbi, quòd iſta eſt communis opinio glo. Iuris Ciuilis, & Canonici. Marian. Socin. num. 100. vbi, quòd hanc opinionem ſequuti fuerunt communiter antiqui Doctores tam Iuris Canonici, quàm Ciuilis, & num. 101. & ſeqq. vſque ad nu. 116. vbi, licèt multa hinc inde in diſcurſu quæſtionis adducat, hanc tamen videtur amplecti ſententiam, quam etiam vti communem, & in practica ſeruatam (prout teſtatur) magiſtraliter, & latiſſimè defendit Bero. in d. c. veniens, num 35. & ſeqq. vſque ad num. 48. gloſſ. in cap. ſi quando, in verbo *per exploratores*, verſic. item ſi crimen non excedit pœnam relegationis 2. q. 6. Archid. in cap. in criminalibus, num. 1. verſic. ſecundum, vbi imponitur pœna relegationis 5. quæſt. 3. Addo pro hac eadem limitat. Gandin. in titu. vtrum Procurator, &c. num. 2. in 4. caſu. Cæpoll. conſ. crim. 47. nu. 6. verſ. ſed quia, & conſ. 54. num. 14. vbi, quòd ita communiter tenent omnes Doctores, & conſ. 71. num. 3. & ſeqq. vbi, quòd in dubio ab iſta communi gloſſatorum opinione non eſt recedendum, & conſ. 72. nu. 7. verſ. his præmiſſis, Alex. conſ. 116. nu. 1. lib. 2. Barth. de Valmarin. conſ. crim. diuerſ. 69. nu. 40. in fine lib. 1. Boſſ. in tit. An in criminali iudicio, num. 5. in fine, vbi de communi, Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 13. vbi de communi, Clar. in pract. §. fi. q. 32. nu. 5. verſ. hinc eſt, vbi alios refert concordantes, teſtantes de communi, & practicata opinione, Gabr. lib. 7. conclu. 9. num. 9. vbi relatis contrarijs dixit, quòd hanc opinionem magis communiter ſequuti ſunt Doctores tàm Iuris Ciuilis, quàm Canonici. Viui. opin. 649. num. 4. vbi etiam de communi, Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. quæſt. 80. num. 86. & ſeqq. vſque ad num. 96. vbi alios de communi teſtantes refert, eamque communem à contrarijs defendit Bonacoſſ. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 3. verſ. limita non procedere. Iodoc. in pract. cap. 24. rubr. de procurat. num. 2. verſic. item in quouis crimine.

68 Contra, quòd etiam in pœna relegationis Procurator non poſſit interuenire, tenuerunt Iacob. de Ran. & alij antiquiores vltramontani, quorum opinionem diſputationis cauſa poſſe ſuſtineri dicit Bart. in d. l. ſeruum quoque. §. publicè, ſub num. 1. ff. de Procurat. Alberic. nu. 6. & ſeqq. vbi ex rationibus ibi per eum relatis hanc opinionem de ſtricto iure veriorem credidit. Quamuis, vt ſupra eum retuli, primam opinionem communiter in iudicijs ſeruari teſtatus fuerit, Bar. in l. penul. §. ad crimen, nu. 7. ff. de publ. iudic. vbi licèt ſupra num. 4. dixerit opinionem glo. communiter receptam eſſe, de iure tamen hanc veriorem affirmare videtur, & idem repetit num. 11. & 12. Fulgoſ. ibidem num. 7. vbi dixit opinionem Vltramontanorum eſſe veriorem. Ant. de Butr. in cap. veniens, nu. 12. col. 3. verſ. tertia fuit opinio, & per totam illam colum. & colum. 4. in princ. extr. de accuſat. Vbi licèt multa hinc inde deducere videatur; in hac tamen ſententia reſidere videtur, quòd iſto caſu non admittitur Procurator, ſed tantum excuſator, Abb. ibidem num. 18. & ſeq. vbi licèt primam opinionem dicat communem, & ab ea in conſulendo non recedendum. hanc tamen duabus rationibus præcipuè comprobat, & contrarijs reſpondet Aret. ibid. nu. 65. & ſeqq. vſque ad num. 72. vbi latiſſimè defendit hanc opinionem, & præſertim num. 69. poſt med. verſ. & quia col. 14. in fine, ampliat procedere, ſiue relegatio fiat in certis locis, ſiue etiam fiat à certo loco, vtroque enim caſu affirmat Procuratorem non eſſe admittendum, & quòd hæc diſtinctio relegationis in propoſito dicitur potius quædam fantaſia Doctorum, quàm ſecundum Iuris diſpoſitionem. Cæpoll. conſil. crimin. 53. num. 1. verſic. ſi verò. Natta in addit. ad conſil. Alexan. 116. num. 1. littera A, vbi, quòd ita obſeruatur.

69 Et hæc contraria opinio fortius procedit, quando agitur de pœna relegationis, iuncta pœna publicationis bonorum, ſecundum Alex. qui pluribus hanc probat concluſionem in conſil. 116. num. 2. & pluribus ſeqq. lib. 2. ſic etiam, & latè comprobat Bened. de Barz. conſil. crim. diuerſ. 91. num. 4. & ſeqq. & 13. & ſeqq. & 21. & ſeqq. omnibus libro 1.

70 In hac contrarietate aliqui dixerunt primam opinionem (quæ ſine dubio magis communiter recepta eſt) procedere, quando quis relegatur, ne ſcilicet poſſit in aliquo loco morari, quo caſu videtur eadem pœna, cum pœna exilij à certo loco; ſecunda autem opinio procedit, quando quis relegatur, vt debeat in certo loco morari, iuxta l. relegatorum in princ. ff. de interdict. & releg. Tunc enim talis pœna relegationis videtur æquiparari deportationi: Ideo ſicut in pœna deportationis non admittitur Procurator, vt dixi ſupra num. 44. Ita nec etiam debet admitti in iſta pœna relegationis. Probatur hæc diſtinctio ex traditis per Bart. in d. l. penul. §. ad crimen, num. 12. verſic. præterea pœna relegationis. ff. de publ. iudic. Anton. de Butt. in cap. veniens, num. 12. colum. 4. ante med. verſ. per hoc dicit. extr. de accuſat. & ibi etiam Marian. Socin. nu. 121. vbi teſtatur de communi opinione, licèt ſupra num. 114. retulerit Bal. contrarium dicentem. Boſſ. in titu. an in criminali iudicio, num. 5. in fine, verſic. dicit tamen, vbi de communi.

71 Contrarium, quòd immò vtroque caſu poſſit Procurator interuenire, ſiue relegatio ſit certo loco, ſiue ad certum locum ſcripſerunt Imol in l. penul. §. ad crimen, num. 14. in princ. verſic. item non obſtat, & d. num. 14. ante med. verſic. & ex prædictis. ff. de publ. iudic. Bened. de Plumb. ibidem nu. 29. & ſeq. & Rub. Alexandr. nu. 144. & ſeqq. vſque ad num. 149. vbi benè comprobat, reſpondet contrarijs, teſtaturque quod ita tenent communiter Scribentes, & in hac opinione etiam reſidere videtur Bal. in l. reos, nu. 1. in princ. iuncto verſ. minor de opinione Vltramontanorum. C. de accuſat. & ibi etiam Salyce. num. 4. colum. 2. in princ. verſ. quinto inducit. Bar. & col. 3. ad finem, num. 5. verſ. reſtat reſpondere, & in hac opinione, tanquam vltimo loco per eum relato reſidere videtur. Maria. Socin. in cap. veniens, num. 102. & 110. verſ. ſed poſſet reſponderi, & num. 114. verſ. aduerte tamen, extr. de accuſat. Clar. in pract. §. fina. q. 32. num. 5. verſ. hinc eſt, in fine, vbi pariter, quòd ita tenent communiter Scribentes, ex Rub. ex loco præcitato.

72 LIMITA III. Quando agitur de pœna priuationis officij, remotionis ab ordine, ſeu dignitate, & ſimil. glo. in l. ſeruum quoque. §. publicè, in verbo *datur*, verſic. in ſecundo genere, & in verbo *innocentiam*, ff. de procurat. & ibi etiam hoc idem adnotarunt Odofred. col. 1. in princ. verſic. tertio dicitur, & col. 3. ad med. ſub num. 3. pariter ad med. verſ. ſunt quædam cauſæ. Ang. nu. 6. verſ. ſecus ſi non imponatur. Paul. de Caſtr. nu. 7. verſ. an alia pœna, & verſ. tertia fuit opinio, & verſ. aut non eſt corporis afflictiua, vbi videtur teſtari de communi opinione, & num. 8. ver. ſi verò non requirit alia glo. in l. 1. in verbo *relegationem*, ff. an per alium cauſ. appellat. Bar. in l. penul. §. ad crimen, num. 4. ad finem, verſ. id quod dicitur. ff. de publ. iudic. Imol. poſt num. 11. in princ. & d. num. 11. in fine, vbi quod ita tenent omnes, & num. 10. col. 15. in princ. verſic. interdum verò, & nu. 22. ad med. poſt quintam rationem,

vers. sed certè hæc opinio. Bened. de Plumb. num. 24. & 28. vers. item in pœna amotionis ab ordine, & Rub. Alexand. num. 124. 150. 151. & seq. vbi testatur de communi opinione, quamuis cōtrariam veriorem crediderit, vt mox eum referam, Odofred. in l. reos, nu. 3. versic. sunt autem quædam. C. de accusat. & ibi etiam Bal. in fine princip. & num. 1. Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 12. colum. 4. post prin. versic. per quæ concludit, extr. de accusat. & ibi etiam Maria. Socin. num. 12. & seqq. vsque ad num. 130. vbi testatur de communi opinione, & respondet contrarijs. Bero. num. 37. vbi quòd ita concludunt communiter Doctores, Archid. in cap. in criminalibus, num. 1. vers. secundum, vbi imponitur. 5. quæst. 3. Barth. de Val Marin. consil. crimin. diuers. 69. nu. 40. in fi. lib. 1. Clar. in pract. §. fina. quæst. 32. num. 6. versic. idem etiam, vbi pariter de communi, ex Marian. Bened. de Plumb. & Rub. in locis præcitatis. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 127. & seq. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. colum. 3. versic. idem si tractaretur, vbi de communi, pro qua etiam faciūt, quæ dixi in seq. quæst. nu. 20. vbi probaui isto casu causam dici Ciuilem, & non Criminalem.

73 Quamuis contrariam opinionem iure verius defendi posse crediderit. Rub. Alexand. in l. penul. §. ad crimen, nu. 157. ff. de publ. iudic. iunctis rationibus consideratis per Bero. in loco infra allegando in seq. q. nu. 21.

74 LIMITA IV. Quando agitur de pœna priuationis beneficiorum, seu depositionis de Iure Canonico, quia tunc etiam potest Procurator interuenire, ex alleg. per Bened. de Plumb. in l. penul. & ad crimen, num. 38. in 8. oppos. ff. de publ. iudic. & hanc opinionem, quando contra absentem procedi potest ad condemnationem, sine litis contestatione, prout est, quando proceditur per viam inquisitionis, aut denunciationis (licèt secus credat) quando alias contra absentem procedi non potest, amplecti videtur. Bero. in cap. veniens, num. 38. extr. de accusat. Fely. in cap. meminimus, num. 17. extr. de accusat. vbi dixit admitti Procuratorem, quando tractatur de priuatione beneficij, quia tunc causa non dicitur criminalis, & idem affirmat Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 129. ex Rota, quam allegat decis. 35. de procurat. in nouis.

75 Contra, quòd de iure canonico, & vbi agitur de pœna depositionis, Procurator non possit interuenire, cum talis pœna imponatur pro capitali delicto, tenere videtur Rub. Alexandrin. in l. penul. §. ad crimen, num. 150. 151. & seq. in discursu, vbi benè comprobat, & respondet contrarijs Anton. de Butr. in cap. veniens, num. 7. extr. de accusat. & num. 12. col. 3. ante med. vers. idem pœna depositionis, & colum. 4. post princip. vers. ad hoc, Aret. ibidem num. 8. in 7. notab. Marian. Socin. num. 21. in 9. notab. & num. 126. & seqq. vbi benè exornat hanc opinionem, & ponit rationem differentiæ inter priuationem de iure ciuili, & priuationem de iure canonico, vel (vt melius dicam) inter priuationem ordinum, & dignitatum sæcularium, & inter priuationem ordinum, & dignitatum Ecclesiasticarum, de qua etiam vide benè loquentem ibidem Bero. num. 37. & seq.

Verum ad materiā huius quartæ limitationis, vide quæ dixi infra in seq. q. nu. 25. & seqq. in nona conclusione per totam, vbi inter alia fit differentia inter pœnam priuationis, & pœnam depositionis.

76 LIMITA V. vt eadem proposita regula procedat, prout loquitur, quando agitur de pœna corporali, secus si agatur de pœna pecuniaria. Tunc enim Procuratorem, pro absente citato, admittendum esse probat tex. in l. 1. ff. an per alium caus. appellat. in illis verbis, *& res pecuniaria est, nihil prohibet nomine eius te iustè respondere*, Odofred. in l. seruum quoque. § publicè, in princ. versic. primo, si aliquis. ff. de procurat. & ibi etiam Ang. ante num. 1. versic. in causis pecuniarijs, & versic. vel sic, & num. 1. Fulgos. num. 11. in fine, colum. 3. etiam in fine, & colum. 4. in prin. nu. 12. vers. in causis pecuniarijs. Paul. de Castr. nu. 8. ante finem. vers. si ergo quando, vbi quòd hoc est clarum, secundum omnes glo. in l. penul. §. ad crimen, in verbo *Iudicij*, vers. hoc tamen ita, ff. de publ. iudic. & ibi hoc etiam adnotarunt Alberic. num. 16. in fine, versic. idem quærit. Imol. sub num. 7. & num. 20. in princ. & versic. si autem interponeretur, vbi loquitur in pœna pecuniaria imposita, tàm à iure, quàm à Statuto. Fulgos. num. 5. Bened. de Plumb. sub num. 24. vbi quòd isto casu sine dubio admittitur Procurator, & num. 28. vers. interdum venit imponenda pœna pecuniaria, &c. vbi quòd, tunc indistinctè, & secūdum omnes Procurator admittitur, Cyn. in l. reos, num. 5. C. de accusat. & ibi etiam Bald. num. 1. ad med. vers. quædam sunt causæ meræ pecuniariæ, Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 12. ante finem, col. 4. in fine, versic. per quæ relinquitur. extr. de accusat. & ibi etiam Anchar. num. 25. ad med. vers. & per hoc dicit Maria. Soc. num. 50. vbi quod hæc est omnium communis conclusio. Ang. de malef. in verbo, *Qui D. Iudex videns, &c.* num. 16. Cæpoll. consil. crim. 49. num. 4. & cons. 53. num. 1. in princ. Rota decis. 37. alias 485. incip. Si clericus, num. 3. in fine. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. num. 4. vers. & ideo, fol. 161. vbi quòd ita communiter Doctores tenent. Boss. in tit. an in criminali iudicio, num. 1. vers. est verum. Clar. in pract. §. fina. q. 32. vers. cæterum vbi, num. 4. vbi pariter de communi. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 82. in fine, & 83. vbi de communi, & num. 106. vers. sextus est casus, vbi ampliat, siue pœna pecuniaria veniat ex dispositione iuris communis, siue etiam Statuti. Monticell. reg. crimin. 13. nu. 54. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 3. vers. limita non procedere, vbi de communi. Iodoc. in pract. crim. c. 24. rubr. de procurat. nu. 2. in fi. vers. item in quouis crimine. Andr. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 10. nu. 18. Sigismun. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crim. cap. 101. nu. 44. vers. si in secundo casu, vbi de communi, & quòd ita vbique seruatur, fol. 245. col. 2.

77 AMPLIA I. præcedentem v. limitationem, vt procedat etiam, quòd imponatur pœna pecuniaria, & in defectum pecuniariæ corporalis, quia tunc adhuc admittitur Procurator, secundum Alberic. in l. seruum quoque. § publicè, num. 20. post med. vers. si enim Statutum ff. de Procurator. & ibi etiam Fulgos. nu. 25. vers. sed si Statutum, vbi tamen dubitatiuè loquitur, idem Alberic. in l. reos, nu. 10. & seq. C. de accusat. vbi benè comprobat, & respōdet contrarijs. Anan. in cap. veniens, num. 17. in fi. extr. de accusat. Bened. de Barz. consil. crimin. diuers. 91. num. 1. & seq. lib. 1. Clar. in pract. §. fina. quæst. 32. num. 9. versic. vlterius quæro, vbi de communi ex Maria. Imol. & Rub. in locis præcitatis, Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 3. in fin. vers. idem est si Statutum, &c. vbi de communi, Moron. de fid. treg. & pac. q. 12. nu. 4. & sequentibus, vbi pluribus rationibus hanc limitationem comprobat.

78 Contra, quòd immo, nec isto casu admittatur Procurator, faciunt deducta per eundem Alberic. in d. §. publicè, eodem num. 20. post med. vers. Cynus autem, iuncto vers. ex quibus etiam patet, & voluerunt Ang. in d. §. publicè, colum. fin. post prin. vers. & habet locum. Bart. in l. 2. num. 3. ff. de publ. iudic. vbi arguit pro, & contra, & postea in hac contraria opinione residere videtur. Ang. in l. penul. §. ad crimen, num. 8. ff. de publ. iudic. vbi quòd ita seruatur de consuetudine, & ibi etiam Bened. de Plumb. num. 46. & Rub. Alexandr. num. 196. versic. quartus casus, vbi dixit, quòd cum opinione Bar. in loco præcitato transeunt cæteri Scribentes. Cyn. in l. reos nu. 5. in fine, vers. si autem in Statuto. C. de accusat. & ibi etiam Ang. num. 2. in fine colum. 3. in princ. vers. idem dico, vbi refert Bart. in d. l. 2. Salyc. in d. l. reos colum. penul. num. 20. versic. secundo casu, & col. fina. versic. quando autem. Card. Zabar. in cap. veniens, num. 10. vers. quid si imponitur pecuniaria pœna, extr. de accusat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 15. Maria. num. 74. & seqq. vsque, & post num. 78. vbi licèt multa effundat verba in hac materia, hanc tamen videtur tenere opinionem, vt præcipuè ibidem num. 75. ante med. vers. deinde subdit ex Bald. quē allegat, & d. nu. 75. post med.

post med. versi. sed Ioannes de Imol. &c. ex Imol. quem pariter allegat, & nu. 77. vers. quandoque verò, & nu. 78. vbi ampliat, siue reus re vera non sit soluendo, siue etiam sit soluendo, & nolit soluere; vtroque enim casu affirmat non esse audiendum per Procuratorem, Fely. in cap. meminimus, num. 18. versic. item adde, quòd vbi pœna corporalis, extr. de accusat. Barth. de Valmarin. consil. crimin. diuers. 69. num. 42. lib. 1. Petras. sing. 63. num. 2. & 3. vbi licèt referat hinc inde contraria, concludere tamen videtur pro hac parte negatiua, Blanc. in pract. crimin. §. verum quia 108. in fine, versic. quarto quando, fol. mihi 28. à tergo. Cyrill. in summa crimin. tubr. 10. de procurat. num. 1. versic. sed si Statutum addendo diceret, fol. mihi 50. col. 3. ante med. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 13. & seqq. in 8. ampliatione, vbi alijs relatis, dixit ita Doctores communiter tenere. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. nu. 17. & seqq. vbi bene comprobat hanc opinionem. Brunor. à Sole in suo compend. iur. &c. verbo *Procurator in criminalibus*, vers. non tamen, fol. 163. in fine, ex quibus sine dubio propositam ampliationem non esse communiter receptam, & hanc contrariam opinionem magis communiter approbatam esse dici potest.

79 Reperio tamen in hac contrarietate Doctores distinguentes, quòd prima opinio indubitanter procedat, quando pœna corporalis succedit loco pecuniariæ, & sic quando augumentatio pœnæ venit non virtute eiusdem, seu diuersæ legis, sed ex Iudicis officio, & ex sola iuris dispositione, volente, quòd qui non habet in bonis, luat in corpore (de quo alibi diximus) Tunc enim benè admittitur Procurator, secundum Bart. in l. 2. num. 4. ff. de publ. iudic. Fulgos. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 25. ver. vna est tamen mihi dubitatio. ff. de procurat. Imol. in l. penult. §. ad crimen, colum. 14. nu. 20. in prin. vers. sed tamen consideratio. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Rub. Alexandr. nu. 119. vers. nec consideratur, vbi quòd hæc est communis omnium opinio, & num 181. & seq. vbi respondet contrariæ opinioni. Salyce. in l. reos, num. 20. versic. primo casu. C. de accusat. Maria. Socin. in cap. veniens, num. 50. vers. nec consideratur, & nu. 51. & seq. vbi proponuntur contraria, & illis respondetur, & num. 75. ante med. vers. aut talis pœna corporalis. Petras. sing. 63. num. 3. ad med. vers. aut pœna corporalis. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 38. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 103. & seqq.

80 Secunda autem opinio procedit, quando corporalis succedit loco pecuniariæ, & pœnæ augmentatio non venit ex solo Iudicis officio, aut iuris dispositione generali, sed ex speciali dispositione eiusdem, aut diuersæ legis, tunc enim procurator non admittetur, secundum eundem Bart. in l. 2. num. 4. ff. de publ. iudic. vbi etiam ponit, quando pœnæ augumentatio dicatur fieri virtute eiusdem, aut alterius legis, & quando ex Iudicis officio, & dicta Bart. in d. l. 2. benè examinat Rub. Alexandr. in l. penult. §. ad crimen, num. 189. & seqq. ff. de publ. iudic. & vide etiam ad propositum huius sublimiliationis. Bald. in l. reos, num. 9. C. de accusat. vbi subtiliter, & magistraliter loquitur. Maria. in cap. veniens, num. 75. versic. Bartolus verò, &c. iuncto vers. sed Ioannes de Imol. &c. extr. de accusat. vbi in hoc relata. Bart. prædicta distinctione, refert postea, Ioann. de Imol. in l. 2. ff. de publ. iudic. dicentem, quòd eadem Bart. distinctio imponit legem, potius verbis, quàm rebus, & propterea ipse credit indistinctè, Procuratorem non esse admittendum, cum ad iudicandum crimen capitale satis sit, quòd inspecta ordinata dispositione legis, seu Statuti possibile sit pœnam capitalem aliquo casu imponi posse. Addo pro prædicta distinctione Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 18.

81 Hæc distinctio in se est verissima, sed per eius secundam partem omnino confirmatur proposita secunda contraria opinio.

82 Ideo succedit alia distinctio Doctorum, qui dixerunt, primam opinionem procedere, quando pœna pecuniaria principaliter est in obligatione, & condemnatione, prout est, quando Statutum mandat pro aliquo delicto solui pœnam pecuniariam, & si eam reus non soluat, incurrat corporalem. Tunc enim posset forsan admitti Procurator, secunda autem opinio procedat, quando pœna corporalis est in obligatione, & condemnatione, vt puta, quia Statutum imponat pœnam corporalem à principio, licet velit eam posse redimi soluendo pecuniariam infra tantum tempus, hoc enim casu non admittitur Procurator, secundum Alberic. in l. seruum quoque. § publicè, num. 20. post med. vers. si enim Statutum. ff. de Procurat. Imol. in l. penult. §. ad crimen, post num. 20. col. 15. ad med. vers. quid autem si mixti, iuncto vers. interdum verò. ff. de publ. iudic. Rub. Alexandr. in d. §. ad crimen, nu. 196. vers. tertius casus est, vbi sequitur secundum caput dictionis prędictę. Bal. in l. reos, nu. 10. C. de accusat. vbi facit eandem distinctionem, licèt per diuersa verba, videlicet, quòd si Statutū incipit à præcedenti impositione pœnæ pecuniariæ, & in illius defectum subrogat corporalem. Tum talis pœna reputatur pecuniaria, & admittitur Procurator, si verò Statutū incipit ab impositione pœnæ corporalis, & dat facultatem illam redimendi cum pecunia, & tunc pœna reputatur corporalis, & Procurator non admittitur. Gandin. in tit. vtrum Procurator, &c. nu. 12. in fine, vers. si autem Statutum dicat. Clar. in pract. §. fi. q. 32. nu. 7. versic. dictum est ad finem: Ibi, si verò Statutum imponat pœnam mortis, &c. Monticell. reg. 13. num. 8.

83 Et quidem secunda pars huius distinctionis communiter, vt vides, à Doctoribus recepta est quamuis Alberic. in l. reos, nu. 10 & seq. C. de accusat. conetur tenere, ac defendere, quòd admittatur Procurator, etiam quòd pœna corporalis sit in obligatione, & condemnatione, dixitq; hanc opinionem fuisse Vgolini della Fontana, à qua nec dissentire videtur, saltem dato fideiussore de soluẽdo pęnam pecuniariam. Blanc. in pract. crim. § verum quia, nu. 110. versic. aduerte quòd, & seqq. fol. mihi 29.

84 Immò contra primam partem distinctionis prædictę, & quòd nec etiam admittatur Procurator, quando pœna pecuniaria principaliter est in obligatione, & condemnatione, tenent communiter omnes Doctores allegati supra, num. 78.

85 Quare subintrat alia opinio Maria. Socin. in cap. veniens, num. 77. in fine, extra de accusat. dum dixit, quòd isto casu poterit admitti Procurator, sub conditione, vt habeatur pro non admisso, quatenus pœnæ corporali locus fuerit.

86 Verum Marian. sic dicentem reprobat Rub. Alexandr. in l. penul. §. ad crimen, nu. 196. in fine, ff. de publ. iudic.

87 Vnde ex præmissis colligitur, quòd quando pœna corporalis succedit loco pecuniariæ, non ex generali dispositione iuris communis, volentis, quod non habens in bonis luat in corpus, sed ex aliqua speciali lege, Statuto, seu constitutione sic expressè in aliquo delicto statuente, Procurator pro absente citato non admittitur nec simpliciter, nec sub conditione, & siue pœna corporalis sit in obligatione, & condemnatione, siue etiam pœna pecuniaria.

88 Sed an isto casu admittetur Procurator dato fideiussore de soluendo pœnam pecuniariam in casu succumbentiæ, dic, quòd sic, secundum Marian. Socin. in c. veniens, num. 75. in fine, & latius defendit Blanc. in pract. crim. §. verum quia, num. 109. & omnibus seqq. fol. mihi 28. in fine, & seq. Clar. in pract. § fina. quæst. 32. num. 9. sub versic. vlterius quæro, vbi dixit, quòd si Reus accusatus sit notoriè, soluendo non indiget fideiussore, si vero non sit idoneus, sufficit fideiussio, & ita seruari testatur ex Blanc. in loco præcitato refert, & sequitur Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verbo, *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 4. in prin. vers. fallit, vt ibi.

89 Contrarium, quòd ad effectum admittendi Procuratorem isto casu non sufficiat sola fideiussoris præstatio, immo nec etiam depositum, cum possit esse, quod pecunia periret, vel fideiussor efficeretur non soluendo, sed sit necessaria solutio realis, sub conditione, quòd in delicti causam, & fisci vtilitatem conuertatur, si Reus fuerit condemnatus, voluerunt Bar. in l. 1. de custod. reor. quem in pro-

in proposito refert, & sequitur Imol.in l. penult. §.ad crimen, num.20.post med. col.1 5.in fine vers.remedium ergo ff.de publ.iudic.& Rub. Alexandrin. nu.196.ad finem, vbi pariter dicit sibi non placere solam cautelam fideiussionis propter d.fideiussionis fragilitatem. Ang.in l. reos, num.2. in fine, colum. 3. in princip. C. de accusat. Salyc. ibid. num. 20.ad finem vers.consilium tamen. Maria.Socin.in c. veniens, num. 76. extr.de accusat.vbi refert, & defendit hanc Bart.opinionem. Petras. sing.63.incip.fere per totam Italiam, num.2.vers.sed contrarium, vbi quòd isto casu Reus non admittitur dando fideiussiones, vel faciendo depositum, Boss.in tit.an in criminali iudicio, sub nu.5. vbi refert, & sequitur Bart.in loco præcitato Gabr. lib.7.conclus.9. num. 16. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst.80.num.22.

90 AMPLIA II. dictam V.limitationem, etiam quòd pœna pecuniaria imponatur pro publico delicto, tunc enim etiam admittitur Procurator. secundum Imol. in l. penul §.ad crimen, nu.10.ante med. vers. Angelus autem ff.de publ.iudic.vbi testatur de com muni opinione, reprobato Ang.contrarium dicente, & num.21.in fine, vers.& ex prædictis. Rub.Alexandr. ibid.nu.10.versic.sunt tamen quædam publica iudicia, & num. 42.43.& 44. vbi multa hinc inde adducit, & postea in hac opinione residere videtur per tex.quem allegat in l. tunc conuenit C.de accusat. reprobato pariter Angelo contrarium tenente, vt ibi per eum. Cyn.in l.reos, numero quinto, C.de accusat. & ibi etiam Ang.in hoc forsan sibi contrarius, nu.2.col.2. ad finem. vers. item fallit si pro crimine capitali, Marian. Socin. in c.veniens, nu.48.vers.videtur ergo, & seqq. versiculis, iuncto, nu.49.in fine, vbi pariter contra Ang.in d. §.ad crimen hanc bene defendit opinionem. Fely.in c.meminimus, nu.15.extr.de accusat.Menoch.de arbitr.quæst. lib.1.quæst.80.nu.5.vbi testatur hanc esse magis receptam opinionem, & ab ea in foro, & iudicijs minime recedendum, quamuis (vt modo eum referam) contrariam sententiam dixerit veriorem, & nu.112.& seqq. vbi bene comprobat hanc limitationem, & aliqua ponit exempla Iodoc. in pract.crim.cap.24.rubr.de Procurat.nu.2.in fine, vers. item in quo vis crimine.

91 Quamuis contrarium voluerit Ang. in d.§. ad crimen, num.4.post 9.fallen.vers.ex hoc etiam apparet, & vers.mihi autem videtur, & Ang.opinionem latè comprobet, & à contrarijs defendat Menoch. de arbitr. quæst. libro 1. quæst. 80. num. 5. & seqq. & ante Menoch. hanc sententiam admittere etiam videatur, ante litem contestatam (licet secus credat post litem contestatam) Bero. in c. veniens, num.21.extr.de accusat.ex Bar.& Abb. in locis ibi per eum relatis.

92 AMPLIA III. eandem v.limitationem, etiam quòd agatur de pęna confiscationis omnium bonorum, secundum Rub. Alexandr.in l.penult.§.ad crimen, nu.151.ff.de publ.iudic.Marian.Socin.in c.veniens, nu.68.extr. de accusat.vbi ampliat etiam, quòd talis pęna imponeretur pro delicto publico. Boss.in titu.an in criminali iudicio, nu.4. Menoch.de arbitr. quæst.lib.1.q.80.nu.84.

93 Quamuis contrarium, quòd immo, nec isto casu procurator admittatur consulendo tradiderit, Bened. de Barz. cons. crim.diuer.91.nu.13.& seqq.vsq; ad nu. 21.sed quid si cum pœna confiscationis bonorum concurreret etiam pœna relegationis? vide supra, nu.69.

94 AMPLIA IV. vt eadem v.limitatio procedat etiam, quod pœna sit pecuniaria, reusque possit impunè offendi, vel quod non audiatur tam in ciuili, quam in criminali causa, hæc enim pœna, quòd reus possit corporaliter offendi, non imponitur per Iudicem in sententia, nec virtute sententiæ fit illius executio, sed venit ab extra, ideo nō impedit, quin reus possit per Procuratorem audiri, Ang. in d l.seruum quoque §.publicè, num.5.in fine, colum.fin. ad med. vers.& si pœna Bal. in l.reos, nu.40.C.de accusat. Socin.reg.322.in 12.limitatione. Alexan. cons.116.nu.1. in 4.& 5.argumento, libro 2.Petrasan.sing.63.nu.3. pract. Conrad rubr.de comparit.inquisit.nu.6.in 25.limitatione.fol.mihi 264. Bart.& Ias.in locis relatis per Gabr. lib.7. conclus.9.nu.17.vers.contrarium &c. Menoch. de arbitr. quæst.lib.1.q.80.nu.134.

95 Contrarium, quòd non possit inquisitus per Procuratorem admitti, quando Statutum aliquo modo mandat, ipsum posse impunè offendi, videtur voluisse Rub.Alexandrin.in l.penult.§.ad crimen, num.18.ff.de publ.iudic.post Bart.quem allegat.ibid.nu.9. & Bal.in l.2.ff.de publ.iudic. qui loquuntur in casu Statuti volentis posse impunè offendi eum, qui declinat iurisdictionem Potestatis, quod, & idem traditur per Nouell.post tract.ad defens.n.14.fol.mihi 172. Addo pro hac contraria opinione Ang. Imol. & Alexan. in locis relatis, per Gabr. libro 7. conclus. 9. numero 17.in princip. Menoch.de arbitr. quæst.lib.1.quæst. 80.numero 45.

96 Pro resolutione, vide Marian.Socin.in c.veniens, nu. 112.& seqq. vsq; ad nu. 115. extr.de accusat.vbi multa adducit pro, & contra, & postea distinguit.

97 AMPLIA V. vt d.v.limitatio procedat, etiam quòd de iure communi pœna esset corporalis, sed per Statutum fuerit effecta pecuniaria, prout quandoque reperiuntur Statuta pro homicidio, talem pœnam imponentia, (De quorum validitate nunc non est disputandum) nam tunc Procuratorem esse admittendum scripserunt Bal. in l. seruum quoque, § publicè, numero tertio, versic. sed pone, quod ex forma Statuti il primo, ff. de Procurat. Alberic. ibidem, numero 20. vbi relatis Antiquorum argumentis, qui contrarium dixerunt, & præsertim Guid.de Suzzar. (qui quamuis dixerit, se vidisse in practica obtineri pro, & contra, testatur tamen veriorem esse opinionem negatiuam, quòd scilicet, isto casu non admittatur Procurator.) hanc limitationem, tanquam veriorem, quòd immo admittatur, teneri per Doctores, ibi per eum relatos, & à quibus, nec ipse dissentit, rationibus ibidem consideratis, expressè testatur Fulgos.numero 25. Bart.in l.penult. §. ad finem, numero 14. ff. de publ. iudic. & ibi etiam hoc adnotauit Imol. columna 14. ad med. numero 20.versic. si autem Statutum, vbi quòd opinio Bart.communiter tenetur, & ibi respondetur contrarijs. Bened. de Plumb. numero 45. vbi, quod ita tenent communiter omnes, & Rub. Alexandrin.num. 179 & num.183.& seq. vsque ad num.187. vbi hanc sententiam communiter receptam dicit, arguit contra eam pluribus modis, & postea argumentis respondet. Cyn.in l.reos, numero 5 C.de accusat.& ibi etiam Alberic. num. 8. in fine, 9. & seq. Bald. numero 18. in fine, vbi quòd in hoc omnes concordant, Ang.num.2.columna 2.ad finem, versic.item fallit, si pro crimine capitali imponitur pœna pecuniaria, & Salyc.numero 19. vbi, quod ita communiter tenetur per Doctores. Card. Zabar.in cap.veniens, num.10.versic.quæro pone.extr.de accusat.& ibi etiam Ant. de Butr. num.14. Marian.Socin.num.51.post med. versic. secundo casu, & nu. 53.& seqq. vsque ad, num. 59.vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, refertque etiam testantes de communi opinione, & numero 69. vsque ad nume. 73.vbi numero 72. in fine, adhuc dicit communem sententiam esse amplectendam, quamuis non modicam patiatur difficultatem, de qua ibi per eum. Felyn. in capitul.meminimus, numero 11. versic. ex quo infero, extr.de accusat.&

98 ibidem, num. 18. in fine, vbi è contra, quod Procurator non admittitur, quando Statutum imponit pœnam corporalem in casu, in quo de iure solum imponitur pecuniaria, Adde pro hac eadem cōclusione Gandin.in tit. Vtrum Procurator &c. num. 12. vbi licet multa hinc inde adducat, videtur tamen se resoluere in hanc partem. Cyrill.in summa crim.rubr.10.de Procurat. numero 1. versic. item Procurator admittitur.fol.mihi 50.columna 3.in princip. Boss.tit. An in criminali iudicio, numero 1.in fine, versic. nec fit distinctio, vbi de communi. Clar.in pract.§.fina.q. 32.numero 7.vers.dictum est, vbi etiam de communi (licet dubitet de validitate Statutorum imponentium pœnam pecuniariam pro homicidio, de quo tamen suo loco dixi) Gabr.libro septimo, conclus.9.nume.quinto, & sexto, vbi alijs relatis, ita testatur communiter Doctores tenere, sicut è contra, nec Procurator admittitur, quando

de iure

de iure communi pœna eſt pecuniaria, ſed per Statutum
corporalis, vt ibi per eum. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1.
q. 80. nu. 13. & ſeqq. vbi hanc fatetur communem opinio-
nem, licet contra eam aſſerat ſentire Ang. in d. §. ad crimẽ,
nu. 107. & ſeqq. vbi teſtatur de magis communi, eamque
à contrarijs defendit. Iodoc. in pract. crim. cap. 14. rubr.
de Procurat. num. 4.

99 Quæ omnia bene procedunt in Reo, ſecus in Actore, is
enim per Procuratorem comparere non poteſt, ſi crimen
ſit publici iudicij, etiam quòd pœna à Statuto fuerit effe-
cta pecuniaria, quia adhuc remanet crimen publicum.
Bal. in l. ſeruum quoque, §. publicè, numero 3. verſ. ſed po-
ne il primo, ff. de Procurat. Bar. in l. penult. §. ad crimen,
numero 14. verſ. ſed an ex parte accuſatoris ff. de publ. iu-
dic. vbi remiſſiuè, & cum Bar. tranſite communiter Scri-
bentes (licet poſtea cogitandum relinquat) teſtatur Rub.
Alexandrin. in d. § ad crimen, num. 187. & ſeqq. Bal. in l.
reos, num. 19. C. de accuſat. Ant. de Butr. in c. veniens, nu.
34. verſ. hæc vera. extr. de accuſat. & ibi etiam Maria. So-
cin. nu. 63. & ſeqq. vſque ad nu. 68. vbi late diſputat de ve-
ritate huius ſublimitationis, ſequitur Boſſ. in tit. An in cri-
minali iudicio, nu. 1. in fine, verſ. ſed ex parte accuſatoris.

100 Quamuis contrarium, quod etiam ex parte accuſatoris
admittatur Procurator, quando pro crimine capitali im-
ponitur pœna pecuniaria, voluerit Ang. in l. reos, num. 2.
col. 2. in fine, verſ. ſed mihi non videtur vera eius opinio.
C. de accuſat.

101 LIMITA VI. huius quæſtionis regulam in delictis
leuibus (Quæ enim dicantur leuia delicta, dixi ſupra in 1.
par. in tit. de delict. & pœn. quæſt. XVII.) in quibus Procu-
ratorem poſſe interuenire voluit Alberic. in l. ſeruum quo-
què §. publicè, num. 16. colum. 5. verſ. ſunt etiam multi alij
caſus. ff. de Procurat. per tex. in l. leuia. ff. de accuſat. Item
Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 4. ff. de publ. iudic.
glo. in c. veniens in verbo *criminali*, verſic. item in leuibus
criminibus. extr. de accuſat. & ibi etiam Hoſtien. nu. 3. ver-
ſic. item in leuibus criminibus. Abb. antiq. in verſic. ad
glo. &c. vbi exemplificat in crimine abigeatus. Anton. de
Butr. numero 19. colum. penult. verſic. ſecundus in leui-
bus glo. in cap. ſi quando in verbo, *per exploratores*, verſi.
item in leuibus criminibus 2. quęſt. 6. Gandin. in tit. vtrum
Procurator &c. num. 10. verſic. tertius eſt. Menoch. de ar-
bitr. quæſt. libro primo, quæſt. 80. num. 118. vbi ampliat
etiam, quod pœna ſit arbitraria (de quo particulariter di-
102 xi ſupra, numero 29.) & numero 120. vbi delicti leuita-
tem conſiderat, etiam quòd illud de ſui natura ſit graue,
ſed ſine dolo commiſſum fuerit, vtputa, in homicidio ca-
ſu fortuito commiſſo, pro quo cum non veniat niſi ſola
pœna pecuniaria imponenda, ideo Procuratorem eſſe ad-
mittendum pro abſente citato conſuluit Signorol. conſil.
169. numero 53. verſic. interdum homicidium fit, ad quæ
103 addo eundem Menoch. d. quæſt. 80. num. 143. vbi etiam
infert ad homicidium commiſſum in ludo à conſuetudi-
ne permiſſo. Quo caſu ſic de tali homicidio inquiſitus
poteſt per procuratorẽ audiri, vt ibi per eum, & per Mon-
ticell. reg. crimin. 13. num. 21. addo pro hac eadem limita-
tione Iodoc. in pract. crimin. cap. 14. rub. de Procurat. nu.
2. ad medium verſic. deinde in minoribus, ſiue leuiori-
bus criminibus.

104 LIMITA VII. in cauſis mixtis, de quibus dicam in
ſeq. quæſt. quæ ſint, prout eſt cauſa inofficioſi teſtamenti,
in quibus poſſe Procuratorem interuenire ſcripſerunt Al-
beric. in d. l. ſeruum quoquè: §. publicè, num. 25. ad med.
verſ. ſi autem cauſa ſit mixta. ff. de Procurat. idem Alber. in
l. penult. §. ad crimen, num. 20. ff. de publ. iudic. Alberic. in
l. reos, numero 7. in fine verſic. ſi autem cauſa ſit mixta
C. de accuſat.

105 LIMITA VIII. quando quis inquiritur de pluri-
bus delictis, quorum vnum eſt capitale, aliud vero non.
Nam tunc admittitur Procurator ad defendendum pro
criminibus capitalibus, licet non admittatur pro capitali,
ſecundum Felyn. in cap. meminimus, nu. 18. verſ. item adde
il 2. extr. de accuſat. ex Bart. quem allegat in l. ſi quis apud.
§. ſi tamen plures. ff. de iudic. ſolu. Ang. de maleſ. in verbo,
qui D. Iudex videns &c. nu. 19. vbi amplius, quod ſi Iudex
non admiſit hunc Procuratorem, læſit partem, & tenetur
in ſindicatu ex Bar. in loco præcitato, & ibi etiam Auguſt.
in addit. d. nu. 19. in fine.

106 LIMITA IX. quando quis inquiritur de vulnere,
pro quo pœna pecuniaria veniat imponenda, quia tunc
poteſt quis per Procuratorem comparere, etiam quòd
vulnus ſit lætale, non enim in eadem inſtantia inquiſi-
tus de vulnere poteſt condemnari de morte, quamuis
vulnus lætale ſit l. vulnerato ſeruo ff. ad l. Aquil. ita per hãc
rationem ſcripſerunt Ang. in l. ſeruum quoquè: §. pu-
blicè, columna finali, verſic. & ſi pro vulnere ff. de Procu-
rat. & bene aduertit Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad cri-
men, numero 51. verſic. ſed tu conſidera ff. de publ. iudic.
Marian. Socin. in cap. veniens, numero 90. 91. & 92.
extr. de accuſat. vbi bene hanc comprobat limitatio-
nem. Felyn. in cap. meminimus, numero 18. extr. eo-
dem Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo, *qui D. iudex
videns &c.* numero 14. in fine, Marſ. in pract. §. ſequi-
tur poſt, numero 20. Gabriel. libro 7. concluſ. 9. nume-
ro 85. in 22. limitatione. Menoch. de arbit. quæſt. li-
bro primo, quæſt. 80. numero 123. & ſeqq. Monticell.
reg. crimin. 13. numero 33. & numero 49. verſic. alia repe-
ritur cautela. Bonacoſſ. in commun. opin. crimin. part. 1.
verbo, *Procurator*, il primo, fol. 139. colum. 1. verſ. idem ſi
accuſatus dicit vulnus non eſſe mortale, qui quidem Do-
ctores loquuntur etiam in caſu, in quo dubitatur, an vul-
nus ſit mortale.

107 Et hæc limitatio multo magis procedet, ſi admittatur
Procurator cum conditione, vt in caſu mortis habeatur
pro non admiſſo, ſecundum Bald. in l. penult. §. ad crimen.
ff. de publ. iudic. prout illum ibidem refert Rub. Ale-
xandrin. numero 51. Marian. Socin. in cap. veniens, nu-
mero 90. extr. de accuſat. vbi præſertim in verſic. ſed tum
aduerte, hanc concluſionem admittit etiam ſine condi-
tione, vt habeatur pro non admiſſo in caſu mortis, er-
go multo magis cum conditione prædicta, reprobato
Imol. contrarium dicente in d. §. ad crimen, prout mox
eum referam. Marſ. in pract. §. ſequitur, num. 41. pract.
Conrad. rub. de comparit. inquiſit. num. 6. in 26. limita-
tione, fol. 264.

108 Contrarium, quòd immo nec iſto caſu admittatur Pro
curator, etiam ſub conditione, vt ſi mors ſequatur, habea-
tur pro non admiſſo, & melius crediderit Imol. in l. penul.
§. ad crimen, num. 20. ad finem, colum. 16. in princip. ver-
ſic. quid autem ſi aliquis. ff. de publ. iudic. reprobato Bal.
ibi contrarium tenente, & quòd ſimpliciter Procurator
non admittatur voluerunt Nouell. poſt tractat. ad defen-
ſionem, numero 8. fol. mihi 171. pract. Conrad. rub. de
comparit. inquiſit. numero 6. in 22. limitatione. fol. 264.
verſic. ſed pone, vbi quòd ſibi nunquam placuit pra-
ctica admittendi Procuratorem ſub conditione prædi-
cta. Nam ſi poſtea mors ſequeretur, iam reus feciſ-
ſet defenſiones abſque perſonali conſtitutione, quòd eſ-
ſet valde inconueniens, & licet eo caſu poſſet Iudex di-
cere, quòd defenſiones prædictæ habeantur pro non re-
ceptis, prout ſub hac conditione fuerunt admiſſæ, vt
in caſu mortis non intelligantur receptæ, nihilominus ſi
ex eis appareret de innocentia rei, non video (inquit
ibi Clar.) quomodo ipſe Iudex poſſet ipſum reum, quam-
uis contumacem, condemnare, & propterea dicit ſibi tu-
tiorem videri practicam, quam ſeruari teſtatur in Duca-
tu Mediolani, vt ſcilicet, Iudex ſuperſedeat in proceden-
do, donec videatur exitus, an ex vulneribus ſequatur
mors, nec ne. Nec diſſentit Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1.
q. 80. num. 38. & ſeq.

109 Et hæc contraria opinio multo magis procedet, quan-
do quis inquiritur de vulnere animo occidendi, quia tunc
cum ſequuta morte, valeat proceſſus abſque eo, quòd de
nouo inchoetur, ideo Procurator non admittitur, nec
ſimpliciter, nec ſub conditione, ſecundum Rub. Alexan-
drin. in l. penult. §. ad crimen, num. 51. in fine, verſic. poſ-
ſet tamen ſaluari iſta ampliatio ff. de publ. iudic. Nec diſ-
ſentit Maria. Socin. in cap. veniens, num. 92. extr. de accu-
ſat.

sat. vbi dixit, quòd isto casu Procurator non admittitur, etiam sub conditione, vt non habeatur pro admisso in casu mortis, quia si inquisitio formata est de vulnere animo occidendi, satis intrat pœna mortis, etiam morte non sequuta, l. qui cum telo C. ad l. Cornel. de sicar. l. 1. in princ. §. Diuus, ff. eod. (vbi tamen secus credidit, si pro homicidio ageretur ad pœnam ex forma Statuti, quia tunc non intrat pœna Statuti, etiam quòd adfuerit animus occidendi, nisi morte sequuta, ideo & isto casu admittitur Procurator, vt ibi per eum.) Ad quæ vide Clar. in pract. §. fina. quæst. 32. num. 10. vers. sed pone, ad finem, vbi dixit, quòd quando in aliquo loco adest constitutio imponens pœnam mortis pro vulneribus illatis animo deliberato, tunc quis non potest per Procuratorē comparere, etiam quod mors non sit sequuta.

110 Sed hodie hæc limitatio vix reciperetur in practica, cum (prout altas admonui, in 1. par. tit. de inquisit. quæst. 1. nu. 73.) citatur absens ad comparendum sub pœna vulneris, & in casu mortis, sub pœna homicidij; & sic sequuta morte, non est necessarius alius processus, & consequenter Procurator non admittitur; & vide ad materiam huius 9. limitationis, quæ dixi supra in 1. par. tit. de inquisit. quæst. 1. num. 70. & seqq.

111 LIMITA X. quando de crimine agitur ciuiliter, vt puta, de interesse partis, aut de pœna illi applicanda, aut ad quandam satisfactionem iniuriæ absque eo, quòd fisco aliquid applicetur, quia tunc sine dubio potest Procurator interuenire. c. tuæ de Procur. cap. 1. vt lite non contest. l. ex quæstione ff. de restitut. spoliat. Bal. in l. seruum quoque §. publicè, num. 1. ff. de Procur. Alberic. ibidem, num. 16. versic. item si de crimine agitur ciuiliter, & num. 18. ad med. vers. Dynus vero, num. 25. versic. de primo membro. Fulgos. num. 16. in fine, vers. sed secundò. Paul. de Castr. num. 6. Bal. in l. penult. § ad crimen, num. 3. in fine, versic. Quare dic. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Alberic. num. 1. versic. & idem casus. Ang. num. 4. vers. Quinto fallit. Imol. num. 21. ante med. in 5. fallen. Fulgos. num. 4. vers. ideo autem, & vers. seq. Bened. de Plumb. num. 4. & 10. vers. propterea &c. & vers. seq. Rub. Alexandrin. num. 93. Cyn. in l. reos, num. 4. vers. Dynus vero. C. de accusat. & ibi etiam Alberic. nu. 8. ante med. Ang. num. 1. colum. 1. vers. secundò fallit. glo. in cap. veniens in verbo, *criminali*, vers. item cum agitur de crimine non criminaliter, extr. de accusat. & ibi etiam Card. Zabar. num. 8. Ant. de Butr. num. 12. in princ. versic. Tertius casus, & num. 16. & 19. colum. penult. vers. dicit glo. Anan. num. 16. glo. in c. si quando in verbo, *per exploratores*, in fine vers. item cum causa non est pure criminalis 2. quæst. 6. Fely. in cap. meminimus, num. 11. extr. de accusat. & ibidem, num. 17. vbi idem, quando causa criminalis incidit in ciuilem, adde pro hac eadem limitatione Gandin. in tit. vtrum procurator &c. num. 10. in 6. casu, in fine, Socin. reg. 322. in 5. & 12. fallen. vbi etiam idem, quando ciuilis quæstio incidit in criminalem. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princip. distin. 1. num. 57. vers. secus si ageretur ciuiliter, ad quæ vide etiam Rot. decis. 35. alias 420. si committatur Auditori, num. 1. vers. fuit determinatum, & ibi in addit. littera B. Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procur. nu. 1. versic. intercedit etiam fol. mihi 50. colum. 2. pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 6. in 6. limit. fol. 263. & ibid. in 13. limit. vbi idem, quando quæstio ciuilis incidit in criminalem. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 43. & seqq. vbi ampliat non solum, quando causa ciuilis incidit in criminalem, sed etiam quando causa criminalis incidit in ciuilem ex Bal. Fely. & alijs ibi per eum allegatis. Bonacoss. in commun. opin. par. 1. verbo, *procurator*, il primo; fol. mihi 139. colum. 1. versic. idem quando causa criminalis incidit cum ciuili. Iodoc. in pract. crim. cap. 24. rubr. de Procur. nu. 2. vers. in criminalibus. Andr. Gayl. de pac. pub. lib. 1. c. 10. nu. 13. Et faciunt quæ dixi in seq. quæst. nu. 7. & 8. vbi dixi causam reputari ciuilem, quando de crimine ciuiliter agitur.

112 LIMITA XI. (Et hæc limitatio venit illatiue ex præcedenti) quādo agitur ad separationem thori. Tunc enim dicitur ciuiliter agi, prout dixi infra in seq. quæst. num. 9. Et propterea Procurator interuenire potest. tex. in c. tuæ de Procur. ibi, *si necessitas postulauerit sustineri potest*, sub audiendo verbum, *maximè*, secundum Alberic. in d. l. seruum quoque §. publicè, num. 25. post med. vers. & idem dici potest, cum agitur de adulterio ad separationem thori ff. de Procur. Paul. de Castr. ibidem, num. 6. idem Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 20 ff. de publ. iudic. & ibi etiam Ang. numero 4. sub vers. Quinto fallit. Imol. num. 21. sub 5. fallen. & Rub. Alexandrin. numero 93. & 153. vbi tamen arguit pro, & contra, & postea cogitandum relinquit. Alberic. in l. reos, numero 7. in fine, C. de accusat. Maria. Socin. in cap. veniens, numero 130. extr. de accusat. vbi de communi Doctorum opinione. Socin. reg. 322. in 5. fallen. Nouell. post tractat. ad defen. in 6. fallen. fol. mihi 173. pract. Cōrad. rub. de cōparit. inquisit. nu. 6. in 6. limit. fol. mihi 263. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. nu. 130.

113 LIMITA XII. quando de crimin. agitur per viam exceptionis, quia tunc potest Procurator interuenire c. su per his. de accusat. Alberic. in l. seruum quoque §. publicè, nu. 17. ff. de procurat. vbi quòd de iure canonico hoc transit sine difficultate, sed quòd de iure ciuili forte est idem, quia tunc nec reus punitur, idem Alberic. in l. penult. §. ad crimen, nu. 1. vers. & idem casus, & num. 2. vers. idem si de crimine agatur in modum exceptionis. ff. de public. iudic. & ibi etiam Bened. de Plumb. nu. 38. in fine; & vide in seq. quæst. num. 16.

114 Contrarium affirmauit Rub. Alexandr. in l. penult. § ad crimen, num. 47. ff. de publ. iudic. vbi tamen loquitur, quādo crimen obijcitur, non ad effectum repellendi accusatorem, seu testem, vel etiam Clericum à beneficio obtinendo, vel obtento, prout sunt termini propositæ limitationis; sed ad effectum puniendi; & est veritas, secundum quam potest declarari præcedens limitatio, prout etiam sic distinguendo voluit Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 16. colum. 5. ad finem vers. si autem crimen deducitur in iudicium per viam exceptionis. extr. de accusat. Maria. Socin. ibid. num. 280. & seq. Blanc. in pract. crim. §. verum quia, nu. 75. & seqq. vbi bene exemplificatur hæc distinctio. Nouell. post tract. ad defens. nu. 4. fol. mihi 170. Clar. in pract. §. fi. q. 32. num. 11. vers. Tu scias & dixi etiam in seq. q. num. 17.

115 LIMITA XIII. in personis illustribus; in quibus speciale est, vt per Procuratorem audiantur, siue accuserit, siue etiam accusentur, ad tex. in l. fi. C. de iniur. qui tex. loquitur in crimine iniuriarum, quod est priuatum, & in quo pœna est arbitraria, & sic potest etiam esse corporalis. §. in summa vers. hoc videlicet obseruando l. instit. eod. Quæ iura hanc firmarunt limitationem, glo. in l. seruum, quoque §. publicè in verbo, *datur*, vers. item huic opponitur ff. de Procur. Alberic. ibidem num. 5. colum. 2. in fine vers. vnde oppono ad idem ol. 2. & num. 25. vers. ista regula fallit in illustribus. Odofred. num. 3. post princ. col. 9. in prin. vers. sed denuo l. videtur obuiare. Fulgos. num. 5. Paul. de Castr. post num. 7. vers. fallit in personis illustribus. glo. in l. 1. in verbo, *ignominia*, vers. in primo, & vers. excipitur illustris. ff. an per ali. caus. appel. atem gl. in l. penult. §. ad crimen, in verbo iudicij ff. de publ. iudi. Bar. in l. penul. §. ad crimē, nu. 4. vers. præterea dicunt. ff. de publ. iudic. Fulg. ibidem, num. 2. & Bened. de Plumb. num. 56. vers. fallit in personis illustribus, & Rub. Alexandrin. num. 97. & num. 130. & seqq. vsque ad num. 140. vbi post alios, quos allegat, antiquiores plures dantur intellectus ad tex. in d. l. fin. C. de iniur. ex quibus tu lector facile poteris propositæ limitationis rationes, & declarationes sumere. Salyc. in l. reos, num. 7. in 5. oppos. col. mihi 4. ad med. C. de accusat. Et de iure Canonico habemus tex. per quem d. l. fi. est canonizata in cap. absens §. nisi 3. q. 9. gl. in c. veniens in verbo, *criminali*, vers. in crimine iniuriarum. Card. Zab. num. 9. ante finem Abb. sub num. 18. Aret. num. 65. & seqq. pluribus, vbi pariter multos in medium affert de intellectu d. l. fi. C. de iniur. Quod, & idem fecit Maria. Socin. num. 104. & seqq. vsque ad, num. 107. & Bero. num. 42. & seqq. glo. in c. si quādo in verbo, *per exploratores*, vers. sed fallit in crimine iniuriarum, si sit illustris. August. ad Ang. de

malef.

malef. in verbo, *Qui D. iudex videns &c.* post num. 19. vers. Adde tamen Socin. reg. 322. in 7. fallen. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 25. Blanc. in pract. crim. §. verum quia num. 51. & seqq. vbi extendit etiam ad personas egregias, & ibi etiam discurrit super intellectu d. l. fin. C. de iniur. Nouell. post tractat. ad defen. in 10. fallen. fol. mihi 174. Cyrill. in summa crim. rubr. 10. de procur. §. 1. num. 3. fol. mihi 51. col. 2. pract. Conrad. rub. de comparit. inquisit. num. 6. in 8. limit. fol. 263. Anto. Gomez. de delict. c. 1. num. 15. vers. postremo etiam limita Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 52. Monticell. reg. crim. 12. nu. 29. Iodoc. in pract. crim. cap. 24. rub. de Procurat. nu. 2. vers. in crimine iniuriarum. Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. cap. 10. nu. 12.

116 Et licet tex. in d. l. fi. C. de iniur. & in §. in summa. instit. eod. loquatur in specie de crimine iniuriarum, idem tamen esse in alijs delictis videtur de mente Parid. in tracta. Sindic. in verbo, *Procurator*, cap. 1. numero 4. fol. mihi 276. colum 1.

117 Et cum Episcopi numerari possint inter Illustres personas, ideo, & ipsos in causis criminalibus posse per Procuratorem comparere voluit Alberic. in d. l. seruum quoque. §. publice, nu. 25. vers. Et dicunt quidam, item in Episcopo ff. de Procur. Maria. Socin. in c. veniens, nu. 107. & seqq. extra de accusat. vbi arguit, pro & contra, & postea dubitatiue resoluit per verbum, *forte*, Rub. Alexandr. in l. penult. §. ad crimen, nu. 149. vers. Tertia cadit dubitatio. ff. de publ. iudic. vbi de materia.

118 Immo & Clericos etiam non Episcopos posse per Procuratorem comparere, inquit tex. in l. cum Clericis C. de Episcop. & Cleric. Et quia etiam personæ illustres, & Clerici æquiparantur. l. apud similitudinem C. de Episc. & Cler. l. 5. C. de summa Trinit. & fid. catho. voluit Socin. reg. 322. in 8. limitat. sequitur Conrad. in pract. rub. de comparit. inquisit. num. 6. in 9. limitat. fol. mihi 263. Gabr. lib. 7. conclus. 9. numero 54.

119 Verum quòd proposita limitatio non habeat locum, nisi in crimine iniuriarum, eo quia regulariter illustribus personis, pro eo crimine non imponatur pœna corporalis; (prout in crimine iniuriarum loquuntur iura præcitata, & plerique Doctores supra in limitatione allegati) secus autem in alijs causis, & delictis grauissimis, in quibus illustres personæ possunt corporaliter puniri, expresse tradidit Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu. 15. vers. Quod tamen intellige, vbi dixit, hanc esse communem doctrinam, & declarationem Doctorum, & pro ea allegat tex. in l. tunc conuenit C. de accusat. Gabr. lib. 7. conclus. 9 nu. 53. vbi alij referuntur concordantes, nec dissentire videtur Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. c. 10. nu. 12. in fine; & dixit Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procur. §. 1. num. 3. fol. mihi 51. col. 2. Quod priuilegium datum illustribus personis accusandi alios, & se defendendi per Procuratorem recessit ab Aula, & ita apud nos seruatur, qñ pœna delicti est corporalis.

120 Sic, quòd Episcopi in causis criminalibus teneantur personaliter comparere, & non per Procuratorem voluit Barth. de Valmarin. cons. crim. diuer. 69. num. 12. & num. 19. lib. 1. Et apud nos est receptissimum, quòd quando Episcopi moneantur ad personaliter comparendum (quod nũquam fit, nisi pro grauissimis criminibus, & de mandato Papæ) non per Procuratorem, sed personaliter comparere debent.

121 Quòd, & multo magis obseruatur in alijs Clericis, & Sacerdotibus, non Episcopis, & in dignitate non constitutis; quos Iudex semper, & etiam, quod sumus, in casu, in quo essent per Procuratorem audiendi, posset dicere, se velle eos personaliter comparere, ad effectum eis faciendi verbalem correctionem, aut aliã salubrem pœnitentiam imponendi, prout voluit Diaz. in pract. crim. Carrer. cap. 113. in fine, & ita semper seruaui, dum in Vrbe ius dixi cõtra Episcopos Prælatos, & Clericos.

122 LIMITA XIIII. in infirmo, qui cum propter infirmitatem comparere non possit, & propterea excusetur à contumacia, prout latius dixi in tit. de inquisit. q. 11. nu. 53. vbi vide ideò ipsum esse admittendum per Procuratorem videtur de mente Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 69. sub 15. limitat. Nec dissentire videtur Clar. in pract. §. fin. quæst. 34. num. 4. vers. dixi etiam, vbi bene explicat, quomodo in proposito dicatur constare de infirmitate. Monticell. reg. crim. 13. num. 24. Andr. Gayl. de pac. publ. libro 1. cap. 10. num. 10.

123 LIMITA XV. quia licet in causis capitalibus Procurator non possit interuenire; bene tamen potest interuenire Aduocatus. Socin. reg. 322. in 10. limitat. vbi dixit hanc esse pulcram, & nouam declarationem, quam dicit probari per tex. in l. 2. C. de exhiben. reis ibi. *Quantum ad Iudicem venit adhibita aduocatione*, & facit ratio secundum eum, quia Aduocatus potest suo principali prodesse, & non obesse. Blanc. in pract. crim. §. verum quia, num. 44. vbi tamen videtur loqui de carcerato. pract. Conrad. rub. de comparit. inquisit. num. 6. in 11. limitat. fol. mihi 263. Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 56. in 10 limitat. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 1. q. 80. nu. 73. & seq. vbi declarat, hoc nõ procedere, quando Statutum prohiberet admissionem non solum Procuratoris, sed etiam defensoris, quia & Aduocatus defensor est, vt ibi per eum.

124 LIMITA XVI. in vulnerato comparente pro vulnerante citato, & inquisito, secundum Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 103. ff. de publ. iudic. ex Marsil. quem allegat, in sing. 17. colum. fina. quem tamen eo loci hoc dicentem non inueni, sed voluit dicere in consi. 17. num. 10. & seqq. vbi loquitur de vulnerato comparente, & exculpante illum, qui pro vulnere sibi illato per Curiam ad comparendum citatur, dicitque, dictum vulneratum esse admittendum, non obstantibus quibuscunque iuribus, seu Statutis, volentibus reum non esse audiendum, nisi in carceribus constitutum; sequitur Nouel. post tract. ad defens. in 18. fallen.

125 Simile est quod dicit Blanc. in pract. crim. §. verum quia, num. 58. vbi dixit, quod propinqui, & hæredes occisi possunt Iudici nominare testes informatos de facti veritate, & propterea ponit cautelam, vt cum illis procuretur pax, & habita pace, procuretur etiam, vt illi fingant se velle accusare occisorem, & in accusatione nominent testes probantes innocentiam accusati, qui si examinati dictam innocentiam probabunt, reus debebit absolui, vt ibi per eum, qui et testatur, ita solere aliquãdo practicari, sed caueant isti propinqui, ne fraus detegatur, quia & detectæ fraudis luent pęnas, postquã sub dicto accusatoris nomine volunt absentem cõtra iuris prohibitionem defendere.

126 Quod si propinqui defuncti; & occisi compareant exculpando absentem citatum pro homicidio; licèt secundum Marsil. in cons. 17. num. 10. & seqq. videatur posse dici, talem exculpationem non solum esse admittendam, sed etiam, quod per eam impediatur processus ad vlteriora, ex quo ex dicta exculpatione videantur sublata omnia inditia contra reum laborantia; Verius tamen est talem processum non impediri, ex quo per dictam exculpationem censentur solummodò sublata indicia leuia, non autem grauia, prout suo loco aliàs ad saturitatem dixi; & in specie reprobato Marsil. in loco præcitato, tenuit Blanc. in pract. crimin. §. verum quia, numero 97. & seq. fol. mihi 37. Nec dissentire videtur Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 71. & seqq. vbi etiam non sine ratione iudicio meo, dubitat de proposita limitatione, vers. ego dubito.

127 LIMITA XVII. in Monïali, quæ cum non possit exire de Monasterio, admittitur per Procuratorem in causis etiam capitalibus, vel Iudex intrat Monasterium ad eam examinandam, & tunc Procurator admittitur, sicut in alijs carceratis, colligitur hæc limitatio ex trad. per Card. Zabar. in c. veniens, num. 7. col. 2. post med. in 6. oppos. & num. 8. colum. 3. vers. vel propter iuris prohibitionem, & ibi vide etiam Ant. de Butr. ibidem, num. 19. in fine, Abb. num. 14. Marian Socin. num. 250. & seqq. extr. de accusat. ad quæ vide etiam Bero. num. 2. vbi subtiliter discurit verba Abba. & bene etiam declarat, quando Monia-
128 lis audiatur per Procuratorem, quando præsertim intra claustra criminaliter inquiritur, Fely in cap. meminimus, num. 13. extr. de accusat. Pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit.

inquisit.nu.6.in fine,in 28.limit.fol.mihi 264. Gabr. lib.7. conclus.9.nu.68.in 5.limitat. Bonacoss. in commun.opin. par.1.verbo Procurator il 1.fol. mihi 139.col.1. vers.idem si accusatur Monialis.

129 LIMITA XVIII. regulam procedere in Procuratore comparente pro absente citato,& monito,secus si absens non sit citatus, nec monitus,sed puta, pro aliquo delicto bannitus, & condemnatus velit sibi cancellari bannum,& condemnationem, vel ex eo quòd alium occidit bannitum, vel ex eo,quod nominationem(prout nos vocamus) habuerit ab alio, qui bannitum occidit, vel ex eo, quod gratiam à Principe habuerit, aut quid simile, tunc inquam ad huiusmodi cancellationem obtinendam non est necesse, quod personaliter compareat, sed sufficit mittere Procuratorem secundum Bald.in l. reos, num.3. C.de accusat.vbi quod ita apud eum vsus obtinuit.Nellus de bannit.in 3.part.2.temp. quæst.68. Marian.Socin.in c. veniens, num.227.extr.de accusat. Caphal.cons.crim.73. num.7.& seqq. vbi quod condemnatus in contumaciam potest post latam sententiam mittere Procuratorem coram Iudice,qui ipsum condemnauit,& petere sententiam cassari,& ipsum absolui,ex quo occisus ab ipso erat bannitus, faciunt deducta per Decia. in cons.18.num.235.lib.1. Vbi dixit restitutionem in integrum aduersus sententiam capitalem per viam gratiæ posse peti per Procuratorem ex Bal.in loco per eum citato Carauit.in prag. 1.quæst.17. num. 167.tit. de exul. quem refert Baiard. ad Clar.quæst. 32. numero 51. Vbi dixit, quod in Regno Neapolitano communi obseruantia introductum fuit bannitis, & condemnatis, concedi indulta etiam per Procuratorem, immò etiam per quemlibet comparentem, licèt non sit Procurator.

130 Quamuis contrarium affirmasse videatur idem Carauit. super ritu Magnæ Curiæ 269. numero quarto, versic. tertio. infertur. seu num. 3. prout illum in proposito refert, & sequitur Clar. in pract. §. fin. quæst.32.num.19. versic. Quarto modo post med. vbi pariter testatur, quòd in Ducatu Mediolani non admittitur Procurator ad exhibendum bannum, nisi reo in carceribus constituto, vel nisi idem bannum produceretur ab vno ex illis, qui bannitum occiderunt.

131 Apud nos vigore constitutionum Summorum Pontificum, & bānimentorum de eorum ordine emanatorum, distinguendum est inter eum,qui intendit cancellari bannum,& condemnationem vigore gratiæ,absolutionis,remissionis, seu liberationis obtentæ à Principe, seu ab alio ad id potestatem habente, & inter eum, qui se remitti intendit ex eo,quod bannitum occidit, vel vigore cessionis sibi factæ ab alio qui pariter occidit bannitum. Primò enim casu, siue gratiam habeat à Principe, siue absolutoriam à Iudice,non potest audiri,nisi in carceribus se cōstituerit,gratiaque,seu absolutione producta,vocatis vocandis, & seruatis seruandis bannum, & condemnationem contra ipsum latam cancellari obtinuerit, prout cauetur in constitutione Marchiæ, lib.4. cap.15.quæ reperitur in Bulla Pij IV. 68. incip. Etsi cuncta fol. mihi 741. in 1. par. Bullar. Secundò autem casu vigore bannimentorum per Vrbis Gubernatores de ordine Papæ successiuis temporibus, in quibus remissiones, & nominationes conceduntur ijs,qui bannitos occidunt,& quibus expressè derogatur constitutioni prædictæ Pij IIII.contrarium disponenti remittuntur gratis,& absq; eo quod se in carceribus constituant.Et ita apud nos seruatur,prout etiam seruari testatur Baiard.ad Clar.q.32.nu.51.in fine.Benè verū est, quod in gratijs,quæ à Principe conceduntur,apud nos solet apponi clausula,vt non obstante dicta cōstitutione Pij Quarti,ipsa gratia suffragetur absque eo,quod aggratiatus se in carceribus constituat, & tunc quia mens Papæ est clara,illa vtique seruanda est,prout seruatur.

132 LIMITA XIX. quando sunt plures accusati, quia tunc potest esse vnus Procurator prò alio, & sic est casus specialis,in quo quis potest facere defensiones pro reo absente. Et est notabilis casus, & in practica aduertendus, Bal.in l.seruum quoque, §.publicè,num.8.vers. vnum hic quæro. ff.de Procurat. Specul. in tit.de Procuratore, §.1. num.10.in fine, vers.12.per socium.Alberic.in d.l.seruum quoque,§.publicè, num. 16.in fine, versic. item est casus satis notabilis.idem Alberic.in l.penult.§.ad crimen, num. 1.in fine,vers.est & alius casus, ff.de publ.iudic. Rub.Alexandrin. ibidem, num. 106. Vbi quamuis dubitet de hac opinione Alberici,dicit tamen, ab ea non esse recedendū, Innocen.in c.licet in beato Petro, num.2. extr.de accusat. Aret.in cap.veniens, num.79 extr.eod.& est glo.in cap.si quando, in verbo *per exploratores*, in fine, ver.item per socium litis,2.q.6.item gl.in cap.cum dilecti, in verbo *concanonicorum*, de dolo, & contumacia,& in cap.statuit in verbo, *Alter illorum*, 2.quæst.5.& in cap. hæc quippe in verbo *de expulsis*,3.quæst.6.Barth.de Valmarin.cons.crim. diuer.69.num.46. lib. 1. Vbi quòd de iure canonico socius criminis potest pro se, & suo nomine, & etiam nomine socij facere defensiones, de iure autem ciuili suo tantum nomine defensiones proponit,ex iuribus ibi per eum allegatis. Nouell. post tract. ad defen. fallen.20.fol.mihi 176. Clar.in pract.§.fin.q.32.num. 19. vers. Quarto modo in fine. Vbi infert,quod si plures interficiāt bannitum,& vnus ex occisoribus personaliter compareat, & bannum exhibeat, tunc alij socij absque eo quod personaliter se constituant, admittuntur per Procuratorem. Gabr. lib.7.conclus.9.num.82.& 83. Vbi relatis contrarijs, hanc limitationem admittit,quando delictum est connexum,aut correlatiuum,prout est adulterium, vel incestus, ex Felyn.in c. cum M.Ferrariensis,num.8. ext.de constitut.ex Marian.in cap.veniens,num.273.in fine,vers.35.fallit.ext.de accusat. quod & idem late prosequitur Mandos. in cap. cum M. post num.82.& seqq. vbi singulariter respondet omnibus motiuis Ripæ ibidem sentientis nec etiam in connexis cōsortem,in criminali causa admitti pro consorte. Iodoc. in pract.crimin.cap.14.rubr.de procurat. num. 2. versic. in consortibus, vbi loquitur in criminibus leuioribus, non in atrocibus.

133 Verum hæc limitatio sic, vt supra posita apud nos in practica non reciperetur, licet enim nō prohibeatur reus facere suas defensiones, quamuis illæ etiam tendant ad defensionem correi absentis, prout voluerunt Doctores præcitati, quibus addo Iul.Scarlatin.inter eadem consilia criminalia,cons.114.per totum,eod.lib.1.qui omnino videatur,& præsertim in connexis, & correlatiuis, vt supra dixi ex Fely.& alijs præallegatis.& nuper in mandante,& mandatario obtinui in causa Illustrissimi D.Ludouici Bonelli carcerati,pro prætenso mandato ad homicidium coram Illustrissimo D.Vrbis Gubernatore *Ferrante Taberna* (cuius sapientiam, & integritatem hodie tota Vrbs,& veneratur,& admiratur)fisco acriter contradicente,non tamen admittitur ad illas faciendum procuratorio nomine absentis (prout sunt termini propositæ limitationis,) sed tantum suo nomine,& hoc est satis, quia si ex defensionibus rei præsentis,& carcerati Iudex viderit innocentiam absentis, male faciet contra ipsum procedendo, quamuis dubium sit, an defensionem facere nomine vnius socij prosit alteri socio,de quo vide omnino Bald.in repet.l.seruum quoquè, §.publicè, colum. 7. num. 8.vers.vnum hic quæro,ff.de Procurat.Scarlat.d. cons. 114. nu. 20.& seqq. omnibus, & Decian.in tract. crimin.lib.9.cap.33.num.6. vbi de mandante,& mandatario, Valmarin.d.cons.crim. diuer.69.eod.num.46.lib.1.vbi videtur concludere,quod sic de iure canonico,secus autē de iure ciuili. Et propterea (vt ad rem redeam) quòd verius sit vnum ex accusatis præsentem non posse alium accusatum de eodem crimine absentem defendere, (quicquid, vt dixi secus sit, quo ad sui ipsius defensionem, quamuis defensio respiciat etiā absentem contumacem) pluribus comprobat Blanc. in pract.crim. §. verum quia nu.93.& seqq. & eo præsertim, quia omnes rationes prohibentes reum per Procuratorem defendi posse,habent etiam locum, quando sunt plures rei,& etiam quia, quando sunt plures citati ad comparendum, & aliqui se præsentant,aliqui non ; Iudex potest tunc suspendere processum quoad præsentatos, & quoad alios absentes sententiam ferre,ex Bart.quem allegat, in l.

non

non idcircò per illum text. ff. de iudic. Addo pro hac contraria opinione Gabr. lib. 7. concluſ. 9. num. 82. in 20. limitatione, verſ. contrarium, &c. Vbi teſtatur de magis communi opinione, ex Præpoſ. in d. cap. ſi quando, num. 30. verſ. in glo. circa intellectum, 2. quæſtio. Felyn. in cap. cum M. num. 8. verſ. hanc concluſionem limita, & vbi Butr. nu. 50. in fine verſ. item nec ſupplet Dec. nu. 37. verſ. quarto limita & Ripa num. 54. vbi huic contrariæ opinioni dat plures declarationes. extr. de conſtit. alijſque concordantibus ibi per eum relatis, prout etiam de magis communi teſtatur Mandoſ. in repet. d. cap. cum M. nu. 80. Menoch. de arbi. quæſt. lib. 1. quæſt. 80. num. 70. Vbi relatis aliorum opinionibus, & diſtinctionibus, dixit in multis locis inoleuiſſe praxim, vt ij conſortes non admittantur, vbi infligitur pœna ſanguinis. Et eſt de mente Inno. in d. cap. cum dilecti, in princ. & in verſic. item dici non poteſt, & ibi etiam Hoſtien. colum. 1. in verbo *contra eundem*, & colum. 2. in verbo *criminis*, Imol. num. 2. verſic. in glo. 1. Butr. nu. 25. & Abb. num. 2. iuncto num. 9. de dolo, & contumacia, qui omnes communiter dicunt, quod textus ille non loquitur de cauſa criminaliter intentata, ſed ciuiliter, ac per modum exceptionis, & quod propterea ibidem vnus Canonicus auditur pro alio, tacitè ſentientes, quod quando cauſa eſt criminalis, & multo magis ſit capitalis conſortum, non operaretur iſtud.

134 LIMITA XX. in carcerato, qui in quocumque graui crimine poteſt ſe defendere per Procuratorem. Archid. in cap. ſi Iudex laicus de ſenten. excomm. in 6. prout illum refert, & ſequitur Alberic. in l. ſeruum quoque, § publicè, num. 17. ver. item ſi reus eſt detentus in carcere, ff. de Procurat. Ceſſant enim iſto caſu rationes, quare in criminalibus Procurator non interuenit, & illa præſertim, quia exequutio fieri non poſſit. Si enim in carcere eſt, ſine dubio contra carceratum quælibet exequutio fieri poterit. Bart. in l. penult. § ad crimen, nu. 10. ff. de publ. iudic. Vbi quod hæc limitatio conſuetudine approbatur. Alberic. ibidem num. 3. Imol. nu. 18. Vbi multis hinc inde relatis, concludit pro iſta parte, quam dicit communiter à Doctoribus receptam, & à conſuetudine ſeruatam, & poſt num. 20. colum. 14. in fine, verſ. ſecundo caſu, & num. 21. verſ. ſecundo fallit, qui tamen loquitur, quando crimen eſt liquidatum. Bened. de Plumb. nu. 37. verſ. eadem ratione, & Rub. Alexandrin. num. 65. & ſeqq. vſque ad num. 38. Vbi latiſſimè diſputata quæſtione ad partes, & poſtquam confutauit vtriuſque opinionis fundamenta, tandem teſtatur hanc partem non ſolum in practica ſeruatam, ſed etiam crebriori Doctorum calculo receptam, illa præſertim ratione, quia ſi non poſſet Procurator pro carcerato interuenire, eſſet neceſſarium, quod pro quolibet actu ad bancum iuris idem carceratus duceretur, quod proculdubio ſecundum eum eſſet ſatis abſurdum, & ab iſta crebriori ſententia dixit in iudicando non eſſe recedendum. Bal. in l. reos, num. 19. & ſeq. C. de accuſ. & num. 37. vbi præſertim ad opponẽdum exceptionem peremptoriam, & ibi etiam Ang. num. 2. in fi. colum. 3. in prin. verſ. Item fallit, ſi accuſatus eſt in carcere. Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 13. extr. de accuſat. Vbi licèt aliqua contra hanc opinionem conſideret, eam tamen practicari teſtatur Anchar. ibidem, num. 18. Abb. num. 20. Vbi, ꝙ ita communiter tenetur, & obſeruatur, & etiam eſt æquum, licet de iuris ſubtilitate contrarium affirmare poſſe opinetur Aret. num. 73. & ſeqq. vſque ad num. 79. Vbi poſt num. 74. dixit hanc opinionem eſſe ſatis rationabilem, & communiorem. Et licèt in diſcurſu quæſtionis, quam latiſſimè hinc inde diſcutit, videatur defendere cõtrariam opinionem, aduerte tamen, quòd eius rationes, & argumenta tendunt, & concludunt ſolum ad illum caſum, quando ſcilicet, Iudex indiget perſona rei, vel in tortura, vel etiam in ſententia; In quibus actibus ſine dubio carceratus non eſt audiẽdus per Procuratorem prout dixi, infra num.... Verùm ad alia media cauſæ, & ad alios intermedios articulos, prout ſunt termini propoſitæ limitationis Procuratorem eſſe admittendum non inficiatur idem Aret. Marian. Socin. ibid. nu. 143. & ſeqq. vſque ad num. 149. Vbi diſputata quæſtione, hanc partem vti veriorem, & communiter receptam, & à conſuetudine comprobatam amplectitur Socin. reg. 322. in 11. limit. Rota deciſ. 15. aliàs 201. incip. licèt in cauſa. de Procurat. in nouis, vbi amplius, quòd pro carcerato iuridicè ſuſtineri poteſt, quemlibet admitti defenſorem etiam ſine mãdato. Blanc. in pract. crimin. § verum quia. num. 64. vbi quòd ita communiter Doctores ſenſerunt poſt Bart. in loco præcitato. Nouell. poſt tract. ad defen. in 1. fallen. Pract. Conrad. rub. de comparit. inquiſit. nu. 6. in 12. limitatione, fol. 163. Boſſ. in rit. an in criminali iudicio, nu. 9. Clar. in pract. § fin. quæſt. 32. num. 15. verſ. Item quæro, vbi refert omnes teſtantes de communi, & ſeruata opinione Gabriel. lib. 7. concluſ. 9. num. 16. & ſeqq. vbi relatis Doctoribus contrarium tenentibus hanc opinionem dixit magis communem, & in practica ſeruatam. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. quæſt. 80. num. 46. & ſeq. Monticell. reg. crim. 13. num. 53. Bonacoſſ. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *Procurator* il 1. fol. mihi 138. colum. 4. verſ. Item limita in carcerato: Sigiſmund. Scacc. in tract. de iudic. cauſ. ciuil. in ordin. c. 101. nu. 44. in princ. Vbi teſtatur notorium eſſe, ita communiter de conſuetudine ſeruari.

135 Contra, quòd immò carceratus audiatur per Procuratorem voluiſſe videtur Fulgoſ. in l. ſeruum quoque, § publicè, num. 14. de Procur. Vbi dixit ſe putare hanc ſententiam veriſſimam, & communiter, ac manifeſtè probari in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell. Card. Zabar. in cap. veniens, num. 9. verſ. ſed contra puto, extr. de accuſat. Vbi propterea quod practicatur, carceratum duci ad bancum iuris. Anan. ibidem, num. 21. Vbi relatis aliorum opinionibus, tandem ex Floria. quem allegat, dixit contra Bart. eſſe text. expreſſ. in l. 1. & ibi gloſſ. an cauſ. appellat. Vbi probatur indiſtinctè, reum debere eſſe præſentem in auditorio. Et quod propterea ſeruatur, quòd ipſe reus in vinculis ducitur coram Iudice. Landin. in tit. vtrum Procurator, &c. num. 3. Vbi arguit pro, & contra, & poſtea ita reſoluit. Natta in addit. ad Alex. conſ. 116. num. 1. littera A, lib. 2. Vbi audet dicere ineptum, & falſum eſſe id, quod ſupra in contrarium voluit Rota d. deciſ. 15. Volens propterea, quod iſto caſu licèt geſta per Procuratorem valeant in præiudicium carcerati; Non tamen Iudex teneatur illum admittere ad eiuſdem carcerati defenſionem; ſed contra eum tanquam contumacem procedere poſſit, idem Alexand. d. conſ. 116. colum. fin. num. 18. verſic. pro iſta opinione. Vbi qui contrarium tenent, non bene dicunt. Blãc. in pract. crim. § verum quia num. 41. & ſeqq. fol mihi 18. & 19. Vbi loquitur tàm de accuſato, quàm de accuſatore. Blanc. in pract. § verum quia. num. 64. Vbi quod Vltramontani communiter tenuerunt hanc opinionem. Anton. Gomez. de delict. lib. 1. c. 14. Vbi licèt primam opinionem dixerit communem ex Alberic. in d. § ad crimen; Hanc tamen veriorem, & apud eum communi vſu, & ſtylo in practica ſeruatam teſtatur.

136 Prima opinio, ſicut (vt vides) magis communiter à Doctoribus recepta eſt, ita etiam & apud nos in practica ſeruatur, & ſine dubio admittitur, quando præſertim quis pro carcerato comparet, non tanquàm Procurator, ſed tanquàm defenſor innocentiæ. ad generaliter tradita infra num. 230. & in ſpecie poſt Anton. de Butr. quem allegat, aduertit Marian. Socin. in cap. veniens, num. 143. verſic. dicit tamen D. Antonius, & d. num. 143. poſt med. verſ. & per prædicta extr. de accuſat. Blanc. in pract. crim. § verum quia, num. 64. & 65. Vbi diſputata quæſtione, reſoluit practicã eſſe, quod iſto caſu nõ conſtituatur Procurator, ſed quilibet ſine mandato compareat pro carcerato, & illius defenſione producendo ſcripturas, & alia faciendo neceſſaria. Et licèt hæc practica admittendi pro carcerato defenſorem non placeat Claro in pract. § fin. quæſt. 32. ſub num. 15. verſ. item quæro, poſt med. ibi *bene verum eſt, &c.* eo quia iſte ſic ſine mandato comparens poteſt ipſi carcerato prodeſſe, nihilominus ab ea non eſſe recedendum, & ita ſeruandum eſſe aſſentit idem Clar. ibid. vbi etiam teſtatur ita & aliàs huiuſmodi defenſores carceratorum ſine mandato iuſſu Senatus admiſſos fuiſſe.

137 Et multo magis hæc eadem opinio ſine difficultate procederet,

cederet, quando quis pro carcerato compareret, non ad totius causæ defensionē, sed ad aliquem articulum tm̄ secundum Alberic. in l. seruum quoque, §. publicè, num. 18. in fine. Vbi (quicquid in contrarium controuertant Doctores antiqui ibi per eum relati) testatur sæpius obtinuisse, & seruari vidisse, quod Procurator admittatur ad media causæ Domino existente præsente, & maximè in carcerato. Bart. in l. penult. §. ad crimen, nu. 13. ff. de publ. iudic. Vbi quod carceratus potest constituere Procuratorem ad omnes articulos præterquam ad sententiam. Imol. ibidem sub nu. 19. col. mihi 13. vers. in ea glos. & ibi etiam Rub. Alexand. post nu. 71. & post nu. 72. & num. 177. post princ. vers. Bartolus vero. Relati per Alberic. in l. reos, nu. 8. vers. item quæritur C. de accusat. Odoffr. ibidem, num. 4. vers. sed denuò quæro. Bald. num. 30. in fine. Vbi quòd hanc Odoffr. sententiam consuetudo approbat. Marian. Socin. in cap. veniens, post num. 211. & 214. in fine, Gandin. in titu. vtrum Procurator, &c. num. 3. vbi de Procuratore constituto ad dilationem impetrandum, ad testes producendos, ad illos reducendum suspectos, & ad cæteros articulos ante sententiam.

138 Quamuis contrarium, quod nec carceratus audiatur per Procuratorem ad aliquos articulos, seu media causæ, sed quod ipsemet in vinculis causam suam defendere debeat per text. in l. 1. C. de exhiben. reis teneuerunt Vltramontani, Dyn. & Specul. relati per Alberic. in l. seruum quoque §. publicè, num. 18. versic. Vltramontani tenent contrarium, ff. de Procur. relati per Alberic. in d. l. reos, num. 8. versic. Vltramontani tenent oppositum, C. de accusat. Et ibi etiam Salycet. num. 15. Vbi tamen quòd isto casu poterit admitti, quamuis vti nuncius, & minister, non vt Procurator.

139 Benè verum est, quòd siue reus sit absens, siue præsens, aut carceratus, nunquam per Procuratorem admittitur in tribus articulis. Primò videlicèt ad sententiam, quæ non contra Procuratorem, sed contra Dominum dirigitur. Secundò ad contestationem litis, aut alium actum, in quo reus interrogatus respondere debeat. Tertiò ad actum torturæ, colligitur ista declaratio ex trad. per Alberic. in d. l. seruum quoque, §. publicè. num. 18. in fine, versic quod dicitur. ff. de Procurat. Ang. ibidem, colum. fin. versic. eodem modo non interuenit ex parte rei, vbi quod ita practicatur, & Angel. opinionem in hoc verissimam communiter probatam dixit Fulgos. in eodem, §. publicè, num. 14. & seqq. & sequitur ibi Paul. de Castr. num. 9. (Quamuis Bar. vbi supra relatus, in d. §. ad crimen, num. 13. dixerit, carceratum posse constituere Procuratorem ad omnes actus præterquam ad sententiam.) Alexan. ad Bart. in d. l. penult. §. ad crimen num. 13. littera F. ff. de publ. iudic. Ang. in eodem §. ad crimen, num. 4. versic. septimo fallit. Vbi quod ita seruat communis consuetudo mundi, & ibi etiam Imol. sub num. 18. versic. Aduerte tamen, & num. 21. in 7. fallen. Vbi relatis aliorum opinionibus dixit isto casu Iudicem prudentius agere, si faciet reum personaliter litem contestari, & positionibus respondere. Et quod sic seruat communis consuetudo, & Bened. de Plumb. num. 37. versic. sed Dominus meus, & num. 47. 48. 54. 55. 56. & 59. versic. circa hoc quæro, & Rub. Alexandrin. nu. 50. 62. 70. in fine, & 71. versic. est verum, & num. 81. & seq. Bal. in l. reos, num. 17. versic. tamen aduerte, C. de accusat. & num. 21. post med. versic. breuiter veritas est, & ibi etiam Ang. num. 2. in fine, colum. 3. in princ. Vbi quod ita seruatur in practica. Aret. in cap. veniens, num. 74. ad med. versic. etiam hanc sententiam, & num. 76. in discursu, ext. de accus. & ibi etiam Maria. Soc. num. 143. in fine, & num. 144. vbi refert Bal. in d. §. publicè, & num. 211. post med. & nu. 213. & num. 219. vbi de communi. Ang. de malef. in verbo. *Qui D. Iudex videns, &c.* post num. 12. vers. Ang. autem vbi quod ita de facto obseruatur, & ibi August. in addit. vbi quod ita obseruat communis consuetudo Mundi, Marsil. in pract. §. sequitur post num. 2. Blanc. in pract. §. verum quia nu. 64. vers. possemus dicere. Nouell. post tract. ad defens. nu. 7. fol. mihi 171. Boss. in tit. an in criminali iudicio, nu. 9. Clar. in pract. §. fi. q. 32. nu. 15. in discursu, vbi benè hanc declarationem explicat. Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 62. Bonacoss. in commun. opin. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. 139. col. 2. vers. tenet tamen. Sigismund. Scacc. in tract. de iud. caus. ciuil. & crimin. c. 101. nu. 44. in prin. vers. limita tamen.

140 Et licèt contrarium videatur de mente plurium Doctorum allegatorum sup. nu. 134. & 137. dum dicunt, quod pro carcerato Procurator admittitur ad omnes actus, & articulos, ac media causæ, præterquàm ad sententiam, ergo etiam præsupponunt illum posse admitti ad contestandum litem, & respondendum, prout in specie, & expressè hanc opinionem tenet, & defendit Maria. Socin. in c. veniens, nu. 145. in fi. & nu. 146. & seq. etiam de accusat. vbi tamen requirit specificum mandatum ad contestandum litem & confitendum, vel negandum.

141 Tu tamen non recedas à proposita conclusione, quæ (vt vides) sicut magis communiter à Doctoribus recepta est, ita etiam apud nos in practica seruatur, cum nunquam viderim pro carcerato admissum Procuratorem ad contestandum litem, & ad respondendum interrogationi-

142 bus Iudicum, ne dum ad actum torturæ. Bene verum est, quòd quicquid præfati Doctores dicant de articulo sententiæ, licet ea non feratur, contra Procuratorem, sed contra principalem, si tamen citato principali carcerato ad sententiam, compareat in actis Procurator pro eo respondens, & protestans, sine dubio admittitur. Et hoc in practica nullam habeo difficultatem propter impedimentum carcerationis.

143 LIMITA XXI. (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad præcedentem limitationem) vt admittatur Procurator in causis criminalibus, non solum pro reo præsente, & carcerato, sed etiam pro reo præsente, & non carcerato secundum Bald. in d. l. reos, num. 16. & seq. C. de accusat. Vbi ponit exemplum in rustico, qui nescit dicere facta sua, si sit præsens, quod possit loqui, & respondere per Procuratorem, motus ex illa communi Doctorum conclusione, quòd ex quo quis aliquo præsente loquitur, videtur ipsemet loqui, & sic non videtur defendere se per Procuratorem, sed per semetipsum iuris fictione, argumento text. in l. si Procurator, ff. de verbo. obligat. cum alijs ibi per eum relatis, & hanc Bal. opinionem à contrarijs defendit Marian. Socin. in cap. veniens, num. 141. extr. de accusat. eamque testatur esse veriorem, & ibi etiam ponit isto casu nunquid ex parte accusatoris admittatur Procurator. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 46. & seq. vbi etiam Iudicis arbitrio remittit, quando Procurator pro præsente inquisito si is fatuus, aut rusticus sit, respondere possit.

144 Quamuis contrarium, quòd immo accusatus, & inquisitus si est præsens in iudicio, non possit per Procuratorem audiri ex Bald. & Marian. in locis præcitatis asserere videatur Nouell. post tract. ad defen. in 23. ampliat.

145 Verum sicut ego hanc limitationem verissimam credo alia motus ratione à Doctoribus non considerata. Quia scilicèt ex quo inquisitus à Iudice non detinetur in carcere, consequens est, vt pœna, de qua tractatur, non sit corporalis, sed pecuniaria. Et ideò si tunc reus etiam absens, audiendus est per Procuratorem (vt suo loco di-

146 xi.) Multo magis audiri debet, quando est præsens. Ita etiam non credo verum, quod scilicet (prout dicunt Bal. & Marian. in locis præcitatis) possit idem inquisitus organo Procuratoris loqui, & respondere interrogationibus Iudicis, per ea quæ dixi supra num. 139. Et apud nos si quis vellet sustinere, quod posset pro rusticis hæc facere, ab omnibus derideretur. Et propterea opinio Bal. potest procedere quo ad alios articulos, & media causæ, non autem ad ea, quæ voce sua præsens etiam rusticus explicare debet.

147 LIMITA XXII. (Et hæc limitatio pariter venit ampliatiuè ad vigesimam propositam limitationem,) vt & idem sit in carcerato in alio loco, quàm in eo, in quo formatur inquisitio pro aliquo alio delicto, seu debito. Is enim stante legitima impedimenti causa, omnino

nino audiendus erit per Procuratorem, si Procuratorem mittere voluerit, secundum Marsil. in pract. num. 31. & seqq. Vbi pluribus hanc probat conclusionem, eamq; ampliat, non obstantibus quibuscunque Statutis prohibentibus admissionem Procuratoris in causis criminalibus, & aduerte, quod hoc ideò dixi, si procuratorem mittere voluerit, quia si non voluerit illum mittere, non compellitur, sed facta notificatione carcerationis, processus erit nullus ipso iure, prout dixi in 1. par. titu. de inquisit. q. 11. nu. 54. per totum.

148 LIMITA XXIII. in vniuersitate, quæ si fuerit accusata de aliquo crimine, quamuis graui, siue etiam accusset, poterit audiri per suum Sindicum. per tex. in l. tam collatores, C. de re milit. & in l. fin. versic. conuentos autem, C. de castren. & mini. lib. 11. Alberic. in l. seruum quoque, §. publicè, num. 17. vers. item vniuersitas, ff. de procu. idem Alberic. in l. pen. §. ad crimen. nu. 4. item vniuersitas, & nu. 19. ff. de publ. iud. & ibi etiam Ang. nu. 4. vers. Octauò fallit. Vbi quòd opinio Dyn. quem fertur consuluisse contrarium, posse procedere, quando vniuersitas esset parua duarum, vel trium personarum, quia tunc cum decapitationis sententiam pati possit, ideò ad eius defensionem Procurator non admittetur. Imol. num. 21. post med. vers. octauo fallit, & Bened. de Plumb. num. 39. & Rub. Alexandr. num. 91. & seq. Vbi, quòd cum ista limitatione omnes trãseunt. (Quamuis ipse minimè sibi veram videri crediderit, ex rationibus ibi per eum relatis, quæ iudicio meo nihil faciunt) Bal. in l. reos, num. 27. C. de accusat. & ibi etiam Ang. num. 1. colum. 2. in princ. versic. Quarto fallit. Salyc. num. 7. Card. Zabar. in cap. veniens, num. 7. colum. 2. in 7. oppos. extr. de accusat. per tex. in cap. dilectus, il 2. cum ibi notatis infra, de simonia. idem Card. Zabar. in d. cap. veniens, num. 8. versic. si non propter impossibilitatem facti, & ibi etiam Anto. de Butr. num. 19. versic. sed est dubium. Abb. num. 14. Marian. Socin. num. 248. & seq. & Ludou. Bero. num. 27. Vbi huius limitationis congruam reddit rationem. Archid. in cap. in criminalibus, in princ. 5. q. 3. Socin. reg. 322. in 14. limitat. Cæpoll. consil. crimin. 49. num. 6. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 46.

149 Vbi idem, quando ageretur contra decem personas simul. Marsil. in pract. §. sequitur num. 24. Blanc. in pract. crim. §. verum quia. num. 83. & seqq. vsque ad num. 95. Vbi benè explicat materiam. Nouell. post tractat. ad defens. in 5. fallen. Pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 6. in 15. limitatione fol. 263. Gabriel. lib. 7. conclus. 9. num. 65. & seq. in 14. limitatione. Boss. in titu. banniti qui poss. nu. 1. versic. & potest Ciuitas comparere. Hieron. Magon. decis. Lucen. 72. sub num. 3. And. Gayl. de pac. publ. lib. 2. cap. 9. nu. 3. Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 1. quæst. 80. nu. 68. Vbi ampliat, etiam non obstante Statuto, quo repellitur Procurator etiam pro suo interesse comparens. Monticell. regul. crimin. 13. num. 46. & 48. Vbi idem, quando ageretur contra decem personas simul. Bonacoss. in commun. opinio. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 139. colum. 1. versic. idem si accusatur. Iodoc. in pract. cap. 24. rub. de Procurat. num. 2. And. Gayl. de pac. publ. lib. 1. cap. 10. num. 11.

150 Quamuis contrarium, quòd immò vniuersitas inquisita, vel accusata, non nisi personaliter comparere possit, nec per alium audiri debeat, voluerit Gandin. in tit. de homicid. & eorum pœn. num. 17. prout illum refert Monticell. reg. 13. num. 7.

151 LIMITA XXIIII. quando citatur bannitus (bannitum enim pro vno delicto posse pro alio citari, & rebanniri dixi supra in 1. par. titul. de inquisit. quęst. 11. num. 58.) tunc enim ex quo ad locum, in quo citatur, non habet tutum accessum, poterit pro eo comparere defensor, & instructor innocentiæ, licèt non Procurator. Et sic poterit iste comparens ipsi citato prodesse, non autem obesse secundum Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 99. in 14. limitatione, ex Corne. quem allegat in consil. 122. colum. 2. versicul. & insuper lib. 4. Pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 6. in 12. limitatione, fol. 163. Menoch. de arbitr. quæstio. libro 1. quæst. 80. num. 54. & seqq. Vbi ex Ias. quem allegat in consil. 144. incip. Statutum quartum, libro 4. concludit pro bannito posse etiam interuenire excusatorem ad allegandum innocentiam; Iasonisque opinionem ab impugnatione Blanci defendens dixit verum esse, quòd si bannitus habuit saluum conductum, non potest se excusare, quin compareat, prout sic in practica post Boss. & Clar. quem allegat, seruari affirmat. Verum vbi saluum conductum non habuit, tunc benè audietur per Procuratorem, seu excusatorem allegantem impedimentum, & eius innocentiam, vt supra. Nec à præmissis dissentire videtur Blanc. in practic. §. verum quia numero 102. fol. mihi 28. Vbi licèt dixerit bannitum citatum, non posse per Procuratorem comparere, eo quia ex suo delicto non debet commodum reportare, sed personaliter se excusare debeat. Hoc tamen intelligit procedere, ipsi oblato, & dato saluoconductu, & non aliàs, & ita apud eum practicari restatur. sequitur Clar. in practic. §. final. quæst. 32. num. 12. versicul. Tu scis. vbi amplius videtur tenere, quòd talis saluus conductus non debeat sibi offerri, sed onus illum impetrandi spectet ad ipsum citatum, de quo tamen dixi supra d. titu. de inquisi. d. quæst. 11. eodem, num. 58. vbi vide.

152 LIMITA XXV. in pluribus accusatis de homicidio, quando interfectus reperitur vnico solum vulnere confossus, tunc enim, quia non potest contra omnes tanquàm homicidas ad pœnam ordinariam agi, ideò pro illis posse Procuratorem interuenire consuluit Marsil. in cons. 24. nu. 49. & in cons. 43. nu. 39. Vbi loquitur in Statuto Bononiæ, volente isto casu non posse contra omnes inquiri de morte, refert, & sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 141. Nec dissentit Monticell. qui alios refert, reg. crim. 13. nu. 20. 30. & seqq.

153 Et quidem hęc limitatio poterit sustineri in casu, in quo inquisiti moniti fuerunt ad comparendum, sub pœna pecuniaria ad ea, quæ generaliter dicta sunt sup. nu. 7. Quòd si fuerint moniti sub aliqua pœna corporali, quòd quãdo fieri possit, satis suo loco sup. explicauimus in tit. de pœn. temper. q. 96. & tunc sine dubio nec isto casu admittendus erit Procurator, sed standum erit regulæ propositæ.

154 LIMITA XXVI. Regulam non procedere in ijs, qui pro eorum particulari interesse comparent pro defensione absentis citati, vt puta, Dominus pro seruo, Pater pro filio, Maritus pro vxore, Abbas pro Monaco, Episcopus pro Clerico, Vniuersitas pro suo Ciue, Dominus pro Vasallo, & alij similes, quorum interest reum citatum ad comparendum non condemnari. Ij enim possunt pro absente citato interuenire ad eius defensionem, etiam in causis capitalibus. Ad tex. in l. Lucius. ff. de appella. & in l. seruum. ff. de pub. iudic. & in l. 2. C. de accusat. gloss. in l. seruum quoque. §. publicè in verbo *datur*, versic. huic opponitur de eo. ff. de Procurat. Alberic. ibidem col. 2. num. 5. vers. Item oppono il 1. & colum. 3. in princ. d. num. 5. in fine, vers. Vnde concludunt & nu. 21. vers. Quæro etiam, & num. 25. post med. vers. fallit secundum quosdam, & vers. Item fallit in patre, Odofr. nu. 3. post princ. col. 3. in princ. Vbi quòd Dominus defendendo seruum, non dicitur defendere alium, sed rem suam, sicut si defenderet asinum, vel bouem suum, ne auferatur ei. Ang. post nu. 6. vers. sequitur il 1. Item glo. in l. 1. in verbo *ignominia*, in fine. ff. An per alium caus. appellat. Bart. in l. penul. §. ad crimen, nu. 8. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Alberic. n. 4. vers. Item seruus. Ang. nu. 4. vers. quarto fallit, vbi in specie de patre defendente filium, ne ex eius condemnatione postea fiat exequutio in suis bonis, pro legitima debita, secundum formam Statuti. Imol. num. 19. ad fin. vers. extra glo. & num. 21. col. 17. in 3. fallen. & Rub. Alexandrin. num. 89. Bal. in l. reos, nu. 21. C. de accusat. & ibi etiam num. 24. Vbi quoad patrem hãc magistralem reddit rationem, quia scilicet si filius pateretur iniustitiam, posset pater pro tali iniustitia suo nomine agere, l. 1. ff. de iniur. Si potest agere, ergo potest assistere, vt talis iniustitia non fiat. Arg. l. vt vim. ff. de iust. & iur. Ang. in d. l. reus, num. 1. col. 1. vers. hoc autem, nisi interueniens interuenit ratione sui proprij interesse. Item glo. in cap. ve-

c.veniens, in verbo *criminali*, ver. Item Dominus defendit
seruum, extr. de accusat. & ibi et Hostien. nu.3. vers. Item
in seruo. Card. Zabar. post nu.8. vers. Aut criminaliter, vbi
ampliat, generaliter in quolibet tertio, cuius interfit se op
ponere, ne reus condemnetur. Ant. de Butr. nu.19. ad fi. ver
fic. septimum casum. Anchar. nu.15. in fi. vers. Quarto op-
pono. Abb. nu.13. Anan. n.20. Aret. post nu.74. vers. sed istę
leges. Maria. Soci. nu.229. & seqq. vsq; ad nu.245. vbi post
longam disputationem hanc dixit esse communem om-
nium Doctorum sententiam, Bero. nu.24. Vbi licèt impro-
bet rationem Bald. in d.l. reos, non tamen discedit ab hac
limitatione; Felyn. in c. meminimus, num.12. extr. de accu
sat. Gandin. in tit. Vtrum Procurator, &c. nu.10. in 7. & 8.
155 casu. Soci. reg. 322. in 7. & 10. fallen. Vbi pariter infert ad
creditorem, qui potest comparere pro suo debitore pau-
pere, & adeo paupere, vt si capitaliter condemnetur, non
possit habere regressum ad eius bona. Tunc enim, inquit
ibi Soci. vt saluetur persona debitoris, potest creditor pro
suo interesse comparere, & rursus in 15. limitatione. Cæ-
poll. consl.45. num.4. Vbi ponit quinque rationes, quibus
statutum est, parentes posse pro filijs comparere, & consil.
48. nu.1. & seqq. Vbi benè exornat, & ampliat in quolibet
extraneo comparente pro suo interesse, & cons.55. per to-
tum. Vbi refert in materia singula dicta Doctorum, & con
sil.74. num. 1. Vbi testatur communiter obseruari, & in
iudicio practicatur, quòd pater admittatur ad defenden-
dum suum filium, etiam in causis capitalibus, & num.2. &
seqq. hoc extendit etiam ad patrem hebræum. Blanc. in
pract. crim. §. verum quia, nu.59. Vbi testatur Doctores ita
communiter tenere (quamuis hanc communem, vt modo
eum referam, non sequatur) Nouell. post tracta. ad defens.
in 4. fallen. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. nu.6.
156 in 7. limit. Vbi refert ad creditorem, qui pro suo interesse
potest comparere pro suo debitore paupere capitaliter ac-
cusato & in 16 limitatio. Boss. in tit. An in criminali iudi-
cio, nu.17. vbi de communi relati per Clar. (quos tamen
ipse non sequitur) in pract. §. fina. q.33. num.5. vers. vltimo
quæro, qui etiam testantur de communi opin. Gabr. lib.7.
concl.9. nu.47. & seq. in 6. limitat. Vbi alij referuntur. Ro-
lan. cons.47. nu.31. & seqq. lib. 3. Vbi hanc dicit esse indu-
bitatam iuris conclusionem, pluresq; refert concordan-
tes, testantes de communi, & seruata opinione, Menoch.
de arbitr. quæst. lib.1. q.80. nu. 60. & seqq. Vbi testatur de
cõmuni opin. & in praxi seruanda, Monticell reg. crim.13.
num.35. & seqq. vsq; ad nu.42. vbi, d. nu.35. in fi. 36. & 40.
157 pariter in fine, ampliat etiam ad patrem Iudęum. Iodoc. in
pract. c.24. rub. de Procurat. nu 2. vers. In domino defen-
dente seruum, & c.25. nu.5. Bertaz. cons.314. nu.1. & seqq.
lib. 2. Vbi ampliat in quolibet extraneo comparente pro
suo interesse, & refert ita aliàs Ferrariæ fuisse iudicatum,
& cons. 240. per totum eod. lib. 2. Vbi in specie loquitur
in fideiussoribus pacis, seu cautionis de non offendendo,
& generaliter in omnibus alijs, qui pro eorum proprio in-
teresse, & ne teneãtur pro delicto alterius cõparent pro ip-
so delinquente citato. Et de patre comparente pro filio ex-
tat Carpensis Constitutio inter Marchiæ Constitutiones,
lib.4. cap.16.
158 Contra hanc limitationem videtur in primis facere,
quia si illam veram esse dicere velimus, sequi videtur ex ea
regulæ propositæ destructio, Vix enim videtur posse dari
casus, in quo quis comparere non possit pro suo prætenso
interesse ad defendendum absentem, præsertim si compa-
reat Episcopus pro Clerico; Dominus pro suo Subdito;
Aut Vniuersitas pro suo Ciue, vt in exemplis supra posi-
tis. Et hinc est, quòd Anan. in cap. veniens, num.20. extr.
de accusat. dixit limitationem prædictam benè posse pro-
cedere solum in Domino comparente pro seruo, sed iure
non probari, quòd debeat extendi ad Patrem, Abbatem,
Episcopum, & alios prænominatos, ex quo non est eadem
ratio. Et propterea quòd nec pater pro filio, nec Dominus
pro seruo, nec Maritus pro vxore, nec Episcopus pro Cle-
rico, nec alius quilibet pro suo prætenso interesse admit-
tatur ad defendendum reum, quæstione ad partes dispu-
tata, subtiliter defendit Barthol. de Valmarin. in cons. cri-
min. diuers. 69. lib. 1. per totum. vbi etiam testatur hanc
opinionem de consuetudine seruari. Nec dissentire vide-
tur Cæpol. in caut.65. num. 5. Vbi testatur de vera opinio-
ne, & loquitur in patre volente comparere pro filio, Boss.
in tit. An in criminali iudicio, nu.17. in fine, vers. In hoc ta
men dominio. Vbi licèt primam opinionem dixerit com-
munem, testatur tamen, quòd in illo dominio non serua-
retur in practica, Clar. in d.q.33. vers. fina. Vbi relatis Do-
ctoribus tenentibus primam opinionem, dicit eam posse
procedere in locis, in quibus talis consuetudo, & obseruã-
tia sic admittendi patrem pro filio, Dominum pro seruo,
& alios prænominatos vigeret, sed in Prouincia Mediola
ni, si hæc proponerentur coram Iudicibus reputarentur
somnia, cum vbi ingeritur pœna corporalis, nullus reus
audiatur, nisi personaliter compareat.
159 AMPLIA I. primam opinionem, quæ sine dubio dę
iure communi, magis communiter per Doctores recepta
est. Quando pater pro filio, & Dominus pro seruo compa-
rentes delictum non negarent, sed illud confiterentur (pro
ducto adhoc speciali mandato) peterentq; sic delicto con-
fessato, admitti ad excusandum homicidium, seu delictũ
commissum per filium, vel seruum, vt puta dicendo, & pro
bando, quòd mortuus non decessit ex vulnere, iuxta gene-
raliter tradita infra, nu.185. Vel quòd homicidium fuit ca
su commissum, vel ad necessariam defensionem, iuxta pari
ter tradita infra nu.186. aut quid simile. Tunc enim & pa-
trem pro filio, & Dominum pro seruo admittendos esse re
latis hinc inde iuribus, & rationibus, concludit Blanc. in
pract. crim. §. verum quia, nu.59. & seqq. vsque ad nu.63.
vbi etiam testatur ita in practica apud eum seruari. Et ita
etiam in pluribus locis dominij Venetorum seruari testa-
tur Nouell. in tract. ad defens. in princ. nu.11. sequitur Ro-
lan. cons.47. post num.32. lib.3.
160 AMPLIA II. hanc xxvj. limitationem, multo magis
procedere, quando dicti pater, Dominus, seu alij interesse
haben. comparent pro absente citato, non tanquàm Pro-
curatores, sed tanquàm defensores ad informandum, &
instruendum Iudicem de innocentia rei. Si enim hoc licèt
extraneis non habentibus interesse, iuxta generaliter tra-
dita infra nu.230. multo magis debet licere illis, qui habẽt
particulare interesse, sicut in specie scripserunt Bened. de
Plumb. in d.l. penul. §. ad crimen, nu.38. ff. de publ. iudic. Cę
poll. cons. crim.45. per totum in discursu. Vbi pluribus hãc
probat conclusionem, & cons. 46. nu.7. & seq. & cons. 50.
nu.1. & seqq. & cons.51. per totum, & cons.53. nu.2. vers. &
ideo non est dubium, & cons.54. nu.7.9. in fin. & seqq. Vbi
pluribus exornatur hæc conclusio; & est de mente Bertaz.
cons.580. num.1. lib.2.
161 Immò, & forsan verius dici potest, quòd Dominus pro
seruo, & pater pro filio, nunquam admittantur, tanquàm
Procuratores ad assumẽdum iudicium, & illius telam pro
filio, & seruo, sed solùm tanquàm instructores, & defenso
res eorum innocentiæ. Sic enim communiter Doctores te
nere testatur Cæpoll. cons. crim.46. nu.5. vers. sed prædictis
non obstantibus, & num.6. Vbi propterea infert, quòd pa-
ter, & Dominus non possunt isto casu facere actum præiu
dicialem, sed tantum proficuum, pro suo filio, & seruo, &
cons.54. nu.13. vers. vel potest dici. Monticell. reg. crim.
13. nu.37. Vbi quòd ita communiter tenent Doctores om
nes. Infertq; propterea, quòd non potest iste comparens fa
cere actum, per quem absenti præiudicet.
162 AMPLIA III. dictam xxvj. limitationem, vt multo
magis pater, & Dominus, alijuè prænominati pro eorum
interesse admittantur ad opponendum exceptionem de-
clinatoriam, & Iudicis incompetentiam. Si enim hoc lici
tum est alijs, vt dixi infra nu.213. multò magis licebit ijs,
qui habent particulare interesse, prout in specie adnotauit
Bart. in l. penul. §. ad crimen, nu 8. & 9. ff. de publ. iudic. &
ibi etiam Bened. de Plumb. nu.16. in fine. Bal in l. reos. nu.
24. in fine, vers. Quæro tunc. C. de accusat. Maria. Soci. in
c. veniens, nu.238. extr. de accusat. vbi de materia remissi-
uè. Cæpoll. cons. crim.48. nu. 2. Vbi ampliat etiam stante
Statuto, quòd si quis declinauerit iurisdictionem Potesta
tis possit impunè offendi. Adhuc enim pater & Dominus,
sic vt

sic vt supra pro filio, & seruo declinatoriam opponendo non incidunt in pœnam talis Statuti. Clar. in pract. §. fi. q. 33. vers. vltimo, in fin. Vbi quòd potest pater declinare forum Iudicis inquirentis, allegando Clericatum, seu aliud priuilegium, ex quo notoriè appareret citatum non esse sub iurisdictione Iudicis citantis ex Bal. quem allegat. in l. 1. nu. 31. C. de accus. vbi dixit ita Doct. tenere. Monticel. reg. crim. 13. nu. 35. ver. Quòd maximè procedit.

163 AMPLIA IIII. eandem xxvj. limitationem, vt pater admittatur pro filio, etiam non obstante Statuto prohibente aliquem audiri pro inculpato, prout in casu in quo consuluit Rolan. cons. 47. num. 31. & seqq. lib. 3. Monticell. reg. crimin. 13. num. 40. Vbi loquitur non obstante Statuto, volente neminem admittendum, nisi personaliter compareat, ac etiam omnem defensionem, & iustificationem prohibente. Bertazz. consil. 314. per totum, vbi loquitur non solùm in casu Statuti, disponentis, quòd nullus admittatur ad defensionem inquisiti, sed etiam in casu Statuti expressè prohibentis, patrem pro suo interesse posse filium absentem, & contumacem defendere, & pro eo comparere. Inquitque hoc Statutum locum sibi vendicare, quando ageretur de interesse patris, vt patris, vt quia sua intersit filium non banniri propter operas suas, sibi necessarias, vel vtiles. Secus autem si ageretur de interesse patris, nō vt patris, sed vt cuiuslibet extranei, vt quia ex condemnatione filij teneretur pater ad aliquam pœnam. Tunc enim venire censetur ad defensionem propriam, vt rei propriæ, non autem ad defensionem filij. Et ideo sicut quilibet tertius deberet admitti pro suo interesse proprio. Ita etiam, & multo magis debet admitti pater, vt ibi per eum, qui etiam testatur, ita quandoque vidisse practicari. Idem Bertazz. consil. 280. per totum lib. 2. Vbi loquitur in fideiussoribus pacis, vel cautionis de non offendendo, dicitq; eos debere admitti pro eorum interesse, ne conuentam pœnam soluant, non obstante Statuto prohibente admissionem defensionum inquisitorum, ipsis personaliter non comparentibus, vel quòd nullus pro inquisito comparens audiatur. Testaturq; se ita aliàs iudicasse, ac etiam iudicatum fuisse in Ciuitate Ferrariæ, & in Prouincia Romandiolæ. Et hinc propterea inferri potest ad Constitutiones Iulij II. & Pij IIII. expressè prohibētes, vbi pœna sanguinis imponitur, patrem pro filio audiri, vt non extendantur, quando pater compareret, non pro defensione filij, sed pro suo proprio interesse, secundum considerationem, Bertazz. in loco præcitato. Nec dissentire videtur Baiard. ad Clar. q. 33. nu. 12. Vbi relatis prædictis constitutionibus admittit patrem pro suo interesse audiri. Quamuis credat eiusdem patris comparitiones, & iura filio non suffragari.

164 SVBLIMITA I. propositam xxvj. limitationem non procedere, nisi præstita satisdatione de repræsentando Reum coram Iudice in casu condemnationis, secundum Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, n. 21. ff. de Procur. Vbi dixit vidisse obtineri, ꝙ Pater admittatur ad plenam defensionem filij, si satisdare velit de eum repræsentando coram Iudice. Quasi secus fuisset, non data hac satisdatione, & ita etiam videtur voluisse Bened. de Plumb. in d. penul. §. ad crimen, num. 76. & seqq. Vbi in materia sic distinguit, quando aut filius, seu seruus est carceratus, aut absens. Primo casu admittitur pater, & Dominus ad plenam defensionem, quia sic etiam extraneis licèt, vt dixi supra, num. 134. Secundò autem casu, aut pater, seu Dominus vult admitti, tanquàm defensor, & instructor innocentiæ; & potest, si verò prætendat admitti, tanquàm Procurator ad plenam defensionem, & non potest, nisi præstita satisdatione de repræsentando, & sistendo in iudicio, vt ibi per eum Rub. Alexandrin. in d. §. ad crimen, num. 115. Vbi dixit, quòd quando quis admittitur ad defendendum Reum accusatum pro suo interesse, tenetur semper præstare cautionem de ipsum repræsentando in fortiam Curiæ, quando sumus in casu, in quo absens potest condemnari, licèt secus credat, quando absens condemnari non potest. Gandin. in tit. Vtrum Procurator, &c. num. 9. Vbi proposita quæstione, An Pater admittatur ad defensionem filij, arguit pro, & contra, & postea resoluit, illum esse admittendum data idonea cautione de illum repræsentando in casu succumbentiæ. Et hoc, ne iudicium reddatur elusorium. Aliter secus, Barth. da Valmarin. consil. crimin. diuers. 69. num. 19. Vbi quòd Dominus non admittitur ad defendendum seruum absentem, nisi satisdederit de eum repræsentando, si condemnabitur, & num. 22. in fine, & seq. & num. 36. vers. hāc partem, tomo 2. Ex quibus facilè dici potest hanc declarationem communiter à Doctoribus receptam esse. Monticell. reg. crim. 13. num. 38.

165 Contrarium, quòd immò sine satisdatione pater admittatur pro suo interesse ad defensionem filij videtur sensisse Iodoc. in pract. crim. c. 25. nu. 5. & 6. & videtur de mente Doctorum præallegatorum, cum simpliciter dicant patrem posse defendere filium absentem, & contumacem pro suo interesse. Cuius ratione consequenter videtur cessare ratio præstandi satisdationem.

166 Verùm ad præmissa vide Bal. in l. reos, nu. 24. C. de accusat. Vbi dixit hanc satisdationem, quando causa est pecuniaria, satis esse ad propositum; Sed si causa erit capitalis, eam existimauit frustratoriam, quia filius repræsentatus, non debet stare actitatis per patrem in sui præiudicium. Refert, & sequitur Maria. in c. veniens, nu. 235. extr. de accusat. Et vide etiam Cæpoll. cons. 45. num. 5. Vbi probat etiam sine satisdatione, patrem esse admittendum comparentem pro filio, quando sumus in casu, in quo aut de iure communi, aut vigore statutorum procedi potest ad condemnationem absentis.

167 SVBLIMITA II. eandem xxvj. limitationem, vt pater pro filio, & Dominus pro seruo non possint ad tria venire, videlicet ad contestationem litis, & ad examinationem per torturam, & ad audiendum sententiam, secundum Bald. in l. reos, num. 21. vers. breuiter veritas est. Vbi ampliat, siue pater, & Dominus venient pro suo interesse pecuniario, siue etiam defensorio nomine. Quod & idem repetijt, nu. 24. vbi amplius disputat, An præstita satisdatione de soluendo condemnationem, si causa erit pecuniaria, aut de repræsentando, si causa erit capitalis, audiatur Pater, & filius etiam ad tria prædicta, & concludit, quòd non. Adducēs optimam rationem, quàm ibi videas. Anan. in c. veniens, nu. 20. post med. extr. de accusat. Vbi tamen loquitur, quando pater, & Dominus veniant defensorio nomine pro filio, & seruo. Maria. Soci. ibidem nu. 232. & seqq. vbi refert, & declarat dicta Bal. in loco præcitato. Blanc. in pract. crim. §. verum quia, post num. 59. fol. mihi 23. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 64.

168 SVBLIMITA III. eandem xxvj. limitationem, vt licèt pater admittatur pro filio, & maritus pro vxore. Non tamen è contra admittitur filius pro patre, nec vxor pro marito. Cæpoll. cons. 20. nu. 7. & seqq. Vbi quòd isto casu non admittuntur, nec tanquàm Procuratores, nec tanquā coniunctæ personæ, nec tanquàm venientes pro eorum interesse. Rub. Alexandr. in l. penul. §. ad crimen, nu. 60. in 17. ampliatione. ff. de publ. iudic.

169 Contrarium, quòd Vxor pro marito, & filius pro patre admittantur, voluerunt Anan. in c. veniens, nu. 20. vers. & eadem ratione, extr. de accusat. Maria. Socin. ibidem nu. 229. vers. & etiam. Soci. reg. 322. in 17. limitatione. Nouel. post tract. ad defens. in 14 fallen. fol. mihi 173. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquisit. nu. 6. in 16. limitatione, fol. 263. Boss. in tit. An in criminali iudic. sub nu. 17. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 50. Monticell. reg. crim. 13. nu. 14. & 39. Iodoc. in pract. crim. c. 25. num. 7. vers. simili ratione. Capic. decis. 143. nu. 1. Vbi de vxore comparente pro marito defensorio nomine.

170 Et hæc contraria opinio sine dubio procederet, quando maritus esset carceratus, quia tunc vxor, non solùm potest pro reo comparere, sed etiam constituere Procuratorem ad comparendum, Rota decis. 16. de Procurat. in nouis. Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 19. in fine, versic. Pro hoc dicunt, extr. de accusat.

171 LIMITA XXVII. vt licèt Procurator non admittatur ad totam causam; benè tamen admittitur ad aliquos articulos,

articulos,& ad media causæ, vt puta, ad producẽdos testes probatorios, vel reprobatorios, aut quid simile, præterquã ad sententiam, Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, nu. 25. post med. vers. sed ad allegãdas causas absentię. ff. de procurat. Vbi testatur de communi opinione. Odofred. ibidẽ nu. 4. ad finem. Alberic. in l. penul. §. ad crimen, nu. 7. vbi arguit pro, & contra, & postea testatur se ita Bergomi sępius obtinuisse, & idem affirmat in nu. 13. Bened. de Plumb. nu. 55. Vbi quamuis supra nu. 48. aliorum Antiquorum diuersas retulerit opiniones, concludere videtur, quòd admittatur Procurator ad producendũ articulos, & testes examinandum. Relati per Alberic. in l. reos, nu 8. vers. item quæritur. C. de accusat. & ibi etiam Odofred. num. 4. vers. sed denuo quæro, vbi benè comprobat, & respondet contrarijs, Anto. de Butr. in c. veniens, nu. 18. extr. de accusat. Vbi & ipse hanc opinionem admittit, quando isto casu, quis comparet nõ assumendo in se iudicium, seu iudicij partẽ, sed tantum faciendo aliquem actum, vt puta, producẽdo testes, iurando de calumnia, aut quid simile. Felyn. in c. me minimus, nu. 16. col. 4. in fine, vers. Vlterius, &c. extr. de accusat. & ibidem nu. 18. col. 5. vers. Item adde Innoc. Cæpol. cons. crim. 45. nu. 2. vers. Modo ad propositum. Baptist. de Bellun. cons. crim. diuer. 80. nu. 4. lib. 1. Clar. in pract. §. fi. q. 33. vers. 1. in fine. Vbi de communi ex Alberic. in d. §. publicè. Relati per Gabr. lib. 7. concl. 9. nu. 86. in prin. Monticell. reg. crim. 13. nu. 34. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. lib. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 139. col. 3. versic. Item ad vnum tantum articulum.

172 Contra, ꝙ nec Procurator admittatur ad vnum, seu plures articulos, vel ad media causæ tenuerunt Dyn. Specul. & alij relati per Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, nu. 18. ante fine, vers. Vltramontani tenent contrarium, ff. de Procurat. Ang. in d. §. publicè, nu. 3. vers. Et ex prædictis habes, Fulgos. nu. 17. Paul. de Castr. nu. 9. vers. Ad alios verò actus. Bart. in l. penul. §. ad crimen, num. 13. ver. sed si non est in carceribus. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Ang. nu. 6. vers. sequitur in gloss. tertia. Fulgos. nu. 1. Bened. de Plumb. nu. 48. Vbi relatis aliorum opinionibus in hac sententia, tanquàm vltimo loco per eũ relata residere videtur. Et Rub. Alexandr. nu. 49. & 177. Relati per Alberic. in l. reos, nu. 8. vers. Vltramontani tenent oppositum. C. de accusat. & ibi etiam Bal. nu. 30. Vbi in hac opinione tanquàm vltimo loco per eum relata residere videtur Salycet. nu. 9. vers. Alij dixerunt, il 1. & il 2. col. mihi 4. ad finem, & nu. 15. Cardin. Zabar. in c. veniens, col. 2. in nona oppositione, extr. de accusat. & col. 3. ante finem, vers. Aut ad articulum, & ibi et Anton. de Butr. nu. 18. Vbi & ipse hanc opinionem admittit in eo, qui comparet, tanquàm assumens in se iudicium, seu iudicij partem. Gandin. in tit. Vtrum Procurator, &c. nu. 10. in fine, vers. videtur tamen. Vbi quòd Procurator non potest interuenire ad testes producendos. Marsil. in pract. §. sequitur, nu. 2. & 8. Vbi remissiuè, alios tractantes hanc materiam refert Nouell. post tract. ad defen. nu. 6. fol. mihi 171. Pract. Corrad. rubr. de comparit. inquisit. in 2. ampliatione, fol. 261. Relati per Gabr. lib. 7. concl. 9. nu. 86. in 13. limitatione, vers. Contrarium, &c.

173 Prima opinio potest procedere, quando sumus in casu, in quo potest procedi contra absentem. Secunda autem, quando non potest procedi. Primo enim casu admittitur Procurator ad omnes articulos, præterquã ad articulum sententiæ: Secundo autem casu nõ admittitur ad aliquem articulum concernentem merita negotij secundum Imol. in l. penul. §. ad crimen, nu. 19. col. 13. vers. Sed tu potes dicere. & ita etiam relatis hinc inde contrarijs opinionibus, & argumentis, distinguit Marian. Socin. in c. veniens, nu. 209. & seqq. vsque ad nu. 213. & 214. in fi.

174 Contra, quòd nec admittatur Procurator, etiam quòd simus in casu, in quo absens possit damnari, reprobatis Imol. & Soci. contrarium sentientibus, defendit Rub. Alexandr. in l. penul. §. ad crimen, nu. 177. ff. de publ. iudic.

175 LIMITA XXVIII. propositam huius quæstionis regulam procedere ante sententiam; secus autem post sententiam, à qua etiam inuito condemnato, potest vnusquisque appellare, etiam sine mandato, ne dum Procurator, l. non tantum. ff. de appellat. & ibi glo. & communiter omnes in l. addictos. C. eod. l. 3. ff. de liberal. caus. Alberic. in l. seruum quoque. §. publicè, col. 2. nu. 5. vers. Item oppono ad idem, & nu. 25. ante finem, vers. idem posset dici. Idem Alberic. in l. penul. §. ad crimen, nu. 4. vers. Item potest interuenire procurator. ff. de publ. iudi. & Bened. de Plumb. nu. 57. & seq. Vbi ampliat, siue quis compareat, tanquàm Procurator, siue etiam tanquàm defensor. Salyc. in l. reos, nu. 7. col. mihi 4. ad med. in 4. oppos. C. de accusat. Aret. in cap. veniens, num. 76. in fine, & nu. 77. extr. de accusat. Maria. Soci. ibidem nu. 220. Vbi amplius, quòd isto casu admittitur Procurator, nõ solùm ad appellandum, sed etiam ad prosequendum causam appellationis, glo. in cap. si quãdo, in verbo *per exploratores*, in princ. vers. sed in causa appellationis 2. q. 6 Socin. reg. 322. in vltima limitatione. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. num. 6. in 18. limitat. fol. 263. Ant. Gomez. de delict. c. 1. nu. 15. vers. Item etiam limita. Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu 78. in 18. limit. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 80. Monticell. reg. crim. 13. num. 22. & 89. in fine, vers. tamen talis cautela, fol. 130. colum. 2. Vbi fraude procuratam absentiam credit, quando quis post delictum publicè commissum statim se absentat, licèt secus credat, quando delictum erat occultum, & iam diu ante absentiam patratum. Ex quibus patet, iunctis alijs allegatis infra quæst. 101. num. 23. & seqq. vbi pluribus modis ampliatur hæc limitatio, hanc limitationem de

176 iure posse dici communiter receptam. Quamuis contrarium, quòd immò nec in causa appellationis Procurator interuenire possit, voluerit August. in addit. ad Ang. de malef. in verbo *præsente dicto Caio*, num. 14. prout illum refert Baiard. ad Clar. in pract. §. fin. q. 32. nu. 8. & in q. 94. nu. 51. Vbi alios refert pro hac contraria opinione concordantes Doctores.

177 Aduerte primo circa hanc limitationem, quòd quãuis Maria. Socin. c. veniens, nu. 220. vers. & finaliter conclude, extr. de accusat. per tex. quem dicit expressum in l. 1. ff. an per alium caus. appellat. dixerit eam benè procedere, quando quis appellat, aut pro carcerato, aut pro absente, contra quem potest ad condemnationem deueniri, iuxta generaliter tradita infr. nu. 222. Secus verò, quando quis appellat pro non carcerato, contra quem non potest procedi ad cõdemnationem, quia tunc talem appellantem Iudex non admittit, vt ibi per eum. Hæc tamen declaratio hodie parũ prodesset, cum prout dixi supra in tit. de inquisit. q. 1. par. 1. de generali consuetudine inducta, vigore Statutorum totius Italiæ contra absentes de quocumq; crimine, siue publico, siue priuato proceditur. Et tamen ad hæc vide etiam quæ dixi inf. q. 101. num. 29.

178 Aduerte secundo, ad id, ꝙ dixi posse etiam sine mandato appellari pro cõdemnato, vt hoc procedat non nisi pro eo, qui ducitur ad mortẽ, & infra legitima tempora. Tunc enĩ verũ est, ꝙ etiam condẽnato inuito, quilibet humanitatis nomine appellare potest, etiam sine mandato; sic enim de appellante pro eo, qui ad supplicium ducitur, quo casu est periculum in mora, loquuntur omnes ferè Doctores al leg. sup. in limitat. Secùs verò pro alio, qui non ducatur ad mortem, quia tunc videtur necessarium mandatum, vt benè declarat Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 2. nu. 4. vers. sed dubium est, nu. 5. vbi etiam, an isto casu iste appellans pro eo, qui ducitur ad mortem, possit appellationem prosequi sine mandato, & ibi alia ponit in materia appellationis prædictæ. Et vide pariter in proposito, quæ dixi infra d. q. 101. nu. 29. hoc eodem tit. & supra in 1. parte, tit. de inquisit. q. 11. num. 49.

179 Aduerte tertio, ꝙ proposita hęc limitatio vix in practica seruabitur in absente condemnato, & contumace, cum vt aliàs dixi in tit. de inquisit. q. 11. nu. 48 & seqq. cõtumax condemnatus, & bannitus non appellat. Nisi dixeris secundum Bened. de Plumb. in d. §. ad crimen, nu. 57. ꝙ etiam à sententia lata contra absentem poterit Procurator appellare in ijs casib. in quibus de iure contumax absens appellare potest, de quibus dixi in d. q. 11. eod. nu. 48. & seqq.

180 LIMITA XXIX. in eo, qui pariter comparet post sententiam latam ad opponendũ de illius nullitate, admittitur

titur etiam quod cauſa ſit capitalis. Si proponatur,ac diſputetur ſeparatim a crimine,& in modum, vt non tangat crimen,de quo agitur,aut merita cauſæ,ſecundũ Bened.de Plũb.in d.§.ad crimen,n.59.ff.de publ.iud.& ibi etiã Rub. Alexandrin.num.94. Aret.in c.veniens,nu.79.ext.de accu. Mar.Soc.ibid. nu.288. vbi hanc limitationẽ ampliat, non ſolum ſi de nullitate ſẽtẽtiæ agatur principaliter, ſed etiã ſi agatur acceſſoriè per viam appellat. Aug.ad Ang. de maleſ. in verb. *Q ui D.Iudex videns,&c.* nu. 19.in fine. Marſil. in pract.§.ſequitur,nu.6. Nouell.poſt tract. ad defenſ.in 7. fallent.fol.mihi 174. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquiſit.6.in 19.limit. fol. 263. Gabr. lib.7.concluſ.9. nu. 75. & ſeq.in 17. limit.Hier.Magon.deciſ.Lucenſ. 22.num. 17.
181 Vbi alios refert concordantes.Et ampliat etiam ſtante Statuto prohibente in criminalibus defenſores audiri reo incarceribus non conſtituto.

182 Contrarium tenuit Affict.in 2.par.conſtit. Regni, rubric.3.nu.27. in fine,vbi teſtatur,ſe vidiſſe pronunciari aliquas ſententias criminales nullas,puta,quia eſſent latę contra Clericum,vel per errorem,dummodo tamen talis nullitas allegetur per ipſummet principalem,&non per aliquẽ ſuum procuratorem,vel coniunctam perſonam,& Afflic. ſic dicentem refert,& ſequitur Clar.in pract.§.fi. q.32.nu. 20. verſ.quæro,an in cauſa nullitatis. Vbi amplius teſtatur apud eum ſeruari,vt nullus admittatur ad dicendum de nullitate, niſi ſe perſonaliter conſtituat, quando non vult demonſtrare nullitatem ex ipſimet actis reſultantem, ſed per alias extrinſecas probationes,& Clari opinionem, & declarationẽ,ſequitur Menoch. de arbit. quæſt.lib. 1.q. 80.num. 81.& 82.verſ.vel etiam poteſt intelligi. Quod, & idem voluit Foller.in pract.cri.in verbo *captis fori iudicatis*,nu.3.ſequitur Cartar.de exeq.ſentent.c.3. nu. 12.

183 LIMITA XXIX. quando ageretur de probando falſitatem teſtium examinatorum in accuſatione porrecta, ſeu in inquiſitione formata contra reum abſentem, & citatum,quia tunc licè ad proponendum iſtam falſitatem principalis reus per procuratorem non audiretur, nec etiam pro eo alia coniuncta perſona, quæ vellet comparere pro ſuo prætenſo intereſſe; benè tamen audiretur ille, qui non tanquam procurator, ſed tanquam defenſor, & inſtructor innocentiæ rei abſentis, prædictam falſitatem proponeret, & inſtrueret. Ad ea, quæ generaliter dixi infra nu.230. & in ſpecie plenè conſuluit Cæpol. conſ. crim. 20. per totum.

Vbi amplius num.14. iſto caſu dicit eſſe admittendum, quemlibet extraneum,nedum coniunctam perſonam,quã do non abſentis nomine,ſed tanquam priuatus vellet principaliter hanc falſitatis accuſationem proponere. Ex quo enim(inquit ipſe)ſumus in crimine publico, vnicuique accuſare licèt; Et eſt noua declaratio.

184 Sed cantet quantum vult Cæpoll. in loco præcitato; apud nos hæc ſua declaratio in practica non reciperetur, quia eſſet per indirectum admittere reum abſentem, & contumacem ad faciendum ſuas defenſiones. Et tamen pro abſolutione veritatis, vide,quæ generaliter dixi infra de defenſore,& inſtructore innocentiæ, num.230.& ſupr. in 1.par.tit.de accuſat. q. 12. num.23. & q.16.nu. 30. Vbi in ſpecie declaraui. An,& quando accuſatus poſſit accuſatorem de falſo redarguere.

185 LIMITA XXX. in comparente,& proponente vulneratum obijſſe ſua culpa,& ex malo regimine. Ad iſtũ enim articulum ipſum debere admitti, pluribus comprobat Cæpoll. conſ.crim.45.per totum,& prçſertim num.1. & 2.iuncto num. 7.

Vbi demonſtrare conatur,quòd in caſu iſto ceſſant omnes rationes, quibus iura prohibent procuratorem eſſe audiendum in cauſis criminalibus,& conſ.54.num.1. & ſeqq. omnibus. Vbi tamen quòd iſto caſu admittitur cõparens non tanquam procurator, ſed tanquam defenſor, & inſtructor innocentię. Petr. Calefact.conſ.crim. diuer. 104 num.14.& ſeqq. lib. 1. Vbi tamen videtur loqui quã do notoriè conſtat vulneratum ſua culpa obiiſſe, & ibi declarat,quando hoc dicatur notoriè conſtare.Môticell.reg. crim.13. nu.34.Sed veritas huius limitationis dependet ab iis,quæ dicentur inf.nu.230. de defenſore, & inſtructore innocentiæ.

186 LIMITA XXXI. in comparente pro abſente citato,& delictum non negante,ſed dicente,ac proponẽte homicidium eſſe factum ad defenſionem. Nam tunc debet admitti,ſi non,vt procurator,ſaltem,vt inſtructor, & defenſor innocentiæ, ſecundum Cępoll.in conſil. 47. nume. 11. & fuit de mente Mar. Soc. in conſil. impreſſo poſt tract. Ant. de Canar. de excuſatore ad med. verſ & ſic ceſſat illud. Et hęc limitatio procedit ſine difficultate, ſi vera eſt illa generalis concluſio, quòd ad inſtruendum iudicẽ ſuper innocẽtia rei, quilibet admittitur defenſor,& informator. De qua dixi infra num.230. Idem Cæpoll.conſ.48. poſt num.3.& conſ.50.num.2.& conſ. 73.poſt num.1. Môticell.reg.crim.13.nu. 34. Sed veritas huius limitationis pariter dependet ab iis,quæ dixi infra de defenſore, & inſtructore innocentiæ,d.num.230.

187 LIMITA XXXII. quando delictum,de quo quis inquiritur, eſt impunibile,quia tunc ad allegandum talẽ impunitatem admittitur procurator, ſecundum Rub. Alexã. in l.penult. §.ad crimen,nu.100.ff.de publ.iud.poſt Bartol. Cæpoll.& Marſil. in locis per eum relatis. Marſil. in pract. §.ſequitur,nu.27.in fine,verſ.& p iſta,& nu. 28. Vbi teſtatur in contingentia facti,& in cõtradictorio iudicio alias feciſſe abſoluere per procuratorem,quendam puerum ſeptem annorum,qui caſualiter percuſſit, & occidit aliũ puerum.Nouell.poſt tract.ad defenſ.in 15.fallen.fol.mihi 175. Rolan.conſ.71.nu.20.lib. 3.Menoch. de arbit.quæſt. lib.1. q.80.nu.135. & 139. Vbi infert,quando maritus vxorem

188 in adulterio deprehenſam interficit, quia tunc poterit is audiri per procuratorem ex Pariſ. in conſ.154. in fi. lib. 4. Vbi ampliat etiam in inquiſitis,quod aſſociauerint vnum ad occidendum dictã vxorem adulteram, & in adulterio comprehenſam.Nam,& hos poſſe per procuratorem audiri,ibidem traditur.

189 Contra,quod non ſolum Procurator, ſed quod nec ẽt defenſor,&inſtructor innocẽtię poſſit proponere aliquam defenſionem, ſeu excuſationem, per quam dicatur delictum commiſſum quacunq; ratione eſſe impunibile, voluit Ant. de Canar. in tract. de excuſ.par.2.num.2.Vbi amplius, quod nec iudex ex ſuo officio iſto caſu reo non petente poteſt ſupplere.

190 LIMITA XXXIII. quãdo quis inquiritur, quòd occiderit bannitũ, qui poterat impunè occidi.Tunc enim ad allegandum bannũ,& banniti offenſionẽ impunem admittitur Procurator ſecundum Bat.in l. vbi pactũ nu. 10. C.de tranſact.quẽ ſequuntur oẽs Doct.teſte Marſil. in conſil.73.nu.76.vbi ſubdit ſe hanc doctrinã millies practicaſſe & obtinuiſſe.Alberic.in 4.par.ſtatutorũ,q.38.n. 1. & ſeqq. per totã quæſtionẽ,vbi amplius, quòd talis oppoſita exceptio impedit proceſſum ad vlteriora.Idemq; teſtatur de veriori,cõmuni,& ſeruata opinione.Idẽ Alberic.in l. ſetuum quoq,§.publicè,n. 19. ff.de procur.Vbi relatis hincinde antiquorũ contrarijs opinionibus,& argumentis, dixit eam vidiſſe ſeruari in iudiciis per magnos Doct. licèt aliqui minus periti uolentes oſtentare,aliquando inhæſerint cõtrariæ ſententiæ.Paul.de Caſt.ibid.n.5.Aret.in c.veniẽs,n.34. & ſeqq.vſq; nu.38.Vbi benè hanc concl. cõprobat,reſpondet contrariis,eamq; veriorẽ,melioribusq; & fortioribus rationibus comprobatã affirmat,quam Mar.Soci.ibidem num. 191. & ſeqq. vſque ad num. 199.

Vbi refert Doctores, & argumenta,quæ faciunt pro,& contra. Sed tamen, ni fallor,in hac videtur reſidere ſententia Gandi.in tit. Vtrum Procurator,&c.nu.15.vſque ad finem tituli, vbi diſputat primo. An exceptio banni impediat litis conteſtationem,& poſtea;An poſſit per Procuratorem opponi, & in vtraque diſputatione reſoluit, quòd ſic,& ita teſtatur communiter ſentire Doctores, & communiter etiam obſeruari,licèt etiam dicat,quòd quandoque etiam vidit obſeruari contrarium. Cæpoll.conſ.crim. 73.nu.6. & ſeqq. vbi ampliat, quòd etiam poſt ſententiam poteſt opponi exceptio banni,ac inſtari ſententiam caſſari, & occiſorem abſolui. De quo tamen vltimo vide,quæ dixi ſupra num. 129. Barthol. de Valuarin. conſ. crimin.diuerſ.69.

vers. 69. num. 36. lib. 1. Ang. de Castr. cons. crim. diuers. 61. nu. 1. lib. 2. Cæpoll. caut. 65. nu. 2. ad med. Marsil. in pract. §. sequitur, nu. 40. vers. modo alterius scias. Clar. in pract. §. fin. q. 32. num. 19. vers. Quæro modo, in prin. Vbi licèt apud eum seruari testetur non admitti Procuratorem ad exhibendum bannum, nisi reo in carceribus constituto; hanc tamen limitationem de iure communi a Doctoribus communiter receptam non inficiatur. relati per Gabr. lib. 7. cócluf. 9. n. 28. Vbi plures referuntur. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. q. 80. num. 135. & seq. vbi alios refert concordantes, & testatur de recepta opinione Monticell. reg. cri. 13. nu. 19. & 49. vers. Alia etiam erit cautela fol. 129. col. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 24. rub. de procuratoribus, nu. 5. vers. si verò per Statutum, Bertaz. cons. 303. nu. 3. lib. 2. Carauit. sit per Pragm. Regni de exulibus, la j. nu. 160. & seqq. vbi benè referuntur dicta Doctorũ, qui hanc tenent limitationẽ.

191 AMPLIA I. hanc xxxiij. limitationem, vt multo magis, & sine dubio procedat, quando citatio, seu monitorium factum absenti ad comparendum contineret patentem errorem, seu potius ineptitudinem, vt puta si diceret, *Quia occidisti bannitum*. Tunc enim, vt dixi, dictus Procurator admittitur, secundum Bal. post alios in l. reos, nu. 34. vers. sed si Statutum non loquitur. C. de accusat. Marian. Soc. in c. veniens, nu. 196. & seq. extr. de accusat. Alberic. in 4. par. statut. d. q. 38. post nu. 13.

192 AMPLIA II. eandem limitationem procedere etiã stante statuto, seu constitutione, quod accusatus ad nullã exceptionem, vel defensionem admittatur, nisi personaliter compareat, quia tunc licet non possit per Procuratorem bannum allegari, quia talis allegatio respicit defensionem accusati. Poterit tamen si bannum est notorium Iudicis officiũ implorari, vt vlterius non procedat stante dicto banno, & impunitate delicti, cum etiam ex officio Iudex teneatur defendere illum, qui puniendus non est, l. si non defendantur. ff. de pœn. secundum Imol. post Bal. quem allegat in l. penult. §. ad crimen, nu. 28. in fine, vers. Quid autẽ si per formam Statuti, ff. de publ. iudic. Subdens tutius esse isto casu ad euitandas contrarias opiniones, quòd quis cõpareat non tanquam Procurator, sed tãquam informator, vel instructor innocentiæ, iuxta generaliter tradita infra num. 230. Ang. in l. reos, num. 3. col. 3. Vbi, quòd isto casu consilium est, vt quis compareat tanquam vnus de populo Anan. in c. veniens, nu. 15. vers. Quid autem si ex forma statuti. Vbi benè firmat hanc conclusionem, Et ibi etiam Aret. nu. 39. & seqq. vsque ad num. 46. Vbi pluribus hanc probat conclusionem, proponit contraria, & illis respondet Marian. Soc. num. 203. vbi etiam, quòd tutius est ad euitandas opiniones, vt isto casu quis compareat non tanquam Procurator, sed tãquam informator, vel instructor, extr. de accusat. Bertaz. cons. 303. per tot. in discursu lib. 2. qui pluribus hanc probat conclusionem, & inter alias rationes illam potissimum adducit, quia scilicet Statutum prohibens quamcunq; exceptionem, non censetur prohibere eam, quæ prouenit ex alio Statuto, prout prouenit illa, quòd bannitus potuit impunè offendi: ex quibus valde apud me dubia reddi videtur opinio Carauit. super Prag. Regni de exul. la j. nu. 164. & seq. vbi dixit isto casu non esse aliquem admittendum ad allegandum huiusmodi exceptionem in Regno, stante eiusdem Regni ritu 269. volenti pro parte citati nullam admittendam esse exceptionem, nisi absentiæ, infirmitatis, aut captiuitatis. Et ad materiam huius ampliationis vide, quæ dixi in sublimitationibus nu. 261. & seqq.

193 AMPLIA III. dictam xxxiij. limitationem, vt multo magis procedat, quando exceptio banni proponitur a comparente non tanquam Procuratore, sed tanquam defensore, & instructore innocentiæ, iuxta generaliter tradita supra num. 230. & in specie aduertit Cæpol. cons. crim. 48. post num. 3. & faciunt tradita per Marsil. in pract. §. sequitur, num. 18. vers. alius est etiam modus, & nu. 19. Vbi quòd isto casu potest comparere quilibet de populo, & ostendere implorato ad hoc iudicis officio, quod occisus erat bannitus, & poterat impunè occidi, & inter alios, quos refert concordantes allegat Angel. dicentem, quòd infinitis vicibus ita practicauit. Clar. in pract. §. fin. q. 32. num. 19. vers. Quæro modo, ibi, Quinimò, &c. Vbi quod non solum ad producendum bannum admittitur Procurator, sed etiam quilibet de populo ex trad. per eum in §. homicidium, vers. item scias.

194 SVBLIMITA I. dictam xxxiij. limitationem procedere, quando quis opponit exceptionem banni in modum declinatoriæ, ac per modum emergentis contra iudicis iurisdictionem, & ad impediendum processum illius, vt puta si comparens dixerit, Iudicem non posse procedere, quia occisus erat bannitus, secus si talis exceptio opponatur in modum peremptoriæ, vt puta petendo, & instando, quòd citatus, & inquisitus absoluatur, quia impunè poterat occidere.

Tunc enim non admittitur Procurator ad ea, quæ generaliter dicta sunt supra num. 49. & in specie sic distinguendo Bald. in l. seruum quoq; §. publicè, num. 3. ff. de procur. Fulgos. ibidem num. 26. vbi benè explicat hanc declarationem Imol. in l. penult. & ad crimen nu. 28. ff. de publ. iudic. Vbi testatur de veriori opinione, & declarat etiam, quando ista exceptio dicatur proposita in vim peremptoriæ, aut dilatoriæ exceptionis, & ibi etiam Fulgos. num. 5. Alberic. in l. reos, nu. 12. in fin. vers. nisi forte. C. de accusat. Aret. in c. veniens, num. 29. vers. Vnde est aduertendus modus extr. de accusat. Marian. ibidem nu. 185. & seqq. ad nu. 199. Vbi licèt multa dicat, & referat ex quibus vix quid ipse sentiat percipi possit, Ita tamen in hac eadem distinctione residere videtur in nu. 198. vers. Tu dic. Vbi dixit, quod exceptio banni potest opponi, quando crimen non disputatur, nec causa ventilatur, seu defenditur, sed solum concluditur de impotentia iudicis, secus verò si causa defendatur, quia tunc talis exceptio per procuratorem sub quacunque forma verborum opposita concipiatur, minimè admittitur. Gabriel. libr. 7. conclus. 9. nu. 29.

195 In modum autem emergentis, & declinatoriæ, tunc potissimum banni exceptio proposita dicitur in casu, in quo statutum volens bannitum posse offendi vtatur aliquibus verbis obuiantibus formationi processus, & sic importantibus non peremptoriam, sed declinatoriam exceptionem, si puta dixerit, *quòd tunc non possit procedi contra occidentem bannitum*. Nam isto casu sine dubio procurator admittetur, secundum Bened. de Plumb. in l. penultim. §. ad crimen, num. 53. vers. quid dicendum, & ibi etiam Rub. Alexandrin. num. 226. & seqq. vbi, & idem videtur tenere, quãdo statutum diceret: *Quòd bannitus non audiatur*, Vel, *quòd querela proposita pro bannito occiso non audiatur*, Bal. in l. reos, num. 34. vers. breuiter soluendo dico. C. de accusat, & ibidem d. nu. 34. in fin. Vbi sine dubio credit, procuratorem esse admittendum ad opponendum exceptionem banni, quando ex forma statuti talis exceptio opponitur iurisdictioni, & non causæ, & ad idem vide etiam Anton. de Butr. in cap. veniens, num. 17. in fine, vers. si statutum diceret, extr. de accusat. & ibi etiam Aret. num. 29. & seqq. vsque ad num. 34. vbi benè declarat, An, & quando statutum dicatur parere in proposito exceptionem peremptoriam, vel declinatoriam & per quæ verba. Marian. Socin. num. 204. & seqq. Cæpoll. cons. crim. 73. num. 5. in fine. Gabr. lib. 7. concl. 9. nu. 29. Monticell. reg. crim. 13. num. 19. & 20.

196 Verum etiam, quod exceptio banni opponatur in vim dilatoriæ aduersus processum, quòd Procurator non audiatur, nisi bannum sit notorium, dixi generaliter infra in seq. sublimitatione iunctis ijs, quæ etiam dixi supra, nu. 50. & in specie adnotauit Rub. Alexandrin. in l. penul. §. ad crimen, nu. 214. & seqq. ff. de publ. iud. Vbi licèt multa hincinde adducat; hanc tamen non inficiatur esse communem Doctor. sententiam.

197 SVBLIMITA ij. eandẽ xxxiij. limitationẽ, vt procedat, qñ de banno constat notoriè iuxta generaliter tradita sup. nu. 51. Secus si de eo notorie nõ cõstaret. Primo. n. casu admittit. pcurator pro absẽte citato ad opponendũ exceptionẽ banni. Sic. n. qñ de bãno notoriè constat loquuti sunt, & expressè admiserũt Ang. in l. pen. §. ad crimẽ, n. 4. vers. 6. fallit. ff. de publ. iud. & ibi etiam Imol. num. 21. in 6. fall. & ... num.

nu.28.vers. Aduerte tamen,& Bened.de Plumb. n.53. vers. Aut est certum,& notorium,& Rub. Alexandr. nu.220. & seqq.& præsertim nu.223. Cyn. in l.reos, num.9. vers. mihi videtur. C.de accusat.& ibi etiam Alberic.nu.12. in fi.vers. hanc etiam quæstionem. Vbi propterea, quod banni notorietas est alleganda,& probanda,& Salyc.post nu. 16.vers. si notorium est. Idem Alber.in 4.par.statut.q.38.nu.15. Anchar.in c.veniens,post nu.18.vers.item quod interfectus, extr.de accusat.& ibi etiam Aret.nu.18.& seqq.vsq.ad nu. 24. Vbi latè de materia Marian.Soc.nu.187.ver. Quòd tamen limitant,& n.188.& 189. Vbi de cōm.opinione& melius,nu.199. & seqq.& nu. 201. vbi quòd ita communiter tenetur,& obseruatur etiam quod allegans exceptionē banni non habeat mandatum. Ang.de Castr. cons.crim.diuer. 61.nu.3. lib. 2. Pract. Corrad.rubr. de comparit. inquisit. nu.6.in 3.limit.fol.mihi 163. Boss. in titu. An in criminali iudic. sub nu.13. vbi de communi. Clar.in pract.§.fin.q.32 nu.19. vers.quæro modo, ibi, *Hæc tamen intelligenda sunt &c.* Gabr. lib.7. conclus.9.num.27. vers. secundo limita, & num.31. vers. sed si exceptio banni esset notoria. Meno.

198 de arbitr.quæst. lib.1.q.80.num.138. Vbi ampliat etiam, quod Statutum banni exceptionem per alium, quam per ipsum reum allegari posse prohiberet.

199 Secundo autem casu, videlicet, quando de banno non constet, tunc inquam, pro absente citato neminem illi opponentem audiri debere scripserunt Bart.in l. penult. §. ad crimen,nu 19. ff.de publ.iud. Imol. ibid. num. 28. vers. si autem exceptio non sit notoria,& ibi etiam Bened. de Plūbin.nu.53.vers. interdum est dubium, & Rub. Alexandrinum.214.& seqq.vsq.ad nu.220. Vbi licèt multa hincinde adducat, testatur tamen d.nu.214. in fin.& nu.219. etiam in fine, hanc Bart. declarationem esse communiter receptā & num.225. in fine Cyn. in d.l.reos,num.9.in fin. vers.aut non erat notorium C.de accusat. & ibi etiam Alberic.nu. 12.in fi. simili, vers. aut non erat notorium. Bal.nu.34. in prin.vers. Aut istud bannum non est notorium. &d.num. 34.in fin.vers. breuiter credo, & Salyc. nu.16. vers. si verò hoc non est notorium. Ant. de Butr.in c. veniens,nu.17. in fin.vers. Vnde si statutū dicat,extr.de accusat. Et ibi etiā Anchar.post nu.18. vers.item quod interfectus. Maria. Socin.nu.189. in fin. vers. si verò exceptio non sit notoria, & num.197. vers.aut non est notorium,& num.201. vers. si verò bannum non sit notorium, vbi de materia Ant. de Canar.in tract. de excusatore, par.2.nu.1. Boss. in tit. An in criminali iudicio,n.13.& 15.in fi.vers. ex prædictis,& n. 16. vers. est verum. Clar. vbi supra d.vers. quæro modo, ibi, sed si requireretur aliqua alia extrinseca probatio. Gabr. lib.7. cōclus.9.nu.29.& nu.30. Vbi præsertim, qñ allegatur bannū datum in cōtumaciam. Carauit.in Pragm. Regni de exulibus, la 1.post nu.163. vbi oēs Doct. cōcludere testatur.

200 Immò & in primo casu etiam, quod de banno notoriè constet, si tamen in dubium referatur illius varietas, vt puta, quia dicatur, illud non subsistere, seu ex aliqua causa nullum esse, quod tunc Procurator nō admittatur ad hæc discutienda scripserunt Bar.in l.penult.§.ad crimen, nu.21 ff.de publ.iudic. & ibi etiam Imol. num.28. ante med. versic.& hoc sine dubietas sit in facto,& ibi etiam Bened. de Plumb. nu.53. in fin.& Rub. Alexandrin. nu. 225. Salyce. in l.reos, nu.16. post med. vers.& maximè non procedunt. C.de accusat. Abb.in c. veniens, nu. 16. Vbi quod ita cōiter tenent, extr.de accusat. & ibi etiam Mar. Soc. nu.190.

201 Et hoc procedit non solum si banni nullitas, seu validitas discutiatur, coram eodem Iudice, coram quo de crimine agitur, sed etiam si separatim coram diuerso iudice, quia tunc nec etiam Procurator admittitur, secundū Bar. in l.penult.§.ad crimen, num.22. ff.de publ.iud. vbi refert hanc quæstionem fuisse alias disputatam inter Iacob. But. & Iacob. de Beluiso, & ita fuisse obtentum, testatur, ad cuius conclusionem, veritatem, & materiam vide etiam omnes Doctores in l.seruum quoque, §.publicè. ff. de procur. Imol. in dict. §. ad crimen, num.28. ad med. vers. & hoc, quando exceptio, & ibi etiam Bened. de Plumb. nu.60.& seq. & Rub. Alexandr. num.229. Bald. in l.reos, sub num. 34. vers. Præterea dato, & vers. & eodem modo. C. de accusat.& ibi etiam Ang. nu.3. post med. vers.de peremptoria verò, & Salyc. num.17. Card. Zabar. in cap. veniens, colum.2. ante fin. post 9. oppos. vers. & per hoc deciditur quæstio, extr.de accusat. & ibi etiam Ant. de Butr. nu.17. col.6. in fin. vers. Sed est dubium. Ancharan. num. 19. Anan. nu. 15. vers. si verò coram alio. Marian. Socin. num. 201. vers. & prædicta procedunt,& num. 202.

202 LIMITA XXXIV. in causa status, & famæ, in qua Procuratorem posse interuenire, scripsit Alberic. in l. seruum quoque, §. publicè, num.28. in fin. vers. de quarto. ff.de procur. Vbi quod ita communiter tenent glo. & Doctor. facit text. in l.1 §. planè. ff. An per ali. caus. appell. Vbi sic dicitur, *Planè si pecuniaria causa est, ex qua ignominia sequitur, potest & per Procuratorem hoc agi.*

203 Quod & idem Procuratorem posse interuenire, etiam quod agatur de pœna infamiæ, si tamen non imponitur alia pœna corporalis voluerunt Alberic. in d. §. ad crimen, num. 16. in fin. Fulgos. ibidem num.7. in fin. & Rub. Alexandrin. num. 83. in fin. vers. & ibi causa, & num. 151. Maria. Soc. in c. veniens, num.93. & seqq. extr. de procurat. Vbi alia adducit ad comprobationem huius limitationis glo. in c. si qñ, in verbo *per exploratores*, vers. item si agatur. 2. q.6. Cæpol. cons. crim. diuers. 69. nu. 40. in fin. lib. 1.

204 Contrarium, quod etiam, quòd agatur de pœna infamię, Procurator tamen non admittatur voluisse videtur Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 54. ff. de publ. iudic. Vbi & iure, & ratione hanc comprobat opinionem, & faciunt quæ dixi in seq. q. nu. 29.

205 In hac contrarietate potes distinguere, quod si agatur ad pœnā infamiæ principaliter, & tunc non potest Procurator interuenire, quia pœna infamiæ non solum æquiparatur pœnæ corporali, sed etiam æquiparatur morti. l. transigere. C. de transact. & secundū istos terminos potest procedere hæc secunda opinio. Si verò non agitur ad pœnam infamiæ principaliter, sed ad pœnam pecuniariam, aut similem, & tunc licitè ex tali pœna veniat in consequentiam infamia, admittitur tamen Procurator, & secundum istos terminos potest procedere prima opinio secundū Mar. So. qui ita distinguendo concordat contraria in c. veniens, num. 96. & seq. extr. de accusat. ex glo. quam allegat in l. non solum. §. fin. in glo. penult. ff. de Procurat. & hanc eandem distinctionem probauit Ludou. Bero. in d. c. veniens, num. 36. Nouel. post tract. ad defen. nu. 11. fol. mihi 171. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. q. 80. nu. 40. & seq. & 125.

206 Sic pariter in causa status, quod Procurator non admittatur videtur esse tex. in c. si quando, 2. q. 6. Vbi causa status, & causa capitalis equiparatur, & vtroque casu per Procuratores non esse agendum ibi expressè deciditur, & ibi glo. in verbo *status*, declarat, nisi constituens Procuratorem sit in possessione libertatis per tex. in c. frequens, 54. distinct. & in l. 1. in princ. C. de assert. tollen. Barthol. de Valmarin. cons. crim. diuers. 69. nu. 4. lib. 1. & inter eadem consilia Bened. de Barz. cons. 91. num. 14. eodem lib. 1.

207 Verum, quòd in causa status defensor admittatur, voluit gl decis. 35. num. 2. de procur. in nouis.

208 LIMITA XXXV. quando agitur de pœna excommunicationis, quia tunc etiam potest Procurator interuenire secundum Card. Zabar. in c. veniens. num. 9. in fin, extr. de accusat. per tex. in c. intelleximus, extr. de iudic.

209 LIMITA XXXVI. in crimine furti, in quo Procuratorem esse admittendum probare videtur tex. in l. furti. §. qui alieno. ff. de his, qui notan. infam. Verum quando hæc limitatio vera sit, vide Maria. Soc. in c. veniens, num. 94. & seqq. ext. de accusat. Vbi hanc limitationem videtur admittere, qñ sumus in casu, in quo de iure com. non imponitur nisi pœna pecuniaria, & infamię, secus verò, quando imponeretur pœna corporalis (prout quandoq; imponitur) ex Auth. sed nou. iur. C. de ser. fugit. Et ex forma Statuti hodie fures cōiter suspenduntur, vt ibi per eū. (De quo tamen infra suo loco in tit. de furtis, latius dicā) Cæpol. cōsil. cri. 71. n. 6. & oīb. seqq. Vbi quod quando agitur de furto magno, tunc non admittitur Procurator. Si verò agitur de expilata hæreditate, tunc admittitur ēt, quod ex tali crimine irrogetur infamia iuribus, & rationibus ibi per eum allega-

allegatis refert,& sequitur Hieronym.Giaccar.in addit.ad Clar.§.fi.q.32.lit.A, Menoch. de arbitr.quæst.lib.1.q. 80. sub nu.125.vbi refert Marian. Soc.in loco præcitato.

210 LIMITA XXXVII. in delictis,in quibus damnatur memoria defuncti,prout est crimē hæresis,& læsæ maiestatis,in quibus etiam post mortem accusatio admittitur: tūc enim Procuratoré admitti ad defuncti memoriā defendēdam omnes affirmant,vt videre est apud Alberic.in l.seruū quoq; §.publicè,nu.3.ad med. vers.& de materia.ff.de procurat.& ibidem nu.17.in fin.vers.sed nunquid in crimine hæresis. Vbi refert fuisse magnam concertationem in Ro. Curia tempore Clementis V. coram quo accusatus erat Bonifacius VIII. de crimine hæresis per D.Gulielmum de Nogareto instigante Rege Franciæ,& fuit obtētum,quod defensor posset interuenire,vt ibi per eum,& idem repetit in l.penult.§.ad crimen,nu.4.vers.Primò quærendo.ff.de publ. iudic. vbi etiam Rub. Alexandr. nu.83.in 2. limitatione,& nu.84.& seqq. vbi respondet contrariis,& testatur de communi opinione,quam ampliat, vt non solum admittantur isto casu filij,& hæredes, seu procuratores ab iis constituti,quorum magis interest defuncti memoriam defendere propter eorum particulare interesse, videlicet propter infamiam,& propter confiscationem bonorum, sed etiam iis deficientibus, admittantur alii,quamuis Marian. in c. veniens,num. mihi 152. vers.& ex prædictis cōtrarium affirmasse visus fuerit,Bal.in l.reos,nu.39.C.de accusat. Addo pro hac eadem limitatione Marian. Socin.in d.c. veniens,nu.149.& seqq.extr.de accus.vbi plures affert rationes.Felyn.in c.meminimus,nu.13. in fine.extr. de accusat.Socin.reg.322. in 13.limitatione. Nouell.post tract. ad defens.in 2.fallen. Pract. Corrad. rub.de comparit. inquisit. nu.61.in 14.limit.fol.263. Clar.in pract.§. fin.q.32. num.14. vers.debes scire, vbi etiam de communi ex Rub. in loco præcitato. Gabr.lib.7.concl.9.num.65.in 13. limitatione. Menoch. de arbitr. quæst. lib.1. quæst.80. num. 131. & seq.

211 LIMITA XXXVIII. vt proposita huius quæstionis regula procedat in Procuratore comparente,& opponente ad fauorem absentis citati exceptiones crimen tangentes, vt dixi supra nu.48. Secus autem in opponente exceptiones,quæ crimen, de quo agitur, non tangunt. Ad has enim opponendum nihil est,quod Procuratoré impediat. Alber. in d.§.publicè, eod. nu.19. ad med. d. vers. Et ideò vbicunque,& ibi etiam Paul.de Castr. post nu. 10. Bart. in d.§. ad crimen,eod.num.18.in fin. Et ibi etiam Alberic. nu.6.in fine, vers.ex quò apparet. Salyc.in l.reos,nu.16.C. de accusat.Card.Zabar.in c. veniens,post num.8. ad med. col.3. vers.& tunc aut per pronunciationem,ext.de accusat.& paulò ante in vers.Primo casu,& ibi etiam Abb. in summario,& num.15.Aret. num.8.in 7.notab.Marian.Socin.nu.2. Fely.in c.meminimus,nu.14.ext. de accus.Barth. de Valmarin.cons.crim.diuers.69.num.35.lib.1. Cyrill. in summa crim.in loco præcit.vers. potest tamen. Boss. vbi supr.d.nu.16.Clar.vbi supra sub d.verb.pariter etiam.And. Gayl.de pac.publ.lib.5.c.10.nu.16.

212 LIMITA XXXIX.in Procuratore comparente,& opponente ineptitudinem libelli secundū Bart.in l. penult.§. ad crimen.num.18.ad fin.vers. Aduerte &c.ff.de publ.iud. & ibi etiam Rub.Alexand.nu.95. & 96.Salyc.in l.reos,nu. 16.C.de accusat. Anch.in c. veniens post nu.18.extr.de accusat.& ibi etiam Aret.nu.4. Maria. Soc. nu.188. Vbi amplius,quòd iudex ex officio debet lacerare libellum ineptū & nu.197. vers. Aduerte tamen.Socin.reg.322. in penult. limitat.Barth. de Valmarin. cons. crim.diuers.69.num.35. lib.1.Pet. Calefact. inter ead.cons.crim.cons.104. nu.3. & seqq.lib.1. Vbi loquitur,quando inquisitionis ineptitudo apparet ex facie ipsius inquisitionis,& sic non indiget alia probatione, & ampliat non obstante Statuto Florentino prohibente defensiones quoquomodo admitti, nisi reo in carceribus constituto,& ibi etiam exemplificat in quibus consistat ineptitudo inquisitionis.Marsil.pract.§.sequitur, nu.30. Vbi,quod ita alias pluries practicauit cum honore, & lucro. Nouell. post tract. ad defen.in 8. & 9. fallen. fol. mihi 174. Cyrill. in summa crim. rub.10.de Procur.§.1.n. 1.fol.mihi 50.col.4.ad med.vers.pōt tamen.Pract. Corrad. rub.de comparit.inquisit.nu.6.in 17.limit.fol.263. Boss.in tit. An in criminali iudicio,nu.14.in fin.Gabr.lib.7.concl. 9.num.71.Menoch.de arbit.quæst.lib.1.q.80.nu.81.Vbi & hanc limitationem videtur admittere, quando Procurator statim,quod formatur inquisitio cōparet,& illius nullitatem allegat.Monticell. reg.crim.13.num.17.

213 LIMITA XXXX. in Procuratore comparente,& allegante accusationē,seu inquisitionē calumniosam, secūdū Rub. Alexan.in l.penult. §.ad crimen nu.95.& 96.ff.de publi.iud.ex Bal.in cons.106.incip.verba accusationis, vol.1. Aret.in c. veniens,num.40.extr. de accusat. & ibi etiā Marian.Socin. nu.198.in fin.& 199. Vbi amplius, quod ex officio Iudex potest accusatorem calumniosum repellere. Marsil.in pract.§.sequitur,nu.29. Nouell. post tract.ad defen.in 8.fallen.fol.mihi 174.Pract.Corrad.rub. de comparit.inquisit. num.6.in 24. limitatione fol.264. Gabr.lib.7. conclus.9.nu.88.in 25. limitatione. Rolan.cons.11. num. 19. lib.3.Menoch.de arbit.quæst.lib 1.q.80.nu.75.in fine, & post nu.81.Monticell.reg.crim.13.nu.18.

214 LIMITA XXXXI. in Procuratore opponente exceptiones declinatorias,seu dilatorias, quę cum de sui natura non tangant crimen,de quo agitur,nihil est, quod impediat earū allegationē etiam in publicis, & capitalibus iudiciis iuxta generaliter tradita supra nu.211. & in specie scripserunt Alber.in l.seruum quoq.§.publicè,nu.19.ff.de Procur.vbi relatis hincinde antiquorum contrariis opinionibus,& argumentis,hanc dixit veriorem, & eam vidisse seruari in iudiciis per magnos Doct. licèt aliqui minus periti, volentes ostentare, alquando inhæserint contrariæ sententiæ,& num.25. post med. vers. Et causas absentiæ intelligo. Odofr.ibidem nu.4.& ibi etiam Ang.nu. 2. ante fin. vers.sed ad tales declinatorias.Idem Alber.in l.penult. §.ad crimen,post nu.6.ff.de pub.iud. vbi testatur de cōi opinio. & ibi etiam Imol.post num.27. vers.primo casu,& Bened. de Plumb. nu.52. Vbi testatur de cōi opinione. Quamuis Iacob.de Rauen.& Petr.contradixerint,& Rub.Alexand. num.96. Odofr. in l.reos nu.4.C.de accusat.glo. in c.veniens,in verbo *criminali*, vers. sed excusandum, vel excipiēdum,extr.de accusat. & ibi etiā Host. col.2.nu.3.vers. Tamen ad excusandum,& excipiendum, Card. Zabar. nu. 7. in fi.col.3.in princ.Ant.de Butr.nu.7. vers. Nota excusatorem,& num. 12. vers. secundus casus,& num.17. vers. secundus casus.Anchar.num.13.in 1.oppos.& nu.18.in fi.Abbas nu.15.Anan.nu.15.Vbi,quod hoc est indubitanter verum.Mar.Soc.nu.181.vbi quod hoc tenent omnes, glo. in c.si quādo, in verbo *per exploratores*, vers.itē excipere. 2. q. 6.Gandin.in tit. vtrū Procurator,&c.nu.2. Vbi arguit pro & contra,& postea ita resoluit.Cyrill.in summa cri. rubr. 10.de procur.§.1.nu.1.fol.mihi 50.col.4.ad med. vers.potest tamen.Boss.in tit. An in crim.iud.nu.16.Clar.in pract. §.fin.q.32.nu. 18. vers.pariter etiā.Menoch.de arbit, quęst. lib.1.q.80.num.75. Monticell.reg. crim.13. num.26.& 27. Vbi quod isto casu huic procuratori licèt non debeat dari copia inquisitionis, debet tamen dari nomen accusatoris, & iudicis,ut contra eorū personas possit exceptiones proponere secundū Bonif.de Vitall.in tit.de procur. & defen. nu.4.dicentē ita alias in contingenti casu tēpore suo fuisse determinatum de pluribus sapientissimor. homin. consensu. Iodoc.in pract.crim. c.24. rubr.de procur.nu.3. Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1.cap.10.num.16.

215 LIMITA XXXXII. (Et hæc limitatio uenit illatiuè ex pcedenti.)In procuratore cōparente & opponēte exceptionē respicientē iudicis iurisdictionē incompetentiā, & inhabilitatem,secundū Paul.de Cast.in l.seruum quoq;§.publicè,post nu.10.ff.de procur.Bal.in l.pen.§.ad crimen, nu. 18.in fi.ff.de publ.iud.& ibi etiā Ang.nu. 3. vers. Similiter etiā admittitur procur.Odof.in l.reos,n.4. C. de accus.& ibi etiā Saly.n.16.Ant.de Butr.in c. ueniens,n.17.ext.de accus.& ibi ēt Anch.post n.18.Aret.n.57.Mar.Soc.n.172.Gādin.in tit. Vtrū procurator,&c.nu.2.Barr.de Valmar.cons. cri.diuer.69.n.35.lib.1.Marsil.in pract.§.sequit, n. 27. post med.uers. Aut vult comparere. Cyrill.in summ.cri.rub.10. de procur. §.1.n.1.fol.mihi 50.col.4.ad med.uers.potest tamen

men.Boſſ. in tit. An in criminali iudicio,num.11. Clar.in pract.§.fin.q.32.num. 18.verſ.pariter etiam,& q.33.verſ. fin. in fi. Vbi & hanc limitationem admittit,quando notoriè conſtat de tali incompetentia.Gabr.lib.7.concluſ.9.nu. 72.Monticell.reg.crim.13.num.26. Vulpell. conſ.57. num. 2. & 4. Baiard.ad Clar.q.33.nu.10.

216 Quamuis contrarium, quòd immò procurator non poſſit opponere exceptionem fori adnotauerit Alber. poſt Innoc. quem allegat in l.reos,nu.3.in fi.verſ.in primo tamen membro.C.de accuſa.Ant.de But.in c.veniens, num. 13.in fine. extr.de accuſat.Vbi æquiparat exceptionē,quę reſpicit innocentiam accuſati,vt puta, quòd reus fecerit ad ſuam defenſionem, & declinatoriam fori: Dicendo, quod Iudex non eſt Iudex inquiſiti, & vtroque caſu dicit procuratorem non audiendum.

217 Quid autem ſtāte Statuto, quòd in criminalibus reus non poſſit per procuratorem audiri,nullauè per eo recipiatur defenſio. An tunc procurator erit admittendus ad allegādū exceptionē incōpetētię,vide infra hac ead.q.nu. 268.

218 Hinc procuratorem admitti,quando eſt citatus Clericus coram iudice laico ad opponendum eiuſdem Iudicis incompetentiam ſcripſerunt Alberic.in d.l.ſeruum quoq; §.publicè,num.19. ff.de procur. Vbi relatis hincinde contrarijs Antiquorum opinionibus, & argumentis, hanc dixit veriorem, & eam vidiſſe ſeruari in iudiciis per magnos Doctores,licèt aliqui minus periti, volentes oſtentare,aliquando inhæſerint contrariæ ſententiæ,& ibi etiam Ang. num.2. ad fin. vbi,quod iſto caſu admittitur ad allegandū Iudicis incompetentiam quis etiam ſine mādato, & idem ibi dixit Fulgoſ.poſt num.6.Marſil. in pract.§.ſequitur,nu. 27.poſt med. verſ.Aut vult comparere.

219 Et hinc etiam admitti procuratorem ad allegandum, quod delictum non eſt cōmiſſum in territorio Iudicis citantis,& quod propterea in citatum nullam habet iuriſd. ſcripſerunt Alberic.in l. ſeruum quoq; §.publicè, nu.19. ff. ff.de procur.Vbi relatis hincinde antiquorū contrarijs opinionib. & argumentis, hanc dixit veriorem,& eam vidiſſe ſeruari in iudiciis per magnos Doctores,licèt aliqui minus periti,volentes oſtentare, aliquando inhæſerint contrariæ ſententiæ. Odofr. ibidem ſub nu.4. vbi generaliter quando procurator venit ad allegandū,quod non eſt de foro Iudicis, qui eum citat,nec de territorio, vbi fuit cōmiſſum crimen.Odofr.in l.reos,nu.4.C. de accuſat. Gandin.in tit. Vtrum procurator,&c. nu.2.ad med. Ant.de Canar.in tract.de accuſat.par.1.nu.2.in fin. Vulp. conſ.57. nu. 4.

220 Et rurſus,quod procurator admittatur ad allegandū, quod Iudex,coram quo reus citatus eſt,eſt excommunicatus,aut alias inhabilis voluerunt Imol.in l.penult.§.ad crimen,num.27. verſ.primo caſu.ff. de publ. iudic. Abb. in c. veniens,nu.15.& ibi etiam Marian. Socin.num. 172. ext. de accuſat.Boſſ.in tit.An in crim. iud. num.11.& 16.

221 Et eadem ratione procuratorem admitti ad opponendum exceptiones, quæ reſpiciunt accuſatoris inhabilitatem voluerunt Paul.de Caſtr.in l.ſeruum quoq;§ publicè poſt num.10.ff.de procurat.Bart.in l.penult. §. ad crimen, num.18.in fin.verſ.Item accuſator.ff.de pub.iud.& ibi etiā Imol.nu.26.verſ.Et ex prædictis.Vbi quod hoc indubitanter procedit,&nu.27.verſ.Primo caſu.Odofr.in l.reos,nu. 4.C.de accuſat.& ibi etiam Salyc.nu.16.Card.Zab.in c.veniens,nu.7.in fi.in 12.oppoſ.extr.de accuſ.& ibi etiam Ant. de But.nu.7. verſ.nota excuſatorem,nu. 10. & poſt nu. 17. Anchar.poſt nu.18. Abb. nu.8. & nu.15.Anan.nu.11. Aretin.nu.8.in 7.notab.Marian.Soc.nu.23.in vlt.notab.& nu. 172.& Ludou.Bero.nu.1.in ſummario. Addo pro hac ead. limitatione Gandin.in tit. Vtrum Procurator,&c.nu.2.Socin.reg.322.in penul.limit. Cępol.conſ.cri.54.nu.11.in fin. Barth. de Valmarin. conſ.crim. diuerſ. 69.nu.35.lib.1. Nouell.poſt tract.ad defenſ.ſub 9. fallen.fol.mihi 174. vbi idē quando opponitur procuratorem eſſe inhabilem ad accuſandum. Pract. Corrad.rub.de comparit.inquiſit.nu. 6. in 17.limit.fol.mihi 263.Boſſ.in tit. An in criminali iudicio, nu.11.& 16.Clar.in pract.§.fin.q.32.n.18.verſ. pariter etiā Gabr.lib.7.concl.9.nu.70.in 16.lim.Mōticell.reg.cri. 13.n. 26.Bonac.in com.op.cri.par.3.verbo *procurator*,il 3.fol.mihi 136.col.1.verſ.admittitur tamen.And.Gayl.de pac.pub. lib.1. cap. 10.num. 16.

222 Verū hæc vltima illatio apud nos in practica nō recipetetur,cū hodie oēs inquiſitiones formentur nedū ad inſtantiam partis,& accuſatoris,ſed ēt ex officio. Et certum eſt,quòd hodie in omnibus delictis,& præſertim publicis, & capitalibus etiam nemine accuſante, procedi poteſt ex officio, vt ſuo loco dixi.

223 LIMITA XXXXIII. in caſibus, in quib. de iure cōi abſens poteſt condemnari,de quibus dixi ſup. in tit.de Inquiſit. q.11.nu.1.par.1. Iis inquam,caſibus etiam, quod pœna ſit capitalis,poſſe interuenire procuratorem probat text.in l.ſeruū quoq; §.publicè. ff. de procur. dum ibi dicitur; *Nam etiam in capitalibus iudiciis defenſio datur, vbicunq; itaque abſens quis damnari poteſt. Ibi quemuis verba pro eo facientem,& excuſantem audiri aequum eſt.*Alberi.ibid. n. 15. vbi concordando opin. glo. cū opinione Vltramontanorū dicit,ꝙ in criminib.in quib.abſens poteſt dānari,poteſt etiā defenſor ad plenā defenſionē venire,& nu.16.verſ.fallit vbicunq; & nu.15 ante fi.verſ.Idē credo.Odofr.nu.4.in fi.Fulg.d. nu.3.in 3.notab.Ang.in l.pen.§.ad crimen, nu. 4. verſ.Nono,& vlt. fallit,vbi teſtatur de cōi,& practicata opin.a qua dicit non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendū.Quamuis diſputationis gratia, contrariā opinionē veriorem affirmare videatur Imol.in d.§.ad crimen, n. 15. & 16. Vbi hanc opinionē quam dicit cōem larè a contrariis defendit, & poſt nu.20.col.14.in fi. verſ.ſecūdo caſu,& nu.21.in fi.in 9.fallen.Vbi de communi, & practicata opinione,ſecundū Ang.vbi ſupra. Odofr.in l.reos,nu.4. ad fi. verſ.Item in quibus caſibus.C.de accuſat.Ang.ibid. nu.1. verſ. ſexto fallit,& nu.2.reprobato Bar.contrarium ſentiēte,ac volente iſto caſu admitti non procuratorem,ſed defenſorem,& inſtructorem innocentiæ,qui poſſit ſuo principali prodeſſe,non autem obeſſe. Hoſtien.in c. veniens, col.2.nu.3.verſ.maximè quando Iudex contra abſentem alias proceſſurus eſſet,extr.de accuſ. & ibi etiam Anchar. nu.14.verſ.dixit modo Innoc.& nu.16.verſ.quinto oppono.Abb.nu.19.ad med.verſ. ſed tota difficultas, vbi de communi opinione Marian. Soc.num.133. & ſeqq. vſque ad num. 138.Vbi licet multa hincinde diſcutiat, & conſideret hanc tamen ſententiam tanquam communem ſibi magis placere affirmat Angel. de malef. in verbo, *Qui D. Iudex videns,&c.* num. 14. vbi ex Ang. quem allegat. in d.§. ad crimen,dixit hanc eſſe communem opinionem cōſuetudine confirmatam, a qua in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum. Quamuis diſputationis gratia, & de iuris rigore contraria videatur verior,& nu. 20. vbi pariter comprobat hanc opinionem. Quod ſ.iſto caſu admittatur comparens non ſolum tanquam inſtructor,& defenſor innocentiæ,ſecundum opinionem Bar. ſed etiam tanquam procurator Marian.Soc. in conſ.poſito poſt tractat.Ant.de Canar.de excuſatore,in verſ.Quinimò Dynus &c.Cæpoll.conſ.crim.45.nu.3.Vbi de cōi, & practicata opinione,& nu.11.& cōſ.47.nu.7.& ſeqq.vbi proponit etiā contraria,& illis reſpondet,& conſ.52 num.3.Rota deciſ. 37.alias 485. incip.ſi Clericus,num.2. & ſeq. vbi teſtatur de cōi opin. & ibi in addit.num.5.Blanch.in pract. crim.§. verum quia,num.53.folio mihi 20.a tergo.Boſſ.in tit. An in crim. iud. num.8.ad finem, verſ. ſed an procurator, vbi teſtatur de cōi ex Marian. & Imol. in locis præcitatis. Quāuis Bar.per eum allegatus ſup.num.6. contrarium dixerit. Viu. opin.649.num.3. vbi de communi ex Alex. de Neuo, conſ.90.nu.3.Menoch.de arbit.quæſt.lib.1.q. 80.num.90. 96,& ſeq. vbi aliis relatis teſtatur de cōi. Quamuis referat Iul.Clar.contrarium tenen.Andr.Gayl.de pac. publ. lib. 1. cap.10.num.15.

224 Sic etiam & in caſibus,in quibus vigore ſtatutorum abſentes poſſunt condēnari ne dum de iure cōi,vt in præcedenti concluſione,quòd procurator poſſit interuenire, fuit opinio Dyn.quam ſequuti ſunt idem Alberic.in l.pen. §.ad crimen,num.12..ff.de publ.iud.vbi refert Doct. antiquos contrarium tenentes,& poſtea ſubdit,quod iſtorum rationibus Dynus dicit facilè reſpondere poſſe, Angelus in d.§.ad crimen,nu.4.verſ.nono,& vltimo fallit. Vbi teſtatur

statur de cōi,& practicata opinione,a qua dicit in iudicando,& consulendo,non esse recedendum. Quamuis disputationis gratia contrariam opinionem veriorē affirmare videatur Imol.ibid.nu.15. & 16. vbi hanc opinionem,quā dicit cōem,latè a contrariis defendit,& nu.21.in fin.sub 9. fallent.& Rub. Alexandrin.nu.98.ex Corn. quem allegat in cons.17. incip.Moris est,lib.3.cons.122.col.2.vers.& insuper lib.4. Quod & idem voluit idē Rub.nu.101.allegans inter alios Ias.in l.2.col.3.C.qui testa.face. poss.qui loquitur in statu Mediolani,in quo adest decretū, vt contumax habeatur pro confesso,& cōuicto,quia tunc poterit interuenire quilibet etiā penitus extraneus ad ostendendū innocentiam inquisiti,ēt quod adsit statutum volens, quod reus debeat se personaliter in carceribus ponere,Cyn.in l. reos,nu.6.C.de accusat.Mar.Soc.in c.veniens,n.138. extr. de accus.Vbi quòd hæc opinio sibi magis placet. August. ad Ang.de malef.in verbo *Qui D.iudex videns &c.*nu. 14. Vbi ex Ang. quem allegat in d.§.ad crimen,dixit hanc esse cōem opin.consuetudine confirmatam, a qua in iudicando,& consulendo non est recedendum, quamuis disputationis gratia,& de iuris rigore contraria videatur verior, & nu.20.Vbi pariter comprobat hanc opinionem,quod.s. isto casu admittatur cōparens non solum tanquam instructor,& defensor innocentiæ,secundū opinionem Bart.sed etiam tanquam procurator.Cæpoll.cons.crim.45.nu.3. vbi de cōi,& practicata opinione,& latius cōs.49. per totū. Vbi quod isto casu omnino procurator admittitur ad allegandum causas innocentiæ; licèt secùs ad suscipiendum in se totam causam,& totum iudicium. Et ibi plenè hanc defendit conclusionem,& respondet contrariis, & consil. 50.num.1.& seqq. Vbi quod hæc est cōis sententia, & cōs. 52. nu.3.vers.& similiter Barthol. de Valmarin. cons. crimin. diuers.post num.41. Vbi testatur de cōiori opinione, licèt contrariā crediderit veriorē lib.1.Mars.in pract.§.sequitur nu.27.vers.sed primam opinionem. Vbi testatur de magis cōi ex Ias.in loco per eum citato (licèt dictam magis cōem ipse non sequatur, vt supra eum retuli) Nouell. post tract.ad defens. in 11.fallen.fol.174.& ibid. fallen.12. Bonacoss. in commun. opin. crim.par.1. verbo *procurator*, il 1.fol.mihi 138. col. 4.vers.itē limita, si adsint statuta. Vbi de magis communi ex Aret.quem allegat in cons. 153. nu.6.Iodoc.in pract. cri.c.24.rubr.de procurat.nu.5. vers. Verum si. Vant. in tit.de nullit. ex defect. inhabilit.& mādat.nu.176. vers. maximè quod hodie.

225 Contrarium,quòd nec etiam admittatur procurator in casibus,in quibus absens de iure communi potest condemnari,licèt benè admittatur allegans causas absentię,vt dixi infra nu. 276. vel etiam instructor, seu defensor innocentiæ, vt pariter dixi infra nu.230. sensisse videntur omnes ferè Doctores allegati d.nu. 230. Qui dum dicunt admitti defensorem innocentiæ in casu,in quo absens potest de iure communi condemnari,negant etiam procuratorem esse admittendum. Et in specie ita etiam videtur de mente glo. in d. l. seruum quoque §. publicè in verbo *datur* vers. Tu dic,& in fine dictæ glo. vers. vel si vis ff. de procurat. & glossæ intellectum magis communiter a Doctoribus receptum esse testatur ibidem Alberic. nu. 2. vers. In aliis capitalibus,& in vers.item littera dicit. Ang. nu. 3.ad med.vbi reprobatis contrarium tenentibus testatur ita practicari. Fulgos.in l.penul.§.ad crimen,nu.4.& 6. vers.Alij dicunt ff.de publ.iud.& num. 8. Vbi quòd est ridiculum dicere, quod iura prohibentia procuratorem in criminalibus interuenire, intelligatur solum, vbi reus non potest damnari. Bened. de Plumb. num. 12. & seqq. Vbi latissimè hanc sententiam a contrariis defendit,dicitquè,quod cum opinione Bart.quem allegabo infra n.230. omnes communiter consentiunt, & ab ea non esse recedendum, & Rub. Alexandr.nu.61. vbi testatur de communi. Quamuis Ias.Corn. & Marsil.ibi per eum relati contrarium dixerint,& Rub. Alexand. num.170. vers. Tertia datur solutio,& seqq. & nu.177. Vbi præsertim nu.172 hanc dicit veriorem opinionem, & etiam communem ex Ias.quem allegat in l.2.col.3.C.qui testam.facere poss.eūq; benè comprobat, & a contrariis defendit. Ang. in l.reos, num.7.C.de accusat. Vbi latè defendit isto casu non admitti procuratorem, sed benè defensorem (cuius contrarium ni fallor, affirmauit ibidem nu.1.in fin.in 6. fallent. & nu. seq. vt supr.eum retuli.) Quod & idem comprobauit Salycet.ibidem nu. 11. Card.Zabar.in c.veniens,nu.8.in fin. col.3.in fi. vers. Si verò ad totam causam,& nu.9. col. 4.in princip. ext.de accus.& ibi etiam Ant.de Butr. nu. 12.col. 3.& 4.in discursu. Vbi multa ponit pro hac opinione. Angel.de malef.in verbo *Qui D.Iudex videns &c.* nu. 17. vbi quod isto casu nunquam vidit admitti aliquem procuratorem.Cæpoll.cons.49. per totum, vbi licèt isto casu admittat nedum defensorem sine mandato,sed etiam procuratorem. Id tamen intelligit,non ad suscipiendum in se totam litem,& totum iudicium, sed tantum ad proponēdas causas innocentiæ,ad effectum, vt suo principali prosit, non autem vt noceat,iuxta doctrinam Bart. de qua infra, num.230.& ibidem consuluit in cons.72.nu.8.& seqq. Alexandr. cons. 116. in princ. nu.1.vers. sed ita, & nu. 18. lib. 2. Vbi relatis contrarijs,hanc dicit magis communem, & de facto seruatam opinionem.Gabr.lib.7.concl. 9. nu. 34. & seqq. Vbi relatis Doctoribus contrarium tenentibus hanc testatur esse magis communem opinionem. Menoc. de arbitr.quęst.lib.1.q. 80. num. 96. & seqq. vsque ad nu. 99. licet referat plures testantes de contraria communi opinione; eam tamen intelligit procedere , quando absens potest condemnari in pœnis a relegatione infra, secus in pœna vltimi supplicij, quia tunc nemo pro absente auditur, etiam quod is possit condemnari, nisi ad solam innocentiam, seu absentiam allegandum vt ibi per eum.

226 Sic pariter quòd nec procurator admittatur in casib. Statutorum volentium contumacem haberi pro confesso,& eius contumaciam absentes condemnari posse voluerunt Bal.in l. seruum quoque,§.publicè,nu.3.vers. sed pone ex forma Statuti,il 2. ff.de procurat. Vbi reddit rationem, & ibi etiam Alberic. num.24. Vbi relatis in hoc antiquorum opinionibus, & argumentis,ita communiter vidisse seruari in iudiciis testatur, & num.25. in fin.vers.Itē credo,iuncto vers. si autem ex consuetudine,vel Statuto, vbi pariter ita seruari testatur.Ang.nu.3.ad med.vers.& sic secundum eum,iuncto vers. Sed ista opinio non est vera. Fulgos.num.18.& seqq.vbi relatis hincinde opinionibus contrariis, & earum argumentis, huic videtur adhærere sententiæ tanquam communi. Paul.de Castr. post num. 5. Vbi in hoc reprobat Gandin.contrarium tenetem, dicitq; quod nimis largè loquutus fuit.Rub.Alexandr. in l.penul. §. ad crimen,num. 61. ff.de publ. iudic.Vbi testatur de cōmuni opinione. Quamuis Ias.Corn.& Marsil.ibi per eum relati contrarium dixerint.Alberic.in l.reos,num.11.vers. Item quæritur si ex Statuto , &c. C. de accus. Vbi relatis hincinde contrariis opinionibus Doctorum, concludit (quicquid sit de iure) communiter videri isto casu non admitti procuratorem, & ibi etiam Bal.nu.20. vbi quod secundum omnes verior est ista opinio contra Dyn.Card. Zabar.in c.veniens,num.10. vers. quid si per Statutum, extr. de accusat. Ang.de malef. in verbo *Qui D.Iudex videns &c.* num. 17. Vbi quod isto casu nunquam vidit admitti aliquem procuratorem Cępoll.cons.crim. 53. nu. 1. vers. esto quod secundum formam Statutorum,&c. Alex. cons. 116.in prin.nu.1.vers.sed ita,& nu.18.lib.2. Vbi relatis contrarijs,hanc dicit magis communem, & de facto magis seruatam opinionem. Bart. de Valmarin. cons. cri. diuers. 69.post num.41. & seq. lib. 1.Vbi quod hæc opinio est probabilior in iure,licèt contraria sit communior.Marsil.in pract. §. sequitur nu.27. Vbi licèt contrariam opinionem dixerit magis communem ex Ias. quem allegat in l.is qui C.qui testam. face.poss. hanc tamen videtur amplecti sententiam,vt scilicet comparens non admittatur,tanquā procurator, ad omnes actus iudiciales,sed tantum ad docendum de innocentia,vel legitima absentia,vel de incompetentia Iudicis & sim. Blanc. in pract. §. verum quia, nu. 54.& seqq. Vbi refert Doct.& argumenta hincinde pro vtraq. opinione,& tandem hanc tuetur sententiam, eamq; aliis comprobat rationibus, immò etiam tenet, quòd isto casu nec etiam admittitur defensor, seu instructor innocen-

nocentiæ. Nouell. poft tract. ad defen. in 14. ampliatione. Pract. Conrad. rub. de comparit. inquifit. num. 5. vbi quòd ita apud eum obferuatur, & rectè rationibus ibi per eum adductis fol. mihi 261. Clar. in practic. §. fin. q. 32. num. 11. verf. hæc autem conclufio, vbi relatis hincinde Doctorib. contrarium tenentibus, dixit fibi femper placuiffe hanc opinionem, tanquam magis communem, & in practica indiftinctè feruatam. (Alias inquit ipfe) effet deftruere omnino propofitam huius quæftionis regulam, cum hodie (prout fuo loco dixi) vigore Statutorum Italiæ, & generalis confuetudinis abfens poffit pro quocunq; crimine, etiã capitali cōdemnari, & ita tenendum, & feruandũ in practica affirmat. Aliàs errabit Villalob. in commun. opin. ver. Abfens, num. 10. vbi de magis cõi, ex Alex. in loco præcitato. Bertaz. con. 422. nu. 12. vbi refert, & fequitur Clar. in loco præcitato, & teftatur de cõi opi. li. 2. Sigif. Scac. in tra. de iud. cau. ciu. & cri. c. 101. nu. 44. verf. Amplia prædictam conclufionem. fol. 245. col 2. vbi quòd ita femper feruauit, & feruari vidit, nec vnquam contrarium feruatum fuiffe audiuit.

227 In hac contrarietate opinionum tam in cafibus, in quibus abfens poteft condemnari de iure cõi, quam etiam vigore Statuti, feu confuetudinis, reperio diftinguẽtem Marian. Socin. poft Ang. quem allegat in c. veniens, num. 137 verf. fed tu aduerte, iuncto verf. fi verò reus, & numer. 139. verf. aduerte tamen. extr. de accufat. dum dixit, quòd quando quis eft abfens ex iufta caufa, tunc poteft interuenire procurator ad plenam defenfionem, fi contra ipfum procedatur, etiam quod crimen fit capitale, fi verò abeft non ex iufta caufa, fed ex iniufta, quia fortè latitat, tunc non poteft procurator interuenire.

228 Verum fi benè aduertas ad hanc diftinctionem, facilè concludes non facere ad propofitum. Nam quando reus abeft ex iufta caufa, tunc non poteft contra ipfum procedi & fi procedatur, proceffus eft nullus, prout dixi infra num. 294. Et tamen termini propofitæ limitationis præfupponunt poffe procedi contra abfentem. Ergo non debet intelligi de abfente ex iufta caufa, & quando conftat de iufta caufa abfentiæ, quia tunc vt prædixi, & etiam aduertit idem Marian. in loco præcitato d. num. 137. ante finẽ, verf. & hic intellectus, quòd procurator nõ eft neceffarius, quia filet caufa. Et propterea tantum eft dicere, quod procurator admittatur, vbi poteft contra abfentem procedi, quando conftat, quòd ille eft abfens ex iufta caufa; alias fecus quantum fi fimpliciter diceretur, ifto cafu non effe admittendum procuratorem, & fic ifta diftinctio non concordat, nec declarat opiniones contrarias, prout opinatus eft Marian. Soc. in loco præcitato, fed exprefsè reprobat propofitam limitationem.

229 Quid dicendum? Dicas fecundum negatiuam opinionem, contrariam propofitæ limitationi apud nos effe magis in practica receptam, & propterea ab ea non recedendum.

230 LIMITA XXXXIIII. quia licèt in caufis capitalibus non admittatur procurator; admittitur tamen defenfor, inftructor, feu excufator innocentiæ, præfertim quando fumus in cafu, in quo abfens vel de iure communi, vel de iure ftatutorum poteft condẽnari, iuxt. tradita in anteced. limit. text. ferè ad lit. in l. feruum quoque, §. publicè, ff. de procurat. Bart. ibid. num. 2. & feqq. Vbi ampliat hoc procedere in omni genere caufarum de mundo, fiue fit pecuniaria, fiue fit capitalis, fiue contineat pœnam relegationis, fiue aliam, quando abfens poteft condemnari, dicitq; quòd ifto cafu comparens admittitur, non vt procurator, vt fcilicet poffit fuo principali prodeffe, & obeffe, fed tantum, vt profit informando, & inftruendo Iudicem de eius innocentia, & fequitur ibi Ang. ante num. 1. verfic. Bartolus autem, & in verf. In non capitalibus, & verf. feq. incip. Verum fic, & num. 1. verf. in capitalibus, & d. num. 1. in fine. Vbi teftatur de communi opinione. Ang. num. 3. poft med. verf. fequitur in text. *& innocentiam excufantem*, Fulgof. poft num. 10. & feq. & 22. & feqq. Paul. de Caft. num. 1. & feqq. vfque ad num. 6. Vbi aliis relatis intellectibus ad text. in d. §. publicè, concludit Bart. lecturã fibi multum placere, eamque veram, tanquam veriffimam putare per rationes ab eo confideratas, quibus non poffe refpondere opinatur, eamq; affert differentiã inter defenforem, & procuratorem, vt defenforis officium fit oftendere folum reum debere abfolui, tanquã innocentem. Procuratoris verò vt generaliter ad oẽs actus admittatur. Et fic quod primum liceat; fecundum autem non. fubdens ibid. nu. 5. exemplum huius defenforis, quando fcilicet vult oftendere, quod non accufatus, vel inquifitus interfecit, fed alius & nu. 8. Vbi iterum declarat differentiam inter defenforẽ, & procuratorem. Idem Bart. in l. penult. §. ad crimen. nu. 5. & 6. ff. de publ. iudic. Fulgof. ibidem num. 8. in fine, & num. 9. Benedict. de Plumb. num. 18. & 19. vbi quòd ifto cafu defenfor non admittitur plenè in crimine capitali ad defendendum, & fubeundum iudicium, fed tantum ad iudicem informandum, & inftruendum de rei innocentia, vt ipfe Iudex fic inftructus, & informatus ex fe ipfo veritatem perquirat, debetq; idem iudex fuper tali inftructione, & informatione procedere, & veritatem perquirere, vt ibi per eum, num. 21. & Rub. Alexandrin. nu. 172. Angel. in l. reos, nu. 7. C. de accufat. & ibi etiam Salycet. nu. 11. ad med. verf. & nec credas. Card. Zabar. in c. veniens, nu. 9. verf. Dic ergo. extr. de accufat. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 17. colum. 6. ante med. verfic. Tertius cafus eft. Abb. num. 19. in fine, & 22. Anan. num. 21. column. penult. in fine, verfic. Sed quæro nunquid. Marian. Soci. num. 133. ac finem, verf. fed debet intelligi. Anton. de Canar. in tractat. de excufat. par. 1. num. 4. verf. fed Bart. &c. & num. 5.

Vbi exornat & num. 6. Vbi quod talis defenfor præfertim admittitur, quando contra abfentem poteft procedi ad diffinitiuam fententiam, & par. 2. num. 2. Vbi ifto cafu probata innocentia rei, is eft omnino abfoluendus, etiam nemine petente, & num. 3. Vbi quod innocentiæ allegatio poteft in quacunque parte iudicij proponi, & num. 6. Vbi quod poteft proponi etiam poft rem iudicatam, & fi propofita innocentia probetur, pariter reus eft abfoluendus, Principe confulto. Mar. Socin. in conf. pofito poft tract. Ant. de Canar. de excufat. per totum. Vbi teftatur fe ita alias obtinuiffe in quatuor caufis capitalibus, quas recenfet & in quibus omnibus affirmat fe obtinuiffe abfolutiones reorum, & in fine d. conf. ponit tres modos, quibus ifte defenfor, feu excufator innocentiæ poteft comparere. Marã. de ord. iudic. par. 4. in princ. dift. 1. nu. 42. Cœpoll. confil. crim. 20. num. 10. & feqq. & conf. 45 num. 9. & feqq. & conf. 46. num. 7. & feq. & conf. 47. num. 7. & omnibus feqq. Vbi multa deducit in materia, & concludit, quod defenfor, & inftructor innocentiæ admittitur non folum tãquam vnus de populo, fed etiam tanquam procurator, dummodo non veniat ad plenam defenfionem, & fufcipiendum in fe totum onus iudicij. Quod & idem dixit idem Cæpoll. conf. 48. nu. 4. & latius conf. 49. per totũ. Vbi propofitis hincinde contrariis. Ita dubitationem refoluit, & conf. 51. per totum, & conf. 53. num. 1. & feq. & conf. 54. num. 8. & feqq. vbi latè, & num. 13. vbi amplius, quod fi iudex non admittit defenforem, & inftructorem innocentiæ, tenetur in findicatu ad damna, & intereffe, & facit litem fuam, & conf. 72. num. 8. & feqq. Tho. Doct. conf. crim. diuerf. 76. num. 1. & feqq. lib. 1. & inter eadem conf. Bapt. de Bellant. conf. 80. nu. 1. & feqq. Vbi quòd hæc eft indubitata omnium conclufio, dicuntque ifto cafu probata innocentia, abfentem effe abfoluendum, quamuis ratione contumaciæ habeatur pro confeffo. Quod & idem confuluerunt alij Doctores in eodem cafu, & inter ead. confil. videlicet in conf 77. 78. & 79. Addo pro hac eadem conclufione Pet. Calefact. inter ead. conf. criminal. diuerf. conf. 104. num. 1. & feqq. Cæpoll. caut. 109. & 255. nu. 2. Marfil. in pract. §. fequitur num. 27. circa med. 43. & feqq. Vbi pluribus hanc comprobat conclufionem. Nouell. in tract. ad defen. in prin. nu. 10. in fin. verf. aut procurator vult uenire, tanquã nudus defenfor, & nu. 11. & poft d. tract. in 16. & 17. fall. fol. mihi 175. Cyrill. in fum. crimi. rub. x. de proc. §. 1. n. 2. verf. fed tamẽ. fol. mihi 51. col. 2. Pract. Contad. rub. de comparit. inquifit. nu. 6. in 27. limitat. Vbi

de magis communi opinione. fol. mihi 264. allegat etiam Corn. conf. 225. nu.4. lib.3.& conf.122. num.5. lib.4. Boss. in tit. An in criminali iud. nu. 6. vers. est verum,& nu.7. & seq. Vbi quamuis dicat Mediolani hanc opinionem videri durā in pract. Ipse tamen si iudex esset, semper talem instructorem admitteret, cessante suspitione fraudis,& collusionis factæ cū citato, vel eius affinibus, ad hoc vt examinarentur testes suspecti. Relati per Clarum (quos tamen ipse non sequitur) in pract. crim. §. fi. q.33. n.2. vers. sed quòd plus est, qui testantur de communi, magis communi, & seruata opinione. Gabr. lib.7. concl.9. nu.33. Vbi alij referuntur concordantes,& num.57. Rolan. conf.47. per totū, lib.3. Vbi hanc limitationem pluribus Doctorum authoritatibus testantium de cōi,& magis cōmuni,& seruata opinione exornat, contrarijs respondet,& demum in fine cōsilij valdè inuehit contra Iudices contrarium facientes. Menoch. de arbit. quæst. lib.1. q.80. nu.58. vbi contra Clar. in loco inf. citando,& hanc conclusionem admittit, quando de innocentia potest statim constare. Menoch. de arb. quæst. lib. 1. q. 80. nu.98. vers. ego intelligo. Bonacoss. in commun. opi. crim. par.1. verbo *procurator*, il 1. folio mihi 138. vers. limita etiam in instructore, & fol.139. col.1. in princ. Bertaz. conf.303. num.1.& seqq. Vbi de cōiori sententia. Vulpell. conf.57. num.1. & seqq. Vbi testatur de magis cōi opinione, declaratq; stylum contrarium esse admittēdum, quamuis quis compareret directè ad negationem delicti, secus verò si ad illius excusationem,& in casu, in quo ipse consuluit. Brunor. a Sole in suo compen. iur. vers. procurator in criminalibus. Vbi alijs relatis, testatur de magis cōi opinione, fol. 163. col. 4. in fin.

231 Et hinc est, quòd si iste excusator, instructor, seu defensor ad iudicis aures,& notitiam in cedula, seu alias quomodolibet, nominauerit testes de veritate facti informatos ad rei absentis innocentiam detegendam cum instructione, informatione, seu interrogatorijs, super quibus testes examinandi,& interrogādi sunt, officium Iudicis erit eos examinare, & veritatem perquirere. Alias tenebitur in sindicatu. Sic n. plerique ex præcitatis Doctoribus apertè affirmarunt,& in specie hoc idem tradiderunt Rub. Alexandrin. post Bart.& Marsil. in locis per eum relatis in l. pen. §. ad crimen. num. 102. ff. de publ. iud. Anan. in cap. veniens, num.21. col. penult. in fin. vers.& ideò dicit se fecisse porrigi capitula, extr. de accusat. Marian. Socin. in conf. posito post tract. Ant. de Canar. de excusat. in fin. vers. Secunda practica est. Vbi loquitur etiam non obstante Statuto, quòd testes non possint produci nisi per principales,& præsentes,& in princ. d. consil. Cæpoll. cōs. crim. 20. post num.11. & seq. Vbi quod ita alias vidit obseruari, idem Cæpoll. caut. 66. nu.1.& seq. Vbi tamē quòd Iudex in officio debet nominatos testes examinare. Istudq; benè notandum in practica affirmat, ac testatur isto modo semel adiuuasse amicum suum,& caut. 255. in princip. & num.1. Marsil. in pract. §. sequitur num. 18. vers. modo redeundo ad quæstionem. Blanc. in pract. §. verum quia, nu. 58. Vbi licèt num.56. & seq. probet eam opinionem, quæ vult, in causis capitalibus admittendum esse defensorem,& instructorem innocentiæ; Admittit tamen hanc cautelam, quam testatur in practica seruari, vt testes secreti iudici nominentur de rei innocentia examinati, eosque iudex nominare debeat,& cognita veritate, eundem reum absoluere teneatur. Pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. num.6. in 21. limitat. fol. 264. Boss. in tit. An in criminali iud. num. 8. post princ. Viui. opin. 649. num.2. Roland. conf.47. num. 26. & seq. lib.3. Vbi aliis relatis, testatur de communi,& practicata opinione. Menoch. d. q.80. num.58. Vbi contra Clarum hanc conclusionem admittit, quando comparens offert in promptu testes super probatione innocentiæ. Monticell. reg. crim. 13. num. 43. & 49. vers. Prima igitur cautela. Et nos Romani habemus Vrbis Statutum, lib.2. cap.8. in quo dicitur, quòd sicut iudex ex officio pro indagandis reorum, & nocentium delictis diligenter testes examinat, Ità è conuerso, ex eodem officio seruata qualitate, pro innocentia inuestigare,& indagare,& testes de veritate facti informatos per quoscunque ad eorū notitiam deducātur, interrogare,& examinare,& in actis adnotare,& describi facere teneat,& debeat.

232 Ratio prædictorum ea communiter affertur, quia Iudex nedum parte instante, sed ex officio tenetur facti veritatem,& rei innocentiam perquirere, prout alias dixi in 1. part. tit. de inquisit. q.11. nu.11. & q.39. nu.98. in tit. de indic.& tort. Quibus addo Vrbis Statutum, lib.2. cap.8. facit text. in c. iudicantē, 30. q. 5. cum alijs remissiuè relatis per Marian. Socin. in cap. veniens, nu.172. ext. de accusat. An. de Canar. in tract. de excusat. par.1. nu.5. vers.& quod ex officio. Cæpoll. conf. crim. 20. nu.12.& conf.47. nu. 10. vers.& ratio est, nu.11. & conf.49. nu.2.& conf. 50. nu.4 & conf. 52. nu.2. vers.& quia Iudex,& nu.7.& conf. 54. nu. 3.& seqq. Vbi benè exornat. Tho. Doct. cōs. crim. diuers. 76 nu.3. lib.1. Baldas. de Rimbot. inter ead. conf.77. nu.1. Cæpoll. caut. 66. nu.2. & caut.155. n.3. & seqq. Marsil. in conf. 17. nu. 2.& seqq. & ibidem in subscriptione Vincent. Saluiol. ad d. conf. Nouell. in tract. ad defen. in prin. nu.11. Cyrill. in sum. cri. rub.10. de procur. nu.2. in fine, vers. reorum tamen. fol. mihi 51. col.2. Boss. in tit. An in criminali iudic. nu.6. in fi. vers. Quemadmod. etiam,& num.8. vers.& ideo quemadmod. Clar. vbi supra. d. q.33. nu.2. vers. sed quòd plus est post med. & uers. ratio aūt huius conclusionis. Roland. cōs.47. nu.9.& seqq. lib.3. Vbi benè exornat,& hanc conclusion. communi Doctorum calculo receptā esse testatur. Monticell. reg. crim.13. nu.44. Bertaz. conf.303. nu. 8. & seq. lib. 2.

233 Et in tantū procedit proposita limitatio, ut pro defensore, instructore, ac accusatore innocētiæ admittatur quęlibet persona, etiam quod de iure non possit esse procurator, per ea, quę in simili de allegāte causas absentię dixi infra nu. 186. & in specie voluerunt Bart. in d. §. publicè, nu. 3.& 6. in fi.& ibi etiam Alberic. nu.12. Bened. de Plūb. in l. penult. §. ad crimen, nu.9. ff. de publ. iudic. Ant. de Butr. in c. veniens, nu.17. col.6. vers. Tertius casus est, ext. de accusat. Cæpoll. conf. crim. 46. nu. 8.& conf.51. nu.3.& conf.53. nu.1. in fi. Capic. decis.143. nu.2. Cyrill. in sum. crim. rub. de procurat. §. 1. nu.2. vers. sed tamē, fol. mihi 51. col.2. in prin. Gabriel. lib.7. concl. 9. num. 38.

234 Admittitur etiam defensor,& instructor innocentiæ sine mandato per ea, quæ in simili de allegante causas absentiæ dixi infra nu.278. Et in specie nostra voluerunt Bartol. in l. seruū quoq; §. publicè, nu.3. ff. de procur. & ibi etiā Angel. ante nu.1. vers. Bartolus aūt,& nu. 1. & 3. post med. vers. sequitur in tex. *& innocentiam excusantem*, reprobato Innoc. ibi per eum relato contrarium tenente. Paul. de Cast. post nu.4. ante nu.5. in discursu,& nu.8. uers. ideò fuit sexta opinio. Salyc. in l. reos, nu.11. col.6. vers. quod probo, C. de accusat. Ant. de But. in c. veniens, n.17. col.6. sub vers. Tertius casus est, extr. de accusat. & ibi etiā Aret. num. 50. Vbi quòd est com. intellectus ad d. §. publicè. Marian. Soc. in cons. posito post tract. Ant. de Canar. de excus. Vbi amplius, quod potest quis comparere tanquā vnus de populo,& de Republica, cuius interest, ne quis innocēns, & indebitè condemnetur. Cæpoll. conf. crim. 48. post num. 3. Capic. decis. 143. num.2.

235 Admittitur pariter iste defensor, & instructor innocentiæ sine satisdatione de iudicio sisti, seu iudicatum soluendo per ea, quæ in simili de allegante causas absentiæ dixi infra num. 285. & in specie nostra aduerterunt Bened. de Plumb. in l. penul. §. ad crimen, num.18. in fine, versic.& puto, quòd non tenetur satisdare. ff. de publ. iudic. Anton. de Butr. in cap. veniens, nu.17. col.6. post med. vers. dixit Innoc. extr. de accusat.

236 Contra hanc 44. limitationem sic vt sup. ampliatam. Quod scilicet nec defensor, aut instructor innocentiæ admittatur, quando absens citatur ad comparendum in publicis,& capitalibus iudicijs, etiam quod simus in casib. in quibus absens potest condemnari, vel de iure communi vel de iure Statutorum, vel etiam vigore consuetudinis plenè defendit Blanc. in pract. crim. §. verum quia, num. 56.& seq. fol. mihi 22. dicens, quod prima contraria opinio non est tuta, non practicatur, nec pro ea adest lex aliqua, quæ hoc dicat. Boss. in tit. An in criminali iud. ante finem vers.

vers. in practica tamen. Vbi quod Mediolani hæc opinio
quoad instructoré in practica videtur dura. Clar. in pract.
§. fin. quæst. 33. num. 2. versic. Sed quod plus est. ad finem.
Vbi relatis Doctoribus primam opinionem defendenti-
bus, dixit eorum opinionem sibi nunquam placuisse. Nam
si vera esset, tota practica criminalis destrueretur, quia nul
lus criminaliter accusatus personaliter compareret ad se
defendendum, cum absque vllo periculo suæ personæ, sic
ex Iudicis officio, aut per huiusmodi excusatorem face-
ret testes examinari ad sui defensionem, & consequenter
reus nunquam posset à Iudice interrogari, & torqueri,
nec contra illum aliquam condemnationem exequi, quæ
omnia videntur valdè absurda, & ridicula; miraturque,
quod tot, & tanti Doctores præcitati primam tenuerint,
& seruauerint opinionem, quam propterea testatur in
Ducatu Mediolani, & in alijs Curijs apud eam adeò reces-
sisse à practica, quòd si aliquis Aduocatus super ea insiste-
ret; proculdubio non sine risu exploderetur; faciunt rela-
ti per Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 40. dicentes, quòd iste de-
fensor non potest facere processum causæ, sed tantum de-
fendere ex actis in causa factis, num. 41. Vbi quòd quando
reus est citatus ad personaliter comparendum, tunc non
admittitur iste defensor, ex Ruin. quem allegat. in consil.
118. colum. 2. lib. 5. & facit Cepoll. in loco relato per eun-
dem Gabr. d. conclus. 9. num. 58. volens, quod etiam exclu-
datur defensor, quamuis Iudex ex officio debeat proba-
tiones innocentiæ recipere, & perquirere veritatem. Mó-
ticell. regul. crimin. 13. nu. 42. & seqq. & 45. & 52.
237 Et quatenus primam opinionem tenere quisque volue-
rit, ea vtique videtur declaranda, data per istum defen-
sorem, seu instructorem innocentiæ cautione de iudicio
sisti, vel de iudicatum soluendo, & non aliàs, secundū
Bernard. de Narn. cons. crim. diuer. 79. num. 1. lib. 1. Frāc.
Marc. decis. Delphin. 626. post num. 6. Clar. in pract. §. fin.
quæst. 33. num. 4. vers. Quærto nunquid, & voluit Rot.
decis. 34. aliàs 420. incip. si committatur, tit. de Procurat.
in nouis. Vbi etiam quid si defensor non sit soluendo, nec
propterea habeat possibilitatem præstandi hanc cautionē?
238 Quid dicendum? Dicant Doctores relati supra, num.
136. quicquid velint. Prima opinio, & sic proposita limi
tatio, sic, vt vides, quemadmodum magis communiter re-
239 cepta est, ita etiam & rationabilior apparet. Et nihilomi-
nus quod attinet ad practicam, dicas sic, aut iste defensor,
& instructor innocentiæ vult in actis comparere facien-
do processum, inducendo, & examinando testes, fiscum, &
accusatorem citando, & alia similia faciendo, & tunc sine
dubio non admittitur. Et apud nos fatuus esset Iudex, qui
talia permitteret. Si vero idem defensor, & instructor so-
lum compareret in actis, & in iudicio, & multo magis ad
aures Iudicis allegando citati innocentiam, vtputa, dicen
do; aduertatis Iudex, quòd citatus non commisit delictū,
de quo inquiritur, quia facti veritas habet se hoc; & hoc
modo; desuperquè testes nominet, & inducat, quos petat
per Iudicem, & eius officium examinari. Certè non video
causam, propter quam iste allegans rei innocentiam, non
debeat audiri; cum vt supra dixi nu. 232. etiam nemine
instante, Iudex teneatur hoc facere, cessante fraudis suspi-
tione, & hoc apud me nullam habet difficultatem tàm in
iure, quàm etiam in practica, prout etiam dixi infra num.
240 ..... & seqq. Vbi plenè probaui hunc defensorem, & in-
structorem innocentiæ esse admittendum, saltem ex Iudi-
cis officio, etiam stante Statuto, quod pro absente citato
241 non admittatur Procurator, siue defensor. Quod si ades-
set aliqua suspitio fraudis, seu collusionis factæ cum isto
comparente per citatum, & inquisitum, siue eius affines
amicos, & consanguineos, ad hoc vt nominarentur, &
nominati examinarentur testes suspecti, & malè de nego-
tio edocti. (Quod totum boni Iudicis arbitrio remaneat.)
tunc sine dubio idem defensor, seu instructor reijcien-
dus erit, prout in specie adnotauit Boss. in d. tit. An in cri-
minali iudic. num. 8. antè med. vers. Nisi tamen legitimè
suspicaretur, &c.
242 LIMITA XXXXV. parte, fisco, aut Iudice non op-
ponentibus, quia tunc talis processus factus cum Procu-
ratore sustinetur, secundum glo. in l. quamuis, C. de adult.
Alberic. in l. seruum quoquè, §. publicè, num. 20. in fine,
versic. item quæro, ff. de procurat. Vbi quod ita etiam
tenent Canonistæ in c. 1. extr. de iudic. nu. 6. & 25. post
med. versic. & causas absentiæ intelligo, idem Alberic. in l.
penul. §. ad crimen, num. 8. ff. de publ. iudic. & ibi etiā Ang.
num. 2. ad med. post Specul. & Io. And. in locis per eum re-
latis. Fulg. ad num. 1. Vbi in hac opinione tanquam vlti-
mo loco per eum relata, residere videtur, & Rub. Alexand.
num. 99. Vbi etiam quod ita communiter tenetur, in pra-
ctica seruatur, & est verior opinio, ex Specu.. Alberic. Bal.
Imol. & Felyn. per eum allegatis, quos, & alios refert (sed
non sequitur) in num. 236. vers. Contrariam tamen opi-
nionem. Bald. in l. reos, nu. 18. C. de accusat. Vbi amplius,
quod licèt valeat processus factus cum procuratore, ne-
mine opponente ad fauorem absentis, non tamen valet,
si fiat contra absentem, quia semper absens poterit dicere
de nullitate dicti processus, ex quo Procurator, quod non
debeat interuenire, non potuit sibi nocere. Fely. in c. me-
minimus, colum. 4. in fine, num. 15. vers. Vltima conclusio
extr. de accusat. Vbi dixit Bald. opinionem, in d. l. reos, es-
se veriorem, ac cōmunem. Rota decis. 10. aliàs 151. incip.
si citatus personaliter, de Procurat. in nouis. Vbi & iure,
& rationibus hæc limitatio confirmatur, & contrarijs re-
spondetur. Roma. cons. 215. nū. 3. & ibi Mandos. in addit.
litera C. Vbi alios refert concordantes, & testatur de com-
muniori opinione. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 8. &
seqq. vsque ad num. 18. Vbi licèt referat Doctores, & eo-
rum argumenta hincinde contraria, & cogitandum re-
linquat; fatetur tamen, hanc esse communem sententiā.
Nouell. post tractat. ad defens. in 13. fallen. fol. mihi. 174.
Vbi quod ita communiter obseruatur ex Imol. in d. §. pu-
blicè Pract. Contrad. rub. de comparit. inquisit. num. 7. in
29. limitat. fol. 164. Vbi testatur de communi ex Marsil.
in loco præcitato, & allegat etiam Aym. cons. 220. num. 4.
Relati per Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 79. in princ. Vbi de
communi, Viui. opin. 649. num. 6. Vbi alijs relatis, testa-
tur de communi. Bonacoss. in commun. opin. crimin. par.
1. verbo, *procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 3. vers. limita ta-
men. Vant. in tit. de nullit. ex defect. in habilit. & man-
dat. num. 176. vbi testatur de veriori, & communi opinio-
ne, dicitq; ab ea in iudicando nōn esse recedendū. Andr.
Gayl. de pac. publ. lib. 1. cap. 10. num. 18. vbi, quod ita com-
muniter tenetur; licet alios referat contradicentes. Bru-
nor. à Sole in suo compen. iuris vers. Procurator licet in
causa criminali fol. mihi 164. colum. 1. vbi de communi.
243 Contrarium voluerunt Bart. in l. penult. §. ad crimen, nu.
23. ff. de publ. iudic. Bened. de Plumb. ibid. num. 1. in 2.
notab. & hanc Bart. opinionem, & veriorem, & commu-
niorem ex Aret. & Alex. in locis per eum relatis, testatus
fuit Rub. Alexandr. in d. §. ad crimen, num. 231. 138. &
250. vbi licet in materia plures referat Doctorum distin-
ctiones (de quibus infra remissiuè dicam) indistinctè ta-
men ab hac opinione recedendum non esse affirmare vi-
detur. Sic etiam indistinctè tenere, quod isto casu iudiciū
sit nullum; tutius credidit Abb. in c. veniens, num. 23. ext.
de accusat. & ibi etiam Anan. num. 25. vbi relatis aliorum
opinionibus, & distinctionibus, videtur residere in hac
opinione Abbatis, tanquam vltimo loco per eum relata.
Rota decis. 17. alias 485. incip. si Clericus, num. 3. vers. de
iure videtur contrarium verius. de Procurat. in nouis, &
ibi in addit. num. 6. vbi declaratur, quomodo hæc contra-
ria opinio procedat. Ant. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 16.
vbi hanc sequitur opinionem tāquam veram, iuridicam,
& magis communem. Clar. in pract. §. fin. q. 32. num. 25.
vers. pone, quod, vbi relatis hinc inde Doctoribus contra-
rium tenentibus, & de communi, seu seruata, magis com-
muni, & magis recepta opinione testantibus concludit
quod (dicant Doctores quicquid velint) consuetudo ob-
tinuit, quòd omnia gesta per Procuratorem in causa cri-
minali sint ipso iure nulla, vbi agitur de pœna corporis
afflictiua, præsertim quando sumus in delictis, in quibus
poterat procedi etiam ex officio, sine partis querela, quia
tunc processus factus per Procuratorem, qui non erat ad-
mitten-

mittendus est nullus, eo quia partis, aut Iudicis malitia, negligentia, seu imperitia non debet iuri publico nocere. Relati per Gabr. vbi supra d. conclus. 9. nu. 79. vers. contrarium, &c. vbi de magis communi. Monticell. reg. 13. num. 9. Et pro hac contraria opinione adest constitutio Iulij II. inter constit. March. lib. 4. cap. 15. in illis verbis, *etiam fisco, vel parte non agente*. Quæ constitutio est etiam confirmata à Pio IV. in eius Constit. incip. & si cuncta in ordine. 68. in 1. par. Bullar. fol. 742.

244 In hac contrarietate vide omnino tex. glo. & Doct. in l. quamuis indubitati C. ad l. Iul. de adulter. Imol. in d. l. penult. §. ad crimen. num. 29. & 30 ff de publ. iudic. vbi latissime ponit materiam, relatisque Antiquorum diuersis opinionibus, cum earum rationibus, & argumentis; tandem plura distinctionum capita ibi ponit. Ad illum te remitto, quia longum esset eius dicta hic referre. Quod, & idem fecit ibidem Bened. da Plumb. num. 64. & seq. & Rub. Alexandrin. num. 139. & omnibus seqq. vbi disputat de veritate distinctionum per Doctores in materia traditarum, quas tot esse affirmat, quot sunt capita Hydræ. Card. Zabar. in c. veniens, num. 12. extr. de accusat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 19. in princ. Anchar. nu. 20. Aret. nu. 79. & omnibus seqq. vbi reassumit dicta per Imol. in d. §. ad crimen, ac de eorũ veritate disputat. Marian. Soc. num. 254. & seqq. vsque ad 265. vbi latissime, & Bero. nu. 48. Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 80. & seq.

245 In accusatore autem, & illius respectu, an valeat processus factus per procuratorem, parte non opponente, vide Bart. in l. seruum quoque, §. publicè. num. 23. vers. si ex parte accusatoris, ff. de public. iud. & oĩno declarantem, & distinguentem Imol. in d. §. ad crimen, nu. 29. in fine vers. Iacobus vero, & num. 30. in princ. & in vers. secundo casu, colum. penult. glo. Cyn. Bar. Alberic. Ang. & Salyc. in l. quamuis, C. ad l. Iul. de adulter. Anchar. in c. veniens, nu. 20. & ibi etiam Aret. num. 79. & omnibus seqq. vbi reassumit ea, quæ dicta fuerunt per Imol. in d. §. ad crimen, extr. de accusat. Rota decis. 37. alias 485 incip. si Clericus, nu. 3. vers. de iure videtur, &c. de Procurat. in nouis, & vide etiam omnes Doctores allegatos in anteced. nu. 244. qui ponunt materiam tam ex parte accusati, quam ex parte accusatoris.

246 SVBLIMITA I. & generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi Procuratorem esse admittendum, etiam in causis criminalibus, & capitalibus, non procedere, quando Iudex dixerit se velle præsentiam rei, ad effectum ipsum examinandi, & videndi, quo vultu, quo colore, & qua trepidatione respondeat, tanquam magis informatus. Bar. in l. seruum quoque, §. publicè, num. 6. ff. de procurat. reprobata opinione Iacob. Butrig. credentis posse ad hoc dari remedium, vt scilicet constituatur Procurator specialiter ad sic respondendum. Hoc enim remedium (inquit ibi Bart.) est inane, quia vultus, color, & trepidatio non colliguntur ex responsionibus Procuratoris, sed rei principalis. Addo ego, quod cum hodie interrogationes sint diuersæ, nunquam potest formari mandatum ad sic respondendum interrogationibus Iudicis, cum illas nemo possit diuinare. Alberic. in d. §. publicè post num. 25. versic. item fallit dicta regula. Fulgos. ibid. num. 11. vers. verum quia, & num. 12. & 15. vers. item est altera ratio, & seq. Paul. de Castr. num. 13. vbi propterea, quòd Iudices citant reum ad personaliter comparendum, & informandum Curiam. & quod ita seruat totus Mũdus; & nisi hoc fieret, nunquam daretur aliqua sententia contra absentes in criminalibus, quoniam semper mitterent Procuratorem, qui cum suis cauillationibus illam impediret. Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 18. ff. de publ. iudic. Cyn. in l. reos, num. 10. C. de accusat. vbi testatur, quòd ita dicunt Doctores, & loquitur etiam in causis pecuniarijs, idque dixit notandum aduersus malitiam Aduocatorum, & delinquentium, & bene aduertendum per Assessores, ne à delinquentium Procuratoribus, & Aduocatis deludantur. Alberic. in d. l. reos, num. 6. vers. excipiuntur tamen, & num. 11. ad finem, vers. cauti tamen Iudices, Ang. post num. 5. Aret. in c. veniens, num. 62. in fine, vers. & ideo reiectis istis rationibus, & num. 63. extr. de accusat. & ibi & Maria. Socin. num. 62. vbi refert, ex hoc facile esse Iudici non admittere Procuratorẽ in casibus, & causis, in quib. de iure non esset admittendus, & num. 135. versic. & pro hac sententia. Gandin. in tit. vtrum Procurator, &c. nu. 13. & 14. vbi præsertim quando sumus in casu, in quo potest contra absentem procedi. August ad Ang. de malef. in verbo. *Qui D. Iudex videns, &c.* num. 21. 22. & 23. vbi relatis hinc inde contrarijs opinionibus, & argumentis, hãc amplecti videtur sententiam saltem, si contra inquisitum aliqua præcedant inditia. Cæpoll. cons. crim. 46. sub num. 1. vbi quod ita seruat communis practica, & cons. 52. nu. 4. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 7. Blanc. in pract. crim. §. verum quia, nu. 42. fol. mihi 18. Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procurat. §. 1. nu. 1. fol. mihi 50. col. 4. post med. vers. sed si Iudex. Boss. in tit. An in criminali iudic. num. 2. Clar. in pract. §. fin. q. 32. num. 11. vers. hæc autem conclusio ante finem ibi, *& in omnem casum*, vbi propterea dixit, quòd quando in monitorio vocatur reus ad personaliter comparendum; non est tractandum, an possit admitti Procurator, vel excusator, sed necesse est, quòd ipse reus principalis personaliter compareat, ex Ruin. quem allegat in consil. 118. nu. 5. Relati per Gabr. lib. 7 conclus. 9. num. 21. in 11. ampliat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. n. 97. vers. hic autem casus. Monticell. reg. crim. 13. num. 56. Bonacoss. in commun. opin. crim. par. 1. verbo *procurator*, il 1. fol. 138. col. 4. in fine, vers. sed cauti Iudices, vbi de cõmuni. Vant. in tit. de nullit. ex defect. inhabilit. & mandat. num. 176. ante finem. Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. c. 10. num. 3. &. seqq. vbi exornat. Sigismun. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crimin. cap. 101. num. 44. vers. declara tamen. fol. 245. col. 2. post med. vbi propterea ex Ruin. & Clar. in locis præcitatis, aduertit cautelam inuentam, vt in qualibet causa etiam pecuniaria moneatur reus ad personaliter comparendum. Tunc enim (inquit ipse) non auditur per Procuratorem, etiam quòd non agatur de pœna capitali. Baiard. ad Clar. q. 32. num. 10. in fine, & seq. vbi quod ita seruat practica, & nu. 16. & extat pro hac limitatione plena decis. Capic. 143. per totam, quam omninò videas. Ant. Scapp. de iur. non script. lib 3. cap. 42. vbi quod ita seruatur per totam Italiam.

247 Et quamuis contrarium, quòd immo isto casu etiã Procurator sit admittendus; habens tamen specificum mandatum ad sic, & sic respondendum voluerit Iacob. Butrig. prout eum referendo sequuti sunt, Imol. in l. penul. §. ad crimen. colum. fi. vers. sed pro complemento. ff. de publ. iudic. Salyc. in l. reos, colum. fin. num. 21. C. de accusat. relati per Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 21. vers. contrarium, &c.

248 In consulendo tamen, & iudicando durum esset à proposita sublimitatione recedere, quæ absque dubio, & magis procedet, quando Iudex contra reum existimaret vigore inditiorum contra ipsum laborantium, deueniendum esse ad torturam, quia tunc tanto minus admittendus esset Procurator secundum Adden. ad Bar. in d. § publicè litera A in princ. & expressè, hoc idem voluerunt Doctores allegati supra, num. 139. Gandin. in d. rubr. vtrum Procurator, &c. post num. 14. Ang. de malef. in verbo, *Quid Iudex.* num. 17. ante med. vers. ergo eram solitus, vbi se ita alias hac cautela vsum fuisse testatur, eamq; dicit menti tenendam, tum quia in practica faciet honorem, tum etiam quia isto mõ de Iudex nunquam potest decipi. August. de Arim. ibid. num. 22. & 23. Cæpoll. cons. crim. 52. post nu. 6. Capic. decis. 143. in fin. Vbi quod isto casu nec etiam admittitur defensor. vide infra num. 255.

249 LIMITA I. hanc primam generalem sublimitationem non procedere, quando aliquam adduceret excusationem, per quam delinquens non punitur, sed excusatur. Tunc enim si sumus in causis specialibus, in quibus Procurator admittitur, & de quibus dixi supra in limitationibus. Vtique, & is admittetur etiam, quod Iudex dicat se velle præsentiam rei ad effectum interrogandi, &c. Isto enim casu cessare videntur rationes, vt scilicet idem Iudex videre possit quo colore, quo pallore, qua titubatione, seu variatione respõdeat, ideo non impeditur admissio Pro-

procuratoris dicentis, puta quòd occisus erat bannitus, vel quod homicidium fuit factum ad defensionem, secũdum Maria. Socin. qui ita hanc materiam declarare videtur in cons. posito post tractat. Ant. de Canar. de excusat. post med. vers. & sic cessat illud. Quod & idem consuluit Cæpoll. cons. 53. post nu. 2. vbi bene explicat hanc declarationem, & cons. 54. num. 16. in fin. & 17. vbi idem quando allegatur mortuum perijsse sua culpa, & non propter vulnus illatum.

250 Et quidem hæc limitatio de plano videtur procedere, quando exceptio, quæ opponitur ad excusandum crimen confessatum, non tangit aliquo pacto dicti criminis substantiam, prout est, quando dicitur occisum esse bannitũ; aut vulneratum obijsse suo malo regimine, aut quid simile, de quo ab ore, nec frustra, veritas perquiritur, cum possit aliundè, & clarius istud idem apparere, tunc enim bene Procurator est audiendus, etiam quod Iudex dicat se velle præsentiam rei, ad magis inueniendam veritatem à suis responsionibus, hæc enim Iudicis prætensio redditur calumniosa, quia prædictæ exceptiones magis ex alijs testibus, quàm ex interrogatorijs reo faciendis comprobari possunt. Secus autem si exceptio, quæ proponitur, tangeret substantiam criminis, de quo agitur, vt in tertio exemplo, de quo supra, videlicet quando dicitur homicidium factum fuisse ad necessariam defensionem, quia tũc cum interrogatorijs Iudicis, & responsionibus rei, an hoc verum sit, multum bene deprehendi poterit; igitur non frustra eiusdem rei præsentia requiritur, nec etiam cessare videtur ratio, quare Iudex moueatur ad requirendum præsentiam rei, ideo cogita, quia est noua consideratio, & per Doctores in materia non deducta.

251 LIMITA II. dictam primam sublimitationem, vt non procedat, quando quis comparet pro absente citato, non tanquàm Procurator, sed tanquam defensor, & instructor Innocentiæ, iuxta ea, quæ dixi supra, num. 230. tunc enim is comparens admittendus erit, etiam quòd Iudex dicat se indigere persona rei ad effectum illum interrogandi. &c. Secundum Cæpoll. cons. crimin. 46. num. 8. in fine, vers. sed contrariam partem, & cons. 47. num. 8. & in fine, vers. item non obstat, vbi dixit, quod quando comparens vult assumere in se onus probandi innocentiam rei absentis citati, & non simpliciter negare delictum, tunc Iudex non potest dicere se velle præsentiam rei, vt videat qua fronte, &c. Quod, & idem voluit Cæpoll. cons. 50. nu. 3. per totum, vbi præsertim quandò contra absentem procedi potest. Boss. in tit. An in criminali iudic. post, num. 7. & 8. vbi etiam refert idem tenentem Corne. in cons. 17. lib. 3. Rolan. cons. 47. num. 21. lib. 3. quem etiam refert Baiard. ad Clar. q. 32. num. 11. in fine.

252 Contrarium voluisse videtur Clar. in pract. §. fin. q. 32. num. 11. vers. hæc autem conclusio in fine, vbi dixit isto casu non esse admittendum Procuratorem, vel excusatorẽ ex Ruin. in cons. 115. lib. 5. sed tantummodo posse admitti proponentem, & allegantem causas absentiæ, & impedimenti, & clarius voluit Clar. q. 33. num. 2. in fin. vers. Quinimò, vt dixi, reprobato Cæpoll. in loco præallegato contrarium tenente, & ante Clarum diligenter ponderatis in proposito dictis Doctorum, & quando sumus in casu, in quo Iudex prætendit habere inditia ad torturam, ita resoluit Capic. omnino viden. decis. 143. per totam. Sequitur, & hanc opinionem Baiard. ad Clar. q. 33. num. 9.

253 Sed certe dicant quicquid velint Capic. Clar. & Baiar. in locis præcitatis, ego in occurrenti casu non discederem ab opinione Cæpoll. Boss. & Rolan. vbi supra, semperquè istum innocentiæ instructorem admitterem, & audirem, ad generaliter tradita supra, num. 230. & seqq. cessante tamen fraudis, seu collusionis suspitione, & nõ alias, prout pariter dixi supra, num. 238. & seqq. & ad ibi tradita me remitto.

254 LIMITA III. eandem primam generalem sublimitationem, vt procedat, dummodo subsit iusta causa, qua Iudex moueatur ad requirendum præsentiam rei, vt ab ipso possit veritatem exquirere; secus si nulla iusta subsit causa; non enim hoc potest Iudex indistinctè petere, secundum Cæpoll. cons. crim. 52. num. 5. & seq. vbi iustam tunc dicit subesse causam, quando homicidium, puta, est factum de nocte, vel in loco deserto, vel alias, ac difficile sit illius veritatem haberi posse, aliter quàm ex ore rei, tũc enim Iudex iure desiderabit, vt reus compareat personaliter. Secus vero, quando homicidium sit factum de die, & pluribus astantibus, à quibus facile erit Iudici veritatẽ habere, an, & quomodo dictum homicidium fuerit commissum, an scilicet, ad offensam, & an ad defensam; tunc enim non videtur necessaria præsentia rei, vt ibi per eum.

255 LIMITA IV. vt eadem 1. generalis sublimitatio præsertim in eo, quòd dixi supra, num. 248. eo minus pro absente citato Procuratorem audiendum, quando Iudex intendit non solum ipsum interrogare, sed etiã torquere: procedat, & declaranda sit, dummodo præcedant inditia, & simus in casibus, in quibus potest esse locus torturæ, aliàs secus, post Bal. & Anchar. in locis per eũ relatis. Sic etiam principalem non posse cogi ad personaliter veniendum, nisi præcedant inditia dixit Cæpoll. cõs. crim. 46. num. 3. Marsil. in pract. §. sequitur, num. 7. vbi et præsupponit existentiam inditiorum, quando Iudex vult compellere reum ad personaliter comparendum, siue sit locus torturæ, siue simplici interrogationi, & ita etiam affirmant Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procurat. §. 1. n. 1. in fine, fol. mihi 51. col. 1. in princip. vers. si autem nõ sunt aliqua inditia, pract. Conrad. rub. de comparit. inquisit. num. 2. in 4. ampliat. fol. 261. Capic. decis. 143. num. 6. in fine, & 7. etiam in fine, vbi pariter videtur requirere, quod inditia sint sufficientia ad torturam.

256 SVBLIMITA II. & etiam generaliter omnes prædictas limitationes, in quibus dixi Procuratorem esse admittendum in causis criminalibus, & capitalibus, non procedere, nisi ipse Procurator comparens habeat speciale mandatum, & non aliter. Alberic. in l. seruum quoquè, §. publicè, num. 25. in fine, vers. in his tamen, ff. de Procur. & ibi etiam Ang. post num. 6. vers. attende tamen. idem Alberic. in l. penult. §. ad crimen, num. 16. in fine, ff. de publ. iudic. & ibi etiam Bened. de Plumb. num. 51. Bal. in l. reos, num. 30. C. de accusat. Ang. de malef. in verbo. *Q. si D. Iudex videns &c.* num. 15. vers. sed aduertas, vbi amplius, quod istud mandatum debet in specie esse ad respondendum tali inquisitioni. pract. Conrad. rubr. de comparit. inquisit. num. 6. fol. mihi 263. Guid. Pap. quæst. 338. in fin. Menoch. de arbit. quæst. libro 1. q. 80. num. 145.

257 Vide tñ in hoc Marian. Soc. in c. veniens, n. 265. & seqq. vsque ad nu. 272. extr. de accus. vbi prædictam conclusionẽ limitare videtur in tribus casibus. Primo quando lis est cõtestata à principali. Secundo quando potest procedi contra absentem ad diffinitiuam sententiam. Tertio quando quis comparet, nõ vt Procurator, sed vt defensor.

258 Et nihilominus adhuc in casibus, in quibus in maleficijs admittitur Procurator, si de comparentis mandato dubitetur, admittitur cum cautione de rato. Alberic. in l. seruum quoquè, §. publicè, num. 11. ff. de procur. vbi arguit pro, & cõtra, & postea hãc firmat opinionem, dicens, quod ita tenent Doctores, & quod isto casu comparens obligabit se ad certam summam, si Dominus ratum non habebit. ad l. si Procurator, §. penult. ff. rem rat. hab. & in l. 4. ff. de custod. reor. cum alijs, ibi per eum allegatis. Viui. opin. 649. num. 5.

259 SVBLIMITA III. limitationes prædictas, quia in omni casu, in quo Procurator admittitur ad plene defendendum reum absentem, tenetur satisdare de soluendo iudicatum, ac de repræsentando reum, secundum Alberic. in l. seruum quoquè, §. publicè, nu. 12. vers. sed nunquid. ff. de procurat. vbi testatur, quòd ita communiter tenent Doctores; quicquid secus dixerint in allegante causas absentiæ, de quo dixi infra, num. 285.

260 Aduerte tamen, quòd idem Alberic. in d. §. publicè in loco precitato, allegat Innocen. in c. veniens. extr. de accus. dicentem, quod nec Procurator plene defendens tenetur hanc satisdationem præstare, & postea subdit, quòd communiter tenetur, & seruatur, quod nullam satisdationem præstet; Quæ quidem subsequens attestatio videtur respicere

cere etiam Procuratorem plene defendentem, nedum causas absentiæ allegantem.

261 SVBLIMITA IV. pariter, & generaliter omnes propositas limitationes, in quibus dixi Procuratorem admitti etiam in causis capitalibus, & vbi agitur de pœna corporali, non procedere, quando Statutum, seu constitutio mandaret expresse etiam in casibus à iure permissis accusatum non audiri per extraneum comparentem, nisi ipso in carceribus constituto. Huiusmodi enim Statuta, & constitutiones valere communiter ab omnibus Doctoribus receptum est, & in proposito plura Ferrariæ, Papiæ, Bononiæ, & aliorum locorum Statuta refert Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. q. 80. per totam in discursu, vbi multa ponit ad eorum intelligentiam, & alia similia Statuta in Regno Neapol. & Franciæ, & in statu Mediolani, & Florentiæ remissiuè refert Baiard. ad Clar. in pract. crim. q. 33. nu. 2. lib. 4. facit constitutio Iulij II. qua cauetur, *vt in causa criminali, ex qua capitalis, vel sanguinis, vel alia quauis grauior arbitrio Iudicis pœna infligenda est, nullus per procuratorem, excusatorem, defensorem, vel vt quilibet de populo, quouis pacto admittatur, nec pater pro filio, nec Abbas pro Monaco, nec Prælatus aut Dominus, pro subdito, vel econtra, audiatur, nisi reus se ipsum prius in carcerem constituerit: alias sententia pro reo lata, & inde sequuta quæcunque, etiam fisco, vel parte non opponente nullius sint roboris, aut momenti*. Quæ quidem constitutio Iulij II. fuit confirmata per Pium IV. vt in Constit. 68. incip. & si cuncta, fol. mihi 743. in 1. par. Bullar.

262 LIMITA I. hanc quartam generalem sublimitationem, vt licet stantibus prædictis Statutis non admittatur Procurator, excusator, seu defensor ad defendendum reum absentem citatum; admittitur tamen, implorando Iudicis officium, vt rei innocentiã perquirat, si enim hoc Iudex facere tenetur ex sui officij debito, vt dixi supra, num. 232. multo magis hoc facere debet aliquo petente, seu instante, prout consuluit Bertaz. qui alios refert concordantes in consil. 103. num. 6. & seqq. lib. 2. & faciunt, quæ in specie de comparente, & allegante exceptionem banni, non obstante prædicto Statuto, dixi supra, nu. 192. & loquitur Bertaz. in terminis Statuti expresse prohibentis admissionem defensoris, & excusatoris, & comprobatur hæc limitatio ex ijs, quæ mox subijciam in seq. limitatione, in qua probatur defensorem, & instructorem innocentiæ admitti, non obstante Statuto volente in criminalibus Procuratorem non esse admittendum, nec aliquem pro reo audiri cum mandato, vel sine. Ergo multo magis debet audiri, si pro absentis innocentia perquirenda Iudicis officium requirat.

263 Et quamuis contra hanc limitationem sentire videatur Gerard. sing. 63. num. 4. vbi dixit, nec etiam posse implorari officium Iudicis, quando adest statutum prohibens admitti non solum exceptiones, sed etiam defensiones, cum etiam officium Iudicis dicatur defensio ex Bar. & Ang. in locis per eum citatis, & Gerard. eo loci referendo sequi videtur Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 59.

264 Ego tamen si Iudex essem, nunquam reicerem eos, qui me requirerent, vt pro rei innocentia veritatem inuestigarem, modumque illam inuestigandi mihi proponerent (à fraude tamen, & suspitione alienum) Ad quid enim tot iura, & Doctorum conclusiones, quibus legales libri pleni sunt, & quibus quotidie exclamatur, Iudicem omni conatu rei absentis, & carcerati innocentiam ex se ipso quærere debere, si postea eum, qui de innocentia informat, & instruit, reijcere velimus? Hæc certe in caput meũ non intrãt, ideo verissimam credo limitationem saltem, vt is defensor, & instructor recipiatur ad aures, & extraiudicialiter, & ita sæpius seruaui, & veritatem exofficio inuestigando, inueni veros delinquentes, cum prius essent moniti; & inquisiti innocentes, & inculpabiles. Et vide quæ dixi supra, nu. 238. & seqq.

265 LIMITA II. dictam quartam sublimitationem nõ procedere in defensore, & instructore innocentiæ. de quo dixi supra. num. 230. qui etiam videtur admittendus, non obstante Statuto volente in criminalibus Procuratorem non esse admittendum, ex Conrad. in pract. crim. tub. de comparit. inquisit. in 27. limitat. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 8. vers. & si casus mihi contingeret. vbi licet referat Dec. in casu Statuti Florentiæ contrarium cõsulentem; dicit tamen, quòd si casus sibi contingeret, ipse audiret talem instructorem, non obstantibus quibuscunq; ordinibus, Statutis, & obseruationibus illius Domini), ea ratione motus, quia similia Statuta volentia, vt quis personaliter debeat comparere, & non admitti per Procuratorem, sunt intelligenda, quando vocatus vult comparere per alium. Vnde non trahenda ad tertium, qui à se ipso venit ad iudicium ad instruendum Iudicem, cum idem Iudex per se etiam nemine instruente, debeat de rei innocentia quærere, & testes informatos examinare. Rolan. cons. 47. per totum lib. 3. & præsertim, num. 817. & seqq. vbi loquitur in casu Statuti volentis absentem citatum debere personaliter comparere, alias haberi pro confesso. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 58. in fine, vbi & hãc conclusionem admittit, quando excusator in continenti offert probationes super innocentia. Monticell. reg. crim. 13. nu. 44. vers. quòd verum, & num. 45. vbi loquitur, non obstante Statuto repellente omnem comparẽtem pro reo, siue tãquam Procuratorem, siue tanquam defẽsorẽ, siue tanquam instructorem. Bertaz. cons. 303. num. 5. & seqq. lib. 2. vbi loquitur etiam in casu Statuti prohibentis admitti excusatorem; & defensorem ex Marsil. & Boss. in locis per eum relatis, idem Bertaz. consil. 314. num. 4. vbi testatur, se ita quandoque vidisse practicari.

266 Et quamuis contrarium consuluisse videatur Dec. per Boss. vbi supra relatus in cons. 429. col. 2. num. 1. & seqq. in casu Statuti Florentini. quo præcise cauetur, quòd inquisitus debeat se in carceribus constituere, nulla pro eo recepta defensione per aliquam personam cum mandato, vel sine mandato comparentem, dixeritquè Gabriel. d. cõclus. 9. num. 59. lib. 7. ex Gerar. quem allegat, quòd quando Statutum non comparente principali, personaliter excluderet omnem defensionem, tunc nec etiam admitteretur instructor innocentiæ, dicitquè etiam Monticell. reg crim. 13. num. 16. vers. item verum post. Rum. quem allegat, quòd nunquam tertius aliquo modo comparens pro absente citato admittendus est, quando statutum prohibet, & tollit omnem defensionẽ, & quamlibet iustificationem. Et hæc contraria opinio eo magis procedere videtur in terminis constitutionum Iulij II. & Pij IV. de quibus supra, & quibus expresse reijcitur excusator, & defensor, alioquin si in terminis dictarum Bullarum, & illis non obstantibus, defensorem, & excusatorem admitteremus, nihil operarentur, & frustra editæ viderentur.

267 Ego tamen in occurrenti casu cum Boss. in loco præcitato, non obstantibus quibuscunque ordinibus, Statutis, & obseruationibus, nunquam reijcerem talem excusatorem, & instructorem innocentiæ, saltem, vt dixi, extraiudicialiter, ac fraude, & omni suspitione cessante, tum quia Iudex, etiam nemine instruente, ex officio hoc facere tenetur, tum etiam quia constitutiones, & Satuta prædicta intelligenda sunt, quando defensor, & excusator vellet comparere nomine absentis citati, & inquisiti, secus si ex se ipso, & tanquam vnus de populo, vt ibi per Boss. qui magistraliter loquitur. Addo, & aliam inconuincibilem rationem. Nam: sicut Iudex libenter suas præbet aures cuicunque, etiam quòd infamis, & explorator sit, ipsum instruenti ad recipiendum probationes de delicto contra inquisitum absentem, cur etiam fraude, & suspitione cessante, non debet easdem aures præstare alicui probo Viro, qui ipsum pariter instruat de innocentia eiusdem inquisiti? Certe nullam video diuersitatis rationem. Nec iure permissum inuenio, quòd fiscus, & excusator debeat esse fauorabilior, quàm reus, immo contrarium, vide quæ dixi supra, nu. 238 & seqq.

268 LIMITA III. eandem quartam generalem sublimitationem non procedere in opponente exceptionem incompetentiæ Iudicis, ad quem allegandum Procurator admitti debet, non obstante Statuto, volente in criminalibus eum per Procuratorem non esse audiendum, nullamquè pro reo recipiendam defensionem, secundũ Aret. in

in c. veniens, num. 57. extr. de accusat. Gram. cons. 1. nu. 39. post decis. vbi loquitur etiam præsupposito ritu magnæ Curiæ volente, quod reus inquisitus nullam possit proponere exceptionē, quem in proposito refer. Baiard. ad Clar. q. 33. num. 7. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 13. in fine, & 14. vbi quòd plus est, dixit. quòd exceptiones ēt tangentes crimen, opponantur in vim dilatoriæ, seu declinatoriæ ad effectum impediendi processum. Et tunc sunt admittendæ, etiam stante Statuto, vt pro absente non admittatur quis ad allegandum aliquam exceptionem defensionis. Hieron. Magon. decis. Lucen 22. num. 16. in fine, & 17. vbi alios refer concordantes, & loquitur non obstante Statuto prohibente in criminalibus defensores non audiri, reo in carceribus non constituto.

269 Contrarium, quando Statutum omnem prohibet posse exceptionem opponi voluisse videtur Baiard ad Clar. in pract. crim. quæst. 32. num. 43. & seqq. vbi distinguit, quòd si Statutū prohibeat inquisitum aliquam proponere posse defensionem, & tunc fit vera limitatio, quòd non censeatur prohibitum proponere exceptionem declinatoriā fori, quia qui excipit de Iudicis incompetentia non dicitur reum defendere, si verò Statutū prohibeat aliquam posse proponi exceptionem, & tunc nec etiam declinatoria opponi potest, & sic facit differentiam inter verbum; *defensionis*, & verbum, *exceptionis*, secundum Carauit. quem allegat super ritu magnæ Curiæ 269. in princip. qui propterea miratur de Gram. d. cons. 1. num. 39. contrariū sentiente & hinc infert, quòd ex quo vigore prædictarū Bullarum Iulij II. & Pij IV. disponitur, quando ingeritur pœna sanguinis, neminem, nisi in carceribus constitutū per Procuratorem audiri, hoc ideo in Statu ecclesiastico huiusmodi declinatoriæ exceptionis per Procuratorem proponi non poterunt.

270 Ego in hac re, vt meum quoque interponam iudiciū, sum eiusdem opinionis. quod quando constitutio, seu Statutum reijcit defensorem pro reo absente, seu prohibet pro illo recipi aliquam defensionem, tunc possit exceptio declinatoriæ, & incompetentiæ opponi, cum aliud sit incipere; & aliud defendere, prout omnes præcitati Doctores concordant. Ex hac ratione valde dubito de illatione, quam facit Baiard. ad Bullas Apostolicas, ex quibus credit non posse opponi declinatoriam fori exceptionem, cum ex illis prohibeatur, *neminem nisi in carceribus constitutum, per Procuratorem audiri*, Nam cum dictæ Bullæ non expresse prohibeant exceptiones, videntur fori declinatoriam permittere ex præmissis. Nisi forsan dixeris, quòd illa verba. *Non audiatur per Procuratorem*, sunt adeo generalia, vt comprehendant etiam ne dum defensionem, sed etiam exceptiones pro reo allegandas.

271 Si vero Statutum, seu constitutio expresse etiam exceptiones prohibeat, tunc distingue, quod aut declinatoria incompetentiæ exceptio non constat notoriè, sed indiget externa probatione, aut vero constat notoriè, & ex eisdē actis. Primo casu procedit opinio Carauitæ, & Baiard. in locis præcitatis, vt scilicet illa non possit opponi. Secundo vero casu pōt opponi, nō obstante quocunq; Statuto, etiā expresse prohibente, & excludente exceptiones. Colligitur hæc distinctio ex Aret. in cap. veniens, num. 39. & seqq. vsque ad, num. 46. extr. de accusat. vbi, quòd quando declinatoria exceptio est notoria, tunc non prohibetur Procurator absentis inquisiti implorare officium Iudicis, vt illum admittat, & num. 57. dixit, quòd isto casu, licet etiam non possit implorare officium Iudicis, Iudex tamen, cui liquet de defensione in actis, debet accusatorem repellere, & reum diffinitiuè absoluere. Petr. Calefact. cons. crim. diuers. 104. num. 11. & seqq. lib. primo, vbi amplius, quod nullo Iudicis officio implorato, admittitur Procurator ad opponendas exceptiones notorias. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 78. & seqq. vbi facit generalem conclusionem, quòd Statutum reijciens omnes, & quascunquè exceptiones, non intelligitur reijcere eas, quæ notoriæ sunt, & faciunt, quæ generaliter dixi supra, num. 51. & quæ in specie de banni exceptione notoria dixi supra, num. 192.

272 LIMITA IV. in proponente, & allegante occisum potuisse impunè offendi, tanquam bannitum, quia tunc non obstante prædicto Statuto, si bannum notorium fuerit, posse Iudicis officium implorari ad illud allegandum, dixi supra, d. num. 192.

273 LIMITA V. in allegante causas absentiæ, & impedimenti. Is enim pariter admittetur, non obstante quocunque Statuto volente absentem non audiri, nisi in carceribus constituto, prout dixi infra, num. 289.

274 LIMITA VI. in patre comparente pro filio pro suo interesse. Nam, & is admittitur, non obstante Statuto prohibente neminem pro absente inquisito audiri comparentem, dixi supra, num. 163.

ARGVMENTVM.

Absentiæ, ac alterius impedimenti causas quando quis allegare valeat pro citato ad comparendum personaliter. Quando ad id à Iudice sit admittendus, vel repellendus.

SVMMARIVM.

Absentiæ causas quando quis allegare possit ad effectum, ne contra absentem procedatur, remissiuè, num. 275.

Absentiā, seu alterius impedimenti causas pro absente citato allegans admittitur regulariter ad excusandū de cōtumacia, siue simus in casu, in quo absens potest codemnari, siue nō, num. 276. & seq. Vbi, quòd hoc procedit non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus.

Absentiæ, & impedimenti causas quilibet comparens allegare potest, etiam sine mandato, num 278. Licèt alij contra, num. 279. Limita hanc conclusionem procedere in causis absentiæ necessarijs, & quæ sunt facti, prout est infirmitas, carceratio, & similia. Secus in causis absentiæ probabilibus, prout suspecti itineris, loci non tuti, loci pestiferi, insidiæ inimicorum, & similia. Itē secus in causis absentiæ non facti, sed iuris, & voluntarijs, vt puta, si diceretur, quòd citatus non tenetur comparere ex eo, quòd Iudex non est competens, aut alia de causa. His enim casibus comparens non auditur, nisi cum mandato, num. 280. Contrarium, quòd etiam causæ probabiles possint allegari sine mandato, num. 281. Et quando causa iuris, & voluntaria notoriè constant ex actis, tunc etiam quisque admittitur ad eas allegandū sine mandato, num. 282. Sic & pariter mandatum non requiritur in allegando causas siue probabiles, siue etiam iuris, & voluntarias, quando comparens vult satisdare, vt in nu. 283.

Absentiæ & impedimenti causas admittitur ad allegandum Procurator habens generale mandatum ad defendendum, seu ad prosequendum causam, etiam quòd illud non sit speciale ad allegandum causas absentiæ, & impedimenti, nu. 284.

Absentiæ, & impedimenti causas necessarias quisque allegare potest, etiam sine satisdatione, seu cautione de rato, de iudicio sisti: de iudicatum soluendo, vel de repræsentando, nu. 285.

Absentiæ, & impedimenti causas necessarias quisque allegare potest, etiam quòd sit inhabilis, & de iure non possit esse Procurator, prout sunt mulieres, milites, serui, infames, & similes, nu. 286.

Absentiæ causas pro minore citato quisque allegare potest, etiam extraneus, nedum eius tutor, seu curator, num. 287.

Absentiæ causæ multo magis allegari possunt, quando Statuto hoc permittitur. Et quomodo hoc Statutum intelligendum sit, num. 288.

Absentiæ, & impedimenti causæ possunt allegari, etiam quòd Statutum reijceret defensiones rei absentis, num. 289. Licet alij contra, num. 290.

Absentiæ causæ allegari possunt, nedum probabiles, sed etiam voluntariæ num. 291.

Absentiæ, & impedimenti causis allegatis, Iudex debet differre processum, num. 292. & si, non obstante allegatione, processerit ad vlteriora, processus erit nullus, num. 294.

Absentiæ, & impedimenti causis allegatis, Iudex debet præfigere terminum competentem ad perquirendum, num. 293. Vbi de materia huius termini.

Ab-

Absentia, seu impedimenti causa allegata debet esse iusta, secus si iniusta, & quando dicatur iustum, seu iniustum impedimentum; num. 295. & num, 296. Ubi de causa absentia, seu impedimenti procurata, & cum fraude. Et ibi etiam quando talis fraus præsumatur. Quamuis aliqui relati, num. 297. procuratam, & affectatam absentiam admittere videantur.

Absentia, & impedimenti causas allegans debet iurare de calumnia, num. 298.

Absentia, seu impedimenti causas non sufficit allegare, nisi etiam illa probentur, num. 299. Sufficit tamen leuis probatio, num. 300. Item sufficit probatio per famam, per coniecturas, & alijs modis, vt num. 301. Immo ad effectum concedendi terminum ad certiorandum, non requiritur aliqua probatio, nisi per iuramentum, num. 302. & 303. Licèt alij contra, num. 304.

QVÆST. XCIX. PAR. II.

275 VIDIMVS supra, quando admittatur Procurator ad comparendum pro defensione absentis citati. Videamus modò, quando admittatur ad allegandum absentiæ causas, ac alterius impedimenti causas ad effectum, ne contra ipsum procedatur. De qua re dixi supra in tit. de Inquisit. quæst. 11. num. 56. & seqq. & ad ibi tradita vltra infrascripta Lectorem remitto. Sed denuo eandem materiam reassumendo.

276 REGVLAM constituo affirmatiuam, quòd scilicet admittatur comparens pro absente citato, etiã quòd causa sit capitalis. Et etiam quòd simus in casu, in quo absens pôt damnari, siue nõ, ad allegandum alicuius impedimenti, siue absentiæ causas. Ipsumque propterea à contumacia excusandum, text. est in l. penult. §. ad crimen. ff. de publ. iudic. dum ibi dicitur. *Sed excusationes absentia ex Senatusconsulto Iudicibus allegantur*, & ibi hoc adnotarunt gloss. in verbo *Procurator*, ad medium. Bart. in summ. ante num. 1. & 7. ad medium. Alber. post num. 6. Vbi de communi opinione, & num. 16. Angel. in summ. Imol. num. 6. in fin. Benedict. de Plumb. num. 1. in quarto notab. num. 11. in fine, versic. secundo modo, & num. 18. in princ. versic. nam quidam est defensor, & num. 20. versic. prædicta omnia, & Rub. Alexandrin. num. 111. in tertio notab. & num. 170. versic. secundo datur solutio. Item text. in l. reos. C. de acusat. dum ibi dicitur. *Reos capitalium criminum absentes, etiam per Procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt*. Qui quidem text. licet generaliter loqui videatur, volens absentes, etiam per Procuratores posse defendi in publicis, & capitalibus iudicijs, & sic videatur de directo contra text. in l. penul §. ad crimen. ff. de publ. iudic. Concordando tamen Doctores, hæc iura contraria istum tex. restringunt, vt tantummodo sit intelligendus, quoad allegandum causas absentiæ, non autem quoad pœnam defensionum, vt videre est ibidem per glo. in verbo *per procuratorem*, versic. dic ergo, & per Cyn. nu. 3. Alber. num. 3. vers. sed vt alleget causas absentiæ. Bal. in summ. Ang. post num. 1. Vbi, ꝙ ita tenent omnes indifferenter, & benè Salyc. in summ. Vbi propterea dicit, ꝙ intellectus glo. ad istum tex. est communis, & num. 1. vers. ad præmissa, & num. 9. post med. vers. alij, vt Accurs. col. mihi 5. vbi, ꝙ glos. solutio est in se indubitanter vera. glos. in l. seruum quoq; §. publicè, in verbo *defensio*, ff. de Procurat. & ibidem in verbo *datur*, in prin. vers. tu dic, & in fi. vers. vel si vis. Vbi ponit vtilitatem huiusmodi allegationis absentiæ, & impedimenti, vt scilicet prosit ad impediendum mulctam, seu adnotationem bonorum. Bar. in d. §. publicè, in prin. vers. nec obstet hic. Alberic. num. 2. vbi in hoc dixit glos. intellectum communiter receptum, & nu. 5. vers. secundum genus causarum, & vers. sed contra istam distinctionem, & vers. aut ad allegandas causas absentiæ, & nu. 15. vers. in illis verò criminibus, & nu. 25. post. med. vers. sed ad allegandum causas absentiæ. Odofred. col. 1. in prin. vers. secundo dicitur, & col. 2. in fine, num. 3. vbi ad extensum ponit formam illius, qui comparendo allegat causas absentiæ, & col. 3. vers. sed denuò videtur, Or. Signor. licèt aliquis. Ang. ante num. 1. vers. in capitalibus admittitur, & vers. in capitalibus vero, & num. 2. vers. sequitur in text. Paul. de Cast. num. 3. & num. 10. vers. Excusator autẽ absentiæ, glo. in c. veniens, in verbo *criminali*, vers. sed ad excusandum, extr. de accusat. & ibi etiam Innocen. in verbo *excusationem*. Hostien. post num. 3. Card. Zabar. post num. 7. in 2. oppos. & d. nu. 7. col. 2. in 8. oppos. Ant. de But. nu. 6 7. & 12. vers. primus casus. & num. 17. Anchar. nu. 4. & 13. in 1. oppos. Abb. in summ. Anan. nu. 13. vbi, ꝙ hoc omnes tenent. Maria. Socin. num. 2. & Bero. nu. 1. Addo pro hac eadem limitatione, Gandin. in tit. Vtrum Procurator, &c. nu. 3. in fin. vers. putet ergo, & num. 10. vers. Primus est. Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 1. post num. 1. in diffinitione excusatoris. & nu. 2. in prin. & 8. vbi ponit formam verborum, quibus vti debet excusator proponẽdo causas absentię. Socin. reg. 322. in 4. fallen. Cæpoll. cons. crim. 45. nu. 6. cons. 47. num. 10. cons. 48. sub nu. 4. & consil. 51. num. 3. vers. sed allegando causas absentiæ. Domin. Quirin. cons. crim. diuer. 16. num. 6. vers. rursus duo. lib. 1. Blanc. in pract. crim. §. verum quia; num. 45. fol. mihi 19. Nouell. in tract. ad defen. in prin. num. 9. in fin. & num. 10. Cyrill. in summa crim. rub. 10. de procurat. §. 1. nu. 2. fol. mihi 51. col. 2. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquisit. num 6. in 5. limitat. fol. 263. Clar. in pract. §. final. q. 32. num. 11. vers. hæc autem conclusio, in fin. vbi, ꝙ hoc omnes tenent, & est receptissima omnium opinio, & num. 16. vers. prædicta autem conclusio. vbi etiam, ꝙ ita seruatur ex Carauit. quem allegat, super ritu magnę Curiæ 105. num. 2. & q. 33. nu. 1. vers. 1. vbi, ꝙ in hoc non videatur difficultas. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 60. Villalob. in comm. opin. verbo *absens*, num. 10. vers. benè tamen. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 48. & seqq. & 98. vers. ego intelligo, iuncto vers. ex qua declaratione. Franc. Marc. decis. 626. num. 1. Monticell. reg. crim. 13. nu. 16. Bonacoss. in cõi opin. crim. par. 1. verbo *Procurator*, il 1. fol. mihi 138. col. 4. in fin. vers. Item limita si Procurator. Iodoc. in pract. crimin. cap. 24. rub. de Procurat. num. 3. Vulpell. cons. 57. num. 2.

277 AMPLIA I. propositam regulam, vt procedat non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, secundum Imol. in l. penul. §. ad crimen, num. 23. in fin. vers. in glos. fin. & ibi etiam Fulg. nu. 4. ff. de plubl. iudic.

278 AMPLIA II. vt ad allegandum causas absentiæ, & impedimenti admittatur quilibet comparens, etiam sine mandato. Ad ea, quæ in simili de defensore, & instructore innocentiæ dixi supra nu. 234. & in specie nostra aliquos allegaui. Et communem dixi supra in tit. de inquisit. q. 11. num. 52. ad fin. par. 1. Quibus addo Ang. in l. pen. §. ad crimen, num. 3. ff. de publ. iudic. & ibi etiam Fulg. num. 3. vers. nota tertium dictum. Bened. de Plomb. post. num. 21. Alberic. in l. reos, num. 5. C. de accusat. Odofr. nu. 2. vers. itidem vos dicetis: vbi ꝙ ita quotidie apud eum in illa ciuitate seruatur. Ang. post nu. 1. Innoc. in c. veniens, nu. 2. extr. de accusat. Et ibi etiam Henric. Boich. post. num. 5. Card. Zabar. num. 8. ante med. col. 3. ad med. Anan. num. 13. Gandin. in tit. Vtrum Procurator, &c. num. 5. Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 1. num. 1. vers. sed contra. Clar. in pract. §. fin. quæst. 33. nu. 4. versic. quarto nunquid. Franc. Mar. decis. 626. nu. 1. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 52. vbi de receptissima Doctorum opinione. Monticel. reg. crim. 13. num. 16. vers. quòd autem.

279 Quamuis contrarium apud eum in praxi vsu receptum esse testari videatur Iodoc. in prac. crim. c. 25. num. 4. vbi tamen mandatum isto casu probari per iuramentum comparentis credidit.

280 LIMITA hanc secundam ampliationem procedere in comparente ad allegandum causas absentiæ necessarias, & quæ sunt facti, & quæ omnino impediunt reum venire, siue velit, siue nolit, prout est longa absentia, infirmitas, carceratio, & similia, tunc enim verum est, quòd cõparens admittitur ad illas allegandum sine mandato, secus autem in causis absentiæ probabilibus, prout sunt suspecti itineris, loci non tuti, loci pestiferi, insidiæ inimicorum, Aduersarij potentia, & similes. Quibus potest reus si velit renuntiare, nec est certum, an renunciare velit. Quia tũc

ad

ad eas allegandum non admittitur quis fine mandato. Et multo minus admitteur, fi allegaret caufas abfentiæ non facti, fed iuris, ac voluntarias, vt puta, fi diceret, quòd citatus non tenetur venire ex eo, quòd Iudex non eft competens aliquo refpectu, vel ex alia caufa, fecundum Ang. in l. feruum quoque. §. publicè, num. 2. ante finem, verf. nõ autem admitteur defenfor fine mandato. & ibi etiam Fulgof. nu. 6. Bart. in l penul. §. ad crimen, num. 16. & feqq. ff. de publ. iud. & ibi etiam Ang. num. 3. verf. Bartolus tamen. Imol. num. 24. & 26. vbi de caufis abfentiæ voluntarijs. (In probabilibus enim caufis contrarium fenfit, vt modo eum referam) Benede. de Plumb. num. 41. & Rub. Alexandr. num. 197. & feqq. vfq. ad nu. 213. Vbi multa adducit pro, & contra. (Quamuis num. 209. dicat Bald. contrariam opinionem fibi placere) hanc tamen Bar. fententiam communẽ teftatur, & in illa refidere videtur Albet. in l. reos, num. 5. C. de accufat. & ibi etiam Bal. num. 34. Ang. poft num. 1. verf. & hoc intellige, & num. 6. & Salyc. num. 10. allegatur ad id per Doctores originaliter Innoc. in c. veniens, num. 1. & 2. extr. de accufat. quẽ ibi fequuntur Henric. Boich. num. 6. Ant. de Butr. num. 17. Anchar. num. 21. Anan. num. 13. Aret. num. 50. in fin. Vbi de caufis abfentiæ iuris, & voluntarijs. (In probabilibus enim contrarium pariter fenfit, vt modò eum referam) fic etiam in caufis abfentiæ neceffarijs, & voluntarijs, quod ad allegandum caufas neceffarias admittatur quis fine mandato. Ad allegandum verò voluntarias, non nifi cum mandato latè comprobat Marian. Socin. in d. c. veniens, num. 158. & feqq. vfque ad num. 162. & num. 172. & feqq. vfque ad nu. 177. vbi facit plures confiderationes in verbis Innocen. Ibi Fely. in c. meminimus, col. 4. num. 15. verf. octaua conclufio. Anto. de Canar. in tract. de excufatore, par. 1. num. 2. ad caufas caufæ, & verf. dicit etiam, & num. 3. & 5. ad finem, verf. primo cafu, & par. 2. num. 10. vbi ponit duo notabilia exempla, quando quis dicatur allegare caufas, feu impedimenta iuris. Cœpoll. confil. crimin. 48. num. 4. in fine. Domin. Quirin. conf. crimin. diuerf. 16. poft num. 6. & 7. lib. 1. Cyrill. in fumma crimin. rub. 10. de Procurat. §. 2. nu. 2. fol. mihi 51. colum. 1. Pract. Corrad. rub. de comparit. inquifit. num. 6. fub 12. limitatione, fol. mihi 263. Clar. in pract. §. final. quæft. 32. num. 17. verf. idemque fi talis Procurator, & quæft. 33. num. 3. verf. fed nunquid excufator. Vbi & hanc diftinctionem admittit circa caufas neceffarias, & voluntarias. Menoch. de arbitr. quæft. lib. 1. quæft. 80. num. 49. in fine. 50. & 51. pariter in fine, & 53. Vbi teftatur de magis recepta Doctorum opinione. Frãc. Marc. decif. 626. nu. 1. in fin. Iodoc. in pract. crim. cap. 25. num. 11. & feqq. & pro hac declaratione habemus conftitutiones Marchiæ, lib. 4. cap. 10.

281 Contrarium circa caufas abfentiæ probabiles, vt puta, fufpecti itineris, loci non tuti, ficut fupra explificatas, quòd immò etiam admittatur quifque fine mandato ad illas allegandas. voluit Imol. poft Bald. quem allegat in l. penult. §. ad crimen. nu. 25. ff. de publ. iudic. Vbi, quòd hæc opinio Bal. de iure forfan verior eft ea ratione, quia in dubio femper debemus præfumere, quòd nemo fe velit committere capitalibus inimicitijs, & loco non tuto, & cum reus non compareat, credendum eft, quòd potius propter iuftam caufam loci non tuti, quam propter meram voluntatem non compareat, quia in dubio non debemus præfumere contumaciam, quæ eft delictum, & fic ceffat ratio fupra in contrarium confiderata, ꝙ fcilicet non fit certum, an reus velit, vel nolit venire, quia cum non veniat, præfumitur, ꝙ nolit venire. Et propter iuftam caufam, vt fupra, & hanc opinionem æquiorem dixit ibidem Fulgof. num. 3. verf. nota tertium dictum, Aret. in c. veniens, nu. 46. & feqq. vfq. ad num. 51. extr. de accufat. vbi benè comprobat, & refpondet contrarijs Marian. Soci. ibidem nu. 162. & feqq. vfq. ad nu. 172. Vbi etiam latè hanc defendit opinionem. Clar. in pract. §. fin. q. 33. verf. fed nunquid excufator, nu. 3. Vbi, ꝙ in hoc opinio, Bart. in loco præcitato contrarium tenẽtis communiter reprobatur ex Card. & Alexandr. in c. fi quando, num. 21. 2. q. 6. & quòd eadem opinio contra Bar. tanquã magis æqua fibi femper placuit.

282 SVBLIMITA I. id, quòd dixi de caufis iuris, & voluntarijs, quæ fcilicet refpiciunt Iudicis incompetentiam, vel alias, quibus inquifitus non tenetur venire, & in quibus nullus ad eas allegandas admittatur fine mandato, non procedere, quando dictæ caufæ ex actis paterẽt, & effent notoriæ. Quia tunc cum Iudex etiam, nemine inftante, illas aduertere debeat, ad generaliter tradita fupra nu. 51. multo magis eafdem admittere tenetur, aliquo inftante, quamuis fine mandato, fecundum Imol. poft Innoc. quem alegat in l. penul. § ad crimen, num. 26. ad med. verf. fatetur tamen. Ang. in l. reos poft num. 1. verf. fed certè. C. de accuf. Ant. de Butr. in cap. veniens, num. 17. col. 6. ad med. verf. dicit Innocentius, & verf. fed puto referre, extr. de accufat. & ibi etiam Aret. num. 56. Maria. Soci. nu. 172. in fin. & feqq. Ant. de Canar. in trac. de excufat. num. 4. in prin. & 5. verf. ad caufas caufę refultantes ex actis, iuncto verf. aliis tribus cafibus, & feqq. D. Quirin. conf. crim. diuer. 16. num. 6. in fin. & feqq. lib. 1.

283 SVBLIMITA II. vt idem fit, quando comparens vellet fatifdare, quia tunc admittitur ad allegandum caufas iuris probabiles, & voluntarias, etiam fine mandato, quia qui fatifdat, dicitur habere mandatum à iure fecundum Ant. de Butr. in c. veniens, num. 17. extr. de accufat. & ibi etiam Aret. num. 48. poft med. verf. vnde ifta eft caufa. Ant. de Canar. in tract. de excufatore, par. 1. nu. 2. verf. Ad caufas caufæ, & num. 5. verf. Primo cafu.

284 AMPLIA III. eandem regulam, vt, ad allegãdũ caufas abfentiæ, & impedimenti admittatur etiam is, qui habet plenum mandatum ad defendendum, feu profequendum caufam in forma etiam, ꝙ in fpecie non habeat mãdatum ad allegandum caufas abfentiæ, & impedimenti. Si enim admittitur fine mandato, prout dixi in præced. ampliatione, multo magis admittetur cum aliquali mandato, fecundum Alberic. in l. feruum quoque. §. publicè, num. 13. verf. Item quæritur. ff. de Procurat. vbi arguit pro, & contra, & hanc tenet opinionem Paul. de Caftr. ibidem num. 5. ad med. verf. non tamen curo. Imol. in l. penul. §. ad crimen, num. 26. ad fin. verf. Item aduerte, & ibi etiã Rub. Alexandr. num. 116. vbi etiam refert contra argumenta, & illis refpondet Ant. de Butr. in c. veniens, num. 17. col. 6. in fin. verf. hoc etiam tenent Domini de Rota, extr. de accufat. & ibi etiam Anan. num. 14. Vbi, ꝙ ita communiter tenet Marian. Soci. num. 177. Fely. in c. meminimus, num. 14. extr. de accufat. Ant. de Canar. in tract. de excufatore, par. 1. verf. fed contra attende, & par. 2. num. 23. q. 31. Cæpoll. conf. 46. fub num. 8. Clar. in pract. §. final. q. 32. nu. 16. verf. prædicta autem conclufio, in fine. Vbi, quòd ita tenent communiter Doctor. Gabr. lib. 7. conclus. 9. num. 37. vbi alij referuntur concordantes.

285 AMPLIA IV. vt allegans caufas abfentię, & impedimenti neceffarij nõ teneatur fatifdare, feu cauere de rato, ac de iudicio fifti, feu de iudicatum foluendo, vel de repræfentando abfentem coram Iudice, finita caufa abfentiæ per id, quòd in fimili de defenfore, & inftructore innocentiæ, dixi fupra, num. 235. & in hac fpecie exprefsè voluerunt Albet. in l. feruum quoque. §. publicè, num. 12. ver. fed nunquid allegans caufas abfentiæ. ff. de Procurat. Vbi arguit pro, & contra. & poftea teftatur, ꝙ ita communiter Doctores tenent, & ꝙ communiter feruatur in iudicijs, & ibi etiam Ang. num. 2. poft med. verf. vnde non tenetur, & num. 6. in fin. verf. fequitur in eadem glof. l' vltimo. Fulg. num. 6. verf. ex quibus. Paul. de Caftr nu. 10. verf. talis autem excufator, Ang. in l. penul. § ad crimen, num. 3. ff. de publ. iud. & ibi etiam Fulgof. num. 3. verf. nota tertium dictum. Bened. de Plomb. num. 18. in fi. verf. & puto, quòd non tenetur fatifdare, & num. 41. & Rub. Alexand. nu. 113. vbi etiam, ꝙ ita communiter tenetur, & num. 197. verf. amplia primo. Alber. in l. reos, num. 8. C. de accufat. & ibi etiã Bald. num. 58. in fine, verf. ex hoc fequitur. Ang. poft num. 1. verf. & ideò talis defenfor non debet cauere. Innocen. in c. veniens, nu. 2. extr. de accufat. & ibi etiam Henr. Boich. poft nu. 5. Anchar. nu. 13. in fin. Marian. Soc. num. 158. ad fin. Addo pro hac eadem conclufione Gandin. in tit. Vtrũ Procurator, &c. num. 4. vbi arguit pro, & contra, & poftea

ita

ita resoluit. Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 2. q. 30. num. 22. Boss. in tit. An in criminali iudicio, num. 11. in fin. vers. & talis, qui excusat. Clar. in pract. §. fin. q. 33. nu. 4. vers. Quæro nunquid.

286 AMPLIA V. vt ad allegandũ causas absentiæ, & impedimenti necessarij, vt puta infirmitatis, carceris, longæ absentiæ, & similium, admittatur quilibet, etiam q de iure non possit esse Procurator, vt puta, mulier, minor, miles. seruus, infamis, & similes, per id, quòd in simili de defensore, & instructore innocẽtiæ dixi supra nu. 233. & in specie nostra hoc probat text. in l. seruum quoque. §. publicè, ponderando ibi dictionem *quamuis*, ff. de Procurat. secundum intellectum eorum, qui voluerunt text. illum loqui in allegante causas absentiæ. Dixi in simili de instructore innocentiæ supra num. 233. & in specie scripserunt gloss. in l. seruum quoque, in verbo *datur*, in fin. ff. de Procurat. Alber. ibid. num. 12. & 25. post med. vers. sed ad allegandas causas absentiæ. Odofr. col. 1. in verbo *defensio datur*, nume 3. in fin. vers. sed denuò quæro. Angel. num. 2. ad med. vers. & solum articulus, & num. 6. in fine, vers. sequitur in ead. glo. l' vltimo. Bart. in l. penul. §. ad crimen, num. 17. & ibi Alexan. in addit. littera H. ff. de publ. iud. & ibi etiam Ang. num. 3. Imol. num. 24. Bened. de Plumb. nu. 41. & Rub. Alexand. nu. 112. & 197. Odofr. in l. reos, nu. 2. vers. & ideo vos dicetis C. de accus. Ang. post nu. 1. Innoc. in c. veniens, num. 2. vers. & benè facit, extr. de accusat. & ibi etiam Anan. nu. 13. & Marian. Soc. num. 158. & seqq. vbi testatur de communi Doctorum opinione. Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 1. num. 2. vers. dicit tamen, & num. 3. in princip. & num. 4. in discursu. Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procur. §. 1 in nu. 2. fol. mihi 51. col. 1. vers. veruntamen, &c. Gabr. lib. 7. conclus. 9. nu. 39. vbi tamen secus dicit in eo, qui allegat causas absentiæ non necessarias, sed voluntarias, & consistentes in iure, vt puta, Iudicis incompetentiam, quia tunc requiritur habilitas personæ, vt ibi per eum Franc. Marc. decis. 626. nu. 1. & 6. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 52. in fin. Iodoc. in pract. crim. cap. 25. nu. 2. & seq. Baiard. in addit. ad Cla. q. 34. num. 7.

287 AMPLIA VI. & multo magis, quando accusatur, seu inquiritur aliquis minor, quia tunc ad allegandũ pro eo causas absentiæ, & impedimenti admittitur non solum eius tutor, seu curator sed etiam quilibet extraneus, secũdum Rub. Alexand. in l. penul §. ad crimen. num. 118. ff. de publ. iudic. reprobato Alberic. qui contrarium sentire videtur, in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de Procurat. Et hæc ampliatio est verissima, quando quis comparet pro minore ad allegandum causas absentiæ, & impedimenti, secus autem si conparet ad eius defensionem, vt dixi supra, num. 19.

288 AMPLIA VII. & multo magis, quando vltra ius commune Statutum concedit pro absente citato admitti comparentem ad allegandum causas absentiæ. Huiusmodi enim Statuta valere dubitandum non est, & in specie aduertit Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. q. 80. num. 52. Vbi amplius, quòd huiusmodi Statuta recipiunt declarationẽ à iure communi, & consequenter, vt intelligantur de causis absentiæ necessarijs, non autem voluntarijs, & probabilibus; & de causis iustis, & legitimis, non autẽ iniustis.

289 AMPLIA VIII. vt possit quis allegare causas absentiæ, etiam q Statuta dicerent, q lapso termino banni non recipiatur aliqua defensio, secundum Rub. Alexandr. in l penul. §. ad crimen, num. 198. & seqq. ff. de publ. iud. duplici ratione: Primo, quia defensio est de iure naturali, & sic non potest tolli per Statutum: secundo, quia Statutum denegans defensionem elapso termino banni, intelligendum videtur de plena defensione, non autem de ista, per quam apparebit bannitum non fuisse contumacem. Marian. Soci. in c. veniens, num. 161. extr. de accusat. vbi post Bal. quem allegat, in d. §. publicè, idem dicit stante Statuto, q quilibet habeatur pro confesso, nisi comparuerit per se ipsum, quia adhuc admittetur excusator. Quod & idem voluit Rub. Alexand. vbi supra, num. 213. in fi. subdens, q si non-obstante allegatione excusatoris, Iudex pro cesserit ad vlteriora, processus erit nullus. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 53. Vbi, q Statutum Ferrariæ volens in vitijs carnis non admitti defensorem, etiam allegantem causam absentiæ, intelligendum est de causis absentiæ probabilibus, non autem de necessarijs. Immò q nec huiusmodi Statutum trahatur ad causas absentiæ non solum necessarias, sed etiam probabiles videtur annuere idem Menoch. d. q. 80. num. 55. & 56. in fin. ex Ias. quem allegat in cons. 144. lib. 4. Ad quæ vide etiam idem tenentẽ Baiard. in addit. ad Clar. q. 34. nu. 8.

290 Quamuis contrarium, q immò Statuto prohibente, & tollente omnem defensionem, & quamlibet iustificationem, nisi inquisitus personaliter compareat. tunc nec etiã admittatur allegans causas absentiæ, post Ruin. quem allegat, tenere videatur Monticell. reg. crimin. 13. n. 16. vers. Item verum.

291 AMPLIA IX. vt admittatur allegatio absentiæ ne dum probabilis, sed etiam voluntariæ, prout dixi supra in tit. de Inquisit. q. 11. num. 52. vers. Prima impedimenti iustissima causa, &c. in prin. Et voluit Alber. in l. seruum quoque. §. publicè, num. 9. ff. de Procurat. Vbi arguit pro, & contra, & postea testatur se vidisse seruari, vt admittantur omnes absentiæ etiam voluntariæ, nisi constet de fraude. Clar. in pract. §. fin. q. 34. in prin. vbi dixit absentiam aliquando necessariam, & probabilem simul. Aliquando necessariam tantum. Aliquando probabilem tantum. Et aliquando etiam voluntariam. Et postea num. 2. in vers. sed pone, refert, & sequitur Alberic. in loco præcitato.

292 AMPLIA X. vt stante allegatione absentiæ Iudex debeat differre processum, & sententiam, prout dixi in d. tit. de Inquisit. q. 11. par. 1. & est tex. in l. pen §. ad crimen, in vltimis Verbis. Ibi, *sententiam differunt*, ff. de publ. iud. & ibi etiam adnotauit, Ang. in summ. Imol. num. 10. Fulg. num. 3. in fin. vers. Item si essent. Vbi loquitur in causis absentiæ necessarijs, & num. 4. Bened. de Plumb. nu. 1. in 5. notab. & Rub. Alexandr. num. 111. in 3. notab. Marian. Socin. in c. veniens nu. 160. extr. de accusat. Ant. de Canar. in tract. de excusatore par. 2. nu. 11. quæst. 79. Cyril. in sum. crim. rub. 10. de procurat. §. 1. num. 2. fol. mihi 51. colum. 1. Clar. in pract. § fin. q. 34 in princ. Vbi loquitur, quando allegatur absentia necessaria, & probabilis simul, vt puta, ex causa Reipublicæ.

293 AMPLIA XI. vt stante eadem allegatione absentiæ Iudex debeat dare terminum competentem ad perquirendum, certiorandum; & præsentandum absentem, præsertim si talis terminus petatur. Quo lapso tutè poterit ad vlteriora procedere. Quòd si non concesso tali termino, vlterius processerit, malè facit, & processus est nullus, vt mox dicam. Et dixi etiam in tit. de Inquisit. q. 11. n. 52. vers. Prima impedimenti, &c. Quibus addo Alber. idẽ tenentem in l. seruum quoque. §. publicè, num. 10. versic. Item quæro, q sit officium Iudicis. ff. de Procurat. Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 2. num. 14. q. 22. vbi tamen, q prius debet producere fidem de absentia, iuxta ea, quæ supra dixi, num. 12. in 20. q. Quòd si excusator post terminum assignatum dicat se diligenter inquisiuisse, & non potuisse interuenire, Iudex tutè procedet ad vlteriora. Quod & idem voluit Foller. in pract. crimin. in verbo *audiantur excusatores*, num. 14. Clar. in pract. §. fin q. 34. in fin. principij, & vers. seq. num. 2. Vbi ampliat, talem terminum esse concedendum, siue allegetur absentia probabilis, aut necessaria, siue etiam simpliciter dicatur reum esse absentem. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 40. num. 6. & seqq. Vbi, q istud tempus ad perquirendum Iudicis arbitrio relinquitur, longior enim terminus dari debet, si cõstet absentem extra prouinciam profectum fuisse, quam si ex prouincia non fuit egressus. Et quando hoc ignoratur, non præsumitur exiuisse ex prouincia. Ideò breuior terminus assignandus erit ex And. de Isern. in loco per eum citato. Quem etiam in proposito refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 8. num. 4. & seqq. Boss. in tit. An in criminali iudicio vers. & conclusio est. Baiard. ad Clar. in pract. q. 34. num. 2. vbi q competens terminus

dicitur

dicitur ad rationem viginti miliarium pro quolibet die, & vltrà arbitrio Iudicis ſecundum qualitatem perſonarum, & locorum. In nauigationibus autem competens terminus dicitur ſecundum ſolitum illius nauigationis ex Menoch. quem allegat.

294 AMPLIA XII. Quia ſi Iudex non obſtante allegatione abſentiæ, aut impedimenti proceſſerit ad vlteriora, proceſſus aut eſt nullus ipſo iure, aut ſaltem ope reſtitutionis reſcindendus, prout etiam probaui in tit. de Inquiſit. q. 11. ſub num. 50. & ſeqq. in diſcurſu par. 1. Vbi de ſingulis impedimenti cauſis pertractaui, & præſertim, num. 52. ſub verſ. Prima impedimenti, &c. Vbi in ſpecie poſui cauſam abſentiæ, & illis nunc addo Bart. in l. ſeruum quoquè, §. publicè. num. 7. ff. de Procurat. Vbi dixit, quòd ſi conſtat Iudici de impedimento, proceſſus factus contra abſentem non contumacem, eſt ipſo iure nullus. Fulg. ibidem num. 6. ad med. verſ. Quibus autem caſibus. Vbi, ꝙ ſi caſus abſentiæ allegatur Iudici, proceſſus ad vlteriora eſt ipſo iure nullus; ſi verò non allegatur, opus eſt in integrũ reſtitutione. Rub. Alexãd. in l. penul. §. ad crimen, nu. 119. ff. de publ. iudic. Vbi videtur tenere. quòd quamuis allegans cauſas abſentiæ offerat ſe illas incontinenti probaturum, non tamen proceſſus eſt ipſo iure nullus, niſi & à tali proceſſu ad vlteriora fuerit appellatum, & n. 120. Vbi amplius etiam, ꝙ fuerit appellatum, quòd adhuc per Iudicem præſumitur, niſi appellatio aliunde iuſtificetur, ſed vide eundem ibidem num. 213. Vbi dixit, quòd quando Iudex proceſſit ad vlteriora neglecta oblata probatione ſuper cauſis abſentiæ, & impedimenti, proceſſus eſt nullus, & etiam remanet parti ſaluum ius petendi reſtitutionem in integrum, quod & idem traditur per Ant. de Canar. in tract. de excuſatore, par. 2. num. 21. quæſt. 29. Anchar. in c. veniens, num. 4. extr. de accuſat. Vbi, quòd ſi Iudex ſciuit impedimentum, proceſſus eſt ipſo iure nullus. Marian. Socin. ibidem. num. 170. Vbi, quòd ſi Iudex nollet admittere excuſatorem allegantem abſentiam, ſeu impedimentum, poſſet appellari, vel proceſſus eſſet nullus, & num. 178. Vbi, quòd ſi Iudex non obſtante, quòd ſi offeratur in continenti probatio ſuper abſentia, & impedimento, ad vlteriora proceſſerit, debet à tali proceſſu ad vlteriora apellari, aliter proceſſus non erit nullus, licèt aduerſus illum poſſit peti in integrum reſtitutio, & num. 180. Vbi remiſſiuè de materia. Boſſ. in titu. An in criminali iudicio, num. 10. Vbi ſequitur Marian. Soc. in loco præcitato, & n. 11. verſ. & concluſio eſt. Vbi, quòd ſi excuſator non offert ſe probaturum cauſas impedimenti, valet ſententia, ſubuenitur tamen impedito, aut per viam appellationis, aut reſtitutionis in integrum propter iuſtum impedimentũ. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 34. in prin. Vbi, quòd ſi allegatur abſentia, & probabilis. Iudexq; ea non obſtante procedat ad vlteriora, proceſſus erit ipſo iure nullus. Franc. Marc. deciſ. 616. num. 3. vbi ꝙ valet proceſſus, ſi non offeratur probatio allegatæ abſentiæ, ſuccurritur tamen reo per beneficium reſtitutionis in integrum. Ad quæ vide etiam Monticell. reg. crim. 13. num. 49. verſ. dicas, ꝙ cautela eſt fol. mihi 130. col. 1. Baiard. qui alios refert Doct. in in addit. ad Clar. q. 34. num. 4. & ſeq.

295 LIMITA I. propoſitam regulam procedere, dummodo abſentiæ, ſeu impedimenti cauſa, quæ allegatur, fuerit iuſta. Tunc enim omnia propoſita benè locum habent cum ſic de iuſta cauſa loquatur tex. in l. penult. §. ad crimen, ff. de publ. iud. in illis verbis: *Et ſi iuſtam rationem habent*, & pariter de iuſtis cauſis loquuti ſunt Alber. poſt num. 6. Ibi, *Et alias iuſtas cauſas abſentiæ*. Ang. in ſumm. Maria. in c. veniens, num. 137. verſ. ſed tu aduerte, & nu. 139. verſ. ſi verò non latitaret, extr. de accuſat. Ant. de Canar. in tract. de excuſatore, par. 2. nu. 7. Vbi ponit, & exemplificat iuſtas impedimenti, & abſentiæ cauſas, de quibus particulariter dixi in 1. par. tit. de inquiſit. q. 11. nu. 50. & ſeqq. Ergo ſecus, ſi cauſæ abſentiæ, vel impedimenti fuerint iniuſtæ, prout adnotauit glo. in d. l. penult. §. ad crimen, in Verbo, *Et ſi iuſtam rationem*. Et ibi etiã Bened. de Plumb. nu. 40. in 12. oppoſ. per tex. in l. abſentem. §. 1. ff. de pœn. & alijs ibi per eum allegatis, & eſt bonus tex. in c. veniens, in verbo *friuolus* ext. de accuſat. & ibi Hoſtien. num. 3. verſ. ſed ſi cauſæ friuolæ ſunt. Et paulò infra in verbo *excuſator*. Maria. Soc. num. 21. in 8. notab. & num. 17. verſ. ſi verò reus, & nu. 139. verſ. aduerte tamen, extr. de accuſat. Ant. de Canar. in tract. de excuſatore, par. 2. nu. 8. Vbi particulariter, An impedimentum contingens culpa abſentis dicatur iuſtum, vel iniuſtum, & nu. 14. Vbi, ꝙ ſola allegatio abſentiæ non probat iuſtum impedimentum, niſi etiam concludat iuſtam eiuſdem abſentiæ rationem, ex qua ſcilicet oriatur impedimentum, & impoſſibilitas non comparendi, vt quia ſit abſens vltra mare, vel in loco longinquo, ſecus autem ſi probetur ſola abſentia, quia tunc illa non inducit iuſtam comparendi cauſam: & ideo non attendenda, vt ibi per eum, quem etiam refert, & ſequitur Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 8. nu. 7. & ſeqq. Blanc. in pract. crim. §. verum quia. nu. 45. fol. mihi 19. Cyrilli. in ſumma crim. rub. 10. de Procurat. §. 1. nu. 2. fol. mihi. 51. col. 1. Vbi iniuſtam, & calumnioſam abſentiæ cauſam eã dicit, quãdo reus ex puro voluntatis motu abeſt. Menoch. de arbit. qq. lib. 1. q. 80. ſub. num. 52.

296 LIMITA II. eandem regulam multo minus procedere, quando cauſa abſentiæ, ſeu impedimenti eſſet procurata, & cum fraude poſt delictum, ne à curia delinquẽs caperetur, quia tunc illius allegatio non ſuffragatur, prout dixi in tit. de Inquiſit. q. 11. num. 52. ſub verſ. Prima impedimenti iuſtiſſima cauſa, &c. & illis addo Alberic. in l. ſeruum quoquè. §. publicè, nu. 9. in fine, verſ. ſi autem de fraude appareat. ff. de Procurat. Ant. de Canar. in tract. de excuſatore, par. 2. num. 8. Vbi ponit exemplum in eo, qui abſens à loco, in quo citatur, procurauit ſe capi, & carcerari à Magiſtratu illius loci, in quo commoratur ad effectum, vt excuſetur à comparendo in loco, in quo citatur (de quo etiam dixi d. q. 11. num. 54. verſ. Illa propterea diſtinctio, & verſ. ſeq.) & num. 9. Vbi de eo, qui ſe abſentauit propter commiſſum delictum, ne caperetur, dicitque, talem fugam ſic affectatam non præſtare iuſtam non comparendi cauſam, niſi poſt eam aliud ſuperueniat impedimentum. Clar. in practic. §. fin. quæſtio. 34. num. 1. verſic. ſed. pone. Vbi, quòd quando apparet de fraudolenta abſentia, non conceditur terminus ad perquirendum, nec ſuperſedetur, & ꝙ malitioſè dicitur allegari abſentia, quãdo delictum eſt de recenti commiſſum, & apparet, quòd citatus viſus fuit in loco delicti, eo die, quo commiſſum fuit, vel die præcedẽti, aut ſeq. & quòd ita ſeruatur ex Carauit. quem allegat ſuper ritu magnæ Curiæ 166. num. 7. Vbi etiam ponit, quòd ſi delictum nõ fuit de recenti commiſſum, dicitq;, quòd debet dari terminus ad perquirendum, etiam ꝙ citatus in die commiſſi delicti, vel etiam poſt, eo loci viſus fuiſſet, quia facilè potuit eſſe, ꝙ poſt aliquos dies inde receſſerit, Fran. Marc. deciſ. Delphin. 616. nu. 1. & ſeq. par. 2. Vbi eam credidit fraude factam abſentiam, quæ. ſ. poſt delictũ, & propter delicti ſuſpitionem ſucceſſit, & ibi videtur hoc ampliare, etiam quòd quis abſit ex cauſa publica, puta, quod ſit ſeu Gubernator, ſeu in aliquo offitio, & præſertim, quando talis abſentia interceſſit poſt inchoatam inquiſitionem, Baiard. ad Clar. q. 34. nu. 10. & ſeqq. Vbi confirmat dicta per Clar. in loco præcitato. Et inſuper dicit, quòd abſentia præſumitur malitioſa, quando inquiſitus vel ſe abſentauit, poſtquam fuit perſonaliter citatus, vel poſtquàm ſemel fuit in iudicio, ex Gemin. Innoc. & Carau. in locis per eũ relatis.

297 Quamuis Rub. Alexandrin. in l. penult. §. ad crimen, num. 213. ff. de publ. iudic. ex Bart. quem allegat, ſumat ad annullandum proceſſum, vt ſtatim quòd quis commiſerit homicidium, vel delictum, proficiſcatur ad partes remotas, & mittat aliquem ad allegandum cauſas abſentiæ, quia tunc credidit ipſe (ſed labitur) proceſſum eſſe nullum, etiam quòd adſit Statutum, quòd cõtumax habeatur pro confeſſo. De qua cautela etiam mentionem fecit Marian. Socin. in cap. veniens, nu. 179. ext. de accuſat. licèt dicat ſe non conſulere alicui, vt fraude vtatur. Et quãuis etiam ſimilem cautelam, poſt Marſil. quem allegat, ponat Menoch. de arbit. queſt. lib. 1. q. 80. nu. 51. de eo, videlicet, qui ex loco commiſſi criminis recedens, procuret

ret in alio loco ex causa pecuniaria carceri, & deinde Procuratorem transmittat ad locum, vbi accusatur; quam cautelam etiam refert Monticell. reg. crim. 13. nu. 49. versic. alia est cautela, fol. 129. col. 2. & fol. 130. colum. 1. versic. dicas, &c. Vbi ponit aliam cautelam, de qua per Bart. & Rub. in loco præcitato.

298 LIMITA III. quia allegans causas absentiæ non admittitur sine iuramento calumniæ, secundum Ioann. Andr. & Guid. de Suzzar. in locis relatis per Adden. ad Bart. in l. seruum quoq; §. publicè, num. 6. litera A. ff. de Procurat. Alberic. ibidem num. 13. Vbi arguit pro, & cōtra, & in hac residet opinione, dicitq; quòd hoc iuramentum non est propriè iuramentum calumniæ, sed est iuramentum malitiæ. Rub. Alexand. in l. penult. §. ad crimen, num. 117. ff. de publ. iudic. Cyrill. in summa crim. rub. 10. de Procurat. num. 2. in fine, vers. absentium præterea excusatores, fol. mihi 51. colum. 2.

299 LIMITA IV. quia ad effectum impediendi processum contra absentem, & multò magis ad effectum reddendi nullum processum fabricatum, seu etiam ad effectum concedendi restitutionem in integrum, ex causa absentiæ, aduersus sententiam latam, non sufficit allegasse absentiam, seu impedimentum, sed necessaria est etiam illius probatio, secundum Alberic. in l. seruum quoquè. §. publicè, num. 9. vers. Item quæro, an sufficiat allegare. ff. de Procurat. Vbi arguit pro, & contra, & postea dicit ita seruari reprobato Guliel. contrariū tenēte, & ibi ēt Ang. num. 5. in princ. Paul. de Castr. num. 10. ad finem. Vbi quòd Iudex non tenetur admittere causam absentiæ, si solum allegaretur, & non probetur, sed si vult, potest, dummodo caueatur de præsentando, Innocen. in cap. veniens, num. 1. in verbo *excusationem*, extr. de accusat. & ibi etiam Marian. Socin. num. 160. Clar. in pract. §. fin. q. 34. vers. 1. post med. Vbi quòd quando allegatur causa probabilis absentiæ, vt puta, ex causa studiorum, mercaturæ, vel peregrinationis ob deuotionem, vel huiusmodi ad hoc, vt Iudex statuat terminum ad perquirendum, debet ipsi fieri fides absentiæ. Et idem repetit in vers. seq. num. 2. & 3. vers.

300 sed nunquid. Vbi refert Alberic. in d. §. publicè. Dicit tamen quācunque leuem probationem sufficere. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 1. quæst. 80. sub num. 49. ex Ruin. quem allegat. in cons. 118. num. 8. lib. 5.

301 Probatur autem absentia per famam, secundum Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo. *per edictum*, num. 8. per text. in Auth. de exhiben. reis §. si verò collat. 5. Itē probatur per discussionem, seu diligentiam fiendam per Nuncium, seu Nuncios, quia prout discussio fit de bonis, ita etiam fieri potest de personis, secundum Bart. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infect. Item Iudex potest, & debet se de absentia informare summariè, & parte non citata, secundum Bart. in loco præcitato, sequitur Ant. de Canar. qui hæc omnia ponit, & comprobat in tract. de excusatore, par. 2. num. 12. q. 20. quem pariter sic dicentem refert, & sequitur Franc. Marc. decis. 626. nu. 3. & Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 80. num. 51. in fine, & Mascard. de pbat. lib. 1. conclus. 8. nu. 5. 6. & 12. Vbi etiam quòd qualitas absentiæ, an sit intra prouinciam, vel extra, probatur coniecturis. Addo eundem Anto. de Canar. vbi supra num. 16. quæst. 24. Vbi ponit Doctorū opiniones, An scilicet impedimentum ex absentia surgens probari debeat plenè, vt puta, per testes, vel instrumenta. An verò simpliciè, & an coniecturis. Et tandem videtur concludere id totum relinqui arbitrio Iudicis, qui considerata qualitate personę, & impedimenti, & alijs adminiculis, quandoq; exigit plenam probationem, & quandoque minorem.

Immò secundum Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 34. num. 8. seruatur in practica, quòd simpliciter allegata absentia per quemcumq; etiam nulla facta probatione, datur per Iudicem terminus ad certiorandum, seu perquirendum, vt supra.

Quòd potissimum procedet adhibito iuramento per allegantem absentiam, secundum Ant. de Canar. in tract. de excusatore, par. 2. num. 16. q. 24. & Specul. in loco per eū citato. Si tamen ita Iudici visum fuerit ea qualitate persona, & vicinitate loci, vt ibi per eum Clar. in pract. §. fin. q.

302 34. num. 3. vers. sed nunquid. Vbi quo ad effectum concedendi terminum ad perquirendum, sufficit probatio absentiæ, vel iuramentum excusatoris, ex Foller. & Carauit. in locis per eum relatis.

303 Quamuis contrarium, quòd immò non credatur iuramento excusatoris, sed quòd absentia, & impedimentum sit alio modo probandum. Maria. Socin. in cap. veniens, num. 160. extr. de accusat.

Perfecta fuit hæc quæstio ad laudem Dei, die 24. Decembris 1598. quæ fuit Vigilia Natiuitatis Iesu Christi nostri Redemptoris. In qua die Tiberis flumen Vrbem inundauit, fuitque inundatio talis, vt nullam vnquam maiorē fuisse hominū memoria tradiderit plures dirutæ domus, deuastati pontes, pluresque homines suffocati, animātia plura in flumine submersa, vina, olea, frumenta, merces, pleraque alia bona à flumine asportata. horrendum omnibus spectaculum, ac inæstimabile damnum pertulerunt. S. D. N. Clemente Octauo tribus ante diebus ex Ciuitate Ferrariæ ad Vrbem incolume reuerso, ascendit hoc flumen ad gradus sexdecim scalarum Palatij Illustriss. & Eccell. D. mei Ioan. Angeli, ab Altemps Ducis Gallesij positi in regione pontis in platea Turris Sanguineæ.

ARGVMENTVM.

Causa quando dicatur Criminalis, quando Ciuilis, & quando Mixta.

SVMMARIVM.



Ausa criminalis differt à Ciuili, & è contra pluribus modis, & talis differentia operatur plures, ac diuersos effectus, de quibus remissiuè, num. 1. & 2.

Causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna corporali, num. 3.

Causa dicitur criminalis, quando agitur ad publicam vindictam, nu. 4. licèt alij contra, num. 5.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad priuatum commodum, & interesse, siue ex contractu, siue etiam ex crimine agatur, num. 6. licèt aliqui isto casu, causam esse non ciuilem, sed mixtam dixerint, num. 8.

Actio criminalis, & ciuilis oritur ex omnibus delictis, tam publicis, quàm priuatis, Criminalis, scilicet, ad publicam vindictam. Ciuilis autem ad prosequutionem rei familiaris, num. 7.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad separationem thori propter adulterium, num. 9.

Causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna applicanda fisco, si verò agatur de pœna applicanda parti, dicitur ciuilis, & non criminalis, num. 10. & 12. & 15. licèt aliqui, num. 11. dixerint causam esse ciuilem, quando agitur de pœna pecuniaria fisco applicanda, & num. 13. & 14. aliqui è contra dixerint causam dici criminalem, etiam quòd pœna applicetur parti.

Criminalis an dicatur causa, quando agitur contra furem, qui gratiam habuit de delicto, ad restitutionem rerum furatarum, num. 14.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur per viam exceptionis incidenter, & non principaliter, num. 16. Declara; quando agitur non ad puniendum, sed solum ad repellendū à iudicio, secus si etiam ad puniendum per modum reconuentionis, & reaccusationis, num. 17.

Pœna quando sit applicanda fisco, & quando parti, & de materia, num. 15. in fine.

Causa dicitur criminalis, quando crimen deducitur in iudicium, vt acrius puniatur, quam potest pœna ordinaria, siue applicetur fisco, siue parti. Ciuilis autem, quando crimen non sic directè deducitur, vt acrius puniatur, sed tantum, vt puniatur pœna extraordinaria, vt puta, à priuatione beneficij, num. 18. Sed contrarium est verius, vt num. 19. & 20.

Causa

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad pœnam remotionis ab aliquo officio, seu administratione, num. 21. Licèt ibidem aliqui contradixerint. Declara hanc conclusionem, nisi agatur de priuatione officij publici, quia tunc etiam criminaliter agi dicitur, num. 22. Subdeclara hanc declarationem, vt, num. 23. & rursus iterum declara dictam conclusionem, vt procedat, quando agitur ad priuationem officij, seu administrationis propter culpam, secus si propter dolum, quia tunc etiam causa dicitur criminalis, num. 24.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad priuationem beneficij, num. 25. Licèt alij contra num. 26. Limita primo, nisi pœna priuationis beneficij esset extraordinaria pœna delicti, de quo agitur, nec alia imponeretur, quia tunc causa dicitur criminalis, & non ciuilis, num. 27. Limita ij. quando agitur ad pœnam depositionis, quia tunc etiam causa dicitur criminalis, num. 28.

Causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna infamiæ, nu. 29.

Causa dicitur criminalis, siue agitur per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis, num. 30. Et quid vbi etiam de iure ciuili, & quid de iure canonico.

Causa an dicatur criminalis, vel ciuilis, quando agitur per viam denunciationis, num. 31.

Causa non dicitur criminalis, sed ciuilis, etiam quòd agatur nomine fisci, si actio qua intentatur, est ciuilis, vt puta, petitio hereditatis. Indigni, pœna conuentionalis, & similis, n. 33 & 33.

Causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad pœnam prouenientem, ex illicito contractu, num. 34. Limita procedere, quando agitur ad instantiam partis & ad pœnam parti applicandam, secus ad instantiam fisci, et ad publicam vindictam, num. 35.

Causa dicitur criminalis, & nõ ciuilis, quãdo agitur vigore Statuti prohibentis alienationes in forenses, sub pœna fisco applican-da, n. 36

Causa dicitur criminalis, quando agitur de damno dato in agris, vel animalibus alienis, num. 37.

Causa turbatiua dicitur criminalis, & non ciuilis, num. 38. & 40. Licèt alij contra, num. 39. Amplia primo, multò magis, quando interuenit ius publicum, aut priuatum, num. 41. Amplia ij. multò magis si turbatiua punitur ab aliquo Statuto, seu Constitutione, num. 42. Limita primo, quando pro turbatiua quis intentasset non criminalem actionem, sed ciuilem, quàm potest, num. 43. & 44. Limita ij. Conclusionem procedere, quando pro turbatiua quis simpliciter ageret criminaliter ad pœnam, secus si insimul criminaliter ad pœnam, & ciuiliter ad desistentiam à turbatione ageret, quia tunc causa dicitur mixta, & non criminalis, num. 45. Licèt alij contra, num. 46. Limita iij, quando à Statuto imponitur pœna, partim fisco, & partim parti applicanda, quia tunc dicitur causa mixta, & non criminalis, num. 47. Contra, num. 48.

Statutum si positum est inter causas criminales, reputatur, quòd loquatur de causis criminalibus. secus si sit positum inter causas ciuiles, num. 49.

Causa non dicitur criminalis, nec etiam ciuilis sed mixta, quando pena partim applicatur fisco, & partim parti, num. 50 Contra quod in isto casu Causa reputetur non mixta, sed criminalis, nu. 51. præsertim quando pœna partim applicatur fisco, & partim accusatori, num. 52.

Pœna, quando partim fisco, & partim parti offensæ applicatur, tunc tota pœna debet venire ad manum fisci, & ex illius manu pars offensa debet habere partem suam, num. 53.

Causa dicitur mixta, quando insimul agitur ciuiliter ad commodũ, et interesse partis, & criminaliter ad publicam vindictam, num. 54. Contra, num. 55. Distingue vt num. 56.

Inditium quando dicatur criminale, & quando ciuile, num. 57.

QVÆST. C. CAPVT I.

1 ÆPISSIME etiam dubitare contingit: proposita ab vno quæstione criminali, post ciuile iudicium, ab altero intentatum, & è contra. An in ciuili iudicio supersedendum sit, donec pendeat criminale. Et subsequenter etiã. An proposita ab aliquo ciuili actione, possit idẽ agens criminale intẽtare iudiciũ, & vnũ cũ altero cumulare. De his ergo nos verba facturi in huius q̃stionis capite primo præsciendum duximus. Quando causa dicutur criminalis. Quando ciuilis, & quando mixta. Hoc enim

2 scire vtile erit, non solùm pro faciliori cognitione propositæ quæstionis, sed etiam ad plures aliàs contingibiles controuersias. Cum inter ciuiles, & criminales causas multæ sint differentiæ, varijque iuris effectus, de quibus pro nunc sufficiat lectorem remittere ad Marant. de ord. iud. in princ. par. 4. distinct. 1. num. 33. & seqq. Vbi huius cognitionis ponit quatuor vtilitates, Clar. in pract. §. fin. quæst. 1. in princ. Vbi pariter ponit quatuor vtilitates. Adden. ad Constitut. March. lib. 5. cap. 94. Vbi etiam ponuntur nouem differentiæ inter causas ciuiles, & criminales; & in hoc procedendo per conclusiones.

3 PRIMA sit conclusio, de qua nullus dubitat, quòd causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna corporali, & pro hac conclusione allegatur glo. in l. si qua per calumniam, in princ. in verbo *auri*, C. de Episc. & Cleric. & in l. qui sepulchra, in verbo *videtur*, vers. vel alias. C. qui sepulch. violat. & in l. obseruare. §. proficisci, in fin. gloss. magnæ, versic. tu dic tutius. ff. de offic. Proconf. & legat. Bart. in l. 1. num. 1. C. quando ciuil. act. crim. præiud. Dec. in rubr. de iudic. num. 94. in 1. lectura, Maran. de ord. iud. par. 4. in princ, distinct. 1. num. 2. versic. hinc est. Vbi de vera, & communi opinione Barbat. in tract. de Testibus par. 3. post num. 2. Grat. cons. 80. nu. 5. lib. 2. Blanc. in pract. crimin. vers. visis inditijs, num. 158. versic. criminale, &c. fol. 61. Vestr. in pract. §. fin. quest. 1. versic. primus est. Vbi quòd hoc casu nulla est controuersia inter Doctores, quin tale iudicium dicatur criminale.

4 SECVNDA sit conclusio, quòd quando agitur ad vindictam publicam, causa dicitur criminalis, & non ciuilis, secundum Anton. de Butr. in rubr. de iudic. colum. 1. post medium, versic. causa criminalis, & ibi etiam Aret. num. 21. Vbi quod hæc est communis conclusio. Dec. nu. 96. in fine, vers. si verò ad vtilitatem publicam, & in 2. lectura, num, 52. vers. & cum ista opinione Rip. num. 92. & Bero. num. 69. Maran. de ord. iudic. par. 4. in prin. distinct. 1. num. 2. vers. causa verò criminalis, & num. 24. post med. Barbat. in tract. de Testib. par. 3. num. 2. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthæsil. sing. 70. in princ. Vestr. in pract. lib. 3. cap. 2. num. 2. Clar. in pract. §. fin. quæst. 1. vers. ex quorum omnium dictis. vbi de communi. & vers. ego tamen. vbi benè explicat delicta, in quibus agitur ad publicam vindictam. Bertazz. consil. 399. num. 5. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 463. num. 3. Sigismun. Sccac. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 6. in princ.

5 Quamuis contra hanc conclusionem facit text. in cap. per tuas, de simon. in fine. Vbi non ad commodum priuatum, sed potius ad publicum agitur, & tamen dicitur ciuiliter agi, prout ad propositum illum text. sic inducit Bero. in rub. de iudic. num. 62. versiculo Item omnes opiniones.

6 TERTIA sit conclusio præcedenti contraria, quòd quando agitur non ad publicã vindictam, sed ad commodum priuatum, siue ex contractu, siue etiam ciuiliter ex crimine, causa dicitur ciuilis & non criminalis, tex. in l. in famam. ff. de publ. iudic. Anto. de Butr. in rubr. de iudic. colum. 1. post med. vers. causa ciuilis, &c. Dec. ibidem num. 96. in fin. vers. & concludendo, in 1. lectura, & in 2. num. 52. versic. & cum ista opinione. Rip. num. 92. & 99. Bero. num. 69. Firma. in repert. verbo causa criminalis, num. 11. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 2. Barbat. in tract. de testibus, par. 3. num. 1. in fin. Vbi in id allegat Bart. post Iacob. Butrig. in l. causas, vel lites. C. de transact. Rota decis. 19. aliàs 226. incip. Nota quòd vbi agitur de crimine, titul. de iudic. in antiquis. Vbi propterea infert, quòd Iudex delegatus ad causas criminales non habet cognitionem huius causæ. Ioseph. Ludou. conclus. 71. versic. si verò agitur ciuiliter. Vbi alijs relatis testatur de communi opinione, Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthæsil. sing. 70. in princip. Blanch. in pract. crimin. §. visis inditijs, num. 158. in prin. fol. 61. & nu. 159. in fin. fol. 62. Vestr. in pract. lib. 3. c. 2. nu. 2. Clar. in pract. §. fi. quæst. 1. vers. ex quorum omniũ dictis. Vbi

Vbi de communi, & versic. Quartus casus est. Vbi quòd qando solum agitur ad interesse partis, vt puta, ad rei restitutionem, vel refectionem damnorum, & interesse, tunc nulla est difficultas, quin iudicium dicatur merè ciuile. licèt agatur pro delicto. Mascard. de probatio. lib. 1. cōclus. 463. nu. 2. vbi de communi. Sigismun. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. &c. lib. 1. cap. 6. num. 7. versic. & quòd dicatur. Vbi propterea infert, Iudicem criminalem appellationum non posse cognoscere de sententia lata in prima instantia, in qua de crimine fuit actum ciuiliter, & ita in signatura iustitiæ quādoque fuisse obseruatum testatur.

7 Posse enim tàm in iudicijs priuatis, quàm in publicis, etiam ciuiliter agi, & exijs duplicem oriri actionem, vnā scilicet criminalem ad publicam vindictam, & ad pœnā; aliam verò ciuilem actionem in factum pro interesse partis, & ad prosequutionem rei familiaris probat text. in l. fin. ff. de priuat. delict. & in l. fin. ff. de fur. & in l. nihil aliud, ff. de act. & obligat. & in l. 1. vbi sex ponuntur exempla, & ibi gloss. & communiter omnes, C. quando ciuil. actio. crimin præiud. & in l. damus. C. ad l. Corne. de fals. Quæ iura in id benè ponderat Bero. in rub. de iudic. num. 69. Quod & idem probat text. in §. in summa. Instit. de iniur. qui præcipuè loquitur in crimine iniuriarum, de quo in specie dixi infra in tit. de sicar. ac diuer. crimin. q. 105. nu. 27. Idem probat text. cum gloss. in l. nec quicquam. ff. pro socio, & in l. qui nomine, & ibi Bart. ff. de fals. & in l. hodie. §. 1. ff. eod. Quæ iura ad id allegat Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 3. & seqq. vsque ad 12. Vbi ponit exemplum in furto, in homicidio, & in crimune iniuriarum, & benè declarat, quando istis casibus dicatur agi criminaliter, & quando ciuiliter. Alia enim ponit exempla, eaque singula iurium authoritatibus comprobat glo. in l. interdum, in verbo *Aquilia*, ff. de publ. iudic. & ibi etiam Imol. num. 1. vers. nam cum regula sit ff. de vi. bon. rapt. Blanc. in pract. crim. §. visis inditijs, num. 159. fol. 62. Vbi pariter declarat, quando dicatur agi criminaliter, & quando ciuiliter in crimine iniuriarum. Clar. in pract. §. fin. quæst. 1. vers. ego tamen. Vbi benè explicat delicta, in quibus oritur tantum actio ad publicam vindictam, & ex quibus oritur etiam actio ad priuatum commodum, & interesse, & in vers. Item scias. Vbi pariter benè declarat, quomodo quis dicatur criminaliter, aut ciuiliter agere, & quæst. 2. in princ. Vbi testatur hoc apud Iuris peritos haberi pro expedito, ex Pontan. in loco per eum relato, & in crimine iniuriarum, quòd possit criminaliter, & ciuiliter agi, dixi inf. q.... num. ....

8 Et quamuis Barbat. in tract. de Testibus, par. 3. num. 1. dixerit causam dici mixtā, & non ciuilem, quando de crimine ciuiliter agitur, durū tn̄ esset in consulendo, & iudicando à dicta conclusione (quæ communis est) recedere. Pro qua faciunt etiam, quæ scripsi supra in antecedenti quæstione, num. 111. Vbi dixi procuratorem admitti pro absente citato, quando de crimine ciuiliter agitur.

9 QVARTA est conclusio, quæ ex præcedenti tertia conclusione infertur. quòd quando de adulterio, seu alio crimine agitur ad separationem thori, causa dicatur ciuilis, & non criminalis, secundum Rip. qui latè explicat materiam in rub. de iudic. num. 100. & ibi etiam ponit, An dicatur mixta, & quo respectu, & est materia, text. in cap. tuæ, de Procurat. Ad cuius intellectum, vide etiam latè differentem Bero. in d. rubr. de iudic. num. 63. & seqq. vsque ad num. 66. Vbi post multa videtur concludere, causam hanc non criminalem, seu mixtam, sed potius ciuilem reputari, & idem confirmat ibidem num. 70. in fine. Quod & idē voluit Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 26. & faciunt pro hac conclusione quæ scripsi sup. in antecedenti quæstione, num. 112. Vbi probaui Procuratorem posse interuenire pro absente citato, quando de crimine agitur ad separationem thori.

10 QVINTA sit conclusio, quòd causa dicitur criminalis, quando agitur de pœna applicanda fisco, si verò agitur de pęna applicanda parti causa dicitur ciuilis, fuit opinio gloss. in l. 2. in princip. in verbo *aureorum*, ff. de sepulchr. violat. Bart. ibidem nu. 1. Vbi relatis alijs opinionibus, dixit, quòd huius gloss. opinionem teneut omnes. Sequitur ibidem Alexand. in addit. litera C vers. sed ista sua doctrina. Ibidem Bart. in l. 1. num. 1. C. quando ciuil. act. crimin. præiud. Anton. de Burr. in rubr. de iud. colum. 1. ante finem, versic. & quòd pœna pecuniaria. Felyn. ibidem num. 1. Aret. num. 21. Vbi quòd hæc est cōmunis conclusio, Dec. num. 95. & seq. in prima lectura. Vbi licèt multa contra hanc opinionem communem deducat, & ob id credat, non posse præcisè dari in hac materia certam doctrinā. dicit tamen illi, tanquàm minus periculosæ inhærendum esse, & in secunda lectura num. 52. vbi quòd communis opinio sibi placet, Rip. num. 92. & seqq. vsque ad num. 97. vbi latè disputat de veritate huius conclusionis, eamque à contrarijs defendit, ac testatur, quòd legistæ communiter illam sequuntur. Firma. in suo repertorio, in verbo *causa criminalis*, num. 5. Mathæsil. singul. 70. in prin. Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. distin. 1. num. 2. versic. Idem si aliquis, Vbi de verissima, & communi opinione Barbar. in tract. de Testibus par. 3. nu. 1. versic. quando autem, & num. 2. in Princ. & in fine. Vbi hanc conclusionem fatetur communem, licèt num. 4. vt mox eum referam, contrariam dixerit veriorem. Grat. consil. 80. num. 5. lib. 2. & consil. 136. num. 9. eod. lib. Gabr. Sarayn. in additio. ad Matthæsil. sing. 70. in prin. versic. ex quo infertur. Vbi de communi, & respondet contrarijs Blanc. in pract. crim. §. visis inditijs, num. 158. versic. tertia, & vltima opinio, fol. mihi 61. in fine. vbi quòd hæc opinio est comminiter recepta, Foller. in pract. crim. in verbo, *audiātur excusatores*, nu. 174. & 176. Vestr. in pract. lib. 3. cap. 2. num. 2. versic. idque si corporalis sit, siue pecuniaria. Pereg. de iure fisci, lib. 4. tit. 8. rubr. de pœn. & mulct. num. 6. & 8. Viui. opi. 172. num. 3. vbi alios refert testantes de communi opinione. Clar. in pract. §. fin. q. 1. vers. quarta igitur fuit opinio. Vbi plures alios, & antiquiores, & recentiores Doctores testantes de communi opinione refert, & vers. ex quorum, &c. vbi dixit ab hac communi opinione in consulendo, & iudicando nullo pacto esse recedendum, prout etiam. & ipse testatur de magis communi in versic. secundus autem est casus. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu. 265. num. 4. & seqq. Vbi de vera, & magis recepta opinione, & respondet contrarijs Bertazz. consil. 399. num. 2. vbi etiam de communi. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 463. num. 1. vbi de communi. & lib. 2. conclus. 762. num. 9. Ancharan. Reg. quæst. 1. num. 3. par. 1. vbi de communi. Brunor. à Sole in suo compend. iur. vers. causā criminalis, fol. mihi 28. colum. 1. in fin. Vbi quòd ita communiter tenet. Sigism. Scacc. in tract. causar. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 5. & 6. vbi alijs relatis opinionibus hanc amplectitur, tanquam veriorem, & magis communem. Eamq; latè defendi affirmat ab Aret. in pract. cap. 5. num. 14. & seqq. Macabrun. cons. 18. num. 199. & seq. lib. 1. & cum hac conclus. concordat Constitutio Marchiæ, cap. 94. num. 5. & alios allegaui in meo tract. de Testib. quæst. 59. num. 6.

11 Et licèt contra primam partem præfatæ conclusionis allegari soleat gloss. in l. si qua per calumniā, in verbo *auri*, C. de Episc. & Cleric. Vbi tenet causam esse ciuilem, & ciuiliter agi, si pœna imponatur pecuniaria, etiam q̄ fisco applicetur. Quod & idem voluit eadem gloss. in l. qui sepulchra, in verbo *videtur*, vers. vel aliàs. C. de sepul. violat. & in l. 1. in princ. in verbo *ciuiliter*, C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. & in l. obseruare. §. proficisci, in fine gloss. magnæ, versic. tu dic tutius. ff. de offic. Proconsul. & legat. Barbat. in tract. de Testib. par. 3. num. 4. in princ. vbi hanc opinionem testatur esse veriorem. Et hanc contrariam opinionem sequuta videtur Rota decis. 10. incip. An Iudex appellationis, tit. de appellat. in antiquioribus. Vbi ex hoc infertur, quòd Iudex appellationis deputatus in causis criminalibus non potest cognoscere de causa, in qua appellatum fuit in prima instantia, à condemnato in pœnam pecuniariam fisco applicandam, etiam quòd fuerit actum criminaliter, & quòd pœna pecuniaria loco corporalis commutata fuerit, & est magna decis. (licèt vt vides, hæc opinio communiter reprobetur, & si hodie de-

nue

nuo in Rota hæc dubitatio proponeretur, non crederem doctiſſ. illos viros receſſuros à cõmuni.) & hanc Rotæ deciſionem refert Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. q. 82. nu. 3. & 4. & lib. 2. caſu 265. nu. 12. & etiam Sigiſmun. Scacc. de iud. cauſ. ciuil. & crimin. &c. lib. 1. cap. 6. num. 2.

12 Hæc tamen gloſſ. opinio communiter reprobatur, vt videre eſt apud Dec. in rubr. de iudic. nu. 94. in 1. lectura, & ibi etiam Bero. nu. 62. in fi. verſ. tertiæ quoque. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthæſil. ſing. 7. col. 2. verſ. ſecundo contra dictam communem. Vbi in ſpecie reſpondet Barbat. contrarium tenenti in loco præcit. Blanc. in pract. crim. §. viſis inditijs, nu. 158. verſ. ſecunda opinio, fol. 61. Clar. in pract. §. fina. q. 1. verſ. ſecunda verò fuit opinio.

13 Et licèt etiam contra ſecundam partem eiuſdem concluſionis allegari etiam ſoleat gloſſ. in l. lex Cornelia, in princ. in verbo *eorum*, ver. ſolutio hic in criminali. ff. de iniur. Vbi videtur tenere, quòd cauſa ſemper dicatur criminalis, etiam quòd pœna applicetur parti, quandocumque de crimine agitur, ſimilis gloſſ. in §. in ſumma, in verbo *pœna* inſtitut. eod. Et pro hac contraria opinione facere etiam videtur text. in l. fin. ff. de priuat. delict. Vbi criminalis dicitur cauſa, quàmuis pęna parti offenſæ applicetur, prout dicta iura ſic ad propoſitum ponderauit Bero. in rubr. de iudic. nu. 62. in fine, verſ. ſecundo illi obſtat, &

14 verſ. ſeq. & num. 69. verſic. ſecundum genus, & num. 70. vbi expreſsè tenet, quòd quando proceditur per viam accuſationis, cauſa dicitur criminalis, ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti. & facit etiam pro hac opinione, quod voluit Ripa in rub. de iudic. num. 97. & 98. poſt Parid. de Put. in loco per eum citato. Vbi dixit cauſam eſſe criminalem, & criminaliter agi, quando agitur contra furem, qui gratiã habuit de delicto, vt res furatas reſtituat. & ideo poterit iſto caſu fur & carcerari, & torqri, vt ibi p eũ. Et ego aliàs de hoc particulari dixi in pri. par. tit. de inqſ. q. 5. n. 12.

15 Hæc tamen opinio pariter communiter reprobatur, vt videre eſt apud Abb. in rub. de iud. num. 5. verſ. Tertia opinio, & ibi etiam Dec. num. 94. verſ. ſecunda opinio in 1. lectura. Rip. num. 96. verſ. ſecundo amplia. Blanc, in pract. crim. §. viſis inditijs, nu. 158. in prin. pag. 61. Clar. in pract. §. fina. q. 1. in fine princ. & verſic. Quartus caſus eſt.

Et pro hoc complemento huius quintæ concluſionis, ſi ſcire volueris, quando pœna applicetur parti, & quando fiſco, recurre ad Abb. in rubr. de iudic. num. 6. verſ. An autem, & quando, allegat Bart. in l. agraria. ff. de term. mot. & diſtinguit tria membra. Felyn. ibidem num. 2. verſic. Vtrum autem in dubio. Vbi pariter facit ſex concluſiones. Dec. in 2. lectura, num. 55. & ſeqq. omnibus. Vbi in propoſito examinat concluſiones factas per Abba. Rip. num. 102. & ſeqq. omnibus. Vbi facit tres concluſiones, & earum ſingulas pluribus modis ampliat, & limitat, & Bero. num. 64. & ſeqq. Vbi etiam latè de materia, Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. diſtinct. 1. num. 32. vbi remiſſiuè. Pereg. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. rub. de pœn. & mulct. num. 1. & ſeqq. vbi latè Gabr. lib. 7. concl. 16. per totam. Diaz. reg. 424. & 545. Vbi remiſſiuè ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus; & quid de pœna conuentionali, dixi in materia cautionis de non offendendo.

16 SEXTA ſit concluſio, quòd cauſa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur per viam exceptionis, & non principaliter ad pœnam, cap. ſuper his, in fin. extr. de accuſat. Dec. in rub. de iudic. nu. 97. in fine, verſ. ſic etiam, vbi de crimine excipitur, & ibi etiam Rip. num. 96. verſ. contra iſtam ampliationem, & Bero. nu. 68. & 73. Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. diſtin. 1. nu. 24. in fine. & 29. Vbi loquitur quando crimen opponitur contra teſtes ad eos repellẽdũ à teſtimonio, Gabr. Sarayn. in addit. ad Matth. ſing. 70. col. 2. verſic. ſic etiam, vbi de crimine excipitur, Clar. in pract. §. fin. q. 1. num. 5. verſic. ſextus, & vltimus eſt caſus. vbi quòd ita omnes concludunt, & faciunt dicta per me in anteced. quæſt. num. 113.

17 LIMITA hanc ſextam concluſionem procedere, quã do opponitur crimen per viam exceptionis, non ad puniendum, ſed ſolùm ad repellendum à iudicio, prout eſt, qñ opponitur crimen per viam exceptionis, non ad puniendum, ſed ſolũ ad repellendũ Teſtem, vt ad teſtimonium non admittatur. Itẽ qñ opponitur Clerico, vt ad beneficiũ non promoueatur, & his ſimilia. Tunc. n. verũ eſt, q cauſa dicetur ciuilis, & non criminalis, ſecus aũt quan do crimẽ obijcitur, nõ ſolùm ad repellendũ à iudicio, ſed ẽt ad puniendũ per modũ reconuentionis, vel accuſationis, prout videtur tex. in c. cum quis, de reſtitut. ſpol. & adnot. Bero. in d. rub. de iud. n. 73. vbi ẽt ad illũ tex. alios ponit intellectus, Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. diſtinct. 1. nu. 26. verſ. & prædictam opinionem. Clar. in pract. § fin. q. 1. in fi. verſ. ſextus, & vltimus eſt caſus, & q. 19. verſ. per exceptionem, & faciunt pro hac limitatione dicta in anteced. q. nu. 114.

18 SEPTIMA eſt concluſio, quòd cauſa dicitur criminalis, quando directa via crimen deducitur, vt iudicium puniatur acrius, quam poteſt, & ſic pęna ordinaria, ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti. Cauſa autem dicitur ciuilis, qñ crimen non deducitur, ſic directa via, vt acrius puniatur, ſed mitius pęna, ſcilicet extraordinaria, vt puta, ad priuationẽ beneficij, iuxta tex. in c. per tuas, il 1. de ſimon. fuit doctrina Abb. in rub. de iudic. nu. 5. circa med. verſic. ſed contra prædicta, quem ſequuti ſunt, Dec. ibidem in 2. lectura, num. 52. poſt med. verſ. poſtremo non omitto. Vbi Abb. opinionẽ defendit ab impugnantibus, Aret. & Bero. num. 71. Vbi, & hanc Abbat. opinionem ſequi videtur, dum dicit, q quando proceditur contra delinquentem per modum inquiſitionis, vt pœna ordinaria, & ſæuior imponatur, tunc cauſa dicatur criminalis, ſi verò ageretur ad læuiorem pœnam, puta, vel ad pœnam arbitrariã, vel ad amotionẽ ab adminiſtratione, tunc cauſa dicatur ciuilis. Barbat. in tract. de teſtibus par. 3. num. 2. poſt med. verſ. ſed dominus Abbas, & num. 3. in fin.

19 Verum hæc opinio Abbat. communiter reprobatur in vtroque ſuę diſtinctionis capite, vt videre eſt apud Alex. in addit. ad Bart. in l. 3. in princ. lit. C. ff. de ſepulchr. violat. Vbi benè reſpondet iuribus per Abb. adductis, prout etiã benè reſpondet, & Abb. diſtinctionem minimè veram demonſtrat. Aret. in rub. de iudic. num. 21. & ſeq. & ibi etiã Dec. nu. 96. in fine, verſ. non quoque ſatisfacit, in 1. lectura. Rip. nu. 96. verſ. Tertio ampliatur. Maran. de ord. iud. in 4. par. diſtinct. 1. num. 1. in fi. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthæſ. ſing. 70. col. 1. verſ. & licèt D. Abbas, & col. 3. ad med. ver. & latè. Pereg. de iur. fiſci, lib. 4. tit. 8. rub. de pœn. & mulct. nu. 8. Clar. in pract. §. fin. q. 1. verſ. Tertia fuit opinio, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 463. num. 3.

20 Et quòd cauſa dicatur criminalis, etiam quòd agatur de pęna extraordinaria, videtur de mente gloſſ. in l. ſi qua per calumniam, in principio, in verbo *auri*, C. de Epiſcop. & Cleric. vbi in propoſito, & ad hunc effectum æquiparat pœnam vltimi ſupplicij, & pœnam extraordinariam. Dec. in rub. de iudic. nu. 97. in fi. in 1. lect. vbi quod dicitur agi criminaliter, quando imponitur pœna extraordinaria, arbitrio Iudicis per tex. in l. ſi. ff. de furt. & in § in ſumma, inſtit. de iniur. Quòd, & idem repetijt in 2. lect. nu. 52. in fi. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthæſ ſing. 70. colum. 2. verſ. & quando extraordinaria etiam pœna.

21 OCTAVA ſit concluſio, quod cauſa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad pœnam remotionis ab officio, & adminiſtratione aliqua, ſecundum Aret. in rub. de iudic. n. 21. in fi. Vbi ita intelligit tex. in c. per tuas, de ſimon. & ibi etiã Dec. num. 95. verſ. contra iſtam cõmunem, & num. 96. in princ. in 1. lect. & ibidem 97. & Bero. num. 65. ante med. verſ. alia ratione. Vbi generaliter, quòd priuare aliquem iure ſuo non operatur criminalitatem cauſæ ex Alex. ibi per eum allegato. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. diſt. 1. nu. 24. Rota deciſ. 7. alias 389. incip. nota quòd regulariter, nu. 2. de dolo, & contumac. in antiquis. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthęſ. ſing. 70. col. 1. in fi. verſ. tamen reſponderi poteſt. Clar. in pract. §. fi. q. 1. nu. 3. vbi. refert Gra. in cõſ. 71. n. 9. li. 2. dicẽtẽ, q in hoc oẽs cõcordãt, ſubditq; qđ licet hæc cõcluſio ipſi qñq; fuerit viſa dura, ex quo talis actio principaliter intẽtata videt ad vindictã publicã. nihilominus ab ea crederet in iudicando non eſſe recedendũ, & in verſ. Adde q, vbi ampliat, ẽt, qđ procedatur non p viam accuſationis, ſed inquiſitionis.

nis, faciunt pro hac conlusione cõiter, vt vides, recepta, q̃ dixi in anteced. q. nu. 72. vbi probaui isto casu Procuratorem admitti pro reo absente citato.

Quamuis contrarium, quod immo causa remotionis ab officio, & administratione sit criminalis, & nõ ciuilis suaderi videatur ex rationibus consideratis per Bero. in d. rub. de iud. nu. 76. & per Rub. Alexandr. in loco allegato in anteced. q. num. 73.

22 LIMITA I. hanc octauam conclusionem procedere, qñ agitur de priuatione officij priuati, secus si agatur de priuatione officij publici, quia tunc dicitur agi criminaliter scdm Dec. in rub. de indit. nu. 96. vers. præterea ẽt, in 1. lect. & ibidem, nu. 97. vers. si verò officiũ publicum sit, Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. dist. 1. nu. 25. in fi. vers. præterea posset attentari. Vbi ponit exemplum in officio, q̃ propter delinquẽtis priuationem fisco applicatur. Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing. 70. col. 2. in princ. vers. si vero officium sit publicum.

23 Vbi tamẽ in hoc Clar. in pract. §. fi. q. 1. vers. Quintus est casus, vbi propositam conclusionem ẽt admittit in officio publico, dũmodo pęna priuationis illius nõsit pęna ordinaria delicti iuxta ea, quæ dixi infra in seq. cõclusione n. 27.

24 LIMITA II. eandem octauam conclusionẽ procedere, quando agitur contra aliquem ad remotionem officij, seu administrationis; non propter dolum, sed propter culpam quamuis latam, quia tunc verum est, q̃ causa dicitur ciuilis, & non criminalis, secus vero si agatur ad dictam remotionem propter dolum, quia tunc dicitur criminalis, saltem ratione infamiæ, quam remotus incurrit, quę infamia non solum reputatur maior pœna, sed ẽt mortis, secundum Bero. in rub. de iud. nu. 67. vbi ẽt infert ad tutorem, contra quem agitur ad remotionem a tutela, & cum hac distinctione concordat contraria.

25 NONA sit conclusio, quòd causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad priuationem beneficij, secundum Abb. in rub. de iud. nu. 5. ad med. vers. sed contra prædicta per tex. in c. per tuas, il 1. prope finem, de simon, & ibi ẽt Dec. post nu. 97. in 1. lect. Vbi loquitur qñ agitur ad priuationem non principaliter, vt Clericus puniatur, sed ad correctionẽ, quia puta, p viã denũciationis agebatur, & in 2. lect. n. 52. vers. nec prædictis obstat. Rip. nu. 93. vers. contra istam conclusionẽ. Maran. de ord. iud. part. 4. in prin. dist. 1. nu. 24. Barbar. de testib. par. 3. nu. 3. ad med. vers. & miror, & d. n. 3. in fin. vbi testatur de cõi opin. Clar. in pract. §. fi. q. 1. nu. 3. vbi refert Gratum in cons. 71. n. 9. lib. 2. dicentẽ, q̃ in hoc oẽs concordant, subditq; quod licet hæc conclusio ipsi qñdoq; fuerit visa dura, ex quo talis actio principaliter intentata vr̃ ad vindictã publicã, nihilominus ab ea crederet in iudicando nõ esse recedendũ, & in vers. Adde quod, vbi ampliat, ẽt quod procedatur non p viam accusationis, sed inquisitionis, & faciunt p̃ hac conclusione quæ dixi in anteced. quæst. num. 74.

26 Quamuis contrarium suaderi videatur ex deductis per Maran. de ord. iudic. vbi supra, dicta par. 4. in princ. dist. 1. num. 25. in fi. vers. præterea posset attentari, & ex allegatis in anteced. q. num. 75.

27 LIMITA I. hanc nonam conclusionem procedere qñ pœna priuationis beneficij non est principalis pœna delicti, cum pro eo alia imponatur pœna vltra priuationẽ, tunc. n. causa dr̃ ciuilis, & non criminalis, qñ non agit ad pœnam principalem delicti, sed ad pœnam priuationis, secus vero qñ pro delicto nõ imponitur alia pœna à lege, vel à statuto, quam priuationis, quia tunc causa dr̃ criminalis, & non ciuilis, secundũ Fely. in rub. de iud. n. 2. vbi dicit ita tenere Ant. de Butr. & Abb. in c. super his, extr. de accusat. reprobans Imol. & Anan. ibidem contrarium sentiẽtibus Rip. in d. rub. de iud. nu. 94. in fi. vers. cogitate ergo. Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. dist. 1. n. 25. Vbi reprobat Felyn. contrarium tenentem in d. c. super his, de accusat. & respondet contrarijs Clar. in pract. §. fi. q. 1. vers. Quintus est casus in fine.

28 LIMITA II. eandem nonã conclusionem nõ procedere, qñ agitur ad pęnã dispositionis, vt. s. f. prælatus, seu sacerdos ab ordine remoueat, quia tunc causa dr̃ criminalis, ẽt quod pœna non applicetur neq; parti, neq; fisco. Rip. in rub. extr. de iud. par. 3. in fi. vers. secus si ageretur ad depositionem. Rota decis. 7. alias 389. incip. nota, q̃ regulariter, nu. 2. fi. de dolo, & contumacia. in antiquis.

29 DECIMA sit cõclusio, qđ causa dicitur criminalis, & non ciuilis, qñ agitur de pęna infamiæ, quia talis pœna nõ solũ est maior quacunq; pęna corporali; sed ẽt pęna mortis. l. isti quidẽ in fin. ff. de eo, qui, & caus. & l. si qs. forte, in fin. cũ l. seq. ff. de pęn. & per hanc rõnem ita voluit Bero. in rub. de iudic. n. 67. Firm. in repert. in verbo *causa criminalis*, n. 12. post. Bar. Bal. & Abb. in locis per eum relatis. Barb. in tract. de Testib. par. 3. post num. 2. vide, quæ in simili dixi in anteced. quæst. num. 203. & seqq.

30 VNDECIMA conclusio sit, quod causa dicitur criminalis, & non ciuilis, qñ proceditur per viam non solũ accusationis, sed ẽt inquisitionis in causis, in quib. imponitur pęna ordinaria delicti, prout regulariter est de iure ciuili, ac ẽt de iure canonico in causib. de quibus in c. inquisitionis. & in c. qualiter, & quãdo il 2. extr. de accusat. Hoc enim casu militat eadem ratio, ac quando proceditur per viam accusationis; secus autem si per inquisitionem procederetur ad pœnam leuiorem, secundum distinctionem, de qua in d. c. inquisitionis, prout regulariter de iure canonico proceditur. c. licet Hely. de simon. & d. c. qualiter, & quando. Tunc enim non criminaliter, sed ciuiliter agi dicitur, secundum glo. in c. quoniam, de Testib. & expressè sic distinguendo tradit Bero. in rubr. de iudic. num. 71. Quæ quidem distinctio multum conuenire videtur cum distinctione, Abb. de qua supra, nu. 18. Maran. de ord. iud. par. 4. in princ. dist. 1. nu. 27 & seq. vbi etiam ponit, quãdo inquisitus esset conuictus per propriam inquisitionem, quia tunc etiam de iure canonico imponitur pœna ordinaria, & propterea causa dicitur criminalis, & non ciuilis. Ioseph. Lodou. concl. 71. vers. diceretur etiam causa criminalis. Vbi q̃ qñ iudex procedit ex officio, & per inquisitionem causa dicitur criminalis. Vide quæ in simili dixi in anteced. quæst. num. 9. & seq.

31 DVODECIMA conclusio sit, qđ causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando proceditur de iure canonico per viam denunciationis ad tex. in c. per tuas, in fine, de simon. quem sic omnino intelligendum esse affirmat Bero. in rub. de iudic. nu. 72. vbi huius conclusionis reddit rationẽ, quia scilicet per denunciationẽ non agitur principaliter ad impositionẽ pœnæ, sed solũ ad correctionẽ. Et data corrigibilitate in consequentiã postea imponitur pęna. Quoties autem quis in consequentiam per viã denunciationis punitur, non pęna ordinaria puniendus est, sed leuiori. hoc est amotionis ab administratione, Ideo causa repuãda est ciuilis, & nõ criminalis. ad ea, q̃ dixi sup. n. 20. Gab. Saray. in addit. ad Matth. sin. 70. col. 2. ver. vel põt dici.

32 DECIMATERTIA sit cõclusio, q̃ causa nõ dici criminalis, sed ciuilis, ẽt qđ nomine fisci agatur, qñ mouetur aliqua actio ciuilis, vt petitio hæreditatis, sibi prouenientis, tanquã ab indigno ablatæ, quia tunc dicetur causa ciuilis iuxta l. 1. C. de his quib. vt indig. & l. differre, & p totũ, ff. de iur. fisc. secundum Bar. in l. 3. in princ. nu. 1. in fi. ff. de sepul. violat. Ant. de Bur. in rubr. de iudic. col. 1. ant. finem, vers. causa ergo fiscalis, & ibi etiam Rip. num. 93. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu. 365. num. 10. in fine.

33 Sic & causa dicitur ciuilis, & non criminalis, qñ fiscus agit ad pęnam conuentionalẽ, vt puta, propter ruptã pacẽ, vel cautionẽ de non offendendo. Corn. cons. 42. n. 9. in fi. vers. aduertendũ tñ est lib. 2. quẽ refert. & sequitur Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. q. 1. in vlt. addit. vers. itẽ si pęnæ pars. Foller. in pract. crim. in verbo, *audiantur excusatores*, n. 91. in fi. & 174. & seqq. Grat. cons. 136. n. 9. & seq. lib. 2. Calessat. cons. crim. diuers. 86. num. 2. & seq. lib. 2. in paruis quos pariter refert, & sequitur Bert. cons. 180. post nu. 5. & seq. lib. 2. Sigismund. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crim. lib. 1. c. 6. num. 1. vers. sed tum animaduerte.

34 DECIMAQVARTA sit conclusio, qđ causa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando agitur ad pœnam prouenientem ex illicito contractu, quamis fisco applicetur, secundum Bal. in l. fina. num. . . . . vers. quæro quando

do pœna.C.de litigios.vbi loquitur in pœna, quæ debetur propter alienationem rei litigiosæ, & Bal.sic dicentem secuti sunt. Alex.in addit.ad Bar.in l.3.in princ.litera C.in fine,addit.ff.de sepulchr.violat.allegat etiam Bal.post glos. in l.1.C.de legib.Firma.in repertorio in verbo *causa criminalis*, nu.5. Maran. de ord.iudic.par.4.in princ.distinct.1. num.31.Hier.Giaccar.in addit.ad Cla.q.1.lit.B. vers. si tamen descendit ex delicto. Sigismund. Scacc. in trat. de iudic.caus.ciuil.& crim. lib.1.c.6.num.1.in fin.

35 LIMITA hanc decimam quartam conclusionem procedere,quando agitur ad instantiam partis,& ad pœnam ipsi applicandam iux. d. l. fin. C.de litigios. secus si agatur ad instantiam fisci, & ad publicam vindictam, quia tunc videtur causa criminalis, secundum Bertaz. cons. 399. num.4.& seqq.& consil.400. nu.4.lib.2.vbi etiam infert, quòd quando agitur ex contractu vsurario, qui est illicitus,vt pœna applicetur fisco, causa dicitur criminalis, & & non ciuilis.

36 DECIMAQVARTA sit conclusio, quod causa dicitur criminalis, & non ciuilis, quando agitur vigore Statuti prohibentis alienationem in forenses sub pœna fisco applicanda,secundum Bertaz.cons.399.per totum,vbi bene comprobat, respondet contrarijs,& allegat Io.Bapt. Plot.inter consi. cri.primo impressa cós. 108.n.1.tom. 1.

37 DECIMASEXTA sit conclusio, quòd causa dicitur criminalis,quando agitur de damno dato in agris,vel animalibus alienis, licet leue contineat crimen, & in ea tortura inferri non possit,prout dixi.in par.1.tit.de indit. & tortur.q.42.nu.28.Quod præsertim verum, erit,quando proceditur per viam querelæ, seu accusationis, vt qa in libello dicatur. Accuso Titium, &c. sicut post Corsett. in singulari in verbo, *querela*, il 1. Anchar.Regen.q. 1. n. 6.par.1.Felyn.& Borgnin.quos allegat,adnotauit Brunor. à Sole in suo compend. iur. vers. causa criminalis, in fin. fol.mihi 28.colum.1.

38 DECIMASEPTIMA sit conclusio, quod causa turbatiuæ dicitur criminalis, quia pro turbata possessione, quando criminaliter agitur, datur actio iniuriarum, quæ criminalis est l.qui pendentem.ff. de act.empt.l.iniuriarum,§.fin. ff. de iniur.Marc. Angelell.cons.crim.diuers. 47.num.3.tomo 2. in paruis. Vbi propterea declarat Iac. de Aren.dicentem, quòd proturbatiua non agitur criminaliter, vt videlicet non agatur, ex l.Iul. de vi publ. vel priuat.si vis non interuenerit, non autem, vt non agatur actione iniuriarum, vt in iuribus præallegatis expresse voluit Ang in d.l.iniuriarum.§. fin. num.1. & in l.item apud Labeonem.§. si quis bona,num. 1. & 2.ff.de iniur.dum dixit,pro turbatiua non dari aliud iudicium criminale, quã actio iniuriarum, sic sentiens etiam actione iniuriarum criminaliter agi, & est de mente Simeon.de Perus. consil. crimin.diuers.49.num.2.tomo 2.in paruis.Contar.de momen.possess.limit.20.num.5.& 6.post Bart.& Corn.in pluribus consiliis ibi per eum allegatis.Menoch.de retinend. possess.remed.3.num.549.vbi propterea reprehendit Boss. in loco infra citando,dicentem Bart.contrarium sensisse cum re vera, Bart.contrarium nó senserit,vt ibi per eum & num.606.vbi alios refert concordantes.Ioseph.Lodou conclus.71.in primo, vers.in princ.& in vers.ista tamen. communis opinio in fine.

39 Et quamuis, quòd causa turbatiuæ non dicatur criminalis,non interueniente aliqua violentia, voluerit Boss. in tit.de pluribus violent.nu.48.ex Bart.quem allegat in l.iniuriarum.§.si quis. ff.de iniur. (qui tamen, vt admonuit Contard. in loco præcitato hoc non dicit, sed contrarium cum asserat per turbatiuam dari actionem iniuriarum, quæ criminalis est) & Bar. opinionem communẽ dixerit Alex. in loco ibi per Boss. allegato , scripseritque: Rebuff.in loco relato per Menoch. vbi supra, nu.550. in Gallia apud eum non seruari , vt pro turbatiua criminaliter de iniurijs agatur , sed solum pro damnis , expensis, & interesse.

40 Ego tamen in occurrenti casu à prima opinione magis communiter recepta nó discederem,quæ etiam apud nos in practica seruatur, cum quotidie videamus pro turbata possessione criminaliter, & per viam querelæ coram criminalibus Iudicibus agi.

41 AMPLIA I. hanc decimam septimam conclusionẽ multo magis procedere, quando cum turbatione interuenerit vis,aut publica,aut priuata, tunc.n.sine dubio causa turbatiuæ est criminalis. Papien. in forma libelli pro turbata possessione,n.2.vbi quod intrat pęna,l.Iul.de vi pub. & priuat.Boss.in tit.de plurib.violen.nu. 48. post Bart. & Alex.in locis per eum relatis. Menoch. de retinen. possess. remed.3. num. 551.

42 AMPLIA II. dictam decimam septimam conclusionem multo magis procedere,quando Statutũ,seu constitutio aliqua imponit pœnam,pro turbata possessione. Tunc.n sine dubio causa turbatiuæ dicitur criminalis, secundum Boss.in tit.de plurib.violen.nu.48.Vbi quod isto casu res est clara.Menoch.de retinen. possess. remed.3.nu. 606.vers.ex Statutorum constitutionibus,& n.607.& seq. Vbi quod isto casu pœna Statutorum subintrat loco pœnæ iuris communis , & ideo sicut de iure communi causa turbatiuæ est criminalis. Ita pariter debet esse vigore Statutorum post Papien.Alex.& Afflict. in locis per eum relatis , & præsertim, quando tale statutum esset positum inter criminalia arg.tex. in l.Imperatores.ff.de in diẽ adiect.

43 LIMITA I. eandem decimam septimam conclusionem non procedere,quando pro turbatiua quis intentasset non actionem criminalem,sed ciuilem, vt puta ad desistentiam turbationis . Tunc enim nulla est difficultas, quòd causa dicitur ciuilis , & non criminalis per ea, quæ dicta sunt supra,num.6.in tertia conclusione.

44 Posse enim pro turbatiua, & ciuiliter, & criminaliter agi dubitandum non est per ea, quæ dixi infra, num. 134. & expresse tradidit pract. Papien.in forma libelli pro turbata possess.nu.2.vbi loquitur, quãdo in turbatiua interuenit ius. Tunc enim criminaliter datur actio ex l. Iul. de vi publ. & priua. Similiter autem datur interdictum, Vndè vi , vel interdictum , Vti possideris , aut condictio ex Statuto, si Statutum prouidet , quod si vis non interuenerit, quando criminaliter agitur, datur actio iniuriarum, Quando vero ciuiliter, datur interdictum,Vti possidetis,vt per Marc. Angelell. consil. crimin.diuers.47. nu. 3.tomo 2.in paruis,Ioseph. Ludou. conclus.71. vers. 2. ad finem, *Ibi & veritas est,&c.*

45 LIMITA II. eandem decimam septimam conclusionem non procedere , quando pro turbata possessione quis simpliciter ageret criminaliter,& ad pœnam; secus si ageret insimul , & criminaliter, & ciuiliter , criminaliter ad pœnam;ciuiliter autem ad desistentiam à turbatione.Tũc enim causa hæc videtur reputanda non criminalis , sed mixta. Ad ea quæ generaliter dixi infra,num.53.& in specie voluit Ioseph. Ludou.d.concl.71.vers.ista tamen communis opinio. & vers. seq. & vers. si vero agatur ciuiliter,dicens, quòd si pro turbatiua agatur tantum ad pœnã fisco applicandam,tunc sine dubio causa est criminalis, sicut etiamècontra est solum ciuilis, si tantum ciuiliter, & ad desistentiam agatur , si vero agatur,vel ad pœnã simul, & etiam ad desistentiam , tunc causa dicitur mixta,vt ibi per eum, vbi testatur de communi.

46 Contra han secundam limitationem faciunt quæ dixi infra,nu. 56. vbi vide.

47 LIMITA III. quando pro turbatiua ab aliquo Statuto imponitur pœna applicanda partim fisco, & partim parti. Tunc enim videtur , quòd sit causa mixta ad ea , quæ dixi infra, num. 50. & in specie voluerunt Boss. in tit.de appellat.num. 4. vbi alios refert, testatur de cõmuni, & reprobat Papien. & Alex. contrarium tenentes Ioseph. Ludou.conclus.71.vers.1.& seqq. vsq.ad vers.& quãuis,&c.vbi alijs relatis,& reprobatis contrariis, ac præsertim Menoch.in loco infra citando. non solum testatur de communi,sed etiam quòd hodie ista opinio est canonizatà per totum orbem (Quasi quod ipse per totum orbem versatus fuerit.

48 Contrarium, quòd isto casu causa dicatur merè criminalis , & non mixta, voluerunt in specie Papien. in form. libell.pro turbata possess. num. 4. fol. mihi. 361. allegat

Bart. in l. Agraria. ff. de term. mot. Alex. & Afflict. in locis relatis per Menoch. de retinen. possess. remed. 3. num. 609. & seq. vbi hanc opinionem defendere conatur aduersus alios contrarium tenentes, & faciunt pro hac contraria opinnione.

49 DECIMAOCTAVA sit conclusio, quòd in pœnis statutarijs, an causa dicatur ciuilis, vel criminalis maxime inspiciendum est, in quo loco Statutum sit positum. nam si fuerit positum inter criminalia, causa erit criminalis, si vero fuerit positum inter ciuilia, causa erit ciuilis, arg. tex. in l. Imperatores. ff. de in diem adiect. Menoch. de retinen. poss. remed. 3. nu. 608. in fin. Anchar. Regien. q. 1. num. 4. par. 1. vbi alij referuntur concordantes. Bertaz. cons. 399. nu. 2. par. 2.

50 DECIMANONA sit conclusio, quòd quando agitur tum ad pœnam pecuniariam applicandam fisco, tum etiam ad pœnam applicandam parti, tunc causa non dicitur merè criminalis, nec merè ciuilis, sed mixta, secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. 5. in princip. lit. D. ff. de sepulch. violat. & post Bart. Ant. de Butr. & Imol. in locis per eum relatis. Dec. in rub. de iudic. num. 25. vers. & causa mixta in 2. lectura, & ibi etiam Rip. num. 100 Firma. in repet. verbo *causa criminalis* sub, num. 5. Arnon. sing. 41. Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 73 Boss. in tit. de appellat. num. 8. vbi alios refert, testatur de communi, & reprobat Papien. & Alex. contrarium tenentes. Ioseph. Ludou. concl. 71. vers. secundo: incip. contrariã opinionem, vbi audaciter testatur istam opinionem hodie esse canonizatam per totum orbem. (Quasi quòd ipse per totum orbem versatus fuerit) reprobato Menoc. contrarium tenente, Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthes. sing. 70. col. 3. in fin. vers. & adde, quod.

51 Contrarium, quod etiam isto casu causa reputetur criminalis, & non mixta videtur de mente Matthes. sing. 70. incip. nota, quòd si Statutum vers. Quid autẽ si dicat, & contrarium etiam voluisse videntur Alex. cons. 82. ad finem, lib. 1. Aret. Afflict. & Menoch. in locis relatis per Ioseph. Ludou. d. cõclus. 71. in princ. dicentes, quòd quando agitur de pœna applicanda partim fisco, & partim parti, adhuc causa reputatur criminalis, eo quia magis dignum trahit ad se minus dignum, & cum hac contraria opinione consensit Clar. in pract. crimin. quæst. 1. versic. tertius est casus. Vbi licet videatur distinguere, an condemnatio pœnæ parti applicandæ veniat ex diuersa lege, aut ex eadem, vt primo casu causa dicatur mixta, secundo autem iudicetur criminalis. Testatur tamen vtroque casu, & indistinctè semper vidisse seruari, vt talis causa fuerit reputata criminalis, & propterea isto casu semper fuisse reiectam appellationem eo modo, ac reijcitur in criminalibus. Anchar. Regien. q. 1. num. 1. & seqq. vsque ad num. 7. par. 1. vbi & hanc sententiam admittit, quando proceditur per viã accusationis. De quo etiam dixi supra, nu. 37.

52 Et hæc contraria opinio absque dubio procedit; quando vna pars pœnæ applicatur fisco, & altera accusatori, prout quotidie contingit applicari, aut vigore statuti, aut vigore bannimentorum, tunc enim causa in totum reputabitur criminalis secundũ Matthe. sing. 70. incip. Nota, q̃ si Statutum, vers. secus si dicat. Vbi tñ littera est corrupta, quia dum dicit, *merum iudicium ciuile*, vult. (ni fallor) dicere, *criminale*, sequitur Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in pract. §. fi. q. 1. in vltima additione, vers. Item si pœnæ pars, post Alex. in loco per eum relato, à cuius opinione dicit non esse recedendum, quamuis Dec. in cap. 1. post num. 14. de probat. contrarium dixerit.

53 Et in materia huius decimæ nonæ conclusionis scias, q̃ quando pœna venit applicanda partim fisco, & partim parti offensæ, tunc tota pœna debet venire ad manus fisci, & ex illius manu pars offensa debet habere partem suã secundum Bar. in l. senatus censuit. §. senatus, nu. 2. & seq. ff. de iure fisc. ponens exemplum in Statutis Italiæ volẽtib. accusatorem habere medietatem pœnæ, dicitque totã pœnam Camerario Communis solui debere, & postea Camerarius accusatori dat suam dimidiam, & q̃ propterea Iudex debet condemnare delinquentem ad soluendum totam pœnam ipsi Camerario, cuius medietas sit Communis, & alia medietas accusatoris, refert, & sequitur Matthes. sing. 70. incip. nota, quod si Statutum, vbi loquitur non solum, quando vna pars pœnæ applicatur fisco, & alia accusatori, sed etiam si vna pars applicetur fisco, & alia parti offensæ, Maran. de ord. iudic. par. 4. in princ. distinct. 1. num. 74. vbi pariter, quòd in isto iudicio mixto agens non debet concludere in libello, quòd pœna applicetur pro parte sibi, & pro parte fisco, sed quòd tota applicetur fisco, & quòd postea à fisco diuidatur cũ ipso, ex Aret. quem allegat in §. pœnales, col. 4. in fi. vers. vnum tamen, &c. Instit. de act. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthes. sing. 70. col. 4. vers. & in quantum.

54 VIGESIMA sit conclusio, quòd causa pariter dicitur mixta, quando agitur ad commodum partis, & interesse priuatum ciuiliter insimul, & ad interesse publicum, & publicam vindictam criminaliter, secundum Ant. de But. in rub. de iudic. col. 1. post. med. vers. causa mixta. Abb. ibidem post, nu. 5. vers. causa mixta, vbi refert Ant. de Butr. in loco præcitato. Dec. num. 52. vers. & causa mixta in 2. lectura Vestr. in pract. lib. 3. cap. 2. num. 2. versic. mixtum, &c. Grat. consil. 136. nu. 9. lib. 2.

55 Contra quòd isto casu, quando scilicet agitur ad vindictam publicam, vt puta, vt fur puniatur, & etiam ad restitutionem rerum ablatarum ipsi accusatori, causa dicatur criminalis, videtur de mente Rip. in rubr. extr. de iudic. num. 97. Clar. in pract. §. fi. q. 1. vers. tertius casus. vbi reputat absurdum dicere, quòd isto casu causa dicatur mixta, & non criminalis, & quòd semper vidit seruari, eam fuisse reputatam criminalem, quoad reiectionem appellationis, prout in criminalibus reijcitur, quicquid dixerit Boss. in loco præcitato.

56 In hac contrarietate posset forsan distingui secundum Boss. in tit. de appellat. nu. 9. Quòd si fisco aliquid veniat applicandum non principaliter, sed in consequentiã eius, quod principaliter parti applicatur, & debetur, & tunc tota causa videtur ciuilis, & non criminalis, & econtra si interesse partis, & id quod parti applicatur, venit in consequentiam eius, quod principaliter fisco debetur, & applicatur, tunc causa tota reputatur criminalis, non autem ciuilis, per rugulam. Quòd in mixtis denominatio fieri debeat à potentiori, & ab eo, quod principaliter agitur, non autem in consequentiam. l. mixtum. §. qui furtum. ff. de furt. cum alijs ibi per eum allegatis, & Boss. refert, & sequitur Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. q. 1. lit. B. in princ.

57 QVÆRO modo pro complemento materiæ, postquam vidimus, quando causa dicatur ciuilis, & quando criminalis. Quando iudicium dicatur ciuile, & quando criminale? Responde secundum Maran. de ordi. iudic. part. 4. in princ. distinc. 1. num. 1. Quòd iudicium ciuile est, in quo deducitur causa ciuilis, criminale vero est, in quo deducitur causa criminalis, & secundum hanc declarationem sequitur. Quòd vbi adest iudicium criminale, ibi adest causa criminalis, & econtra, & ita videtur de mente omnium Doctorum loquentium in hac materia, dum promiscue tractant de iudicio, & causa ciuili, seu criminali, verum hoc non placet Blanc. in pract. crim. §. visis inditijs, num. 158. in fin. vers. ad resolutionem, & nu. 159. vbi dixit, quòd aliud est cognoscere, an iudicium sit ciuile, vel criminale, & aliud est dignoscere, an causa sit ciuilis, vel criminalis. Nam ad cognoscendum, an iudicium sit ciuile, vel criminale non attenditur finis, & effectus agendi; sed solum causa, origo, & principium ipsius iudicij, ad cognoscendum vero an causa sit ciuilis, vel criminalis, attenditur finis, & effectus agendi, videlicet, an ad pœnam applicandam fisco, an vero parti, & propterea datur iudicium criminale, attenta illius origine, & tamen causa non est criminalis, sed ciuilis, vt ibi per eum, qui bene hæc probare, & exemplificare nititur.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Criminali causa pendente an, & quando sit supersedendum in ciuili, & econtra.

SVMMARIVM.

Causa criminalis quando faciat supersedere causam ciuilẽ, et contra, potest duobus modis contingere. Primò quando à diuersa persona, & vicissim causa criminalis, & ciuilis proponitur. Secundò quando ab eadem persona, & ciuilis, & criminalis actio insimul, aut paulo post contra alium proponitur. num. 58.

Causa criminalis principaliter intentata post ciuilem facit ciuilem supersedere, num. 59.

Causa criminalis praeiudicialis ciuili facit in eadem ciuili causa supersedere, num. 60. vbi etiam remissiuè, quando vna causa dicatur alteri praeiudicialis.

Causa ciuilis intentata post criminalem, si criminali praeiudicialis est facit illam supersedere, num. 61.

Causa ciuilis super possessione intentata etiam per modum exceptionis post criminalem causam turbatiua facit supersedere in dicta criminali causa, numero 62. Hinc reprobatur stylus A. C. procedendi criminaliter super praetensa turbatione post inceptum iudicium ciuile super possessoria in vim monitorij, iactationis, & iactationum, num. 63.

Causa vna criminalis si intentetur post aliam criminalem inchoatam si secunda causa fuerit maior prima, supersedetur in ipsa prima causa, donec discutitur de secunda, num. 64. & 65. vbi etiam de materia. Quando vna causa criminalis possit post aliam, criminalis possit post aliam criminalem intentari, et quid si ab eadem parte duae proponantur causa criminal. Ibi videas.

Accusatus criminaliter an, & quando possit contra accusatorem aliam causam criminalem intentare, num. 65.

Causa criminalis super falsitate instrumẽti producti in causa ciuili facit ciuilem causam supersedere, num. 66.

Causa falsorum, & subornatorum testium in causa ciuili examinatorum facit supersedere eandem causam ciuilem, nu. 67.

Causa falsorum testium examinatorum in iudicio criminali ad instantiam accusatoris facit supersedere in causa criminali principaliter intentata, num. 68.

Accusatus potest accusatorem suum de falsitate reaccusare, nu. 69.

Accusatus non potest accusatorem reaccusare de falsitate coram diuerso Iudice, sed bene coram illo, coram quo accusatus est, n. 70.

Accusatus criminaliter non potest accusatorem suum ciuiliter conuenire, nu. 71. contra nu. 72.

Causa criminali pendente, non potest ciuilis intentari super aliquo debito, aut contractu diuerso à criminali causa, num. 71. Contra num. 72.

Accusatus criminaliter non potest ciuiliter conueniri ab accusatore, ne sic conuentus a se defendendo retrahatur, num. 73. licèt alij contra, num. 74.

Causa criminalis non facit supersedere in ciuili, quando non est praeiudicialis ciuili causae, num. 75. & 77. licet alij contra, num. 76.

Causa vna quando dicatur alteri praeiudicialis, Dic pluribus modis, vt in num. 78. & dicitur praeiudicialis, quando sententia in vna lata parit exceptionem rei iudicatae in alia. num. 79. item dicitur praeiudicialis causa ea, quae respicit personarũ legitimationẽ, & in qua aliquid dicitur. quod agentem ab actione repellit num. 80. & pariter causa dicitur praeiudicialis, quando per eam is cõtra quem intentatur, priuatur iure suo, num. 81.

Causa criminalis non facit supersedere ciuilem, quando ciuiliter agẽs criminaliter accusatur à reo conuento de aliquo crimine non tãgente causam ciuilem, num. 82. Contra num. 83. distingue, vt nu. 84. Sed apud nos seruatur prima opinio num. 85.

Causa criminalis facit supersedere ciuilem, & è contra, quando secunda causa, est principaliter intentata, secus si incidenter, & per viam exceptionis, quia tunc in prima non supersedetur, num. 86. Contra, nu. 87. resolue, vt nu. 88.

Causa criminalis quando incidenter proponitur in ciuili, vel è contra tunc proceditur, & pronunciatur super vtraq́, num. 88. & 89. vbi etiam, quod in principali causa pronunciatur expresè, in incidenti autem tacitè sed bene potest Iudex si vult, expressè pronunciare tam in causa principali, quam in incidenti, nu. 90. vbi ponitur exemplum huius conclusionis.

Causa falsi superueniens criminali, causã licet de iure faciat supersedere, nihilominus de consuetudine non supersedetur, sed insimul, & eodem tempore super vtraq́, recipiuntur probationes, & proceditur, nu. 91. & 92. reprobatis contrarium tenentibus.

Causa criminalis facit supersedere ciuilem, quoad illius expeditionem, & sententiam, non autem quoad processum, nu. 93.

Causa falsorum testium superueniens in causa ciuili, seu criminali tũc demum facit supersedere in causa principali, quando accusatio proponitur aduersus testes, & actorem, seu accusatorem simul, vel saltem contra ipsum actorem, et accusatorem, num. 94. Secus si solum proponitur contra testes, num. 95. vel contra tabellionem solum, num. 96. & 98. licèt alij contra, num. 97.

Verum si iudex procedat, non ad instantiam accusatoris, sed per inquisitionem, & ex officio, tunc causa falsi contra Testes, & non contra producentem facit supersedere in causa principali, num. 99. Et idem quando accusatus non per viam accusationis, sed per viam exceptionis testium falsitatem proponeret, num. 100.

Causa falsitatis testium, seu instrumenti non facit supersedere in causa principali, quando tota vis ipsius causae non stat in ipsis testibus, vel in ipso instrumento, num. 101.

Causa criminalis non facit supersedere in ciuili, quando accusator nimium se arctauit ad accusandum criminaliter, & sic diu stetit ad proponendum accusationem, num. 102. & 103. vbi redditur ratio huius conclusionis. Dicitur autem accusator negligens, & nimium se arctasse, quando accusationem proposuit post contestationem litis in causa ciuili, num. 104. Idem, & multo magis si post conclusionem in causa, num. 105. Contra praedicta faciunt quae dicuntur, num. 106. pro solutione distingue, vt num. 107.

Causa criminalis non facit supersedere in causa ciuili possessorij, num. 108. nisi Reus fuerit confessus, & conuictus, num. 109. Sic etiam spoliato agenti ob restitutionem possessoris, si obijciatur crimen ad effectum impediẽdi restitutionem, talis obiectio restitutionem non impedit, num. 110. vbi etiam de materia.

Causa criminalis tanquam maior facit supersedere in causa ciuili, tanquam minori, quando interest conuenti, & accusati criminaliter vt in ea supersedeatur, secus si ipsius non interest, nu. 111.

Causa criminalis facit supersedere in causa ciuili, quando vtraq́ causa est introducta coram eodem Iudice, vel quando criminalis est intentata coram Iudice superiore. Ciuilis autem coram Iudice inferiore; Secus si aliter, num. 112. Sed isto casu cautela erit & Iudex criminalis inhibeat parti, & non iudici, num. 113.

Causa criminalis intentata per tertium, & extraneum non facit supersedere in ciuili, num. 114.

Causa criminalis intentata à fisco, vel à Iudice procedente ex officio, non autem a parte, non facit supersedere in causa ciuili, nu. 115.

Causa criminali finita, non prohibetur actor suam ciuilem prosequi actionẽ, num. 116. Dicitur autem finita per absolutionem accusati, secus si per condemnationem, num. 117. & num. 118. vbi declaratur.

QVÆST. C. CAPVT II.



58 PROPOSITA hęc dubitatio, An scilicet, & quando pendente causa criminali sit supersedendum in ciuili, & è contra, potest duobus modis contingere. Primò quando ciuile iudicium ab vno intentatur, & deinde contra ipsum ab altero criminale proponitur iudicium. Et sic quãdo non ab eadem persona, sed a diuersa criminalis, seu ciuilis actio vicissim proponitur. Secundo quando ab eadẽ persona, & ciuilis, & criminalis actio contra alium intentatur eodem, vel diuerso tempore. Igitur amicè lector, in hoc secundo capite, de primo modo verba facturus,

59 REGVLAM constituo affirmatiuam, quod scilicet causa criminalis principaliter intentata post ciuilem facit ciuilem supersedere, tum ratione praeiudicij, tum etiã ratione maioritatis, text. est in l. fin. C. de ord. iud. dum ibi dicitur. *Quoniam ciuili quaestione intermissa saepe fit, vt prius de crimine iudicetur, quòd vt potè, maius merito minori praefertur*, & quæ sequuntur, & ibi hoc adnotarunt glos. in verbo

bo *sæpe*. vers. item hic errant Cyn. num. 1. Bart. in summ. Bald. etiam in summ. Paul. de Cast. num. 1. Salyc. num. 1. & Io. Sicar. num. 1. & 2. text. in l. per minorem, & ibi communiter omnes, & præsertim Paul. de Castr. num. 1. & num. 5. ff. de iudi. glo. in l. cum ciuili, in verbo, *tempore*, C. de ord. iud. & ibi hoc adnotarunt Bellaper. colum. 1. vers. sed opponitur il 2. Bart. in 1. oppos. & Salyc. nu. 1. in 1. opposit. Paul. de Cast. in l. qui prior, post num. 3. col. 1. vers. sed oppono. ff. de iudic. Cyn. in l. 1. post num. 2. C. quando ciuil. act. crim. præiud. & ibi etiam Alberic. num. 1. Afflict. in const. Regni, incip. si ciuiliter, nu. 1. rubr. 20. par. 2. Anch. cons. 62. num. 1. in fine, vers. postquam igitur, & num. 2. & 4. Vbi respondet contrariis. Plot. cons. crimin. diuers. 75. num. 1. & seqq. Vbi pluribus relatis, testatur de communi opinione, tomo 2. in magnis. Put. decis. 275. in vna Segobien. num. 3. lib. 1. Clar. in pract. § fin. q. 92. num. 4. vers. sed quæro nunquid. Vbi quod ita concludunt communiter Doctores. Barbat. cons. 43. num. 10. circa med. vers. & ex istis lib. 1. Cæsar de Grassis decis. 3. rubr. de except. alias 91. incip. licet regula sit, num. 1. Vbi aliis relatis testatur de magis communi in intellectu l. fin. C. de ord. iud. Rota diuers. decis. 267. num. 2. lib. 3. tomo 3.

60 AMPLIA I. propositam regulam absque dubio procedere, quando causa criminalis est præiudicialis ciuili, vel vt alij dicunt, quando se non compatitur cum ciuili, vel vt alij dicunt, quando absorbet ciuilem, vel vt alij dicunt, quando est exclusiua iuris agentis ciuiliter. Tunc enim, quando duæ concurrunt quæstiones, & causæ, siue vna ciuilis sit, & altera criminalis, siue ambæ ciuiles, & siue etiã ambæ criminales sint, & earum vna sit alteri præiudicialis, procedendum esse in ea, quæ præiudicialis est. In alia autẽ supersedendum, omnia iura, omnesque Doctores communiter admittunt, vt colligitur ex Cyn. in l. 1. num. 15. vers. præterea quotiescunq; C. de his, qui accus. non poss. ex l. si quis liber. ff. de iudic. Ang. in l. qui prior, num. 2. col. 3. in fine, vers. ratio est, ff. de iudic. Bellap. in l. 1. colum. 2. ante med. vers. Item opponitur, l. vltimo. C. quando ciuil. act. crim. præiud. & ibi etiam Odofred. num. 22. post med. colum. 5. in princ. vers. contra videtur, & num. 13. vers. aliquã do præiud. criminalis ciuili, Anchar. cons. 62. num. 1. Vbi ponit exemplum de causis præiudicialibus. Aym. cons. 280. nu. 1. Vbi facit plures illationes, & ponit plura exempla, & num. 2. Vbi facit generalem cõclusionem, quòd semper causa præiudicialis facit supersedere aliam, siue vna sit ciuilis, & altera criminalis, vel è contra, siue ambæ ciuiles, & siue etiam ambę criminales. Natta cons. 138. num. 2. Peregrin. decis. 296. incip. In causa Fulginatens. tit. de iud. sen ten. & re iud. lib. 2. Vbi quòd sufficit possibile præiud. But. decis. 98. agebat Alexander num. 14. lib. 1. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in pract. §. fin. q. 1. in princ. littera A, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. num. 21. & seq. Et faciunt ad hanc ampliationem Doctores in simili materia cumulationis allegati infra nu. 128. & seqq.

Quando autem vna causa dicatur alteri præiudicialis dixi infra nu. 78. & seqq.

61 AMPLIA II. vt sicut causa criminalis post ciuilem intentata facit ciuilem supersedere. Ita è contra & ciuilis intentata post criminalem, si illi præiudicialis sit, facit in dicta criminali causa supersedere, priusquam de ea cognoscatur, quàm de criminali primo loco intentata; quamuis criminalis sit maior ciuili, & hoc ratione præiudicialitatis, prout admonui in præced. ampliatione in princ. & in specie probare videtur text. in l. 1. C. de appellat. & adnotarũt glo. in l. fin. in verbo *sæpe*, C. de ord. iud. per text. in l. quoniam Alexandrum, C. ad l. Iul. de adulter. & in §. præiudicialis, instit. de actio. Bellapert. in d. l. fi. ante finem, vers. sed nunquid. Vbi ponit exemplum. quando tu accusas me de adulterio, & ego dico te seruum meum, & sic quòd non potes me accusare.

Isto enim casu causa ciuilis dicitur præiudicare criminali. Salyc. ibid. num. 1. in 1. & 2. oppos. vbi declarat materiam, & respondet contrariis, & Io. Sicar. num. 4. Vbi benè inducit text. in d. l. quoniam Alexandrum, C. ad l. Iul. de adulter. Ang. in l. pen. in princ. vers. Si autem proponatur quæstio ciuilis præiudicialis, C. de ord. iud. Odof. in l. 1. num. 10. in fine, C. quando ciuil. act. crimin. præiud. Fulgos. in l. interdum, num. 1. in 1. notab. ff. de publ. iudic. Io. Vicomerc. in repet. l. edita, num. 125. vers. secundo modo, C. de eden. Afflict. in const. Regni, incip. Si ciuiliter, num. 1. vers. sed si causa ciuilis esset præiudicialis criminali, rub. 20. par 2. Aym. cons. 280. num. 1. vers. simili modo, vbi ponit duo exempla, & num. 2. vers. è contra si causa ciuilis, & num. 3. Vbi pluribus exornat hanc ampliationem. Natta cons. 138. num. 3. lib. 1. Vbi hanc ampliationem pluribus iurium authoritatibus, & exemplis exornat. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. §. fin. q. 1. in princ. littera A, vers. & è contra. Et hanc ampliationem amplexa fuit Rota in vna Romana hæreditatis de Stocchis die Lunæ nona Martij. 1598. coram R. P. D. Giptio.

62 AMPLIA III. (& quidem illatiuè ex præcedenti ampliatione) vt & idem sit, quando in accusatione criminali turbatiuæ, & violentiæ illatæ contingit dubitare de possessione, vt puta, quia accusatus dicat non turbasse, nec vim intulisse, quia non accusator, sed ipse verus est possessor rei, de qua agitur, tunc enim prius pronunciari debet super possessione, quàm super crimine turbatiuæ, & violẽtiæ, & sic causa ciuilis possessionis facit supersedere in prædicta causa criminali. text. videtur expressus, in l. 1. C. de appellat. dum ibi dicitur *prius de possessione pronunciare, & ita crimen violentiæ excutere præses Prouinciæ debuit. Quod eum non fecerit, iustè ab eo prouocatum est.* Et pro hac ampliatione faciunt plura iura deducta per Natt. in cons. 138. num. 1. & seqq. & 26. Vbi præcipuè adducit text. in d. l. 1. C. de appellat. Verum quia id potest pluribus modis cõtingere. Nempè quod vna, & eadem persona, prius ciuile aliquod possessorium remedium intentet, & postea ad criminalem confugiat accusationem. Vel quòd a principio quis criminaliter de turbata possessione accusetur, & excipiendo ad crimen effugiendum, possessionem alleget, & vtroque casu dubitetur per Doctores an quæstio ciuilis possessionis faciat supersedere criminalem cognitionem super vi, & turbatione illata, & propterea text. in d. l. 1. C. de appellat. varios habeat intellectus. Idcircò, pro resolutione huius ampliationis, vide in primis glo. & Doct. omnes in d. l. 1. Bellapert. in l. 1. colum. 2. in princ. in 4. oppos. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. & ibi etiam Odofr. num. 10. col. 3. ante med. vers. sed denuò opponitur, & d. num. 10. in fin. vers. nisi quis proponat ciuilem. Iacob. Butrig. column. 2. ad med. in 5. oppos. Cyn. num. 3. & 4. Alberic. num. 1. Salyc. post num. 4. vers. oppono modo, & num. 6. Aym. cons. 280. num. 3. vers. ex quibus fundamentis. Vbi facta prius generali conclusione, quòd quando vna quæstio, seu causa est alteri præiudicialis, sit prius cognoscendum, & pronunciandum de dicta præiudiciali causa, quã de alia. Infert postea se alias de iure sæpius respondisse ad fauorem accusatorum de turbata possessione, vt non possint criminaliter molestari, quando dicunt se esse in possessione, & suam continuare possessionem. Tunc enim inquit ipse, ciuiliter inter partes agendum est de causa possessoria, non autem criminaliter. Nec passim indulgendũ esse fiscalium Procuratorum auiditati, qui ipsi omnia sibi licere existimant,

63 Hæc Aym. Ex cuius dictis iuncta d. l. 1. C. de appellat. & l. 1. C. quando ciuil. act. crim. præiud. optimè quidem iudicio meo, reprobãdus ẽ stylus, seu potius abusus Notariorum tribunalis Auditoris Cameræ, qui incæpto prius iudicio ciuili super possessorio in vim monitorij, vt dicunt, iactationis, & iactationum, iuxta terminos, l. diffamari, C. de ingen, & manumiss. Si monitus suam contineat possessionem, relaxant contra eundem monitorium criminale ad personaliter comparendum pro turbata possessione, & quamuis monitus personaliter comparendo alleget suam possessionem, adhuc tamen ad fisci instantiam, qui indebitè accusanti suas præbet aures difficile est obtinere, vt causa ad ciuilem Iudicem remittatur. Quamuis ego pluries dum in illo tribunali Iudex eram, dictas causas remiserim & postmodum remitti obtinuerim. Sed valdè quidem proficuum esset facere decretum generale, vt ista monitoria

ria criminalia pro simplici turbata possessione, præsertim post inceptum iudicium ciuile, vt dixi, in vim monitorij iactationis, & iactationum nullo pacto darentur. Et vide ad materiam huius tertiæ ampliationis, quæ in simili dixi infra in materia cumulationis, nu. 134.

64 AMPLIA IIII. vt sicut causa criminalis facit supersedere causam ciuilem antea motam, ita pariter si vtraq; causa fuerit criminalis, & secunda maior, supersedetur in prima, donec discutitur de secunda, secundum Salyc. in l. fin. in 4 oppos. vers. & idem si vtraque esset criminalis. C. de ord. iudic. Paul. de Castr. in l. qui prior, nu. 3. ff. de iudic. Aym. cons. 280. nu. 2. ver. Idem si vtraque causa. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in pract. §. fin. in prin. littera A, vers. Item si vtraque.

65 Quando autem verum sit, quod vna causa criminalis proposita ab vna parte faciat supersedere aliam prius ab altera parte propositam, ista est materia, l. 1. C. de his qui accus. non poss. & in l. neganda, C. eod. In quibus iuribus etiam tractatur an, & quando vna criminalis causa possit post aliam proponi, & in l. qui reus, ff. de pubic. iud. Vbi particulariter habetur an, & quando accusatus possit suum accusatorem de maiori, minori, seu pari crimine reaccusare, vide in dictis locis Doctor. omnes plenè tractantes materiam, de qua etiam aliquid remissiuè dixi supra part. 1. titu. de accusat. q. 12. num. 23. Et quid si ab eadem parte duæ proponantur causæ criminales, an vna faciat supersedere aliam. Ista videtur materia, l. cum rationibus, C. de his qui accus. non poss. & l. qui de crimine, C. de accusat. Ad quem vide etiam Ang. in l. qui prior, nu. 2. colum. 2. vers. Quandoque vtraque causa, ff. de iudic.

66 AMPLIA V. (& illatiuè ex regula) vt accusatio super falsitate instrumenti per actorem producti in causa ciuili faciat supersedere in eadem ciuili causa, secundum Bellapert. in l. cum ciuili, colum. 1. in fine, vers. verbi gratia, &c. C. de ord. iudic. idem Bellapert. in l. fin. in princip. C. eod. & ibi etiam Paul. de Castr. nume. 2. Salycet. in l. si docueris, num. 1. in 1. notab. per illum text. C. ad l. Cornel. de fals. Odofr. in l. 1. colum. 3. ante med. versic. si autem mouetur ciuilis, C. quando ciuil. act. crim. præiud. & d. colum. 3. num. 10. in fine, vers. Ad solutionem. Afflict. in constit. Regni incip. si ciuiliter num. 1. vers. item si ago contra te, rub. 2. par. 2. Aym. consil. 280. num. 1. vers. & idem in alia causa. Barbat. cons. 43. num. 7. vers. venio nunc ad aliam dubitationem, & seqq. vsque, & post num. 11. lib. 1. Vbi latissimè hanc ampliationem exornat, eamque num. 9. veram & indubitatam esse existimat, & contrarijs respondet. Caputaquen. decis. 274. part. 2. vbi ampliat, etiam quod ageretur ex obligatione camerali, & ibi reddit rationes, quia scilicet exceptio falsitatis etiam ciuiliter opposita retardat exequutionem. Bart. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Cassad. decis. 1. de mut. petit. ergo multo magis opposita criminaliter, & ita testatur fuisse resolutum de anno 1551. In vna Ferrariens. pecuniaria coram D. Barengo.

67 AMPLIA VI. (& pariter illatiuè ex regula) vt accusatio falsorum, & subornatorum testium in causa ciuili faciat ipsam ciuilem supersedere, secundum Abb. in cons. 16. num. 3. lib. 2. Afflict. decis. 229. nume. 1. Grammat. decis. 60. num. 24. Boss. in titu. de foro competen. num. 123. in fine, vers. Etsi intentaretur, & num. 124. Clar. in pract. §. fin. quæst. 2. num. 4. versic. sed quæro nunquid. Vbi quod ita concludunt communiter Doctor. Peregr. decis. 296. incip. in causa Fulginaten. titu. de iudic. senten. & re iud. lib. 2. Lancilott. de attent. par. 2. c. 4. limit. 23. num. 8. vbi de communi.

68 AMPLIA VII. (& hæc ampliatio infertur ex præcedenti) vt pariter causa falsitatis testium, quando introducitur in iudicio criminali, vtputa, ad instantiam rei accusati aduersus testes contra ipsum examinatos facit supersedere in causa criminali principaliter intentata, quia illi videtur præiudicialis. Nam si propter falsitatem testium sententia iam lata reuocatur, l. 1. C. si ex fals. instrumen. ergo multo magis hoc respectu, donec cognoscatur, an testes examinati sint falsi, debet eadem sententia differri, argum. text. in l. inuitatus, §. cui damus, ff. de regul. iur. & consequenter cum hæc causa falsitatis testium sit præiudicialis causæ principali, necessariò videtur dicendum, quod illam facit supersedere ad ea, quę generaliter tradita sunt supra nu. 60. & sicut quando causa hęc falsitatis testium intentatur in causa ciuili, facit illam supersedere (prout dixi in præcedenti ampliatione.) Ita, & pari ratione debet facere supersedere criminalem, & per istas rationes hanc ampliationem verissimam credo (declarata tamen, vt infra in limitationibus dicam) Paul. de Castr. in l. qui prior, post num. 3. vers. Item videtur, si non esset maior, ff. de iudic. Anchar. cons. 62. num. 1. vers. item si accusatus, de homicidio. August. ad Ang. de malef. in verbo *comparuerunt dicti inquisiti, & quilibet eorum*, nume. 20. in fine addit. Afflict. decis. 229. num. 4 & ibi Vitellin. in addit. nume. 2. Vbi alios refert concordantes volentes differri criminalem, & capitalem condemnationem, quando agitur de falsitate testium in causa examinatorum. Barbat. consil. 43. nu. 10. lib. 1.

69 Et ex hac ampliatione, quam declara, vt infra nu. 91. colligitur, quod potest accusatus accusatorem reaccusare de falsitate, & hic allegatos Doctores iunge alias per nos relatis in quæst. 12. num. 23. & quæst. 16. num. 30. Quòd benè
70 procedit, quando falsi accusatio proponitur coram eodem Iudice, coram quo fuit porrecta principalis accusatio; nam si coram diuerso, hoc nullo pacto esset permittendum, ne continentiæ causarum diuidantur, & ne reus in vno tribunali accusatus in alio faceret suas defensiones, prout est text. in Authen. & consequenter, & ibi præcipuè Bart. num. 7. C. de sent. & interloc. omnium Iudicum, Innocent. in cap. 1. num. 4. in fine, & ibi etiam Butr. num. 12. & Marian. Socin. num. 84. vers. & prædicta procedunt de mutua petit.

71 AMPLIA VIII. in tantum procedere, vt in criminali iudicio pendente non fit de ciuili causa tractandum, vt propterea inferatur, criminaliter accusatum non posse suum accusatorem ciuiliter conuenire, secundum Ang. in l. qui prior, num. 2. colum. 2 post med. vers. ideo autem dixi. ff. de iudic. allegat tex. in l. 2. §. sed si agant, ff. eod. & in l. adulterij accusatione proposita, C. de adult. & ante Ang. hoc fuit de mente Bart. in l. ædita, num. 16. vers. hoc fallit ratione maioritatis, C. de eden. Plot. consil. crimin. diuersor. 73. num. 5. tom. 2. in magnis. Vbi quod si ago contra te criminaliter de quocunque crimine, tu non potes agere contra me ciuiliter de quocunque debito, nec in petitorio, nec in possessorio, & siue causæ sint annexæ, vel dependentes à criminalibus, siue etiam separatæ, & nihil commune habentes, nec vna alteri præiudicialis. Et ibi testatur de communi opinione. Clar. in pract. §. fin. q. 2. num. 5. versicu. sed quid è conuerso. Vbi quod ita colligitur ex l. fi. C. de ord. iudic. secundum communem intellectum, prout testatur Claud. Seysell. in l. ædita, nume. 98. C. de eden, & quod ita concludunt omnes pariter, prout testatur Curt. iun. in d. l. ædita, num. 182. in fine. Et hoc ne propter ciuilem reconuentionem distrahatur accusator à prosequutione iudicij criminalis, in quo vertitur publicū interesse, ne scilicet delicta remaneant impunita. Quod & idem in d. l. ędita voluerunt Roman. num. 135. Vbi respondet contrarijs Claud. Seysel. post num. 68. versicul. & ista ratio.

72 Hæc ampliatio non placet Baiard. in addit. ad Clar. in practic. §. fin. quæst. 2. num. 16. vbi ex Put. quem allegat in decis. 98. lib. 1. (Qui tamen Put. an hoc dicat, tu Lector bene perspexeris) dixit reum posse ciuiliter conuenire accusatorem ex alia causa ab accusatione separata, & cui criminalis accusatio non præiudicet, & ita apud nos seruatur, nunquam enim vidi criminalem Iudicem ad accusatoris instantiam inhibuisse Iudici ciuili, vt ad accusati instantiam non procederet contra accusatorem in causa diuersa.

73 AMPLIA IX. sicut accusatus criminaliter non potest suum accusatorem ciuiliter conuenire, ne sic conueniendo, ipsum retrahat à prosequendo accusationem, prout dixi in anteced. ampliatione, secundum communem.

nem. Ita econtra accusatus non poterit ciuiliter conueniri ab accusatore, ne sic conuentus à se defendendo retrahatur, secundum Bar. in l. edita, num. 16. vers. hoc fallit ratio ne maioritatis, C. de eden. Vbi facit conclusionem generalem, quòd proposita actione criminali nullum aliud inter accusatum, & accusatorem poterit agitari iudicium, etiam ex causa penitus separata, & hoc ratione maioritatis, per tex. in l. fi. C. de ord. iud. & in l. per minorem, ff. de iudic. & Bart. sic dicentem sequuti sunt ibidem Fulgos. post num. 11. vers. Nam proposita quæstione, Curt. iun. nume. 181. & seqq. Vbi quòd Doctores communiter transeunt cum opinione Bart. cum qua, & ipse etiam pertransire videtur, licèt aliqua in contrarium ibi per eum adducantur. Claud. Seysel. post nume. 68. Vbi quod hæc conclusio probatur secundum communem intellectum in d. l. fin. C. de ord. iudic. Purpurat. num. 198. Vbi reprobat Lancellott. contrarium tenentem. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 2. nu. 3. vers. aut quæris, vbi quòd esset iniquum aliter dicere. Ex quibus patet ita communiter à Doctoribus teneri.

74 Quamuis contrarium voluerit Dec. in d. l. edita, nu. 67. reprobato Bar. contrarium sentiente, vt supra eum retuli.

75 LIMITA I. propositam huius secundi capitis regulam, vt procedat, prout loquitur, quando scilicet causa criminalis est præiudicialis ciuili, vt dixi supra num. 60. in 1. ampliatione. Secus autem si dicta criminalis causa illi non sit præiudicialis, & vna alteram compatiatur, tunc enim in neutra supersedendum est. Sed in vtraque insimul proceditur, fuit hæc opinio Hetner. glosatoris, quam refert, sed non sequitur glo. in l. fi. in verbo *de crimine*, C. de ord. iud. sed fuit de mente Iacob. Butrig. in d. l. fin. vbi Bal. dicit hanc Butrigatij sententiam sibi iustiorem videri ea ratione motus, quia quando causa criminalis non est præiudicialis ciuili, non videt quare in ipsa ciuili causa sit supersedendum, cum id, quod non potest operari sententia ferenda, non debet operari pendentia processus, & iudicio meo est optima ratio, sequitur ibidem Paul. de Cast. num. 2. dicens hanc Butrigarii, & Bald. opinionem sibi placere, quamuis glos. & alij Doctor. contrarium teneant, & num. 3. in fin. Vbi pariter, quòd hæc opinio est magis rationabilis, quam alia communis. Purpurat. in l. edita, nume. 157. versicu. & ideo. vbi causa. C. de eden. Natt. consil. 138. num. 7. Put. decis. 98. agebat Alexander num. 7. & seq. lib. 1. Vbi in primis refert Ang. in l. fin. C. de ord. iudic. dicentem, quod licet illa lex intelligatur etiam quod causæ ad inuicem non sint præiudiciales, hoc tamen de consuetudine non seruatur, deinde subdit, quòd quamuis Salycet. in d. l. fin. testetur communem opinionem esse in contrarium. Stantibus tamen auctoritatibus aliorum, qui hanc tenent limitationem, non ita de facili discerni potest, quæ nam sit communis opinio. Cæsar de Grassis decis. 3. incipit. licet regula sit. titu. de except. aliàs 92. nu. 2. allegat Peregr. in decis. 133. incip. in vna Toletana, lib. 2. cuius decis. est posita inter decis. Rotæ diuersorum tomo 3. lib. 2. decis. 133. num. 3. Et hanc limitationem sequuta fuit etiam Rota in vna Romana de Stochis die Lunæ nona Martij 1598. coram R. P. D. Giptio. Et faciunt pro hac prima limitatione Doctores allegati infra in materia cumulationis actionum, nu. 136.

76 Contra, quòd imò causa criminalis faciat supersedere in ciuili etiam, quod non sit præiudicialis illi, facere videtur text. in l. fin. C. de ord. iudic. Vbi pro ratione quare per causam criminalem supersedeatur in ciuili, consideratur, non quia vna faciat alteri præiudicium, sed quia vna est maior altera, & hanc opinionem reprobata opinione Girnei, tenuit glos. in d. l. fi. in verbo. *De crimine*, in fine, vers. sed certè non prohibetur, & ibi etiam Bellapert. in vers. sed oppono ad l. istam. Vbi plenè hanc defendit opinionem. Cyn. num. 1. Vbi quòd contraria opinio non placet Doctoribus. Salyc. in 5. opposit. vsque ad finem lecturæ. Vbi hanc dicit communem, eamque à contrarijs defendit, & Io. Sicar. num. 4. versic. redeundo ergo. Vbi pariter testatur de communi Doctorum opinione. Bart. in l. duo. §. hoc edicto, num. 1. vers. Videte Domini, iuncto vers. prohibetur etiam concursus, ff. de vi bon. rapt. & ibi etiam Ang. num. 3. Bartol. & alij in l. edita. C. de eden. vbi dixerunt ex sola maioritate causarum cumulationem impediri. Io. Vicomer. in repet. l. edita, num. 125. versic. quarto modo. C. de edend. Vbi in specie dixit, quod si ago contra te ad fundum, vel ad decem, & tu conuenis me criminaliter, supersedetur in prima causa, & proceditur in criminali, donec de ea sit cognitum, eo quia cum sit pœnalis, tanquam maior, trahit ad se minorem causam. Paul. de Castr. in l. per minorem, num. 5. ff. de iudic. Anchar. consil. 62. num. 3. Plot. cons. crim. diuers. 73. nu. 1. in fine, tomo 2. in magnis. Vbi de communi opinione, sequitur inter eadem cons. Aym. cons. 74. nu. 1. & omnibus seqq. Vbi refert & reprobat contraria, & hanc opinionem decem fundamentis confirmat, & nu. 24. in fine testatur de frequentiori Doct. sententia.

77 Prima opinio apud nos in omnibus Vrbis tribunalibus, & in signatura iustitiæ passim recepta fuit. Ideo ab ea in iudicando, & consulendo non recedas.

78 SVBLIMITA, seu potius declara præcedentem limitationem, vt causa vna dicatur alteri præiudicialis pluribus modis, quos bene recenset Aym. inter cons. crimin. diuers. consil. 74. num. 5. tomo 2. in folio, & dixi supra nu. 60. causam vnam dici alteri præiudicialem, quando inter se sunt contingentes, & connexæ, idem quando vna absorbet aliam. Item quando vna, non compatitur cum alia. Itē quando vna excludit ius actoris in alia, sic enim loquuntur, & exemplificant Doct. allegati d. nu. 60.

79 Sic etiam vna causa dicitur alteri præiudicialis, quando sententia in vna lata rei iudicatæ exceptionem parit in alia, secundum Cyn. in l. 1. nu. 6. versic. Ratio est, C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. & ibi etiam Salycet. num. 9. Imol. in l. interdum, in princip. vers. & potest esse ratio. de publ. iudic. Bart. in l. duo. §. hoc edicto, num. 1. vers. Videte Domini, ff. de vi bon. rapt. Ang. ibidem post num. 2. Butrigar. Bart. Bellapert. & alij in l. edita, C. de edend. in locis relatis, infra nume. 128. Vbi etiam vide ad materiam huius conclusionis. Bald. in l. 1. num. 48. ad med. C. de his qui accus. non poss. Vbi quòd ex perplexitate oritur præiudicium, & quia rubor est contraria pronunciare. Ancharan. consil. 62. num. 3. Vbi pariter quod causarum præiudicialitas oritur perplexitate, & contrarietate sententiarum, nec non ex intricatione processuum. Aym. consil. 280. nume. 1. Vbi ponit exemplum. Natt. consil. 138. nume. 2. & 7. Boss. in titu. de pluribus violen. post num. 113. Put. decis. 98. agebat Alexand. num. 9. & seqq. lib. 1. & vide, quæ dixi infra num. 130. Vbi probaui causam vnam dici alteri præiudicialem non solum actu, & effectu, hoc est quod sententia in vno lata pariat re vera exceptionem rei iudicatæ in altera, sed etiam potentia, hoc est quòd parere possit, & sic, quæ ibi dicta sunt, veniunt ampliatiuè ad hanc conclusionem.

80 Et rursus causa vna dicitur præiudicialis alteri, quando respicit personarum legitimationem, & in ea obijcitur aliquod, quod agentem ab actione repellit, vt in exemplis relatis per Natt. consil. 138. num. 3. iuncto nu. 27. lib. 1. Aym. cons. crim. diuers. 74. num. 5. lib. 2. in folio, vbi ponit exemplum, quando contra agentem opponitur de excommunicatione. De quo etiam dixi infra nu. 84.

81 Et pariter causa vna dicitur præiudicialis alteri, quando per eam is, contra quem intentatur, priuatur omni iure suo, secundum Anchar. in cons. 62. num. 1. Vbi ponit præcipuè exemplum, quando in vna causa petitionis hæreditatis proponitur, quod hæres institutus prohibuit testatorem facere testamentum, nam tunc quia per talē prohibitionem hæres priuatur hæreditate, idcirco dicitur præiudicialis causæ petitionis hæreditatis, vt ibi per eum, & nu. 4. vbi ampliat siue priuatio iuris agentis veniat ipso iure, vel etiam per sententiam Aym. cons. 280. nume. 1.

82 LIMITA II. eandem regulam (& hæc limitatio venit illatiuè ex præcedenti) vt causa criminalis non faciat supersedere ciuilem, quando ciuiliter agens accusatur à reo conuento de aliquo crimine, vtputa, quod est homicida, aut quid simile. Et hoc quia post commissum crimen

men quisque contra suum debitorem agere non prohibetur, fuit opinio Herner. quem refert (sed non sequitur) gl. in l.fin. in verbo *de crimine*. C.de ord.iud. sequitur ibidem Paul.de Castr. sub num.2. & 3.in fine. Vbi quod ista opinio est magis rationabilis, quamuis contrarium communiter teneatur. Cyn.in l.1.num.15.ad finem, vers.& certè dicendum videtur. C.de his, qui accus. non poss. Vbi loquens in causa criminali de crimine obiecto per accusatum aduersus accusatorem dixit, quòd si accusatus in suum accusatorem crimen aliquod refert, non releuat se. Ideo non auditur.

83 Contra, quòd immo isto casu sit supersedendum in causa ciuili, voluit eadem glo. in l.finali, in verbo *de crimine*, in fine, vers.sed certè. C.de ord.iud. dicens quod quamuis post crimen commissum non prohibeatur quis agere contra suum debitorem, debet tamen hæc actio differri, donec criminalis terminetur, & ibi etiam hoc adnotarunt Bellaperr. in vers. ego dico. Salyc. in 4. oppos. vsque ad finem lecturæ. Vbi aliis relatis antiquioribus, ita testatur Doctores communiter tenere, & hanc communem a contrarijs defendit, & Io. Sicar. num.4. vers.redeundo ergo. Vbi pariter testatur de communi opinione. Alberic. in l.1. num.11. col.final.in fine, vers. Tertiò casu, C.quand.ciuil. act.crim.præiud. Angel.in l.qui prior, col.2.ad med.versic. quandoque vna quæstio.ff.de iudic. Vbi ponit exemplum, quando ego ago contra te ad decem, tu reconuenis me accusando de vulnere in te illato, hoc casu inquit Angel. est prius procedẽdum in causa criminali, quàm in ciuili, quia criminalis est maior ciuili, & paulò infra in vers. & ex prædictis, docet cautelam, quam dicit notabilem, vt cum Aduocatus amico suo videt inferri litem ciuilem grauem, si voluerit in ea supersederi, consulat, vt idem suus amicus accuset actorem suum aduersarium, quia accusatione durante, supersedebitur in ciuili, quantumcunque fuerit primo mota. Paulus de Castr. in l.qui prior, post num. 3. col. 2. post med. in vers. si vis facere in causa supersederi, Plot. conf. crim. diuers.73. num. 6. tomo 2. in magnis, vbi relatis, & reprobatis contrarijs, ita communiter Doctores tenere testatur. Addo pro hac eadem contraria opinione gl. in l.interdum, in glo.1.in fine, ff.de publ.iudic. & ibi Imol. col. final. vers. in ea glos. in fine, refert cautelam Angel. dicentis, quod si Mercator debitis inuolutus ciuiliter a suis creditoribus conueniatur, videat si potest accusare creditores agentes de aliquo crimine, quia tunc iudicio criminali tanquam maiore pendente, supersedebitur in ciuili.

84 Potest hæc contraria opinio sustineri, quando crimen obiectum agenti, seu accusatori est præiudiciale causæ principali, quia tunc videtur supersedendum, ad generaliter tradita sup. num.60. & in specie adnotauit Cyn. in l.1.nu. 15. eodem vers.& certè dicendum videtur C.de his qui accus. non poss. & faciunt, quæ dixi infra nu. 108. Vbi probaui supersedendum esse in causa spolij ciuiliter intentata, quando contra spoliatum agentem obijcitur, quod est excommunicatus, hæreticus, reus læsæ maiestatis, & simoniacus. Hæc enim crimina repellunt actorem ab agendo, faciuntque ipsum inhabilem, & ideò tanquam præiudicialia causæ ciuili faciunt in illa supersedere. Plot. conf. crim. diuers.73.num. 6. in princ. 7. & 8. Vbi pariter loquitur, quando obijcitur crimen læsæ maiestatis, aut excommunicationis, & inter eadem conf. Aym. conf. 74. num.5. Vbi pariter de excommunicato. Put. decis.98. agebat Alexander num. 1. & seqq. & num. 9. & seqq. & num. 18. vbi de hæretico, lib.1. & declarat causam hæresis esse præiudicialem causæ ciuili duplici respectu, vt ibi per eum.

85 Apud nos seruatur opinio Girnerij. Immò quando reus conuentus pro sui debiti solutione accusat actorem de aliquo crimine, communiter tenetur, vt accusatio sit calumniosè proposita ad effectum non soluendi debitum. Et propterea quando dicta accusatio proponitur, siue coram eo iudice, coram quo accusator fuit conuentus ciuiliter, siue coram diuerso (prout sæpe contingit) nunquam tamen criminalis Iudex facit supersedere in causa ciuili, sed benè plerumque cogit ipsum accusatorem ad faciendum pecuniarium depositum in causa ciuili, & ita pluries seruatum vidi in visitationibus carcerum Vrbis, in quibus pluribus annis interfui, dum eram Locumtenens criminalis Illustr. D. Camilli Burghesij Auditoris Cameræ, & nũc dignissimi Cardinalis.

86 LIMITA III. vt causa criminalis faciat supersedere ciuilem, & ècontra, quando secunda causa principaliter intentatur, secus si incidenter, & per viam exceptionis, quia tunc in prima non supersedetur text. express. in l. cũ ciuili. C.de ord. iudic. cuius verba sunt hæc. *Cum ciuili disceptationi principaliter mota quæstio criminis inciderit, vel crimini prius instituto ciuilis causa adiungitur. Potest Iudex eodem tempore vtramq; quæstionem sua sententia dirimere.* Et ibi hoc notat gloss. in secunda, & tertia ponens exemplum primæ partis huius conclusionis, quando actor ciuiliter agit ex instrumento. Reus autem excipit de illius falsitate. Vel quando quis agit ad hęreditatem ex testamento, conuentus autem excipit, quod testamentum fuit metu confectum, secundæ autem partis dictæ conclusionis, ponens exemplum, quando quis accusat alium de plagio, vel adulterio, accusatus autem excipiendo dicit accusatorem suum esse seruum.

His inquam casibus, quia non principaliter, sed incidenter vna causa incidit in aliam, ideo vna non facit supersedere aliam, vt ibi per gloss. & per Iacob. Butrig. in summ. Bart. & Bald. etiam in summ. Angel. in summ. & in fine lect. Paul. de Castr. num. 1. Salycet. in princip. in 1. notab. & in 1. oppos. Cyn. in l. final. num.1. C. eodem, & ibi etiam Paul. de Castr. num. 1. vers. & in hoc differt, & numero 2. vers. licèt si eam. Salycet. in 3. opposit. & Ioan. Sicar. num.3. Ang. in l. qui prior, num. 2. ad finem, versic. quandoque inter duos, & col.final. ff. de iudic. Vbi quòd quando in causa principali incidit alia causa per modum exceptionis, siue exceptio contineat crimen, siue non, tunc licet naturalis ordo iudicij sit de iure, vt primo cognoscatur de exceptione, quàm de causa principali, inoleuit tamen laudabilis consuetudo pro abbreuiandis litibus, vt tàm actori, quàm reo detur terminus ad probandum incumbentia, eoque lapso, iudex pronunciat pro vtraque, & ita assessores seruare testatur. Nec dissentit Paul. de Castro ibidem col.3.nu.1.in fine, vers. vltimò oppono. Afflict. in constit. Regni incip. si ciuiliter num. 1. post med. versic. & aduerte rubr.20. part. 2. Plot.conf. crim. diuers. 75. num. 3. tomo 2. in magnis. Vbi testatur de communi opinione.

87 Contra prædicta videtur facere id, quod communiter tradunt Doctores de testium falsitate opposita per viam exceptionis in causa criminali, dum dicunt, quod sic excipiendo contra testes de falsitate, facit supersedere in negotio principali, prout scripserunt Cyn. in l. 1. numer.16. C. de his qui accus. non poss. & ibi etiam Bald. num. 49. vers.in contrarium, Alberic. in l. iudicati, num. 4. vers. si autem accusatus, C. si ex fals. instrument. Salyc. in l. si do cueris, post num. 2. C. ad l. Cornel. de fals. Bart. in l. si testamentum, num. 3. ff. de petit. hæredit. Ang. de malef. in verbo *Incohata, &c.* num. 18. Aug. de Arim. in addit. ad eundem Ang. in verbo *Comparuerunt dicti Inquisiti, & quilibet eorum, &c.* in princip. addit. Ruin. conf. 15. num. 11. ad med. vers. excipiat ergo quis de falso, lib. 5. Barbat. in conf.43. num. 10. ad med. vers. & adduco, & d. num. 10. in fine, lib.1. vbi post Angel. quem allegat in l. qui prior. ff. de iudic. dixit per secundam causam incidenter per modum exceptionis intentatam, vt puta si instrumentum ab actore productum de falso redarguatur, impediri processum in principali causa, quia ordo naturalis iudicij est, vt prius cognoscatur de exceptione peremptoria, Aym. in conf. 280. num. 2. vers. & adeo.

Vbi facit conclusionem, quod semper prius cognoscendum est de causa præiudiciali, siue illa principaliter moueatur, siue per modum incidentis, aut emergentis. Et si aliter fiet, sententia est nulla, ex Bal. & Paul. de Cast. ibi per eum alleg. & num. 3. pariter probat, quod exceptio ciuiliter opposita contra quærelam fisci, si illi est præiudicialis, facit omnino criminale iudiciũ silere, & Aym. refert, & sequitur Hieronym. Giaccar. in addit. ad Clar. in practica

dic. §.final.q.1.in princ.litt. A, in fin. addit. Ergo non videtur verum, quòd causa criminalis incidenter, & per viā exceptionis proposita, non faciat supersedere in causa principali.

88 Cogitabam posse dici pro concordia, quòd proposita limitatio procedat, quando causa criminalis incidit in ciuilem, vel ciuilis incidit in criminalem prout loquitur tex. in præalleg. l.cum ciuili.ff.de ord. iud. Doctores autem in contrarium præcitati loquuntur, quando vna causa criminalis incidit in aliam criminalem. Verum quia non sufficit diuersificare casus, nisi ratio diuersitatis afferatur. Immò Ang. Barbat. & Aym. ex allegatis expressè etiam loquūtur, quando causa ciuilis incidit in criminali per viam exceptionis: crederem melius posse dici, quòd inter prædicta nulla est contrarietas, quia satis in proposita limitatione dicitur supersederi in causa, cum Iudex principalis causæ non possit illam terminare, nisi cognita causa incidenti per viam exceptionis opposita. Si enim, vt dicunt Doctores in d.limit. allegati, Iudex debet de vtraque cognoscere, & de vtraq; pronunciare, satis dicitur supersedere in causa principali, cum illam terminare non possit, nisi cognita exceptione proposita.

Sic si accusatus excipiat de falsitate testium, non potest Iudex ipsum condemnare, nisi prius de dicta falsitate cognouerit, & isto respectu satis dicitur suam condemnationem differre. Et sic nulla est contrarietas. Et pro hac responsione faciunt tradita infra num. 91. & seqq. in 4. & 5. limitatione.

89 SVBLIMITA præcedentem tertiam limitationem in eo, quòd dixi, quòd quando vna causa incidit in aliam per modum exceptionis. Tunc procedatur, & pronuncietur super vtraque. Quia veritas est, quòd in principali causa pronunciatur expressè, in incidenti autem tacitè, pronunciatio enim expressa in causa principali in necessariam consequentiam dirimit quęstionem causæ incidentis. Et ideo per expressam pronunciationem in causa principali, dicitur tacitè pronunciatum in incidenti, l.1.in fin. C.de ord. iudic. & per istum text. hoc adnotarunt glo. in l.cum ciuili, in verbo *tempore*, vers. Item quomodo. C. eod. & ibi etiam Imol. Butrig. Bellapert. col. 1. vers. sed opponitur il primo. Bart. in fin. vers. Nam lata sententia. Bald. post princ. vers. Quæro hic. vbi reddit rationem, quare decisa principali causa sit etiam tacitè decisa causa incidens, quia scilicet vna præiudicat alteri, & ad impositionem vnius necessariò sequitur conclusiò alterius, Paul. de Castr. post num. 1. Cyn. in princ. vbi infert ad conclusionem, quod iudex vnica sententia dirimere debet principalem, & incidentem quæstionem, Salycet. in 2. oppos. Ang. in l. qui prior, num.2.col.2. in fine, post vers. vltimo oppono. Bellapert. in l.1. colum. 1. in fine, in 1. opposit. C. quand. ciuil. act. crim. præiud. Et ibi etiam Odofr. num. 10.col.3.ante med. vers. si autem mouetur ciuilis.

90 Benè verum est, quod si Iudex vult, potest etiam expressè pronunciare in causa principali, & etiam in incidenti, vt puta: Petitur debitum ex instrumento; excipitur de falsitate instrumenti, Iudex videns instrumentum bonum, potest reum condemnare, & instrumentum declarare non esse falsum, vel adiicere per modum causæ, seu rationis hoc modo, videlicet. *Quoniam reperimus instrumentum non esse falsum. Idcircò reum condemnamus, &c.* & ècontra. *Quoniam reperimus instrumentum esse falsum.* (si falsum erit) *Reum absoluimus à petitis*, secundum Paul.de Castr.qui benè hanc materiam declarat in d. l.cum ciuili. C. de ord. iudic. & ibi etiam Salyc. in 2. oppos. in fine, vers. Vel dic, vbi quod potest Iudex, si vult, pronunciare, tam super principali causa, quàm super incidenti, sed non necessitatur.

91 LIMITA IV. regulam s.c, vt supra ampliatam, nu. 68. & 87. Vbi dixi accusationem, seu exceptionem falsi in causa criminali facere supersedere in eadem criminali causa. Vt inquam, licèt hoc benè procedat de iure, quia scilicet falsi causa est præiudicialis primæ. Nihilominus de cōsuetudine gratia minuendarum litium in vtraq; causa, simul proceditur, simul recipiūtur probationes, simulq; super vtraq; pronūciatur, sicut attestatur Ang. in l.qui prior, nu.2.ante med.vers.Quandoq; vtraq; causa. ff.de re iudic. & in l.qm, post nu. 1.C.de adulr.& in l.1.nu.5.C.de calumniat.& Ang.sic dicentē referendo sequuti sunt Afflict. in cōst.regni incip.si ciuiliter, nu.1.uers.fallit hoc rōne connexitatis rub.20.par.2.Io.de Anan.in c.1.n.10.de calumn.Socin.cōsil.118.nu.1.in fine, lib.1.Clar.in pract.§. final. q.14. num.12.sub vers. tertius est casus, ad med.

92 Et quamuis Barbat.in consil.43. n.11.lib.1. dixerit Ang. sic de consuetudine testanti non esse credendū, & quatenus credendum; eius dictum procedere, quando crimen obijcitur per modum accusationis, secus si per modū exceptionis, vel replicationis, quia tunc siue causa sit merè criminalis, siuè etiam merè ciuilis, semper prius cognoscendū est de exceptione. Labitur tamen certè Barbat. tū quia Ang. sic testāti propter eius eximiam authoritatē omnino credendum est, cum præsertim, & ipsum referendo idē etiā attestati fuerint omnes præcitati Doctores; tū etiam quia si eius dictum procedit, quando causa criminalis proponitur per viam accusationis, multò magis debet procedere, quando proceditur per viam exceptionis, cum (vt dixi supra nu.86.) facilius supersedeatur in causa ciuili, per accusationem criminalem, quam per criminis exceptionem. Et faciunt ad præmissa, quæ dixi in 1. par. tit. de accusat.q. 12. num.23. & q.16.num.30. & infra hac eadem quæst. in seq. limitat.num. 93.

93 LIMITA V. quia causa criminalis facit supersedere ciuilem quoad illius expeditionē, & sententiam, non autē quoad processum, Afflict.decis. 103. vbi quòd ita fuit votatū apud eū in Sacro Consilio, vt scilicet procedatur in causa, tàm ciuili, quàm criminali, sed quod nō expediatur causa ciuilis, nisi prius fuerit expedita criminalis. Capic. decis. 25.num.1. vers. fuit votatum. Vbi benè in id ponderat verba Cyni, Bart. & Bal.in locis per eum relatis. Gram. decis.60.num.23. in fine. Sequitur Clar.in pract.§.fin.q.2. num.4. vers. sed quæro nunquid in fi. Et faciunt ad hanc limitationē, quæ dixi supra, num. 91. & seq.

94 LIMITA VI. propositam regulam sic vt supra ampliatam, nu.67. & seqq. vbi dixi accusationem falsorum testium tam in causa ciuili, quàm in criminali facere supersedere in ea, vt procedat, si eadem accusatio proponatur aduersus testem, & actorem, seu accusatorem, simul, vel saltē contra ipsum actorē, & accusatorē. Secundū Cyn.in l.1.nu.17.C. de his qui accus. non poss. Alberic. in l.iudicari, nu.4. vers. si autem accusatus. C. si ex fals.instrum. Bal.in l.fin.ad finē num.7. vers. Quærit. Cyn.C.de fid. instrum. Salyc. in l. si docueris, num.2. vers.secundo casu.C.ad l. Cornel. de fals. Bar.in l.si testamentum, nu.3.ff.de petit. hæredit. Bald. in l.Lutius, num.3.in 5.notab.ff.de his, qui accus.infam. Abb. cons.16.num.5.in fi. vers. excipiat ergo, lib.2. Ang.de malef.in verbo *incohata*, nu.17. & 21.& in verbo, *Comparuerunt dicti Inquisiti, et quilibet eorum, &c.* nu.20. & ibi Aug. de Arim.in prin. addit. Maran.de ord.iud.pat.6.§.12. actu 2.num.1. Afflict. decis.13. num.1. vbi quòd hoc est clarum in iure, & decis.229.n.3.Capic.decis.25.nu.1. Gram.d. decis.60.nu.23.Corrad.in pract.§.2.de offic. Prætor. in caus. ciuil.rub.de inciden.& emerg. post nu.6.fol.mihi 272.col. 2. Peregr.decis.296.incip. in causa Fulginaten. prioratus, tit. de iud. sent. & re iudic. lib. 2.

95 Secus autē, quando solum intentatur contra testes iudiciū .n. falsitatis contra testes intentatū non præiudicat agenti, seu accusatori, quia res inter alios acta. Immo (vt suo loco dixi) et q testis productus confiteretur se falsum dixisse; talis confessio non præiudicat producenti. Ideo cū sic proposita accusatio nō præiudicet primæ causæ. Sequitur, quod nō debeat facere illā supersedere. Arg. eorū, quæ generaliter dicta sunt supra, nu.75.& in specie ex præposita ratione, & aliis, plerisq; hanc declarationē admiserunt Cyn.in d.l.1.nu.15.Vbi proponit, & etiam reprobat cōtraria, & nu.17. vers.sed si alius accusaret, & vers.si per viā accusationis C.de his qui accus.non poss.Bal.ibid. nu. 48. & seqq.vsq; ad nu.51.Vbi relatis hincinde contrariis rationibus, & fundamentis, hanc Cyni opinionē, quæ prius fuit Riccar.de Malumbr.de iuris rigore veriorē dixit Alberic.

in

in l. iudicati, num. 2. vers. vltimo quæro, & num. 3. C. si ex fals. instrum. Bald. in l. fin. ad fin. nu. 7. Quærit Cyn. C. de fid. instrum. vbi idē si falsitatis accusatio proponatur cōtra
96 solum Tabellionem. Bart. in l. si testamentum, nu. 3. in 5. no tab. ff. de his, qui notan. infam. Afflict. in cōst. Regni incip. si ciuiliter nu. 14. rub. 20. par. 2. vbi relatis aliorū opinionibus, Ita fuisse iudicatum, testatur Abb. cōs. 16. nu. 3. in fin. & seqq. lib. 2. Vbi quod hęc est cōis opinio Ang. de malef. in d. verbo *Comparuerunt dicti inquisiti, & quilibet eorum, &c.* eodē nu. 20. Maran. vbi supr. d. nu. 1. Ruy. cons. 15. num. 11. lib. 5. Pract. Corrad. in loco præcit. d. nu. 6. in §. 3. de offic. Prætor. in caus. crim. rubr. de fals. nu. 34. in fin. fol. mihi 400. colum. 2. Machabrun. cōs. 50. nu. 149. & seqq. Cæsar de Grass. decis. 3. licèt regula sit aliàs 92. nu. 10. tit. de excep. & etiam voluit Rota, coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Card. Platta, in vna Ciuitatis Castelli, spolij bonorum, 18. Febr. 1591.

97 Contrà, quòd immò accusatio falsitatis proposita contra testes, & non contra accusatorem, faciat supersedere in causa principali, præsertim si criminalis sit, tenuerunt aliqui Doctores in Ciuit. Bononiæ, prout eos refert, sed non sequitur Cyn. in d. l. 1. nu. 17. vers. Quidam Doctores, C. de his qui accus. non poss. rationibus ibi per eū adductis, quia propterea dixerunt in casu, in quo vigore Statuti instātia est breuis, & de illius lapsu dubitatur, dum de accusatione falsitatis cognoscitur, vel quando Iudex præcisè astringitur ab ipso Statuto ad finiendū causam inserto termino, vt idem Iudex condemnet reum sub conditione nisi appareret, testes falsum deposuisse. Et hanc contrariam opinionē æquiorem, dixit Bal. in d. l. 1. num. 50. ad med. (licèt, vt sup. eum retuli, Cyni sententiam de iuris rigore veriorē affirmauerit) & nu. 48. & seqq. plures adducit rationes, & argumenta, quibus eadem cōtraria opinio fulciri facilè potest. Et faciunt dicta per Alberic. in d. l. iudicati, post num. 4. C. si ex fals. instrum. Vbi dixit, quod si iudici constaret ex actis de innocentia accusati, & de falsitate testium examinatorum reus absoluendus, & si sententia contra eum fuisset lata, nō esset exequutioni mandanda. Salycet. in l. si docueris, nu. 2. C. ad l. Corn. de fal. Vbi licèt dicat cautius esse ad hoc, vt supersedeatur in causa principali, accusare testes, & accusatorem, secundum opinionem Cyni. Non per hoc tamē ab ista Bononiensiū sententia, tanquàm vltimo loco, ibi per eum relata discedere videtur, & respondet contrarijs Ang. de malef. in verbo *incheata*, nu. 20. in fin. & num. 21. Vbi hanc opinionem dixit mitiorem, & æquiorem. Quamuis contrariam de iuris rigore veriorem.

98 Verum hęc Bononiensium opinio non placet Cyno in l. 1. num. 17. in fin. vers. Aduertatis. C. de his qui accus. nō poss. & cum opinione Cyni pertransire videntur Alberic. ibidem nu. 9. & Bald. num. 50. ad med. dixit Cyni sententiam de iuris rigore veriorem, quamuis vt supra eum retuli aliam contrariam dixerit æquiorem, prout etiam testatus est Ang. de malef. in d. verbo *incheata*, num. 21. sequitur idem Ang. de malef. in verb. *Comparuerunt dicti Inquisiti, et quilibet eorum, &c.* num. 20. vers. cautius tamen est.

99 Posset autem hæc contraria opinio habere locum, quando Iudex procederet per inquisitionem. Tunc enim inquisitio contra falsos testes, & non contra actorem, seu accusatorem faciet supersedere in causa criminali, secundum Bald. in d. l. 1. num. 50. vers. sin autem per inquisitionem. C. de his, qui accus. non poss. Vbi dixit hanc conclusionem esse veriorem, non solum de æquitate, quàm multum debent Iudices in criminalibus ponderare, sed etiam de iure. Afflict. in const. Regni, incip. si ciuiliter, n. 14. ad med. vers. sed quando proceditur per viam inquisitionis, rub. 20. par. 2. vbi refert Bald. in loco præcitato. Et hac attenta declaratione hodie possumus dicere falsi accusationē, siue contra accusatorem, siue contra testes oppositam semper (vt suo loco dixi) de generali consuetudine in omnibus delictis etiam priuatis ex officio, & per inquisitionem procedatur, etiam quòd præcedat partis quærela, seu accusatio. Ex quo dicitur, *Inquiratur ex Officio, &c. & ad quærelam N. super eo quòd, &c.*

100 Potest pariter, & sine dubio hæc eadem contraria opinio procedere, quando accusatus nō per viam accusationis, sed per viam exceptionis proponeret testiū falsitatem, quia tunc sine dubio supersedetur in causa principali, vt dixi supra, num. 86. & seqq. Vbi vide, & ad ibi tradita me remitto.

101 LIMITA VII. vt pariter accusatio falsitatis testium, seu instrumenti, tunc demum faciat supersedere in causa principali, quando scilicet tota vis ipsius causæ stat in ipsis testibus, & in ipso instrumento, secus si etiam data falsitate testium, aut instrumenti remaneret probata intētio actoris, seu accusatoris. Tunc enim non est supersedendum in causa principali, siue ciuilis, siue criminalis sit, secundum Cyn. in l. 1. nu. 15. ad finem, vers. Et certè dicendum videtur. C. de his, qui accus. non poss. Bald. ibidem num. 50. ad med. vers. sed de rigore iuris, Afflict. in constit. Regni, incip. si ciuiles, num. 14. ad med. vers. sed quando proceditur, rubric. 20. par. 2. Angel. de malef. in verbo *Comparuerunt dicti Inquisiti, & quilibet eorum, &c.* num. 20. in fin. post Bald. quē allegat in l. 1. & ibi gloss. C. de quæst. Afflict. decis. 229. post num. 2. & num. 3. vers. si verò ius, & ibi Vrsill. in addit. nu. 1. Capic. decis. 25. nu. 3. Gram. decis. 60. post num. 24. Cæsar de Grass. decis. 3. tit. de except. alias 92. incip. licèt regula sit, nu. 4. & 9. in fine, vbi alij referuntur concordantes; sequitur Rota coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Platta, in vna Ciuitatis Castelli, spolij bonorum 18. Februarij. 1591.

102 LIMITA VIII. quando quis diu post actionem ciuilem contra ipsum intentatam criminalem intentauerit. Et sic quando quis fuit negligens, nimiumque se arctauit ad proponendum causam principali causæ præiudicialem. Argumento text. in l. 2. §. si quis. ff. si quis caus. & l. cum postulassem. ff. de damn. infect. & in l. petendæ. C. de in integ. restitut. & in l. nemo ad finem. C. de temp. appellat. Præsumitur enim tunc calumniosè agere. Ideo nō supersedendum. Ita per hanc rationem, & alias hanc materiam declarando, scripserunt Cyn. in l. 1. num. 1. vers. Prętetea imputandum est ei, quia se arctauit, & num. 16. vers. Aut non constat. C. de his, qui accus. non poss. Alberic. in l. iudicati, num 4. vers. Idem si imputari posset. C. si ex fals. instrumen. Salyc. in l. si docueris, post num. 2. C. ad l. Corn. de fals. Ang. de malef. in verbo *incheata*, num. 20. Afflict. decis. 229 num. 2. Capic. decis. 25. num. 5. Gramm. decis. 60 post nu. 24. Barbat. cons. 45. post num. 10. lib. 1.

103 Vbi enim quis malitiosè, & per calumniam quærit differre iudicium audiendus non est, l. 1. C. de calumn. l. 1. C. de iuram. calumn. cap. suscitata, de integ. restit. Ideo supersedendum non est, prout videtur tex. in l. satis apertè. C. de fals. vbi quòd exceptio falsi, solum obiecta causa differendi processum non debet admitti, sed debitor ad soluendum compellatur reseruato iure accusandi, & ibi Bald. in summario, Cyn. in l. 1. num. 16. vers. Aut constat, quòd malitiosè excipit. C. de his qui accus. non poss. Alberic. in l. iudicati, num. 4. ad med. vers. Et hoc nisi constaret. C. si ex fals. instrum. Salycet. in l. si docueris, post num. 2. C. ad l. Cornel. de fals. Felyn. in cap. de cętero, num. 11. vers. limita omnia prædicta de sentent. & re iudic. vbi pluribus hanc limitationem exornat, prout etiam, & latissimè exornat Barbat. cons. 43. num. 7. vers. venio nunc ad aliam dubitationem, & seqq. lib 1. Ang. de malef. in Verbo, *incheata, &c.* num. 19. Capic. decis. 25. num. 4. vers. Tertia limitatio est. Boss. in tit. de fals. num. 150. Vbi propterea testatur, quod quando in causa ciuili datur querela falsitatis, Senatus solet maximè aduertere, An adsint aliqua inditia falsitatis, & quatenus non adsint, facit accusatori præfigere breuem terminum ad illa deducendum, sequitur Baiard. ad Clar. in pract. §. fin. q. 2. num. 14. vers. Item adde.

104 Dicitur autem quis negligens, & nimium se arctasse, quando criminalem causam intentauit post litis contestationem factam in causa ciuili, secundum Paris. in addit. ad Bart. in l. fin. C. de ord. iudic. vbi remittit se ad trad. per Imol. & Abb. in cap. 1. de mutu. petit.

105 Idem quando criminalis causa proponitur post conclusionem in causa ciuili. Afflict. decis. 103. in princip. & decis. 229. num. 1. vers. Dicebant alij, Capic. decis. 25. num. 5.

Con-

106 Contra prædicta faciunt pleriq; ex Doctoribus allegatis sup.num.68. dicentes, quod Reo criminaliter condemnato, differtur condemnationis exequutio, si testes in causa examinati, quorum vigore sequuta fuit condemnatio, de falso redarguantur. Ergo criminalis causa, & falsitatis accusatio facit supersedere in causa principali, nedum post litem contestatam, & conclusionem in causa, sed etiã post sententiam. Ad quod etiam faciunt ea, quæ scripsit Felyn. in cap. de cætero, col. 3. num. 11. de re iudic. vbi dixit q etiã merus exequutor potest cognoscere de exceptione falsitatis, & ex illa impeditur exequutio (de quo tamen dixi supra q.97. num.69.) Item faciunt ea, quæ cõsulendo scripsit Barbat.cons.43.num. 10.lib. 1. vbi post Cyn. & Salyc. in locis per eum relatis, dixit sententiæ exequutionem impediri per exceptionem falsitatis non oppositam ante sententiam. Et extat decis. Pereg. 196. incip. in causa Fulginaten. prioratus de iudic. sentent. & re iudic. lib.2. in qua resoluitur per accusationem falsitatis testium non esse dandum declaratoriam, ob non paritionem exequutorialium. Et sic loquitur non solum post sententiam, sed etiam post rem iudicatam.

107 Pro solutione dicas contraria procedere, vel quando notoriè euidenter constat de opposita falsitate, prout declarat Felyn. in d.cap. de cætero, post num.11. & voluit Barbat.d.cons.43.num. 9.in fine, dicens tunc euidenter de falsitate constare, quando de illa apparet ex perspicuis indiciis, & præsumptionibus, vel quando falsitatem proponenti nulla potest imputari negligentia, quare ante sententiã eam non opposuerit, vt puta, quia illam ignorauerit, prout pariter declarat Barbat.d.cons. 43. num. 10. vers. Et est diligenter aduertendum, quod si falsitas non fuerit euidẽs nec potuerit incontinenti probari, illamq; proponens fuerit negligens in non proponendo eam ante sententiam, & tunc est reijcienda, quia præsumitur calumniosa, ex quo se nimium arctauit per supradicta.

108 LIMITA IX. quia criminalis causa non facit supersedere ciuilem causam possessorij. Capic.decis. 25.nu.6 post gloss. Bart. Salyc. & Corne. in locis per eum relatis, reprobato Dyn. contrarium tenente, ac etiam quamuis aliàs vigore pragmaticæ illius Regni volentis producentes falsos testes causam perdere, fuit decretum per accusationẽ falsitatis testium esse supersedendum in causa possessorij, & expectandum finem causæ dictæ falsitatis. Et pro hac eadem limitat. vide Lancellott. in tract. de attent. c. 4. limit. 23. num. 10. & seqq. ubi dixit, quòd quamuis Loffred. in cons.6. incip. Dubitabatur, dixerit falsitatis criminaliter propositæ iudicium impedire processum in causa priuilegiata spolij. Rota tamen in vna Neritonen. spolij Abbatiæ coram Sanctiss. D. N. Aldobrandino, tunc Rotæ Auditore 19. Martij 1567. voluit dum de causa spolij cognoscitur, esse exhibendum iudicium causæ criminalis.

109 Nisi reus fuerit aut confessus, aut conuictus, & clarius eadem Rota in vna Romana Canonicatus corã Sarmiento, quarta Iulij 1565. ad literam dixit, quod causa criminalis non preiudicat ciuili, quia processus in ea non impedit iudicium spolij attentati.

110 Sic si spoliato coram iudice causæ ciuilis agenti ad restitutionẽ possessionis obiiciatur crimẽ ad effect. impediẽdi restitutionẽ, q talis exceptio non impediat restitutionẽ, & cognitionem causę ciuilis super spolio, nec sit prius cognoscendum de crimine, prob. tex. in cap. 1.3. q. 1. & in cap. venerabili, eadem caus. & quæst. facit text. in l. si maritus. C. de donatio. inter vir. & vxor. probauit Contar. in l. 1. C. si de momen. poss. num. 19. & seqq. Vbi hãc conclusionem declarat, nisi criminis exceptio, seu criminale iudicium ipso iure inficeret possessionem, & ius possidendi, spoliatumq; agẽtem inhabilem redderet, vt quia diceretur illum esse hæreticum, tunc enim per hanc exceptionem, seu accusationem supersedendum est in causa spolij, donec de crimine cognoscatur ex Abb. in d.cap. Item cum quis, nu.9. & Loffred.cons.6.nu, 19. Addo pro hac eadem conclusione Gabr.concl. 1. de restitut. spoliat. lib. 5. num. 37. Vbi alijs relatis testatur de comm. opin. & num. 54. Vbi eandem conclusionem primo limitat, non procedere, quando obiicitur crimen excommunicationis, & num. 66. & 185. vbi pariter limitat, quando obiicitur crimen hæresis, & num. 175. vbi etiam limitat, quando aduersus spoliatum obiicitur crimen simoniæ, & num. 190. Vbi idem; quando opponitur crimen læsæ maiestatis. Iis inquam, omnibus casibus criminale iudicium facit supersedere iudicium ciuile spolij per rationem supradictam. Quia scilicet inficiunt possessionem, seu ius possidendi, spoliatumq; tanquàm inhabilem ab agendo repellunt, vt ibi per eum, & etiam voluit Ioan. Bapt. Plot. cons. crim. diuers.73. & num.7. & seq. tomo 2. & inter eadem consilia, Aym. cons. 73. num. 5. & in discursu per totum. Addo rursus pro hac eadem conclusione, Viui. opin. 739. num. 1. & seq. vbi facit regulam, quòd spoliatus non tenetur respondere in causis criminalibus contra ipsum motis ante restitutionem sibi factam, siue contra ipsum criminaliter agatur per viam accusationis, & ita etiam ampliat Menoch. in 1. remed. recuper. possess. num. 324. & seq. vbi alios refert concordantes, & testatur de communi opinione, & num. 326. & seqq. vbi pariter ampliat, etiam quòd spoliatus fuerit accusatus ab aliquo, tam de iure ciuili, q de iure canonico, & ibi pariter testatur de communi opinione, & num.328. & seqq. vsque ad num. 354. Vbi in materia quam latissimè explicat, plures ponit declarationes, & præsertim, quid si cõtra spoliatum objiciatur, seu accusetur, quòd est excommunicatus, hæreticus, reus læsæ maiestatis, & simoniacus.

111 LIMITA X. & præsertim id, quod dicitur per criminalem causam, tanquàm maiorem supersedendum esse in ciuili, tamquàm minori, vt procedat quando interest conuenti, & accusati criminaliter supersederi in ciuili, Aliter secus. Posuit hanc limitationem Ioan. Vicomerc. in repet. l. edita, num. 116. C. de eden. Allegat gloss. in l. Carbonianum. §. si quis liber in verbo *status*, ff. de Carb. edic. & tex. in l.fin.C.de petit. hæred. quam limitationem benè attende, & considera allegata per d. glo. & dicta per ipsum Vicomerc. vbi supra, quia si vera est sic, vt supra proponitur, destrui videtur omnino regula, de qua supra, num. 59. cum nunquam intersit rei criminaliter conuenti supersederi in iudicio ciuili per ipsum moto, & consequenter nũquam per criminalem actionem esset in ciuili supersedendum. Ideo cogita super veritate dictæ limitat.

112 LIMITA XI. vt causa criminalis faciat supersedere ciuilem, quando vtraq; causa introducta est coram eodem Iudice, vel quando causa criminalis est introducta coram Iudice superiore; ciuilis autem coram inferiore. Vnde secus è contra, si causa ciuilis fuit primo introducta coram Iudice superiore, criminalis autem coram inferiore, vel etiam vtraque causa fuisset intentata coram diuersis Iudicibus æqualem iurisdictionem habentibus. Tunc enim, quia par in parem nõ habet imperium, & multò minus inferior in superiorem, Iudex causæ criminalis nõ potest iubere, vt Iudex in causa ciuili supersedeat, secundum Bal. in l. 1. in fi.n. 25. C.quom. & quand. iudex, quem in proposito refert, & sequitur Aug. ad Ang. de malef. in verbo *Comparuerunt dicti inquisiti, et quilibet eorum*, num. 2. vers. limita tamen prædicta.

113 Sed casu isto cautela erit, vt inhibeatur parti, & non Iudici. Et ita apud nos seruatur, & vide quæ dixi infra in materia cumulationis, nu. 155.

114 LIMITA XII. vt causa criminalis non faciat supersedere ciuilem, nec etiam aliquam criminalem, quãdo est proposita, & intentata, non per reum conuentum, seu accusatum, sed per tertium, Cyn. in l. 1. num. 17. vers. sed si alias accusaret. C. de his, qui accus. non poss. vbi de tertio comparente, & accusante de falsitate testes in causa examinatos. Alberic. in l. iudicati, num.4. vers. si autem extraneus. C. si ex fals. instrum. Ang. de malef. in verbo *inchoata*, num.17. in fin. Put. decis. 98. Agebat Alexand. num. 4. 5. & 8. vers. si ergo in casu nostro lib. 1. Baiard. ad Clar. in pract. §. fin. q. 2. num. 14. allegat August. consil. 6. num. 9. lib. 1.

115 Hinc idem quando causa criminalis intentatur, non à parte, sed à fisco, vel iudice procedente ex officio, quòd non

non faciat supersedere ciuilem, voluit Put. decis. 98. Agebat Alexan. num. 5. versic. non autem procedit, libro 1. Alios refert concordantes, Baiar. ad Clar. in pract. §. fina. quæst. 2. numero 16. Rota diuer. decis. 133. num. 2. libro 2. tomo 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. num. 19. Vide in simili infra in materia cumulationis, num. 142. & seqq.

116 LIMITA XIII. vt licèt per causam criminalem supersedeatur in ciuili, finita tamen criminali causa, non prohibetur actor suam ciuilem prosequi actionem. Sic enim deducitur ex apertis verbis, text. in d. l. fina. C. de ord. iud. dum ibi dicitur. *Ex quo criminalis quæstio, quocunque modo cessauerit, oportet ciuilem causam, velut ex integro in iudicio deductam distingui, vt finis criminalis negotij ex eo die, quo inter partes fuerit lata sententia, initium ciuili tribuat quæstioni*. & ibi hoc adnotauit gloss. in verbo *cessauerit*, & in verbo *lata sententia*.

117 Verum hæc limitatio erit intelligenda, vt procedat, dūmodo criminalis causa fuerit finita per absolutionem accusati, secus si per condemnationem. Primo enim casu benè verum est, quòd absolutus reddit ad prosequutionem suæ actionis ciuilis. Secundo autem casu non, secundum glo. in d. l. fina. in verbo *lata sententia*. C. de ord. iudic. & ibi etiam Paul. de Castr. nu. 2. in fi. versic. & tenendo primum intellectum.

118 Et rursus præcedens declaratio pariter intelligenda est, vt procedat quando causa criminalis præiudicat ciuili. Tunc enim non potest dari principium causæ ciuilis, nisi criminalis fuerit finita per absolutionem, quia condemnatio in causa criminali, reddit agentem in causa ciuili talem, vt agere amplius non possit. Secus si criminalis non fuerit præiudicialis ciuili, quia tunc quocunque modo, etiam si per condemnationem eadem criminalis causa finiatur, ciuilis actio reuiuiscit, secundum Bellaper. in l. fi. in fine, vers. Dicunt quidam. C. de ord. iud. & ibi etiam Cyn. num. 2.

ARGVMENTVM.

De Cumulatione actionis ciuilis, & criminalis, quando à iure permittatur, quandouè vna earum electa, liceat aliam intentare.

SVMMARIVM.



Ctionum cumulationis materia generaliter, & remissiuè, num. 119.

Cumulatio actionis quid sit, num. 120.

Cumulatio actionum potest contingere eodem tempore, & diuerso, exemplifica, vt, num. 121.

Cumulare actionem idem est, ac electa vna actione, aliam proponere, num. 122.

Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, & è contra, à iure prohibita est regulariter, numero 123. Quamuis alij contra, numero 124.

Actione ciuili electa, non potest actor ad criminalem accusationem confugere. Et si confugiat sistere debet criminale iudicium, donec absoluatur ciuile, num. 125. Quamuis alij contra, num. 126.

Actione criminali electa, non potest accusator ciuilem intentare, num. 127.

Cumulatio actionis ciuilis, & criminalis impeditur, quando vna est alteri præiudicialis, sententiaq; in vna actione lata pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, nu. 128. & 130. Vbi idem, si sententia parere possit hoc præiudicium.

Actione ciuili proposita, non potest actor reum criminaliter accusare, quando ciuilis actio criminali est præiudicialis, numero 129. & 130. Vbi quando vna actio dicatur alteri præiudicialis.

Actio vna dicitur præiudicialis alteri, quando sententia in prima actione intentata, parit exceptionem rei iudicatæ in secunda, secus si sententia in vna actione proposita pareret exceptionem rei iudicatæ in prima, num. 131.

Actiones duæ criminales ex vno facto orientes, non possunt cumulari, num. 132. secus si non ex eodem facto, sed ex diuerso plures criminales actiones orirentur, quia tunc non impeditur earum cumulatio, num. 133.

Turbatus in sua possessione, si turbantem ciuiliter conuenias, non potest eundem turbantem criminaliter accusare, nisi perfecto iudicio ciuili, num. 134.

Actio criminalis de vi publica an possit intentari cum remedio ciuili competente pro turbatiua, num. 135.

Actionis ciuilis, & criminalis cumulatio permittitur, quando vna actio non est alteri præiudicialis, nu. 136. Contra, num. 137.

Actionis ciuilis, & criminalis cumulatio non est permissa, quando ambæ actiones proueniunt ex eodem facto, secus autem si ex diuerso, num. 138. Declara, nu. 140. & seq.

Actione ciuili intentata, non potest actor ad criminalem actionem confugere, quando ambæ actiones proueniunt ex eodem facto, secus si ex diuerso, nu. 139. Declara, vt nu. 140. & seq.

Actio ciuilis, quæ oritur ex vno facto, potest cumulari cum actione criminali, oriente ex alio facto, quando ista facta diuersa sunt inter se non contingentia, nec vnum alteri præiudiciale, secus si facta sint diuersa, & vnum alteri non præiudiciale, nu. 140. Contra, num. 141.

Actio ciuilis, & criminalis non possunt insimul cumulari ab eadem persona, secus à diuersa, & tertia persona, nu. 142. & 143. Vbi ponitur exemplum huius conclusionis.

Actio ciuilis ad instantiam partis non prohibetur cumulari cum criminali iudicio ad instantiam fisci, seu Iudicis officio proposito, num. 143.

Actione ciuili proposita à parte, non prohibetur tertius criminalem accusationem proponere, nec per primum iudicium supersedetur in secundo, num. 144.

Actione ciuili proposita à parte non prohibetur Iudex ex suo officio, vel ad fisci instantiam criminaliter inquirere, nec per primum iudicium ciuile supersedetur in secunda inquisitione criminali, nu. 145. Contra, num. 146.

Actio ciuilis non potest cumulari cum actione criminali, & è contra, Contra vnam, & eandem personam, secus si contra diuersas, num. 147.

Actio ciuilis, & criminalis non possunt insimul cumulari, quando proueniunt ex diuersa lege, secus si ex eadem lege, vel constitutione, num. 148.

Actio criminalis, & ciuilis non possunt insimul cumulari, quando tendunt ad diuersum finem, secus si ad eundem, nu. 149. Contra, nu. 150. Resolue, vt nu. 151.

Actio ciuilis potest in consequentiam intentari cum actione criminali, principaliter intentata, prout est, quando accusatur fur, vt puniatur principaliter, & consequenter, vt rem furatam restituat, num. 152.

Actio ciuilis potest cumulari cum actione criminali, quando delictum est capitale, num. 153.

Actione ciuili electa, non impeditur subsequens criminalis accusatio de crimine notorio, num. 154.

Actionis ciuilis, & criminalis cumulatio prohibita est coram eodem Iudice, secus coram diuerso, num. 155.

Actione ciuili electa coram vno Iudice non prohibetur quis coram alio criminaliter accusare, & è contra, nu. 155.

Actionum cumulatio prohibita est, parte opponente. Aliter secus, num. 156.

Actione ciuili electa, non prohibetur quis criminaliter accusare, & è contra, parte non opponente, nu. 156.

Actione ciuili proposita, illiusq; iudicio finito, non prohibetur quis criminaliter accusare, & è contra, nu. 157. & seq. Vbi etiam, quando primum iudicium dicatur finitum.

QVÆST. C. CAPVT III.

119 

IDIMVS supra in antecedenti 1. cap. de actione ciuili, & criminali intentata à diuersis personis, & vicissim. Et ob id, quando per intentationem vnius supersedendum in alia. Videamus modo quid iuris, quando ciuilis, & criminalis actio intentatur ab eadem persona cumulatiuè,

latiuè, eodem, aut diuerso tempore. Et quidem antequàm vlterius procedamus, vt benè tunc Lector, percipias hãc materiam (quæ à Doctoribus subtilis reputatur) scire in primis oportet, quid sit cumulatio, ac deinceps quot modis cumulatio actionis ciuilis, & criminalis contingere possit. Reliqua enim, quæ ad cumulationum materiã spectãt, & q criminalẽ actionem non tãgunt, præsentis inspectionis non sunt. Et propterea sufficiat ad illius cognitionem eundem Lectorem remittere ad tradita cumulatissimè per Doct. in l. edita. C. de eden. Et quòd etiam attinet ad præsentem inspectionem de cumulatione actionis ciuilis, & criminalis, & quando vna electa possit alia proponi, vltrà infra allegata, vide oĩno Tex. & ibi glo. Bar. & Doct. in l. Prçt. edixit. §. 1. & seqq. ff. de iniur.

120 Vt ad primum redeamus, dicas, quòd cumulatio à Doctoribus vario modo diffinitur. Bart. enim in l. edita, num. 13. C. de eden. dixit cumulationem esse *Vnius actionis cum alia coadunationem*. Et hanc Barr. diffinitionem sequuti sunt in eadem l. edita. Roman. num. 124. post med. vers. Cumulatio ergo. Dec. num. 58. Corn. num. 27. & Purpurat. num. 131. & seq. Vbi huic diffinitioni proponit contraria, & postea illam saluat. Secunda affertur diffinitio per Bal. in d. l. edita, in 2. lectura, num. 74. Vbi dixit cumulationem idem esse, q̃ *coaceruationẽ*, & propterea dici posse *plurium actionum per se stantium simul, vel successiuarum propositionem*. Et hanc Bald. diffinitionem referendo sequuti etiam videntur in eadem l. edita. Roman. num. 124. Corn. num. 27. & Purpurat. num. 132. Tertia affertur diffinitio per Salyc. in d. l. edita, num. 18. dicentem; cumulationem esse *plurium actionum coaceruationem contra eundem propositione legitima, & iudicio factam*. Et hanc eandem diffinitionem sequutus est Ioan. Vicomerc. in repet. d. l. edita, num. 116. Quartam inuenio diffinitionem traditam à Ias. in d. l. edita, num. 29. post Bald. in loco per eum relato, dum dixit, quòd cumulatio est *plurium actionum se inuicem contingentium in vno, vel pluribus libellis coaceruatio*. Ex quibus patet in proposito plures à Doctoribus in cortice verborum differentes tradi diffinitiones cumulationis, sed in substantia concordantes, & ad idem tendentes.

121 Ad secundam dicas, quòd actionum cumulatio potest contingere, & eodem tempore, & etiam diuerso, & sic dicitur quis cumulare actionem ciuilem cum criminali non solum, quando in vno, & eodem libello, ac eodem tempore illas proponit, prout tunc propriè secundum sonum verborum dici videtur cumulatio, sed etiam si diuerso tempore vsque ad litis contestationem, & quandoq; etiam post, proposita prius ciuili actione, aliam criminalem proponere intendit, non recedendo à prima, sed cumulatiuè ad primam. Sic enim duo isti modi cumulandi actiones colliguntur ex glo. magna, post princ. vers. Circa quòd dicas. C. de eden. & ibi hoc idem aduerterunt Alberic. num. 11. vers. secundo notandum. Odofred. num. 12. vers. Accumulare est. Cyn. num. 21. Roma. num. 147. vers. Circa quart. 5, & n. 151. vers. & cum Bar. transit, &c. Fulgos. num. 8. Vbi propterea cumulationem diffiniendo dixit, quòd secundum Doctores cumulatio est *noua actionis, actione veteri permanente, & durante, adiunctio*. Salycet. num. 18. in fin. vers. Verumtamen attende. Paul. de Castr. num. 11. Ias. num. 29. vers. Regula est. Iacobin. de S. Georg. num. 91. & 95. ad med. vers. sed aduertite. Claud. Seysel. num. 72. Corn. num. 32. ad med. Purpur. num. 133. & 164. vbi expressè dixit, q̃ cumulatio aliquando fit ab initio, & aliquando ex post facto, & num. 195. Vbi propterea etiam dixit cumulationem aliam esse simultaneam, aliam autem successiuam, licèt successiuam cumulationem non sic propriè dici posse cumulationẽ, sicut simultaneam existimet, & num. 222. Vbi an successiua cumulatio possit fieri post litem contestatam, de quo etiam pertractant omnes ferè præcitati Doctores. Nec à præmissis dissentire videtur Clar. in pract. q. 2. num. 1. vers. quæro nunc, dum dixit, quòd tex. in l. interdum. ff. de public. iudic. licèt loquatur, quando pendente iudicio ciuili actor vult intentare iudicium criminale, tamen secundum Doctores intelligitur indistinctè, siue ab initio actio criminalis, & ciuilis intentetur simul in eodem libello, siue etiam iam cœpto, & pendente iudicio ciuili.

122 Et hinc tertio præmitte vtiliter, & singulariter, quòd paria sunt dicere, *actionem cumulare*, vel *vna electa aliam proponere*. Sic enim promiscuè Doctores loquuntur, & intelligunt de cumulatione, & de electione actionum, licèt quandoque *cumulationis* verbo, quandoque autem *electionis* vtantur. Et propterea in omnibus casibus, in quibus actionum cumulatio est permissa, ac præsertim actionis ciuilis, & criminalis, in eisdem etiam casibus est permissum electa actione vna, aliam proponere. Et è contra, cum, vt dixi, talis electio etiam cumulatio dicatur non simultanea, sed successiua. Igitur nos insimul de vtraque cumulatione verba facturi.

123 REGVLA constituenda erit negatiua. Quòd scilicet ciuilis, & criminalis actionis cumulatio, & è contra, à iure improbatur, text. est in l. 2. §. hoc edicto. ff. de vi bonor. raptor. & in l. ex morte. C. ad l. Aquil. & in l. interdum. C. de public. iudic. glo. in l. 1. in verbo *vtraque*, C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Et ibi etiam Bellapert. colum. 2. ante med. versic, si ad tempus. Odofred. num. 1. & seqq. Vbi recenset exempla posita in d. l. 1. & in vnoquoque eorum concludit actionem ciuilem, & criminalem simul cumulari non posse, & num. 10. colum. 3. post princ. versic. Ad solutionem huius contrarij, & num. 12. vers. si autem alicui. Iacob. Butrig. colum. 1. in fin. in 2. oppos. Cyn. num. 6. Bart. ante num. 1. & num. 4. Alberic. nu. 2. in fin. & seq. Salyc. num. 3. in 5. oppo. & num. 8. versic. Aut vtraque non producitur specificè. (Deficit autem in libro meo dictio, *Non*, post verba, Et tunc ab initio) & num. 9. Fulgos. in d. l. interdum. num. 1. in 1. notab. ff. de public. iudic. & ibi etiã Imol. in summario, & in 1. notab. Bart. in d. l. 2. §. hoc edicto, in princ. vers. Quando ex eodem facto, & num. 1. vers. Videte Domini, & vers. Prohibetur etiam concursus, & num. 2. in princ. ff. de vi bonor. raptor. Odofred. in l. 1. post num. 1. vers. debuit dicere, colum. 1. in fin. C. de appellat. Iacob. Butrig. in l. edita, colum. 6. ad med. vers. sed quid in ciuili, & criminali. C. de eden. Vbi reddit magistralem rationem huius regulæ, & ante ipsum glo. in d. l. edita, in glo. magna ante med. versic. circa quòd dicas. Vbi facit generalem regulam prohibitiuam cumulationis, quando scilicet, ex eodem facto, & ex eadem causa diuersæ oriuntur actiones, & eædem sunt personæ, licèt ad diuersa agatur. Quam regulam ibidem etiam posuerunt Cyn. num. 21. colum. antepenult. vers. Ecce tu subripuisti, iuncto vers. In tertio genere. Vbi in specie reprobat Bellaper. contrarium tenentem in loco infra allegando, respondetq; iuribus per ipsum in contrarium adductis. Bart. num. 15. vers. Tertium genus, iuncto num. 19. Vbi propterea infert ad actionem furti, & condictionem furtiuam, quòd non possint insimul cumulari. De quo etiam per Bal. ibidem in 2. lectura, num. 76. Roma. num. 140. vers. Tertius autem modus, &c. & num. 141. in fin. versic. sed Fulgos. & num. 142. & seq. reprobat Fulgos. contrarium tenentem, & illius iuribus, ac rationibus in contrarium adductis singulariter respondet Salyc. post num. 19. vers. alij, vt Bart. &c. Dec. num. 78. Curt. Iun. num. 200. & seqq. vsque ad num. 206. Vbi benè respondet l. si pro fure. §. 1. ff. de cond. furt. quæ in contrarium à Doctoribus allegatur, & cum Bar. in hoc Doctores transire testatur, licèt multa ibi per eum in contrarium deducat. Claud. Seysel. num. 18. vers. successiuè, &c. Vbi pariter testatur, quòd Doctores communiter pertranseunt cum Bart. excepto Fulgos. cuius rationes friuolas, & inanes existimat. Ioan. Vicomer. in repet. num. 120. Vbi ponit exemplum in iudicio l. Aquiliæ, in quo competit & ciuilis, & criminalis actio, & num. 146. Vbi pariter testatur de communi, refertque, & reprobat fundamenta Fulgosij contrarium tenentis. Corne. nu. 30. Vbi, q̃ ita tenent cõiter oẽs Doctores. Purpur. n. 198. Addo ad eandẽ regulã Paul. de Cast. in l. si. n. 1. in fi. ver. Et isto casu. C. de ord. iud. Matthes. sin. 70. in prin. Maran. de ord. iud. par. 4. distin. 1. n. 12. Vbi infert ad actionem

tiem ciuilem, & criminalem prouenientem ex crimine iniuriarum. De quo particulariter dixi infra quæstio. 105. numero 28. & seqq. in materia iniuriarum. Cyril. in summa crimin. rub. 6. quand. ciuil. actio. &c. num. 1. Natta consil. 407. num. 14. versic. Nam ciuilis actio, libro 2. Boss. in tit. de for. competen. num. 121. & in tit. de plurib. violent. num. 113. Put. decis. 275. in vna Segobien. libro 1. Clar. in pract. §. fina. quæst. 2. num. 1. versic. Quæro nunc. Lancillot. de attent. par. 2. capit. 4. limit. 23. numero 2. reprobato Ægid. contrarium tenente in decis. 400. incip. Ciuilis, & criminalis. And. Tachin. controuer. iur. libro 9. cap. 2. versic. Primus est. Ex quibus regulam hanc verissimam, & magis communiter receptam negare non possumus.

124 Quamuis contra hanc regulam tenere ausus fuerit Bellaper. in l. edita, col. 11. ad finem, vers. & est sciendum. C. de eden. Vbi dixit posse cumulari duas actiones prouenientes ex eadem causa ad diuersa, vt puta, quando meus socius subripuit mihi pecuniam communem. Quo casu ex hoc facto competunt duæ actiones ad diuersa. Nempè actio pro socio ad rei restitutionem, & actio furti ad pœnæ condemnationem, iuxta tex. in l. rei cōmunis. ff. pro soc. Tunc inquam dicit ibi Bellaper. datur cumulatio istarum duarū actionum, quarum vna est ciuilis, ex quo quis petit rem suam, & alia est criminalis, ex quo petit furem puniri, sequitur ibi Fulgos. nu. 14. Vbi etiam loquitur in actione furti, & condictione furtiua, conaturq; probare eas posse cumulari, & contrarijs respondet. faciunt deducta per Curt. Iun. in d. l. edita, num. 155. & 156. & per Corne. num. 35. vers. In tertio genere. Vbi defendit Fulgos. quoad cumulationem actionis furti, & condictionis furtiuæ, licèt supra nu. 30. dixerit Doctores communiter tenere actionem ciuilem nō posse cum criminali cumulari, & è contra Ægid. decis. 400. incip. ciuilis, & criminalis.

125 Sic etiā regulariter electa ciuili actione, non posse agentem ad criminalem accusationem confugere, & si confugiat, quòd tamen silere debeat criminale iudicium, donec absoluatur ciuile, probat tex. in l. 1. C. de appellat. & in l. Prætor. §. 1. ff. de vi bonor. raptor. & in l. damus, & ibi præsertim Salycet. in summario. C. ad l. Cornel. de fals. Butrig. in l. 1. col. 2. ad med. in 4. oppos. C. quando ciuil. act. crim. præiud. Et ibi etiam Cyn. num. 3. & 4. Alberic. col. penult. in fin. num. 11. vers. Primo casu. Salyc. nu. 6. in fin. & 8. vers. Aut vtraque non producitur specificè, & nu. 9. Allegatur etiam ad id text. in l. interdum, & ibi glo. 1. in princ. ff. de publ. iudic. Bar. in summario, & in 2. oppos. Alberic. num. 1. & 2. ad fi. vers. si vna ciuilis, & alia criminalis. Imol. num. 2. vers. in glo. 1. Bart. in d. l. 2. §. hoc edicto, in prin. vers. Quidam dicebant. ff. de vi bonor. raptor. Et ibi etiam Alberic. post num. 1. vers. ad hoc etiam. Ang. ante nu. 1. vers. secundo modo. Vbi, quòd ista est vera, & approbata lectura illius tex Iacob. Butrig. in d. l. 1. in summario, & per totam lecturam in discursu. C. de appellat. & ibi etiam Bellapert. col. 1. in fin. versic. lectura glo. est. Cyn. col. fin. in fin. Ioan. Fabr. ante nu. 1. in verbo *prius*, Bal. nu. 2. Vbi respondet contrarijs. Paul. de Castr. col. 2. in fin. vers. secundum tertiam lecturam. Vbi, quòd ista lectura ad illum tex. communiter tenetur per Doctores. Salycet. post num. 5. Bal. in l. edita, num. 51. C. de eden. Vbi format contraria, & illis respondet, & ampliat, siue ciuilis intentetur ad vindictam, siue etiam ad interesse, in 1. lectura, & in 2. lectura, num. 76. Salyc. post nu. 10. vers. Alij, vt Bart. &c. Natta cons. 138. nu. 1. & seqq. Vbi pluribus exornat hanc conclusionem & nu. 6. Boss. in tit. de for. competen. nu. 122. vers. Verum vna intentata. & in tit. de plurib. violen. nu. 115. Lancillot. de attent. par. 2. c. 4. limit. 23. num. 24. Vbi, quòd ita aliàs etiam Rota censuit in vna Cęsaraugustana iuris eligendi coram Sarmiento; Et hanc regulam sequuta etiam fuit Rota in vna Romana de Stocchis, die Lunæ 9. Martij 1598. coram R. P. D. Gyptio.

126 Quicquid in contrarium consulendo dixerit Anchar. in consil. 62. Vbi in fine videtur concludere non solum, quòd intentata ciuili actione potest quis intentare criminalem, sed etiam, quòd per secundam criminalem supersederi debeat in causa ciuili primo mota. Eius enim opinio est cōtra communem omnium prædictorum Doctorum

127 sententiam. Quæ procedit non solum, quando quis electa ciuili actione, vult postea criminalem intētare, sed etiam è contra, quando electa criminali actione vellet postea ad ciuilem confugere. Nam id pariter à iure prohibetur, prout in ijs terminis scripserunt Fulgos. in l. interdum. nu. 4. in fin. ff. de publ. iud. Odofred. in l. 1. num. 1. col. 2. versic. verum vna intentata. C. de appellat. Put. decis. 275. in vna Segobien. lib. 1.

128 AMPLIA I. vt proposita huius tertij capitis regula procedat præsertim, quando vna actio est alteri præiudicialis. Ita vt sententia lata in vna, puta in ciuili, pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, puta in criminali. Tunc enim sine dubio ratione præiudicij, quòd ex vna actione infertur in aliam, impeditur cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, secundum Cyn. in l. 1. num. 6. versic. Ratio est. C. quando ciuil. act. crimin. præiud. Salycet. post num. 7. & 9. Bar. in l. 2. §. hoc edicto, num. 1. versic. Videte Domini. ff. de vi bonor. raptor. Ang. ibidem post num. 2. & seq. gloss. in l. edita, in glo. magna ante med. post versic. Circa quòd dicas. C. de eden. Vbi facit generalem regulam prohibitiuam cumulationis actionum. Quando scilicet vna alteri est præiudicialis, sententiaque in vna lata in alia parit exceptionem rei iudicatæ. Quam regulam etiam posuerunt Iacob. Butrig. in d. l. edita, colum. 5. post med. vers. Tertia est. & ibi etiam Bellaper. col. 12. in princ. versic. sed quære. Bar. num. 14. vers. prima est. Bald. in 2. lectura, num. 78. versic. quartus quando. Roma. num. 129. versic. Prima quidem regula, & num. 135. in fine, vers. secundo etiam. Fulgos. num. 8. versic. Nunc prosequor. Vbi benè comprobat Salyc. num. 19. Paul. de Castr. num. 11. vers. Prima est. Ias. num. 29. vers. Istam tenent. Vbi, quòd hæc conclusio est approbata per Doctores. Dec. num. 60. Iacobin. de S. Georg. num. 81. Ioan. Vicomerc. in repet. nu. 120. Corne. num. 27. in fine, & seq. & 31. Natta consil. 138. num. 2. Andr. Tachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 2. in 3. casu, vbi loquitur, quando criminalis causa absorbet ciuilem. Et faciunt ad hanc ampliationem Doctores in simili allegati supra num 60.

129 Sic in successiua cumulatione proposita ciuili actione, quòd non possit actor eundem reum ciuiliter conuentum criminaliter accusare, & si accusauerit, quòd supersedeatur in criminali iudicio, donec absoluatur ciuile, quando scilicet ciuilis actio criminali sit præiudicialis, & sententia lata in ciuili pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali, scripserunt Fulgos. in l. interdum, post num. 1. in 1. notab. ff. de publ. iudic. Imol. ibidem in princ. versic. & potest esse ratio. Bar. in l. edita, post num. 14. vers. Prima est. C. de eden. & ibi etiam Fulgos. num. 8. versic. Nunc prosequor. Vbi benè comprobat. Natta consil. 138. num. 2. & 7. Et faciunt etiam in simili Doctores allegati supra d. num. 60.

130 Et isto casu causa ciuilis dicetur præiudicialis criminali pluribus modis, de quibus dixi supra num. 78. & seqq. hic non repeto. Sed inter alios præiudicialis reputabitur non solum, quando sententia in ciuili lata in effectu, & reuera pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali, sed etiam si parere posset. Et sic sufficit præiudicium possibile, secundum Bar. in l. edita. C. de eden. quem ibidem sequuti sunt Alex. num. 16. per totum. Vbi eam defendit ab impugnationibus Ang. contrarium sentientis. Dec. post num. 60. versic. & ampliatur. Iacobin. de Sanct. Georg. nu. 81. & seqq. Vbi testatur de veriori opinione, & respondet contrarijs. Curt. Iun. num. 156. vbi testatur de communi opinione (quamuis in puncto iuris disputando contrariam glossæ opinionem sibi veriorem videri dixerit, vt, ibidem dicto num. 156. vsque ad num. 160.) Corne. num. 27. & 30. Purpurat. nume. 141. 155. 157. 166. & seqq. vbi latius.

131 LIMITA præcedentem primam ampliationem, vt tunc demum impediatur cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, tam simultanea, quàm successiua, vt supra, ratione prçiudicij. Dummodo tñ sententia in prima actione intentata

intentata pariat exceptionem rei iudicatæ in secunda, secus autem si sententia in secunda actione intentata pareret exceptionem rei iudicatæ in prima, quia tunc cumulatio nullo modo impeditur, nec simultanea, nec successiua, secundum Curt.Iun.in l.edita, num.160. & 202. C.de eden.

132 AMPLIA II. eandem regulam, quia sicut ciuilis actio non potest cumulari cum criminali, ita etiam, quando ex vno facto plures criminales actiones oriuntur, vna intentata aliam proponi posse impedit. Ita videtur de mente Alberic. in l. interdum, post num. 2. versic. & dic. ff. de publ. iudic. & ibid. num. 1. Vbi tamen, quid si in libello accusationis concludatur Reum fore puniendum pœna iuris communis, & etiam Statutorum. Dicitque, quòd licèt de iure talis libellus accusationis reprobetur ea ratione, quia ex Statuto nascitur condictio ex lege, quæ est ciuilis, non potest propterea cumulari cum actione proueniente ex iure communi, quæ est criminalis, attamen de consuetudine, quod & idem voluit Clar.in q.2.sub vers.& hæc quidem, &c. & ita etiam apud nos seruatur, cum quotidie videamus in querelis, & accusationibus concludi, & instari accusatum puniri pœnis legum, canonum, Statutorum, bannimentorum, & constitutionum. Purpurat.in l.edita, nu.161.vers.& ideò. & nu. 162. C. de eden. Vbi benè declarat an, & quando possit actio furti cum actione vi bonorum raptorum eodem tempore, siue ex interuallo cumulari, & ad materiam huius ampliationis vide omninò Cyril. in summa crim.rub. 6.quando ciuil. act.nu.2.& 3.fol.35.

133 LIMITA hanc secundam ampliationem, vt procedat, prout loquitur, quando duæ criminales actiones oriuntur ex eodem facto, secus si ex diuersis factis, quia tunc sine dubio possunt cumulari ad ea, quæ generaliter tradita sunt infra num.138.& seq.& in specie adnotarunt Alexand in l.edita, nu.17.in fin.C.de eden.Vbi post gloss. in l.si quis homicidij, in versic.putauerit, in fine. C.de accusat.& post Bald.& Salycet.quem allegat, reprobato Bar. contrarium sentiente, dixit posse in eodem libello aliquem accusari de pluribus, & diuersis criminibus. Quod & idem ibidem aduerterunt Paul. de Castr. num. 12. Aret. num.9.ad finem, vers.secundo inter ipsa iudicia criminalia. Cyrill.in summa crimin.rub.6.quand.ciuil.act. num.4. fol.35.à tergo.

134 AMPLIA III. (& quidem illatiuè ex regula) vt propterea intentans pro turbata possessione remedium ciuile non possit postea, nisi ciuili iudicio perfecto, ad criminalem accusationem confugere, ex quo primum iudicium est præiudiciale secundo, sententiaque in ciuili possessorio lata parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, ad text. in l. 1. C. de appellat. cum alijs allegatis supra num. 62.& seq. quos vide in materia, & præsertim Natt.in consil.138.lib.1.per totum. Vbi latè, & magistraliter more suo disputat, An, & quando is, qui alterum ciuiliter conuenit de turbata possessione, possit postea eundem criminaliter de illata violentia super eadem possessione coram alio Iudice accusare, & an istud secundum criminale iudicium silere debeat, donec absoluatur primum ciuile, & quidem num.1.& seqq. vsque ad num. 4. facit regulam, quòd debeat silere, deinde nu.4.& seqq. illam declarat nô procedere, quando facta essent diuersa, quia potest quis ex vno facto ciuiliter turbatorem conuenire, & ex alio subsequenti facto criminaliter accusare. Et ibi benè exemplificat quando, & quomodo in turbatiua considerentur facta diuersa, & ibidem num.7.& seqq.omnibus ponit plures alias declarationes, in quibus pro turbatiua potest primò ciuiliter agi, & deinde criminaliter. Quæ quidem declarationes generaliter applicantur in omnibus alijs casibus, in quibus potest quis primò ciuiliter agere, & deinde criminaliter accusare. Eum adeas in occurrenti casu, quia est notabile consilium.

135 Et in materia vide etiam Menoch. de retinen.possess. remed.3.nu.132. & seq. Vbi quærit, An actio criminalis de vi publica possit cumulari cum remedio ciuili competente pro turbatiua. Et concludit, quòd sic incidenter, & in consequentiam, secus si principaliter. Sequitur Ioseph.Ludou.conclus.71.vers.secundo, in fine.

136 LIMITA I. huius tertij capitis propositam regulam, vt procedat secundum ea, quæ tradita sunt supra nu. 28.videlicet, quando actio ciuilis est præiudicialis criminali, vel è contra, sententiaque in vna lata pariat exceptionem rei iudicatæ in alia. Tunc enim benè verum est, quòd vtriusque actionis cumulatio à iure improbatur, secus autem si vna non sit alteri præiudicialis, secundum Natt.in d.cons.138.nu.7.Vbi loquitur de cumulatione tàm simultanea, quàm successiua, & ante eum hanc eandem limitationem amplexus est Salycer.in l.edita, nu.19. vers.Alij, vt Bart.&c. Vbi propterea reprobat Bar. contrarium tenentem, & prout infra mox eum referam, volentem, quòd sola maioritas causæ impediat actionum cumulationem iuribus per eum allegatis. Dicit enim Salycet. quòd dicta iura loquuntur, quando actio ciuilis, & criminalis à diuersis personis, & vicissim intentantur, non quando ab eadem persona, & contra eandem personam, prout sunt termini propositæ quæstionis. Sic & pariter Bart. sententiam improbare videtur Purpurat.in dicta l.edita, num.141.versic. secunda est limitatio. Et quòd nisi ciuilis sit criminali præiudicialis, vel è contra non sit prohibita cumulatio, videtur voluisse idem Purpurat.ibidem in dicta l.edita, num. 157. vers. Ideò vbi causas. Et facit ad hanc limitationem, quòd dixi supra num.75.

137 Contrarium, quòd immò impediatur cumulatio actionis ciuilis, & criminalis, etiam quòd vna non sit alteri præiudicialis, cùm sufficiat maioritas causæ ad impediendum cumulationem, voluit Bart.in dicta l. 2. §. hoc edicto, num. 1. versic. Prohibetur etiam concursus.ff.de vi bonor. raptor. Vbi dixit, quòd cumulatio isto casu est prohibita, non solum ratione præiudicij, quod potest oriri ex sententia, quæ in vna actione lata possit parere exceptionem rei iudicatæ in alia, sed etiam ratione maioritatis causæ criminalis, respectu causæ ciuilis. Et idem etiam expressè tradidit ibidem Ang.num. 3. Et quòd ex sola ratione maioritatis causarum impediatur cumulatio, dixit etiam idem Bart.in d.l.edita, num.14.in fine, versic.secunda regula est.C.de eden. Et ibi eum sequuti sunt Roman.num. 135.per totum. Fulgos.num.9.versic.secunda regula est, & num.11.versic.secundo in causis, &c.Paul.de Castr.nu. 11.versic. Adduntur & tres aliæ. Aret. num.9.post med. versic.secundo dic breuiter. Vbi videtur in hoc defendere Bar.ab impugnationibus Salycet. Dec.num.65. Vbi pariter defendit Bart. & cum eo residet, prout etiam residet ibidem Iacobin.de Sanct.Georg.num.97. Claud.Seyssel.num.68. Ioan. Vicomerc.in repet.num.124.& seq. Vbi etiam declarat quot modis vna causa dicatur maior altera. Corne.nu.32.vers.Quarta regula est. Purpurat.nu.197. Et faciunt pro hac contraria opinione Doctores allegati supra num.276.

138 LIMITA II. eandem propositam regulam procedere, quando ciuilis, & criminalis actio proueniunt ex eodem facto, tunc enim benè verum est, quòd earum cumulatio impeditur: & ita intelligi debent Doctores allegati in regula supra num. 123. Secus verò si ex diuerso facto prouenirent, quia tunc nihil est, quòd earum cumulationem impediat, secundum Natt. qui pluribus hanc declarationem comprobat in consil. 138. num. 4. 5. 6.& 26. Et ibi etiam benè declarat, & exemplificat factorum diuersitatem, & ante Nattam Alberic.in l.1.num.11.col. penult. in fine, versic.si ex diuersis factis. C.quando ciuilis actio crimin. præiud. Et ibi etiam Salycet. num.7. & 8. versic. Aut inuicem se non contingunt. (Deficit enim in libro meo in hoc versic. dictio, *Non*) per text. in l. rerum amotarum actio.ff.rerum amotar.secundum secundam lecturam. Andr. Tachin. controuer. iur. lib. 9.cap.2.in primo, & 2.casu.

139 Sic quando actio ciuilis, & criminalis oriuntur ex eodem facto, quòd tunc intentata ciuili actione non possit actor criminaliter accusare; secus verò si vna actio proueniat ex vno facto, & alia ex altero. Quòd tunc data diuersitate factorum, non prohibeatur quis primo ciuiliter agere,

ter agere, & poſteà criminaliter accuſare, probat idem Natt. vbi ſupra dicto conſil. 138. eod. num. 4. & ſeqq. & num. 15. & ſeqq. qui generaliter loquitur non ſolum in cumulatione ſimultanea, de qua mox dixi in antecedenti numero 138. ſed etiam in ſucceſſiua, & ante eum hoc idem voluerunt Bart. in l. interdum, in tertia oppoſit. verſic. Item oppono extra glo. ff. de publ. iudic. per tex. in l. rerum amotarum actio. ff. rerum Amot. Alberic. in dicta l. interdum, num. 2. in fine, verſic. & prædicta vera ſunt. Lancillot. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. num. 5. & ſeq. reprobato Burſat. contrarium tenenre in conſil. 35. num. 35. lib. 1.

140 SVBLIMITA hanc ſecundam limitationem procedere, quando facta ſunt diuerſa, & inter ſe non contingentia, nec vnum alteri præiudiciale, tunc enim verum eſt, quòd actio ciuilis, quæ oritur ex vno facto, poteſt cumulari cum actione criminali oriente ex alio; ſecus ſi facta ex quibus actiones oriuntur, licèt ſint inter ſe diuerſa, habent tamen connexitatem, & vnum alteri eſt præiudiciale. Ita quòd ſententia in vno lata pareret exceptionem rei iudicatæ in alio. Tunc enim actiones prædictæ cumulari non poſſunt, etiam quòd ex diuerſis factis oriantur, ſecundum Salycet. in l. 1. num. 7. & 8. C. quando ciuilis actio crimin. præiud. & ante eum voluit Bart. in l. 2. §. hoc edicto, num. 1. verſic. poſſumus dicere. ff. de vi bonor. raptor.

141 Verùm, quòd immò ciuilis, & criminalis actionis cumulatio non permittatur, etiam quòd ambæ proueniant ex diuerſis factis, & etiam, quòd vna non ſit alteri præiudicialis: ex quo ſemper militat ratio præiudicij, voluit Bar. in l. 2. §. hoc edicto, num. 1. ff. de vi bonorum raptor. Et faciunt dicta ſupra nu. 137. Vbi ex Bart. & alijs eum ſequentibus fit concluſio, quòd ſola maioritas cauſæ impedit cumulationem, quæ concluſio videtur ampliari etiam, quòd actiones veniant ex cauſa prorſus ſeparata, vt dixi ſupra nu. 73. Et voluit Purpurat. in l. edita, poſt num. 198. vbi tenet iſto caſu cum Bar. & Aquen. reprobato Lancillot. contrarium tenente.

142 LIMITA III. dictam regulam, quia licèt actio ciuilis, & criminalis non poſſint inſimul cumulari vno, & eodem tempore; hoc vtiquè intelligendum eſt, vt non poſſint cumulari ab vna, & eadem perſona; ſecus autem à diuerſa. Ideò ſi tu commiſiſti falſum, cuius ciuilis actio competit parti læſæ, criminalis autem cuilibet de populo, quamuis pars læſa contra te ciuilem actionem moueat; Non tamen prohibetur tertius pariter, & contra te criminalem accuſationem proponere, ſecundum Bellaperr. in l. 1. colum. penult. ante finem, verſic. Item alia quæſtio. C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. Bart. ibidem num. 3. Vbi tamen, quòd iſto caſu præfertur actio criminalis. Salycet. num. 8. Vbi, quòd à diuerſis perſonis actio ciuilis, & criminalis poteſt inſimul intentari in diuerſis libellis, ſiue oriatur ex diuerſis factis, vt in l. rerum amotarum actio. ff. rerum amot. ſecundum primam lecturam, ſiue ex eodem facto l. qui de crimine in 2. reſponſo. C. de accuſat. Et eſt ratio, quia abſolutoria cōtra vnum non parit exceptionem rei iudicatæ contra alium. Bellapert. in l. prima, colum. fina. in fine, verſic. & dixerunt quidam. C. de appellat. Andr. Tachin. controuer. iur. lib. 9. cap. 2. in fine, in 5. caſu. Boſſ. in tit. de foro competen. num. 123. verſic. ſic etiam.

143 Vbi, quòd ſi ad inſtantiam fiſci, ſeu Iudicis officio procedatur criminaliter, non prohibetur pars ſimul ciuiliter inſtare pro ſuo intereſſe, & In tit. de pluribus violent. num. 116. ad finem, verſic. procedit tamen hæc materia. Vbi, quòd ciuilis, & criminalis actio non poſſunt inſimul intentari ab eodem, ſecus ſi à diuerſis: & ideò etiam Iudice inquirente poteſt pars agere pro ſuo intereſſe, vt ſupra. Et vide, quæ in ſimili dixi ſupra nu. 114. & ſequenti.

144 Sic etiam & in cumulatione ſucceſſiua, quando accuſatio, ſeù criminale iudicium inſtituitur non ab eo, qui prius ciuiliter agit, ſed ab aliqua alia tertia perſona, quòd tunc primum ciuile iudicium non faciat ſuperſedere ſecundum criminale, etiam quòd vtrumque proueniat ex eodem facto, eſt text. in l. fina. C. de ord. cognit. Alberic. in l. interdum, num. 2. ff. de public. iudic. Imol. ibidem num. 1. ante medium poſt verſic. in gloſſ. 1. Purpurat. in l. edita, num. 178. verſic. ſeptimo limitatur. C. de eden. Natta conſil. 138. num. 14. & 17. Vbi ampliat etiam, quòd accuſator habeat idem intereſſe cum illo, qui ciuiliter egit, & ſit conſors litis. Lancillot. de attent. par. 2. cap. 4. limitatio. 23. nu. 15. & 16. Vbi etiam allegat Petr. Andr. Anguiſ. in conſil. 6. nullo iure, num. 9. lib. 1. Et ita etiam aliàs Rotam voluiſſe teſtatur in vna Pampilonen. de Sangueſca coram Sarmiento decimaquarta Februarij 1469. Et vide in ſimili, quæ dixi ſupra num. 114. Et Theſaur. deciſ. Pedemont. 18. num. 4. 7. & 9. Vbi ponit exemplum in crimine iniuriarum, in quo ſi iniuriati fuerint plures, nō impeditur vnus proponere actionem criminalem, quamuis alius propoſuerit ciuilem.

145 Et hinc conſequenter, quando criminale iudicium intentatur non ad inſtantiam eius, qui ciuiliter egit, ſed ex Iudicis officio, & per inquiſitionem, quòd tunc primò intentata ciuilis actio non ſuſpendat ſubſequentem inquiſitionem ſcripſerunt Natta dicto conſil. 138. num. 12. & ſeqq. lib. 1. poſt Bal. Abba. Alexan. & alios in locis ibi per eum relatis. Vbi pluribus hanc probat concluſionem. Boſſ. in titu. de fiſc. & poſt intentatam actionem ciuilem poteſt intentari criminalis. Aliàs ſæpenumero delicta remanerent impunita, & ceſſat hoc caſu ratio, quòd ſententia lata in vna cauſa præiudicet alteri, quia fiſco non citato non præiudicatur, & ita ſeruatur, vbi per Boſſ. qui & idem ſubdit, ſi Iudex procedit ex officio. Clar. in pract. §. final. quæſtio. 2. num. 7. verſic. final. in fine. Vbi propterea infert, quòd cum hodie Iudex poſſit ex quocumque crimine ex officio inquirere, non admitteretur Reus ad opponendum contra accuſationem, ſeù querelam contra ipſum porrectam, quòd electa via ciuili, non potuit ad criminalem confugere, quia ipſi poſſet replicari, quòd ſi hoc non poteſt accuſator, & pars; poteſt tamen Iudex ex officio hoc facere. Nec diſſentit Baiard. ibidem in addit. num. 17. Lancillor. de attent. parte 2. cap. 4. limitat. 23. numero primo. Vbi, quòd pendente iudicio ciuili, poteſt Iudex ordinarius criminaliter procedere ex officio, ex Alciat. quem allegat in conſilio 48. incip. In hac attentatorum cauſa, num. 3. lib. 6. Vbi loquitur in materia attentatorum, & ex Ægid. deciſ. 400. incip. Ciuilis, & criminalis. Idem Lancellor. in præcitato loco, nume. 14.

Vbi, quòd ſi poſt ciuile iudicium intentatum cauſa criminalis fuerit inſtituta ad inſtantiam fiſci, non prohibetur pars ipſi fiſco adhęrere, prout aliàs teſtatur, voluiſſe Rotam de anno 1553. in vna Eluen. Archidiaconatus coram Acorambono.

146 Vide tamen eundem Lancillot. dicto cap. 4. limitat. 23. num. 17. in fine. & 18. Vbi refert Rotam in vna Narnien. aliàs inclinare non potuiſſe ad fiſci inſtantiam, criminalem intentari, quæ ciuili prius intentatæ fuiſſet præiudicialis. Et vide etiam, quæ in ſimili dixi ſupra hac eadem quæſt. num. 115.

147 LIMITA IV. vt ciuilis actio non poſſit cum criminali cumulari, nec criminalis cum ciuili contra vnam, & eandem perſonam; ſecus autem contra diuerſas. Ideò ſi plures ſint eiuſdem criminis rei, non prohibetur contra vnum ciuiliter agere, alium verò criminaliter accuſare, ſecundum Bellaperr. in l. prima, colum. fina. in fine, verſic. Item alia quæſtio. C. quando ciuilis actio crimin. præiud. Et ibi etiam Alberic. colum. fina. verſic. ſecundo caſu. Curt. Iun. in l. edita, num. 174. & ſeq. Vbi reddit rationem huius concluſionis. Et ibi etiam Purpurat. num. 147. & 178. verſic. ſexto limitatur, & nu. 595. verſ. ſecundo limitatur.

148 LIMITA V. vt actio ciuilis, & criminalis non poſſint cumulari inſimul, quando proueniunt ex diuerſa lege, ſecus ſi ex eadem lege, vel conſtitutione. Tunc enim nihil impedit, quin inſimul proponi poſſint ſecundum Iacob. Butrigar. in l. 1. colum. 2. in princip. in ſecunda oppoſit. verſic. Vidi dubitari. C. quando ciuil. act. crim.

act.crimin.præiud. Vbi testatur, quod ita dicunt Doctores per text. in l. Qui crimen, C. qui accusa. non poss. Et infert ad Statutum volens, quod spoliatus sua possessione possit petere condemnari spoliatorem ad restitutionem possessionis, & ad centum. Et licèt Bartol. in l. secunda, §. hoc edicto, num. 1. versicul. secundò oppono, ff. de vi bonor. raptor. hanc Butrigar. distinctionem impugnet, vide tamen Salycet. in dicta l. prima, C. quando ciuil. act. num. 3. in 6. opposit. vbi eam à Bartol. impugnationibus bene defendit, & numero 8. versicul. Aut vtraque proponitur. Fulgos. in leg. interdum, numero 5. ff. de public. iudic.

149 LIMITA VI. vt criminalis, & ciuilis actio non possint insimul cumulari, quando tendũt ad diuersum finem, secus si ad eundem, secundum Cyn. in l. 1. num. 6. in fine versic. Quod dixi, C. quando ciuil. act. crim. præiud. allegat text. in Authen. de fideiussor. §. hoc neque, & in l. differendæ, ff. quibus mod. pig. vel hipoth. soluit. Alberic. in d. l. 1. post num. 3.

150 Contra hanc limitationem faciunt dicta per Marant. de ordin. iudic. part. 4 distinct. 1. num. 5. Vbi testatur communem esse conclusionem, quod si actio ciuilis, & criminalis tendunt ad diuersa, tunc permittitur cumulatio successiuè, quia scilicet vna via electa, potest postea altera intentari, & ad diuersas actiones declarat tendere, quando puta criminalis actio datur ad vindictam; ciuilis verò ad prosequutionem rei familiaris: si autem vtraque actio competit ad idem, & sic ad vindictam, prout potest poni exemplum in actione iniuriarum, de quo particulariter dicam infra quæstio.... num.... in materia iniuriarum, tunc inquit Marant. impeditur successiua cumulatio, & vna intentata, tollitur altera, & Maran. sic dicentem refert, & sequitur Clar. in pract. §. final. quæst. 2. num. 7. vers. fin.

151 In hac contrarietate aduertas Lector, ne erres, quia termini sunt diuersi, loquitur enim nostra limitatio ante perfectum primum iudicium ciuile, quo casu dicitur non posse criminale intentari, etiam quod tendant ad diuersa. Marant. autem, & magis specificè Clar. loquitur, quando iam primum iudicium est absolutum, de quo particulariter dixi infra numero 157. Præterea loquitur Marant. quando per electionem vnius actionis prorsus tollitur altera, & benè dicit, quod si actiones tendunt ad idem, vna electa, etiam finito primo iudicio, non potest altera intentari, quia per electionẽ primæ secunda est sublata, quando ambæ actiones tendunt ad idem, vt in crimine iniuriarum. Nos autem loquimur, quando vna electa actione, altera non censetur sublata, sed in illa supersedetur, donec primũ iudicium fuerit absolutum, & ita declarando, nulla est contrarietas inter prædicta.

152 LIMITA VII. quia licèt actio ciuilis, & criminalis non possint insimul intentari æquè principaliter; secus tamen est, si vna principaliter, & altera in consequentiam intentetur, vtputa, si accuso furem criminaliter, & peto eum puniri, nec non etiam imploro Iudicis officium, vt faciat mihi restituere rem furatam, iuxta text. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furt. voluit Bartol. in l. prima, numero 4. C. quando ciuil. act. crimin. præiud. Sequitur ibidem Salyc. numero 3. ad medium, versicul. ad legem qui crimen, & numero 8. versic. Vbi autem oriuntur ex eodem facto. Imol. in l. interdum, colum. final. in fine, versic. Vltimo limita, ff. de public. iudic. Bartol. in l. 2. §. hoc edicto, numero 2. ff. de vi bonorum raptor. Vbi amplius subdit, quod licèt quis possit criminalem actionem principaliter intentare, & ciuilem in consequẽtiam, non tamen ècontra potest actionem ciuilem principaliter proponere, & criminalem in consequentiam, cuius contrarium voluisse videtur Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 555. versic. ego existimo. Addo pro hac eadem limitatione, Angel. ibidem num 7. Bald. in l. 1. num. 3. & 4. C. de edend. & ibi etiam Dec. num 66. ad finem, Curt. Iun. num. 198. Cardinal. Zabarel. in capit. de his, numero quinto, de accus. Maran. in Specul. par. 4. distinctio. 1. numero 20. 22. & seq. Vbi amplius, quòd petens simpliciter Titium puniri, & ad rei restitutionem condemnari, non censetur vtrumque principaliter petere, sed primum principaliter, & secundum incidenter, & talis interpretatio facienda est pro saluatione libelli. Clar. in practic. §. final. quæstio. 3. numero secundo, versicul. Et hæc quidem conclusio. Vbi alijs relatis concordantibus, testatur de communi, & seruata opinione. Menoch. de retinend. possessio. remed. tertio, numero 553. Andr. Tachin. controuers. iur. libro nono, capitul. secundo, versicul. Sed istud accipiendum.

LIMITA VIII. vt ciuilis actio possit cum criminali cumulari, & etiam æquè principaliter, quando eadem criminalis actio oritur ex delicto, pro quo accusatus pœnam mortis meretur, secundum Maran. de ordin. iudic. par. 1. dist. 1. num. 21. post Bal. & Alex. in locis per eum relatis. 153

AMPLIA IX. quando delictum in secundo iudicio criminali deductum esset patens, & notorium, vel per confessionem rei, vel per plures testes idoneos concludenter probantes. Tunc enim videtur non posse opponi ordinis exceptio, secundum Natt. post Bald. quem allegat in d. consil. 138. num. 20. & seqq. Vbi in specie hanc ponit, & probat declarationem, facit, quod scripsit Robert. Lancillot. in tracta. de attent. cap. 4. limitat. 23. num. 12. Vbi refert Rotam in vna Neritonen. Spolij coram Sanctissimo D. N. Aldobrandino, tunc Rotæ Auditore, 19. Martij 1567. voluisse, quod dum causa spolij cognoscitur, inhibendum sit Iudici criminali criminaliter procedenti contra spoliatum, nisi is fuisset aut confessus, aut conuictus, & ante istos hanc eandem declarationem tanquam singularem, & nouam à Doctoribus non consideratam posuit Claud. Seysel. in l. edita, num. 76. C. de eden. 154

AMPLIA X. vt cumulatio actionis ciuilis, & criminalis tam simultanea, quàm successiua impediatur, vt supra, coram eodem Iudice, secus autem coram diuerso. Quod an verum sit, & quando, vide Claud. Seysel. in l. edita, numero 68. ad finem, versicul. Tamen aduerte, C. de eden. Vbi dixit, quod licèt rationes prohibentes cumulationem militare videantur tam coram eodem, quàm coram diuerso Iudice, attamen coram diuerso Iudice non impeditur actionum concursus, & propterea isto casu vnus Iudex non poterit alteri inhibere, ex gloss. Bartol. & Bald. in locis per eum relatis. Subdit tamen, quod licèt vnus Iudex non possit alteri inhibere, si tamen peteretur superséderi in minori causa, donec diffiniretur maior, talis sic petens esset audiendus ex Alexand. Felyn. & Imol. pariter in locis ibi per eum relatis. Immò secundum Put. in decisio. 275. in vna Segobien. lib. 1. ciuilis, & criminalis actionis cumulatio etiam successiuè, & diuerso tempore prohibetur, nõ solum coram eodem Iudice, sed etiam coram diuerso, sequitur Baiard. ad Clar. in pract. crim. q. 2. nu. 3. & hanc credo veritatem, licèt quoad inhibitionem aliud forsan sit dicendum ex Seysel. in loco precitato. Sed satis est, quod debeat superséderi, vt ibidem per eundem Seysell. & vide, quæ in simili dixi supra num. 113. 155

LIMITA XI. vt actionis ciuilis, & criminalis cumulatio siue simultanea, siue successiua à iure improbata sit, parte opponente, aliàs secus. Quod quando verum sit, vide post Bartol. Bald. in l. edita, in 2. lectura, num. 79. & seqq. C. de eden. Vbi format plures particulares quæstiones. Et ibi etiam vide plures casus, & plures distinctiones per Roman. num. 147. vers. Circa aliud, & num. 148. & seqq. Fulgos. nu. 17. & seqq. Alexand. nu. 19. Dec. num. 82. & seqq. Iacobin. de Sancto Georg. num. 105. & seqq. Claud. Seysel. num. 87. Corn. num. 36. Purpurat. nu. 204. & latius de materia, num. 209. & seqq. 156

LIMITA XII. (& hæc limitatio spectat solum ad successiuam cumulationem) quia licèt quis non possit intentata actione ciuili, ad criminalem confugere, vel èconta. Potest tamen finito primo iudicio ciuili agens criminale 157

nale intentare iudicium, & ècontra, prout eſt text. qui ponit huius limitationis ſex exempla in l. 1. C. quando ciuil. act. crimin. præiud. & ibi gloſſ. & Doctores omnes latiſſimè pertractant materiam. An hoc habeat locum in priuatis delictis, ſicut in publicis. Et quid ſi reus non fuit condemnatus, ſed abſolutus, cum alijs quæſtionibus, quas ibidem per te ipſum videre poteris, & de quibus dixi etiã in titu. de inquiſit. quæſtio. 4. num. 40. & ſequen. Vbi vide Addo pro hac eadem limitatione Bartol. in l. interdum, in princip. in 1. oppoſit. ff. de public. iudic. & ibi etiam Alberic. num. 2. in fine, verſ. ſi vna ciuilis, & alia criminalis, Bar. in l. 2. §. hoc edicto, in princip. verſic. Quando ex eodem facto, & verſic. Quidam dicebant, ff. de vi bonorum raptor. Alberic. ibidem, num. 1. verſic. Nihilominus tamen finita ciuili, & Angel. ante num. 1. verſic. Secundò modo. Vbi quòd iſta eſt vera, & approbata lectura illius l. & num. 2. in fine, Odofred. in l. 1. num. 1. colum. 2. ad med. verſic. Verumtamen non præiudicant quantum ad exitum, C. de appellat. & ibi etiam Ioan. Fabr. num. 1. verſic. Illud autem certum. Paul. de Caſtr. colum. 2. in fine, verſic. ſecundum tertiam lecturam. Boſſ. in tit. de pluribus violen. num. 113.
158 verſ. Nec ſufficit, &c. Vbi tamen, quòd nõ dicitur finitum iudicium, niſi lata ſententia, eaque in iudicatum tranſierit. Et ita omnes ſentire teſtatur. Immò ſecundum Angel. in loco ibi per eum relato, ad hoc vt iudicium dicatur finitum, non ſolum requiritur condemnatio, quæ fecerit tranſitũ in iudicatum, ſed etiam requiritur effectualis exequutio ſententiæ, & exactio.

ARGVMENTVM.

Appellare in criminalibus quando, & in quibus caſibus liceat; & quando non: Appellationeque pendente, an, & quando iudex poſſit ſuam exequi ſententiam.

SVMMARIVM.



Appellatio regulariter in criminalibus ſemper cenſetur permiſſa, niſi à iure expreſsè prohibita reperiatur, nu. 1.

Appellatione pendente in criminalibus, nihil eſt innouandum, num. 2.

Appellandi termino decem dierum durante, etiam in criminalibus nihil eſt innouandum, nu. 3. Contra. nu. 4.

Appellatione pendente, ſi Iudex ſuam capitalem ſententiam contra condemnatum exequatur, capite punitur. num. 5.

Appellatione pendente, ſi Iudex ſuam exequatur ſententiam; poteſt de facto illi reſiſti, etiam per amicos, & conſanguineos condemnati, num 6.

Appellare non eſt prohibitum etiam in delictis enormiſſimis, & atrociſſimis, & num. 7. licet contra videatur, num. 8.

Appellare licet etiam in crimine leſæ maieſtatis, num. 9. licet alij contra, num. 10. Limita primo, quando de crimine leſæ maieſtatis notoriè conſtaret per euidentiam facti, num. 11. Limita ſecundo, in Ducibus factionum, & concitatoribus ſeditionum, & rebellionum, num. 12. & 13. vbi tamen; quod iſto caſu Iudex debet ſuperſedere in exequutione poſt interpoſitam appellationem, & Principi reſcribere. Limita tertio in reo leſæ maieſtatis de crimine plenè conuicto, aut confeſſo, num. 14. ſed contra, numero 15.

Crimen leſæ maieſtatis an appellationem admittat, numero 9. & ſeqq.

Appellare etiam licet ab impoſitione mulctæ, & eius exceſſu, numero 16.

Appellatio vnius ex complicibus prodeſt etiam alteri condemnato non appellanti, nu. 17. & Contra. nu. 18. Reſolue, vt nu. 19.

Appellationi in criminalibus renunciari non poteſt, num. 20. licèt alij contra, num. 21. Niſi delictum eſſet notorium. Quia tunc talis renunciatio valeret, num. 22.

Renunciatio in criminalibus appellationi an, & quando valeat, num. 20. & ſeqq.

Appellare poteſt pro criminaliter condemnato non ſolum procurator, ſed etiam vnuſquiſque extraneus, & non coniunctus ſine mandato ad appellandum, & etiam inuito condemnato, numero 23. Amplia 1. etiam pro condemnato corporaliter, ſed non capitaliter, num. 24. Amplia 2. etiam ad proſequendum appellationem, num. 25. licèt alij contra, num. 26. Amplia 3. vt iſto caſu Clericus poſſit pro Laico capitaliter condemnato appellare, num. 27. licet alij contra, num. 28. Limita, vt vnuſquiſque poſſit pro condemnato etiam eo inuito, appellare, dummodo ſcilicet is fuerit in fortijs Curiæ, & ad ſupplicium ducatur, ſecus ſi aliter num. 29.

Appellare an liceat fiſco, nu. 30. & ſeqq.

Reſtitutio aduerſus ſententiam an, & quando fiſco concedatur, num. 35.

Fiſcus à ſententia contra ipſum lata appellare poteſt, num. 30. & 31. vbi idem de promotore criminis. Quod tamen non procedit de conſuetudine, nu. 32. & 33. Vbi etiam quid hodie ſeruetur vigore Bullarum Apoſtolicarum, prout nec etiam fiſcus appellat, quando appellare eſſet prohibitus ab aliqua conſtitutione, vel Statuto, num. 34.

Fiſcus an reſtituatur in integrum aduerſus ſententiam contra ipſum latam, numero 35. vbi multa generaliter de materia. Ex quibus colligitur prima concluſio. Quod quando ſententia eſt nulla ipſo iure, vtputa, quia fuerit lata fiſco abſente, vel per ſordes, vel per præuaricationem, aut corruptionem aliquam, tunc ſemper fiſcus reſtituitur, vt num. 36. Secunda concluſio. Quod in non pœnalibus etiam quod valida ſit ſententia, fiſcus ex capite læſionis reſtituitur ſub prætextu probationum nouiter repertarum, in pœnalibus verò nullatenus reſtituitur, ſiue quis ſit abſolutus in totum, ſiue in partem, num. 37. & 38. Tertia concluſio, Quod ex magna cauſa, & propter delicti atrocitatem ex nouis ſuperuenientibus probationibus poteſt Princeps de ſua abſoluta poteſtate; licet ſecus de ordinaria, fiſcum reſtituere aduerſus ſententias, & abſolutorias contra ipſum latas, cauſaque reuiſionem committere, num. 39. Quarta concluſio. Quod tam in pœnalibus, quàm in non pœnalibus nunquam fiſcus reſtituatur, quando Princeps per ſeipſum, non autem per procuratores fiſcales, & adminiſtratores (quod raro contingit) cauſam agit aut. nu. 40. Quinta concluſio. Quod tam in pœnalibus, quàm in non pœnalibus fiſco non niſi infra quadriennium reſtitutio conceditur, num. 41. Sexta concluſio. Quod quando ſententia fuit lata contra fiſcum ex falſis probationibus, tunc retractatur vel ipſo iure, vel ope reſtitutionis in integrum, vel per viam querelæ, nu. 42. Septima concluſio. Quòd ex nouis probationibus detecta rei innocentia, quandocunque reus condemnatus etiam ope reſtitutionis in integrum poteſt retractare ſententiam contra ipſum latam, num. 43.

Confeſſus, & conuictus ſimul non appellat, nu. 44.

Appellare non licet in crimine hæreſis, nu. 45. Declara, vt nu. 46.

Hæreſis crimen an appellationem admittat, nu. 45. & 46.

Simonia crimen appellationem non admittit, nu. 47.

Appellare non licet in crimine ſimoniæ, nu. 47.

Raptus crimen an, & quando appellationem admittat, num. 48. & ſeqq.

Appellare non licet in crimine raptus, numero 48. Limita primo, hoc procedere in principali raptore, ſecus in complicibus, & receptatoribus, num. 49. Limita ſecundo, quando probationes ſunt dubiæ, & reus non eſſet confeſſus, aut plenè conuictus, numero 50. Limita tertio, quando non interuenit carnalis cognitio. num. 51.

Appellare non licet in crimine falſæ monetæ, num. 52.

Monetæ falſæ crimen an appellationem admittat, nu. 52.

Appellatio denegatur inſignibus latronibus, ſeditionum concitatoribus, & Ducibus factionum, nu. 53.

Latrones inſignes qui dicantur, & an poſſint appellare à ſententijs contra eos latis, nu. 53. & 54.

Appellatio denegatur in crimine aſſaſſinij, nu. 55.

Aſſaſſinij crimen appellationem non admittit, nu. 55.

Appellatio denegatur in crimine veneficij, nu. 56.

Veneficij crimen appellationem non admittit, nu. 56.

Appellatio denegatur in caſu l. Quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ. num. 57.

Appellatio denegatur in crimine homicidij vigore Bullarum Apoſtolicarum, nu. 50. Contra, nu. 59.

Appellatio non datur, quando crimen eſt notorium, num. 60. licet alij contra,

alij contra, num. 61. Limita primo, vt procedat in notorio facti permanentis; secus autem in notorio iuris num. 62. Limita secundo, vt tamen detur appellatio quo ad effectum deuolutiuum, licet quoad effectum suspensiuum non, nu. 63. Immò etiam quoad suspensiuum, quando in appellatione inseritur causa, per quam notorium offuscatur, nu. 64.

Notorium quando est crimen, an tunc detur appellatio, numero 60. & sequentibus.

Appellare non licet à pœna legis. Quomodo hoc intelligatur, nu. 65.

Appellare non licet à sententia excommunicationis, vel interdicti, num. 66. Limita primo, quia appellatur à sententia hominis declaratoria excommunicationis, num. 67. Limita secundo, vt admittatur appellatio quoad effectum deuolutiuum, licet non sic quoad suspensiuum, num. 68. Limita tertio. Quando excommunicationis sententia contineret intolerabilem, & patentem errorem, num. 69. Limita quarto, vt possit appellari à comminata excommunicatione, num. 70. Limita quinto alijs modis de quibus remissiuè, num. 71.

Excommunicationis, seu interdicti sententia an, & quando appellationem admittat, nu. 66. & seqq.

Appellare non licet à sententijs latis à Papa, Imperatore, Rege, Præfecto Prætorio, & Senatus, num. 72 & 73. Limita 1. quia datur reclamatio, & recursus ad eundem Principem, num. 74. Limita 2. Quando Princeps pronunciat ad relationem alterius, num. 75. Contra nu. 77. Declara, vt num. 76. Limita 3. in sententia lata à delegato Principis, num. 78.

Appellare non licet condemnato pro aliqua publica administratione, vel etiam pro debito priuato ipsius Principis, nu. 79. & quid vigore Bullarum Apostolicarum, num. 80.

Appellare non licet, quando publicè interest pœnas accelerari, & delinquentes statim puniri, num. 81.

Appellatio non admittitur in criminalibus, quando periculum est in mora, num. 82.

Appellatio non datur in delictis commissis in officio, nu. 83. licet alij contra, num. 84.

Appellatio non datur officialibus, vtputa, nuntijs, notarijs, exequutoribus, seu alijs condemnatis à suo Prætore, & Iudice pro delictis commissis in officio, num. 85. secus autem si condemnentur pro delicto, seu causa ciuili officium non tangente, num. 87. Item secus si condemnentur ciuiliter, non autem criminaliter, num. 88.

Potestates, & Prætores habent particularem authoritatem puniendi suos officiales, vtputa, notarios, nuntios, & biroarios, præsertim pro delictis in officio commissis, nu. 86.

Iudices habent particularem authoritatem puniendi suos officiales, vtputa, notarios, nuntios, & birroarios præsertim pro delictis in officio commissis, num. 86.

Notarij, nuntij, & exequutores, an priuatiuè quoad alios Iudices, sint suppositi iurisdictioni eorum officialis superioris, nu. 86.

Appellare non licet à sententia sindicatus, num. 89. & 91. licet alij contra, num. 90. Et quid vigore constitutionum Marchiæ, nu. 92. Multi tamen sunt casus, in quibus à sententia sindicatus datur appellatio, num. 93. & 94. vbi tamen quod datur supplicatio, & recursus.

Sindicatorum sententia an appellationem admittat, numero 99. & sequentibus.

Appellatio in criminalibus non datur, quando Statutum illam prohibet, nu. 95. contra nu. 96. Declara materiam, vt nu. 97.

Statutum an possit in criminalibus appellationem prohibere, num. 95. & seqq.

Appellatio non datur à sententijs latis à Gubernatore Vrbis, quando imponitur pœna mortis, aut corporalis, nu. 98. licet secus in pœnis non corporalibus, sed pecuniarijs, nu. 94. Et quid in condemnatis ad triremes, nu. 100. Et quid in condemnatis in pœnam fustigationis, nu. 101.

Appellatio in Vrbe, & statu Ecclesiastico non datur in pœnis pecuniarijs nisi facto deposito, num. 102. & seq. Vbi adhuc quod instantia harum appellationum non est nisi sex mensium. Limita, vt hæc procedant in pœnis applicatis fisco Cameræ Apostolicæ, secus si applicentur fisco Baronum, & feudatariorum, nu. 104.

Apppellatione prohibita etiam in criminalibus non censetur prohibita supplicatio, querela, seu recursus ad Principem, num. 105.

Appellationi si Iudex detulit, cum deferre non debuisset, non poterit amplius aliquid innouari, num. 106. & seqq. vbi de materia.

Appellationi licet non sit locus, Iudex tamen supersedere debet in exequutione, si Iudex ad quem illi inhibuit, nu. 109.

Appellatio datur ab excessu pœnæ etiam in casibus, vbi aliàs appellare non licet num. 110.

Appellare licet sit prohibitum, Non tamen est prohibitum dicere de nullitate, num. 111.

Appellare nunquam est prohibitum, quando sententia est notoriè iniusta, num. 112.

Appellatione prohibita in pluribus criminibus specialibus, non tamen erit prohibitum appellare, quando condemnatus non erit confessus, conuictus, aut in fragranti crimine repertus, nu. 113.

QVÆST. CI. CAPVT I.

1 REGVLA in proposita quæstione cōstituenda est affirmatiua, quòd scilicet, sicut in ciuilibus semper datur appellatio, nisi expressè à iure prohibita reperiatur; ita pariter & in criminalibus appellationem non esse denegandam probat tex. in l. & in maioribus, & ibi communiter notant omnes post glo. C. de appell. cuius l. verba sunt hæc. *Et in maioribus, & minoribus negotijs appellandi facultas est*, & quæ sequuntur. Item tex. in l. addictos, in fine, & ibi cōmuniter notant omnes, C. de episcopal. audien. & c. appellat. tex. in l. litigatoribus, C. de appella. gl. in l. 1. §. 1. in verbo *priuato*, C. de fals. monet. Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, in princ. vers. Et quidem in omni causa. Paris de Put. in tract. sindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 16. versic. communis regula est fol. mihi 118. Ang. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* num. 10. versic. & sic à qualibet sententia criminali potest appellari, & ibi August. de Arim. in addit. num. 15. in fi. Couarru. pract. quæst. num. 4. post med. versic. Regula quidem iuris est, iuncto vers. Nam & in criminalibus. Vbi alijs relatis, testatur de communi. Boss. in tit. de appellat. num. 1. Anto. Gomez. de delict. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 31. Pereg. in tract. de iur. fisci, lib. 7. tit. 4. num. 12. Viui. opin. 55. num. 1. & seq. Vbi alijs relatis, testatur de communi opinione. Decia. in tract. crimin. lib. 5. cap. 58. vbi de appellatione, num. 1. tomo 1. Plot. consil. crimin. diuers. 3. num. 22. lib. 2. Rolan. consil. 73. num. 12. lib. 3. Brunor. à Sole, in suo consil. crimin. num. 104. & seq. Vbi de communi. Vulpel. consil. 137. num. 1. Lancillot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 4. numero 1. & seqq. Adden. ad Constit. March. lib. 6. cap. 2. in verbo *notorijs*, num. 2. & in verbo *Canonico*, num. 1. versic. Regula siquidem iuris est.

2 AMPLIA I. propositam regulam, vt sicut in ciuilibus appellatione pendente, nihil est innouandum, ita etiam nec in criminalib. possit Iudex suam exequi sententiam contra condemnatum. Guid. Pap. decis. 74. incip. In causis, & in tract. de appell. q. 120. post princ. & col. 5. vers. Item sicut in ciuili nihil est innouandum. Vital. de claus. in clausula, nihil nouar. appellat. penden. sub nu. 19. vers. Item etiam dicit Innoc. Franc. in c. cū sit §. præterea in 1. notab. de appellat. Affl. super const. vsurariorum, lib. 1. c. 13. Asin. in praxi iud. §. 31. c. 2. limit. 2. sub num. 3. quos in proposito refert & sequitur Lancill. de attent. par. 2. c. 12. ampliat. 4. nu. 1. & seqq. Vbi num. 10. ampliat. etiam quod appellatio esset iniusta, nisi sit periculum in mora, de quo inf. num. 82. Quod & idem dixit d. cap. 12. limit. 6. num. 23. & limit. 43. num. 9. ex Boer. in decis. 155. num. 6. sequitur Baiard. ad Clar. q. 94. num. 16.

3 AMPLIA II. vt in criminalibus aliquid innouandum non sit non solum appellatione pendente, vt mox dixi, sed nec etiam pendente termino decem dierum ad appellandum dato, secundum Bartol. in l. qui vltro, num. 5. ff. de pœn. Vbi hanc tenet opinionem, reprobato Guliel. de Cun. contrarium tenente, ac etiam data responsione iurium ex prima facie faciētium, & præsertim, l. addictos, C. de Episcopal. audien. & l. Non tantum. ff. de appellat. Idē Barthol. in l. Non tantum, num. 3. ff. de appellat. Vbi remittit se ad ea, quæ scripsit in d. l. Qui vltro, & in hac opinione residere etiam videtur Alberic. in d. l. Non tantum post num. 1. dum remittit se ad notata in l. 1. ff. nihil innouar.

appellat.

appellat. penden. Angel. ibid. in verſic. & hic videtur caſus. Vbi quòd eſſet valde iniquum dicere, quòd pendente tempore ad appellandum poſſit fieri exequutio tanti præiudicij, & irreparabilis, Fulgoſ. num. 4. & 5. iuncto num. 13. verſic. Item ſecundo. Vbi diſcurit ſuper veritate primæ reſponſionis datæ per Barto. in d. l. qui vltro ad hanc l. dictamque primam reſponſionem licet impugnare videatur; non tamen impugnat ſecundam, & ſic reſidet cum ſentētia Bart. Imol. in d. l. Non tantum, num. 1. verſic. Item nota. Vbi refert, & ſequitur verba Angel. ibidem, idem Imol. in l. conſtitutiones, num. 1. in 1. notab. ff. de appellat. Paul. de Caſtr. in l. addictos, num. 8. C. de Epiſcopal. audien. Vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata reſidere videtur. Adden. ad Iacob. Butrigar. in d. l. addictos. Vbi expreſsè reprobant contrariam Bal. opinionem. Bart. in l. addictos, C. de appellat. & ibi etiam Ang. poſt num. 2. ad finem, & Salyc. num. 3. Paris de Put. de ſindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 11 ad finem. Vbi quòd ita communiter tenetur. Boſſ. in tit. de appellat. num. 4. Vbi ex Fely. in loco per eum relato, teſtatur de communi opinione, & num. 23. & 24. Vbi quòd quando cauſa non eſt appellabilis, Iudex non debet expectare decem dies ad exequēdum ſuam ſententiam; Si verò cauſa eſt appellabilis, & tamen Iudici non videtur ex aliqua cauſa, appellationem non eſſe admittendam, pariter non poteſt Iudex ex ſe ipſo proſilire ad exequutionem, ſed debet Principi reſcribere, & reſponſum expectare, Put. deciſ. 30. lib. 1. Vbi dicitur collationē beneficij factam à Papa poſt priuationem, ſententiam latam infra decem dies datos ad appellandum eſſe nullam. Clar. in pract. crim. q. 96. in princ. num. 1. Vbi plures refert teſtantes de communi opinione, & nu. 2. verſ. hæc quidem conſuetudo. Ibi, *Ego vero dicerem*, Vbi quod ſi ipſe Iudex eſſet, ſemper in loco vbi adeſſet contraria conſuetudo, & in caſibus, in quibus Iudex tenetur in criminalibus deferre appellationi, exequutionem ſententiæ differret poſt tempus datum ad appellandum. Lancillot. de atten. par. 2. cap. 11. num. 20. & ſeqq.

4 Contrarium, quòd pendente termino ad appellandum, poſſit Iudex exequi ſententiam capitalem contra damnatum defendere conatur Bald. in l. addictos. num. 1. colum. 2. in 4. notab. C. de Epiſc. audien. Guliel. de Cun. in d. l. addictos, vbi dixit, quod ſi quis non appellauit à ſententia contra ipſum lata, & infra decem dies fuit facta exequutio, valet talis exequutio de conſuetudine, prout illum refert Paris de Put. in tractat. ſindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. numero 11. antē finem. Et pro hac Bal. opinione vide alios Doctores relatos per Carrer. in pract. in tract. de appellat. §. Tertius caſus eſt, num. 8. & 9. Vbi poſt Afflict. in loco per eum relato dixit, hanc conſuetudinem ſeruari per officiales, & Iudices ſitientes humanum ſanguinem ambitionis cauſa & num. 26. vbi remiſſiuè, an Bald. teſtanti de tali conſuetudine ſit credendum. Et certè (vt verum fatear) apud nos in Vrbe in capitalibus, & corporalibus pœnis, ſi reus confeſſus, & condemnatus non appellet, Iudex abſque alio contra ipſum etiam pendente termino ad appellandum ſententiam exequitur. Et hæc conſuetudo, quæ etiam apud nos in capitalibus, & corporalibus pœnis ſeruatur, & viget, ſuſtentabilis etiam videtur de iure, prout aduertit Carrer. §. Tertius caſus eſt, nu. 21. ſequitur Foller. qui pariter de hac conſuetudine teſtatur; licet in puncto iuris primam opinionem dixerit veriorem, in pract. crim. in verbo *Pœnis debitis feriantur*, nu. 5. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 96. in prin. num. 1. Ibi, ſed certè quicquid ſit de iure, & num. 2. verſ. Et hæc quidem conſuetudo. Vbi alios refert de huiuſmodi conſuetudine teſtantes Doctores, & ab illa dicit ſe putare nō recedendum in practica in ea Prouincia, in qua viget, & Clar. refert Lancillot. de attent. vbi ſupra cap. 11. num. 21. in fine, & 22. pariter in fine verſ. Declara etiam. Sigiſmund. Scacc. in tract. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. lib. 1. cap. 97. num. 62. ad med. verſ. & quod de conſuetudine. Vbi teſtatur ita ſeruari per totum Mundum ex Felyn. in cap. quærenti, ſub nu. 3. de offic. deleg.

5 AMPLIA III. quia Iudex exequendo interpoſita appellatione ſententiam capitalem contra damnatum, punitur & ipſe capitaliter, ſecundum Bald. in l. addictos, num. 1. poſt med. verſ. ſed ſi eſſet appellatum, C. de Epiſcopal. audien. Vbi reddit rationē, quia ſcilicet paria ſunt occidere innocentem, & occidere eum, qui fugit ad iuſtā iuris defenſionem, l. lege Iulia, §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. Et propterea quod Iudex, qui in criminalibus appellationem non admittit, teneatur d. l. Iulia de vi publ. licet condemnatus ſit infamis, voluit Paris de Put. de ſindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 7. fol. 117. & num. 11. poſt med. verſ. & ſubdit Bald. & num. 12. 14. & 17. ante med. Ad quæ omnia vide etiam idem tenentem Angel. de malef. in verbo *præſente d. Caio, &c.* num. 18. & ibi Auguſt. in addit. & num. 29. Lancillot. de atten. par. 5. c. 31. nu. 242. & ſeqq. Vbi latè de materia, quando Iudex excuſetur à tali pœna. Vide tamen ad declarationem, & materiam præſentis ampliationis, quæ dixi in 1. part. titu. de carceribus, quæſt. 32. num. 111. & ſeqq.

6 AMPLIA IIII. quia & Iudici exequenti ſententiam ſuam, & præſertim capitalem contra damnatum, non obſtante appellatione, poteſt de facto, & impunè reſiſti per amicos, & conſanguineos cōdemnati, prout dixi in 1. par. tit. de carcer. & carcerat. quæſt. 32. num. 108. & ſeqq. Quibus addo Paul. de Caſtr. in l. addictos, num. 1. in fine, C. de Epiſcopal. audien. & ibi Adden. ad Iacob. Butrigar. teſtatur ita aliàs fuiſſe obſeruatum in Romandiola, ex Iacob. Butrig. & Ang. in l. quoniam Iudices, C. de appellat. Angel. in l. addictos, num. 2. verſic. Nec obſtat, C. de appella. Paris de Put. de ſindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 11. verſic. Non autem licitum eſt. Angel. de malef. in verbo *præſente dicto Caio, &c.* poſt num. 29. & ibi Auguſt. in addit. vbi de materia. Carrer. in pract. in tract. de appellat. §. vndecimus ibi caſus eſt, numero 5. Ant. Gomez. de delict. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 31. verſ. Item etiam il 2.

7 AMPLIA V. vt propoſita regula procedat etiam in delictis enormiſſimis, & atrociſſimis, in quibus etiam appellare permiſſum eſt, niſi à iure expreſsè prohibitum reperiatur, prout in ſpecie de crimine læſæ maieſtatis dicam in ſeq. ampliatione, & generaliter ſcripſerunt Boſſ. in tit.

8 de appellat. num. 25. & Vulpell. in conſ. 137. num. 1. Quamuis contrarium voluiſſe videatur Roman. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, num. 5. colum. 2. verſic. Quarto videtur probari, ff. de acquir. hæred. per tex. in l. 1. C. de falſ. monet. & in l. 1. C. de rapt. virg. Foller. in pract. crim. in verbo *pœnis debitis feriantur*, num. 6. verſ. ſi verò ſit ſolum conuictus, per tex. in l. conſtitutionis, ff. de appellat. iura enim per Roman. & Foller. allegata non loquuntur generaliter in quolibet enormi, & atroci delicto, ſed in quibuſdā criminibus, in quibus ſpecialiter iura appellationem prohibuerunt, & de quibus dicam infra in limitationibus. Ideo ex illis non poteſt ſumi generalis concluſio, quæ delictorum enormitatem reſpiciat.

9 AMPLIA VI. in crimine læſæ maieſtatis, in quo & appellationem dari voluit glo. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, in verbo *ſuſpenſa*, & ibi Aret. glo. opinionem defendit, ff. de acquir. hæred. & hanc ampliationem contra Angel. & Roman. in locis infra allegandis defendit Auguſt. de Arim. in addit. ad Angel. de malef. in verbo *præſente d. Caio, &c.* poſt num. 15. Carrer. in tractat. de appella. §. vndecimus caſus eſt, num. 1. & ſeqq. Vbi relatis hincinde contrarijs dixit, num. 12. hanc opinionem eſſe tenendam in Regno, cum eam ſequatur Andr. de Iſernia in c. 1. in verbo, *bona committentium crimen læſæ maieſtatis*, verſ. ſeptimo, in titu. quæ ſint regal. cuius quidem Andreæ authoritas in Regno maxima eſt, vt ibi per eum, & in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata reſidere videtur Foller. in pract. crim. in verbo, *Item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis*, num. 107. Martin. Lauden. in tract. de crim. læſæ maieſt. q. 7. Afflict. in d. cap. 1. eod. §. & bona committentium, & num. 42. in 21. ſpeciali. Gig. de crim. læſæ maieſt. rubr. ſi. q. 13. num. 3. vbi relatis hinc inde contrarijs, hanc ampliationem, tanquam æquiorem ſequutus fuit Couar. pract. quæſt. cap. 23. num. 4. ante finem. Boſſ. in titu. de appellat. num. 1.

num.1.vers.& procedit hæc regula, & num.2.vbi dixit hāc opinionem esse veriorem; & quod Docto.contrarium tenentes incautè loquuti sunt Ant. Gomez. delict. cap. 13. rubr.de tortu.reor.nu.31.in princ. vers.& in tantum, hoc est verum, vbi testatur de vera, communi, & semper tenenda opinione. Viui.opin.55. vbi pariter de æquiori, & communi opinione. Clar. in pract. §. fina. quæst.94. ante finem principij, ibi. *Etiam si agatur de causa criminis læsæ maiestatis*. Decia. in tractat. crimin. lib.7. cap. 47 .num. 8. tomo 2. Rolan. consil. 73. per totum, lib. 3. vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc dixit veriorem sententiam, & ab ea in iudicando, & consulendo tanquam communi non esse recedendum. Brunor. à Sole in suo consil. crim. nu.205. Vulpell.cons.137. nu. 1. Lancillot. de attent. par.2.cap.12.ampliat.5.num. 10. Cartar.de exeq.senten.c. 1.num.68.& 94.

10 Contrarium, quòd in crimine læsæ maiestatis non detur appellatio pluribus defendit Roma.in d. §.rei perduellionis, nu.1. vbi licet in hac contrarietate adhibere videatur quandam distinctionem inter confessum, & conuictū simul, & inter confessum tantum, aut conuictum tantum, ex qua distinctione potius prima opinio, quam hæc contraria comprobatur; attamen non obstante prædicta distinctione, etiam in confesso tantum, aut conuicto tātum pro constanti affirmat verum esse, quòd in crimine læsæ maiestatis appellari non potest, vt ibi per eum d.num.1.in fine, vers.& posito pro constanti, & Romani rationes referendo, idem defendit Ang.de malef.in verbo, *presente d. Caio &c.* num.15. post Io. Andr. & Archid. quos allegat in cap.felicis.de pœn.in 6. Maran.de ord.iud.par.6.actu 2.nu. 286.fol.mihi 251.in paruis, & ibi in addit.littera V. Carer. in pract.crim.in tract.de appellat.§.tertius casus est, num. 25.idem Ang. vbi supra in verbo, *& hai tradito la tua Patria*, in princ. & in §. publica in fine, instit.de publ.iudic. Marsil.cons.1. num.38. & in l.de minore, in princ.num.7. ff.de quæst.Igne. in sua disputatione. An Rex Franciæ recogno. Imperato.nu.128. Redoa.de Simon.par.4.c.6.nu. 13. Decia. in tracta. crimin.lib.7.c.7.nu.14.tomo 2. vbi tamen particulariter loquitur in crimine perduellionis, & ibidem, nu.15.& seqq.latissime ampliat quando, & quot modis hoc perduellionis crimen committi dicatur. Bertaz.cons.422.num.17.lib.2.

11 LIMITA I. primam opinionem, quæ sine dubio magis communiter recepta est, quando de crimine læsæ maiestatis notorie constaret per euidentiam facti. Tunc enim sine dubio denegatur appellatio ad ea, quæ generaliter dixi infra in 11. principali huius quæstionis limitatione, & in specie adnotauit Gig.de crim. læsæ maiest.d.rub. fina.quæst.13.num.5. post Andr.de Isernia, & Afflict.in locis per eum relatis, & ponit exemplum in eo, qui tenet terram Ecclesiæ, aut Imperij rebellatam, vel in tali rebellione caperetur. Decia. in tract. crimin. lib.7.cap.47.post num.8.tomo 2.

12 LIMITA II. Ampliationem, vt non procedat in Ducibus factionum, ac concitatoribus seditionum, ac rebellionum, quos crimine læsæ maiestatis teneri dubitandum non est, ad tex.in l.quisquis in princ. coniuncta gl.C. ad l.Iul.maiest. illisque appellationem esse prohibitam dixi infra, num.53. probat tex.in l. constitutiones C. de appellat. & in l. si quis filio exhæredato §. hi autem omnes ff. de iniust.rupt.irrit.ue.test.& in ijs terminis adnotauit Rom. in d.l. Pantonius eodem §.rei perduellionis, num.1.col.2. in princ. versic. Secundo est casus ff.de acquir.hæred.Ang. de malef.in verbo, *presente d.Caio &c.* post num.15. versic. item videtur casus. Carer. in pract. in tract. de appellat.§. vndecimus casus est, num. 12. Gig. de crim. læsæ maiest. rub.fina.q 18.num.8. Boss.in tit.de appellat.num. 2. Decia. in tract.crim.lib.7.cap.6.num.14.tomo 2. vbi particulariter loquitur in crimine perduellionis, & ibid. num.15. & seqq.latissime explicat, quando, & quomodo hoc perduellionis crimen committi dicatur, & cap.7.num.10. ante finem, vbi quod pœna contra factiosos imposita non suspenditur per appellationem, & cap. 19. num. 5. & 31. & c.47.num.8. versic.sed pro veritate, vbi particulariter loquitur de authoribus factionum perduellionis, & proditionis in personam Principis; subdens. Quòd licet isto 13 casu non admittitur appellatio; debet tamen Iudex supersedere, & ad Principem rescribere, ex Boer.quem allegat in tract.de seditio.in 7.præsupposito, & Capic.decis.130.nu. 64. Sed quod immo supersederi nullo modo debeat, verius dixit idem Decian.d.c.19.eod.num.5. Adde pro hac secunda limitatione, quæ dixi infra, num.53. vbi videtur eadem materia, & Rolan.cons.73.nu.24.lib.3.Io.Petr.Surd. cons.40.nu.36.lib.1.

14 LIMITA III. eandem VI. ampliationem, quando huius criminis reus est plenè conuictus, aut libere confessus taliter, vt delictum negare non valeat. Tunc enim appellare non potest, & isto modo potest intelligi secunda contraria opinio. Secus autem, si delictum non est plene probatum, ita quod de eo sit dubium. Tunc enim bene poterit appellare, & secundum istos terminos poterit procedere prima opinio, & proposita ampliatio secundum Igne.in d.disput.An Rex Franciæ, nu.179. quem in proposito refert, & sequitur Gig. de crim. læsæ maiest. d. q. 13. num. 2. & 4. & si tu dixeris, quod hæc limitatio, seu declaratio sit de indubitabili, quia quando reus non est plene conuictus, aut confessus, tunc solum potest appellare, sed immo nec etiam condemnari, prout dixi supra in tit.de reo confess.& conuict. q. 81.num. 1. Responde pro saluatione prædictæ declarationis, & distinctionis, quod in crimine læsæ maiestatis, etiam ex non plenis, & ex non concludentibus probationibus quandoq; reus potest condemnari, cum sufficiant præsumptiones. Quòd an verum sit, & quando, dicam infra in materia crim.læsæ maiest. & tunc licet talis reus possit condemnari; quia tamen non clare liquet de delicto ita, quòd illud negari nequeat; ideo appellare non prohibetur secundum Igne.& Gigan. in locis præcitatis.

15 Sed certe quicquid dicant præcitati Doctores, hæc declaratio videtur omnino contra mentem omnium Doctorum allegatorum supra pro prima opinione, qui dum dicunt in hoc crimine dari appellationem, sentiunt generaliter, hoc esse verum in omni casu, in quo potest condemnari; & sic etiam quòd sit plene conuictus, aut confessus, cum expressus profiteantur in hoc crimen læsæ maiestatis nullum habere speciale, & rationes per eos adductæ procedant, ne dum quando reus præsumptionibus conuictus est, sed etiam quando plenis probationibus, aut ore proprio confessus est, & istud credo verius, & propterea accuratius loquutus fuit Rolan.in d. cons.73. post nu.24. & seqq.lib.3. dum dixit confessum, & conuictum simul in hoc crimine non posse appellare, non autem dixit confessum tantum, aut conuictum tantum.

16 AMPLIA VII. vt pariter appellare liceat ab impositione mulctæ, & eius excessu, tex.in l.si qua pœna ff. de verb.signif. & ibi gl.magna, vbi de materia. Marsil.in l.1. num.178. C.de rapt.virg.vbi quod ab impositione mulctæ licitum est appellare, quando non est expressa quantitas, secus autem si in præcepto, seu citatione fuit expressa quantitas mulctæ, quia tunc non datur appellatio, etiam quod d.mulcta excederet legitimum modum, seu legitimam quantitatem, ex Oldrad.quem allegat in cons.1.incipit circa processum, quem etiam, & alios in proposito refert Carrer.in pract.in 1.tracta.de appellat.§. quintus casus est, nu. 10.Bened.de Plor.consil.crim.diuer. 3. num.22.tomo 2.in fol. vbi quòd à mulcta datur appellatio, refert, & sequitur Bertazz. consil. 181. num. 17. & vide ad hanc eandem materiam, quæ dixi supra par. 1. titu. de delict. & pœn.q.18.num.58.

17 AMPLIA VIII. vt si plures sint Complices condemnati, & vnus tantum appellat, appellatio vnius prosit alteri secundum communem, de qua per August. ad Ang. de malef.in verbo, *præsente d.Caio, &c.* num.33. quem refert, & sequitur Clar.in pract.§.fina.quæst.94.num.4. ver-

18 sic. Quæro nunquid in criminalibus, cuius contrarium cum suaderi videatur ex tex.in l.minoribus C. de his qui bus vt indig.vbi probatur, quod si plures accusantur, & cōdemnātur per Iudicem ordinarium de eodem delicto, & vnus

& vnus eorum appellauit, & alter non, licet suspendatur sententia lata contra appellantem, vel per Iudicem superiorem reuocetur; tamen bene potest statim exequi contra socium non appellantem, & ibi hoc adnotari per Bal. & alios Doctores testatur Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 10. num. 6. prope finem, vers. tertio probato etiam tex.
19 ideo pro resolutione vide Lancillot. in tract. attent. c. 12. in 11. ampliat. nu. 1. & seqq. omnibus, vbi late ponit materiam illam an, & quando appellatio vnius consortis in lite prosit alteri non appellanti.

20 AMPLIA IX. in tantum, in criminalibus licitum esse appellare, vt nec appellationi facta renunciatio valeat. (Quicquid forsan secus sit in ciuilibus.) Probatur hæc ampliatio in l. non tantum ff. de appellat. & in l. Addictos. C. eod. & vtrobiq; communiter notant Doctores. facit tex. in l. si non defendantur ff. de pœn. & per ista iura, hoc idem voluerunt Franc. in c. cum speciali §. porro, nu. 6. ante med. vers. sed certe in criminalibus, extr. de appellat. Paris de Put. de sindic. in verbo, *appellatio*, cap. 1. num. 14. ante finem, Ange. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* num. 80. vbi præsertim quando agitur de morte ciuili, vel naturali, aut membri mutilatione, & num. 25. Lancillot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 2. num. 8. vbi quod appellationi in criminalibus renunciari non potest, nec tacite, nec expresse ex Boer. quem allegat in decis. 257. sub num. 16. ex quibus apparet, ita communiter per Doctores teneri.

21 Quamuis, quòd immo per pactum expressum possit in criminalibus appellationi renunciari tenuerint Dyn. & Bar. in locis relatis, per Augus. ad Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* post nu. 10. vbi etiam respondet d. l. Nõ tantum, quòd scilicet ibi non constabat de expressa renunciatione condemnati facta, per pactum, prout sunt termini propositæ ampliationis.

22 LIMITA hanc IX. ampliationem non procedere, quando delictum esset notorium, quia tunc talis renunciatio appellationi omnino valeret secũdum Bal. & Ang. in locis relatis per Augus. ad Ang. de malef. in verbo, *præsente dicto Caio, &c.* nu. 11. vbi & hoc idem extendit, quando reus esset confessus, aut conuictus, vel taliter cõuictus, quòd delictum denegare non posset: tunc enim inquit, ibi Augus. se non videre rationem, quare talis renunciatio non sustineatur.

23 AMPLIA X. in tantum à iure in criminalibus permissam esse appellationem, vt licet tunc Procurator non admittatur; admittitur tamen pro criminaliter condemnato non solum Procurator, sed etiam vnusquisque extraneus, & non cõiunctus sine mandato ad appellandum, etiam eo inuito, tex. vbi notant communiter omnes in l. non tantum ff. de appellat. cuius quidem tex. verba sunt hæc. *Non tantum ei, qui ad supplicium ducitur pronocare permittitur; verum alij quoque nomine eius: non tantum si ille mandauerit: verum quisquis alius prouocare voluerit, neque distinguitur, vtrum necessarius eius sit, nec ne. Quarit autem humanitatis ratio, omnem prouocationem audiri deberet ergo & si ipse acquiescit sententia, nec quærimus cuius intersit. Quid ergo si resistat, qui damnatus est aduersus prouocationem, nec velit admitti eius appellationem perire festinans? Adhuc putem differendum supplicium.* Ad idem tex. in l. addictos in fine, C. de Episc. aud. vbi facta pœnali prohibitione, ne quis supplicio addictos eximat, postea subdit per hæc verba videlicet. *Quibus in causa criminali humanitatis consideratione si tempora suffragantur, interponenda prouocationis copiam non denegamus.* Et ibi pariter hoc adnotauit Bal. Paul. de Castr. & Salyc. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio &c. & appellante*, nu. 2. & ibi Augus. in addit. Marsil. in l. 1. nu. 158. C. de rapt. virg. Diaz. in pract. crim. canon. ca. 144. nu. 4. & ibi Ignat. Lopez. in addit. littera B. Boss. in tit. de appellat. n. 4. Ant. Gomez. de delict. c. 13. rub. de tort. reor. nu. 51. vers. item etiam ll 1. vbi de communi. Clar. in pract. §. fi. q. 94. post nu. 4. vers. regulariter autem. Decia. in tract. crim. lib. 2 c. 6. rub. de iur. natural. nu. 17. tomo 1. Baiard. ad Clar. q. 94. nu. 54. & alios pro hac ampliatione allegaui supra q. 99. num. 175.

24 AMPLIA I. præcedentem ampliationem, vt procedat non solum, quando quis est condemnatus in pœnam vltimi supplicij, sed etiam si condemnatus sit corporaliter, secundum Fulgos. in d. l. Non tantum, num. 2. & 7. versic. & ex hoc ff. de appellat. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio &c.* num. 7. & seq. & ibi Augus. in addit. vbi ampliat, etiam quod quis sit condemnatus ad mortem ciuilem. Diaz. in pract. crim. canon. cap 144. post num. 4. vbi pariter ampliat, etiam quòd agatur de morte ciuili, vt puta, deportatione, aut pœna perpetui carceris, ex Innocen. & Fely. in locis per eum relatis quamuis de hac ampliatione non sine ratione dubitet, vt ibi per eum.

25 AMPLIA II. eandem X. ampliationem, vt & isto casu pro condemnato non solum quisque ad appellandum admittatur sine mandato, & inuito condemnato, sed etiam ad prosequendum appellationem, secundum Guliel. de Cun. in l. eos C. de appellat. quem etiam sequuti sunt Imol. in l. notandum, colum. 2. versic. Baldus tamen ff. de appellat. vbi reprobat Bal. contrarium tenentem, & respondet rationibus in contrarium adductis per Innocen. in loco per eum relato. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* nu. 5. & ibi Augus. in addit. num. 6. vbi relatis contrarijs hanc partem dicit se credere veram. Quamuis contrarium voluerit Bal. in l. addictos, nu.
26 5. C. de Episcop. audien. & in hac contraria opinione tanquam vltimo loco per eum relata, residere videatur Alex. ad Bar. in l. Non tantum littera A. in fine, vers. & in materia &c. ff. de appellat.

27 AMPLIA III. d. X. ampliationem, vt non solum quisque laicus, sed etiam Clericus possit pro condemnato capitaliter appellare, vt supra secundum Imol. in l. Non tantum post, num. 2. ff. de appellat. vbi quod licet Ang. ibidem dixerit tutius esse, quòd Clericus à tali causa abstineat, verius tamen videtur, quod cum appellatio tendat ad defensionem, & non ad pœnam, possit in ea Clericus se intromittere, ad tex. in cap. reo 23. quæst. 5. & fuit opin. gl. in l. addictos in fine, in verbo, *quibus*, C. de Episc. aud. & ibi etiam Bellaper. in princ. & Salycet. num. 1. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* num. 3. & ibi Augus. in addit. num. 5. vbi quod communiter Doctores sequuntur glo. in d. l. addictos. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 144. post num. 4. littera B. in verbo,
28 *hoc facere posse*, vbi de veriori opinione. Quamuis Spec. in tit. de appellat. §. 1. vers. in causa autem criminali, & Ang. in d. l. Non tantum in fine, ff. de appellat. dixerint tutius esse etiam isto casu Clericos se abstinere à causa sanguinis.

29 LIMITA hanc X. ampliationem, vt tunc demum pro capitaliter condemnato possit vnusquisque appellare, etiam eo inuito, dummodo is sit in fortijs Curiæ, & ad supplicium ducatur, secus si non esset in fortijs Curiæ, nec ad supplicium duceretur, quia tunc eo inuito, non appellat, nisi pro suo interesse appellaret, secundum Parid. de Put. in tracta. sindic. in verbo, *appellatio*, num. 15. ad finem, & multo minus posset quis appellare pro absente in contumaciam condemnato, & vigore Statutorum habito pro confesso, & conuicto, si enim, vt alias adnotaui in 1. par. tit. de inquisit. q. 11. num. 48. & seqq. talis sic condẽnatus, per se ipsum appellare non potest; multo minus appellare poterit alius pro eo, quamuis contrarium voluerit Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio &c.* nu. 13. & ante Ang. Specul. in loco relato, per Augus. de Arim. in addit. ibi ad Ang. num. 14. vbi tamen tacite in hoc Angeli opinionem reprobare videtur, addo pro hac eadem declaratione Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 94. num. 5. & 51. vbi propterea facit generalem conclusionem, quòd quando reus confessus est crimen, & in confessione perseuerauit; tertius non poterit pro eo appellare, & ad comprobationem huius limitationis, vide quæ dixi supra, q. 99. num. 177. 178. & 179.

30 AMPLIA XI. quia in criminalibus, non solum conceditur appellatio reo condemnato, sed etiam fisco à sententia absolutoria ad rei fauorem lata, nullo enim iure

iure hoc prohibitum reperitur, ideo permissum censetur,
facit, tex. in l. illud la 2. ff. de appellat. vbi quod fiscus appel-
lat à sententia contra ipsum in causa libertatis lata. Gram.
decis. 14. num. 1. post innocen. Abb. Bald. Bart. Ang. &
Parid. de Put. in locis per eum relatis, licet in Regno
contrarium seruari propter ritus Magnæ Curiæ Vicariæ
testatur ibidem, num. 12. Gabr. lib. 7. de crimin. conclus.
14. num. 1. & seqq. vbi respondet contrarijs, dicitque de
31 hoc probabiliter dubitari non posse, & ibi etiam ponit,
quid de promotore criminis, an pariter possit appellare, &
distinguit; distinctionem ibi videas. Pereg. de iur. fisci, lib.
7. titu. 4. num. 1. versic. in criminalibus. Baiard. ad Clar.
quæst. 94. num. 27.
32 LIMITA I. hanc XI. ampliationem, vt quicquid
sit de iure communi, contrarium seruetur de consuetudi-
ne, secundum quam fiscus, non appellat à sententijs con-
tra ipsum latis secundum Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 1.
num. 41. & seqq. vbi dixit, quòd licet de iure communi
fiscus non prohibeatur appellare. de generali tamen con-
suetudine secus est, quam quidem consuetudinem non
solum in Regno Neapolitano, prout testatur Gram. in
loco præcitato, sed etiam in tota Italia seruari se audiuisse
affirmat, prout etiam ita pluries seruari vidit Perusiæ,
& in Prouincia Marchiæ, nisi tamen Legati, Vicelegati,
ac Ciuitatum Gubernatores; per eorum specialia rescri-
pta, adhibita diligenti informatione, & ex rationabili
causa, & ex certa scientia causam appellationis commi-
serint. Concordat constitutio Pij IIII. in ordine mihi
74. incip. Inter multiplices Pastoralis officij nostri curas
super reformatione tribunalis A. C. in versic. minus e-
tiam in 1. par. Bullar. fol. 755. vbi mandat illius tribunalis
Iudici, vt appellationem ad fisci instantiam interpositam
ab absolutoria lata pro reo iuxta laudabilem consuetudi-
nem eo in vsque in Curia seruatam minime admittat,
iūcta alia constitutione eiusdem Pij IIII. in eadem parte
Bullarij in ordine 85. incip. Cum ab ipso, super reforma-
tione aliorum tribunalium vrbis fol. mihi 779. versic. &
cum ad signaturam, & versic. non prosequatur, vbi de-
clarando præcedentem constitutionem, Summus Pon-
tifex statuit, quòd non prohibeatur fiscus appellare, sed
an appellationis causa sit reijcienda, vel committenda iu-
dicabit hoc signatura, parte absoluta citata, & in omnem
euentum fisco prohibetur causam appellationis à senten-
tia contra, eum lata, vbi adsit instigator secretus, vel
apertus prosequi, nisi data prius cautione per eundem
instigatorem de reficiendo expensas tam prioris, quam
33 vlterioris instantiæ in euentum succumbentiæ. Quòd
tu intelligas, parte petente hanc cautionem, & non ali-
ter ad trad. per Marsil. in pract. §. nunc videndum, num. 1.
& seqq. & in l. vnius §. cogniturum pariter, num. 2. &
seqq. ff. de quæst.
34 LIMITA II. eandem XI. ampliationem non pro-
cedere, quando Statutum prohiberet appellationem in
causis criminalibus. Tale enim Statutum debet intelli-
gi, etiam quoad fiscum appellare volentem, licèt de fisco
specialiter non loquatur secundum Hier. Magon. decis.
Lucen. 58. per totam, quam in proposito refert Baiard. in
addit. ad Clar. q. 94. num. 26.
35 LIMITA III. d. XI. ampliationem, vt licet de
iure communi fiscus possit appellare a sententijs contra
ipsum latis, non tamen restituitur in integrum, quòd
quando verum sit, vide omnino tex. & ibi glo. & Do-
cto. in l. 1. C. de senten. aduer. fisc. latis. lib. 10. & in l. Im-
peratores. ff. de re iudic. Sed ex recentioribus vide Boss.
in tit. si aduer. rem iudic. num. 5. 6. & 7. vbi generaliter,
& in ciuilibus loquendo distinguit hoc modo. Quòd si
sententia est nulla ipso iure, vt puta, quia lata absente
fisci aduocato, vel per fraudem, & corruptionem, pre-
tio, & pecunia interueniente, & tunc non est necessaria re
stitutio, quia ipso iure fisco succurritur. Si vero sen-
tentia est valida: fiscus tamen læsus est, vel quia fuerit lata
per gratiam, & ambitionem, siue corruptione pretij, vel
quia fuerit omissum Testes, aut instrumenta produce-
re, & tunc dabitur fisco in integrum restitutio infra qua-
driennium secūdum communem opinionem Doctorum
in d. l. 1. & in d. l. Imperatores, & rursus vide eundem
Boss. ibidem, num. 9. & seqq. vsque ad num. 17. vbi in
specie in criminalibus loquendo, disputat, an ista resti-
tutio aduersus sententiam latam contra fiscum in pœna-
libus (vt puta si Iudex reum absoluendo, ipsi pœnam, in
totum, aut in partem remiserit) concedi possit a Iudice,
seu etiam Principe secundum iustitiam, & ordinariam
potestatem, an vero non a iudice, sed ex gratia ab eo-
dem Principe de sua absoluta potestate. Et multis hinc
inde deductis concludit, quòd si in sententia præuarica-
tio, fraus, aut corruptio non interuenit, tunc nec Prin-
ceps ex sua ordinaria potestate hanc restitutionem conce-
dere potest, sed tantum Princeps de sua absoluta potesta-
te specialiter derogando sententiæ, & rei iudicatæ. Sed
hoc non nisi in atrocissimis, prout refert, contigisse tem-
pore suo, in quo, prætextu nouarum probationum in-
uentarum fuit commissa reuisio sententiæ absolutoriæ
contra ipsum latæ ad fauorem quorundam, qui eorum
patruum de nocte in lecto occiderant; subdens, quòd nisi
atrocitas delicti hoc suaderet, Princeps, nec etiam de
absoluta potestate facere deberet, alioquin esset pror-
sus subuertere illam iuris conclusionem. Quòd semel
absolutus amplius molestari non potest, & sic omnes
sententiæ absolutoriæ infringerentur. Quòd omnino
absurdum est, vt ibi per eum, & vide etiam Gabr. libro
7. de crimin. conclus. 13. vbi proposita quæstione, an
fiscus in pœnis restituatur in integrum, & relatis hinc in-
de contrarijs Doctorum authoritatibus concludit opi-
nionem negatiuam esse sequendam tanquam veriorem,
& æquiorem; quamuis Guid. Pap. decis. 302. ibi per eum
relatus contrarium de stilo communi obseruari testetur,
nec etiam omittas videre Sfort. Odd. in tract. de restit.
in integ. par. 1. quæst. 3. artic. 13. num. 79. & seqq. omnibus,
vbi, ni fallor, videtur distinguere inter pœnalia, & non
pœnalia, & à non pœnalibus, relatis hinc inde contrarijs
Doctorum authoritatibus, & rationibus concludit cum
Boss. & Gabr. in locis præcitatis magis communem opi-
nionem esse, quòd fiscus non restituatur, nisi detecta
enormitate delicti. In non pœnalibus vero dixit indu-
bitatam esse iuris conclusionem, ac etiam magis com-
munem Doctorum opinionem. Quòd fiscus ex capi-
te læsionis restituatur aduersus sententiam contra ipsum
latam, & etiam aduersus quæcunque male gesta, vel ma-
le omissa. Quando scilicet, non per se ipsum, sed per
eius administratores fiscales causam agitasset; secus autem
si per se ipsum, & ita testatur hanc eandem opinionem
vsu, & stilo approbari, & iterum vide eundem Odd.
ibidem par. 2. quæst. 75. artic. 1. num. 1. & seqq. vbi in spe-
cie, quod datur fisco restitutio prætextu instrumentorum
nouiter repertorum, & artic. 6. num. 26. & seqq. vbi alijs
relatis, dixit magis communem opinionem esse, quòd ta-
lis restitutio fisco concedatur infra quadriennium, & ibi
concordantes affert, & num. 31. & seqq. vbi pariter cum
Boss. in loco præcitato dixit, quòd quando sententia est
nulla ipso iure, vt puta, quia lata dolo partis, vel ex
præuaricatione Aduocati, vel per Iudicis corruptionem,
tunc non fit necessaria restitutio, sed ipso iure fisco suc-
curratur, & pariter vide Pereg. de iur. fisci lib. 7. titu. 4.
num. 1. vbi quòd fiscus in criminalibus aduersus senten-
tiam à se latam potest restitutionem in integrum pete-
re; Non tamen à Iudice, qui restituere hoc casu non
potest, sed tantum à Principe, & num. 2. iuncto, num. 5.
vbi quòd quando sententia est nulla ipso iure, quia la-
ta absente fisci Aduocato, vel per præuaricationem ob
pecuniam datam Iudici, Aduocato, seu Procuratori par-
tis aduersæ. Tunc non est opus restitutione, quia fisco
ipso iure succuritur, & numero 3. iuncto, num. 6. vbi
quod in non pœnalibus, quando sententia non est nul-
la ipso iure, adhuc fiscus in integrum restituitur ex ca-
pite læsionis de nouo repertæ, & num. 10. & seq. Vbi, quòd
quando sententia fuit lata contra fiscum ex falsis testi-
bus, vel ex falso instrumento, tunc aut talis sententia
est nulla ipso iure, aut spe restitutionis retractari potest,
vel

vel etiam per falsi querelam intra annos viginti reuocari petitur, vt ibi per eum. Addo, & Vulpell. consil. 41. num. 2. & seqq. vbi consuluit, non esse concedendum fisco aduersus absolutoriam datam cuidam Iulio Cæsari Agabito, qui imputabatur de vulnere illato in alium, dum erat in manibus Curiæ. Cæpha. consil. 605. num. 32. & omnibus seqq. lib. 4. vbi pluribus defendit, contrarijs etiam respondendo non esse fisco concedendam restitutionem, quando agitur de lucro, & de alterius pœna. Bertaz. consil. 195. & 197. lib. 1. vbi latissime defendit non esse fisco concedendam restitutionem in pœnalibus, & in delictis aduersus sententias absolutorias prætextu probationum nouiter repertarum, & præsertim, quando agitur de lucro captando, & de pœna publicationis, seu confiscationis bonorum; & quod in Ciuitate Ferrariæ nunquam à sæculo fuit auditum talem restitutionem fuisse à Principe concessam. Et licet Boss. vbi supra, dicat posse hanc restitutionem concedi a Principe de eius absoluta potestate; dicit tamen aduertendum, quòd Boss. eo loci non se firmat; nihil pro sua opinione allegat, & tamen, hoc Principi non licere fatetur, nisi ex magna causa, & nisi etiam magnitudine commissi facinoris contrarium suaderet, licet bene detecta rei innocentia quandocunque reus ipse aduersus sententiam condemnatoriam contra ipsum latam esset restituendus ex nouiter reperris. Nec a præmissis dissentire videtur Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 94. numero 33. & 36. Ex quibus omnibus Doctorum authoritatibus, sic vt supra in confuso relatis, elicias infrascriptas particulares conclusiones.

36 Prima sit conclusio, quod quando sententia est nulla ipso iure, vt puta, quia fuerit lata fisco absente, vel per sordes, vel per prænaricationem, & corruptionem aliquam, pecunia interueniente; tunc siue simus in pœnalibus, siue in non pœnalibus, talis sententia quandocunque retractari potest, etiam sine ope restitutionis in integrum, quia nec tunc transit in iudicatum, & in hoc nullus est contradictor, & vide etiam quæ dixi in tit. de inquisit. q. 4. nu. 2. vers. & si rursus, & num. 13.

37 Secunda sit conclusio, quòd in non pœnalibus, quando sententia est valida fiscus aduersus eam restituitur ex capite læsionis, prætextu probationum nouiter repertarum. In pœnalibus vero nullatenus restituitur, siue quis sit absolutus in totum, siue in parte. Quicquid secus dixerit Si-

38 gismund. Scacc. de iudic. caus. ciuil. crimin. &c. cap. 12. num. 88. & seqq. Cuius opinionem confutaui supra, in prima parte, tit. Inquisit. q. 2. num. 2. vers. quare si iurisdictiones &c.

39 Tertia sit conclusio, quod ex magna causa, & propter delicti atrocitatem ex nouis superuenientibus probationibus potest Princeps de eius absoluta potestate (licet secus de ordinaria) fiscum aduersus sententias, & absolutorias contra ipsam latas restituere, & causæ reuisionem committere.

40 Quarta sit conclusio, quòd tam in pœnalibus, quam in non pœnalibus nunquàm fiscus restituitur, quando Princeps per se ipsum, non autem per procuratores fiscales, & administratores, (quòd raro contingit) causam agitauit.

41 Quinta sit conclusio, quòd tam in pœnalibus, quàm in non pœnalibus fisco non nisi infra quadriennium restitutio conceditur.

42 Sexta sit conclusio, quòd quando sententia fuit lata contra fiscum ex falsis probationibus, tunc retractatur vel ipso iure, vel ope restitutionis in integrum, vel per viam querelæ.

43 Septima sit conclusio, quòd ex nouis probationibus detecta rei innocentia quandocunque reus condemnatus etiam ope restitutionis in integrum, potest retractare sententiam contra ipsum latam.

44 LIMITA I. propositam huius quæstionis regulam non procedere in confesso, & conuicto, qui, quod appellare non possit, est tex. expressus in l. 2. C. quor. appellat. & dixi latius infra hac eadem quæst. cap. 2. num. 114. & seqq. vbi posui materiam, hic non repeto.

45 LIMITA II. eandem regulam in crimine hæresis, in quo nec appellationem dari probat tex. in cap. vt inquisitionis, de hæret. in 6. & in cap. ad abolendam, & in cap. eos qui in prin. extr. eod. Roma. in l. Pantonius §. rei perduellionis, num. 1. in princ. & d. num. 1. colum. 2. versic. Quinto, hoc probatur ff. de acquiren. hæredit. post Bal. quem allegat in l. 2. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* num. 15. vers. in crimine, vero hæresis non appellantur. Maran. de ord. iudic. par. 6. actu 2. num. 288. fol. mihi 251. in paruis. Carer. in pract. in 1. tracta. de appellat. versic. Tertius casus est, num. 26. & in vers. Nonus casus est, num. 1. Couar. pract. quæst. c. 23. num. 4. ante finem vers. Quòd adeo verum est, vbi quod hoc procedit tam de iure canonico, quàm ciuili Redoa. de Simon. par. 4. cap. 6. num. 12. Decia. in tracta. crim. lib. 5. cap. 20. num. 26. tomo 1. & cap. 58. num. 1. vbi allegat etiam constitutiones apostolicas in hoc crimine appellationem denegantes, & num. 6. vbi idem de receptatoribus, & fautoribus hæreticorum. Rolan. consil. 73. num. 10. lib. 3. Adden. ad constit. March. libro 6. cap. 2. in verbo canonico, num. 4. Cartar. de exequut. sentent. cap. primo, num. 95.

46 Verùm quando hæc limitatio vera sit, & quando non, vide ad materiam declarantes Io. Andr. Archid. Gemin. Franc. & alios in cap. vt inquisitionis, de hæret. in 6. Zanchin. in tract. de hæret. c. 29. & ibi Campeg. Conrad. Brun. de hæret. lib. 4. c. fi. Simanc. de cathol. instit. tit. 6. & in Enchyrid. tit. 65. Io. Roius in singularibus fidei. sing. 19. incip. appellatio tam in ciuilibus Bernar. Comen. in sua Lucerna, verbo, *appellatio*, Repertor. inquisit. verbo, *appellare*. Iacob. Sprenger. in Malleo malleficarum, par. 3. q. 35. Eimeric. in direct. par. 3. rubr. de appellatione, quæ fit ab Inquisitore, num. 121. & ibi Pegu. coment. 51. vbi late Docto. alleg. per Carer. vbi supra d. §. nonus casus est, num. 2. & seqq. Ant. Gomez. de delict. cap. 13. rubr. de tortu. reor. nu. 31. post med. vers. Secundo limita. Decia. in tracta. crimin. lib. 5. cap. 38. & 48. tomo 1. & ibidem, cap. 58. per totum.

47 LIMITA III. in crimine simoniæ, in quo, nec etiam datur appellatio secundum glo. in cap. 1. de testib. in 6. in glo. fina. & Fely. in cap. sicut il 1. de simon. per illum tex. refert, & sequitur Maran. de ord. iud. par. 6. actu 2. num. 287. fol. mihi 251. in paruis. Carer. in pract. tracta. de appellat. §. nonus casus est, num. 4. Redoa. in tract. de Simon. par. 4. cap. 6. num. 12. & seqq. Vide tamen in proposito decisionem coram D. Seraphino, in vna Auersana beneficij. Lunæ. 5. Iulij 1593. in qua fuit dictum, quod licet regulariter non liceat appellare a sententia simoniæ, hoc tamen declaratur duobus modis. Primo, vt non per hoc denegetur appellatio à sententia collationis beneficij vacantis propter simoniam lata à mixto exequutore. Secundo, vt tunc demum à tali sententia non detur appellatio, quando simoniacus est notorius, vel confessus, vel si est occultus, simonia est respectu ordinationis, secus quando est occultus, & simonia est super beneficio, quia tunc datur appellatio.

48 LIMITA IV. in crimine raptus, in quo appellationem non dari probat tex. in l. 1. in fi. princip. C. de rapt. virg. in illis verbis, *Quibus & si appellare voluerint, nullam damus licentiam.* Roma. in l. Pantonius §. rei perduellionis, num. 1. colum. 2. versic. quarto videtur probari ff. de acquir. hæred. Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, num. 2. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* nu. 20. vers. & etiam. Maran. de ord. iud. par. 6. actu 2. num. 284. fol. mihi 251. in paruis. Marsil. in d. l. 1. num. 155. C. de rapt. virg. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in prin. nu. 50. & in §. decimus quintus casus est, nu. 1. & seqq. vbi declarat hanc limitationem procedere, siue sit confessus tantum, siue cõuictus tantum, reprobato Afflict. contrarium volente, ac dicente raptorem non posse appellare, qñ est confessus, & conuictus simul, aliter secus. Addo pro hac eadem limitatione Fab. de Montel. in pract. arbitr. par. 4. fol. mihi 231. & 630. Ant. Gomez. de delict. c. 15. rub. de tortu. reor. nu. 31. in fin. vers. quarto limita, vbi de communi. Decia in tract. crimin.

crim.lib.8.cap.9.nu.12.tom.2.& c.8.nu.5. & c.12.num.6.

49 SVBLIMITA præcedentem iiij. limitationem tribus modis, & Primò, vt procedat in principali raptore, secus autem in socijs, auxiliatoribus, consultoribus, & receptatoribus, secundum Carer. vbi supra in d.§.xv.casus est, nu.1. & seqq. Decian. in tract.crim. lib. 4. cap. 9.nu.13.& cap. 10. num. 11. tomo 2. Vbi latius comprobat hanc declarationem.

50 Secundo, vt eadem limitatio pariter procedat, quando quis est cōuictus per claras probationes, & à iure approbatas, secus si nō esset plenè cōuictus, & probationes essēt dubiæ. Ad ea, quæ generaliter dixi infra num.141.& in specie voluit Carer. vbi supra d.§.Decimusquintus casus est, sub num.1.& seqq. Decia. in tractat. crim. lib.8.cap.9.num.12. versi.declara tamen, vbi, quòd ad hoc, vt huius criminis reus appellare non possit, requiritur, aut quòd sit ore proprio confessus, & non per contumaciam, aut legitimis, & à iure cognitis probationibus conuictus, aut in fragranti repertus, aliter secus. Alioquin inquit ipse, daretur occasio Iudicibus delinquendi, & condemnandi sine legitimis probationibus.

51 Tertiò, vt à sententia in crimine raptus non detur appellatio, quando mulier fuit rapta, & cognita, secus si rapta, & non cognita, secūdum Carer. vbi supra in d.§ xv.casus est, sub nu.1.& seqq. Decia. eodem lib. 8.d.c.9.nu.14.& nu. 18. Vbi, quòd in omnibus casibus, in quibus raptus excusatur, aut in quibus defecit aliqua qualitas requisita in eodē crimine ad hoc, vt raptus dicatur, & illius pœna locum habeat in eisdem etiam casibus appellatio admittitur.

52 LIMITA V. in crimine falsæ monetæ, in quo reus condemnatus non appellat, etiam quòd sit solum confessus, aut solum conuictus, Tex. in l.1.§.1. C.de fals. monet. in illis verbis: *Appellandi etiam priuato licentia denegetur*, glo. in l.2. in verbo *propria*. C. de fals. monet. Roma. in l. Pátonius.§.rei perduellionis, nu.1.par.2.vers. quarto videtur probare. ff. de acquir. hæred. August. ad Ang. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* post nu.15.in prin. addit. Idem Ang. ibidem post nu.20.& ibi Bernar. de Landr. in addit. in verbo *monetas*, vbi remissiuè ex Bal. quem allegat in consil.165.lib... ponit, An dans consilium aliàs facturo falsam monetam possit appellare. Maran. de ord. iud. par.2.actu 2. nu.283.fol.mihi 251.in paruis. Carer. in pract. in tract de appella.§.xvj.casus est, nu.1. Fab. de Montel. in pract. arbitr. par.4.fol.mihi 181.nu. 409. Ant. Gomez. de delict. cap.13. rub. de tortu. reor. num.31. in fi. vers. tertio limita Rolan. consi.73.nu.7.lib.3.

53 LIMITA VI. in insignibus latronibus, seditionum concitatoribus, & factionum Ducibus, contra quos sententiæ latæ exequutioni mandantur, non obstante appellatione per eos interposita, etiam quòd ij conuicti, & confessi insimul non sint, cum eorum alterum sufficiat, tex. ad litteram in l. Constitutiones. ff. de appellat. cuius text. verba sunt hæc: *Constitutiones, quæ de recipiendis nec ne appellationibus loquantur, vt nihil noui fiat, locum non habēt in eorum personas, quas damnatas statim puniri publicè interest, prout sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel Duces factionum*. Et ibi post glo. adnotarunt communiter Doctores omnes, nempè Bar. Alberic. Ang. Cuman. & Imol. similis text. in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes, in fine. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Specul. in tit. de appellat.§.1.num.2. Paris de Put. de sindic. in verbo *Appellatio*, c.1.nu.11.in fine, & nu.13. Ang. de malef. in verbo *Præsente d. Caio, &c.* nu.20. vers. secūdo in certis casibus. Marant. de ord. iudic. par.6.actu 1.nu.285.fol. mihi 50.& in §.xviij. casus est, nu.1.& seq.& in §.xix.casus est, nu.1.& seq.& in §.xx.casus est, nu. 1. & seq. Duen. reg.156.in quinta limit. Ant. Gomez. de delict. cap.13.rub. de tortu. reor. num.31. in fine, in 6.& 7, limitatione. Decian. in tract. crimin. lib.7. cap.19.nu.5. Et ad comprobationem huius limitationis vide etiam Doctores allegatos supra num. 12. vbi videtur eadem materia.

54 Insignes autem latrones sunt ij, de quibus in l. capitalium.§.famosos. ff. de pœn. Seditionum autem concitatores sunt ij, de quibus in dicta l. capitalium. §. solent. & in l. si quis aliquid.§.authores.ff.eod.& in l.1.C. de seditios. Duces autem factionum accipiuntur in malam partem, videlicèt pro Proditore, & sic Caporales alicuius proditionis dicuntur Duces factionum vt in l. si quis, in princip. C. ad l. Iul. maiestat. Et declarat istos terminos sic Bald in dicta l. Constitutiones, num.1.& seq.ff. de appellat. Vbi amplius subdit, quòd isto casu proditionis verbum intelligitur generaliter de qualibet proditione. Ad idem vide ibidem Fulgos. num. 1. Vbi dixit insignes latrones eos dici, qui stant in vijs seditiones concitantes, qui populum concitant: & Duces factionum, qui sunt caput proditionum. Imol. num.1.in fine, versic. Qui autem dicantur, & num. 2. Carer. in pract. in tract. de appellat.§.xviij.casus est, nu. 3. Vbi, qui dicātur famosi, & insignes latrones, & in §.xix. casus est, num.3.& seqq. vbi, qui dicantur seditiosi, & in §.xx.casus est, num.2. vbi, qui dicantur Duces factionis. Ad quam materiam vide, quæ dixi infra in 3.par. tit. de furt.q.... nu..... Vbi etiam declaraui, quando latro dicatur publicus, famosus, & insignis, & in tit. de crimin. læs. maiestat.q.... nu.... Vbi declaraui, qui nam dicantur seditiosi, & qui rebelles.

55 LIMITA VII. in crimine assassinij, secundum Hostien. in cap pro humani, num.28. in fin. in verbo *liberè*, de homicid. in 6. & ibi etiam Ioan. Andr. num.12. pariter in fin. Gemin. in §. facti, num.10. in fin. & Franc. num.8 in fin. Carer. in pract. crimin. in 1. tracta. de appellat. § tertius casus est, num. 26. & in §. vltimus casus est, num.1. Monticell. reg. 8. num. 39. in 18. speciali ex Capic. quem allegat decis.155.

56 LIMITA VIII. in crimine veneficij, in quo appellatio non datur, licèt cautius sit curare, vt rei appellationi renuncient, secundum Bal. in consi.211.lib.4. prout illum refert Decian. in tract. crim. lib.9.cap.24.num.15.

57 LIMITA IX. in casu l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. vbi disponitur, non suspendi capitalem cōdemnationem per appellationem factam ab eo, qui violenter volens aliquem ex sua possessione expellere, homicidio causam dedit, prout in fine illius l. dum ibi dicitur. *Nec interposita prouocatione sententiam, quæ in eum fuerat lata suspendat*. Et ibi communiter notant omnes. Carer. in pract. 1. tract. de appella.§.xvij. casus est, nu.1. Ant. Gomez. de delict. c.13. rub. de tort. reor. nu.31. in fin. vers. quinto limita, vbi loquitur generaliter in quocunque crimine violentiæ super aliqua re, vel possessione, allegat tex. in l. si quando, & ibi communiter notant Docto. C. ad l. Iul. de vi publ. voluit forsan allegare l. si quando. C. vnde vi. quæ lex an hoc probet, per te ipsum videbis.

58 LIMITA X. in crimine homicidij, pro quo condemnati nulla adhibita distinctione, An confessus, & conuictus simul, An vero confessus tantum, vel conuictus tantum appellare prohibiti sint vigore Constitutionis Pij II. contra homicidas, & bannitos, Constitut.8. incip. Ad retinendas insolentias, versic. item, quòd quæcumque appellationes fol 81. in 1.par. Bullar. Vbi non solum isto casu prohibetur appellatio, verum etiam, quòd Iudices, non obstantibus quibuscumquè inhibitionibus, sententias, & condemnationes exequi possunt, & tenentur. Aliàs incurrunt in pœnas, de quibus in dicta Constit. Quæ quidem Constitutio fuit confirmata per plures alios Pontifices benè relatos per D. Laertium Cherubinum de Nursia ad præsens in Romana Curia celeberrimum Aduocatū in princ. d. Constitutionis, & præsertim per Clementem VII. in constit.5. incip. In sancta, versic. Et quòd quæcumque appellationes, folio mihi 287. in eadem 1. par. Bullar. quas Constitutiones in proposito refert Baiard. ad Clar. quæst. 94.num.22.

59 Verùm ad præmissas Constitutiones aduerte, quia si benè earum verba, & præcedentia, & subsequentia considerentur, apparebit eas loqui non in omnibus condemnatis pro homicidio, sed tantum in bannitis, & propter contumaciam condemnatis pro homicidio. Qui sic contumaces, & banniti ad impediendum processum contra eos fabricatum, & sententiam ferendam, seu iam latam, & illius exequutionem non possunt à tali processu, banno, & condemnatione

demnatione

demnatione appellare, siue absentes, siue carcerati extiterint. Et ob id inhibitiones obtentæ minimè secundæ sunt, & hoc ratione contumaciæ, quæ facit eos haberi pro confessis, & pro conuictis iuxta ea, quæ dixi infra num. 146. & in 1. par. tit. de inquisit. quæst. 11. num. 48. & seq. Vnde secus forsan crederem in non bannitis, & condemnatis in contumaciam, qui si capti, & carcerati pro homicidio condemnentur, non videntur comprahendi sub dicta Constitutione Pij II. quin possint appellare, si a iure communi ipsis appellatio interdicta non est.

60 LIMITA XI. in crimine notorio, in quo appellatio nem non dari probat tex. in l. 2. C. quor. appellat. in illis verbis *Itemq; eorum, qui manifestam violentiam commiserint*, & per istum tex. hoc ibidem adnotarunt Bald. num. 5. in fine, vers. deinde collige, vbi arguit contra, & postea hanc conclusionem admittit de iure canonico, Fulgos. in l. non tantum, num. 14. vers. item si iudici esset notorium. ff. de appellat. Alexand. ad Bart. in l. constitutiones, littera A, vers. item non appellatur, vbi delictum est manifestum, & notorium. ff. de appellat. & ibi etiam Fulgos. nu. 4. Imol. num. 3. vers. in notoriis autem. Bal. in l. addictos, col. 2. ad med. num. 1. ad finem. vers. Hocq; fallit. C. de Episcopal. audien. vbi delictum tunc dicit notorium non solum, quando toto populo notum est, siue in conspectu populi commissum existit, sed etiam, quando de eo cõstat per vehemens inditium, ut puta, qñ interfector cum sanguinolento gladio visus est fugere per plateam in conspectu populi. Quòd vltimum non credo verum. Nam Bal. exemplum benefacit illud inditium, quòd de se est vehemens notorium, non tamen facit delictum notorium, nec ex vehementi inditio resultat notorietas delicti ad effectũ tollendi appellationem. Addo pro hac eadem limitatione Salyc. in l. addictos, num. 2. C. de appellat. & de iure canonico habemus tex. in cap. Romana. §. sin autem, de appellar. in 6. & ibi gloss. in verbo *notorio*, alia concordantia allegat iura, nempè text. in cap. cum sit Romana, in c. peruenit, & in cap. consuluit, extra de appellat. Addo & text. in l. cum speciali §. porrò, ibi, *Si eius excessus euidentia rei*, extra de appellat. & ibi gloss. in verbo *confessione*, Hostien. post num. 8. in verbo *euidentia*, Anton. de Butr. in summario, & num. 2. in primo notab. Card. Zabar. in princip. in primo notab. Ancharan. num. 6. Ioan. de Anan. num. 7. Franc. in summario, & num. 6. post med. vers. & limita. Dec. num. 1. & 3. & pro hac eadem limitatione de iure canonico est etiam tex. in quo canonizatur d. l. 2. in c. ei, qui §. nullus. 2. q. 6. & ibi glo. in verbo, *& hoc in notorijs*. & ibi Turrecrem. num. 1. ad finem, vers. Nec in notoriis, & Præpos. nu. 3. ad med. vers. sed tamen dic. Bero. in c. at si clerici, nu. 27. vers. sed hæc declaratio, extr. de iudic. Paris de Put. de sindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 11. in fine, fol. mihi 118. Ang. de malef. in verbo, *Præsente d. Caio, &c.* num. 19. & ibi etiam alij omnes Adden. & num. 20. Augustin. ad eundem Ang. ibidem num. 28. Maran. in spec. de ord. iud. par. 6. actu 2. num. 282. fol. mihi 251. in paruis Marsil. in l. 1. num. 182. vers. Item notorius criminosus. C. de rapt. virg. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. §. secundus erit casus, num. 1. & seqq. Vestr. in practic. lib. 7. cap. 3. num. 13. & seqq. Gig. de crim. læs. maiest. rub. fin. q. 13. num 5. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 94. num. 2. vers. solet etiam dici. Vbi quod ita cõter tenetur ex Anan. quem allegat in c. quam perniciosum, post num. 1. de vsur. Brunor. a Sole in compend. iur. vers. Appellatio non datur in notoriis. fol. 14. col. 4. Vbi plures in id refert concordantes. Vulpell. cons. 137. num. 8. & seqq. Et pro hac limitatione habemus Constitutionem Marchiæ lib. 2. cap. 6. Vbi tamen loquitur in notoriis per facti euidentiã. Et propterea Additionator ibi in verbo *notorijs*, num. 2. & 3. iuncto num. 7. secus dicit in notorio per publicam famam, vel in delicto manifesto, quòd differt a notorio per euidentiam facti, vt ibi per eum. Et dixi supra in 1. par. tit. de delict. q. 21. num. 4. & seqq. Sigismun. Scacc. de iudic. caus. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 97. num. 119. Vbi quod hæc est notissima iuris regula, & quòd ita communiter tenent Doct. Ex quibus iunctis aliis in proposito ad idem per me allegatis supra in 1. par. tit. de delict. & pœn. q. 21. nu. 117. sine dubio hanc limitationem communiter receptam esse apparet. Quamuis contrarium tentasse videatur Franc.

61 post Hostien. & Ioan. Monac. quem allegat in c. Romana §. si autem, num. 4. de appellat. in 6.

62 SVBLIMITA I. hanc xj. limitationem, vt procedat in notorio per euidentiã facti; Secus autem in notorio iuris. Quod scilicet resultat, aut ex confessione, aut ex probatione. Tunc enim in criminalibus non prohibetur appellatio, prout in specie declarat Baiard. ad Clar. in practic. crim. §. fin. q. 94. num. 19. distinguens notorium in triplicem speciem, videlicet, quoad Iudices, & alios, quoad alios, & non quoad Iudicem, & quoad iudicem, & non quoad alios. Ad glo. in c. final. in verbo, *Quoad seipsum* de cohabit. Cleric. & mulier. & in cap. consuluit, in verbo, *notorium*, de appellat. Et propterea, quòd in prima specie notorij, quòd propriè est facti euidentis, apud omnes prohibetur appellatio, secus in aliis duabus speciebus, quę respiciunt notorium iuris, ex Mille. Quem allegat in pract. num. 32. & 39. & Carauit. in ritu 158. num. 7. dicente Statutum in notoriis prohibens appellationem esse intelligẽdum secundum prædictam declarationem.

63 SVBLIMITA II. vt licèt in crimine notorio nõ detur appellatio; hoc tamen intelligitur, vt non detur quoad affectum suspensiuum; secus autem quoad effectum deuolutiuum; Adhuc enim in notorio crimine substinetur appellatio, quamuis iudex a quo appellationi deferre non teneatur, secundum Ant. de Butr. in cap. cum speciali, §. porrò, num. 2. in 3. notab. & num. 4. vers. item & in notoriis, & ibi etiam Card. Zaba. col. 2. vers. quantum verò ad secundum, per illum tex. extr. de appellat.

64 Immò, quando in appellatione inferitur aliqua causa, per quam notorium ofuscatur, seù delictum notorium aliquo modo defenditur, excusatur, & impunitum prętenditur, Tunc non solum datur appellatio, sed etiam talis appellatio operatur effectum suspensiuum per id, quod in simili dixi infra, num. 158. Vbi Doct. allegati loquuntur nõ solum in notorio iuris ex confessione resultante, sed etiam in notorio facti, prout sunt termini huius conclusionis, & in specie etiam scripserunt Imol. in l. creditores. §. iussus, post num. 11. ff. de appellat. vbi ponit exemplum, quando is, qui aliquem occidit in conspectu populi, allegat occidisse ad sui defensionem, vel occisum fuisse bannitum, & propterea potuisse impunè offendi. Salyc. in l. 2. num. 5. in fin. C. quor. appellat. Franc. in cap. cum speciali. §. porrò, num. 6. post med. vers. sed tamen hoc videtur intelligendũ, iuncto num. 7. extr. de appellat. Dec. num. 4, vers. secus si causa allegetur. Maran. de ord. iudic. par. 6. actu 2. nume. 282. vers. quòd tamen limita, fol. mihi 251. in paruis. Care. in pract. crim. in 1. tract. de appellat. §. secundus erit casus, num. 18. Nicol. Grauat. in addit. ad Vestr. in practic. lib. 7. cap. 3. num. 47. Gig. de crim. læs. maiest. rub. fin. q. 13. nu. 6. Brunor. a Sole in compend. iur. vers. appellatio datur etiã in notoriis, fol. 14. col. 1. Vulpell. cons. 137. num. 12. Adden. ad Constit. March. lib. 6. q. 21. num. 118. & seqq.

65 LIMITA XII. vt appellare non liceat a pœna legis hoc est, vt non liceat dicere, legem iniquè egisse aliquam pœnam imponendo, tex. in l. si qua pœna, & ibi glo. magna, in fin. in 3. solut. ff. de verb. signific. glo. in l. 2. in glo. final. C. quor. appellat. & ibi etiam Salyc. num. 9. Marsil. in l. 1. num. 166. C. de rapt. virg. allegat Roma. in sing. 224. incip. a pœna legis.

Vbi tamen dixit, quòd licet a pœna legis appellari non possit, potest tamen appellare a declaratione dictę pœnæ. Quod & idem voluit Carer. alios referens in pract. crim. in tract. de appellat. §. quintus casus est, num. 1. & seqq. & &. num. 7. Vbi etiam remissiuè, An liceat appellare a pœna statuti. Brunor. a Sole in suo compend. iur. in versic. Appellatio datur a declaratione pœnæ incursæ ipso iure.

66 LIMITA XIII. in sententia excommunicationis, vel interdicti, a qua appellationẽ non dari probare videtur tex. in cap. pastoralis, ext. de appellat. Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, num. 16. versiculo 17. non appellatur,

tur, &c. Angel. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* num. 10. versic. sed non potest appellari à sententia excommunicationis, & ibi Augustin. de Arimin. in addit. num. 12. Adden. ad Constit. March. libro 6. cap. 2. in verbo *canonico*, num. 2.

67 SVBLIMITANDO I. hanc xiij. limitationem, aduerte, quòd contra eam tenuisse videtur gloss. in l. final. C. si non à competen. Iudic. & in l. qui vltimo. ff. de pœn. Ideò pro concordia, & declaratione potes dicere, secundum Carer. in practic. crimin. in tractat. de appellat. quintus casus est, numero 6. Quòd licèt ab excommunicatione non appelletur; Appellari tamen potest à sententia hominis, & Iudicis declarantis, quem incidisse in excommunicationem, & per talem appellationem suspenditur exequutio, ex Franc. quem allegat in cap. cum non ab homine de iudic. & Panormitan. in cap. final. de iuram. calum. Brunor. à Sole in compend. iur. versic. Appellatio non suspendit sententiam excommunicationis, fol. 14. colum. 4. vbi plures refert Doctores dicentes, quòd licèt excommunicationis sententia non suspendatur per appellationem, cap. is cui. de senten. excommunicat. in 6. & cap. per tuas, extr. eod. Appellatio autem à declaratoria excommunicationis incursæ, non solum suspendit ipsam declaratoriam, sed etiam deuoluit negotiũ ad Superiorem.

68 SVBLIMITA II. vt à sententia excommunicationis non appelletur quoad effectum suspensiuum, quia talis sententia trahit secũ exequutionem, & nõ obstante tali appellatione excommunicatus potest denunciari dicto cap. Pastoralis, extr. de appellat. Secus autem quoad effectum deuolutiuum, cap. peruenit, extr. eod. cap. fina. de except. & cap. teuera, 3. quæst. 9. Et sic per hanc appellationem causa transfertur ad Iudicem cap. per tuas, extr. de senten. excomm. Eximiturque appellans à iurisdictione Iudicis, à quo. cap. ad hoc, extr. de appellat. prout hæc omnia benè explicat Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, nu. 16. & 17. Vbi etiam, quòd Iudex ad quem, potest excommunicatum appellantem absoluere, nec tenetur, nisi velit illum mittere ad soluendum Iudici, à quo Adden. ad Constit. March. lib. 6. cap. 2. in verbo *canonico*, num. 2. vers. quòd intellige.

69 SVBLIMITA III. quando excommunicationis sententia contineret intollerabilem, & patẽtem errorem, vt puta, si diceret, *Excommunico te, quia facis eleemosynam*, aut quid simile. Augustin. ad Ang. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* nu. 12. Ad notata per Doctores in c. per tuas, de senten. excomm. & per gl. in c. in summa. §. si. eodem tit. Adden. ad Constit. March. lib. 6. c. 2. in verbo *canonico*, nu. 3. vers. secundo quando.

70 SVBLIMITA IIII. vt licèt non possit appellari à sententia excommunicationis lata, poterit tamen appellari à sententia ferenda, & sic à comminata excommunicatione, secundum Parid. de Put. in tract. syndic. in verbo *appellatio*, c. 2. nu. 6. in fine. Et isto casu suspenditur etiam effectus excommunicationis per Adden. ad Constit. March. lib. 6. c. 2. in verbo *canonico*, num. 3.

71 Alias declarationes ad hanc xiij. limitationem videas per Bar. & Doctores in d. l. fin. C. si non à competen. iudic. Item Doctores in d. cap. Pastoralis, de appellat. Card. Alexandrin. in cap. peruenit, & in cap. præterea de appellat. Hostien. in Specul. Archid. & Alberic. de Rosat. in locis relatis per August. ad Ang. de malef. in verbo *præsente dicto Caio, &c.* num. 12.

72 LIMITA XIIII. in sententijs latis à Papa, Imperatore, Rege, Præfecto Prætorio, & Senatu, à quibus non dari appellationem probat tex. in l. 1. §. 2 ff. à quib. appell. non licet cap. cuncta, 9. quæst. 3. cap. interiorum, versic. illa 2. quæst. 6. per quæ iura hanc limitationem tradiderunt Ioan. Andr. in c. Romana, §. sin autem, num. 17. de appellat. in 6. & ibi etiam Gemin. num. 6. ad med. Paris de Put. de sindic. in verbo *appellatio*, cap. 4. num. 1. & num. 4. Vbi reddit rationem, tum quia ob Principis dignitatẽ præsumuntur omnia benè gesta, ex quo cor Regis in manu Dei est; tum etiam, quia sententia Regis profertur cum delibera-

73 tione Consiliariorum, quæ est sicut sententia Senatus. Et à sententia Senatus non datur appellatio l. 1. §. scire. ff. à quib. appellar. non lic. Alexan. ad Bar. in l. Constitutiones, littera A, in fine. ff. de appellat. Marsil. in l. 1. nu. 116. vers. itẽ à sententia Papæ, & nu. 172. vers. item non appellatur à sententia Principis. C. de rapt. virg. Vbi alij referuntur cõcordantes Roman. cons. 521. num. 1. & ibi Mandos. in addit. littera A. Gramma. decis. 35. num. 1. Gabr. tit. de appellat. conclus. 1. num. 1. lib. 2. Rolan. cons. 94. num. 1. Vbi de vera, & communi opinione, & relatis concordantibus, dixit ita obseruari ex generali consuetudine lib. 1. Brunor. à Sole in suo compend. iur. in vers. appellari non potest à sententia Principis, folio mihi 13. col. 3. in prin. & in vers. appellatio non datur à sententia Senatus, fol. 14. col. 3. in fine. Vbi, quòd hoc procedit tàm de iure communi, quàm de consuetudine.

74 SVBLIMITA I. hanc xiiij. limitationem, vt licèt à sententia Principis non detur appellatio; benè tamen datur reclamatio, & recursus ad eundem Principem ad ea, quæ dixi generaliter col. 25. par. 1. Et in specie voluit Capic. decis. 111. nu. 2. Grammar. decis. 35. nu. 4. Vbi ita apud eum seruatum fuisse testatur Gabr. tit. de appellat. conclus. 1. nu. 7. & seq. Rolan. cons. 94. num. 2. & seqq. lib. 1. Vbi alij referuntur concordantes Brunor. à Sole in suo compendio iur. sub versic. Appellatio non datur à sententia Senatus, fol. 14. col. 3. in fine.

75 SVBLIMITA II. dictam xiiij. limitationem, quando ipsemet Rex pronunciat, quia tunc intrant rationes supra narratæ; Secus autem si pronunciet ipse Rex ad relationem alterius, à cuius sententia de iure datur appellatio, quia tunc appellatur etiam à sententia Principis, quia isto casu potius dicitur appellari à sententia priuati propter cuius relationem Princeps pronunciauit, l. 1. in princ. ff. quand. appellan. sit. Qui text. canonizatur in c. biduum versic. & siquidem extractus, 2. quæst. 6. per quæ iura hanc limitationem firmarunt Paris de Put. in tracta. sindic. in verbo *appellatio*, cap. 4. num. 3. Marsil. in l. prima, num. 172. C. de rapt. virgin. ex Roman. quem allegat in consil. 521. incip. circa propositam, num. 1. & seqq. Et ibi Mandos. in addit. litera B. Socin. consil. 195. num. 5. lib. 2. Dec. in cap. intimasti, colum. final. versic. Tertius casus, extr. de appellat. Rip. in cap. 1. numero 14. de rescript. Turrecrem. & Præpos. Alexandrin. in dicto cap. biduum. Grammar. decis. 35. num. 2. Gabr. titu. de appellat. conclus. 1. numero 1. & seqq. libro 2. Vbi etiam relatis contrarijs, testatur de magis communi opinione, quia tunc à Principe malè informato appellatur ad eundem Princi-

76 pem melius informandum. Hoc tamen declarare videtur, vt non per hoc retardetur exequutio, si Princeps illam retardare noluerit, & sic, quòd Princeps potest si vult tali appellatione deferre, non tamen adstringitur. Brunor. à Sole in suo compendio iur. versicul. appellari non potest à sententia Principis, folio 13. columna 3. in principio.

77 Quamuis contrarium voluerit Capic. in decis. 111. vbi dixit communem stilum apud eum esse, vt non detur appellatio à sententijs Iudicum, quibus causæ committuntur cum clausula, *vt pronuncient nomine Regio*. Et in hoc Romanum errasse credidit in d. consil. 521. respondit d. l. 1. ff. quand. appell. sit. Testaturque quòd ita aliàs ipse obseruauit.

78 SVBLIMITA III. eandem xiiij. limitationem, vt licèt à sententia Principis non detur appellatio; datur tamen appellatio à sententia delegati ipsius Principis, etiam quòd ipse delegatus pronũciet secundum Consilium eiusdem Principis, secundum Parid. de Put. in tractat. sindic. in verbo *appellatio*, ca. 4. vers. Nam ille Commissarius, per text. in l. 1. §. quæsitum. ff. de appellat. & benè explicat Capic. decis. 111. nu. 4. Vbi omnino videas, quòd tu Romanæ Curiæ Procurator nota, quando Iudices criminales Vrbis in sententijs condemnatorijs apponunt illa verba, *facto verbo cum Sanctissimo*. Non enim per hoc prohibitus eris appellare, licèt benè verum sit, quòd ex quo Princeps manum apposuit, non nisi ad Signaturam Sanctissimi recurrere poteris.

79 LIMITA

79 LIMITA XV. (& hæc limitatio respicit potius causas ciuiles, quam criminales) in condemnatis pro aliqua administratione publica, vel etiam pro debito priuato ipsius principis. Is enim appellare non potest a sententia cōtra eum lata. (Quamuis causa hæc dici non possit criminalis, vt dixi supra in antecedenti quæstione cap. 1.) Text. est in l. Abstinendum. C. quor. appellat. cuius quidem contex. verba sunt hæc; *Abstinendum prorsus ab appellatione sancimus, quoties Fiscalis calculi satisfactio postulat, aut tributaria functionis solemne munus exposcit, aut publici, vel etiā priuati (dummodo euidentis) aut conuicti redhibitio debiti flagitatur, aut necessario in contumacem vigor iudiciarius excitetur.* Per quem tex. gloss. ibi, & communiter Doctores omnes hanc limitationem cum sua materia ponunt, ac præcipuè declarant, quomodo in proposito intelligatur quem esse euidenter conuictum. Ad idem vide text. in quo dicta l. Abstinendum canonizata est in cap. ei qui. § quoties etiam, & ibi gloss. & Doctores materiam declarāt 2. quæst. 6. Specul. in titu. de appellat. §. in quibus, num. 4. versic. Quarto non appellatis. Marant. de ord. iudic. par. 6. actu 2. num. 289. fol. mihi 251. in paruis. Marsil. in l. prima, nu. 164. C. de rapt. virg. Carer. in pract. in tractat. de appellat. §. Tertiusdecimus casus est, num. 1.

80 Vide tamen in proposito Bullam Pij Quarti in ordine 128. incip. licèt dudum, rubr. de appellat. non recip. versic. Quòd in supradictis, folio mihi 869. in prima par. Bullar. Et successiuè aliam Bullam Pij Quinti in secunda par. Bullarij in ordine 180. incip. Cum sicut accepimus, fol. mihi 1182. Quibus etiam, quod agatur de causa ciuili, aut aliquo ex contractis, in quo de interesse Cameræ Apostolicę agatur, permitti videtur posse appellari, dummodo condemnatus non sit confessus, facto tamen prius actuali deposito, si idem condemnatus diues sit, sin minus data idonea cautione in forma depositi pro summa in condemnatione contenta arbitrio iudicis ad quem.

81 LIMITA XVI. quando publicè interest pœnas accelerari, & delinquentes statim puniri.

Tunc enim appellationem non esse admittendam in capitaliter damnatis, probat tex. in l. si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes in fine. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Vbi Iurisconsultus appellationem prohibet ne dum in manifestis latronibus, seditiosis, & capitibus factionum, sed etiam postea generaliter subdit; *Vel alia iusta causa, quam mox Præses litteris excusauerit moram recipiat; Non pœnæ festinatione, sed puniendi periculi causa. Tunc enim punire permittitur, deinde scribere.* Similis text. in l. Constitutiones. ff. de appellat. vbi pariter generaliter dicitur. *Constitutiones quæ de recipiendis nec ne appellationibus loquuntur, vt nihil nouum fiat locum non habent in eorum personas, quos damnatos statim puniri publicè interest.* Ac deinde exemplificat, prout exemplificauit Iurisconsultus in dicto §. hic autem omnes, in insignibus latronibus, in concitatoribus seditionum, ac in ducibus factionum. Et per istum text. per modum regulæ ibidem Fulgos. in princ. & num. 1. vers. Ego autem adnotaui appellationem non esse admittendam, eaque nō obstante exequutionem esse faciendam, quando publicè interest pœnas accelerari. Quod, & idem voluerunt Roma. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, num. 1. in princip. vers. & licet magna. ff. de acquiren. hæred. & dicto num. 1. colum. 2. vers. Tertio hoc videtur probari. Vbi generaliter de sententia lata super re non recipiente dilationem. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* post num. 15. & post num. 20.

82 Et propterea, quando periculum est in mora, quòd non obstante appellatione possit Iudex suam exequi sentētiam, voluit Carer. qui alios refert concordantes in pract. crimin. in tractat. de appellat. §. Vndecimus casus est, num. 1. & seqq. Gig. de crimin. læsæ maiest. rubr. final. quæst. 13. num. 2. in fine, post Paul. de Castr. & Igne. in locis per eū relatis. Boss. in tit. de appell. num. 24. & seq. Hier. Giacca. in addi. ad Clar. q. 94. littera B, Boer. decis. 153. num. 5. & seq. & decis. 259. num. 5. prout illum refert, & sequitur Lancillott. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 4. num. 10. & nu. 16. & limit. 16. num. 23. & limitat. 43. num. 8. & 9. & cap. 31. num. 249. Cartar. de exequut. sent. cap. primo num. 75. vers. Et si periculum est in mora.

83 LIMITA XVII. in officialibus condemnatis pro delictis commissis in eorum officio. Nam a tali condemnatione non appellant, ita videtur de mente Doctorum allegatorum infra num. 89. & in specie adnotarunt Bellaper. in l. nulli, in princip. C. quor. appellat. & ibi etiam Cyn. num. 1. & reddit rationem, quia iura præsumunt isto casu contra officiales, quòd reuera deliquerint, si in aliquo fuerint condemnati. Alberic. num. 1. in fine, vers. Item hæc lex. Salyc. num. 1.

Vbi pariter & hanc conclusionem admittit, quando officialis fuit conuictus de barattaria, seu alio delicto commisso in officio.

Et ita etiam declarat Baldum ibidem tenentem contrarium, & reprehendentem Cyn. volentem etiam in officio delinquentem posse appellare, quando non est conuictus. Cum non sit verum (prout Cyn. videtur asserere.) quod semper contra officialem condemnatum sit præsūptio, quod deliquerit. Verum si de delicto conuictus est, tunc condemnatus non appellat per illum text. vt ibi per eum Bellamer. in cap. ei qui §. nulli quoque, il 2. num. 1. 2. quæst. 6. Vbi videtur tenere, quòd officialis conuentus, siue ciuiliter, siue criminaliter pro delicto in administratione commisso non auditur appellans. Quod & idem dixit ibi Ioan. de Turrecrem. num. 2. in fine, vers. Item nota, & latius ibidem prosequitur Præpos. in princip. & num. 1. Specul. in tit. de appellat. §. in quibus, num. 4. Paris de Put. in tractat. sindica. in verbo *appellatio*, cap 1. numer. 16. & seqq. in discursu, vbi in hoc benè refert antiquorum Doctorum dicta. Carer. in pract. in tractat. de appellat. vers. Octauus casus est, num. 6. & 7. Vbi infert ad officialem condemnatum de barattaria, & qui mundas non habuit manus. Amad. in tractat. sindic. num. 236. versicu. An autem. Viui. opin. 423. num. 1. Vbi de communi opinione.

84 Quamuis contrarium, quòd non sit verum generaliter, quòd condemnatus pro delicto commisso in officio non appellet, tacitè sentire videantur Doctores allegati infra, num. 90. dicentes text. in dicta l. nulli, non debere intelligi generaliter de quolibet officiali delinquente in officio, sed tantum de eo, qui est condemnatus a suo iudice, vt mox dicam in sequenti limitatione.

Et propterea Bald. in d. l. Nulli, num. 1. reprehendit Cyn. quod ibi nimis rigidè, & contra omnem naturalem æquitatem intellexerit illam legem, dum voluit contra officiales condemnatos semper esse pręsumptionem, quòd deliquerint, & quod ideò non appellent.

85 LIMITA XVIII. in officiali, vt puta Nuntio, Notario, exequutore, seu alio condemnato a suo Prætore, & Iudice prò delictis commissis in officio.

Is enim, quòd appellare non possit, probant expressa verba text. in dicta l. Nulli. C. quor. appellat. dum ibi dicitur, *Nulli officiali à sententia proprij Iudicis prouocatio tribuatur*. Et ibi hoc adnotarunt gloss. in verbo *Nulli*. Bart. in summ. Odofred. in princip. Angel. num. 1. vers. Et hoc intellige. Paul. de Castr. in summar. Salyc. num. 1. Ad idem text. in cap. ei qui. §. nulli quoquè, & ibi gloss. in verbo *Officialium*. 2. quæst. 6. Bellamer. in vers. Adde, &c. Vbi dicit hoc perpetuo tenendum pro iudicibus suos officiales, & pro patribus familias suos liberos, vel familiares corrigentibus, vt talibus sic correctis, & a correctione huiusmodi reclamantibus nulla detur audientia. Turrecrem. nume. 2. Præposit. Alexandrin. in princip. in primo notab. num. 1. in fine. Paris de Put. de sindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. num. 16. & sequentibus, in discursu. Marant. de ordin. iudic. parte 6. actu 2. num. 290. folio mihi 251. in paruis. Amad. in tract. sindic. num. 236. ad med.

86 Prætores enim potestatem particularem habere puniendi suos officiales, vt puta Notarios, Nuntios, & Birruarios, præsertim pro delictis in officio commissis, benè colligitur, ex tex. in d. l. Nulli, & per illū text. in specie adnotarunt ibi Alberic. num. 1. & Ang. num. 2. Præpos. in cap.

cap. ei qui. §. nulli quoquè, in prin. in 1. notab. 2. quæst. 6. latè Boer. decis. 9. per totam, & ita in Vrbe, vt plurimum seruari vidi, quia scilicet officiales vnius Curiæ delinquentes in eorum officiis capti ab alia Curia fuerunt remissi ad suum Superiorem, & quandoque etiam ex vrbanitate fuerunt remissi pro delictis, extra officium cõmissis. Et quòd attinet ad Notarios A. C. siue in officio, siue extra officiũ deliquerint, semper fuerunt remissi ad eundem Auditorem; Et particulariter memini aliquos Notarios captos cũ pugione a Curia Gubernatoris Vrbis, fuisse per eundem Gubernatorem ad ipsum Auditorem remissos. Et ita tempore meo fuit semper obseruatum in vim facultatum, quarum vigore Notarij priuatiuè, quoad omnes alios Iudices sunt suppositi iurisdictioni A. C. siue in officio, siue extra officium delinquant; prout non sunt plures dies, quòd signatura ita resoluit in causa cuiusdam Horatij Lisbonij imputati in Tribunali Gubernatoris Vrbis, de adulterio. Quamuis idem Gubernator contrarium sentiret.

87 SVBLIMITA hanc xiij. limitationem procedere, prout loquitur, quando scilicet officialis delinquit in officio. Quòd quando sit; dixi supra in 1. par. q. 19. num. 44. Tunc enim verum est, quòd condemnatus non appellat, secus autem si condemnetur pro delicto, seu pro causa ciuili officium non tangen. quia tunc appellatio non impeditur, prout sunt clara verba text. in d. l. Nulli, in versic. Nisi in eo, &c, & ibi glo. in verbo *nulli*, vbi exemplificat in crimine adulterij, aut simili, & Bellapert. in vers. Et hoc verum. Bart. in vers. Primo, quòd Odofred. ante nu. 1. versic. fallit in casu, Alberic. nu. 1. Ang. nu. 1. vers. Item secus. Paul. de Castr. num. 1. in fin. vers. secus si lata est super alio. Ad idem text. in c. ei qui. §. nulli quoq; eodem vers. nisi in eo tantum. 2. q. 6. & ibi etiam Bellam. num. 1. in fin. & Ioã. de Turrecrem. nu. 1. vers. secus pro causa, & num. 2. vers. Quòd intelligendum, & d. num. 2. in fine. Amade. de sin-
88 dic. nu. 236. Vers. An autem in princip. Vbi idem si condemnetur ciuiliter, non autem criminaliter.

89 LIMITA XIV. in sententia sindicatus, a qua appellationem non dari faciunt dicta supra num. 83. & in specie per text. in d. l. nulli, hanc limitationem ibid. firmarunt Alberic. num. 1. a quo dissentire non videtur Paris de Put. in tract. sindic. in verbo *appellatio*, num. 18. col. final. in princ. vers. & idem tenet ibi Alberic. fol. mihi 119. Vbi licet supra affirmauerit veriorem, & magis communem Doctorum opinionem esse, quòd a sententia sindicatorum possit appellari. Eam tamen ex Alberic. & Salyc. in d. l. nulli, videtur declarare, nisi officialis, seu Potestas esset legitimè de delicto, & baratteria conuictus, Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. vers. Octauus casus est, num. 1. Viui. opi. 423. num. 1. Vbi de communi. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 20. num. 1. & seqq. vbi quòd pendente appellatione in causa sindicatus fit exequutio. Et ad hoc plures allegat concordantes, & pro hac opinione extat constitutio Marchiæ, quæ omnes dirimit controuersias, lib. 6. cap. 2. Vbi generaliter cauetur, quòd a sententia sindicatus nõ datur appellatio. Et ibi adden. in verbo *sindicatu*, alios refert de iure concordantes Doctores, & rationem reddit.

90 Et licet quod immo officiales in sindicatu condemnati possint appellare, & quòd text. in d. l. nulli, in quo se fundant Doct. proximè citati, non loquat. gñlr. de oib. officia lib. in sindicatu condẽnatis, sed solum de officialibus inferioribus, condẽnatis a suo Superiore, iuxta tradita supra n. 85. suaderi videat. ex alleg. sup. n. 84. & expresse voluerint Bart. in d. l. nulli, vers. secundo in eo, & ibi etiam Ang. nu. 1. vers. Et hoc intellige, & Paul. de Castr. nu. 2. C. quor. appellat. Paris de Put. de sindic. in verbo *appellatio*, cap. 1. nu. 16. & seqq. vbi relatis, & ponderatis dictis Doctorum in d. l. nulli, & alibi concludit veriorem esse opinionem, quod officialibus in sindicatu condemnatis non sit deneganda appellatio. Amade. in tract. sindic num. 236. vers. An autem a sententia lata. Vbi dixit quòd lectura, & intellectus Bar. ad d. l. nulli, valde conuenit.

91 Tu tamen in occurrenti casu non recedas a proposita limitatione, quæ sine dubio magis communiter recepta videtur, saltem quoad effectum suspensiuum.

92 Et quando in aliquo loco adsunt specialia statuta, prout in statu Ecclesiastico habemus Constitutionem Marchiæ, quàm supra retuli, quibus a sententia sindicatus prohibeatur appellatio.

Tunc res omni prorsus caret difficultate, secundum Amad. in tract. sindic. post num. 237. vers. Aduerte tamen, quia communiter, & 238. vbi relatis, & reprobatis contrariis, hanc defendit conclusionem.

93 Benè verum est, quòd non obstantibus prædictis Statutis plures sunt casus, in quibus a sententia sindicatus datur appellatio, vt videre est apud Parid. de Put. in tract. sindica. in verbo *appellatio*, cap. 2. num. 1. & seq. Vbi quòd tale Statutum ligat officialem, etiam forensem ratione delicti in loco ipsius Statuti commissi. Non tamen prohibet appellationẽ, quæ iusta sit; & multo magis si de iniusta sententia contra officialem lata, manifestè appareat, aut in ipsa appellatione fuerit expressa legitima causa, propter quã dicatur, sententiam prædictam esse iniustam, & alia nonnulla ad materiam, & d. c. 2. num. 6.

Vbi tamen quod per huiusmodi Statutum remouẽs appellationem, non censetur remota supplicatio, & d. c. 3. vbi præsertim, an stante eodem statuto, quod a sententia sindicatorum non possit appellari, possit tamen appellari ab aliquo interloquutorio grauamine incidenti, vel emergenti. De quibus omnibus ego latius dixi in meis quæstionibus ciuilibus, in illa quæstione, in qua tractaui generaliter appellatione prohibita, quod nam prohibitum censeatur, Carer. in pract. crimin. in tract. de appellatio. §. octauus casus est, num. 4. vbi pariter, quòd per huiusmodi Statutum non censetur prohibita supplicatio, de quo etiam dixi infra num. seq. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 20. nu. 4. Vbi pariter, quod poterit officialis appellare ab interloquutoria contra eum lata.

94 Et multò magis non existente Statuto, seu constitutione aliqua prohibente appellationem a sententia sindicatus, dari tamen supplicationem, & recursum voluit Amad. in tract. de sindic. in vers. Aduerte tamen, il primo, num. 237. & in seq. versiculo pariter, incip. Aduerte tamen, num. 239. vbi testatur ita seruari in practica, in Terris Ecclesiæ, refert, & sequitur Gramm. decis. 35. num. 4. & Viui. opin. 423. num. 1. in fine, faciunt, quę generaliter dixi infra num. 105.

95 LIMITA XX. propositæ quæstionis regulam, quando Statuto caueretur appellationem in criminalibus non esse admittendam. Tunc enim tale Statutum valere dixerunt Alberic. de Ros. in tract. Statutor. par. 3. quæst. 53. num. 4. Vbi ita seruari testatur August. ad Ang. de malef. vbi supr. eod. verb. *præsente d. Caio, &c.* post num. 25. Couaruu. pract. quæst. cap. 23. num. 6. vbi refert concordantes, pluribusque hanc opinionem comprobat, respondet contrariis, & benè declarat An, & in quibus casibus Princeps possit appellationem tollere, Clar. in pract. §. fi. quæst.
96 94. num. 3. vers. Cęterum in hoc Ducatu. Vbi relatis contrariis etiam testantibus de magis communi opinione, dixit ab hac limitatione non esse in practica recedendum. Refert, & sequitur Bertazz. consil. 422. num. 16. lib. 2. Sigismund. Scacc. in tractat. de iudic. caus. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 97. num. 62. Vbi refert plura Statuta, constitutiones, & consuetudines prohibentes in causis criminalibus appellationem Mediolani, scilicet Neapoli, in locis Imperij, Flandriæ, Hispaniæ, & ferè in toto Orbe Christiano, & ibi etiam discutit huiusmodi constitutionem, & consuetudinum rationem, & eadem ferè Statuta, & constitutiones refert etiam Baiard. ad Clar. q. 94. nu. 30. & seqq. Quamuis contrarium defendere conetur, Ang. de malef. in verbo *Præsente d. Caio, &c.* num. 25. & ibi in addit. Bernard. de Landr. allegans in idem Cępoll. cons. 54.

97 Verùm, quando hæc limitatio vera sit, & quando non, & de materia vide Couaruu. pract. quæst. d. cap. 23. num. 6. Boss. in tit. de appellat. num. 7. vbi remissiuè, & num. 13. & seqq. vbi ponit plures quæstiones in materia contingentes. Bertaz. cons. 79. num. 1. & seqq. lib. 1. Vbi quid quando sententia continet manifestam iniustitiam, de quo particulariter dixi inf. nu. 112. Plot. cons. crim. diuers. 130.

130. num. 64. vbi ponit quinque limitationes, quas recipiunt Statuta, seu constitutiones disponentes, quòd à sententia lata in causa criminali non possit appellari, quærelari, de nullitate dici, in integrum restitutionem peti, vel alio iuris remedio vti, Baiard. ad Clar. quęst. 94. num. 43. & seqq. Vbi pariter ponit quatuor limitationes. Prima est quòd per huiusmodi Statutum prohibens appellationem in criminalibus, non censeatur prohibita appellatio in causa ciuili incidente, & emergente ex criminali. Secūda est, quòd non censetur prohibita appellatio a sententia interloquutoria, nisi Statutum generaliter dixerit, quòd à nulla sententia criminali possit appellari. Tertia est, quòd huiusmodi Statutum non comprehendit forenses. Quarta est, quod nec etiam comprehendit notoriam iniustitiam.

98 LIMITA XXI. In sentētiis latis a Gubernatore Vrbis, seu eius Locumtenentibus in causis criminalibus, a quibus appellationem, seu reclamationem non dari, nisi motu proprio Sanctissimi, statuit Leo Decimus in eius cōstitutione 7. de facultatibus Gubernatoris Vrbis, incipit, Et si pro cunctarum, vers. Statuentes, &c. folio mihi 168. in prima par. Bullar. Quæ quidem constitutio etiam hodie est in viridi obseruantia, quoad condemnationes in pœnam capitalem, seu corporalem; cum non solum non obstante quacunque appellatione d. Gubernator, & eius iudices sententias prædictas contra condemnatos exequantur; sed etiam in vim earundem facultatum absque vlla prorsus citatione sententiam pronunciant, & condemnāt. Adeo quòd pauperes carcerati ignorantes, & ex improuiso ad furcas ducuntur. Secus autem in pœnis non corporalibus, sed pecuniariis, in quibus ab eorum sententiis datur appellatio, siue a sententiis Iudicum aliorum Tribunalium, licet prædicta Constitutio Leonis generaliter loquatur de sententiis latis in causis criminalibus. Immo etiam, & in condemnationibus corporalibus, prout sunt condemnatio ad triremes, non denegatur appellatio, quoad effectum deuolutiuum, non retardata exequutione, & signatura passim isto modo appellationum commissiones relaxat; Et dum fui Locumtenens A. C. in Vrbe, quamplures a Iudicibus Gubernatoris indebitè ad Triremes condemnatos, & transmissos liberaui, & reuocaui, causa appellationis mihi ab eadem signatura commissa. Sic, & memini alias tempore Pauli Papæ Quarti Iudicem appellationis a signatura delegatum pronunciasse quendam (Nomen taceo) qui per Vrbem fustigatus fuerat de mandato Iudicis Gubernatoris, malè fuisse fustigatum, & tunc pro parte fisci ad sententiam citati fuisse comparitum, & dictū, quòd si fuit male fustigatus pro exequutione sententię instat, & petit iterum benè fustigari.

99

101

102 LIMITA XXII. in Vrbe, & statu Ecclesiastico, in quo a condemnationibus in pœnis pecuniariis fisco Cameræ Apostolicæ applicandis appellatio non datur, nec admittitur, nisi facto actuali deposito, si condemnatus diues sit, si verò pauper, data cautione in forma depositi, arbitrio iudicis ad quem pro summa in condemnatione contenta in casu succumbentiæ, sic enim colligitur ex constitutione Pij Quarti 128. de appellat. non recipien. incip. licèt dudum in prima par. Bullar. fol. mihi 869. iuncta alia constitut. Pij V. 180. incip. cum sicut accepimus, in 2. par. Bullar. 1182. Quas quidem constitutiones in proposito recenset Baiard. ad Clar. q. 94. num. 28. & seq. Vbi adhuc ex constitutione Pij Quinti 143. in 2. par. Bullar. fol. 1546. dixit huiusmodi appellationum causas infra sex menses expediendas esse.

103

Alioquin faciunt transitum in iudicatum, & iudex sententiam exequitur. Adde tu, nisi appellantes a signatura talium prorogationem (quæ vsque ad tertiam vicem dari consueuit) non obtinuerit.

104 SVBLIMITA hanc xxij. limitationem, vt cum constitutiones prædictæ loquantur in pœnis pecuniariis fisco Cam. Apostolicæ applicandis, non videtur extendere ad Terras Baronum, & Feudatariorum, in quibus pœnæ applicantur eorum Cameræ, seu fisco, non autem fisco, & Cameræ Apostolicæ, quando inquam appellationis causa cognoscitur ab eodem feudatario, seu iudice ab ipso delegato. siue eius inuestitura cognitionem habeat, & primarum, & aliarum instantiarum.

Quòd si condemnatus recurrat ad Papam, seu ad eius Cameræ Auditorem, & corā reproducto instrumento appellationis inhibitionem obtinere voluerit, nunquam talis inhibitio conceditur, nisi seruata forma dicti motus proprij Pij V. etiam quod pœna in quam appellans fuit condemnatus, fuerit in condemnatione applicata fisco feudatarij.

Ex quo enim causa appellationis in Vrbe cognoscitur, & si prima sententia venit confirmanda, seu alias inter fiscum, & condemnatum compositio, seu transactio oriatur pœna, ex condemnatione, seu ex compositione proueniens non fisco feudatarij, sed Cameræ Apostolicæ applicatur, & sic de illius interesse agi negare non potest, ideo appellationes huiusmodi non admittuntur, nec inhibitiones conceduntur, nisi iuxta formam prædictam, & ita semper practicaui, & practicari vidi.

105 SVBLIMITA I. & generaliter omnes limitationes prædictas, in quibus dixi in criminalibus esse prohibitam appellationem, vt non per hoc censeatur prohibita supplicatio, quærela, seu recursus ad Principem, & Superiorem secundum Roman. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, num. 2. ff. de acquiren. hæredit. Ang. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* num. 24. & ibi August. in Addit. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. vltimus casus est, num. 4. Gramm. decis. 35. num. 4. Roland. cons. 94. nu. 2. & seqq. lib. 1.

Vbi alij referuntur concordantes, Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 9. num. 17. tomo 2. Et ad materiam huius sublimitationis, quando vera sit, & quando non, cum suis incidentibus quæstionibus, vide post alios quos allegant antiquiores, Rolan. d. cons. 94. per totum lib. 1. & cons. 38. pariter per totum lib. 2. Contar. in l. 1. C. si de momentan. possess. quæst. 8. etiam per totam, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 70. numer. 18. & seqq. & q. 72. per totam. Et in l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollen. num. 895. & seqq. pluribus. Plot. cons. crim. diuers. 130. num. 64. & seqq. lib. 1. Lancellott. de attent. cap. 19. num. 1. & seqq. omnibus. Benintent. decis. Bonon. 78. Et dixi latius in meis quæstionibus ciuilibus, in tit. de appellat. in ea quæstione. *Prohibita appellatione, quidnam prohibitum censeatur.*

106 SVBLIMITA II. & etiam generaliter, vt in omnibus casibus, in quibus de iure prohibita est appellatio, licet Iudex non teneatur deferre appellationi, si tamen voluerit deferre, non prohibetur, & postquam detulit sunt ei ligatæ manus in tantum, quòd non potest amplius sententiam exequi, cum per dilationem appellationis abdicauerit a se omnem iurisdictionem, secundum Bartol. in l. Constitutiones. num. 3. in fine, vers. Quæro quid si is. ff. de appellat. & ibi etiam Ang. num. 3. Imol. num. 1. vers. & adde, secundum Ang. Imol. colum. final. in fin. vers. Et ideo Iudex, Salycet. in l. addictos, num. 4. in fin. C. de appellat. Franc. in cap. Romana. si autem, num. 5. vers. Quando tamen Iudex a quo. de appellation. in 6. Roma. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, num. 1. in fine, vers. & posito pro constanti. ff. de acquiren. hæredit. vbi loquitur in crimine læsæ maiestatis. August. ad Ang. de malef. in verbo *præsente d. Caio, &c.* post num. 21. ad med. vers. Et de materia.

Vbi dixit quod hoc fuit originale dictum Bald. in l. prima C. de confess. Carer. in pract. in pri. tractat. de appell. §. vltimus casus est, nu. 2. Foller. in pract. crimin. in 1. par. 2. par. verbo, *& si confitebuntur*, nu. 66. vers. Item procedunt il 2. Ant. Gomez. de delict. cap. 13. rubr. de tortu. reor. num. 32. Vbi alios refert concordantes, dicitq; hoc esse menti tenendum, tanquam notabile, & quotidianum, in pract. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. lim. 1. nu. 70. in fi. & nu. 80. Vbi alij referuntur concordantes. Sigism. Scac. de iudic. caus. ciuil. & crim. &c. lib. 1. cap. 97. num. 124.

107 Et licèt contrarium voluisse videatur Boss. in tit. de appellat. num. 26. quem etiam refert Baiard. ad Clar. q. 94. num. 14.

Tu tamen non recedas a proposita sublimitatione, quæ sine dubio, vt vides communiter a Doctoribus recepta est.
108 Verum quando eadem sublimitatio procedat, & quando non, & de illius materia vide plenissimè Cotard. in l. 1. C. si de moment. possess. in 13. limit. per totam, Lancellot. de attentat. c. 12. limit. 8. num. 8. & limit. 1. num. 64. & seqq. Vbi infert ampliat. & limitat pluribus modis.
109 SVBLIMITA III. quia etiam, & in casibus, in quibus a iure est prohibita appellatio, prout est in notorijs, in reo confesso, & conuicto, & alijs similibus, supersedendum tamen est in exequutione, quando Iudex ad quē est dubius, an debeat illā admittere, nec ne, & de hoc cognoscere inceperit, inhibendum duxerit, ac inhibuerit. Text. est in cap. Romana §. fin autem de appellat. in 6. & ibidem hoc adnotarunt Hostien. post num. 10. vers. expedit ergo, & in verbo, *inhibere*, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 17. eod. vers. expedit ergo, Ioan. Monac. post num. 14. in eodem verbo *inhibere*, Archid. post num. 9. & post nu. 11. Gemin. num. 3. & 4. vbi exornat, & proponit contraria, & illis respondet, & num. 5. in fine. Franc. num. 1. & seq. Card. in cap. cum speciali, §. porro, col. 2. vers. sed Iudex, ad quem, extr. de appellat. & ibi etiam Abb. in 6. versic. Tamen Iudex ad quem, Franc. num. 5. post med. versic. Nisi iudex ad quem faciat sibi inhibitoriam, iuncto vers. sed Iudex ad quem, & num. 7. in fine, Ioan. Fab. in l. 2. num. 3. C. quor. appell. Vbi etiam ponit, An Iudex ad quem debeat statim inhibere, An verò prius de causa cognoscere, & postea inhibere. August. ad Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* post num. 21. post med. addit. vers. vel nisi superiori inhibuerit, Maran. de ordi. iudic. par. 6. actu 2. num. 281. in fine, fol. mihi 251. in paruis. Caret. in pract. in 1. tract. de appellat. §. vltimus casus est, num. 3. Foller. in pract. crim. in 1. par. 2. partis, verbo, *& si confitebuntur*, num. 66. vers. Item procedunt, il primo, & in verbo *pœnis debitis feriantur*, num. 6. post med. Nicol. Grauat. in addit. ad Vestr. in pract. lib. 7. cap. 3. num. 48. Couarru. variar. quæst. cap. 23. num. 5. ante finem, vers. quacunque tamen in causa. Vbi in omni casu, in quo appellatio est prohibita potest tamen Superior appellantem audire, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 4. num. 14. vbi pro, & contra, & cap. 20. ampliat. 12. num. 1. & sequentib. Vbi quod hæc sublimitatio potest procedere, quando reus est confessus tantum, si verò est confessus, & conuictus, tunc inhibitio non facit supersedere. Et hoc credit verius, reprobato Aufrer. contrarium tenente in loco præcitato.

Sed in hoc vide Baiard. ad Clar. in q. 94. num. 13. vbi dixit semper esse supersedendum in exequutione, stante inhibitione Iudicis ad quem, quando dictus Iudex sciens appellantem esse confessum, & conuictum, inhibitionem concessit reprobato Lancellot. contrarium tenente in loco præcitato, Cattar. de exequut. sent. cap. 1. num. 76. vbi pariter facit conclusionem, quòd vbi condemnatus ex sua confessione non auditur, appellans a Iudice, a quo audiendus tamen est a iudice ad quam appellat, ex Abb. Felyn. & Couarru. in locis per eum relatis. Et idem repetiit numer. 100. in fine. Baiard. ad Clar. in pract. q. 94. num. 13. Ex quibus iunctis alijs per me allegatis in pri. par. tit. de delict. & pœn. q. 21. num. 122. & seq. apparet hanc sublimitationem communiter a Doctoribus receptam esse; Et ad illius materiam vide latius differentem eundem Lancellot vbi sup. in tracta. de attent. cap. 12. limit. 50. num. 128. & seqq. & in 1. limit. nu. 101. & seqq. & limit. 53. nu. 54. & cap. 20. ampliat. 1. & 11. num. 7.
110 SVBLIMITA IV. dictas præcedentes limitationes generaliter, vt in omnibus casibus, in quibus in criminalibus prohibita est appellatio, vt puta, in notoriis, & in confessis, & conuictis; Illa tamen est permissa, quando Iudex excedit pœnam, & ab excessu pœnæ appellatur, cap. nouit. cum ibi notatis per Doct. extr. de appellat. Innocen. in c. cū speciali. §. porro, nu. 8. in verbo *deferendum*, ext. eod. & ibi etiā Hostiē. nu. 9. in eod. verb. *deferendum*, Io. And. post nu 14. in d. verb. *deferendum*, Ant. de Butr. nu. 4. ext. de appell. §. secundus erit casus, nu. 2. vbi quod a nimia condemnatione datur appellatio, et in notorijs, Masc. de prob. lib. 2 concl. 696. nu. 1. & seqq. Vbi in specie, quomodo probetur Iudicem in arbitrando pœnam excessisse. Lancell. de attentat. par. 2. c. 12. limit. 9. nu. 10. Vbi quod isto casu appellatio operatur tam effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum. Addeo, ad constit. March. lib. 6. c. 2. in verbo *notorijs*, nu. 6. Et ex iis iunctis alijs per me allegatis supra in 1. par. tit. de delict. & pœn. q. 17. num. 31. apparet hanc sublimitationem esse communiter receptam. Et ad materiam vide Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 71. Contar. in l. 1. C. si de moment. possess. in 19. limit. per totam.
111 SVLIMITA V. vt etiam in omnibus casibus, in quibus appellare prohibitum est; non tamē censeatur prohibitum dicere de nullitate, Caret. in pract. in 1. tract. de appellat. §. vltimus casus est. nu. 9. Vbi amplius, quod isto casu suspenditur exequutio, post Ang. & Marsil. in locis per eum relatis. Fab. à Montel. in sua pract. arbitr. par. 4. fol. mihi 231. num. 630. post Marsil. in loco per eum relato. Viui. opin. 51. num. 2. ex Ang. quem allegat in l. si vacuātia, colum. 10. vers. De vno articulo. C. de bon. vacan. cuius opinionem tanquam verissimam, & tutissimam in Regno seruari testatur. Quamuis Bar. & Bal. in locis per per eum relatis contrarium affirmauerint. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 94. num. 10. vers. Scias autem, vbi facit conclusionem, quod pendente causa nullitatis sententiæ criminalis non fit eius exequutio, si contineat pœnam irretractabilem, etiam si cognitio talis nullitatis requireret altiorem indaginem, secundum communem, de qua testatur Ias. in l. 2. §. si seruus, num. 9. ff. de acquir. poss. prout illum refert Boss. in tit. de nullit. aduer. senten. num. 4. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 9. num. 15. tomo 2. Vestr. in pract. lib. 8. cap. 1. num. 6. & ibi Nicol. Grauat. in addit. num. 24. vbi declarat, & testatur etiam de communi, Ancharan. Regens. q. 4. num. 11. & seqq. par. 2. Menoch. in l. fin. nu. 880. C. de edict. Diui Adrian. tollen.
112 SVBLIMITA VI. vt nec etiam in omnibus prænarratis casibus, in quibus dixi, appellationem esse a iure prohibitam, vt non per hoc censeatur prohibita, quando sententia esset notoriè iniusta, ad text. in c. intercæteras, vbi Abb. Felyn. & communiter omnes, de sent. & re indicat. Idem Felyn. in cap. quoniam contra num. 40. extr. de probat. Franc. in c. dilecto, q. 55. de appellat. Alex. cons. 77. num. 3. lib. 4. & in consil. 39. nu. 25. lib. 6. Afflict. decis. 39. num. 5. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 9. num. 25. Dec. cons. 8. num. 5. quos omnes in proposito refert, & sequitur Viui. opin. 51. num. 3. & seqq. vbi num. 5. hanc sublimitationem extendit etiam ad sententiam Principis; De qua dixi supra, num. 72. & seqq. Decia. in tract. crimin. lib. 8. c. 9 num. 16. tomo 2. Bertazz. cons. 79. nu. 1. & seqq. lib. 1. Vbi exornat hanc sublimitationem.
113 SVBLIMITA VII. (& hæc sublimitatio est multū vtilis in materia) vt in omnibus criminibus, in quibus specialiter iura appellationem denegarunt, prout dixi supra de crimine violentiæ, raptus falsæ monetæ, seditionis, insignis latrocinij, assassinij, hæresis, & simoniæ; Id vtique intelligatur, si huiusmodi criminis reus fuerit ore proprio legitimè confessus, aut legitimis, & a iure approbatis probationibus conuictus, aut in fragranti crimine repertus: Secus si nec captus in fraganti, nec legitimè confessus, nec plenè conuictus fuerit. Tunc enim sola criminis atrocitas, seu qualitas non est sufficiens ad prohibendum appellationem. Alioquin daretur occasio Iudicibus indebitè grauandi, ac iniustè condemnandi inquisitos, absq; eo, quod eorum iniustitia, & grauamina per alium Iudicem reuiderí, & reprobari possint. Quòd videtur absurdum. Ideo tunc appellationem esse admittendam, dubitandum non est, saltem inserta causa, & expressa iniustitia sententiæ. Ad ea, quæ in simili dixi infra num. 143. Sic nempè hanc declarationem reperio positam per Decian. qui eam verissimam credidit (licèt speciatim loquatur in crimine raptus) in tract. crimin. lib. 8. cap. 9. nu. 12. vers. declara tamen, tomo 2.

A R-

ARGVMENTVM.

Confeffus, & conuictus fimul quando appellet, & quid de confeffo tantum, aut de conuicto tantũ.

SVMMARIVM.

Confeffus, & conuictus infimul non appellat, numer. 114. & 115. vbi ponitur ratio huius conclufionis.
Confeffus, & conuictus fimul non appellat in omnibus criminibus, ne dum in expreffis, in l. 2. C. quorum appellat. nu. 116. Quamuis alij contra, num. 117.
Confeffus, & conuictus fimul non appellat non folum in criminalibus, fed nec etiam in ciuilibus, num. 118. & 120. Contra, num. 119. Diftingue vt, num. 121.
Confeffus, & conuictus fimul non appellat etiam in delictis attentatis & non confumatis, num. 122.
Conuictus reputatur is, qui habet contra fe præfumptionem iuris, & de iure, qui propterea appellare non poteft, num. 124. Limita, quando fumus in cafu, in quo iuris præfumptio admittit probationem in contrarium, num. 125.
Confeffus, & conuictus fictè etiam appellare non poteft, numer. 126. & feq. Vbi ponuntur duo exempla.
Conuictus quis dicitur etiam ex indubitatis inditijs ad effectum, ne poffit appellare, num. 128.
Confeffus, & conuictus non poteft appellare etiam quòd non fit argumentis fuperatus, num. 129. & feq.
Conuictus tantum poteft appellare, num. 131.
Confeffus in tortura, vel formidine tormentorum, poteft appellare, num. 132. Limita primo, nifi confeffio fuerit ratificata, quia tunc habetur pro fpontanea, & appellationem tollit, num. 133. Declara primo limitationem, dummodo tortura fuerit legitimè data, fecus fi aliter, quia tunc ratificatio nihil operatur, nec appellationem tollit, num. 134. Declara fecundo eandem limitationem procedere in confeffo, & conuicto, fecus autem in non conuicto, fed confeffo formidine tormentorum, quia tunc ratificatio non tollit appellationem, vt in num. 135. Limita fecundo, in cõfeffione emanata per torturam ex indubitatis inditijs, quia per eam tollitur appellatio, etiam non fequuta ratificatione, numer. 136. Contra, num. 137.
Confeffus poft fententiam poteft appellare etiam quòd fit conuictus, nu. 138. Quod procedit in criminalibus, fecus autem in ciuilibus; num. 139.
Confeffio procuratoris appellationem non tollit, nu. 140.
Conuictus ex dubia probatione non prohibetur appellare, nu. 141. & feq. Vbi etiam quando dicatur ifto cafu dubia probatio.
Confeffus, & conuictus poteft appellare, quando in appellatione deducit aliquam caufam, per quam offufcatur confeffio, & probatio contra ipfum exiftens, num. 143. Contra, num. 144. Diftingue, vt in num. 145.
Confeffus, & conuictus vigore contumaciæ, non prohibetur appellare, etiam ftante Statuto, quòd contumax habeatur pro confeffo, etc num. 146.
Confeffus poft litem conteftatam, & cùm prius delictum negauerit, non prohibetur appellare, num. 147. Contra, num. 148.
Confeffus, & conuictus poteft appellare in pluribus alijs caufis, de quibus remiffiuè, num. 149.
Confeffus tantum, & non conuictus non prohibetur appellare, nu. 150. Et ifto cafu prodeft appellatio, quia in caufa appellationis poterit appellans fuam appellationem reuocare, numer. 151. Quæ omnia procedunt non folum de iure ciuili, fed etiam de iure Canonico, num. 152. et 153. Contra, quòd immo confeffus tantum non poffit appellare, neq; de iure ciuili, neq; de iure canonico. Et quòd iudex a quo non teneatur deferre appellationi interpofita per confeffum tantum, num. 154. 155. & 156. In hac contrarietate communiter affertur diftinctio, vt admittatur appellatio, quando in appellatione aliqua infertur caufa, propter quam offufcatur confeffio, vel ea excufatur.
Secus fi in appellatione nulla inferatur caufa talis, num. 157. Verum caufæ infertio in appellatione eft neceffaria non ad effectum, vt fuftineatur appellatio, quia etiam fine ea valet appellatio eius, qui tantum confeffus eft, fed ad effectum, vt impediatur exequutio fententiæ, num. 158. fed vtrum fit neceffaria probatio caufæ infertæ in appellatione, num. 159.
Confeffus tantum an appellet in ciuilibus, num. 160.
Confeffus tantum an poffit appellare vigore conftitutionum Marchiæ & Bullarum Summorum Pontificum, & de materia, num. 161. & feq.

QVÆST. CI. CAPVT II.

114 REGVLA fit, quòd conuictus, & confeffus non appellat, & fi appellat, poteft Iudex a quo non obftante appellatione, fententiam contra ipfum exequi, tex. eft in l. 2. C. quor. appellat. Cuius verba funt hæc, *Obferuare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, Itemq; eorum, qui manifeftam violentiam commiferunt, argumentis conuictus teftibus fuperatus; voce etiam propria, vitium, fcelusq; confeffus, audiatur appellans.* Et ibi hoc adnotarũt Petr. de Bellapert. col. 1. in prin. Bart. num. 1. Cyn. num. 1. Ang. & Salyc. in fumm. Paul. de Caftr. num. 1. Bart. in l. Non tantum, num. 2. in fine, verf. Tu dic. ff. de appellatio. & ibi etiam Alberic. nu. 2. Fulgof. num. 2. & 13. Imol. col. 2. in fine. Bart. in l. conftitutiones, nu. 3. verf. Et ideo dic. ff. de appellat. & ibi etiam Alberic. in princ. Fulgof. nu. 5. verf. Tertio vbi cõuictus, & cõfeffus. Imol. col. fin. in prin. nu. 3. verf. Sed vbi effet cõuictus, & confeffus. Bar. in l. creditor. §. iuffus, n. 2. verf. fecus fi effet cõuictus & cõfeffus. ff. de appellat. & ibi etiam Alberic. num. 5. verf. alias fi conuictus & confeffus fuiffet, & ibi etiam Ang. nu. 2. Imol. num. 9. ante finem, verf. & concludit ibi Hoftien. num. 11. verf. Nam fi erat confeffus, & conuictus. vbi teftatur de communi opin. Bal. in l. addictos, col. 2. num. 1. ad fin. verf. Item fallit, fi quis eft plenè conuictus, & fpontè confeffus. C. de epifcopal. audien. Franc. in cap. Romana. §. fi autem, num. 5. de appellat. in 6. Ant. de Burr. in c. cum fpeciali. §. porro nu. 6. verf. Dic, fi eft conuictus, & confeffus, extr. de appell. Et ibi etiam Ioan. de Imol. num. 12. Abb. poft num. 5. verf. Antonius hic diftinguit, & verf. Vnde dicerem fic, Franc. nu. 5. in princ. verf. fed tu pro declaratione. Dec. num. 14. Turrecrem. in cap. quicunque, in princ. verf. fed fi confitetur, & conuincitur 2. q. 6. Bero. in c. At fi clerici, num. 27 de iudic. Et pro hac regula eft etiam text. in quo canonizatur, d. l. 2. in c. ei, qui, verf. Nullus etiam 2. quæf. 6. & ibi Turrecrem. in fumm. & num. 4. verf. fi hæc duo adfunt, Præpof. in fumm. & num. 3. in fin. verf. & ratio eft. Roman. in l. Pantonius. §. rei, perduellionis, num. 1. col. 2. ad med. verf. Aduertendum tamen. ff. de acquir. hæred. vbi de communi, Ang. de malef. in verbo *præfente d. Caio, &c.* num. 19.

Vbi quod ita alias de facto Norfiæ obferuauit, & num. 20. verf. Tertio fi fit confeffus, & teftibus conuictus. Roma. fing. 625. incip. de iure ciuili eft regula, Marant. de ord. iud. in 3. par. 6. par. princ. in 2. actu, nu. 281. fol. mihi 250. in paruis. Marfil. in l. 1. num. 156. C. de rapt. virg. Capr. in tract. de notor. membr. 4. num. 113. Carer. in pract. in tractat. de appellat. in princ. num. 2. & 3. Iodoc. in pract. crim. cap. 149. num. 1. Foller. in pract. crim. in 4. par. 3. par. verbo *& fi confitebuntur*, num. 89. & in verbo, *Pœnis debitis feriantur*, num. 6. Duen. reg. 156. in princ. vbi alij referuntur concordantes, Couaruu. pract. quæft. cap. 23. num. 5. in princip. vbi de communi, Boff. in tit. de appellat. num. 27. Anton. Gomez. de delict. c. 13. rub. de tortu. reor. num. 31. poft med. verf. Quòd tamen limita. Viui. opin. 50. num. 1. & feqq. vbi de communi, Clar. in pract. quæft. 94. num. 1. in princ. & ibi Hier. Giaccar. in addit. littera A, Roland. confil. 73. poft num. 24. & feqq. lib. 3. Vulpell. confil. 137. numer. 4. Lancellot. de attent. par. 3. cap. 11. num. 22. & cap. 12. num. 12. Et habemus pro hac regula Conftitutio. March. lib. 6. cap. 2. Vbi ftatuitur, Quòd nullus in iudicio fpontè confeffus, & conuictus appellationis vocem emittere valeat, & ibi Adden. in verbo, *conuictus*, aliis relatis teftatur de communi Sigifmund. Scacc. de iudic. cauf. ciuil. & crimin. &c. lib. 1. cap. 97. num. 114. verf. fecundo verò cafu, & num. 126. verf.

vers. sed verè confessus, & conuictus, vbi alios refert concordantes.

115 Ratio præcedentis Regulæ sumi videtur ex præsumpta calumnia, quæ appellationi inesse videtur, quãdo quis est confessus, & conuictus. Dec. in c. cum speciali §. porro, num. 15. in fine, vers. & quia contra conuictum. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in prin. nu. 5. & seqq. Vbi plenè hanc materiam exornat. Rolan. cons. 73. num. 25. & seqq.

116 AMPLIA I. huius secundi capitis propositam regulã, vt licet tex. in d. l. 2. C. quor. appellat. solũ loquitur in quinque criminibus, videlicet in homicidio, veneficio, maleficio, adulterio, & manifesta violentia, veritas tamen est, quod & idem obseruatur in aliis criminibus, in quibus confessus, & conuictus simul nec etiam auditur appellans, secundum glo. in d. l. 2. in verbo *propria*, in vers. itẽ nota, & glossæ opinionẽ ibid. sequuti sunt Bart. nu. 3. vers. Quæro vtrũ. Bal. nu. 2. vbi defendit opinionem gl. quãdo quis est conuictus probationibus luce clarioribus, & quando nõ habet aliquam causam excusantem, seu offuscãtem dictas probationes. Salyc. nu. 5. vers. Quæro, hæc lex, vbi refert, & sequitur opinionem Bal. in loco præcitato. Fulgos. in l. constitutiones, post nu. 5. ff. de appellat. vbi quòd ita dicũt Doctores, licet Petrus, & alij contradixerint, & hanc opinionem dixit communem Imol. in l. creditor §. iussus, nu. 7. ante finem; & num. 8. col. 2. vers. an autem idem sit in aliis criminibus, & col. 8. ff. de appellat. licet discussa materia contrariam opinionem veriorem crediderit Franc. in c. cum speciali §. porro, post num. 5. de appellat. Dec. num. 15. vbi videtur testari de communi opinione, voluit, & hoc idem expressè gl. in c. ei qui §. nullus in verbo *veneficorum*, 2. q. 6. & ibi etiam Turrecrem. nu. 4. vers. ad secundam quæstionem, & Præpos. num. 3. Specul. in tit. de appellat. in princip. nu. 4. Nicol. Grauat. in addit. ad Vestr. in pract. lib. 7. c. 3. nu. 48. ad finem. Duen. reg. 156. in 8. limitat. vbi relatis contrariis, hanc dicit communem. Ant. Gomez. de delict. c. 13. rubr. de tortu. reor. nu. 31. post med. vers. & licet ista lex. Viui. opin. 50. num. 4. Michael Crass. in commu. opin. lib. 2. c. 16. q. 6. vbi relatis contrariis testatur de communi Clar. in pract. §. fin. q. 94. post princ. ibi, *sed certè tenendum est, &c.* vbi de communi Rolan. cons. 73. nu. 25. & seq. vbi de communi. Lancillot. de attent. par. 2. c. 12 ampliat. 4. nu. 12. in fine, vbi de communi ex Clar. in loco præcitato. Cartar. de exequut. sent. c. 1. num. 67. vbi de communi. Sigism. Scacc. in tract. caus. ciuil. & crim. li. 1. c. 97. nu. 126. vers. sed verè confessus, & conuictus, vbi etiam de communi.

117 Quamuis contrarium, quod immo dispositio d. l. 2. nõ procedat, nisi in illis delictis, quæ in ea enumerantur propter eorum immanitatem, non autem in aliis, voluerint Iacob. Butrig. in d. l. 2. in summ. & in vers. item in aliis, & ibi etiam Bellapert. in vers. non ne idem esset in aliis criminibus Odofred. in princ. & nu. 1. vers. vel potest dici. Cyn. n. 2. ubi post Petrũ testatur de æquiori opinione. Alberi. n. 2. vbi relatis hincinde contrariis opinionib. & argum. hanc tanquã æquiorẽ sibi magis placere affirmat. Paul. de Castr. nu. 2. vers. Quid autem in aliis delictis, vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur, & hanc contrariam opinionẽ veriorẽ existimauit. Imol. in l. creditor §. iussus, nu. 7. ante fi. & n. 8. col. 7. & 8. ff. de appellat. (licet, vt sicũ retuli, primã opinionẽ existimauerit communẽ) Dec. in c. cũ speciali §. porro, nu. 16. vers. vel secundo dici potest, vbi hanc contrariam defendere videtur, licet supra num. 15. primã testatus fuerit cõem ext. de appellat.

118 AMPLIA II. vt eadem proposita regula procedat non solum in criminalib. sed ẽt in ciuilibus, & pecuniariis causis, in quibus confessũ, & conuict. minimè appellare posse, voluit gl. in d. l. 2. in verb. *propria*, vers. itẽ nota C. quor. appell. & ibi ẽt sequuti sunt Bal. nu. 6. Fulg. in l. constitutiones nu. 5. ff. de appellat. vbi quod ita dicunt Doctores. Imol. in l. creditor. §. iussus, col. 9. ad fin. vers. & concludit, ibi Host. vbi testatur glossæ opinionẽ cõmuniter approbari, licet (vt infra eum referam, n. 8. in fi. contrariã dixerit veriorẽ) Ant. de But. in c. cũ speciali §. porro, post nu. 6. extr. de appellat. & ibi etiã Card. Zab. col. 2. vers. & licet illa lex. Io. de Imol. nu. 12. Abb. post nu. 5. vers. Antonius sic distinguit. Dec. nu. 14. & 15. vbi testatur de cõmuni. Capt. in tract. de notor. mẽbr. 4. nu. 113. vbi quod ita cõiter tenetur, per legistas. Carer. in pract. in tract. de appellat. in princ. nu. 4. Couar. pract. q c. 23. nu. 5. in pri. vbi testatur de cõi opin. Ant. Gom. de delict. c. 13. rub. de tort. reor. n. 31. post med. vers. & licet illa lex. Viui. opin. 50. nu. 1 vbi de comm.

119 Et licet contrarium senserint Doctores mox allegati supra, nu. 117. qui tenẽt, conuictum, & confessum posse appellare in omnibus criminibus, præterquam in enumeratis in d. l. 2. C. quor. appell. ex hoc enim aperte etiam sentiunt multo magis admittendam esse appellationẽ in causis ciuilibus, & pecuniariis, contra opinionẽ gl. de qua supra, & in specie, quod in causa pecuniaria possit appellari, dixerit veriorẽ sententiam esse Imol. l. creditor. §. iussus, nu. 8. in fin. col. 8. ad med. ff. de appellat. Saly. in d. l. 2. C. quor. appel.

120 vbi expressè reprobat opinionem gl. ibi; Tu tamen non recedas a prima opinione magis communiter recepta, vt

121 vides. Et nihilominus posses pro concordia distinguere, quòd prima opinio procedat, quando in appellatione nulla infertur causa, per quam offuscetur notorietas resultãs ex eo, quod quis est confessus, & conuictus, secunda autem procedat, quando talis causa in appellatione allegatur, sic enim relatis, hincinde contrariis reperio (ni fallor) distinguentem, & concordantem Franc. in cap. cum speciali § porro, num. 6. ad finem, vers. secundo casu, & nu. 7. extr. de appellat. & pro hac distinctione faciunt quæ generaliter dixi infra, in sexta limit. num. 143.

122 AMPLIA III. vt confessus, & conuictus non appellet etiam in delictis attentatis, & non consumatis secundum Bald. in l. 2. num. 8. vers. sed statim quæritur. C.

123 quor. appellat. vbi format contraria, & illis respondet: sequitur ibidem Saly nu. 6. in fin. vers. Quærit Bal. Carer. in pract. cri. in tract. de appell. in princ. nu 10. & seq.

124 AMPLIA IV. quia conuictus, & confessus isto casu reputabitur, qui habet contra se præsumptionem iuris, & de iure, ideo nec appellare potest secundum Bald. in l. si hi, qui num. 2. per illum text. C. ad l. Iul. de adulter. Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. littera C, in fin. C. quor. appel. Marsil. in l. 1. num. 157. C. de rapt. virg. idem Marsil. singu. 116. incip. præsumptio iuris, & de iure. Brun. de indit. & tortu. par. 1. q. 4. num. 16. in fin. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. quartus casus est; nu. 1. & seqq. vbi eam reddit rationem, quia scilicet talis præsumptio probationem non recipit in contrarium.

125 Et propterea inferre videtur, quòd in omnibus casibus in quibus præsumptio iuris, & de iure recipit contrariam probationem; in iisdem etiam casibus condemnatus tali præsumptione appellare potest. Masc. de prob. lib. 3. concl. 1222. num. 7. & seq.

126 Et hinc infertur, quòd si quis a iudice habetur pro cõfesso, & pro conuicto, prout habetur is, qui delatorem suum corrumpit ad text. in l. eius, qui delatorem. ff. de iur. fisci, & tunc non potest appellare, ac si ore proprio esset confessus, secundum Foller. in pract. crim in 4. par. tertiæ part. verbo *& si confitebuntur*, nu. 79. iuncto num. 89. ex Nell. in tract. de bannit. in loco per eum relato, ad idem Lancillot.

127 de attent. pag. 2. c. 11. nu. 22. vbi de eo, qui fractis carcerib. aufugiens habetur per confesso, saltem præsumptiuè, & propterea appellare non potest ex Decis. Ant. August. ibi per eum relata.

128 AMPLIA V. vt ad effectum denegandi appellationem, quis dicatur conuictus non solum ex plenis, & cõcludentibus probationibus, sed etiam ex indubitatis inditiis ad ea, quæ generaliter dixi supra de reo confesso, & conuicto, q. 86. num. 56. & in specie aduerterunt Bal. in l. fin. num. 5. in fin. vers. & adde C. de probat. quem refert, & sequitur Alex. in addit. ad Bart. in l. 2. littera C, C. quor. appel. Aug. ad Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* post num. 21. ante finem addit. vers. vel intellige, vbi loquitur, quando confessio est adminiculata inditiis multum vrgentibus, & ex Bal. quem allegat in l. final. col. fin. C. si nõ a cõpet. iudic. Carer. in pract. cri. in tract. de appell. in

in prin. nu. 12. 13. & 16. Foller. in pract. cri. in 3. parte verb. *& si confitebuntur*, num. 99. vbi quòd confessio spontanea concurrentibus inditiis coadiuuantibus ipsam confessionem operatur, vt confessus appellare non possit. Quòd tu secundum prædictos intellige de inditiis vrgentibus, & indubitatis. Cartar. de exequut. sentent. cap. 1. numer. 79.

129 AMPLIA VI. vt licet tex. in l. 1. C. quo. appell. ad hoc, vt condemnato denegetur appellatio, videatur requirere tria copulatiuè. Primò scilicet, vt sit argumentis conuictus. Secundò, vt sit testibus superatus. Tertiò vt voce propria sit confessus, & propterea nisi hæc tria concurrãt copulatiuè appellationem esse admittendam voluerint Azzo in summa C. quor. appellat. non recip. Specul. in tit. de confess. §. postremo vers. sed nunquid confessus, & in tit. de appellat. §. in quibus vers. tertio. Quorum opinionem veriorem dixit de iuris rigore Imol. in l. creditor §. iussus, n.
130 7. ante fin. col. 6. in fi. vers. item etiam aduerte, ff. de appell. cõmuuis tamen est opinio, quòd immo sufficiant duo videlicet. Quod condemnatus sit confessus, & testibus superatus, absq; eo quod argumentis sit conuictus. Quam opinionem tenuit glo. in d. l. 1. in verbo *propria*, vers. & nota duo necessaria C. quor. appellat. & hanc opinionem dixit communem idem Imol. in d. §. iussus, & in loco præcitato, & hanc contrariam opinionem, reprobata opinione Azzonis, tenuit glo. in c. Romana. §. sin autem in verbo, *vel de quo*, de appellat. in 6. & ibi Host. nu. 20. Io. Monac. nu. 11. & seq. Archid. num. 10. Carer. in pract. in tract. de appellat. in princ. num. 16. & 17.

131 LIMITA I. propositam in hoc secundo capite regulam, vt procedat, prout loquitur in confesso, & conuicto simul; secus autem in conuicto tantum, quem adhuc appellare posse probat text. in d. l. 1. §. 1. ibi, *aut minimè voce sua confessus sit*, C. quor. appell. & ibi hoc idem adnotarunt glo. in verbo, *propria*, in princ. vers. & nota duo necessaria Petr. de Bellaperr. col. 1. in prin. vers. sed si esset cõuictus. Bar. num. 1. Cyn. nu. 1. Ang. & Salyc. in summario Paul. de Castr. nu. 1. & Io. Fabr. nu. 1. Alberic. in l. non tantum, num. 2. ff. de appellat. & ibi etiam Imol. col. 2. in fi. idẽ Bar. in l. constitutionem, nu. 3. vers. aut est confessus tantũ, aut conuictus tantum. ff. de appellat. & ibi etiam Alberic. in prin. Fulgos. nu. 3. vers. si conuictus tm̃ gl. in l. creditor §. iussus in verbo, *appellandi*, vers. sed nunquid confessus, ff. de appellat. & ibi etiam Bar. nu. 2. Franc. in c. cum speciali, §. porro post nu. 5. vers. aliquã quis est tm̃ conuictus, & nu. 6. ad med. vers. quando aũt, ext. de appellat. Dec. n. 13. & pro hac limitatione de iure canonico est tex. in quo canonizatur d. l. 1. c. ei, qui, §. nullus 2. q. 6. & ibi Turrecrem. nu. 4. vers. si verò alterũ desit, & Præpos. in summ. Roma. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, nu. 1. col. 2. ad med. vers. aduertendum tñ, ff. de acquir. hæred. vbi de cõi Maran. de ord. iud. par. 6. actu 2. nu. 281. vers. si autem esset solum. Carer. in practic. in tract. de appellat. in prin. nu. 2. Iodoc. in pract. cri. c. 149. rubr. de appellat. nu. 2. vbi tamen contrarium apud eum seruari in Regno Flandriæ testatur. Ant. Gomez. de restit. c. 13. rubr. de tortu. reor. nu. 31. Viui. opin. 50. num. 5. vbi de communi. Cart. de exeq. sentent. cap. 1. num. 68. vbi de communi, & 77.

132 LIMITA II. vt pariter regula procedat in sponte confesso, secus autem in confesso in tortura, vel formidine tormentorum text. in d. l. 1. C. quor. appellat. in illis verbis, *aut formidine tormentorum territus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegamus*, & ibi hoc adnotarunt, glo. in verbo, *propria*, in princ. & in verbo, *aliquid* pariter in princ. Iacob. Butrig. in vers. intellige confessum in timore tormentorum. Petr. de Bellaper. col. 1. vers. vel conuictus, & confessus in tormentis. Bal. in prin. vers. vel confessum intellige, & nu. 11. in fin. vers. Nota tamen. Salycet. nu. 2. in fi. Odofr. ante nu. 1. uers. vel si fortè metu tormentorũ. Ang. nu. 1. Paul. de Castr. nu. 1. & 4. Imol. in l. cõstitutiones post nu. 3. ff. de appellat. & de iure canonico est glo. in c. Romana §. sin autem, in verbo, *vel de quo*, uers. alij dicunt, & fortè benè, de appellat. in 6. & ibi hoc idem adnotarunt Hostien. post nu. 20. in 3. oppos. Io. Monac. num. 13. Archid. post nu. 9. & Franc. nu. 3. vers. in eadem glo. idẽ Franc. in c. cum speciali §. porro, post nu. 5. vers. hoc intellige, extr. de appellat. & eodem iure canonico pro hac limitatione est ẽr tex. in quo canonizatur d. l. 2. in c. ei qui §. nullus 2. q. 6. & ibi Turrecrem. nu. 1. in verbo, *propria*, & nu. 2. in verbo, *aut formidine tormentorum*, & Præpos. in summario, & num. 2. in fin. Aret. in c. at si clerici, nu. 17. extr. de iudic. vbi dixit, quod in materia exorbitanti, & stricti iuris, sicut est, quando Statutum, vel lex tollit appellationẽ confesso, & conuicto, vel confesso tantum, non comprehenditur confessus, nisi sponte, Maran. de ord. iud. par. 6. in 2. actu 3. par. nu. 281. vers. Secus si per tormenta, fol. mihi 250. in paruis. Carer. in pract. in tract. de appellat. in prin. num. 2. Duen. reg. 156. in 3. limit.

133 SVBLIMITA I. hanc secundam limitationẽ non procedere, quando confessio, aut in tortura, aut formidine tormentorum emanata fuerit ratificata; talis enim confessio dicitur spontanea, prout dixi supra in tit. de reo confess. & conuict. q. 83. num. 69. ideo appellationem impedit, ac si sponte prorsus quis confessus fuisset, secundum glo. in d. l. 1. in verbo *aliquid*, vers. Nisi perseuerauerit. C. quor. appellat. vbi dixit quod ita seruatur, & ibi etiam hoc adnotauit Bellaper. col. 2. in fin. vers. dicit glo. Bart. num. 3. Cyn. nu. 1. in fin. Odofred. num. 1. in fin. vers. Vnde notã. Paul. de Castr. nu. 4. Salyc. nu. 2. in fin. vers. & responde. Franc. in c. cum speciali §. porro, nu. 6. post med. vers. secus quãdo fuisset facta metu tormentorum. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in princ. nu. 19. 20. 21. & 44. & in §. tertius casus est, num. 10. Duen. reg. 156. in tertia limit. vers. Quòd intellige ex Curt. Sen. quem allegat in l. 1. nu. 17. C. de iuram. calum. Lancell. de attent. par. 2. c. 12. ampliat. 4. nu. 13. vbi de communi obseruantia, Cartar. de exeq. sent. cap. 1. nu. 73. Sigism. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crim. & c. lib. 1. cap. 97. nu. 118. in fine.

134 LIMITA rursus præcedẽtem sublimitationem, vt procedat, dummodo tortura emanauerit legitimè præcedentibus inditiis, & pariter subsequens ratificatio fuerit facta debito tempore, & sic quando, & tortura, & ratificatio fuit legitima, secus si aliter, quia tunc inserta causa in appellatione, videtur, eam esse admittendam, quamuis quis sit conuictus, & etiam confessus per torturam, & cõfessio ratificata, prout considerauit Ang. in d. l. 1. num. 4. C. quor. appellat. Carer. vbi supra d. §. tertius casus est, num. 11. & seqq. Decia. in tract. crimin. lib. 8. c. 9. num. 12. ad finem, tomo secundo.

135 LIMITA iterum dictam primam sublimitationem procedere, quando agitur dè reiiciendo appellationem interpositam ab eo, qui & confessus, & conuictus est simul, prout sunt termini propositæ limitationis, tunc enim confessus formidine tormentorum legitimè illatorum si spõtè perseuerauerit, habetur pro sponte confesso, & non potest appellare, iuxta propositam regulam; secus autem si non conuictus quis, sed tantum confessus formidine tormentorum appellauerit, quia tunc eius appellatio non reiicienda, nec exequutio sententiæ est facienda, etiam subsequuta spontenea ratificatione, & etiam admissa opinione eorum, qui voluerunt Iudicem non teneri deferre appellationi interpositæ pro parte rei confessi, de quibus infra, numer. 156. sic nempe hanc materiam reperio declaratam à Vulpell. in cons. 137. num. 3. in primis verbis iuncto num. 7. vbi contrariam practicam damnat, & improbat.

136 SVBLIMITA II. eandem II. limitationem procedere, quando quis torquetur ex inditiis ordinariis, & dubitatis, tunc enim si fatetur, non videtur confesso deneganda appellatio; secus autem si fateatur tortus ex inditiis grauibus, & indubitatis, quia tunc appellare non potest, secundum Bald. post Nicol. de Matarell. l. fin. col. 1. in fin. num. 5. in fin. vers. & adde circa materiam. C. de prob. Quem sic dicentem in proposito refert, & sequitur Alex. in add. ad Bar. in l. 2. litt. C. C. quor. appellat. faciunt dicta per Fely. in c. at si Clerici, num. 3. ante finem, vers. immo dicit fortius, extra de iudic. vbi dixit quod ita in materia exorbitanti appellatione confessionis venit confessio facta per torturam, quando illa fuit inflicta, ex grauibus ex

ex grauibus, & vrgentibus inditiis.

137 Verum quòd nec confesso per torturam ex indubitatis inditiis sit deneganda appellatio, nisi ratificatio intercesserit; facit, quod dixi supra de reo confess. & conuict. in materia ratificationis, q. 83. num. 79. vbi probaui ratificationem esse necessariam etiam in confessione quibuscũque inditiis coadiuuata, & adminiculata, & etiã facit, quia indubitata non possunt aliud operari, nisi quod reddũt reum conuictũ, prout dixi supra, nu. 128. Non tamen operãtur spontaneam confessionem, nisi confessio intercedat, & spontanea fit, vt de se patet.

138 LIMITA III. vt eadem proposita regula procedat in eo, qui est confessus ante sententiam; secus in confesso post sententiam. Is enim etiam quod conuictus sit appellare non prohibetur secundum glo. quæ respondendo contrariis, & præsertim l. ad dictos C. de episcopal. audien. & C. de appellat. ita distinguit in d. l. 2. in verbo *propria*, in fine C. quor. appellat. & ibi hoc etiam adnotarunt Iacob. Butr. in vers. solutio &c. Odofred. num. 1. vers. Ad quod dicetis. Bar. nu. 2. in fine, & ibi Alex. in addit. littera A, in prin. vers. secus si est conuictus ante sententiam, & cõfessus, post glo. in l. Non tantum in verbo. *acquiescit*, vers. sed hic contra. ff. de appellat. & ibi etiam Fulgos. num. 9. in fin, & 10. vbi de materia. Salycet. num. 5. in 4. oppos. Bar. in l. constitutiones, nu. 3. vers. & hoc est verum. ff. de appellat. & ibi etiam Alberic. in princ. Imol. in l. creditor. §. iussus, n.

139 9. ad fi. ff. de appellat. vbi declarat hanc limitationem procedere in causa criminali; secus autem in causa ciuili, in qua dixit conuictum ante sententiam, si post eam confiteatur illud, in quo est condemnatus non posse amplius appellare Bal. in l. ad dictos, nu. 1. in fin. vers. Nam si post sententiam, vbi tamen loquitur in confessione extra iudicium, C. de episcopal. audien. vbi reprobato Bal. in d. l. 2. C. quor. appellat. volente hanc limitationem procedere, quando reus confitetur post sententiam, sed non in figura iudicij, dixit, quod quomodocunque reus post sententiam confiteatur in criminalibus; Non per hoc impeditur appellare, licet secus sit in ciuilibus. Roma. sing. 625. incip. de iure ciuili. vers. Quod limita. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in princ. nu. 48. & seq. vbi ampliat etiam, quod cõfessio sit in figura iudicij, & post appellationem. Duen. reg. 156. in 4. limitatione.

140 LIMITA IIII. eandem regulam procedere in Reo confesso ore proprio, secus autem si sit confessio procuratoris etiam ad confitendum habentis speciale mandatum. Talis enim confessio non sufficit ad tollendum appellationem, sic enim probat text. in d. l. 2. C. quor. appellat. in illis verbis, *voce etiam propria*. Et ibi hoc adnotarunt Bal. num. 10. Salyc. num. 1. Paul. de Castr. n. 2. Alex. in addit. ad Bar. in l. creditor. §. iussus. littera B, vers. & nota. ff. de appellat. Ant. de Butr. in c. cum speciali. §. porro, num. 6. vers. aduerte tamen, extr. de appellat. & ibi etiam Imol. num. 13. Anan. num. 7. vers. secundo quoniam, & de iure canonico pro hac limitatione est etiam tex. in quo canonizatur d. l. 2. in c. ei, qui §. nullus 2. q. 6. Præpos. in d. §. nullus c. ei, qui num. 1. 2. q. 6. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in prin. num. 42. Duen. reg. 156. in 2. limitat. vbi alij referuntur concordantes.

141 LIMITA V. vt regula procedat, quando quis est conuictus ex concludenti probatione, seu ex inditijs indubitatis; secus autem si ex probatione dubia secundum Bal. in l. 2. nu. 2. in fi. vers. si autem probationes non sunt luce clariores, sed dubiæ, C. quor. appellat. Salycet. ibidem, nu. 5. post med. vers. Et hæc ratio. Franc. in cap. cum speciali. §. porro post num. 5. vers. item tunc non auditur appellans, extr. de appellat. Maran. de ord. iud. in 6. par. principal. actu 2. nu. 281. vers. item limita. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. par. 1. num. 41. & in §. decimusquintus casus est, nu. 5. Duen. reg. 156. in 1. limit.

142 Et isto casu probatio dicetur dubia, quando nõ est plena, sed semiplena, Bal. in l. addictos, nu. 1. in fin. vers. secus si semiplenè, C. de episcopal. audien.

143 LIMITA VI. quando quis in appellatione deduceret aliquam causam, propter quam offuscatur, seu excusatur appellantis confessio, & probatio contra ipsum existẽs. Tunc enim appellationem dari scripsit Bal. in l. 2. n. 2. vers. item quia. C. quor. appellat. vbi ponit exemplum, quando quis diceret occisum fuisse bannitum, & propterea impunè potuisse occidi, sequitur ibidem Salyc. nu. 5. in fi. vbi generaliter extendit ad allegantem quamlibet aliam iuris defensionẽ. Nec dissentire vr̃ Imol. in l. creditor §. iussus, post nu. 11. ff. de appellat. vbi pariter ponit exẽplum de allegante se occidisse bannitum, vel ad sui defensionem. Card. Zabar. in c. cum speciali §. porro col. 2. in prin. in vers. in glo. ergo, extr. de appellat. dum dixit, quod appellatio eius, qui est confessus, & conuictus tunc demum non tenet, quãdo etiã per rei euidentiam cõstat de crimine, secus si subesset aliqua defensio, quia tunc non põt dici conuictus, ideo tenet appellatio. Franc. in d. §. porro nu. 6. ad fin. vers. secũdo casu, & nu 7. & ibi etiã Dec. sub nu. 16. Duen. reg. 156. in 7. limit. Boss. in tit. de appellat. nu. 27. in fin. Sigism. Scacc. de iudic. caus. ciuil. crim. &c. li. 1. c. 97. num. 127. faciunt quę dixi in simili supra, num. 64. & infra, nu. 157.

144 Contra quod confessus, & conuictus non audiatur appellans, etiam quod in appellatione causam expresserit, voluit Imol. in l. constitutiones, col fin. vers. sed vbi esset conuictus, & confessus. ff. de appellat. vbi ponit exemplum, quando appellans in appellatione diceret se errasse in confessione. Carer. in pract. cri. in tract. de appellat. in princ. n. 56. & seqq. vbi declarat in contrarium tradita per Imol. in d. §. iussus, & per Franc. in d. §. porro debere intelligi, non quando quis esset confessus, & conuictus ore proprio, sed fictè uigore Statutor. volentiũ contumacẽ haberi pro confesso, aut qñ quis esset cõfessus tm̃, vel crimẽ esse notoriũ.

145 Distingue, quod prima opinio procedit quo ad effectũ deuolutiuum nõ autẽ quoad suspensiuum, & ideo Iudex à quo poterit suã sententiam exequi cõtra confessum, & cõuictum, & quod in sententia rationabilem expresserit causam, licet bene Iudex ad quẽ possit de causa appellationis cognoscere ac etiã inhibere, si voluerit, ad tradita supra, n. 100. colligitur hæc distinctio ex trad. per Frãc. in c. Romana, §. si autem, n. 5. vers. Quod intellige, de appellat. in 6. & per Capr. in tract. de notor. membro 4. nu. 114. dum dixit, quòd isto casu stat in potestate Iudicis a quo deferre, vel non deferre appellationi.

146 LIMITA VII. regulã procedere in vere confesso, secus autẽ in ficte confesso vigore contumaciæ, & stãte Statuto, quòd contumax habeatur pro confesso, & conuicto, tunc enim sic fictè confessus, & conuictus appellare potest, prout latius dixi in 1. par. tit. de inquisit. q. 11. n. 48. & seqq. vbi declaraui materiam, ad quam vltra ibi allegatos, vide etiã Carer. in pract. in tit. de appellat. in prin. n. 51. & seqq. & in §. sextus casus est, nu. 1. & seqq. per totum, vbi latissimè de materia, an, & quando in criminalibus verus contumax appellat, & an a sententia banni, & adnotationis bonorum detur appellatio, & latius in §. septimus casus est, nu. 1. & seqq. vbi, an a sententia fori iudicationis detur appellatio. Foller. in pract. cri. in 4. par. 3. partis verbo, *& si confitebuntur*, n. 305. Duen. reg. 156. in 6. limit. Sigism. Scac. in tract. de iud. caus. ciu. & crim. lib. 1. c. 97. n. 101. & seqq. & 109. & seqq. & 117. & seqq. pluribus, vbi plures distinguit casus, & latissimè materiam declarat, ad quam uide & declarantẽ Baiard. in add. ad Clar. q. 94. nu. 3. & 8. vbi an fori iudicatus in Regno Neap. appellet, & nu. 23. vbi quid vigore constitutionũ Pij IV. & Pij V. in comparentibus elapso anno, vel captis infra annnm.

147 LIMITA VIII. vt proposita regula procedat in eo, qui sponte confessus est, hoc est, ante litem contestatam, & absq; eo, quod negauerit delictum, tunc enim propriè dicitur spontè confessus; secus si fateatur post litem contestatam, cum prius delictum negauerit, tunc enim nõ dicitur spontè confessus, sed timore probationum, ideo appella-

148 re potest, si credendum est Bero. in c. at si Clerici, nnm. 29. extr. de iud. cuius opinio minimè dubia redditur ex trad. per Tiraq. de pœn. temper. caus. 30. nu. 10. & seqq. per Hippolyt. Rimin. in cons 245. num. 59. & seq. lib. 3. quos retuli supra in tit. de reo confess. & conuict. q. 81. num. 177. & qui dicunt spontè confessum reputari & eum, qui post nega-

negationem; & sic post litis contestationem delictum fatetur. Et ex ijs, quos alegaui supra, num. 133. qui pariter volunt confessum sponte reputari eum ad effectum, ne possit appellare, qui confessionem in tortura emanatam sponte ratificauit, & tamen nemo torquetur, nisi propter negationem delicti; ergo non videtur verum quod confessus, & conuictus possit appellare, quando fatetur post contestationem litis, & istud credo verius.

149 LIMITA IX. huius secundi capitis propositam regulam pluribus alijs modis, quos per te elicere poteris ex sublimitationibus positis supra in 1. cap. nu. 105. & seqq. Quæ omnes sublimitationes possunt deseruire pro limitationibus huius regulæ in hoc secundo capite propositę.

150 LIMITA X. vt eadem regula procedat, prout loquitur in confesso, & conuicto simul; secus autem in eo, qui non conuictus, sed solum confessus sit; is enim appellare non prohibetur in tantum, quòd appellatione interposita Iudex amplius sententiam suam exequi non potest secundũ glo. in d.l.2. in verbo, *propria*, in princ. vers. Et nota, & in verbo, *aliquid*, in fi. vers. Vel non nocet. C. quor. appellat. & ibi hoc idem adnotarunt Iacob. Butrig. vers. Sed quid in alijs criminalibus. Bellaper. col. 2. in fin. vers. vel verius. Bart. num. 1. & 2. in fin. & ibi Alex. in addit. lit. A. in princ. Cyn. num. 1. Alber. num. 2. vers. si esset solum confessus. Ang. num. 1. Salic. in summ. & nu. 3. in 2. oppos. & num. 8. Io. Fab. nu. 1. Paul. de Castr. nu. 1. Bart. in l. Non tantum, nu. 2. in fi. vers. Tu dic. ff. de appellat. & ibi etiam Alberic. in prin. idem Alberic. in l. creditor. §. iussus, num. 5. ff. de appellat. & ibi etiam Ang. nu. 2. Ant. de Butr. in c. cũ speciali. §. porro, num. 6. extr. de appellat. vbi hanc conclusionem admitti de iure ciuili. Roma. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, nu. 1. col. 2. ad med. vers. Aut confessus tantum ff. de accquir. hæred. vbi de communi. Bero. in c. at si Clerici, nu. 28. vbi, quòd hoc benè procedit de iure ciuili, extr. de iud. Ang. de malef. in verbo, *præsente d. Caio, &c.* num. 20. vers. Nam confessus tantum, & ibi etiã August. in addit. vbi relatis aliorum antiquiorum, tam iuristarũ, quam canonistarum hinc inde contrarijs sententijs, postea concludit, quòd quicquid Doctores prædicti dicant, si ipse Iudex esset, semper admitteret appellationem propter multa, quæ possunt occurrere, & maximè, vbi tractatur de vita hominis. Capr. in tract. de notor. in 4. mẽbro, num. 109. Carer. in pract. crim. in tract. de appellat. in prin. num. 18. vbi loquitur de iure ciuili, & nu. 36. & in §. secũdus erit casus. num. 3. & seq. & in §. tertius casus est, nu. 3. vbi pariter loquitur de iure ciuili, & num. 8. in fin. Ant. Gomez. de delict. c. 13. rub. de tort. reor. nu. 31. Viui. opin. 50. num. 5. vbi de communi. Cartar. de exequut. senten. c. 1. nu. 68. vbi de communi. Relati per Sigismund. Scacc. in tract. de iudic. caus. ciuil. & crim. &c. lib. 1. c. 97. nu. 118. vers. sed verè confessus.

151 Et isto casu confesso appellatio prodest, quia in causa appellationis poterit reuocare confessionem, & illius errorem probare secundum Iacob. Butr. in d.l. in fin. vers. respondet potest appellare C. quor. appellat. & ibi etiam Bellaper. col. 2. vers. Dicetis ergo. Bar. num. 3. vers. sed quæro quid prodest. Cyn. nu. 2. in fin. vers. sed videtur. Alber. post num. 2. glo. in l. creditor. §. iussus in verbo *appellandi* ad fin. vers. & ideo appellat, vt corrigat ff. de appellat. & ibi etiam Bar. nu. 2. & Alex. ibi in adit. litera C. & Alber. num. 5. in fi. Imol. num. 4. col. 2. ante med. vers. & nota bene rationem. Præpos. in c. quicunque, num. 2. 2. q. 6. & hoc idem dixerunt omnes Doctores allegati infra, num. 157. & alios etiam in idem retuli supra in titu. de confess. & conuict. q. 81. num. 328.

152 Proceditque hæc limitatio nõ solum de iure ciuili, prout loquuntur Doctores in ea allegati, sed etiam de iure canonico, secundum Franc. post Hostien. & Io. Monac. quẽ allegat in c. Romana. §. si autem, num. 4. de appellat. in 6. & expresse voluit glo. in d. c. cum speciali. §. porro, in verbo, *confessione*, extr. de appellat. vbi respondet illi tex. prohibenti appellationem, quia scilicet ibi agitur ad corregionem, & extr. ordinem, ideo non appellatur, ergo secus quando agitur via ordinaria, & ad punitionem criminis, & ibi etiam Franc. num. 5. in princ. iuncto vers. aliquando quis est solum confessus, alia glo. in c. quicunque 2. q. 6. in verbo, *quicunque*, vbi pariter respondet illi tex. appellationem prohibenti in confesso, vt procedat in ciuilibus; secus autem in criminalibus. Turrecrem. in c. ei, qui §. nullus, num. 4. vers. si vero alterum desit. 2. q. 6. & ibi etiam Præpos. num. 3. in fi. vers. in ea glo. ibi, *si ergo, &c.*

153 Id enim, quod dicitur de iure canonico, confessum nõ appellare, procedit, quando cum confessione concurrit infamia, & notorietas in populo, quo casu nec etiam de iure ciuili datur appellatio, vt supra dixi, aliter secus, secundum Bald. in l. 2. post. num. 7. vers. item nota. C. quor. appellat. vbi ita declarat procedere tex. in c. Romana. de appellat. in 6. & Bal. sic dicentem refert Fulgos. in l. non tantum sub, num. 11. ff. de appellat. & in l. constitutiones, post num. 4. vers. Quandoq; est confessus tantum ff. eo d. nec dissentire videtur Card. Zab. in c. cum speciali. §. porro. col. 1. vers. Dic quod refert quærere, extr. de appellat. Roman sing. 625. incip. de iure ciuili. vers. Canonistæ sunt in alia opinione. Carer. in pract. cri. in tract. de appellat. in princ. num. 35. & in §. tertius casus est, num. 2. Decia. in tract. crimin. lib. 2. cap. 22. num. 24. tom 1.

154 Contrarium, quod immo confessus tantum non appellet, voluerunt Bal in l. 1. nu. 10. ad med. vers. interdum autem. C. de delict. defunct. per glo. in c. Roman. de appellat. in 6. prout etiam illum refert Alex. in addit. ad Bar. l. non tantum lit. B. ff. de appellat. Odofred. in l. 2. in princ. & num. 1. C. quo. appellat. Marsil. in l. 1, num. 158. vers. tamen hoc fallit. C. de rapt. virg. quòd & idem voluerunt plures relati per Carer. in pract. cri. in tract. de appellat. §. tertius casus est. nu. 1. Michael. Crass. in commun. opin. lib. 2. c. 16. q. 5. vbi alijs relatis testatur de communi. Viui. opin. 51. num. 1. vbi quod hæc opinio est cõis, & à consuetudine approbata ex Carer. in loco pcitato. Clar. in pract. cri. §. fi. q. 94. sub prin. ibi *aut est, confessus tantum*, vbi plures refert testantes de communi, & magis communi ac etiam ex consuetudine seruata opinione non solum de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, quando confessio non reuocatur. Vulpell. cons. 137. num. 3. & seqq. Lancillot. de attent. par. 2. c. 12. ampliat. 4. num. 13. vbi pariter de magis communi opin. ex Claro in loco præcitato. Sigismũd. Scacc. in tract. de iud. caus. ciuil, & crim. &c. lib. 1. cap. 97. num. 118. ad med. in vers. Tantum operatur, & num. 119. & seqq. vbi bene comprobat, testaturq; de magis communi, & obseruata opinione.

155 Et hæc contraria opinio non solum procedit de iure ciuili, prout præcitati Doctores loquuntur, sed etiam, & multo magis de iure canonico, secundum Alberic. qui alios refert in l. 2. num. 2. ad finem. C. quor. appellat. videtur tex. in c. Romana §. fin autem, de appellat. in 6. qui tex. alternatiuè loquendo dicit appellationem prohibitam in manifesto, & notorio crimine, vel in eo, de quo quis est in iure confessus, & ibi hoc adnotarunt glo. in verbo. *vel de quo*, vers. Alij dicunt, & forte bene item, & tex. in c. cum speciali. §. porro extr. de appellat. vbi pariter alternatiuè loquens dicit, non esse deferendum appellationi, quando excessus est manifestus euidentia rei, vel confessione, & ibi hoc adnotarunt Bal. nu. 18. & seq. Card. Zab. in prin. in 2. notab. & num. 2. in vers. in glo. & ita Anchar. num. 6. Abb. num. 1. in fin. in 1. notab. & num. 5. vbi expresse repobat glo. & ipsius intellectum ad d §. porro, quod scilicet loquatur in casu speciali, quando agitur de correctione. Et pro hac opinione adducit etiam tex. in c. quicunque 2. q. 6. vbi æquiparat appellationem frustratoriam appellationi interpositæ per eum, qui est confessus, & ibi Archid. num. 1. Præpos. in summario Bero. in c. at si, Clerici, num. 28. de iud. Couarr. pract. q. c. 23. num. 5. vers. secunda conclusio, vbi de communi. Viui. opin. 51. num. 1. vbi de communi, & obseruata opinione.

156 Et hinc propterea tam de iure ciuili, quàm canonico, ac etiam de consuetudine Iudicem à quo non teneri deferre appellationi interpositæ per confessum, si deferendum nõ putauit, eaq; non obstante, sententiam suam exequi posse scripserunt Bal. in l. 2. num. 6. vers. item etiam C. quor. appell.

appell. vbi testatur ita seruari de consuetudine,& in l.1. n. 14. C.de cōfess.& in l.1.n.10.C.ne ex delict.defunct. Host. in c.cum speciali.§.porro,nu.9.ad med.vers. quamuis aūt, extr de appellat. & ibi eum sequuti sunt Io.Andr.num 14. vers.dicit Host. Bellam. post num.11. Ant.de Butr. nu.4. vers.item; & in notorijs, & num.6. vers. simplex tamen appellatio Card. Zab.col.2.vers.quantum vero ad secundum. Carer. in pract.crim.in tract.de appellat.in prin.nu. 34.& seqq. vsq; ad num.41. (vbi tamen demonstrat hanc consuetudinem, de qua Bal.testatur,esse contra ius canonicum, contra ius ciuile, & contra ius Regni Neapolitani) Foller.in pract.crim.in prima,parte, secunda,in verbo, *& si confitebuntur*, num.66. Nic. Grauat in addit. ad Vestr. in pract. lib.6.cap.3. num.48. Couarr.pract. quæst.cap.23. num.5.ad fin. vers. Vsus tamen Forensis. Vbi testatur tam apud Hispanos,quàm ferè in toto Orbe Christiano Forensem vsum obtinuisse, vt in criminalibus quoties corporalis pœna est infligenda, appellatio minimè admittatur ad exequutionem impediendam, siue quis damnetur ex propria confessione, siue ex testium probatione. Quamuis stylum hunc omnino improbare videatur, quando manifestum non est, reum damnatum verè conuictum esse. Quod si manifestum sit damnatum ad mortem, vel aliam pœnam iustè, & verè conuictum fuisse, non est (inquit ipse) differenda exequutio causa, & prætextu iniquæ appellationis. Clar.in pract.crim. §. fin.quæst. 94.in princ.ad finem, ibi *& postea iudex, etc.* vbi dixit ita aliàs fuisse conclusum per Curiam Tholos.in decis.176.Vulpell.cons.137. num.4. Cartar. de exequut. senten.cap.1. num.75. Vbi & alios refert de consuetudine testantes.

157 In hac contrarietate ea cōiter per Doct. affertur distinctio,vt si in appellatione appellans inferat aliquam causam offuscantem, vel excusantem ipsam confessionem, Vt quia dicat se confessum fuisse per errorem,& quod propterea confessionem reuocat,vultq; errorem probare iuxta ea, quæ dixi supra num.151. Et tunc appellatio sustinetur, & procedit prima opinio firmata supra num. 150.& seqq. si autem in appellatione nulla talis inferatur causa, & tunc appellatio non valeat, eaque non obstante, Iudex potest suam exequi sententiam,& secundum istos terminos procedit secunda opinio firmata supra num.154.& seqq. Probatur hæc distinctio in vtroque eius capite ex trad. per Angel.in l.2.num.2.C.quor.appellat. Fulgos.in l.constitutiones,num.5.ff.de appellat.& ibi etiam Imol.nu.3.vers. potes dicere. Alberic. in l.creditor,§.iussus,num.6. versic. Immò etiā cautum puto, ff. eod. de appellat. & de iure canonico habemus gloss.in cap. Romana,§.finautem in verbo *vel de quo*, versic. Nisi vellet allegare,de appellat.in 6.& ibi etiam Gemin.num.5.ad med. vers. & pro ista parte, iuncto vers.si non allegatur aliqua causa. Hostien. in cap. cum speciali,§.porro,nu.8.in verbo, *vel ipsius confessione*, extr.de appellat.& ibi etiam Io. Andr. num.14.in verbo, *confessione*. Bald.num. 20. vbi ponit formam appellationis prædictæ, quando appellans prætendit confessionem erroneam. Bellam.num.4. in fin. in verbo, *confessione*, Ant. de Butr.num.3.in fine,& 6.vers. De iure canonico. Imol.nu. 12.vers. Si autem est confessus tantum.Io.de Anan. nu.7. vers.Quod intellige verū. Abb.num.1. in fine, in 2. notab. & num 5. vers. Si verò fuit tantum confessus. Vbi quòd hoc procedit tam de iure ciuili, quàm canonico. Franc.n. 5.post med.versic. Sed aduerte.Dec.num.16.& 18.Archid. in c.quicunque in princ. vers.In gloss.1.2.q.6.& ibi etiam Præpos. num.1. Turrecrem. versic. Sed super hoc. videas August.ad Ang.de malef.in verbo *præsente d.Caio, etc.* post num.21,vers. Quod si appellatio est indiscreta,& sine causæ insertione, & num.22.Capr. in tract.de notor. membr. 4.num.3. Carrer.in pract. crim.in tract.de appellat.§. Tertius casus est, num.2, Foller. in pract.crim.in par.1. partis verbo *& si confitebuntur*, num.66.vers prædicta tamen procedunt. Foller.in pract.crim.in verbo *Pœnis debitis feriantur*,num.6,vers. Si vero vbi est confessus,& condemnatus, Vestr.in pract.lib.7. cap.3.num. 16. Couarr. pract. quæst. cap.23.nom.5.post versic. Secunda conclusio,&c. Boss.in tit.de appellat. num. 27. Vbi testatur de magis communi opinione. Viui.opin. 51. num. 1. vers. Sed opinio hæc, & seq. Clar.in pract.crim.§. fin.q.94.in princ.ibi. *Et licet aliqui dixerint, &c.* Vbi de communi ex Boss. in loco præcitato.Contar. in l.1.in 3.limit. num. 39.& seqq.C. de momen.possess. Vulpell.cons.137. num.3. & 6. Vbi testatur de crebriori Doctorū sententia.Adden.ad Constitu:.March. lib.6.cap.3.in verbo *spontè*, nu.1.vers. Intellige hanc sententiam, & vers. seq. Cartar. de exequut.senten.cap.1.num. 71.& 72. vbi & ipse refert Doctores testantes hanc distinctionem,tam de iure ciuili, quàm canonico,& communiter, & magis communiter in practica receptam esse, & num.101.& seq. Sigismund. Scacc.in tract. de iudic.caus. ciuil.& crimin. lib.1.cap.97. post num. 118. vers. Et hæc propositio. Vbi de communi,& num.125. Ex quibus apparet hanc distinctionem procedere tam de iure ciuili, quàm canonico.

158 Et nihilominus aduerte, quod tam de iure ciuili, quàm canonico causa inferenda est in appellatione, non ad effectum, vt appellatio sustineatur, quia etiam sine causa sustinetur appellatio (licèt Iudex à quo non teneatur appellationi deferre, & in exequutione supersedere, vt dixi supra num.156.) sed ad effectum, vt idem Iudex à quo prohibeatur suam exequi sententiam, siue enim inferatur in appellatione causa, siue non, semper sustinetur appellatio, semperque operatur effectum deuolutiuum in confesso tantum, sed si causa non inferitur, non operatur suspensiuum, vt dixi, si verò inferitur, & suspensiuū effectū operatur appellatio. Et ob id Iudex à quo non pōt illi non deferre, pro ut est, quando appellans dicit se non spontè confessum, sed formidine tormentorum, vel quod per errorem confessus est,& quòd propterea intendit suum errorem probare, seu aliter suam cōfessionem declarare. Sic vtiq; discussa materia, & relatis antiquiorum dictis, ac præsertim Canonistarum in c.Romana,§. finautem post sententiam, de appellat.in 6. concludit Imol. in l. creditor.§.iussus nu. 9.per totum,ff.de appellat.& fuit de mente glo.in cap.Romana,§. finautem,in verbo *vel de quo*, vers. Nisi vellet allegare, iuncta gloss. in verbo *mandetur* de appellat. in 6. & ibi hoc idem adnotarunt Hostien. in cap.cum speciali,§. porrò,nu.9.extr. de appellat. dum se remittit ad notata in d. c. Romana eod. §. finautem,& ibi etiam Card Zabar. colum.1.in fine, vers. Dic, quod refert querere. Imol. nu. 12.vers. si autem est confessus tantum. Abb. sub.num.5. & 6. Franc.num.5.post med.vers. Quærit Archid.& num.6. Io. Fabr.in l.2. num.2 C. quor. appell. August.ad Ang. de malf. in verbo *præsente d. Caio, &c.* num.21.post med.Marant. de ordin. iudic.par.6 actu 2.post num.281. per totū. Capr. in tract. de notor.membr. 4.nu. 111. & seq. Carrer. in pract.crim.in tract. de appell.§. tertius casus est,num.4. Folle.in pract.crim.in 1.part.2. par.verbo, *& si confitebuntur*, num. 66. vers. Prædicta tamen procedunt. Vestr. in pract.lib.7. cap.3. num. 16.& ibi Nicol. Grauat.in addit. num.48. Contar. in l. 1. limit. 3. num.39. & seqq.C. de moment. possess.

159 Vide tamen in proposito eundem Gemin. in d. c. Romana, §. finautem,num.5.in discursu. Vbi relatis Antiquorum opinionibus, videtur concludere, quòd ad hoc, vt appellatio liget manus Iudicis à quo in crimine notorio, tam iuris, quā facti,necessaria sit non solum allegatio causæ,sed etiam probatio, alias appellatio operabitur effectū deuolutiuum, non autem suspensiuum. Quod an verum sit pro nunc non firmo, sed potius credo, quòd ad impediendum manus Iudicis à quo, sufficiat allegatio causæ in appellatione, prout videtur de mente omnium præcitatorum Doctorum.

160 An autem in ciuilibus confessus tantum appellet, dic idem,quod in criminalibus; Et propterea isto casu appellatio sine expressione causæ operatur effectum deuolutiuum,non autem suspensiuum, ad trad.num.158. Ita colligitur ex trad. per Gemin. in c. Romana,§.si autem, num. 6.& ibi etiam Franc.num.5.in fine, vers. De confesso verò in ciuilibus,de appellat.in 6. Ad quam materiā an,& quādo in ciuilibus confessus solum appellet,vel non, & quādo operetur effectum deuolutiuum tantum, & quando etiā suspen-

suspensiuum, vide Imol. in c. cum speciali, §. porrò, num. 12. vers. si autem est confessus tantum, extr. de apellat. glo. in c. quicunque, 2. q. 6. in verbo *quicunque*. Specul. in tit. de appellat. §. In quibus, num. 3. Capr. in tract. de notor. in 4. membr. num. 110. Lancillott. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 9. num. 11.

161 Quid autem vigore Constitutionum Marchiæ, & Summorum Pontificum statutum sit in eo, qui solum est confessus, & appellat? Dic quod vigore Constit. March. lib. 6. cap. 3. confessus tantum non auditur appellans, sic etiam pariter nec confessos appellare posse expresè statuitur in constiturione Pij V. 180. incip. Cum sicut accepimus, ad finem, vers. Quo verò ad confessos, in 2. par. Bullar. fol. mihi 1183. Et licet Cartar. de exequut. senten. nescio quomodo, affirmauerit, quòd vigore Constitu. March. confessus tantum possit appellare, ex quo in lib. 2. cap. 6. excipitur tantummodo à regula permissiua appellationis casus, quando quis est sponte confessus, & conuictus simul, ex quo casus confessi tantum, vel conuicti tantum videatur remissiuè incorreptus sub eadem regula; Non tamen per hoc credas vigore dictæ Constitutionis, confessum tantũ posse appellare, cum talis appellatio sit expresè prohibita in d. c. 3. Ad quod certè miror, virum illum non aduertisse, & ita etiam contra Cartar. latius scripsit Sigismun. Scacc. de iudic. caus. ciuil. & c. lib. 1. cap. 97. num. 121.

162 Verum pro declaratione præmissarum constitutionũ, vide Adden. ad Constitu. March. lib. 6. cap. 3. in verbo *sponte*, vbi in primis videtur annuere, quòd per dictam Constitutionem dirimitur inter Doct. controuersia. Nunquid confessus tantum possit appellare, deinde eandem Constitutionem declarat iuxta ea, quæ dixi supra num. 157. vt scilicet procedat, quando condemnatus, & confesus confessionem non reuocat, aut in appellatione nullam adducit causam probabilem, per quam confessio excusetur, aut erronea dicatur; secus autem si confessio reuocetur, & in appellatione aliqua causa iustificatiua deducatur; Quia tunc non obstante hac constitutione, videtur sentire, appellationem esse admittendam, ac demum subdit, quòd quicquid sit etiam in sponte confesso, ipse tamen admitteret appellationem propter multa, quæ possunt occurrere, & maximè vbi tractatur de vita hominis, & rursus vide Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 97. Vbi benè aduertit Constitutionem prædictam Pij Quinti, loqui tantum in condemnatis in pœnam pecuniariam; Ideò non extendendam ad condemnatos ad pœnam corporalem, seu capitalem. Et ita etiam aduertit Sigismund. Scacc. d. c. 97. num. 123.

ARGVMENTVM.

Banniti an &, quando amittant testamenti factionem actiuam, & passiuam; Quando vè priuati censeantur beneficijs Statutorum suæ Ciuitatis tantum, an verò etiam iuris communis.

SVMMARIVM.

Banniti nostri temporis non amittunt ea, quæ iuris communis sunt, nec iuris communis beneficijs priuantur, et multo minus amittunt ea, quæ sunt iuris gentium, seu naturalis, num. 1. & 3. licèt alij contra num. 2.

Banniti possunt facere testamentum secundum dispositionem iuris communis, num. 4. licèt alij contra, num. 5.

Banniti sunt capaces hæreditatis sibi delatæ secundum ius commune tam ex testamento, quàm ab intestato, num. 6. licèt alij contra, num. 7.

Banniti etiam cum publicatione bonorum non amittunt ea, quæ iuris communis sunt, num. 8.

Banniti non amittunt beneficia iuris communis etiam quo ad ea, quæ sunt in territorio illius Ciuitatis, à qua sunt banniti, num. 9. licèt alij contra, num. 10.

Banniti possunt testari secundum formam iuris communis etiam de bonis sitis in territorio banni, quando bona non fuerunt confiscata, vel fuerunt acquisita post bannum, num. 11. licet alij contra, num. 12.

Banniti sunt capaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi etiam in territorio, & Ciuitate, in qua sunt banniti, num. 13. licet alij contra num. 14.

Banniti non amittunt patriam potestatem, num. 15. contra num. 16. & hæc contraria opinio procedit præsertim vigore Bullarum Pontificum, nu. 18. Item procedit. in bannitis a Papa, vel Imperatore, num. 17. Distingue, & concorda, vt num. 19.

Banniti nec etiam amittunt legitimam, & illius successionem, num. 20. nisi in duobus casibus, num. 21. Contra, num. 22.

Banniti possunt contrahere, & ex contractu se obligare, num. 23. & 24. Vbi quid de bannito in aliam pœnam, quam mortis.

Banniti amittunt etiam ea, quæ sunt iuris communis, quando sic expresè Statutum voluit, num. 25.

Banniti amittunt etiam ea, quæ sunt iuris communis, quando Iudex expresè in banno bannitum priuauit ijs, quæ iuris communis sunt num. 26.

Banniti nec etiam possunt testari de iure communi, quando sunt priuati à Statuto etiam beneficijs iuris communis, num. 27.

Banniti sunt incapaces hæreditatis sibi delatæ de iure cõmuni, quando expresè à Statuto sunt priuati beneficijs iuris communis, num. 28. Declara, vt num. 29.

Banniti amittunt etiam ea, quæ iuris communis sunt, quando Statutum illis tolleret omnem fauorem, & omne auxilium, num. 30. vbi infertur ad Bullas Apostolicas, & isto casu perdunt etiam testamenti factionem passiuam, num. 31.

Banniti amittunt etiam ea, quæ iuris communis sunt, quando à Statuto sunt positi extra protectionem iuris communis, num. 32. Declara, vt num. 33.

Banniti non sunt capaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi, quando à Statuto positi sunt extra protectionem iuris communis, num. 34.

Banniti amittunt etiam ea quæ iuris communis sunt, quando à Statuto sunt exclusi ab omni actu legitimo, num. 35. 36. & 37. Vbi infertur ad Constitutiones Summorum Pontificum.

Banniti exclusi à Statuto ab omni actu legitimo, testari non possunt secundum formam iuris communis, num. 38. & seqq. Vbi etiam quid vigore Bullarum Apostolicarum, & quid etiam de homicidis non condemnatis.

Banniti ab omni actu legitimo exclusi, nec etiam sunt capaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi, num. 42. Declara vt n. 43.

Banniti, quibus vigore Statuti non redditur ius, censentur etiam priuati omni beneficio iuris communis, nu. 44. Contra n. 45. & 46.

Banniti, quibus vigore Statutorum ius reddi non potest, adhuc sunt capaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi, nu. 46.

Bannitus in casu prædicto Statuti volentis non reddi ius bannitis, an possit hæreditatem sibi delatam alteri cedere, num. 47.

Bannitus, qui à Statuto potest personaliter, & realiter offendi, amittit etiam ea, quæ iuris communis sunt, num. 48. licet alij contra, num. 49. & isto casu est etiam incapax hæreditatis sibi delatæ de iure communi, num. 50. licèt contra, num. 51.

Banniti amittunt ea, quæ iuris communis sunt, quando Statutum mandat contumacem haberi pro confesso, eumq; posse condemnari, perinde ac si esset præsens, num. 52.

Banniti amittunt etiam ea quæ iuris communis sunt, stante Statuto, quod Forenses acquirere non possunt immobilia in territorio Statuentium, num. 53.

Banniti pro crimine læsæ maiestatis amittunt ea, quæ iuris communis sunt, nu. 54. & propterea non possunt testari, num. 55. Nec etiam sunt capaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi, seu legitimæ, num. 56. Limita primo hæc procedere in bannito pro vero crimine læsæ maiestatis per eum commisso. Secus, si tale crimen non commiserit, licèt fuerit monitus ad comparendum sub pœna rebellionis, num. 57. Limita secundo procedere in bannitis ab Imperatore, vel ab eo potestatem habente. Secus si ab alijs, num. 58.

Banniti à Papa, vel ab Imperatore amittunt etiam ea, quæ iuris communis sunt, num. 59. Qui propterea testari non possunt etiam de iure communi, num. 60. Et pariter incapaces sunt successionis sibi delatæ de iure communi, num. 61. Amplia primo etiam in bannitis à Camera Imperatoris, num. 62. Amplia secundo etiã in bannitis à delegato Papæ, vel Imperatoris, num. 63. Amplia

tertio

tertio in bannitis à Iudice ordinario, banno tamen Imperiali, vel Pontificali, nu.64. & seq. Limita primò in bannitis à Principibus, seu Ciuitatibus inferioribus, num.66. & seq. Vbi declaratur hac limitatio. Limita secundo, in locis non subiectis Papæ vel Imperatori, num.68. Limita tertio, quia nec isti banniti censentur priuati beneficijs iuris gentium, & naturalis. num. 69.

Banniti pro crimine assassinij, vel hæresis amittunt ea, quæ iuris communis sunt, num. 65.

Banniti testamentum etiam de iure communi factum non valet, si is fuerit captus, & decapitatus, siue fiat ante capturam, siue post num.70. & 72. licet alij contra, num.71.

Banniti pro delicto, pro quo ipso iure bona confiscantur, sunt incapaces hæreditatis sibi delatæ de iure communi, num.73.

Banniti sunt incapaces hæreditatis sibi delatæ etiam de iure communi, quando sumus in casu in quo etiam iura, & bona futura confiscata fuerunt, & confiscari poterant, num.74.

Banniti amittunt iura filiationis, cognationis, & agnationis, num.75.

Banniti amittunt iura municipalia, & beneficia prouenientia à Statutis suæ Ciuitatis, à qua sunt banniti, num. 76.

Banniti non possunt testari secundum iura propria, & municipalia illius Ciuitatis, à qua sunt banniti, num.77.

Banniti non sunt capaces hæreditatis ipsis delatæ de iure municipali, & statutario tam ex testamento, quàm ab intestato, nu.78.

Banniti non censentur priuati iure municipali, & statutario circa ea, quæ in eorum odium statuta sunt, num.79.

Banniti nec etiam perdunt iura municipalia, quando Statuta concernant publicum interesse, & publicam vtilitatem, nu.80.

Banniti, qui non possunt impunè offendi, nec etiam amittunt iura municipalia, num. 81. qui propterea possunt testari secundum ius municipale, num.82. & multo magis de iure communi, num. 83. Sic etiam & isti banniti sunt capaces hæreditatis, & successionis ipsis delatæ non solum de iure communi, sed etiam ex Statuto Ciuitatis, à qua sunt banniti, num.84.

Banniti sine publicatione bonorum non amittunt iura propria Ciuitatis quoad bona, num. 85. Qui propterea sunt capaces etiam hæreditatis ipsis delatæ de iure municipali, num.86. Declara, vt num.88. Et an isti banniti sine bonorum publicatione possint testari, num. 89.

Banniti non in pœnam mortis, sed in aliam mitiorem non amittunt iura municipalia, num.90.91. & 92. Vbi etiam an amittant testamenti factionem actiuam, & passiuam?

Banniti in pœnam pecuniariam, & si illam non soluerint, in pœnam mortis, minimè amittunt iura eorum Ciuitatis, num.93.

Banniti an etiam amittant iura municipalia extra territorium bannientis, num.94. & seqq. Vbi etiam an amittant testamenti factionem actiuam, vel passiuam, & de eodem iure municipali extra dictum territorium?

Banniti nulliter vt puta, à Iudice incompetenti non amittunt iura municipalia, num. 99.

Banniti per sententiam interloquutoriam, & non per diffinitiuam, non amittunt factionem testamenti, etiam de iure municipali, num. 100.

Bannitus à Principe restitutus si ante bannum testamentum fecerat, ruptum per bannum reconualescit per restitutionem, num. 101. licet alij contra, num.102.

Bannitus à Principe restitutus an recuperet hæreditatem tempore banni sibi delatam, & alteri quæsitam propter eius incapacitatem, num. 103.

Banniti non ex veris probationibus, sed in contumaciam non amittunt iura municipalia, nec ciuilia etiam in casibus, in quibus aliàs amitterent, num.104. contra, num.105.

Banniti possunt institui hæredes in pluribus casibus. Adhibitis tamen cautelis, de quibus in num.106.107. & 108.

Bannitus, quando succedit in aliqua hæreditate, tunc fiscus illam non aufert ab eo, tanquam ab indigno, num. 109. Sed quid si bannitus sit incapax hæreditatis? An tunc fiscus subintret, illamq; à bannito tanquam ab indigno auferat in præiudicium substitutorum, aut venientium ab intestato? num.110.

QVÆST. CII. INSPECTIO I.



VÆRENDVM hoc loco mihi propositum de amissione, quam faciunt banniti, & condemnati ad mortem naturalem, seu ciuilem propter bannum, & condemnationem prædictam, & pro faciliori intelligentia hanc disputationem in tres inspectiones diuidendam putaui, in quarum prima de absentibus bannitis, & condemnatis; In secunda de præsentibus tantummodo ad mortem naturalem condemnatis: In tertia autem de damnatis ad mortem ciuilem pertractabo.

1 REGVLA igitur in hac prima inspectione sit. Quòd banniti nostri temporis, ex forma scilicet Statutorum volentium eos contumaces, tanquàm confessos, posse condemnari, & impunè offendi, non amittunt ea, quæ iuris communis sunt, nec iuris communis beneficia, & multo minus ea, quæ sunt iurisgentium, seu naturalis. Bart. in l. 1. sub num.3. C. de hered. instit. & ibi etiam Ang. nu. 1. Alex. post num.4. versic. Nec amittent ea, quæ sunt iuris communis. Salycet. num.20. versic. Similiter quærebam. Paul. de Castr. nu.4. vers. Si autem potest impunè offendi, Corn. num. 5. post med. vers. Si verò disponit & nu.7. Io. Sicar. num. 15. vers. Ergo bannitus à Venetis. Bald. in l. ex facto. §. ex facto, num. 5. vers. Iura ergo communia non perdunt, ff. ad Trebell. & ibi etiam Imol. num. 20. Nell. de bannit. in 1. par. 2. tempor. quæst. 5. in princ. vers. Iura autem gentium, & quæst. 37. in princ. vbi etiam de communi. Pract. Conrad. rubr. de contumac. & bannit. num. 30. Vbi alijs relatis, testatur de cõmuni opinione. Neuizzan. consil. 73. num.7. Ludo. Car. cons. crim. diuers. 103. num.4. tomo 1. in fol. Vbi de communi. Petr. à Plach. in epito. delict. cap.44. num. 3. Vbi quod hæc conclusio est frequentiori Doctorum calculo recepta. Steph. Lambertēg. de cõtract. eorum, &c. glo.8. num.28. Vbi de communi. Boss. in tit. de bonor. public. num. 69. Vbi pariter de communi. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 27. Vbi de communi. Villalob. in commun. opin. litera B. num. 5. vbi de communi ex Curt. Iun. quem allegat in cons. 182. num. 4. Viui. opin. 79. num. 1. alijs relatis, testatur de communi. Gozad. cons. 96. num.6. Decia. cons. 64. num. 41. lib. 3. Vbi de magis cõmuni Alex. cons. 26. num. 1. vers. Sed præmissis non obstantibus lib. 1. Cæphal. cons. 124. num. 18. lib. 3. vbi de communi, de qua etiam Bertaz. cons. 510. num. 9. lib. 2. Io. Petr. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 17. num. 21. vbi alios refert concordantes, & de communi testantes Decia. cõs. 86. num. 5. lib. 3. Vbi de magis recepta opinione. Peregr. de iur. fisci. lib. 3. tit. 7. num. 8. 9. 18. & seqq. Vbi ex hac conclusione facit plures illationes Simon de Pret. de interpr. vlt. volun. lib. 2. intepr. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 11. vers. Si verò ab alio inferiore; vbi testatur de communi opinione, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum ex Aret. & alijs per eum relatis Honded. cons. 67. nu. 20. Brunor. à Sole in suis quæstionibus legalibus, quæst. 16. num. 1. & seqq. Vbi pluribus relatis concordantibus, ac etiam relatis, & reprobatis contrarijs hanc communem defendit opinionem.

2 Et quamuis Practica Conrad. in tit. de cõtum. & banit. num. 31. fol. mihi 447. post Corn. Ias. & Marsil. in locis per eum relatis, videatur testari communem esse opinionem, quòd banniti in ære, & in persona, & qui impunè offendi possunt, perdant etiam iura cõia. Quod & idem suaderi videtur ex deductis per Neuiz. in cõs. 73. n. 1. & seq. & per Marcabr. ab Anguill. in cons. 83. num. 194. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 45. num. 19.

3 Non tamen recedas à præcedenti conclusione, & regula, quæ sine dubio magis communiter à Doctoribus recepta est, Doctoresq; in ea allegati expressè loquuntur, quãdo bannitus impunè offendi potest; Et nihilominus volũt, illum non amittere iure communia; Immò si offendi non posset, tunc nec etiam iura municipalia amitteret. Dixi infra num.81. Sic etiam & omnes Doctores allegati infra num. 8. pariter loquuntur in bannito capitaliter & cum publica-

publicatione bonorum,& tamen affirmant, quòd nec isto casu iura communia amittit, ergo falsum est, quod bannitus in ære,& in persona,& qui impunè offendi potest iuris communis beneficia perdat.

4 HINC est, quòd idem bannitus, vt supra, poterit secundum ius commune testamentum facere, secundum eundem Bart. in d.l. eius,qui. §.si cui. num.2. ff.de testam. Vbi etiam refert se idem determinasse in sua disputatione,incip. Lucanæ Ciuitatis Staturo,&c. & ibi etiam Bald. num.3.vers.aut vult testari secundum formam iuris communis, & Aret.colum.5.post num. 4. vers. vnus est idem. Aret in l.si quis post accusationem.num.2.post med.col.2. in princ.vers. Debes etiam scire,ff.eod.de testamen.Bart. in l.1.sub num. 3. vers.sed si testamentum, C.de hæred.instit.& ibi etiam Ang. num. 1. Iaſ.num.5.in fine. Corne.nu. 5.post med. versic.Et ideo sequendo communem,& num. 7.vers.& similiter non poterit testari.Io.Sicar.nu. 17.in fi. Ripa in l.ex facto,§.ex facto,n.17.vers.Item infertur quod bannitus,ff. ad Trebell. Boss. in tit.banniti quid amitt.nu. 13. Vbi quòd ita communiter tenetur ex Nell.quem allegat.in tract.de bānit. in 1.par.2.temporis,quæst.52.Capra concluſ. 102. num. 110. Vbi quod ita communiter tenetur,& num.115. Bero.conſ.8.lib.2.per totum.Vbi præsertim,num.6.& seqq. hanc conclusionem comprobat quinque fundamentis, & conſ.54.num. 10.eod.lib.2. Boss. in tit.de bono.public.nu.67.in fine.Viui.opin.79.num.3 Vbi de communi. Clar in §.testamentum, quæst. 19. vers Aliquando verò,ad med. Vbi quòd in hoc omnes concordāt ex Aret.in loco per eum citato; Ampliatq; , etiam quòd sit bannitus cum confiscatione bonorum quia adhuc poterit testari de bonis,si quæ habet,extra territorium Ciuitatis, à qua est bannitus non confiscatis , ac etiam de bonis post confiscationem acquisitis,& rursus in quæst.21.nu.4 versic. Aut verò talis condemnatus Cæphal. consil. 324.n. 28.lib.3. Ioan.Petr. Surd conſ.90.num.38. Vbi quòd hæc conclusio non solum est communis, & in ea concordant omnes,sed etiam seruatur in practica ex Aret. & Corn. in locis per eum relatis.Menoch. conſ.271.num. 25.lib.3. Vbi de communi. Hippol. Riminal.conſ. 595. nu.43.& 54.lib. 5. Vbi propterea reprobat Specul.contrarium tenentem. Pereg.in tract. de iur.fisci,lib.3.tit.2. num.9. Thob.Non. conſ. 63.num.3.

5 Quamuis contrarium,quòd immò bannitus,nec etiam de iure communi testari possit post Specul. quem allegat voluisse videatur Goffred. in l.eius,qui. §.si cui , num.1. ff.de testam.Vbi loquitur in bannito in pœnam mortis naturalis, aut ciuilis, & faciunt deducta per Neuiz. in conſ. 73.nu.1.& seq.Ioseph Ludou.conclus. 1. colum.1.in fine, vers.Infertur sexto. Vbi generaliter dixit,bannitos, qui ex forma Statuti impunè offendi possunt, intestabiles esse; Testamentumque ab eis antea factum nullū esse ex Bero. in conſ. 54.num.7.lib. 2. Qui tamen non loquitur in bannito simpliciter,sed in bannito, tanquam rebelle.

6 HINC etiam bannitum esse capacem hæreditatis sibi delatæ tam ex testamento , quàm ab intestato secundum ius commune voluerunt Cyn. in l.1.post num. 3. C. de hæred. instit. post Iacob. de Rauenn. quem allegat, & ibi etiam hoc adnotarunt Bart. post num. 3. vers.sed si testamētum est validum. Adden.ad Bar.ibi litera F. Alberic. num. 4. Vbi quòd ita communiter tradunt Doctores, & num. 5. Vbi pluribus hanc probat opinionem, & num. 17. in fine, vers. In casu ergo. Quamuis multa in contrarium adducat num.6.& 7. Ang.num.1.Salycet.num.20.vers.Similiter quærebam. Paul. de Cast.num.4. vers. si verò sit institutus secundum formam iuris communis. Iaſ.nu.5.Corn. post num. 5. vers.& ideò bannitus potest hæres institui, vbi de communi, & num 7. Alex.conſ.75.nu.2.lib.1. vbi de magis communi. Nell.de bannitis in 1.par.2.temp.q.37. vbi, quod ita dicunt communiter Doctores,& q.38. vbi quod in hoc omnes Doctores sequuntur Bart. vbi supra. Rip in l.ex facto,§. ex facto,nu.17. vers. secundo infertur, ff.ad Trebell. Pract. Conrad.rub.de contumac. & bannit. num.33. in fine, Neuiz. conſ.73. per totum, vbi latè comprobat , proponit contraria, & illis respondet. Ludo. Car. conſ. crim. diuer.103.num.4. tomo 1.in folio , vbi de cōi. Ioan. Sicar.in addit.ad Villalob.in commun. opin. litera B.num.6. Vbi plures refert testantes de communi opinione,Viui.opin.79.num.3 Vbi de communi, Clar.in §.testamentum,q.20.in prin. vbi alijs relatis , testatur de magis communi opinione. Bertaz. conſ. 510. num.9. lib.2. Vbi alijs relatis , hanc conclusionem dicit communiter receptam,& cōſ.489.num. 1. Vbi de communiori opinione. Gozad.conſ.96.num.6.Menoch.conſ.101.num.3. Vbi de recepta Doctorum sententia, Bero.conſ. 54.num. 10.lib.2. & conſ.491.num. 11.lib.5.Decia.conſ 86.num.5.lib.3.Vbi testatur de magis recepta opinione. Mich. Crass. in tract. de success.§.legatum,q.8.num.1.Vbi quod est capax legati, & in §.Institutio.q.3.& in §. successio ab intestato,q.7.nu. 1. Simon de Pret. de interpr. vlt.volun.lib. 2. interpret.2. dubit.1. solut.1.num.12.fol.124. Thob. Non.conſ.93. nu. 3. Brunor.à Sole in suis qq. legalibus,q.16.nu. 3.11.& 24.

7 Quamuis in contrarium multa adducantur per Neuiz. d.conſ.73. num.1.& seq.

8 AMPLIA I. vt banniti prædicti non amittant ea, quæ iuris communis sunt, etiam quòd fuerint banniti cū publicatione bonorum,secundum Imol.in l. ex facto,§.ex facto,num.20.ff ad Trebel. Decia. conſ.64. num.43.lib.3. Cepha. conſ.324 num.21. lib.3. Vbi de communi.

9 AMPLIA II. propositam regulam,vt bannitus non amittat ea, quæ sunt iuris communis,etiam quo ad ea, quæ sunt intra territorium illius Ciuitatis,à qua est bannitus,secundum Alex. in l. 1.post num.4. vers. & nota istam formam argumenti.C. de hæred. instit. vbi alijs relatis, & reprobato Imol contrarium tenente, testatur de communi opinione. sequitur ibi Salyc. num.20. & 21. dicnes, quod licèt aliàs tenuerit contrarium; tunc tamen hanc opinionem credit tutiorem. Nell.de bannit.in 1.par.2.tēp. q. 5.vers. ego autem sto. Vbi de communi,reprobato Bal. contrarium sentiente. Ripa in l.ex facto. §. ex facto,num. 15.ff ad Treb. Vbi hanc sententiam dicit communem iuribus,& rationibus benè comprobat, & respondet contrarijs. Boss. in tit.bannit. quid amitt.nu.13. Vbi de communi ex Alex. Nell. & Corne. in locis per eum relatis. Et propterea non esse curandum de Iaſ.& Alexand. sibi contrarium tenentibus in locis pariter ibi relatis Neuiz.conſ.73. ferè per totum , vbi relatis, & reprobatis contrarijs, hanc dicit communem, & in practica seruatam opinionem ; Et quod si Iudex aliter iudicaret,faceret litem suam.Clar.in pract.crim.§.fin q.71. num.12. vers. Dixi autem in fine. Vbi dixi , quòd licèt Boss. quem mox allegabo, in tit. de bonor. public.num.69. & clarius Alciat. conſ. 68. num.9. attestentur in Dominio Mediolani seruari , quòd banniti amittant etiam iura communia ; quo ad bona posita in illo Dominio ; Ipse tamen vidit in pluribus articulis diuerso modo iudicari. Clar. in §. testamentum, quæst. 20. vers. Et hæc quidem conclusio.Vbi reprobato Iaſo. contrarium attestante,hanc dixit magis communem Doctorum sententiā, & etiā veriorem , allegāns insuper Marin. in repet.l. is potest, num. 119 ff. de acquir. hæred. Et quod propterea ab ea in consulendo, & iudicando recedendum non est.Gozadin.conſ.96.num.1.in fin.& 2.iuncto num.4 & seqq. Vbi quòd hæc est tutior opinio. Decia. conſ. 64 num.41. & seqq. Vbi latè exornat,alios refert , & testatur de magis communi,& contrariam opinionem non veram affirmat.lib. 3. Menoch. conſ.271.nu.1.& seqq. vsque ad nu.20. & num.24.Et ferè per totum consil.lib.3. Vbi disputata quæstione ad partes , & relatis hincinde Doctorū authoritatibus, hanc sequitur sententiam, tanquam magis communem, & à qua in practica non esse recedendum dixit ex Aret.in §.1.Instit.quib. mod. ius patr. post solutur e Hippol.Riminal. conſ.595.num.1.& seqq.lib.5.vbi in primis refert omnes Docto. contrarium tenentes, & præsertim Decian. conſ.86. num.31. & seqq. lib3. & deinde num. 41.& seqq. pluribus refert multo plures hanc sententiam probantes, ac testantes de communi, & magis communi opinione , & propterea eam ex Doctorū dinumeratione ; sicut veriorem credidit , ita etiam longè frequentius celebratam , crebriorem ; & reuera magis communem affirmauit

mauit Peregr. de iur. fisci lib. 3. tit. 6. num. 8. & 9. vbi relatis contrarijs, dixit eandem contrariam opinionem communiter reprobari.

10 Quamuis contrarium originaliter voluerit Rayner. in l. 1. C. de hæred. instit. quem sequuti sunt Imol. in l. ex facto §. ex facto, nu. 10. versi. Sed tu adde, ff. ad Treb. Alex. cons. 75. num. 7. & seqq. lib. 1. vbi latè. Corne. Marsil. Ias. & alij, quos in proposito refert Contad. in pract. tit. de contumac. & bannit. num. 31. in fin. & 32. fol. mihi 447. Vbi de magis communi. Boss. in tit. de bonor. public. num. 69. ante med. Vbi quod hanc opinionem vidit seruari. Villalob. in cõmun. opin. litera B. num. 6. vbi de cõmune ex Gozad. quem allegat in cons. 95. num. 7. Viui opin. 79. num. 4. allegat Paris. in cons. 157. nu. 19. lib. 4 & Signorol. de Homod. cons. 84. num. 3. Ioseph. Ludou. conclus. 3. colu. fin. vers. An autem bannitus. Vbi dixit quòd licèt Rimin. iun. hanc quæstionẽ ad partes disputet in l. Vt vim. ff. de iust. & iur. Ibique vtramq; opinionem dici posse magis communem affirmet. Et licèt eam Decian. in cons. 86. num. 5. lib. 3. pariter dicat magis communem opinionem esse, quod bannitus in territorio bannientis non ammittat nisi ea, quæ sunt Statutorum illius Ciuitatis, à qua est bannitus. Ipse tamẽ credit, & veriorem; & plusquam magis communem esse sententiam, quod in territorio bannientis bannitus etiam ea, quæ iuris cõmunis sunt, amittat. Marcabrun. ab Anguill. cons. 83. num. 189. & seqq Vbi præcipuè reprobat Zuccar. asserentem contrariam opinionem esse communem, l. 1. num. 54. C. qui admitti, Menoch. cons 492. num. 18. lib. 5. Decian. d. cons. 86. num. 31. & seqq. lib. 3. Vbi pluribus hanc tamquàm magis communem defendit opinionem. Quamuis supra num. 5. & 8. contrarium tenentes retulerit Simon de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubitat. 1. solut. 1. num. 14. post med. Vbi testatur de communi opinione, & quod ab ea non est recedendum, ex Corn. & Ripa in locis per eum relatis folio mihi 124.

11 HINC retenta prima opinione, quæ magis communis videtur, bannitum posse testari, secundum formam iuris communis, non solùm de bonis sitis extra territorium, à quo est bannitus, vt dixi infra num. 95. sed etiam de bonis sitis in territorio banni, quando bona non fuerunt confiscata, vel fuerunt acquisita post bannum scripserunt Gozzad. in cons. 96. num. 1. vers. Item etiam non poterit testari iuncto num. 4. & seqq. Menoch. cons. 492. num. 9. 12. & seq. lib. 5. vbi alij referuntur concordantes, Peregr. de iur. fisci lib. 3. tit. 7. num. 19.

12 Quamuis contrarium, quod immò bannitus non possit testari de bonis sitis in territorio suæ ciuitatis, à qua est bannitus, etiam de iure communi voluerit Thob. Non. cons. 93. num. 5. & seqq. Qui tamen loquitur in statu Ecclesiastico, in quo vigore Bullæ Clementis VII. contra homicidas, &c. bannitus à territorio vnius ciuitatis status Ecclesiastici, intelligitur etiam bannitus ab omnibus terris Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subiectis.

13 HINC etiam bannitum esse capacem successionis, & hæreditatis sibi delatæ de iure communi; tam ex testamẽto, quàm ab intestato in territorio, & ciuitate, à qua est bannitus, voluerunt in specie Salyce. in l. 1. num. 20. versic. similiter quærebam, & num. 21. C. de hęred. instit. Vbi relatis hinc inde contrarijs hanc opinionem tutiorem credit, licèt aliàs cõtrarium sensisse asserat: & ibi etiam Corn. num. 7. vers. primum autem membrum. Vbi multis hinc inde deductis, testatur de tutiori, & communi opinione, Ioann. Sicar. nu. 15. in fin. vers. & hæc sententia. Vbi quòd ita communiter tenent Doct. reprobato, Paul. de Castr. contrarium tenente, Boss. in titulo banniti, quid amitt. num. 19. vbi de communi. Et quòd ab ea in iudicando nõ est recedendum, proponit contraria, & illis respondet. Neuizza. cons. 73. ferè per totum, vbi alios refert, proponit contraria, & illis respondet, dicens, sub num. 8. Quòd ista est communis opinio, quæ seruatur in practica; Et si Iudex aliter iudicaret, faceret litem suam, Clar. in §. testamentum, q. 20. vers. Et hæc quidem conclusio. Vbi reprobato Ias. contrarium attestante, hanc dixit magis cõem Doctorum sententiam, & etiam veriorem, allegans insuper Maran. in repet. l. is potest. num. 119. ff. de acquirend. hæred. Et quòd propterea ab ea in consulendo, & iudicãdo recedendum non est. Bertazz. consil. 510. num. 9. Vbi alijs relatis, hanc sententiam communiter receptam testatur, licèt aliqui alij Doctores pariter ibidem relati, nu. 1. contrarium dixerint. Bertazzo. cõsil. 489. num. 1. & seqq. lib. 2. vbi alios refert concordantes, relatisque, & reprobatis contrarijs, hanc veriorem, & frequentiorem testatur, & quòd contraria opinio nec vera, nec communis est, prout & eandem contrariam sententiam falsam, hanc autem mabis receptam, dixit Claud. filius, ibi in addit. litera A. Cæpha. cons. 324. num. 31. lib. 3. vbi testatur de magis communi opinione, à qua & in consulendo, & iudicando dicit non esse recedendum, ex Aret. Port. Aldobrand. & Zuccard. in locis per eum relatis. Menoch. cons. 271 nu. 1. & seqq. & 20. 21. 24. & ferè per totum consilium lib. 3. vbi disputata quæstione ad partes, & relatis hinc inde Doctorum authoritatibus, hanc sequitur sententiam, tanquàm magis communem, & à qua in practica non esse recedendum, dixit ex Aret. in §. 1. instit. quib. mod. ius patr. potest. soluit. Hippol. Rimin. cons. 395. num. 1. & seqq. lib. 5. Vbi in primis refert omnes Doctores contrarium tenẽtes, & præsertim Decia. cons. 86. num. 31. & seqq. lib. 3. deinde num. 41. & seqq. pluribus refert multo plures hanc sententiam probantes, & testantes de communi, & magis communi opinione. Et propterea eam ex Doctorum dinumeratione, sicut veriorem credidit. Ita, & longè frequentius celebratam, crebriorem, & reuera magis communem affirmauit Michael Crass. in tract. de success. §. legatum, quæst. 8. num. 2. Vbi relatis contrarium tenentib. dicit, quòd reuera ista opinio est magis communis; & idẽ testatur in §. institutio, quest. 3. vers. Et quamuis, & in §. successio ab intestato, quæst. 7. nu. 1. Peregr. de iur. fisci lib. 3. tit. 7. quæst. 19. num. 30. 31 & 35. versic. Extra istos casos, & seqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs; hanc dicit communem, & magis communem sententiam, & sigillatim respõdet omnibus argumentis pro contraria opinione relatis, Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpretat. 2. dubitat. prima, solut. pri. num. 24. fol. 125. in fi. Vbi hanc sequitur opinionem, respondet contrarijs, reprætenditque Ias. in cons. 166. lib. 2. testantem, quòd contraria opinio sibi videtur magis communis; & hanc opinionem tanquam æquiorem, amplexam fuisse Cameram Apostolicam in vna Veliterna bonorum inter hæredes Capitanei Cenci Capisucchi ex vna, & D. Hersiliam de Rubeis ex altera, sub die 19. Nouemb. 1576. testatur Paul. Granut. Theorem. 4. post num. 7. licèt super num. 4. & 5. contrariam opinionem, & veriorem, & magis communem credidit.

14 Quamuis contrarium, quòd scilicet bannitus non sit capax hęreditatis sibi delatæ, de iure communi in territorio, & ciuitate, à qua est bannitus voluerunt Paul. de Castr. in l. 1. in fin. num. 4. vers. Aduerte tamẽ. C. de hæred. instit. Vbi dixit, quòd ita aliàs ipse plures consuluit, & cõsultum fuisse se vidisse testatur in Ciuitate Florentiæ, sequitur idem Ias. num. 6. Vbi refert etiam Alex. ita pluries consuluisse apud Mutin. vt in eius cons. 23. num. 10. lib. 1. & cons. 75. num. 7. & seqq. eodem lib. 1. Imol. in l. ex facto §. ex facto, num 20. vers. Et ex hoc sequitur ff. ad Trebell. Socin. reg. 36. in prin. Ludou. Car. consil. crim. diuer. 103. num. 5. tomo 1. in fol. vbi alios refert de communi testantes. Menoch. cons. 101. num. 6. iuncto nu. 9. Vbi quòd hæc est communis Doctorum sententia, à qua malè dissentire affirmat Neuizza. Corn. & Gozzad. in locis per eum relatis. Et hanc contrariam opinionẽ pluribus alijs antiquiorum, & recentiorum authoritatibus, quas hic rescribere inconueniens duxi, etiam relatis antea contrarijs, amplecti videtur Paul. Granut. Theorem. 4. num. 2. & seqq. Subdens hanc sententiam esse veriorem, & magis communẽ, tum ex dinumeratione Doctorum ibi per eum relatorũ; tum etiam quia pro hac opinione adsunt plures Doctores testantes de communi, quàm pro contraria; licèt postea non inficiatur eandem contrariam opinionem, vt supra eam retuli, esse equiorem, post quàm Camera Apostolica

quæ

quæ æquitatẽ sequi solet, illam amplexa fuit, March. Ant. Eug. consil. 69. num. 15. vbi etiam de communi.

15 AMPLIA III. (& quidem illatiuè ex regula) vt propterea bannitus non amittat patriam potestatem, secundũ Bal. Ang. & Alex in l. si cum dotem. §. patri. ff. solut. matr. Rip. in l. ex facto. §. ex facto. num. 19. ff. ad Trebell. Boss. in tit. de bonor. public. num. 69. vers. An bannitus. Vbi quòd ista est opinio Bart. & communis, licèt dicere videatur se vidisse seruari, quòd immò illam amittat, quoad bona posita in territorio, à quo est bãnitus. Clar. in pract. crim. §. fina. q. 71. num. 7. vers. successiuè quæro, vbi de communi ex Alex. quem allegat, in l. si cum dotem. §. si fratri, num. 4. ff. solut. matrim. Peregr. de iur. fisci. lib. 3. tit. 7. nu. 23. vbi plures ad hanc opinionem refert concordantes, & ex ea plures facit illationes, & inter aliàs, Quòd filius bannitus à patre in testamento impunè præteriri non potest.

16 Contra, quòd immò bannitus amittat patriam potestatem, & ab ea liberatur, voluerunt Bar. in l. si adulterium. §. liberto. ff. de adulter. per text. in l. postliminium. §. filius. ff. de capitiu. & post limin. reuer. & in l. minimè. ff. de releg. Paris. consil. 157. num. 20. lib. 4. Vulpell. cons. 20. num. 2. & seqq. Vbi dicit, ꝙ licèt Doctores controuertant, An banniti nostri temporis patriã potestatem amittant, vt videre est apud Doctores ibi per eum relatos; Verior tamen, & crebrior est sententiam, ꝙ cum impunè offendi possint, & tanquàm hostes ciuitatis pro mortuis habeantur, præsertim vigore Bullarum Pij IV. & V. contra bannitos, ideo & sine dubio eã amittunt, ex Castren. Rom. Alex. Ias. Soci. Curt. iun. Alciat. & Ferrett. in locis pariter per eum relatis, Ioann. Petr. Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 18. num. 60. Vbi ꝙ in multis casibus propter bannum pater amittit patriã potestatem, saltem quoad ciuitatem, à qua est bannitus, ex Salyce. Alex. Castren. & alijs per eum allegatis. Relati per Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 23. vers. de contra.

17 Et hæc secunda opinio sine dubio procedit in bannito à Papa, seu Imperatore, secundùm Martin. Laudẽ. in tract. de crim. læs. maiest. q. 54. Boss. in tit. de bonor. public. num. 69. in fine, & num. 70. vers. Tamen in hoc.

18 Sic & eadem secunda opinio pariter procedit vigore bullarum Pontificum, quibus banniti, maximè pro homicidio, sunt priuati ab omni actu legitimo, & tanquàm hostes perpetuò diffidati. Quo casu bannitos amittere et patriam potestatem, consuluit Honded. cons. 95. num. 86. & sequen. & voluit Vulpell. vbi supra d. consil. 20. num. 2. & sequentibus.

19 Et generaliter pro concordia prædictarum contrariarum opinionum poteris dicere: quòd secunda opinio procedit in bannitis pro crimine læsæ maiestatis, ac in rebellibus, ac transfugis, qui in hostes se conuertunt, in quibus terminis loqnuntur iura per Bar. adducta, prima autẽ opinio procedit in bannitis pro alio crimine, quamuis capitali, & etiam quòd impunè offendi possint; sic enim distinguendo scripserunt Salyce. in l. 1. in 6. quæst. C. de hæred. instit. Rip. in l. fin. quæst. 23. C. de reuocan. donat. Claud. Aquen. in l. 1. §. fina. nu. 13. ff. de iust. & iur. Socin. iun. cõs. 54. in tertio volum. prout hos refert, & sequitur Peregr. in tractat. de iur. fisci, libro tertio, titu. 7. num. 23. in fine, versic. Tu dic.

20 AMPLIA IV. (& pariter illatiuè ex regula) vt banniti, nec etiam amittant legitimam. Ideo in casu, in quo legitima non veniat in confiscatione bonorum, sicut sunt capaces hæreditatis sibi à iure communi delatæ. Ita etiam succedant in eadem legitima, ipsi iure naturæ debita, prout consuluit latè Decian. cons. 64. num. 4. & seqq. lib. 3. & dixit Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 27. ad med. vers. Item ꝙ nec filius, &c. Quòd pater non possit filium bannitum in testamento præterire, ex Corne. & Curt. iun. in locis per eum relatis, & num. 42. pariter dixit falsam esse, & contra communem opinionem Baldi decisionem, & in l. si qua pœna. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. Et quòd propterea mortuo patre, debetur bannito

21 legitima, ex Decian. in loco præcitato. Dicit tamen eandem Baldi decisionem, posse duobus modis saluari. Primò in filio bannito pro crimine læsæ maiestatis ad terminos l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Secundò, vt in vita patris filio nõ debeatur legitima, adeò, vt fiscus ex illius persona illam capere possit, prout scripserunt Clemen. & Gig. in locis per eum relatis: sed extra hos duos casus bannitus minimè legitima priuatur, vt ibi per eum.

22 Quamuis contrarium suaderi videatur, ex trad. per Castell. Cott. in memoral. in vers. bannitus ex crimine capitali. Vbi post Bart. & Alexand. in locis per eum relatis, dixit quòd ex quo banniti habentur pro mortuis; ideo non est necesse, vt in testamento eis relinquatur legitima, nec fiscus eius nomine potest eam petere, ex quo eius loco alter succedit, & latius, in vers. Testamentum in quo pater. Vbi alios refert concordantes, & alia ponit in materia; & Cottam refert Hippol. Riminal. cons. 195. sub nu. 3. lib. 5. faciunt scripta per Decia. consil. 86. nu. 36. lib. 3. Vbi consuluit, filium bannitum non succedere in legitima sibi in testamento patris relicta: Item faciunt scripta per Bal. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Vbi dixit, quòd filio bannito in ære, & in persona, non debetur legitima in bonis patris: fiscusq; ex persona filij illam petere non potest: Et Bald. sic dicentem sequuti sunt Paul. de Castr. Alex. Ias. Dec. & Curt. iun. in locis relatis per Pereg. Quos tamen ipse non sequitur in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 31.

23 AMPLIA V. vt ex quo bannitus non amittat ea, quæ sunt iuris communis, vel gentium. Idcirco possit cõtrahere, & etiam ex contractu se obligare, secundũ Cœph. in consil. 314. num. 1. & seqq. lib. 3. Vbi pluribus hanc probat conclusionem, proponit contraria, & illis respondet. Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 19. Vbi quòd non solũ potest contrahere: sed etiam contrahendo iure communi ex quibuscunque causis sibi acquirit.

24 Bannitus autem non in pœnam mortis sed in aliam pœnam, etiam cum publicatione bonorum potest acquirere ne dum ex contractibus iuris gentium, sed etiam ex cõtractibus iuris ciuilis, secundum ea, quæ dixi infra num. 90. & seq. Et voluit Salyc. in l. 1. num. 7. vers. Et sic concludo. C. de hæred. instit.

25 LIMITA I. huius primæ Inspectionis propositam regulam non procedere, quando Statuto expresè caueretur, vt banniti remanerent etiam priuati beneficijs iuris communis: Tunc enim dubiũ non est, quòd etiam amittunt ea, quæ iuris cõis sunt, secundum Rip. in l. ex facto, §. ex facto. n. 16. ff. ad trebell. post Bar. Ang. & Salic. in locis per eum relatis. Boss. in tit. de bonor. public. nu. 70. vers. Vnde si exprefsè tolleret, post Corn. in loco per eum relato; Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 45. num. 12. Simon de Præt. de interpret. vltimæ volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 14. ante finem, fol. mihi 124.

26 Idem quando Iudex expresè in banno priuauit bannitum etiam ijs, quæ iuris communis sunt, voluit Simon de Præt. in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 20. fol. mihi 124. à tergo. Et faciunt, quæ dixi infra num. 67.

27 HINC bannitum non posse testari, etiam de iure cõmuni, quando Statutum expresè mandat bannitos censeri priuatos ijs, quæ iuris cõmunis sunt. Voluit Gozzad. consil. 96. num. 8. ad med. versic. secundo respondeo, & alios plures refert concordantes, Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q. 16. num. 24.

28 HINC etiam bannitos esse incapaces hæreditatis ipsis delatæ de iure communi, quando Statutum expresè illis denegat iura communia, voluit Corne. in l. 1. colum. fin. versic. Ideo si Statutum denegaret. C. de hæred. instit. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 34. & idem quando Statutum expresè mandat bannitos esse incapaces successionis, voluit Bald. in l. 1. num. 23. C. de hæred. instit. Clar. in §. testamentum, q. 20. in fine, vbi loquitur, quando Statutum expresè excluderet bannitũ ab omni iure, & successione, Menoch. consil. 101. num. 1. versic. Aut perdit etiã quæ sunt iuris communis. Vbi testatur de recepta Doctorum sententia. Paul. Granut. Theorem. 4. num. 11. allegat. Bursat. in consil. 54. num. 4. Menoch. consil. 271. num. 19. in fine princip. versiculo, subiungit tamen, &c. vbi refert, & se-

& sequitur Clarum in loco præcitato.

29 Vide tamen in hac vltima illatione Menoch. in dicto consil.271.num.15.& 24. versic. non obstat tertium, vbi quod in hoc, vt Statutum priuet bannitum successione sibi delata à iure communi, necesse est, vt expressè ipsum priuet commodis, & beneficijs à iure communi prouenientibus, secus autem si simpliciter eum priuaret successione testati, vel intestati, quia in dubio intelligitur priuasse successionibus, quæ deferuntur à Statutis eiusdem ciuitatis, secus ab ipso iure communi, sicut & pariter in dubio Statutum censetur priuare bánitum commodis, & beneficijs prouenientibus à ciuitate, à qua exulat, non autem iuris communis ex Nell. quem allegat in tract. de bannit. in prima par.2.tempor.q.37.& 38.

30 LIMITA II. quando Statutum bannito tolleret omnem fauorem, & omne auxilium, prout faciunt Bullæ nostræ Apostolicæ, quæ non solùm bannitis auferunt auxilium, & fauorem, sed etiam præstantes tale auxilium, & fauorem puniuntur. Tunc enim ipsi banniti amittunt et ea, quæ iuris communis sunt, secundum Menoch. consil. 491.num.3.vers.tertio, & vltimo lib.5. Vbi alij referuntur cócordantes in tract. de præsumpt.lib.5 præsump.45.nu.18.

31 HINC bannitum perdere testamenti factionem passiuam, nec posse succedere etiam de iure communi, quando Statutum ei tollit omne auxilium, & omnem fauorem, voluit idem Menoch.d.cons.491. post num.3.lib.5.

32 LIMITA III. quando Statutum poneret bannitum extra protectionem iuris communis. Tunc enim etiam ea, quæ iuris communis sunt, amittit secundum Alex. post Cyn. & Bald. in locis per eum relatis, in l.1.nu.4.col penult. vers.limitat tamē hoc singulariter Bald.C.de hæred. insti. Ripa in l. ex facto. §. ex facto, num. 16.ff.ad Trebell. Alex. cons.75.nu.9 in pri.volum. Boss. in tit.Bannit. quid amitt. num.14.post med. vers. sed quid si Statutum, & d.num.14. in fine. vers.Tamen aduerte. vbi ꝙ isto casu bannitus nec potest agere, nec se defendere, quia vtroq; casu reputatur extra protectionem iuris communis, Pract. Corrad. rub. de contumac.& bannit.num 32 ad med.fol.mihi 447.col. 1.in fine. Claud.ad Bertazz.cons.489.litera A. versic.secundo limitatur. Hippol. Rimin.cons.595. num.58.lib.5. Vbi infert ad bannitos status Ecclesiastici, qui secundum eum vigore Motuproprij Pontificij censetur positus extra protectionem iuris communis, Menoch.de præsumptio. lib.5.præsump.45.nu.20. Brunor.à Sole in suis quæst.legal. q.16.num. 12. Simon de Præt. de interpr.vlt. volunt.lib.2.

33 interp.2. dubit.1. solut. nu.17.fol.125. Vbi tamen aduertit non sufficere, ꝙ Statutum ponat bannitum extra protectionē cōmunem, quia tunc non videtur priuatus nisi iuribus suæ ciuitatis, ex Bal. in loco per eum relato, sed necesse est, vt etiam ponat extra protectionem iuris communis, quia tunc erit priuatus etiam beneficijs iuris communis, vt ibi per eum. Quod, & idem aduertit Hippol. Rimin.cons.595. num. 58.lib.5.

34 HINC pariter bannitum non esse capacem successionis sibi delatæ etiam de iure communi, quando Statutum ponit bannitos extra protectionem iuris communis, voluit Alex.in l.1.post num.4.col penult.post med. vers. limitat tamen hoc singulariter Bald.C.de hæred.instit.Vbi format contraria, & illis respondet, & ibi etiam Corne. col. fin.vers.& ideo si Statutum. Boss.in tit.bannit.quid amitt. post num. 14. Pract. Corrad. rub.de contumac. & bannit. num.33. in fin, fol mihi 448. Neuizzan.cons.73.num.5. in fine, vers.& videtur indubitanter Ludou. Cat. cons. crim. diuers. 103.num. 6. tomo 1. in fol. vers. Alius est etiam casus. Vbi quòd iste casus nullam habet dubitationē. Duran. de art.testan.tit.1.caut.10.num.3. Paul. Granut. theorem. 4. num. 10. post Bursat. quem allegat in consil. 54. num.4. Mich. Crass. in tractat. de success. §. legatum, quæst.8.n.3. Vbi quòd ita concludunt omnes Doctores sine difficultate, Peregr. de iur. fisci lib. 3.tit.7.nu.34.in fine. Marc.Ant. Eug.cons.69.num. 16.

35 LIMITA IV. quando Statutum excluderet bannitum ab omni actu legitimo. Nam tunc censetur etiam priuatus omnibus beneficijs iuris communis, secundū Boss. post Alex. quem allegat in tit. bannit. quid amittant num. 14.post med. versic. sed quid si Statutum, & d. num. 14. in fine, versic. tamen aduerte. Vbi quòd isto casu bannitus excluditur ab omni actu legitimo, tàm agendo, quàm excipiendo. Gozzadin. consil.96.num.8.ad med.vers. secundo respōdeo, il primo, Menoch.cons.491.num. 2.& 3. lib.

36 5. Honded.cons.83. num.14. Vbi propterea quòd vigore Bullarū Sūmor.Pontificū, banniti amittunt etiam ea, quæ sunt iuris communis, cum vigore dictarum Bullarum sint ab omni actu legitimo suspensi, prout vltimo loco disposuit Bulla Pij V. in ordine 13.contra homicidas,&c.incip. Ex supernæ dispositionis arbitrio, fol. mihi 937. in 2.par. Bullar. Vbi in hoc aliæ Summorum Pontificum Constitutiones confirmantur, & ampliantur. Quòd, & vltimo loco facit etiam constitutio Sixti V. contra bannitos, &c. incip. hoc nostri Pontificatus initio, in ordine 6.fol.1373.

37 in eodem Bullar. par.2. Ad quarum constitutionum declarationē vide omnino Rotam diuer. 523. par.1. folio 176. quàm latius reassumpsi, post mea consilia, in decis. . . . . & quæ dixi infra num.104.

38 HINC infertur, quòd huiusmodi bannitus ab omni actu legitimo exclusus nec etiam poterit testari, secundum formam iuris communis; conficere enim testamentum est actus legitimus, l. actus legitimus. ff. de reg.iur. ita in specie Menoch. consil.491.num.2.& 3.lib.5. Vbi alij referuntur concordantes, & ibidem num.18. vers. Nam eos excludit, & in tract. de præsumpt.lib.5.præsumpt.45.num. 16.Thob.Non.consil.93.num.4.ex Corne.& Alex.in locis per eum relatis, & ex Bulla Pij Secundi, & Clementis VII. de quibus ibi per eum. & per Flamin. Cartar. de exequut. sentent.cap.1.num.423.Honded.cons.59.num.71.& seqq.

39 Vbi pariter infert ad Bullas Pij II.& Sixti IV. volentes homicidas ab omni actu legitimo esse suspensos, per quam

40 suspensionem dixit reddi etiam intestabiles. Et hoc ampliat, etiam ꝙ homicida non dum fuerit condemnatus, cum d. Bullæ loquitur de homicidis, quorum delictum fuerit notorium, vel de homicidio fuerint infamati, nedum condemnati; licèt aliàs circumscriptis dictis Bullis, homicida non amittat testamenti factionem, nisi de homicidio fuerit condemnatus, prout dixi infra num. 100. Rota diuer. 369. num.1.& 2. Vbi pariter, ꝙ vigore Bullarum banniti sunt intestabiles, & idem dixit Baiard. ad Clar q.71. num. 16. Verùm ad declarationem dictarum Bullarum, & earum, quæ consulendo scripsit Honded. in loco præcitato. Vide omnino Rotam diuers.523. tomo 1. fol.176. vbi benè explicat, quomodo intelligatur quem de homicidio, seu delicto esse infamatum, quam decisionem latius retuli post mea consilia criminalia, decis. . . .

42 HINC etiam infertur, quòd idem bannitus sic ab omni actu legitimo exclusus nec etiam est capax hæreditatis etiam delatæ de iure communi, Alex.cons.75.num.1.vers. Ex quo infertur, iuncto num.4. vbi quinque fundamentis docet successionem in alterius hæreditatē dici actum legitimum, & num. 11. respondet contrarijs. lib.1. Boss. in tit. Bannit. quid amitt. num.14 ad med. versi. Et tu reddaris certus. Claud. ad Bertazz. cons.489. lit. A. vers. limitatur primo. Decia.cons.64.nu.41. in fine, & 42.lib 3. Paul. Granut. Theorem.4.nu.9.Menoch.consil.492.nu.18.vers. Nam eos excludit, lib. 5. & in tractat. de præsump. lib. 5. præsumpt.45. num.16.Peregr. de iur. fisci lib.3.tit.7. num. 45. Simon de Præt. de interpr. vlt. volunt.lib. 2. interpret. 2.dubit. 1. solut.1. num.26. fol.125. Thob. Non. cons. 93. num. 4. vbi ꝙ hoc præsertim procedit vigore Bullarum Summorū Pontificum, videlicet Pij II. & Clementis VII. & Thobiam eo loci refert, & sequitur Flamin. Cartar. de exequut. sentent. cap.1.num.423. Vulpell. consil.80.num. 7. Vbi pariter, ꝙ hoc procedit vigore Bullarum Pij V. Rota diuers.decis.369.num.1.& 2. vbi pariter loquitur vigore Bullarum Apostolicarum, tomo 1. & decis.515. num.1. eod.tomo & ita etiam loquitur vigore Bullarum, Baiard. ad Clar.q.71. num.16.

43 Verùm præcedens illatio videtur declaranda, vt scilicet prædictus bannitus non sit capax hæreditatis, sibi prouenientis ab intestato, secus ex testamento, quia tunc illius est

eſt capax, etiam ſtante Statuto excludente bannitos ab omni actu legitimo, ſecundum Bertazz. in conſ. 489. num. 8. & ſeqq. lib. 2. Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet ſucceſſio ex teſtamento non dicitur ſucceſſio legitima, l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. l. legitima, & ibi glo. ff. de petit. hæredit. Socin. conſil. 12. num. 3. lib. 3. Abb. conſil. 5. column. 4. num. 8. lib. 2. Et notant communiter Doctores omnes in l. omnium, & ibi præſertim Curt. iur. & Cagno. C. quando non peten. par. cum alijs ibi per Bertazz. allegatis, qui etiam reſpondet Alex. & alijs contrarium in hoc ſentientibus, & facit glo. in l. legitima. ff. de pact. Exponens verbum *legitima*, ideſt iuris ciuilis, teſtamentum autem, licèt de iure ciuili approbatum ſit, non de iure ciuili, ſed de iure gentiũ inuentum eſt, ſecundũ Bertazz. in loco præcitato.

44 LIMITA V. quando Statutum mandat bannitis nõ reddi ius, tunc enim videntur etiam priuati omni beneficio iuris communis, ſecundum Viui. opin. 79. nu. 2. Alex. quem allegat in l. ſi dotem. §. ſi patre. ff. ſolut. matrim. Ioſeph. Ludou. concluſ. 3. col. 3. verſ. ſecunda coniectura eſt, vbi idem, quando Statutum mandat bannitos non audiri. Ex hoc enim φ eis denegatur audientia, dicuntur extra protectionem iuris communis; & propterea ſententia ad eorum fauorem lata non valet etiam, ſi non fuiſſet oppoſitum, ſecundum magis communem opinionem, de qua per Imol. Socin. & Iaſ. in locis per eum relatis.

45 Contrariũ voluerunt Ang. Salyc. & Alex. in locis relatis per Menoch. de pſump. lib. 5. præſump. 45. n. 17. in fin. Qui loquuntur, quando Statutum denegat bannitis audiẽtiã.

46 Et pro hac contraria opinione facit, quia bannitus eſt capax hæreditatis ſibi delatæ de iure communi, etiam φ Statuto caueatur bannitis non reddi ius, ſecundum Bal. in l. 1. num. 21. C. de hæred. inſtit. motus ex eo, quia Statutum huiuſmodi non diſponit de iure quærendo, vel non quærendo, ſed tantum de eius exercitio, & ſæpè ius quæritur, quamuis exerceri non poſſit, & meliùs declarat Boſſ. viden. in tit. Bannit. quid amitt. num. 14. poſt med. ver. ſed quid ſi Statutum. Vbi concludit, quòd per huiuſmodi Statutum bannitus dicitur extra protectionem iuris communis, cenſeturq; excluſus ab omni actu legitimo agendo, non autem excipiendo, & ſe defendendo, & ideò licèt ad hæreditatem ſibi delatam agere non poſſit, & ius ſuum expediri, ſi tamen eſſet in ipſius hęreditatis poſſeſſione, ſine dubio excipiendo poteſt ſe tueri. Ad idem Gozzad. conſ. 96. num. 8. verſ. non obſtat dictum Bartoli, Decian. conſ. 64. num. 50. verſ. Quia ex prædictis lib. 3. Pereg. in tract. de iur. fiſci, lib. 3 tit. 7. num. 35. vbi refert, & ſequitur Bald. in loco præcitato, ſicut etiam refert, & ſequitur Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 1. num. 25. fol. 125.

47 Et in propoſito vide eundem Boſſ. vbi ſupra nu. 15. & ſeq. Vbi diſputat, An in caſu prædicti Statuti poſſit bannitus ad effectum conſequendi hæreditatem ſibi delatam, ius ſuum alteri cedere. Quo caſu non ipſe diceretur petere, nec alius ad ſui vtilitatem, & conſequenter exceptio, quæ obſtabat cedenti, non obſtabit ceſſionario, ſi ceſſio fuerit facta ex cauſa oneroſa, ſecundum Alex. & Nell. in locis ibi relatis per eũ, apud quẽ videas de veritate huius cautelę.

48 LIMITA VI. Quando Statuto cauetur, quòd bannitus poſſit non ſolùm perſonaliter, ſed etiam realiter offendi. Tunc enim amittit etiam ea, quæ iuris communis ſunt, ſecundum Menoch. qui alios refert recentiores in tract. de præſumpt. lib. 5. præſump. 45. num. 17.

49 Cuius contrarium voluerunt Ang. Salyc. & Alex. in locis relatis per eundem Menoch. de præſumpt. lib. 5. d. præſumpt. 45. num. 17. in fine.

50 HINC retenta prima opinione, φ bannitus ſit incapax etiam hæreditatis ſibi delatæ de iure communi, quando Statutũ permittit bannitum poſſe offendi, non ſolum perſonaliter, ſed etiam realiter, voluit Gozzad. in conſil. 96. nu. 8. qui ita declarat intelligendum eſſe Alexand. in conſ. 75. lib. 1. volentem bannitum eſſe incapacem hęreditatis ſibi delatę etiam de iure cõi in territorio bãnientis. Refert, & ſequitur Hippol. Rimin. conſ. 595. num. 56.

51 Verùm, quòd etiam bãnitus, qui poteſt realiter offendi, ſit capax hæreditatis ſibi delatæ à iure communi in territorio, in quo eſt bannitus, voluerunt plures ex Doctoribus relatis ſup. n. 13. dũ reprobãt Alex. contrariũ dicentẽ in d. conſ. 75. etiã φ is bannitus poſſit realiter offendi.

52 LIMITA VI. quando Statutum mandat, contumacem haberi pro confeſſo, & poſſe condemnari, perinde, ac ſi eſſet præſens. Tunc enim videtur, quòd amittat etiã ea, quæ iuris communis ſunt, cum eum non poſſe teſtari, etiam de iure communi ſcripſerit Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 2. temp. quæſt. 33. Vbi reprobato Bal. contrarium tenente, in l. 1. in fine. C. de hæred. inſtit. hanc concluſionem benè comprobat, licèt ſecus dicat, quando Statutũ ſimpliciter diceret contumacem haberi pro confeſſo, & vti confeſſum poſſe condemnari non additis illis verbis *perinde, ac ſi eſſet præſens*, & Nell. ſic dicentem, refert, & ſequitur pr. ct. Corrad. rub. de contumac. & bannit. nu. 34. & latius Flamin. Cartar. in tract. de exequut. ſententcap. 1. num. 414. in fi. & ſeqq. vſque ad nu. 423. vbi latius reaſſumit dicta per Nell. in loco præcitato.

53 LIMITA VII. quando extat Statutum, quòd forenſis acquirere non poſſit immobilia in territorio ſtatuentium. Iſto enim caſu cum bannitus habeatur pro forenſe, hoc ideo non poteſt ſuccedere in hæreditate ſibi delata, etiam de iure communi, quę conſiſtat in immobilibus, ſecundum Caſtren. in cõſ. 212. omiſſo ordine ſuprascriptorum, col. prima, lib. 2. Alex. conſ. 75. num. 10. lib. 1. quos, & alios plures referendo, ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 45. num. 23. & omnibus ſeqq. Vbi latè reprobat Iacob. Barett. contrarium tenentem in conſil. 95. Peregr. de iur. fiſci, lib. 3. tit. 7. num. 11.

54 LIMITA VIII. in bannitis pro crimine læſæ maieſtatis, qui dicuntur eſſe extra protectionem, & propterea cenſentur priuati etiam ijs, quæ iuris cõis ſunt. Bar. in extrauag. qui ſint rebelles, in verbo *rebellando*, num. 12. & 13. Catell. Cotta in memoral. ver. Bannitus ex crimine capitali, in fine, fol mihi 54. Boſſ. in tit. de bonor. public. num. 69. verſ. ſed ſi eſſet declaratus, iuncto verſ. ſed intellige. Viu. opin. 79. n. 9 Gozzad conſ. 96. nu. 3. in fi. iuncto nu. 10. Vbi tñ φ requiritur expreſſa declaratio, φ fuerit bannitus pro rebelle, Menoch. conſ. 100. nu. 2. & 3. Vbi infert ad trãſfugam, qui pariter omnia iura, & ſuæ Ciuitatis, & cõia perdit, per tex. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut. Proditorq; & Hoſtis reputatur, l. poſt liminiũ. § transfugæ. ff. de capt. & poſt. limin. reuer. & l. proditores. ff. de re militar. cum alijs ibi per eum allegatis, Ioan. Petr. Surd. conſ. 90. nu. 3. & 4. Vbi φ hęc concluſio non ſolùm eſt communis, ſed abſolutiſſima. Idem Surd. in tract. de alimen. tit. 7. q. 26. num. 14. vbi ampliat in bannito, & condemnato pro hæreſi. Honded. conſ. 67. num. 21.

55 HINC bannitos, tanquàm rebelles, ſeu aliàs pro crimine leſæ maieſtatis, non poſſe teſtari, conſuluit Ioan. de Imol. conſil. crimin. diuerſ. 87. num. 4. tomo 1. in ſol. & Bero. conſ. 54. num. 6. in fine, & 7. lib 2.

56 HINC etiam bannitum pro rebelle, & pro crimine læſę maieſtatis omnibus bonis exui, ſuccedendiq; facultate de iure communi in paternam hęreditatem, & etiam quoad legitimã omnino priuari, probat text. in l. Quiſquis in princ. & in §. 1. C. ad l. Iul. maieſt. Socin. ſen. conſ. 21. n. 7. & ſeqq. lib. 1. Vbi amplius quòd ipſo iure perdit dominiũ, & adminiſtrationem. Ergo multò magis ſuccedendi ius. Refert hæc, & ſequitur Menoch. conſ. 101. nu. 2. & 6. Vbi alios refert concordantes lib. 1. Ioan. Petr. Surd. conſ. 90. num. 3. & 4. lib 1. vbi de cõi, & abſolutiſſima opinione, Paul. Granut. theorem. 4. nu. 12 Idẽ Menoch. in tract. de pręſumpt. lib. 5. pręſumpt 45 num. 21. & ſeq.

57 SVBLIMITA I. hanc octauam limitationẽ procedere in eo, qui eſt bãnitus, tanquã rebellis, ſecus ſi eſſet bãnitus pro alio delicto, ſed citatus, & monitus ad cõparendum, ſub pœna rebellionis; Is enim non amittit iura communia, ſecundum Boſſ. in tit. de bonor. publ. num. 70. vbi proponit contraria, & illis reſpondet.

58 SVBLIMITA II. eandem viij. limitationem, pariter procedere dummodo quis ſit bannitus ab Imperatore, vel habente poteſtatem ab eo, aliter ſecus, ſecundũ Boſſ.

Boss. in d.tit.de bonor.publ.num.69.vers.sed si esset declaratus, iuncto vers. sed intellige. Quæ quidem declaratio apud me non transit sine difficultate; cum in omnibus delictis speciale sit, propter bannũ imperiale, bannitos amittere iura communia, vt dicam inf.num.seq.Ergo si & isto casu requireretur bannum imperiale, nulla esset specialitas propter crimen lesæ maiestatis,& rebellionis,prout videntur sentire Doctores præcitati.

59 LIMITA IX. in bannito à Papa, vel ab Imperatore,quem amittere etiam ea,quæ iuris communis sunt,scripserunt Bar.in l. Amissione, qui deficiunt.ff. de cap.diminut.Io.Sicar.in l.1.num.15.C.de hæred. instit.Imol.in l.ex facto, num.19.vers.saluo nisi ille esset bannitus Papæ, vel principis.ff.ad Trebell.Rip.in d.§.ex facto, num.18.Pract. Corrad.rub.de contumac.& bannit.num.32.ad med.vers. Sicq; hoc pacto. fol.mihi 447. Petr. à Plach. in Epithom. delict.cap.44. num.3. Steph. Lamberten. de contract. eorum,&c. glo.8.num. 28. Boss. in tit.de bonor.public. nu. 69. circa med.in discursu. Viui. opin.79.nu.5.& 7.Claud. ad Bertazz.cons.489.litera A.vers.tertio limita.Menoch. cons.171. num. 9. lib.3. & cons.492.num.16.Vbi de recepta Doctorum sententia. Pereg. in tracta. de iure fisci, lib. 3. titul. 7. num. 25. Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubitat. 1. solut.1. num. 10. ante finem,vers.aut à Papa,vel Imperatore fol.mihi 124. Vbi loquitur ne dum in bannitis ab ipso Papa,vel Imperatore,sed etiam in bannitis de eorum mandato. Brunor.à Sole in suis quæst. legal.q.16.num.14.& seq.

60 HINC bannitum à Papa, seu Imperatore non posse testari ne dum de iure municipali, sed nec etiam de iure communi, in specie voluit Io. Sicar. in d.l.1.num.17. in fin. C.de hæred. instit.

61 HINC pariter bannitum à Papa, vel ab Imperatore, esse incapacem hæreditatis,& successionis sibi delatæ de iure communi, in specie scripserunt Ioan. Sicar. in d. l. 1. num. 15. vers.si autem ab Imperatore.C. de hæred. instit. & ibidem num.17. Vbi ampliat in bannito à Camera Imperatoris. Paul. Granut. theorem.4. num.14. Mich. Crass. in tract.de success.§.successio ab intestato,q.7.num.2, Vbi de communi.Simon de Præt. de interpret. vlt.volunt.lib. 2.interpret.2.dubit.1.solut.1. num.11.fol.124.

62 AMPLIA. I. hanc ix. limitationem procedere etiã in bannitis a Camera Imperatoris, qui censentur banniti ab ipso Imperatore ad effectum, vt amittant iura ciuilia, ne dum municipalia,secundum Ioan.Sicar.in l.1.num. 17.C.de hæred. instit.

63 AMPLIA II. etiam in bannitis à delegato Papæ,vel Imperatoris, secundum Boss.in tit.de bonor.public.num. 69.ad med. vsque ad finem, vbi declarat hanc ampliationem procedere in bannito à delegato Imperatoris in vniuerso ipsius dominio, secus in Delegato, seu Vicegerente in vno dominio tantum, quia tunc eius authoritas non extenditur vltra loca sua, & ideò bannitus tunc non perdit iura communia, nec dicitur subiectus banno Imperiali, de quo in proposito loquuntur Menoc.cons.101.num. 8. vbi de bannito à Delegato Imperialis, confirmante tamen ipso Imperatore. Honded. cons.67.num.22. Vbi de bannito à Delegato Pontificis, & testatur de communi.

64 AMPLIA III. eandem ix. limitationem procedere non solum in bannitis ab Imperatore, seu Papa, vel ab eorum Delegatis, ac de eorum mandato, vt supra,sed etiam in simpliciter bannitis à Iudice, banno tamen Imperiali, vel Pontificali: talis enim sententia parit eundem effectum, vt bannitus amittat etiam iura communia, ac si esset ab ipso Papa, vel Imperatore bannitus, secundum Bal. Ang Imol.& Alex.in locis relatis per Pereg. in tract. de iur.fisci,lib.3. tit.7. sub num.25.26. & num.41. Vbi istius Imperialis banni exemplum ponit in casu Auth.Quæcunque.C.de Episcop. & Cleric. in Auth. Item nulla communitas.C.eod.& in Auth. Cass.C.de sacros.Eccl.& in Auth. Nauigia.C.de furt. Banni autem pontificij exemplum ponit in casu c.pro humani, de homicid. in 6.& in c.felicis, de pen.in 6.Brun.à Sole in suis q̃st.legal q.16.n.33.& seqq.

65 Vbi in specie de bannito pro crimine assassinij,seu hæresis,

66 SVBLIMITA I. dictam ix. limitationem, vt procedat in bannitis,vt dixi,ab Imperatore,& Papa,secus autem in bannitis ab aliis Principibus inferioribus, & ciuitatibus,quæ de se sunt Reipublicæ,& in suis territorijs habentur pro Imperatoribus; Non enim per hoc amittunt iura communia, nec tale bannum operatur extra territorium dictarum Ciuitatum, secundum Ioan. Sicar. in l.1. num. 15.C. de hæred.instit. qui exemplificat in Ciuitate Venetiarum, Pisarum,& Senarum. Quæ omnes ciuitates tempore suo viuebant in libertate. Boss. in tit. de bonor. public. sub num. 69. ad med. Vbi idem dicit de bannitis ab aliquo Duce, vel Rege,qui cum non sint Domini vniuersi Orbis, ideò non perderent iura communia, sed tantum ea, quæ sunt eorum dominij. Menoch. cons.492.nu. 16. vbi de bannitis ab inferiore ab Imperatore, & ab aliqua Republica. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit.7.num. 25.in fin. vbi de bannitis à Principibus, seu Dominis Imperatorem recognoscentibus. Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q.16. num.16. vers. secus in Principibus. Vbi etiam idem de Principibus, & Ciuitatibus liberis non recognoscentibus Superiorem.

67 Verum ad declarationem propositæ primæ sublimitationis vide Menoch. d.cons.492. num. 17. Vbi dicit,illam non procedere, quando inferiores ab Imperatore expressè, vel tacitè priuarent bannitum beneficijs, & commodis etiam iuris cõmunis ex Corn. Alex. Neuizza. & Aym. in locis per eum relatis, & ita etiam declarat in tracta. de præsumpt. lib. 5. præsump.45.num.12.& seq.& 15. Vbi tamen, quòd in dubio non præsumitur Princeps voluisse auferre bannito iura communia sibi competentia etiam respectu bonorum existentium in Ciuitate, à qua est bannitus. Quamuis, vt dixi, hoc potuerit facere si voluerit.

68 SVBLIMITA II. vt bannitus à Papa, vel ab Imperatore amittat iura communia in locis subiectis ipsis Imperatori,& Papæ,secus autem in locis ipsis non subiectis ad ea,quæ generaliter dixi infra num.94.& in specie aduertit Pereg.in tract. de iur.fisci,lib.3.tit.7.nu.25.& 26. Vbi dixit, quòd Papa actu, & habitu habet iura Imperij Romani in terris iurisdictioni temporali Ecclesiæ Romanæ subiectis. Ideò bannitus à Papa amittit etiam iura communia in illis terris Ecclesiæ, sentiens contrarium in alijs terris, in quibus Papa actu,& habitu non habet temporalem iurisdictionem, prout & multò minus dixit bannitũ ab Imperatore non amittere iura communia, & ciuilia in terris hodie non subiectis, & quæ sunt sub alio Rege, Principe,seu ciuitate Imperatorem non recognoscente. & num.27.facit generalem conclusionem. Quòd bannitus ab vno Rege non amittit iura in alio Regno. Brun. à Sole in suis quæst.legal.q.16.num.16. Vbi,quòd bannitus ab Imperatore amittit iura cõia solum in terris immediatè subiectis Imperio,seu ẽt mediatè,secus autem in alijs.

69 SVBLIMITA III. eandem ix. limitationem,quia banniti ab Imperatore, licèt censeantur priuati beneficio iuris communis; Non tamen censentur priuati beneficio iuris gentium, & naturalis. Curt. iun. cons. 100.num.3. Riminal. in repetit. l. vt vim, num. 139. ff. de iust. & iur. Menoch.cons.101.n.8. lib.1.& cons. 492 n 16. Pereg.de iur. fisci,lib.3.tit.7.n.25. Brun.à Sole in suis quest.legal.q. 16.n.17.Vbi ꝓpterea infert,ꝙ bãniti possunt acqrere actiones,quatenus illæ sint iuris gẽtiũ, secus si sint iuris ciuilis,

70 LIMITA X. in bannito capto, & decapitato, cuius testamentum antea factum non solum rumpitur, sed nec etiam post capturam amplius testari potest, cum sit factus seruus pœnæ, secundum Bal. in l.eius,qui.§.si cui. in fin.ff. de testam, & ibi etiam Aret. col.5. post med.num.4. vers.sed dubium remanet.Bal.in l.1.num.24.C.de hæred. instit.& ibi etiam Corne. col.fina.vers.si autem veniat in fortiam Communis, Vbi hanc opinionem defendit à contrarijs. Nell.in tract.de banniti.in 1.par.2 temporis, q. 54. Boss.in tit. bãniti quid amitt.nu.12.vbi de cõiori opinione ex Corn. quem allegat in cons. 55 lib. 2. pract. Corrad. rub.de comtumac. & bannit. nu.34. fol.mihi.448. Capra conclus. 102.n. 126. Clar. in pract. §. fina. q. 71.n.10. vers. Vlterius quæro,& in §.testamentũ q.21.n.4. vers.aut verò talis

talis cõdemnatus, vbi de magis communi. Pereg. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 2. num. 11. vbi testatur de veriori opinione. Flamin. Cartar. de exequut. senten. c. 1. nu. 416.

71 Et licèt contrarium, quòd immò etiam bannitus captus possit testari de iure communi, & testamentum etiam antea factum non rumpatur per subsequentem decapitationem in exequutionem banni emanatam, eo quia tàm bannum, quàm banni exequutio prouenerint virtute statutorum, non autem secundum formam iuris communis, & propterea non prohibeatur idem bannitus secundum ius commune testari, voluerit idem Bald. in l. si quis filio. §. irritum, & §. eius. ff. de iniust. testamen. prout illum refert, eiusque opinionem tribus fundamẽtis comprobat Imol. in dicta l. eius, qui. §. si cui, num 10. ff. de testam.

72 Tu tamen in occurrenti casu non recedas à proposita limitatione, vt vides magis communiter recepta, & quę præsertim indubitanter procedit, quando bannitus captus delictum fateretur, & ex sua confessione ad mortem condemnaretur. Tunc enim de iure communi efficeretur seruus pœnæ, & consequenter non posset testari secundum Imol. in d. l. eius, qui. § si cui, num. 11. ff. de testam.

73 LIMITA XI. in bannitis pro delicto, pro quo ipso iure bona confiscantur. Sunt enim isto casu incapaces hæreditatis sibi delatæ, etiam de iure communi, secundum Ludou. Cat. conf. crimin. diuers. 103. num. 6. vers. potest & alius casus, tom. 1. in fol. Ioseph. Ludou. conclus. 3. col. 5. vers. Ampliatur sexto, allegat etiam Soci. iun. in cons. 22. num. 8. lib. 1. Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 45. nu. 21. Marc. Ant. Eug. cons. 69. num. 17.

74 LIMITA XII. quando sumus in casu, in quo etiam iura, & bona futura confiscata fuerunt, & confiscari poterant. (Quòd quando verum sit dixi supra in 1. lib. tit. de inquisit. q. 25. num. 138. & seqq.) Tunc enim sine dubio videtur, quòd bannitus hæreditatem sibi delatam etiam de iure communi post confiscationem prædictam acquirere non possit, alioquin frustra fuissent confiscata bona prædicta. Colligitur ista declaratio, ad quam Doctores non expresse aduertunt ex traditis per Boss. in tit. bannit. quid amitt. num. 12. versic. item nota. Vbi dixit, quòd quando Statutum expressè dicit, quòd banniti in contumaciam perdant bona; Tunc non est dubium quin perdant ex Corn. & Nell. in locis per eum relatis. Sic & idem iuris videtur, quando hominis sententia ipsos priuat bonis futuris, & facit, quia dum Doctores dicunt bãnitum cum confiscatione bonorum non priuari hæreditate sibi delata post bannum, ea mouentur ratione, quia scilicet confiscatio non trahitur ad bona futura. Cessante ergo hanc ratione, cessat dispositio prædicta.

75 LIMITA XIII. in iuribus filiationis, cognationis, & agnationis, quæ per bannitos amitti post alios, quos allegant Antiquiores, scripserunt Catell. Cotta in memoral. in versic. bannitus ex crimine capitali. Petr. à Plach. in epitom. delict. cap. 44. num. 1. in fin. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. num. 29. vbi declarat, quomodo intelligatur bannitum perdere ius agnationis, & filiationis. Alex. consi. 75. post num. 8. versic. pro hoc facit, lib. 1. Ioann. Petr. Surd. in tracta. de alimen. tit. 1. q. 17. num. 25. Decian. consil. 86. nu. 35. vbi dixit, quòd licèt banniti non possint perdere filiationem, & agnationem, quia non obstante banno, adhuc agnati, & filij remanent, cum iura naturalia immutari non possint l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. Quod & idem aduertit Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit. 7. num. 18. Attamen quoad ius succedendi, & agnationem, & filiationem amittunt, & quoad hunc effectum non habentur nec pro agnatis, nec pro filijs, & è contra ex Bar. Aret. Ias. & alijs ibi per eum allegatis. Tob. Non. consil. 112. num. 1. in fin. iuncto num. 7. vbi quòd licèt banniti non videantur desinere esse filij, nec propterea amittunt iura filiationis, quia iura sanguinis tolli non possunt; amittũt tamen quoad effectum, & sic ius ciuile isto casu non dicitur tollere ius sanguinis, sed per fictionem illud adumbrat.

76 LIMITA XIV. propositam huius primæ inspectionis regulam procedere, prout loquitur, videlicet quoad ea, quæ iuris communis sunt; secus autem quoad ea, quæ ex iura municipali proueniunt. Nam bannitos nostri temporis iure municipalia amittere in specie scripserunt Aret. in l. si quis post accusationem, num. 2. ante finem, colum. 2. post princ. versic. sed ista dicta. ff. de testam. Vbi, quòd ita concludunt communiter Docto. Bar. in l. 1. nu. 3. C. de hæred. instit. & ibi etiam Ang. num. 1. Alexan. post num. 4. versic. sed si possent impunè offendi. Paul. de Cast. num. 4. versic. si autem potest impunè offendi. Corn. nu. 5. post med. vers. si verò disponit, & num. 7. Ioan. Sicar. num. 15. vers. ergo bannitus à Venetis. Bart. in l. ex facto, §. ex facto, num. 5. ff. ad Trebell. ibi etiam Imol. post num. 18. versic. nam propter bannum, & num. 10. Nell. de bannit. in 1. par. 2. temporis, quæst. 5. in princ. & quæst. 37. in princ. vbi etiam de communi. Pract. Corrad. rub. de contumac. & bannit. num. 30. Vbi alijs relatis, testatur de communi opinione. Neuizza. consil. 73. num. 7. Petr. à Plach. in epitom. delict. cap. 44. num. 3. Vbi, quòd hæc conclusio est frequentiori Doctorum calculo recepta. Stepha. Lamberteng. de contract. eorum, &c. glo 8. num. 28. vbi de communi Boss. in tit. de bonor. publicat. nu. 69. vbi de communi. Tiraq. de retract. tit. 1. § 1 glo. 9. nu. 27. vbi de communi. Villalob. in commun. opin. litera B. num. 5. vbi de communi ex Curt. iun. quem allegat in consil. 182. nu. 2. Bertaz. consil. 510. num. 9. lib. 2. vbi, quòd hæc conclusio est communiter recepta. Gozzad. consil. 96. num. 6. Decian. consil. 64. num. 41. lib. 3. Cœphal. consil. 114. num. 18. lib. 3. vbi de communi. Ioseph. Ludou. conclus. 3. colum. 2. in fine, versic. Prima coniectura est, vbi alijs relatis, testatur de magis communi idem Ioseph. Ludo. conclus. 3. colum. 5. versic. Ampliatur octauo. Menoch. consil. 271. num. 7. lib. 3. vbi, quòd hoc omnes admittunt, & consil. 492. num. 16. versicul. ita demum, lib. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 45. num. 1. 2. 8. & seqq. vbi reddit rationem propositæ conclusionis. Simon de Præt. de interpr. vlt. volun. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 11. versic. si verò ab alio inferiore, vbi testatur de communi opinione, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum ex Aret. & alijs ibi per eum relatis. Honded. cons. 67. num. 20.

77 HINC propterea sequitur, quòd bannitus amittit testamenti factionem actiuam secundum iura propria, & municipalia illius ciuitatis, vbi bannitus est. Bart. in l. eius, qui. §. si cui, num. 2. ff. de testamen. vbi etiam refert, se idẽ determinasse in sua disputatione incip. Lucanæ ciuitatis Statuto, &c. Bald. in dicta l. eius, qui. §. si cui. post num. 3. versic. Iacob. de Arena dicit, &c. ff. de testam. & ibi etiam Imol. num. 6. in fine, versicul. si verò perdat, vbi quòd multo magis bannitus non potest testari secundum iura ciuitatis suæ, quando extra illam ciuitatem testatur, & Aret. colum. 5. post num. 4. versic. vnus est Bart. in l. prima, sub num. 3. versic. ex hoc concludo. C. de hæredit. instit. & ibi etiam Angel. num. 1. Ias. num. 5. in fi. Corne. num. 7. versic. & simililer non poterit testari. Ioann. Sicar. num. 17. in fine. Imol. in l. ex facto. §. ex facto. post num. 18. ff. ad Trebell. Rip. in dicto §. ex facto, num. 17. versic. item infertur, quòd bannitus. ff. ad Trebell. Boss. in titu. bannit. quòd bannitus. ff. ad Trebell. Boss. in tit. bannit. quid amit. nu. 13. Vbi, quòd ita communiter tenetur ex Nell. quem allegat in tractat. de bannit. in 1. par. 2. temporis, quęst. 52. Capra conclus. 102. num. 110. vbi, quòd ita communiter tenetur, & num. 123. & 124. Boss. in tit. de bonor. publicat. num. 67. in fin. Viui. opinion. 79. num. 3. Gozzadin. consil. 96. num. 1. Bero. consil. 54. num. 10. lib. 2. vbi de communi Menoch. consil. 492. num. 7. & 8. lib. 5. vbi ampliat etiam, quòd disposuerit de bonis sitis extra territorium ciuitatis, à qua testator est bannitus. Hippol. Rimin. cons. 595. nu. 43. lib. 5. Menoch. de pręsump. lib. 5. pręsump. 45. nu. 1. & seqq. Pereg. in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 2. n. 9. & tit. 7. n. 13. Brun. à Sole in suis quęst. legal. q. 16. nu. 18.

78 HINC ẽt bannitos nostri temporis non esse capaces hęreditatis ipsis delatę, tã ex testã, quàm ab intestato de iure municipali, & Statutorũ, scripserũt Bar. in l. 1. post n. 3. ver. ex hoc cõcludo. C. de hęred. instit. & ibi ẽt hoc adnotarũt

Alberic.num.4.colum.2.ante finem, versic. dicunt tamen prædicti Docto. Angel. num.1. Salycet. num.19.& 20.in princip. Paul.de Cast. num.4. versic. & ideò concludunt. Iaf. nu.5.Corn. n.7. Imol.in l.ex facto,§.ex facto,post n.18. ff.ad Trebell. Alexan.consil.75.num.2.lib.primo, vbi de magis communi. Nell. de bannit.in prima par.secundi tẽpotis, q.37.in princip.Vbi,quòd ita communiter dicitur, & quæst. 38. vbi, quòd in hoc omnes Doctores sequuntur Bart. vbi supra.Rip. in d.§. ex facto, num. 17. versic. secundo infertur. Clar. in §. testamentum, quæst. 20. in princip. vbi alios refert concordantes,& testatur de communi.Bertazzo.consil.510.num.9. vbi alijs relatis testatur de communi, & consil. 489.num.1.vbi de communi opinione. Gozzadin.consil.96. num.6.Bero.consil.54.num.10. lib.2.Menoch. consil.271. num.10.lib.3.& in tractat. de præsumpt. lib. 5. præsumpt.45.num 5.& seq. Mich. Crass. in tract. de success.§.legatum,quæst.8.num.1.vbi in specie loquitur de legato relicto bãnito,& in §.institutio, quæst. 3.in princip. & in §.successio ab intestato, quæst.7. num. 1. Pereg.de iure fisci,lib.3.tit.7.nu.12.& 13. Simon.de Præt. de interpret. vlt. volunt.lib. 2.interpret.2.dub.1. solut. 1. num.12.fol.124.Brunor.à Sole in suis quæst.legal.quæstio. 16.num.11.

79 SVBLIMITA I. hanc xiiij.limitationem procedere in fauorabilibus ipsi bannito; secus autem in odiosis. Bannitus enim non priuatur de iure municipali ijs,quæ in eius odium in Statutis disponuntur.Tunc enim,& ijsdem Statutis ligatus remanet. Socin.regul.36. in prima Fallen. Nell.de bannit.in 1.par.secundi temporis,quæst.5.in prin. versic. Et autem,quæ tuum incommodum concernunt, & versic. Dico etiam,iuncto alio versic.item ligatus, vbi facit generalem conclusionem, quòd fauorabilia Statuta amittit, odiosa autem non,& quæst.37. versic. primum autem membrum, vbi facit bonam illationem, quam ibi videas, Pract. Corad.rubr.de contumac. & bannit.num. 32.ad finem. Bertazz. consil.410.num.8.lib.1.Cæpha.cõs. 324.num.25.lib.3. Ioan. Petr. Surd.consil.90.num.23.lib. 1.vbi amplius, quòd bannitus habetur pro mortuo in ijs, quæ respiciunt eius commodum, non autem in ijs, quæ alterius commodum respiciunt, prout est restitutio fideicommissi: sed quòd bannitus non perdat iura ciuitatis in ijs, quæ sibi damnosa sunt, scripsit idem Ioan.Petr.Surd. in tract. de alimen. tit. 6.quæst.18.num.21.& ibi etiam testatur de communi ex Socino, quem allegat.in consil. 58. num.10. lib. 1. & quia ex suo delicto non debet quis præmium consequi. l.siue hæreditaria.ff.de negot.gest.l.si quis solidum.ff. de hæredit. instit. Pereg.de iur.fisci,lib.3.tit.7. num.16.vbi alij referuntur concordantes.

80 SVBLIMITA II. eandem xiiij.limitationem non procedere propter publicum fauorem: Bannitus enim nec etiam perdit beneficium Statuti ciuitatis, à qua est bannitus, quando dicti Statuti beneficium concerneret publicum interesse, & publicam vtilitatem, secundum Bart. Bald. & Alexand.in l. cum mulier.ff. solut. matrim. per text.in l.si quis in graui.§. hi quoque.ff.ad Syllan. Iaf. consil. 167.incip.motiuis subtiliter, num.3.lib.2.quos in proposito refert, & sequitur Petr.Beninten.decis.Bonon. 21. num. 22. & seq. vbi huius conclusionis affert duo exempla, quæ per te ipsum ibi videre poteris. Peregr.in tract.de iur.fisci,lib.3.tit.7.num.15.

81 SVBLIMITA III. in bannito,qui non potest impunè offendi. Is enim non amittit iura municipalia suæ ciuitatis, secundum Alex.in l.prima,post num 4.C.de hæred instit. & ibi etiam Paul.de Castr.nu.4. versic. Doctores aliter distinguunt. Corn.num.5.post medium, vers.& ideò, vbi de communi. Bart. in l.ex facto.§. ex facto, nu. 20.post medium. versic. item secus si interim non possit impunè offendi. Rip. in l.ex facto.§. ex facto,num.16. in fine.ff. ad Trebell. Pereg de iur. fisci, lib.3. tit.7. num.5. & 6. Vbi ampliat etiam,quòd sit bannitus cum publicatione bonorum, & num.7. versic. penult. & final. Vbi,quòd licèt Ang.in loco per eum relato contrarium dixerit; Angelumque referendo sequutus fuerit Alexan. consil.116. nu. 6.lib.2. Eius tamen opinio communiter reijcitur,& idem affirmat num 9.in fine, vers. Notandum tamen est, vbi facit generalem conclusionem, quòd publicatio bonorum non efficit, vt bannitus amittat iura suæ ciuitatis;sed tantum hoc operatur, si Statutum velit illum posse impunè offendi. Simon de Præt. de interpret. vltim.volunt. lib. 2. interpr.2.dub.1.solut.1.n.21.in fin,& seq.fol.124.à tergò.

82 HINC bannitum,qui impunè offendi nõ põt posset testari secundũ ius municipale, voluit Salicet. in l.prima, n. 17. in fi. versic. Quæro quinto. C. de hæredi. institut. & ibi etiam Corn.num.5. post med.vers. & ideò,vbi de cõi.

83 Immò secundum Clar. in §. testamentum, quæst. 19. versic. Aliquando verò, post med. & versic. fina.bannitus etiam quòd possit impunè offendi, potest condere testamentum. Quòq intelligas verum esse, vt scilicet possit testari secundum ius commune, vt supra num.4. secus autem secundum ius municipale, vt dixi supra num.77.

84 HINC etiam bannitum, qui impunè offendi non potest, esse capacem hæreditatis, seù legati sibi delati non solum de iure communi, sed etiam ex Statuto ciuitatis, à qua est bannitus, scripsit idem Salycet.in l.prima, num.17. in fine, versic. Quæro quinto.C. de hæred. instit. & ibi etiam Paul.de Castr. post num. 4. versic. Doctores aliter distingunt. Corn.num.5. post medium,versic.& ideò, vbi de communi. Clar. in §. testamentum, quæst. 20. in princ. vbi alios refert concordantes, & testatur de communi. Menoch. consil.271. num. 13.lib.1.vbi de communi. Michael Crass. in tractat. de success.§.legatum, quæst.8. num. 1. & in §.institutio, quæst. 3.in princip. versic.sin autem offendi non possit. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret.2.dubit.1. solut.1. num.21.& seq.fol. 124. à tergo.

85 SVBLIMTA VI. in bannito sine publicatione bonorum. Is enim quoad bona non amittit iura propria suæ Ciuitatis, secundum Corn. in l. prima, num 7.versic. & tenendo hanc communem. C. de hæred. institut. Vbi tamen adducit etiam contraria, & pro eorum solutione distinguit; Distinctionem ibi videas, Imol. in l. ex facto. §. ex facto, num. 20. ad medium, versicul.secus si bona non essent publicata.ff.ad Trebell.Rip.in dicto §. ex facto, num.16.in fin. Gozzadin. consil 96.num.7. Decian. cons. 64.num.44.quos, & alios refert Claud. ad Bertazz. (licèt non ad hoc propositum) in consil. 489.litera A. vers.quarto limita.

86 HINC Bannitus etiam in pœnam mortis, sed sine publicatione bonorum, quòd sit capax hæreditatis sibi delatę tàm de iure ciuili, quàm de iure municipali voluit Salycet in l. prima, num. 22. C.de heręd. instit. qui loquitur in casu Statuti Bononię volentis, quòd pro homicidiò bona non publicentur, sequitur ibidem Corn.num.6. vers.& tenendo hanc opinionem, vbi disputat de veritate huius conclusionis, & postea distinguit.

87 Contrarium, quòd immò bannitus etiam sine publicatione bonorum amittat iura suę ciuitatis, quando potest impunè offendi, voluit post. Bar. quem allegat, Peregr. de iur. fisci, lib. 3. titul.7.num.9. in fine,& 10.faciens generalem conclusionem, quòd publicatio bonorum non est causa, vt bannitus amittat iura suę ciuitatis, sed benè hoc operatur facultas à Statuto data, vt is impunè offendi possit. Ideò eo ipso, quòd potest impunè offendi, amittit iura municipalia, quamuis sibi bona non fuerint publicata, vt ibi per eum.

88 Qui tamen declarat hoc procedere in simpliciter condemnato; secus in condemnato in pœnam pecuniariam, adiecta conditione, vt donec illam soluerit, possit impunè occidi. Tunc enim pœna impunę offensionis non est mortalis, sed medicinalis, & resolubilis per solutionem pecunię. Ideò suę proprię ciuitatis iura bannitus retinet ex Bar. & Salycet.in locis per eum relatis. Simon de Pręt. de interpret.vlt.volunt.lib.2.interpr.2.dubit.1.sol.1.n. 22.

89 Sic & bannitus in pœnam mortis, & qui potest impunè offendi in casu quo de iure testari non potest, quòd nec etiam testari possit,quamuis eius bona non sint publicata, consuluit Menoch. consil. 492. nu. 20. in fine, & seq.lib. 2. vbi reprobat contrarios, & adducit concordantes.

Quod

Quod tamen ego intelligendum crederem, ſi bannitus teſtetur in loco, in quo eſt bannitus, vel etiam extra territorium dictæ ciuitatis, vel ſecundum ius commune, vel ſecundum Statuta loci, in quo teſtatur; etiam de bonis in loco banni exiſtentibus, tunc enim hoc teſtamentum valere dixit idem Menoch. d. conſ. 492. num 9. 12. & 14. & dixi ego ſupra num. 11.

90 SVBLIMITA V. ſupradictam xiiij. limitationem non procedere in eo, qui eſt bannitus non in pœnam mortis, ſed in mitiorem. Is enim non amittit iura municipalia, etiam quòd ſit bannitus cum publicatione bonorū, ſecūdū Imol. in l. ex facto, num. 20. in fine, verſic. & hoc etiam. ff. ad Trebell. poſt Salyc. quem allegat in l. 1. C. de hæred. inſtit.

91 HINC bannitus non in pœnam mortis naturalis, ſed in aliam etiam cum publicatione bonorum, quòd non perdat teſtamenti factionem actiuam, non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de iure municipali voluit Salycet. in l. prima, num. 17. C. de hæred. inſtit. & multo minus prohibebitur bannitus teſtari, ſi fuerit condemnatus in pœnam minorem deportatione, ſecundum opinionem Specul. quem refert Nell. in tractat. de bannit. in 1. par. ſecundi temporis, quæſt. 52. in princip. Capra. concluſ. 102. num. 128. Vbi, quòd bannitus ex crimine non capitali poteſt teſtari. Clar. in §. teſtamentum, in princip. ex quo bannitus ſimpliciter abſque pœna mortis, ſi in fortiam Curiæ peruenerit, non efficitur inteſtabilis, ex quacumque cauſa ſit bannitus, ſed poterit teſtari non modo ſecundum ius commune, ſed etiam ſecundum Statuta ciuitatis, à qua eſt bannitus, & non ſolum de bonis ſitis extra territorium, ſed etiam de ſitis in territorio, à quo eſt bannitus, & etiam quòd eius bona ſint confiſcata. Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 1. num. 13. in fin. verſic. ex qua cauſa, fol. 124. Vbi de bannito in pœnam leuem, vt puta. pecuniariam.

92 HINC etiam bannitum non in pœnam mortis, ſed in aliam pœnam etiam publicationis bonorum poſſe acquirere tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato, voluit Salycet. in l. prima, num. 17. C. de hæredit. inſtit. ſequitur Menoch. conſ. 271. num. 25. in fine.

93 AMPLIA hanc quintam ſublimitationem procedere etiam, quòd quis ſit bannitus in pœnam mortis non ſimpliciter, ſed in defectum ſolutionis pœnæ pecuniariæ, quia tunc nec etiam is amittit iura ſuæ ciuitatis, vt dixi ſupra num. 88. Et in propoſito vide Bald. in l. prima, num. 23. C. de hæredit. inſtit. vbi dixit; Quòd ſi ſtatutum velit bannitos in perſonam eſſe incapaces hæreditatis, non extenditur ad eos bannitos, qui ſunt condemnati in pœnam pecuniariam, ſed ſi deuenerint in fortiam Curiæ in pœnam corporalem, niſi infra tempus præfixum pœnam ſoluerint, & ibi declarat hoc procedere, quando bannitus iſte, aut non venit in fortiam Curiæ aut ſi venit, ſatisfecit Statuto ſoluendo pœnam; ſecus ſi captus, & pœnam non ſoluens fuerit corporaliter punitus, quia tūc retro fingitur non ſucceſſiſſe, quoniam conditiones, quæ per negatiuam implentur, retro finguntur eſſe, argum. tex. in l. Neratius. ff. de manum. teſtamen. ſubdit tamen verius eſſe, vt valeat, & ſuſtineatur ſucceſſio illo medio tempore, argum. text. in l. furti. §. primo, ff. de infam. cū alijs ibi per eum allegatis, & verba Bald. refert, & ſequitur Nell. in tractat. de bannit. in 1. part. 2. temporis, quæſt. 55. Et Bald. ſic dicentem refert etiam Simon de Præt. de interpret. vltim. voluntat. lib. 2. interpret. 2. dubitat. 1. ſolut. 1. num. 19. in fin. fol. 124. à tergo. Qui etiam allegat Signorolum in conſil. 182. Quidam Bartholomæus, column. 2.

94 SVBLIMITA VI. eandem xiiij. limitationem, quia extra territorium bannientis bannitus non amittit iura municipalia, argumen. text. in l. final. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Rip. in l. ex facto, §. ex facto, nu. 14. ff. ad Treb. Ioan. Petr. Surd. conſil. 90. num. 4. lib. primo. Peregr. in tract. de iure fiſci, lib. 3. tit. 7. num. 27. & 28. Brunor. à Sole in ſuis quæſtio. legalibus, quæſt. 16. num. 12. verſic. Tu tamen dicas, iuncto num. 21. verſic. Ex quibus etiam apparet. Vbi ampliat etiam ſtante Statutò, quod bannitus cenſeatur poſitus extra protectionem iuris communis, adhuc enim ſecundum eum non amittit ea, quæ ſunt iuris communis extra territotim bannientis.

95 HINC bannitum poſſe teſtari extra territorium bannientis, & loci, à quo eſt bannitus, tam de iure communi, quam de iure municipali illius ciuitatis, in qua teſtatur, ſcripſerunt Imol. in l. eius, qui. §. ſi cui, num. 6. in fine. ff. de teſtamen. quem refert Corn. in conſil. 55. num. 23. lib. 2. Goffred. in l. eius, qui. §. ſi cui, num. 5. ff. de teſtamen. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 21. verſic. Aut vero talis condemnatus, in fin. Beto. conſil. 54. num. 10. lib. 2. quem refert Ioſeph. Ludouic. concluſ. 3. colum. 1. in fine, verſic. infertur ſexto. Menoch. conſil. 492. num. 3. verſic. primo obijcitur, vbi reſcribit verba Imol. in d. l. eius, qui, & num. 5. & ſeqq. Vbi pulcherrimè, & magiſtraliter declarando propoſitam concluſionem, ponit ſex caſus, in quibus ſi bannitus teſtetur extra territorium ciuitatis, à qua eſt bannitus, teſtamentum quandoque valet, & quandoque non. Quos quidem caſus ibi per eum omninò videas, quia ex illis benè materiam declaratam habebis, & nu. 22. Brunor. à Sole in ſuis quæſtionibus legalibus. quæſt. 16. num. 19. & ſeqq. Vbi pluribus hanc probat concluſionem.

96 HINC pariter bannitum capacem eſſe hæreditatis ſibi delatę extra territorium bannientis, & loci, à quo eſt bannitus, ſcripſerunt Goffred. in l. eius, qui. §. ſi cui, num. 5. ff de teſtamen. Paul. de Caſtr. in l. prima, poſt num. 4. C de hæred. inſtit. Imol. in l. ex facto, § ex facto, num. 20. verſic. ſecus ſi in alio inſtituatur. ff. ad Trebell. Paul. Granut. theoremat. 4. num. 1. & 2. vbi alijs relatis teſtatur de magis communi opinione. Menoch. conſil. 271. nu. 19. in fine, verſic. ſexto, & vltimo. Vbi de bannito, cui relinquitur pecunia exiſtens extra territorium illius loci, à quo eſt bannitus, & num. 26. lib. 3. vbi ponit tutiſſimum conſilium, & modum ſubſtituendi bannitum in bonis exiſtentibus extra territorium banni ad hoc, vt inſtitutio valeat; & bānitus poſſit hæreditatem acquirere. Peregr. de iure fiſci, lib. 3. tit. 7. poſt num. 30.

97 Et hæc illatio indubitanter procedit, quando extra territorium bannientis defertur hæreditas bannito de iure communi. Si enim tunc bannitus eſt illius capax etiam in territorio, & ciuitate, à qua eſt bannitus, ſecundum magis communem opinionem Doctorum, de qua dixi ſupra, num. 13. Vtique ſine dubio, & multo magis erit præ dictę hæreditatis ſic de iure communi delatę extra territorium bannientis capax. Verum quid in hæreditate dela- 98 ta bannito ex teſtamento ſibi ab inteſtato non de iure cōmuni, ſed de iure municipali extra territorium bannientis? An tunc ſit illius capax? crederem, quòd ſic, prout videtur ſentire Boſſ. in tit. banniti quid amitt. num. 14. ante medium, verſic. ſed ſi eſſent extra territorium, vide tamen Menoch. in conſil. 271. num. 22. & 23. vbi diſtinguit, quòd ſi bannitus inſtituatur hæres in loco, à quo eſt bannitus ſecundum formam Statutorum illius loci, tunc non eſt capax illius hęreditatis, etiam quòd hæreditas, & bona hęreditaria ſint extra territorium, à quo eſt bannitus, & in quo eſt factum teſtamentum; ſecus autem ſi bannitus inſtituatur ſecundum formam iuris communis in bonis exiſtentibus extra territorium bannientis, quia tunc talis hæreditatis erit capax, vt ibi per eum, qui alijs relatis concordantibus hunc caſum de plano, & ſine controuerſia procedere affirmat.

99 SVBLIMITA VII. in nulliter bannito, vt puta à Iudice incompetenti. Is enim non amittet iura municipalia, ſecundum Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 1. num. 13. fol. 124. & numero 29. verſicul. Dummodo, &c. Vbi idem, quando in impoſitione pœnæ colligitur expreſſus iuris error, per tex. quē allegat in l. ſiqs filio. §. Quòd ſi quis fuerit, & ibi Bart. Paul. de Caſtr. & Imol. ff. de iniuſtit. rupt. teſtamen. Et faciunt pro hac ſublimitatione, quę dixi infra num. 130. vbi de damnato ad mortem nulliter, & num. 157. vbi de nulliter deportato.

100 SVBLIMITA VIII. eandem xiiij. limitationem procedere in bannito per Iudicis sententiam diffinitiuam, vel habentem vim diffinitiuæ ex forma Statutorum; secus autem in bannito per Iudicis sententiam interloquutoriam. Primò enim casu amittit bannitus testamenti factionem: secundò autem casu, non, secundum Simon. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubitat. 1. solut. 1. num. 15. per text. quem allegat in l. si quis filio, §. eius, qui deportatur, & ibi Bald. & Imol. ff. de iniust. rupt. testamen. & ex eod. Imol. ac Aret. in l. eius, qui, §. primo, ff. de testam. & ex Bald. in l. final. C. si non à compet. Iud. Verum an, & quando bannum dicatur, & reputetur sententia interloquutoria, quando autem diffinitiua, Simon de Præt. non explicat, sed solum dicit verba Statuti in hoc esse attēdenda. Tu verò, vide, quæ in proposito dixi supra in prima par. titul. de Inquisit. quæst. 11. Vbi latè explicaui, an sententia per quam banniti condemnantur, dicatur diffinitiua, vel interloquutoria. Et inter alia dixi ibidem solum bannum condemnatione non sequuta, nō dici sententiam diffinitiuam, sed interloquutoriam; subsequentem autem condemnationem post bannum, seu, vt alij vocant, secundum bannum mortale absque dubio diffinitiuā sententiam reputari omnes admittunt, præsertim vigore nostrarum Bullarum, & constitutionum Apostolicarum, quibus disponitur contra sic bannitos, & condemnatos si capti fuerint, sententias contra eos latas esse exequendas, non solum tanquam diffinitiuas, sed tanquā habentes vim rei iudicatæ, & facientes crimen notorium. Ideò vt ad limitationem redeam, si in loco, in quo contumax ante condemnationem ponitur in banno, fuerit contumax tantum bannitus, non autem condemnatus, tunc non reputatur pro bannito ad effectum, vt testari non possit, quia tale bannum non dicitur sententia diffinitiua; secus autem si post bannum fuerit etiam condemnatus vt supra.

101 SVBLIMITA IX. in bannito restituto à Principe, cuius testamentum factum tempore banni, & sic tempore inhabili, reconualescit per restitutionem prædictam, secundum Sfor. Odd. in tract. de restitut. in integ. par. 2. quæst. 95. num. 12. & seqq. per tex. quem dicit in terminis in l. si quis filio. §. penult. & ibi Docto. ff. de iniust. testamen. & ex Anan. in cap. super eo, colum 3. versic. Quidem, &c. & etiam ex Boss. qui tamen in libro meo nihil ad propositum dicit in titul. de restitut. quæ fiunt à Princ. post bellum, num 15. Ampliatque, vt immò reconualescat ipso iure absque alia declaratione secūdum Bartol. Alber. Bald. & Paul. de Castro, in d. l. si quis filio, eodem, §. penul. Quamuis relati per Fiuizzanen. in tract. de vsufruct. mulier relict. num. 155. versic. hinc est: contrarium dixerint. Immò banniti testamentum reconualescere, etiam quòd post eius mortem fuerit restitutus, dixit firmari per Losfred. in consil. 8. num. 3. & seq. & num. 13. versic. nec ob-
102 stat, ex rationibus ibi per eum consideratis. Quamuis cōtrarium consulendo tradiderit Gozzadin. consil. 96. num. 3. & 10. versic. Non obstat text.

103 Sed quid in testamenti factione passiua? Dic, quòd bānitus, qui fuit incapax hæreditatis sibi delatæ tempore banni, si fuerit restitutus à Principe, etiam cum clausula vt censeatur restitutus ad sua bona, vel ad bona amissa propter bannum, Non tamen recuperat hæreditatem alteri tempore banni quęsitam, propter eius incapacitatem, nisi expresse fuerit dictum, vt censeatur restitutus etiam ad bona alteri quæsita, secundum Boss. in tit. de restitut. quæ fiunt à Principe post bellum, num. 15. Ad quam materiam vide omnino, quæ dixi in prima part. titul. de inquisit. quæst. 6. num. 37. & præcipue ibid. allegat. Odd. de restitut. in integr. quæst. 99. artic. 1. num. 7. & seqq. & Peregr. de iure fisci, lib. 5. titul. 2. num. 54. vers. in hac Doctorum varietate, qui proposita per eos regula, quòd bannitus non recuperet hæreditates tempore banni sibi delatas, & alteri propter eius incapacitatem acquisitas; illam limitant, & declarant pluribus modis, quos apud eos videre poteris, & adde Marcabr. de Anguill. consil. 83. num. 201. vbi, quòd bannitus, cui simpliciter est remissa pœna banni, & condemnationis, vel cui plena gratia facta est, aut etiam restitutus nō recuperat hæreditates alteri quæsitas, siue apprehensas, siue non apprehensas. Decian. consil. 86. num. 6. 7. & 8 iuncto num. 42. & seqq. lib. 3. vbi relatis Paul. de Castr. Crot. & Natta in locis per eum citatis contrarium tenentibus, illisque reprobatis, consuluit bannitum etiam generaliter, seu plenissimè ex gratia restitutum non censeri vllo pacto restitutum ad hæreditates, siue ex testamento, siue ab intestato tempore banni, & incapacitatis sibi delatas, & siue apprehensas, siue etiam non apprehensas ab alijs, & multo minus tales hæreditates recuperabit, si non nisi aduersus delictum, & eius pœnam fuerit restitutus, & ab illo absolutus. Hippol. Riminald. consil. 595. num. 7. & 8. lib. 5. Vbi pariter quòd simpliciter restitutus non censetur restitutus ad hæreditatem alteri delatam. Ad quæ etiam vide omnino Rota diuers. decis. 515. num. 2. & seqq. tomo 1.

104 SVBLIMITA X. propositam xiiij. limitationem, (& hæc sublimitatio respicit etiam ea, quæ dicta sunt supra in limitationibus regulæ huius primæ inspectionis) procedere in bannitis non per contumaciam, sed ex veris, & concludentibus probationibus; Banniti enim in contumaciam, nec amittunt iura municipalia, nec etiam iura ciuilia, in casu, in quo aliàs amitterent, vt puta, quando Statutum ipsos priuaret omni actu legitimo, aut eos poneret extra protectionem iuris communis, aut in similibus casibus, de quibus dixi supra in limitationibus, secundum Hippol. Riminal. in consil. 595. num. 58. lib. 5. Vbi propterea dixit ita esse intelligendum Motum proprium Papæ ponentem bannitum extra protectionem iuris communis. Rota diuers. decis. 369. num. 9. & seq. tomo 1. & decis. 323. eodem tomo, vbi etiam quòd vigore Bullarum banniti amittunt testamenti factionem actiuam, & passiuam, quando sunt banniti, & condemnati propter delictum, secus propter contumaciam. Et faciunt, quæ dixi supra num. 35. & seq.

105 Verum de veritate præmissæ declarationis, vide, quæ dixi in prima part. titul. de inquisit. quęst. 11. num. 90. & seqq. in discursu, vbi plenè disputaui, an sententia, quæ hodie contra contumaces bannitos datur, dicatur diffinitiua, vel interloquutoria, & an censeatur data ob delictum; An verò ob contumaciam, si non præcedant plenæ probationes, sed tantum indicia iuxta formam prædictarum Bullarum, vide etiam quæ dixi in tract. de testib. q. 56. num. 304. & 326. & seq.

106 SVBLIMITA XI. in pluribus cautelis, quas tradunt Doctores pro instituendis bannitis, quas videas per Simon. de Præt. in tractat. de interpretat. vltim. volunt. libr. 2. interpretat. 2. dubitat. prima, solutio prima, num. 15. & seq. fol. mihi 125. à tergo.

107 Datur enim cautela, vt banniti instituantur cum conditione, scilicet, si quando peruenerint ad gratiam Domini, & fuerint remissi, ac restituti. De qua cautela vide Cæpoll. cautel. 38. in fine, versic. & ista. Catell. Cotta. in memorali. in verbo *testamentum in quo Pater*, versic. Datur etiam alia cautela, folio mihi 681. Ploti. consil. crimin. diuers. 130. num. 58. tomo 1. in folio. Claud. ad Bertazz. consil. 399. versic. Primus est in fine, allegat Decian. cons. 86. num. 50. lib. 3. & Cephal. consil. 639. num. 1. & seq. Addo eundem Cephal. consil. 324 num. 29. lib. 3. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. libro 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 32. fol. 125.

108 Alia cautela est, vt instituantur fratres banniti, vel aliquis alius successurus ab intestato cum fideicommisso, vt hæreditatem restituat bannito, quando fuerit ad patriam restitutus, secundum Duran. de modo testandi caut. 10. num. 3. sub titul. de his qui non habent fact. testam. Quam cautelam multum sibi placere dixit Ludou. Cat. consil. crimin. diuer. 103. num. 8. tom. 1. in fol. subdens amplius, quòd prædicta cautela locum habebit, siue fideicommissum fiat in eodem testamento, siue etiam in codicillis. Hippol. Riminal. consil. 379. num. 48. & seqq. lib. 4. Simon de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 29. fol. 125.

SVB-

109 SVBLIMITA XII. ſeu potius declara præpoſitam materiam, vt quando bannitus ſuccedit in aliqua hæreditate, illiuſque capax ſit, tunc ſine dubio fiſcus talem hæreditatem ab ipſo non aufert, tanquam ab indigno, ſtante enim caducitate bannitii ceſſat cauſa indigni, ſecundum Bald. in l. 1. num. 25. C. de hæred. inſtit. Vbi benè probat hanc concluſionem, & ego etiam probaui in 1. part. in tit. de delict. & pœn. q. 25. num. 140.

110 Sed quid, quando bannitus eſt incapax hæreditatis? An tunc fiſcus ſubintret, illamque à bannito, tanquam ab indigno auferat? Vide pariter, quæ dixi in dicta quæſt. 25. num. 139. & illis adde Alberic. in dicta l. 1. num. 8. C. de hæred. inſtit. vbi eſto, quòd in aliquo caſu bannitus non potuerit hæres inſtitui; hæreditas venientibus ab inteſtato defertur, non autem fiſco. Alexan. ibidem num. 5. vbi diſtinguit. Neuizzan. conſ. 73. num. 8. in fine, verſic. circa ſecundum & num. 9. & ſeqq. vbi comprobat, quòd legatum bannito incapaci factum remanet penes ſcriptum hæredem; non autem tranſit ad fiſcum. Bertaz. conſil. 510. num. 12. & omnibus ſeqq. lib. 2. Vbi pluribus comprobat incapaci bannito non ſuccedere fiſcum, nec in hæreditate, nec in legitima, ſed venientes ab inteſtato, & quòd hæc opinio eſt communiter recepta, licèt Bartol. in l. 1. in fine, C. de hæred. inſtit. dubitatiuè contrarium ſenſerit, ad idem vide Decia. conſil. 64. num. 47. lib. 3. & vide etiam Menoch. conſil. 101. num. 12. & ſeqq. vſque ad num. 39. vbi latè diſputat materiam, & præſertim: an fiſcus ſuccedat in feudum apertum, & delatum bannito, tempore quo erat bannitus. An verò ſuccedant alij ſubſequenter in inueſtitura vocati. Marcabru. conſil. 83. num. 196. & ſeqq. Vbi quod hæreditas bannito incapaci delata non tranſit in fiſcum, ſed ad ſubſtitutos, vel ad cohæredes, & ſi eos nõ habeat, ad veniẽtes ab inteſtato, & ibi concordantes Doctores refert Pereg. in tract. de iure fiſci, lib. 3. titul. 2. num. 13. vbi quod ex perſona bannitorum non acquiritur fiſco, ſeu Principi, quia banniti non efficiuntur ſerui Principis, & fiſci, ſed ſerui pœnæ, iuribus ibi per eum allegatis, Brunor. à Sole in ſuis quæſt. legalibus, quæſt. 16. num. 25. & ſeqq. Vbi latè materiam declarat. Et vide ad materiam, quæ dixi infra de hæreditate de lata deportato, ſeu damnato in metallum, num. 164. & ſeq.

ARGVMENTVM.

Damnatus ad mortem naturalem an poſſit teſtari.

SVMMARIVM.

Regula ſit, quòd damnatus ad mortem naturalem efficitur ſeruus pœnæ, & ideò teſtari non poteſt, num. 111.

Amplia 1. vt nec valeat teſtamentum factum antequam quis ſit damnatus ad mortem naturalem, vel ciuilem, num. 112.

Amplia 2. etiam, quòd damnato ad mortem non ſint publicata bona, num. 113.

Amplia 3. vt damnatus ad mortem nec poſſit teſtari pro anima ſua, & ad pias cauſas, num. 114.

Amplia 4. etiam quòd ante executionem ſententiæ damnatus ad mortem aufugeret, vel ex manibus Curiæ ereptus fuiſſet, num. 115. licet alij contra, num. 116. & iſto caſu damnatus ad mortem non poterit teſtari, neque in territorio Ciuitatis, à qua eſt bannitus, neque extra, dummodo tamen tam in condemnando, quàm in procedendo fuerit ſeruata forma, & diſpoſitio iuris communis, ſecus autem ſi fuerit condemnatus de iure ſpeciali, & ſecundum Statut. num 117.

Amplia 5. non ſolum de iure ff orum, ſed etiam de iure C. & Authen. num. 118.

Amplia 6. in damnato ad mortem non ſolum ſecundum formam iuris communis, ſed etiam in damnato, ſecundum formam Statutorum, ſeu bannimentorum, num. 119.

Amplia 7. etiam in teſtamenti factione paſſiua, num. 120. & ſeq. vbi ampliatur, hæc concluſio etiam in damnato ad mortem ex crimine priuato.

Limita 1. ſi damnatus ad mortem appellauit, & poſt appellationem facit teſtamentum, nu. 122.

Limita 2. in teſtamento facto pendente termino ad appellandum, num. 123. contra 124.

Limita 3. in teſtamento facto de licentia Principis, num. 125.

Limita 4. ſic volente Statuto, num. 126.

Limita 5. in damnato ad mortis genus de iure prohibitum, vt puta veneni, mallei, ſecuris, vel præcipitij, num. 127.

Limita 6. in damnato ad pœnam inferiorem quam mortis naturalis, num. 128.

Limita 7. in teſtamento facto pro reſtitutione malè ablatorum. num. 129.

Limita 8. in condemnato ad mortem naturalem ſeu ciuilem, quando condemnatio eſt nulla num. 130.

Limita 9. quia de conſuetudine damnatus ad mortem poteſt teſtari, num. 131.

Carceratus non prohibetur teſtari, etiam quod pro capitali delicto ſit inquiſitus, & proceſſatus, num. 132.

Limita 10. incarcerato, & accuſato pro crimine leſæ maieſtatis, ſeu pro alio delicto, pro quo defuncti memoria damnari poteſt, num. 133.

Limita 11. incarcerato, & accuſato de crimine, pro quo ipſo iure irrogetur pœna confiſcationis bonorum, num. 134.

QVÆST. CII. INSPECTIO II.

111 REGVLA ſit in hac ſecunda inſpectione, quòd cum per condemnationem ad mortem quis efficiatur ſeruus pœnæ, l. qui vltimo, ff. de pœn. ideò damnatus ad mortem teſtari non poteſt, l. eius, §. ſi cui, & ibi gloſſ. in verbo *ad ferrum*, & communiter Doctores omnes in ſummario, ff. de teſtam. ac etiam Bart. num. 1. verſ. Quæro, quid de illis qui damnantur ad mortem, vbi quòd ita tenent ibi omnes Doctores, Bald. num. 3. Alberic. num. 1. vbi quòd hæc regula indubitanter procedit de iure communi, & Aret. num. 4. gloſſ. in l. ſi quis poſt accuſationem, verſic. ſecus ſi condemnatus, ff. eodem; & ibi Goffred. num. 1. Abb. in rub. de teſtamen. num. 4. Vbi quòd ita communiter tenetur. Couaru. in eadem rubr. de teſtamen. num. 27. in princ. Socin. regul. 76. in princ. Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 2. tempor. quæſt. 53. in princ. Capra concluſ. 102. n[illegible] Ioann. de Imol. conſil. crimin. diuerſ. 87. num. [illegible] tomo [illegible] folio Clar. in §. teſtamen. quæſt. 21. in pr. [illegible] atur de communi ex Bald. quem allegat in l. fin. [illegible] 15. C. ſi non à compet. iudic. Ioan. Petr. Surd. conſil. 90. num. 12. & ſeq. lib. 1. Peregrin. de iure fiſci, lib. 3. titu. 2. num. 2. vbi teſtatur de communi opinione, Flamin. Cartar. de exequut. ſentent. cap. 1. num. 414. Vbi alijs relatis, teſtatur de communi, & magis communi opinione.

112 AMPLIA I. huius ſecundæ inſpectionis regulam, vt teſtamentum factum antequam quis ſit damnatus ad mortem naturalem, ſeu ciuilem, vtputa, deportationem, vel ad metallum per ſubſequentem damnationem rumpatur, & irritum remaneat, l. eius, §. ſi cui, ibi, *Nec illud teſtamentum valet, quod ante fecit*, ff. de teſtamen. ibi Bartol. & Doctores omnes in ſummario, & etiam Alberic. num. 1. verſic. ſed quòd non valeat. vbi allegat text. in l. ſi quis exhæredato, §. irritum, ff. iniuſt. teſtam. Paul. de Caſtro, num. 1. Imol. in ſummario, & Aret. pariter in ſummario. Idem Aret. in l. ſi quis poſt accuſationem, colum. 2. in prin. num. 3. poſt med. verſic. quia glo. tua, ff. eodem de teſtam. Ioan. de Imol. conſil. crimin. diuerſ. 87. num. 2. tom. 2. in fol. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 21. verſic. Quinimò ſi prius. Peregr. de iur. fiſci, lib. 3. tit. 2. num. 2. vbi teſtatur de communi opinione, & tit. 4. num. 1. in fine, & tit. 5. nu. 4.

113 AMPLIA II. vt damnatus ad mortem teſtari non poſſit, etiam quòd ei non ſint publicata bona Bald. in dict. leg. eius, qui, §. ſi cui, num. 3. & ibi etiam Alberic. num. 1. Goffred.

Goffred.in §. in insulam,num.4.Paul.de Cast.num.10.vers. 3.quæritur.ff.de testam. vide quæ in simili de damnato ad mortem ciuilem dixi infra num. 151.

114 AMPLIA III. vt nec damnatus ad mortem possit testari pro sua anima,& ad pias causas.Bald.in d.l.eius,qui §.si cui,post num. 3. ff.de testam. & ibi etiam Paul.de Cast. num. 11. vers. vltimo quæritur. Fulgos.num.4.in fine, & etiam Aret.num.4. Couar. in rubr. de testamen. num 27. in fin. Capra conclus. 102. num.106. & seqq.vbi de materia, & hanc conclusionem reperies bene comprobatam apud consulentes inter consil.crimin. diuer.consil. 86. 87. & 88.tomo 1.in fol.Clar.in §.testamen.quæst. 6.nu.6. vers. Quæro,quid de damnato ad mortem,vbi de communi ex Bartol.Alexand.& Abb.in locis per eum relatis. Peregr.de iur. fisci, lib. 2. titul. 2. num.2. versic. Amplia etiam ad pias causas.

115 AMPLIA IV. vt nec damnatus ad mortem testari possit, quamuis fortè contingat ante executionem sententiæ ipsum euadere,vtputa, quia aufugerit, vel fuerit è manibus Curiæ ereptus, secundum Angel. in dict.l.eius, qui,num.2.ff. de testamen. post Bart. quem allegat, dicens de hoc esse casum,in l.si quis exhæredato,§.irritum,ff. de iniust. testamen. Pau. de Castr. in dict.§. si cui num.9. in fine,versic. Sed quid, si eripitur.Aret.in l.si quis post accusationem, num.3. ff. eod. de testam. Vbi quòd ita tenent communiter Doctores. Abb.in rubric.de testamen.num. 4.Nell. de bannit.in prima par. 2. tempor.quęst.53.in prin. Capic. conclus. 102. num.104. Clar.in §.testam.quæst. 19. num. 2. versic. Aliquando verò. Ioan. Petr. Surd. consil. 90. num. 12. lib. 1. Peregrin. in tract. de iur. fisci. lib. 3. tit. 2. num.3.

116 Quamuis contrarium voluisse videatur Imola in l. si quis,post num.6. post med.ff. de testamen.allegans Angel; in dict.l.eius,qui,§.si cui,qui tamen, vt supra eum retuli, contrarium dixit.

117 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, vt in isto casu damnatus ad mortem non poterit testari, neque in territorio Ciuitatis, à qua est bannitus,neque extra, dummodò tamen tam in condemnando, quàm in procedendo fuerit seruata forma,& dispositio iuris communis, tunc enim vbique, & quo ad omnia semper remanet intestabilis, & talis sententia lata secundum ius commune illum afficit vbique locorum; secus autem si fuerit condẽnatus de iure speciali,& secundum Statuta loci,quia tunc quo ad bona extra illius territorium existentia non remanet intestabilis. Sic enim benè declarat Clar.in dicto §.testamen.quæst.19.num. 2. eod. versic. Aliquando verò iuncta quæst.21. versic. Sed quid si reus, & secundũ prædictã distinctionem declarandus est Peregr.in tract. de iur.fisci, lib.3.tit.2.num.3, dum simpliciter dixit, quòd damnatus ad mortem,si aufugerit ex carceribus,vel è manibus familiæ, poterit testari de bonis existentibus extra territorium Iudicis condemnantis,vt scilicet hoc procedat, quando damnatus testatur de iure municipali,secus si de iure communi secundum Clar. in loco præcitato.

118 AMPLIA V. vt damnatus ad mortem efficiatur seruus pœnę,& non possit testari non solum de iure antiquo, ffforum,sed etiam de iure.C. & Authent. secundum Paul. de Castro, in l. eius, qui,§. si cui, num. 9. versic. secundo quæro,ff. de testamen. Vbi quòd ita dicunt Doctores.Couaru. in rubric.de testamen.num.27.vbi alijs relatis.testatur de communi opinione, subdens propterea, quòd text. in Authent. sed hodie.C.de donat. inter virum,& vxor. Quo cauetur neminem bene natum à principio ex damnatione ad supplicium fieri seruũm pœnæ,frequentissimo omnium consensu intelligitur non de condẽnatis ad mortem naturalem, sed ad mortem ciuilem, & ita etiam scripserunt Peregr.qui alios refert concordantes in tract.de iure fisci,libr.3. titul.2. num 4. Vide quæ in simili de damnatis ad mortem ciuilem, dixi infra num. 146. & 158.

119 AMPLIA VI. vt damnatus ad mortem testari non possit, non solum si sit condemnatus iuxta formam iuris communis, sed etiam si iuxta formam Statutorum, seu bannimentorum secundum Capram in conclus. 101. nu. 123. Clar.in §. testamentum,quæstio.21.in princip.Vbi tamen declarat hoc procedere quo ad bona sita extra illud territorium, quia quo ad ea non efficitur intestabilis, nisi tam in procedendo, quam in condemnando, seruata forma iuris communis, & idem videtur sentire in eadem quæst.21.versic. Quid si reus,num.21.

120 AMPLIA VII. vt damnatus ad mortem non solum non habeat testamenti factionem actiuam, sed nec etiam passiuam, quamuis post damnationem exequutio differatur, ex quo enim seruus pœnæ factus est, perditque per condemnationem & Ciuitatem, & libertatem. Idcircò omnino incapax redditur ad acquirendum, & habendum bona,l.qui vltimò ibi Bartol.& l. quidam sunt,ff. de pœn.

121 Seraphin.in tract. de iure fisci, lib. 3. titul.2. num.1. Vbi ampliat,siue quis fuerit damnatus ex crimine publico, siue etiam crimine priuato, & declarat præterquam in legato, seu relicto pro alimentis, cuius quidem legati damnatus ad mortem capax est, donec vixerit ex Bald. quem allegat in repet.l.primę, num.21. C.de Sacrosanct. Eccles. & pro hac declaratione faciunt, quæ in simili de deportato dixi infra num. 154. & de damnato ad metallum, num. 154.

122 AMPLIA I. huius secundæ inspectionis propositam regulam non procedere, quando damnatus ad mortem à condemnatione appellauit, & post appellationem condidit testamentum, valet enim tale testamentum, si ante confirmationem sententię, & illius exequutionem pendente appellatione,mortuus fuerit secundum Alberic. in d.l.eius,qui,§.si cui, num.2.ff.de testam.& ibi etiã Ang. post.num.2, vers. Adde quòd vbi eo, qui aufugit à carceribus appellatione pendente, & ante confirmationem sententiæ testatur, & moritur. Paul.de Castr.nu.2.post med. versic. secus si fuerat appellatum. Goffred. in l. si quis post accusationem, num. 1.ff. de testam.& ibi etiam Paul. de Castr. num.1.versic. Idem si post latam sententiam.Socin. regul. 76. in 3. & 4. fallen. Lancillott. de atten.cap.12. in præfat. num 89. & 91. Peregr. in tract. de iur. fisci, lib.3, titul.2.num.8.vbi propterea quod scripti hæredes possent pro eorum interesse interpositam appellationem prosequi ex Bald.quem allegat in l.1.num.5.& 7.C.si penden.appell. cum alijs per eum allegatis

123 LIMITA II. (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad præcedẽtem limitationem)vt damnatus ad mortem possit etiam testari non solum pendente appellatione, vt supra, sed etiam pendente tempore ad appellandum, valet enim testamentum, si ante exequutionem sententiæ testator obierit. Alberic. in dict.l.eius,qui,§. si cui nu.2.ff. de testa. & ibi etiam Paul. de Castr. num.2. in fine, versic.& idem videtur. Idem Paul.de Castr. in l.si quis post, num. 1.vers. Idem si infra tempus, quo poterat appellare,ff. eod. de testamen. Lancillott. de attent. par.2. cap.11.num.25.& Peregr.in tract.de iur.fisci lib.3.titul.2.num.8.Vbi quod isto casu possunt hæredes scripti pro eorum interesse appellare, & appellationem prosequi ex Bald. in l. 1.num. 5. & 7. C.si penden. appell. cum alijs ibi per eum allegatis.

124 Contrarium videtur de mente Ioann. Petr. Surd. cõs. 90. num. 13. lib 1. dum dixit, quòd damnatus ad mortem intra tempus sententiæ contra ipsum datæ, & tempus executionis non potest concedere testamentum, quia lata sententia, damnatus habetur pro mortuo,& post mortem nemo testatur,allegat Angel.de malef. in verbo *& sibi caput*, *&c.* num. 21. Nec dissentit Seraphin. de iur. fisci lib. 3. titol.2. post num.1. ex Castren.quem allegat in d.l.eius, qui,§. si cui, qui tamen Castren. vt supra eum retuli contrarium dixit.

125 LIMITA III. quia damnatus ad mortem potest testari de Principis licentia: Princeps enim aduersus legem scriptam dispensare potest. l. Princeps, ff. de leg. non sic, si de licentia magistratus testaretur; Cum idem Magistratus nihil contra ius scriptum statuere possit l. 1. §. Item cum contra sacras, ff. quando appella. non sit l. forma. C. de offic. præfect. Prætor. cum alijs per Peregrin. de iur.fisci, lib.3.tit. 2. num. 2. ad med. vers. valeret tñ testm̃ factum de Principis licentia,vbi ꝓpterea testatur

alias

alias fuisse annullatum quoddam testamentum de licentia Magistratus conditum per Ioannem de Marostica vltimo supplicio condemnatum, & affectum.

116 LIMITA IV. vt pariter damnatus ad mortem testari possit sic volente, & dictante Statuto Fulgos. in lege eius, qui §. si cui, num. 4. ff. de testam. Capra conclus. 102. num. 111.

117 LIMITA V. in damnato ad mortis genus a iure prohibitum, vt puta, veneni, mallei, securis, vel præcipitij. Is enim non efficitur intestabilis secundum Angel. in l. si quis mihi bona, §. si fisci, ff. de acquit. hæred. & est communis opinio secundum Clar. in §. testamentum. q. 21. num. 3. vers. sed pone, quòd Iudex ex adden. ad Angel. de malef. in verbo, *& ibi caput &c.* post num. 25. & sub num. 29. Vbi etiam subdit hanc decisionem esse mirabilem, & notandum in pract. Pereg. in tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 2. n. 7. vbi declarat hanc conclusionem procedere, quando Iudex sic reum condemnasset ad illam pœnam insolitam; secus si post sententiam capitalem, in qua nulla fuisset insolita pœna imposita, exequutio facta extitisset de insolita pœna, quia non exequutio, sed sententia intuenda est, quo ad iuris effectum ex Bartol. & Aret. in locis per eum relat.

118 LIMITSA VI. in damnato ad pœnam inferiorem mortis naturalis, qui non prohibetur testari, etiam quòd ex illa pœna posset sequi mors, prout est, quando quis damnatur in amputatione manus, vel vt oculus ei eruatur, l. qui manus, & ibi Bartol. & omnes, ff. de testam. Abb. in rubr. de testam. post num. 4. ex Specul. in loco per eum relato. Capra concl. 102. num. 116. Simon de Præt. interpr. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubitat. 1. solutio. 1. num. 6. fol. mihi 123. à tergo.

119 LIMITA VII. in testamento facto pro restitutione male ablatorum, secundum Fulgos. in l. eius, qui §. si cui num. 4. in fine, in addit. ff. de testam. post Io. Andr. & Bal. in locis per eum relatis. Capra concl. 102. nu. 112. & seqq. Vbi tñ quòd de malè ablatis debet isto casu aliter cõstare quam per assertionem testatoris ex Anchar. in loco per eum relato. Pereg. in tract. de iur. fisci lib. 3. tit. 2. in fin. vers. Adde tamen.

130 LIMITA VIII. in damnato ad mortem naturalem, siue ciuilem, prout est deportatus, & in metallum cõdemnatus, quando talis condemnatio est nulla, tunc enim ipsum non prohiberi facere testamentum, nec antea factũ rumpi, ex quo seruus pœnæ non efficitur, etiam quod facti exequutionem passus sit per l. si quis sententia, § si quis ff. de iniust. rupt. testam. communiter tradunt Doctores ponentes exemplum in condemnato a Iudice incompetente, prout contingit, quando Clericus condemnatur a Iudice laico, & in specie scripserunt Bald. in d. l. eius, qui §. si quis post. num. 1. ff. de testam. & ibi etiam Angel. num. 1. & 2. in fine, vbi hoc videtur ampliare, etiam quando per sententiam fuit illata pœna, quæ de iure imponi non poterat, quia tunc ante illius exequutionem condemnatus non redditur intestabilis per l. si quis exhæredato. §. si quis fuerit. ff. de iniust testam. & est notabilis ampliatio Paul. de Castr. num. 2. post med. vers. intellige tamen. Pereg. in tractat. de iur. fisci lib. 3. tit. 2. num. 10. Imol. in l. si quis post, num. 6. vers. Quid autem si aliquis, ff. eod. de testam. Soci. regul. 76. in 7. fallen. Vide pro hac limitatione, quæ in simili dixi supra num 99. Vbi de nulliter bannito, & infra num. 157. Vbi de nulliter deportato.

131 LIMITA IX. & hæc limitatio destruit regulam cum omnibus ampliationibus, vt quicquid sit de iure, de consuetudine contrarium seruatur, vt scilicet damnatus ad mortem testari possit, secundum Alberic. in d. l. eius, qui §. si cui, num. 1. vers. Item de damnato ad mortem, ff. de testam. vbi testatur communiter vidisse damnatos ad mortem testari, & eorum testamenta nunquam infringi. Et de hac eadem consuetudine testantur etiam Paul. de Castr. in d. §. si cui, num. 9. Imol. in c. quia ingredientibus, num. 30. ext. de testam. Capr. concl. 102. num. 111. Clar. in §. testam. quæstio 21. in princ. vers. benè verum est, vbi quod hodie vbique seruatur, quòd decapitandi faciunt in carcere testamenta, instituuntque hæredes, quando eorũ bona non confiscantur ex Imol. in c. quia ingredientibus num. 30. in fine, de testam. & Natta conf. 177. num. 4. sub dens, quòd licet credat talia testamenta de iure parum, aut nihil valere, non tamen putat ab ista consuetudine recedendum. Et hanc consuetudinem valere dubitandum non est. Socin. regul. 76. in 1. fallen. Capr. d. conclus. 102. num. 111. & quamuis Peregr. in tract. de iur. fisci lib. 3. tit. 2. num. 2. dixerit a lege scripta non facilè recedendum esse, nisi de asserta consuetudine eo loci, quo factũ est ut testamentum constitierit. Ego tamen satis de hac consuetudine constare crediderim ex tot Doctorum attestationibus, in tantum, vt qui consuetudinem hanc in loco minimè esse affirmauerit probare teneatur, & ita apud nos in Vrbe passim ad mortem damnati, ante quam morti tradãtur, testantur, & eorum testamenta valent, & hoc nedum vigore consuetudinis prædictæ, sed etiam in vim priuilegiorum Societatis misericordiæ cuius confratres solent ad mortem damnatum associare ad patibulum, & antea eidem damnato Sanctissima Sacramenta subministrari facere, & tunc etiam ipsum testari procurant, si testari voluerit.

132 LIMITA X. huius secundæ inspectionis regulam procedere, prout loquitur in condemnato ad mortem, vnde secus in accusato, seu processato etiam de capitali delicto, non tamen cõdemnato, qui testari poterit, etiam quòd tempore testamenti carceratus reperiatur l. si quis ff. de testam. cuius verba sunt hæc. *Si quis post accusationem in custodiam fuerit defunctus indemnatus testamentum eius non valebit.* Et ibi notant glos. & communiter Doctores omnes reddentes rationem, quia non processus, seu accusatio, sed damnatio reddit hominem intestabilem, & quia etiam adhuc dicitur certus de suo statu quis, qui de futura condemnatione dubitat. Capr. concl. 102. num. 132. Pereg. de iu. fisci, lib. 3. tit. 2. nu. 14.

133 SVBLIMITA I. hanc vltimam limitationem non procedere in accusato, & carcerato pro crimine læsæ maiestatis, seu pro alio delicto, pro quo defuncti memoria damnari potest, iuxta l. ex iudiciorum, ff. de accusat. Is. n. etiam, quòd nondum damnatus sit, testari minimè valet, secundum gl. in l. si quis post accusationem vers. Item secus in crimine læsæ maiestatis. ff. de testam. & ibi etiam Alberi. in t. oppos. Goffr. e. num. 4. vbi quòd licet ante memoriæ cõdemnationem sequutam teneat iam testamentum factum sequuta tamen damnatio iam factum testamentum per retroractionem nihil valere facit, & ibidem nu. 5. & seqq. ponit etiam quòd idem sit de donatione, & aliis contractibus, & idem dixit ibi Paul. de Castr. nu. 1. in fin. vers. si autem sit tale crimen, & Aret. post nu. 2. Vbi benè disputata materiã, proponit contraria, & illa resoluit. Capr. concl. 102. num. 133.

134 SVBLIMITA II. eandem vltimam limitationẽ in accusato de crimine, pro quo ipso iure veniat bonorum confiscatio. Is enim testari non poterit de dictis bonis etiã ante condemnationem secundum Ioseph. Ludou. conclu. 3. col. 4. vers. Ampliatur secundo ex Bertac. Tiraq. & Menoch. in locis per eum relatis.

ARGVMENTVM.

De damnatis ad mortem ciuilem an, & quando censeantur priuati testamenti factione actiua, vel passiua.

SVMMARIVM.



Damnatus ad mortem ciuilem, propterquam quis perdit Ciuitatem seu libertatem testari non potest, num. 135.
Deportatus testari non potest, num. 136.
Interdictus aqua, & igne testari non potest, num. 137.
Damnatus ad metallum testari non potest, num. 138.
Damnatus ad bestias testari non potest, num. 139.
Damnatus ad triremes testari non potest num. 140.

Con-

Condemnatus ad perpetuos carceres testari non potest, num. 141. & 142. vbi, quid si ex carceribus aufugerit num. 143. vbi, quid de testamenti factione passiua, num. 144. & seqq. vbi quid de Clericis condemnatis ad perpetuos carceres.

Clericus condemnatus ad perpetuos carceres an habeat factionem testamenti actiuam, vel passiuam, nu. 144. & seqq.

Deportatus testari non potest etiam, quòd ei non sint publicata bona, num. 147.

Deportatus testari non potest, etiam de bonis acquisitis post deportationem, num. 148.

Damnatus ad mortem ciuilem, vt puta ad metallum, vel deportatus, non solum non potest testari, sed etiam testamentum antea factũ rumpitur, num. 149.

Deportatus non est capax hæreditatis, seu legati sibi ex testamento, vel intestato delati, num. 150.

Damnatus in metallum non est capax hæreditatis sibi delatæ, numero 151.

Deportatus amittit ea, quæ iuris ciuilis sunt, non autem ea, quæ sunt iuris gentium, & naturalis, & sic habetur pro mortuo ciuiliter, non autem naturaliter, num. 152.

Deportatus est capax hæreditatis, seu legati in testamento militis ei relicti, num. 153.

Deportatus est capax legati alimentorum, num. 154.

Deportatus est capax legati sibi facti ad pias causas num. 155.

Deportatus potest testari ad pias causas, num. 156.

Deportatus à Iudice incompetente, seu alias nulliter condemnatus, nõ est incapax hæreditatis sibi delatæ, num. 157.

Damnatus ad mortem ciuilem non prohibetur testari de iure nouo, num. 158.

Damnatus in metallum non in perpetuum, sed ad tempus non est incapax hæreditatis sibi delatæ, num. 159.

Deportato incapaci delata hæreditas non defertur fisco, sed substitutis, & in eorum defectum venientibus ab intestato, nu. 160. licet alij contra, num. 162.

Damnato in metallum incapaci hæreditas delata non defertur fisco, sed venientibus ab intestato, num. 161.

Deportatus potest contrahere, emere, donare, & acquirere, nu. 163.

Deportati bona acquisita tempore deportationis post eius mortem, ad quem deferantur. 164.

Relegatus testari potest, num. 165. item est capax hæreditatis sibi delatæ, num. 166. siue quis sit relegatus ad tempus, siue in perpetuum, num. 167. & siue sint ei publicata bona, siue non, nu. 168.

Relegatis in perpetuum possunt etiam bona publicari, num. 169.

QVÆST. CII. INSPECTIO III.

135 REGVLA sit in hac tertia inspectione, quòd damnatus ad mortem ciuilem, propter quam quis perdit Ciuitatem, seu libertatem testari non potest. text. est in l. eius, qui §. 1. & ita ibi per illum text. notant communiter omnes Doctores in summ. ff. de testam. & etiam Goffred. ibid. in §. in insulam, num. 2. Paul. de Castr. num. 2. vers. dicitur autem capitale. Imol. num. 1. Fulgos. in summ. & Aret. pariter in summ. Abb. in rubr. de testam. num. 4. vbi quòd ita communiter tenetur. Capr. concl. 102. num. 117.

136 AMPLIA I. huius tertiæ inspectionis regulã procedere in deportato, qui, quòd testari non possit, probat. tex. in l. eius, qui §. in insulam. ff. de testam. & ibi Bald. in summ. Salyc. in l. 1. num. 2. in fine, vers. & per consequẽs. C. de hæred. instit. & ibi etiam Ias. num. 1. vers. eod. modo. Abb. in rubr. de testam. num. 4. vbi quòd ita communiter tenetur, Imol. in c. quia ingredientibus, post num. 30. de testam. vbi quòd ita communiter tenetur. Maranta in repet. l. is potest, num. 123. ff. de acquir. hæred. Couaru. in d. rub. de testam. num. 27. in princ. Capr. conclus. 102. num. 118. & seq. Duran. de arte testan. tit. 1. caut. 10. num. 3. Clar. in §. testam. q. 22. in princip. vbi etiam de communi ex Natta in loco per eum relato. Bero. cons. 54. num. 7. lib. 2. Pereg. in tract. de iure fisci, lib. 3. titul. 5. num. 2. vbi aliis relatis, testatur de communi, & num. 4. Brun. a Sole in suis quæst. legal. quæst. 16. num. 22. vbi respondet contrarijs.

137 AMPLIA II. in interdicto aqua, & igne, qui nec etiam ipse poterit testari cum loco talis pœnæ hodie successerit deportatio. d. l. eius qui, §. in primis verbis, & ibi gl. in verbo, *& igni*, ff. de testam.

138 AMPLIA III. in damnato ad metallum, qui testamentum facere non potest, l. eius, qui in fine, ff. de testamen. & ibi glo. in verbo *ad ferrum*, Bal. in summ. Paul. de Castr. num. 2. vers. & similiter si damnatus in metallum. Fulg. num. 2. Couar. in rubr. de testam. num. 27. in princip. Capr. concl. 102. num. 117. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 1. vers. item amittit testamenti factionem actiuam.

139 AMPLIA IV. in damnatis ad bestias, qui pariter testari non possunt: text. in l. eius, qui, in fine. ff. de testam. & ibi glo. in verbo, *ad ferrum*, Couar. in rubr. de testam. nu. 27. in princ. Peregr. in tractat. de iur. fisci, lib. 3. titul. 4. numer. 7.

140 AMPLIA V. in damnatis ad triremes, qui cum efficiantur serui pœnæ, ideo testari non possunt: sicut damnati ad metallum secundum Pereg. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 7. post Rip. & Gabr. in locis per eum relatis, Simon. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubit. 1. solut. 1. num. 7. fol. mihi 123. a tergo, & num. 8. & seqq. vbi quòd etiam amittit testamenti factionem passiuam, etiam si fugiat, aut aliter eximatur a carceribus, & ibi aliis relatis concordantibus testatur de communi opinione.

141 AMPLIA VI. in condemnatis ad perpetuos carceres, quos non posse testari scripserunt Abb. in rubr. de testam. post num. 4. vbi testatur de communi sententia. Couar. ibidem, num. 27. vers. ex qua cessat & illa dubitatio, vbi etiam de communi ex Bal. Imol. Gulielm. de Benedict. Barbat. & Marsil. in locis per eum relatis. Capr. concl. 102. num. 130. Franc. in ead. rubr. de testam. vers. 12. prohibetur, vbi etiam de communi, prout illum refert Bertrand. cons. 194. post num. 2. lib. 1. par. 2. & licet hæc opinio non placeat Clar. in §. testamẽt. q. 23. ea ratione, quia pœna perpetui carceris non est a iure ciuili approbata; Nõ tamen ab ea recedas, quando eadem pœna est approbata, saltem de consuetudine ad ea, quę latius dixi in 1. part. tit. de delict. & pœn. q. 19. num. 31. Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 5. vbi etiam relatis contrariis hanc communem sequi videtur.

142 Damnatumque ad perpetuos carceres non posse testari, etiam quod inde aufugerit, voluit Fulgos. in loco relato per Peregr. de iure fisc. lib. 3. tit. 4. nu. 5. vbi amplius re-

143 fert Doctores volentes ipsum amittere non solum testamenti factionem actiuam, sed etiam passiuam.

144 Quid autẽ in Clericis ad perpetuos carceres damnatis, an possint testari, vna fuit opinio affirmatiua, quæ fuit reputata mitior secundum Abb. in rubr. de testam. num. 4. eamq; vti veriorem hodie de iure. C. defendit Couaru. in d. rubr. de testam. num. 27. ante med. vbi alios refert cõcordantes.

145 Altera fuit opinio negatiua, quam veriorem dixit Abbat. vbi supra in d. rubr. de testam. eod. num. 4. sequitur Capr. conclus. 102. num. 131. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 5. vbi quod de iure canonico damnatus ad perpetuos carceres testari non potest.

146 Dic, quod de iure nouo, siue Laici, siue Clerici testari possunt, etiam quod sint damnati ad perpetuos carceres per text. in Auth. sed hodie C. de donat. inter vir. & vxor. & in specie voluit Couaru. in d. rubr. de testam. eod. num. 27. post med. vers. Quorum opinionem. vbi testatur ita frequentissimo omnium Doctorum consensu receptum esse, sequitur Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. nu. 9. vide, quæ in simili de damnato in metallum dixi infra, num. 162. & seq. & de damnato ad mortem naturalem, dixi supra, num. 122.

147 AMPLIA VII. vt damnatus ad mortem ciuilem, & sic deportatus testari non possit etiam quòd ei non sint publicata bona, per ea, quæ in simili dixi supra, num. 117. de damnato ad mortem naturalem, & in specie voluisse videtur Goffred. in l. eius, qui, §. in insulam post num. 2. & ibi etiam Fulgos. in §. si cui, num. 2. & 3. (vbi tamen arguit con-

contra) ff. de testam. Menoch. consf. 492. num. 23. lib. 5. Pereg. in tract. de iur. fisci lib. 3. tit. 5. num. 4. in fine, vers. Amplia etiam vide.

148 AMPLIA VIII. vt deportatus non possit testari etiam de bonis acquisitis post deportationem secundum glo. in l. eius, qui, §. in insulam, in verbo, *deportati*, vbi concordantia iura allegat, & ibi etiam Goffred. nu. 3. de re testam. Capr. concl. 102. num. 121. Bero. consf. 8. nu. 7. lib. 2. Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 5. vbi an bona post deportationem quæsita morte deportati transeant in fiscũ an verò deferantur venientibus ab intestato, de quo particulariter dixi infra, nu. 169.

149 AMPLIA IX. vt damnatus ad mortem ciuilem, vt puta, ad metallum, vel deportatus, non solum non possit testari, sed etiam testamentum antea factum rumpitur, vt dixi supra, num. 116. & ibi tradita hic repetere superfluum est.

150 AMPLIA X. vt damnatus ad mortem ciuilem, & sic deportatus non solum amittat testamenti factionem actiuam, sed etiam passiuam, & sic non est capax hæreditatis, seu legati sibi ex testamento, aut ab intestato delati. tex. & ibi communiter notant omnes in l. 1. C. de hæred. instit. cuius text. verba sunt hæc. *Qui deportantur, si hæredes scribantur, tanquam peregrini capere non possunt, scilicet hæreditas in ea causa est, in qua esset si scripti non fuissent hæredes*. Duran. de arte testan. tit. 1. caut. 10. num. 3. Villalob. in commun. opin. littera D, num. 62. vbi de magis communi ex Alex. in consf. 2. in princip. lib. 1. Clar. in §. testamentum q. 22. num. 2. vers. Si autem quæris, vbi de communi. Michael. Crass. in tract. de success. §. successio ab intestato quæst. 6. vbi de magis communi. Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 2. & 3. vbi aliis relatis testatur de communi. Brunor. a Sole in suis quæstion. legal. q. 16. num 5. vbi de magis communi. Ad quam materiam an scilicet, & quando deportatus sit capax hæreditaris successionis seu legati vltra suprascripta vide Doctores omnes in l. 1. C. de hæred. instit. & præsertim Salyc. num. 1. & seqq. vsque ad nu. 7. vbi per duodecim oppositiones benè declarat materiam Ias. num. 1. vbi ponit regulam, cum octo limitationibus. Bened. de Plumb. in repet. num. 1. vbi ponit quatuor modos, quibus deportatus instituitur.

151 Sic etiam, & damnatum in metallum amittere non solum testamenti factionem actiuam, sed etiam passiuam voluit glo. in d. l. eius, qui in fine, in verbo factionem. ff. de testam. plura alia iura in idem adducit. Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 1. vbi amplius, quòd sunt incapaces non solum eorum, quæ ipsis relicta sunt post condemnationem, sed etiam ante, & siue sint relicta pure, siue etiã sub conditione, statim enim per condemnationem in opus metalli extinguuntur, nec debentur, quamuis adueniente conditione, condemnatus fuerit restitutus l. intercedit ff. de condit. & demonstrat. & est communis, vt per Socin. quem allegat, in l. si cognatis, num. 9. & 14. ff. de reb. dub.

152 LIMITA I. & generaliter huius tertiæ inspectionis regulam, seu potius illam declara, ut damnatus ad mortem ciuilem veluti deportatus, licet amittat ea, quæ iuris ciuilis sunt. Non tamen amittit ea, quæ sunt iuris gentiũ, & naturalis, sicut & pariter ciuiliter habetur pro mortuo, licet naturaliter mortuus non sit. glo. in l. 1. in verbo *non possunt*, C. de hæred. instit. vbi prædicta iurium auctoritatibus comprobat, & de materia vide communiter Doctores omnes in d. l. 1. item glo. in l. ex facto §. ex facto, in verbo, *liber*, ff. ad Trebell. Imol. ibidem num. 19. vbi quod deportatus amittit iura matrimonij. Menoch. consf. 271. num. 11. & 24. vers. præterea, & secundo, vbi quod deportati etiam authoritate Imperatoris non amittunt ea, quæ sibi competunt de iure gentium, licet amittãt ea, quæ sunt iuris ciuilis. Pereg. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. sub nu. 2. vbi quod amittant ea, quæ iuris ciuilis sunt, & num. 6. vbi quod amittunt patriam potestatem actiue, & passiue. Item amittunt iura tutelarum, & ius eligendi, & num. 8. & 9. vbi quod propterea non possunt impune offendi, & num. 17. & seqq. vbi latè disputat an, & ad quem effectum deportatus habeatur pro mortuo.

153 LIMITA II. quia deportatus est capax hæreditatis delatæ, seu legati relicti in testamento militis l. neque §. 1. ff. de testam. milit. & l. deportati seruo, §. 1. ff. de legat. 3. Alex. in l. 1. in princip. C. de hæred. instit. & ibi etiam Salycet. num. 1. vers. & a pagano, & num. 6. in 8. oppos. Ias. num. 1. vers. Quarto limita. Simon de Præt. de interpræt. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubitat. 1. solut. 1. num. 30. & seqq. folio mihi 125. vbi ampliat etiam in testamento Clerici, qui dicitur miles cœlestis militiæ, & valet argumentũ de vno ad alium Bartol. Alexan. & Aym. in locis per eum relatis.

154 LIMITA III. in legato alimentorum, cuius capax est deportatus l. 3. ff. de iis qui pro non scripr. haben. l. legatum, cum ibi notatis, ff. de capit. diminut. Alex. in l. 1. num. 1. vers. item possunt quo ad alimenta, & ibi etiam Salyc. num. 6. Ias. num. 1. vers. Tertio limitat. Io. Sicard. nu. 4. & Bened. de Plumb. in repet. num. 44. in 9. oppos. C. de hæred. instit. Io. Pet. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 17. num. 22. & de damnato ad mortem dixi in simili supra, n. 125. & de damnato in metallum, quòd pariter sit capax legati alimentorum probat, idem text. in d. l. legatum. ff. de iis quæ pro non script haben. & in l. legatum capit. ff. de capit. diminut. Salyc. in d. l. 1. num. 6. & ibi Ias. num. 1. eod. vers. Tertio limita. C. de hæred. instit. Duen. reg. 68. in 10. limit. vers. quam opinionem Petr. a Plach. in epit. delict. c. 36. post num. 4. Peregr. de iur. fisci, libr. 3. titul. 4. num. 3. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. q. 17. num. 22.

155 LIMITA IV. quia deportatus est capax legati, seu relicti sibi facti ad pias causas. Alex. in l. 1. num. 1. vers. itẽ fallit in relicto facto sibi ad pias causas. C. de hæred. inst. & ibi etiam Ias. num. 1. post limitation. vers. ex hac limitatione.

156 Sed etiam, & ad pias causas deportatum posse testari voluit Capic. concl. 102. num. 122. vbi aliis relatis, testatur de communi.

157 LIMITA V. in deportato a Iudice incompetente, seu alias non rite, & nulliter condemnato, quem non esse incapacem hæreditaris sibi delatæ ex testamento, vel ab intestato voluit in specie Salyc. in l. 1. num. 1. in princ. in verbo, *deportantur*, & num. 5. & ibi etiam Benedict. de Plumbin. in repet. nu. 43. C. de hæred. instit. & de nulliter banito dixi in simili supra, num. 103. & de nulliter damnato ad mortem dixi in simili sup. nu. 130.

158 LIMITA VI. quia hodie de iure nouo nec damnatus in metallum, nec deportatus, seu alias ad mortem ciuilem destinatus non prohibetur testari, sicut ne etiam eodem iure nouo quis seruus pœnæ efficitur, nisi ad mortem naturalẽ fuerit damnatus. text. in Aut. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. quem text. ita intelligendum esse frequentissimo omnium Doctorum consensu testatur Couarru. in rubr. de testam. num. 27. post med. vers. Quorum opinio. Cuius tamen contrarium, quod scilicet etiam inspecto iure nouo deportatus amittat testamenti factionẽ actiuam, & passiuam voluit. Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 7. vbi alios refert concordantes, & etiam de communi opinione testatur. Vide quæ in simili de damnato ad mortem naturalem dixi supra, num. 122. & de damnato ad perpetuos carceres, num. 150.

159 LIMITA VII. vt tunc demum in metallum damnatus est incapax hæreditatis sibi delatæ, quando scilicet est damnatus in perpetuum, secus si ad tempus. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. num. 2.

160 LIMITA VIII. quia licet deportatus sit incapax hæreditatis sibi delatæ ex testamento, siue ab intestato; illa tamen fisco non acquiritur, nec ab eo, tanquam ab indigno aufertur, sed aut substitutis, aut in eorum defectum venientibus ab intestato defertur, sic enim magis communiter affirmarunt Doctores ferè omnes in d. l. 1. C. de hære. instit. vt videre est ibi apud Bellaper. in vers. intelligo. Cyn. num. 1. & 2. vbi quod omnes Doctores reprobant glo. ibi Bald. num. 1. in fine, vbi quòd glo. ibi est falsa. Alberic. nu. 2. & 3. vbi quod contra glo. tenent communiter Doctores, respondetque l. per glo. allegatę. Ang. nu. 3. in fine, Alex. num. 2. vbi quòd optimè contra glo. communiter approbatur

batur,& d. num. 2. ante finem, col. 3. paulo post med. vbi pariter de communi,& eodem num. 2. in fine, vers. & ex prædictis. Salyc. post num. 1.7. & seqq. vsque ad num. 12. vbi latissimè discussa hincinde materia, hanc communem sequitur opinionem, eamque ampliat, vt non solum fiscus hæreditatem non auferat a deportato incapace, sed nec etiam a venientibus ab intestato, Butrigariiq; rationem in contrarium consideratam non habere saporem affirmat Paul. de Cast. post num. 2. & 3. vbi de communi. Ias. nu. 1. in 8. limit. & num. 3. vbi de vera,& communi opinione licet multa in contrarium deducat. Aret. num. 2. vbi quòd Doctores tenent communiter contra glo. Corn. post nu. 4. in princ. vbi idem testatur, & d. num. 4. ad finem, vbi quòd ab hac communi non est recedendum. Io. Sicar. nu. 7. vers. sed profecto glo. hic per Doctores communiter reprobatur. Bened. de Plumb. in repet. num. 8. & fere omnibus seqq. vbi latissimè præter omnes alios quæstionem disputat, multa hincinde adducit, argumentis contrariis respondet, plures distinguit casus, & optime omnia resoluit, vbi apud eum poteris materiam hanc ad saturitatem benè discussam videre. Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 2. & 3. vbi aliis relatis, testatur de commun. Villalob. in commun. opin. littera D. num. 62. vbi de magis communi. Clar. in §. testam. quæst. 22. vers. si autem quæris in fine, vbi de magis communi ex Alexan. quem allegat in cons. 26. num. 1. lib. 1.

161 Sic & in hæreditate delata damnato in metallum fiscũ non succedere, sed eam deferri venientibus ab intestato probare videtur text. in l. si in metallum ff. de iur. fisci, cũ aliis per Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 4. sub num. 1. de bannito dixi in simili supra, num. 110.

162 Quamuis contrarium, quòd immò deportatus, si hæres instituatur, licet pro non scripto habeatur, hoc tamen intelligendum sit, quoad institutionem tantum, non autẽ quin ab eo tanquam ab indigno, fiscus auferat, voluerit in l. 1. in glo. final. C. de hæred. instit. per text. quem allegat in l. hæreditatis. C. de his quibus vt indig. sequitur in ead. l. 1. Iacob. Butrig. vbi discussa hincinde difficultate, hanc glossæ opinionem admittit in hæreditate delata ex testamento, licet secus credat in delata ab intestato, ex ratione ibi per eum considerata.

163 LIMITA IX. quia deportatus adhuc potest contrahere, emere, donare, & per contractus acquirere l. quidam sunt in fine, ff. de pœn. l. si tibi mandauero la 2. §. is, cui bona. ff. mandat. Io. Sicar. in l. 1. num. 3. C. de hæred. instit. Cæph. cons. 324. num. 16. & 17. lib. 3. Peregr. qui alios refert concordantes, in tracta. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 10.

164 Sed an ea, que deportatus acquisiuit ex contractu post eius mortem fiscus capiat, an vero venientibus ab intestato deferantur, dic, quòd de iure antiquo fisco deferuntur, per text. in l. eum, qui ff. de interdict. & releg. & in l. 3. C. de pœn. & in l. 2. & ibi Ang. C. de bon. præscript. De iure vero Authent. cum bona deportatorum non publicentur, videtur, quod post mortem deportati fiscus illius bona non capiat, sed referuentur personis nominatis in Auth. bona damnatorum, secundum Bald. & Angel. in l. 3. C. si penden. appellat. cuius contrarium voluerunt Ang. Paul. de Castr. & Afflict. in locis relatis per Peregr. in tract. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 10. in fine, vbi quod ad effugiendum, ne bona deportati post eius mortem vadant in fiscũ, cautela est, vt ipse deportatus in eius vita illata alienet, & talis alienatio valebit, nisi deregatur, quòd in fraudem fisci alienauerit, quia tunc fiscus alienationem reuocabit ex Bal. Aret. & Bos. in locis ibi per eum allegatis.

165 LIMITA X. in relegato, quem testari posse probat tex. in l. eius, qui §. in insulam, vers. sed relegati. ff. de testam. & ibi Bart. num. 3. Bal. in summ. Imol. num. 3. Clar. in §. testam. q. 19. in princ. vers. sed ego alias dicebam, vbi quòd poterit testari non solum secundum ius commune, sed etiam secundum Statuta suæ Ciuitatis, & etiam de bonis sitis in territorio Ciuitatis, a qua fuit relegatus, & q. 22. num. 3. vers. relegatus autem. Peregr. de iur. fisci, li. 3. tit. 5. nu. 13. & 14.

166 Sic & relegatum esse capacem hæreditatis sibi delatæ voluerunt Goffred. in d. l. eius, qui §. in insulam, num. 1. in fine, ff. de testam. Ias. in l. 1. num. 1. vers. secundo limita. C. de hæred. instit. & ibi etiam Io. Sicar. num. 2. & Bened. de Plumb. in repet. num. 44. in princip. Menoch. cons. 271. num. 13.

167 Et præmissa procedunt, siue quis sit relegatus ad tempus, siue etiam in perpetuum, vtroque enim casu Ciuitatẽ, libertatem, & bona retinet, secundum glo. in d. l. eius, qui §. final. in verbo, *ius retinent*, vbi concordantia iura allegat, ff. de testam. Pereg. de iur. fisci, lib. 3. titu. 5. numero 13. & num. 14.

168 Et siue sine publicatione bonor. siue etiam cum publicatione, secundum Paul. de Cast. in l. eius, qui § si cui, nu. 6. in fine vers. Quæro ergo. ff. de testam. Aret. in l. si quis post accusationem, num. 2. post med. col. 2. in princip. versic. pro complemento materiæ. ff. eod. de testam. Clar. in §. testam. q. 19. in fine, princ. & q. 22. num. 3. vers. relegatus autem, vbi amplius ponit, quę sit vtilitas, vt relegatus habeat testamenti factionem, si nihil habet in bonis, cum omnia eius bona sint confiscata, quia scilicet potest fisco suo pupillariter substituere, quod non potest facere, si non potest testari. l. 2. §. filius. ff. de vulgar. substitur. item potest pariter filiis suis tutorem dare, quod nec etiam posset, nisi in testamento, aut in codicillis testamento cõfirmatis, prout considerat Imol. in c. quia ingredientibus, num. 7. Peregr. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 14. & tit. 7. num. 6. vbi etiam, quòd habet testamenti factionem passiuam. Simon de Præt. de interpr. vlt. uolun. lib. 2. interpr. 2. dubit. 1. sol. 1. nu. 23. fol. 124. in fine.

169 Posse enim relegatis in perpetuum bona publicari, & confiscari probat tex. in l. relegati, & in l. relegatorum. §. ad tempus ff. de interdic. & releg. licet non sic relegatis, seu missis in exilium ad tempus bona. ff. de iur. fisci, valet tamen sententia ademptionis bonorum aduersus relegatum ad tempus, nisi fuerit appellatum, secundum glo. in d. §. ad tempus. Alex. in l. in ratione. §. Imperator num. 4. ff. ad l. Falcid. Pereg. qui prædicta refert, & sequitur in trac. de iur. fisci, lib. 3. tit. 5. num. 13.

Absoluta est hæc quæstio ad laudem Dei, die 9. Octobris, 1599.

ARGVMENTVM.

Bannitos occidere quando quis possit impune; quandoue illos occidentes gaudere debeant præmio, indulto, seu nominatione à Statuto, seu bannimento concessis.

SVMMARIVM.

Bannitus quod possit impune offendi, & quod illum occidẽs gaudeat etiam præmio, Statuto disponi potest, & huiusmodi Statutum valet, num. 1. & 3.

Fori iudicatum occidens in Regno gaudet impunitate, sicut si occidisset bannitum, num. 2.

Statuta permittentia bannitos posse impunè offendi, & quod illos occidentes, seu capientes gaudeant præmio, sunt fauorabilia, & extendenda, num. 4. & seqq. & num. 148. & 251. licet aliqui contra, num. 7.

Bannitus in pœnam capitis potest impunè occidi etiam de iure communi circumscripto Statuto, num. 8. & 2. licet alij contra, num. 9. & 224.

Assassinus, & pro assassinio bannitus potest impunè occidi de iure cõmuni, nu. 11. Non tamen sine declaratoria ibid.

Crassatores viarum possunt impunè occidi de iure communi, numero 12.

Bannitus pro crimine lesæ maiest. potest impunè occidi de iure communi, num. 13.

Proditor occultus potest impunè occidi de iure communi, num. 14.

Occidere licet impunè assassinos, Crassatores viarum, reos lesæ maiest. & occultos proditores, num. 11. & seqq.

Banni-

Banniti, vt occidantur, possunt Statuto cogi homines ad illos insequendum, & profligandum, etiam pulsata campana, num. 15.

Officiales Terrarum possunt bannimenta promulgare, quibus concedatur impunitas, & premium occidenti bannitos, numer. 16. & seqq.

Bannitus potest impunè occidi etiam quòd statutum dicat simpliciter, eum posse offendi, num. 18.

Bannitus, qui potest impunè offendi, potest etiam multo magis vulnerari, & contumelijs affici, num. 19.

Bannito, qui potest impunè offendi: possunt etiam bona auferri, nu. 20. & 21. licet aliqui relati d. num. 21. contrarium senserint, declara, dummodo bannitus viuens in bonis offendatur, secus si mortuus. d. num. 21. & tamen etiam bannitum mortuum non ex interuallo, sed incontinenti spoliare, & derobare licet, nu. 22.

Bannitus potest impunè suspendi, num. 23.

Bannitus potest in priuato carcere detineri, & torqueri, num. 24. contra num. 25.

Mandans occidi bannitum immunis est à pœna, sicut ipse occisor, num. 26. contra num. 27.

Prima opinio est recepta in practica quoad impunitatem, secus quoad consequutionem præmij num. 28. & tamen nec etiam mandans gaudet impunitate, quando mandatarius est talis, qui per se ipsum non potest impunè occidere bannitum, num. 29.

Bannitus occidens gaudet impunitate etiam quòd ignorauerit illum fuisse bannitum, num. 30. & 32. licet alij contra, num. 31. immò isto casu gaudet etiam præmio, num. 34. licet alij contra, nu. 33.

Bannitus occidens, seu capiens gaudet præmio, & impunitate etiam quòd ignorauerit Statutum adesse, quo tale præmium, & impunitas concederetur, nu. 35.

Occidens nulliter, & iniustè bannitum puniri non potest, num. 36. contra num. 37. Prima opinio procedit, quando occidens ignorabat nullitatem banni. Secunda autem quando sciebat, num. 38. & in dubio præsumitur in occidente potius ignorantia, quam scientia, num. 39. nisi nullitas banni fuisset euidens, quia tunc non probata per occisorem ignorantia, præsumitur scientia, & propterea videtur puniendus pœna ordinaria, num. 40. sed verius est, quod propter istam præsumptam scientiam puniatur pœna mitiori, num. 41. Et nihilominus adhuc occidens nulliter bannitum, ignorans nullitatem banni puniendus videtur aliqua pœna extraordinaria ex eo, quod non fuit diligens in perquirendo validitatem, seu nullitatem banni, num. 42. sed quod immò data ignorantia nullitatis banni, nec etiam possit imponi aliqua pœna extraordinaria, num. 43. & quid si occidens nulliter bannitum ignorabat occisum fuisse bannitum, num. 45.

Occidens bannitum, cum quo ante bannum erat facta pax, & præstita cautio de non offendendo non potest puniri, nec de homicidio, nec de pace, seu cautione fracta, num. 46. Amplia primo, vt isto casu occidens consequatur etiam præmium, indultum, & nominationem, num. 47. Amplia secundo etiam, quòd bannum processerit ex eadem causa, pro qua fuit facta pax, & præstita cautio, num. 49. licet alij contra, num. 48. Amplia tertio, etiā quòd is bannitus occidatur non Zelo iustitiæ, sed ex particulari odio, & vindicta, num. 51. licet alij contra, num. 50. Limita primo, quòd licet isto casu bannitus possit impunè offendi ab eo, cum quo pacem fecerat, non tamen ipse è contra potest impunè eum offendere absque fractura pacis, & præstita cautionis, num. 52. Nisi se defendendo, alium offendens, num. 53. Limita secundo, quando tempore pacis, & cautionis præstita quis erat bannitus, nam tunc si postea occidatur ab eo, qui cum ipso pacem fecit, & cautionem de non offendendo præstitit, occisor dicitur fregisse pacem, & cautionem, & amplius puniendus est, num. 55. Præsertim quando vnus bannitus faceret pacem cum alio, num. 56. Contra, quod immò non censeatur rupta pax, seu cautio ab eo, qui occidit bannitum, cum quo tempore banni pacem fecerat, & cautionem præstiterat, num. 57. Præsertim quando statutum non solum permitteret bannitum posse impunè occidi, sed etiam expressè mandaret ipsum occidi, num. 58. & præsertim etiam quando permitteret occidi, quocumque modo, *vel* omni meliori modo, *num. 59. Verum casus istius secundæ limitationis raro contingere potest propter prohibitam bannitorum conuersationem, num. 60.*

Cautio de non offendendo non comprehendit bannitos, nisi expressè dicatur, num. 54.

Banniti an comprehendantur sub cautione de non offendendo, numero 54.

Pax facta cum bannito an sit seruanda, & an illum occidens teneatur pœna pacis ruptæ, num. 46. & seqq.

Cautio de nō offendendo an cēseatur rupta per offensionem factam bānito, num. 46. & seqq.

Mulier bannita potest impunè occidi, num. 61. licet alij contra, num. 63.

Mulier si occidit bannitum puniri non potest, num. 62.

Mulier bannita, si occidatur; occidens non gaudet præmio, num. 64. contra num. 65.

Mulier bannita non potest adulterari, nec inuita, nec consentiens, nu. 66. licet alij contra, num. 67.

Mulier prægnans non potest impunè occidi, num. 68. etiam quòd sit prægnans decem, vel viginti dierum, num. 69. & etiam quod sit prægnans ex adulterio in carcere commisso, num. 70. Declara, dummodo occidens sciebat prægnantiam; secus si eam ignorabat num. 71. licet alij contra, num. 72. & quid, si quis occiderit mulierem bannitam prægnantem casu fortuito, num. 73. & 74.

Arma prohibita deferens ad effectum occidendi bannitos puniri non potest, num. 75. etiam quod bannitus occidatur cum archibusetis, num. 76. licet alij contra, num. 77.

Comburens domum, in qua banniti erant reclusi ad effectum illos capiendi, seu occidendi non potest puniri de incendio, num. 78.

Occidens bannitum absolutum, & restitutum, non tamen cancellatum de libro bannitorum puniri non potest, num. 79. licet alij contra, num. 80. Amplia primo, vt nec occidens teneatur credere bannito asserenti se reuisisse, vel aggratiatum, num. 81. immò nec tenetur credere assertioni alterius priuatæ personæ dicenti, bannitum fuisse rebannitum, nisi de rebannitione docuerit per publicum instrumentum, num. 82. Declara hanc primam ampliationem duobus modis, vt num. 83. & 84. Amplia secundo, etiam in occidente bannitum cancellatum, de vno libro bannitorum, sed non de alio, num. 85. Declara hanc secundam ampliationē, vt num. 86. Amplia tertio, etiam in occidente bannitum non cācellatum, quamuis per publicum instrumentum, in archiuio depositum constet de solutione, propter quam fuit rebannitus, nu. 87. Amplia quarto, etiam quod in gratia, seu restitutione fuerint apposita verba ipso iure importantia cassationem, seu cancellationem banni, num. 88. Limita primo, quando in capitulis pacis fuerit dictum generaliter, quòd banniti rebanniātur, et quod banna cassentur, quia tunc non possunt impunè occidi etiam, quod non fuerint cancellati de libro bannitorum, num. 89. Limita secundo, quia adhuc occidens bannitum restitutum, & non cancellatum puniendum est aliqua pœna, num. 90. Contra num. 91. Limita tertio in occidente bannitum non aggratiatum, seu restitutum, sed via iuris comparendo absolutum, non puniendus est, etiā quòd ille absolutus non fuerit cancellatus de libro bannitorum, num. 92. Limita quarto, vt conclusio procedat, quando occidēs ignorabat gratiam, seu restitutionem; secus si illam sciebat, numero 93. & in dubio non scientia, sed ignorantia præsumitur, num. 94. immo ad effectum, de quo agitur scientia debet esse non generalis, sed specialis, vt scilicet occidens sciat non solum gratiam, sed tenorem gratiæ in omnibus suis qualitatibus, num. 95. sed nunquid isto casu sufficiat præsumpta scientia propter publicam vocem, & famam, num. 96. & 97. Item nunquid sufficiat quod restitutio, & gratia appareat in actis, vel in archiuio publico, num. 98. & 99.

Occidens bannitum nulliter rebannitum, & de banno cancellatum puniri non potest, quæst. 103. num. 100.

Et hinc est, quod nec etiam punitur occidens bannitum aggratiatum, quando gratia erat subreptitia num. 101. Idem de occidente bānitum habente gratiam conditionatam, & qualificatam, nec cōditiones, & qualitates gratiæ fuerunt adimpletæ, num. 102. & procedit ista conclusio, etiam quod occidens putauerit occisum fuisse rite cancellatum, quia adhuc gaudet impunitate; licet non gaudeat præmio, num. 103. & 104. Dicitur autem bannitus nulliter cancellatus de banno, quando in actis non apparet de causa cancellationis, num. 105. Vel si cancellatio non fuerit facta ab habente potestatem cancellandi, num. 106.

Bannitus potest occidi proditoriè, & veneno, num. 107. & 108. Contra num. 109. & seq. Prima opinio recipitur in practica, præsertim in bannito, et condemnato pro crimine læsæ maiestatis, num. 111. & præsertim si statutum permitteret occisionem, quocumque modo, *vel* omni meliori modo, *num. 172.*

Ban-

nem, secus si ignorabat, num. 345. 346. & seq. Vbi limitatur hac declaratio.

Bannitus non potest impunè occidi in foro conscientia, & sine labe peccati, num. 348. Vbi declaratur hac conclusio.

Bannitus de iure canonico non potest impunè occidi, num. 349. Contra num. 350.

Occidens bannitum infamis est, licet a pœna sit immunis, 351. Contra, num. 352. Declara, vt num. 353.

Occidens bannitum debet probare occisum fuisse bannitum, quia hoc non præsumitur, num. 354. Quomodo autem bannum probetur num. 355.

Bannitum si officialis, aut iustitia minister caperit, non debet gaudere præmio, num. 356.

Bannitus ab vno fugatus, si ab alio fuerit captus, capiens debet habere præmium, & non primus, qui fugauit, num. 357.

Bannitum capiens non consequitur præmium, quando capitur in actu pulsata Campana, sic statuto iubente, & cogente, num. 358.

Bannitus si a pluribus capiatur, vnicum tamen præmium debetur, num. 359.

Bannitum occidens, seu capiens ad hoc, vt consequatur præmium, debet viuum, aut mortuum præsentare in loco statuti, non autem in alio loco, num. 360.

QVÆSTIO CIII.



OSTQVAM supra vidimus quid, & quantum banniti amittant propter bannum. Non incongruè hic quærendum duxi, An, & quando ijdem banniti possint impunè offendi. In qua quidem quæstione, vt omnia sub vno capire complectamur,

1 REGVLAM constituo affirmatiuam. Valere, scilicet statuta, seu constitutiones, quibus disponitur bannitos posse impunè offendi. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de constitut. in fin. in vlt. addit. Vbi disputata ad partes quæstione, in hac residet opinione. Bart. in l. omnes populi, num. 1. ff. de iust. & iur. & ibi etiam Iaf. num. 45. & sequen. Rayner. de Forl. in repet. num. 58. Ioan. Bapt. de S. Seuer. num. 54. Crot. num 63. Ant. de Butr. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 22. verf. ideo dicit Bart. extr. de const. Felyn. num. 3. Dec. num. 54. & ibi Siluest. Aldobrand. in addit. littera C, vbi alios refert concordantes. Bero. num. 109. & seq. Idem Dec. in c. dilecti, num. 37. & ibi in addit. littera C, de except. Ant. Rub. in repet. l. non solum. §. morte. ff. de oper. nou. nunciat. Alberic. in 4. parte statutorum, quæst. 17. vbi respondet contrariis ibi per eum relatis, & idem facit Gandin. in tit. de bannit. num. 1. 2. & 3. Nell. in tract. de bannit. in 1. par. secundi temporis, q. 1. Alex. conf. 114. num. 1. & ibi in addit. littera A, lib. 1. & conf. 107. incip. pro inuestigatione, col. 2 in fine, num. 8. verf. vnde cõmuniter tenetur, & conf. 2. incip. visis dubitationibus, in fin. verf. exemplum in homicid. lib. 2. Dec. conf. 317. col. 3. in prin. num. 3. in fin. lib. 3. Gozzad. conf. 61. num. 7. verf. quibus non obstantibus. Marsil. in pract. §. aggredior. nu. 1. Capr. conf. 11. num. 14 Vbi testatur de communi opinione. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimò igitur ex cusatur, vbi aliis relatis, dicit non esse curandum de Ioan. Arnon. qui solus in soliloq. 9. & 14. dixit huiusmodi statuta minimè valere, & in §. sexto ad instar hostis, &c. num. 1.

2 Vbi de occidente fori iudicatum, & num. 7. quòd banniti per statuta Italiæ habentur, ac fori iudicati in Regno. Nouell. in tractat. ad defensam §. 1. num. 90. folio mihi 39. Foller. in pract. crim. in verbo *fori iudicentur*, num. 10. Vbi de occidente fori iudicatum. Foller. in Pragmat. de exulibus num. 1. Vbi dicit hoc esse indubitati iuris. Catell. Cotta in memoral. in verbo *Bannitus ad mortem*, in princip. Duẽ. regul. 68. in princip. Vbi alij referuntur. Viui. opin. 770. n. 1. vbi de cõmuni. Clar. in pract. §. homicidium, num. 43. verf. plerumque etiam, ibi, *sed quia communiter*. Vbi de magis communi omnium opinione testatur. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 4. vbi de crebriori Doctorum opinione, faciunt scripta per Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 20. num. 22. & seqq. Thob. Non. conf. 98. num. 6. Vbi quod hoc omnes admittunt. Vulpell. conf. 58. num. 1. vbi de communi sententia, & quòd de ea non est ambigendum. Brunor. a Sole in quæstionibus legalib. quæst. 26. num. 1. & sequentib. vsq; ad num. 10. Vbi aliis pluribus relatis concordantibus, testatur de communi, & magis cõmuni opinione, benè comprobat, & respondet contrariis. Bursat. conf. 34. num. 1. vbi pariter testatur de recepta sententia.

3 Et amplius valere statutum, seu Constitutionem, si vltra impunitatem concedat etiam præmium aliquod offendenti, & occidenti, seu capienti bannitum, voluerũt Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 55. extr. de constit. Vbi testatur de communi opinione. Et ibi Siluest. Aldobr. in addit. littera D, ex Alex. quem allegant in l. si plagij, in prin. ff. de verb. oblig. Idem Dec. in cap. dilecti, num, 37. in fin. de except. Alberic. in quarta part. statutorum quæst. 20. num. 4. in fine, & num. 5. Dec. conf. 377. num. 3. in fine verf. & etiam. Vbi testatur de communi opinione. Socin. conf. 157. num. 1. lib. 1. Viu. opin. 770. nu. 4. Clar. in prac. §. homicid. num. 43. verf. plerumque etiam ibi, *Addo quod huiusmodi Statutum*. Vbi eam reddit rationem, quia scilicet non est inconueniens, vt ad ea, quę licitè permittũtur, etiam propositis pecuniis homines alliciantur. Claud. in addit. ad Bertazz. conf. 58. num. 7. littera B, lib. 1. vbi allegat Aym. conf. 409. Brunor. a Sole in quæstionib. legalib. quæst. 27. num. 1. Vbi quòd ita communiter tenetur, & in hoc vide Constit. Marchiæ lib. 4. cap. 28. versic. & vt crescente.

4 AMPLIA I. quia cum statuta permittentia posse bannitos impunè offendi, sint introducta propter publicam vtilitatem, secundum Bart in l. 2. num. 1. C. qua. licet vnicuique sine iudi. vindi. Ioan. Andr. in addit. specul. in tit. de constit. in fin. in vltima addit. verf. concludamus igitur. Anan. in cap. 1. num. 5. colum. 3. ad med. verf. pro hoc etiam facit, extr. de maled. ex Bart. quem allegat in conf. incip. Statutum Castri plebis. Io. Bapt. de Sancto Seuer. in repet. l. omnes populi post num. 54. ff. de iust. & iur. Siluest. Aldobr. in addit. ad Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 54. & seq. littera C, & D, extr. de constit. Nell. in tract. de bãnit. in 1. par. 2. temporis, quæst. 1. Gozad. cõsil. 61. num. 16. Marsil. in pract. §. aggredior, nu. 53. & seqq. in discursu, & in sing. 294. incip. Odia restringi. Clar. in practic. §. homicidium, num 43. verf. plerumq; etiam ibi, *videntur enim talia statuta*. Hercul. de caut. cap. 23. num. 7. ad fi. Vulpell. conf. 58. num. 2.

5 Idcirco tanquam fauorabilia fore extendenda, & largè interpretanda scripserunt relati per Siluestr. Aldobrand. in addit. ad Dec. in d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 54. & seq. littera C, & D, extr. de constit. & ibi etiam Bero. num. 110. & 117. verf. sed reuertendo, iuncto verf. non aduersatur, &c. Vbi benè comprobat, & respondet contrarijs. Idem Dec. in cap. dilecti, num. 31. de except. Nell. de bannit. in 2. par. secundi temporis, quæst. 7. in fine, verf. Quarto tale statutũ. Dec. conf. 327. num. 3. in fine, verf. Et tale statutum, lib. 3. Gozzadin. conf. 61. num. 20. verf. item talia statuta. Socin. conf. 257. num. 1. Cœpol. conf. 5. num. 12. ad finem. Marsil. in pract. §. aggredior, n. 1. in fine, & latius n. 57. & seq. Viui. opin. 770. num. 2. Vulpell. conf. 59. num. 20. Brunor. a Sole in quæstionib. legalib. quæst. 26. num. 3. Bursat. conf. 134. num. 3. lib. 2.

6 Sic & fauorabile esse Statutum constituens præmium occidenti, seu capienti bannitum propter publicam vtilitatem, & consequenter extendendum, colligitur ex allegatis per Siluest. Aldobrand. in addit. ad Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 55. littera D, extr. de constit. Vbi Dec. in conf. 65. num. 3. lib. 1. Idem Dec. in cap. dilecti, num. 38. de except. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap 29. num. 2. in fine, verf. sed quando dat præmium est fauorabile, &c. Brunor. a Sole in quæstionib. legalib. q. 27. num. 3. 4. 6. & sequentibus.

Vbi propterea, quòd tale statutum extenditur etiam ad personas inhabiles, ex quibus propositam ampliationem communiter receptam esse negari non potest.

7 Quamuis contrarium, quòd immo talia statuta sint odiosa

odiosa, nec propterea largè interpretanda, aut extendenda sint, voluisse videantur Fortu. Garz. in repet. l. conuentionum, num. 12. in fine. ff. de pact. Vbi dixit huiusmodi Statuta esse odiosa, pœnalia, & iuris communis correctoria. Alberic. in quarta par. Statutorum, q. 18. num. 6. ad finem, vers. & maximè quia, vbi quòd hoc statutum est contra ius commune odiosum, & in mitiorem partem interpretandum. Decia. in tract. crimin. lib. 4. cap. 29. num. 2. in fine. Brunor. a Sole in quæst. legal. q. 26. num. 21. in fine, vbi quòd hoc Statutum est stricti iuris, & contra ius commune.

8 AMPLIA II. vt bannitus, & condemnatus in pœnam capitis possit impunè occidi, non solum sic dictante Statuto, sed etiam circumscripto Statuto de iure communi, sic enim videtur de mente Bartol. in l. omnes populi, num. 1. ff. de iust. & iur. & ratio est, quia non obediens illi, sub cuius est imperio, reputatur transfuga, & hostis, perditque iura suæ Ciuitatis l. amissione. ff. de capit. diminut. Transfuga autem, & hostis possunt ex forma legis, seu iuris communis impunè occidi l. 3. in fine. ff. ad l. Cornel. de sicar. . Ergo idem in bannito, qui talis reputatur, & Bart. si dicentem sequuti sunt ibidem Ias. nu. 45. Rayn. de Forli. in repet. num. 58. Ant. de Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 27. vers. ideò dicit Barto. extr. de constit. & ibi etiam Felyn. num. 3. Alexan. cons. 114. ante num. 1. lib. 1. Brunor. a Sole in quæst. legali b. quæst. 26. num. 2. & pro hac ampliatione multum stringunt iura, & rationes consideratæ per Alberic. in 4. parte Statutorum, q. 16. Vbi licet ipse testetur se communiter vidisse obtineri, quòd de iure communi bannitus non possit impunè offendi ea ratione, quia eodem iure communi absentes, & contumaces non possunt capitaliter banniri, & condemnati, ad l. absentem. ff. de pœn. & l. absentem. C. de accusat. quia tamen hodie vigore Statutorum, & generalis cõsuetudinis, etiam in pœnis a relegatione supra absentes, & contumaces condemnantur, vt dixi in prima par. in tit. de inquisit. quæst. 11. num. 35. Icciroo etiam non existente speciali Statuto permittente bannitos posse impunè occidi, & arguendo a cessante ratione per Alberic. considerata crederem tutè, & impunè posse bannitos occidi. Quod & idem latius explicauit Petr. a Plach. in epito. delict. lib. 1. cap. 36. num. 1. Vbi alij referuntur concordantes, Et ita frequentiori Doctorum calculo receptum esse testatur, & videtur de mente Brunor. a Sole in quæst. legal. q. 26. nu. 51. Vbi dixit, quòd quis potest capere, & occidere bannitum non solum authoritate Statuti, sed etiam propria, & quòd ita seruat consuetudo.

Contrarium, quòd immo de iure communi bannitus occidi non possit, expressè voluit idem Bar. sibi, ni fallor, cõtrarius in l. vt vim, num. 1. ff. de iust. & iur. ea ratione motus, quia scilicet, banniti nostri temporis æquiparantur deportatis. Deportati autem licèt perdant ea, quæ sunt iuris ciuilis, non tamen perdunt ea, quæ sunt iuris gentium, prout est se defendere, si ipsis est licita defensio, ergo aliis offensio non est licita; Nec obstat, inquit Bart. quòd banniti sint hostes Ciuitatis; Et propterea sicut licitum est occidere Transfugas ad hostes, l. 3. §. Transfugas. C. de sic. multò magis ipsos hostes. Nã inquit Bar. nõ est inferendum de transfugis ad hostes, quia in Transfugis adest speciale, nempè maximum præiudicium, quòd infertur propter reuelationem secretorum, quòd non militat in simplici hoste. Et cum Bartol. communiter sentire Docto. testatur Claud. in d. l. vt vim, num. 8. in lect. & 17. in repet. & hos omnes refert, & sequitur Clar. in pract. §. homicidiũ, num. 43. vers. plerumque etiam, dicens ita communiter obseruari, teste Alberic. de Statu, in 4. par. quæst. 16. in fine, & hanc opinionem maximam habere æquitatem, dicit ibidem Clar. ne homines ea ex causa inter se sæuiant.

10 Verum sustinendo primam opinionem, facilè erit respõdere rationibus per Bart. in d. l. vt vim consideratis. Non enim recordatus est eo loci. Bart. eius, quòd dixit in dicta l. omnes populi, nempè quòd bannitus non solum amittit iura suæ Ciuitatis, & reputatur hostis Ciuitatis, sed etiam equiparatur transfugæ, ex quo contumax non obedit illi, sub cuius est imperio, sed sic est, quòd transfuga potest impunè occidi de iure communi, ergo & bannitus. Igitur aut æquiparatio Bart. de Bannit. ad transfugam non est vera, aut si vera, Verum est quòd potest bannitus occidi, sicut transfuga.

Præterea, vt supra admonui, ideo Alberic. in dicta q. 16. voluit bannitos de iure communi non posse occidi, quia eodem iure communi absentes non possunt ad mortem condemnari, sed cum hodie pro quocumque capitali crimine absentes condemnentur, ergo retorquendo rationè Alberici possunt etiam sine alio Statuto impunè offendi; Nec credo verum quòd opinio Bart. in d. l. vt vim, sapiat æquitatem, vt inquit Clar. in loco præcitato, ne scilicet homines inter seipsos sæuiant. Nam facinorosos homines extirpare, & occidere, non solum non est sæuitia, sed summa æquitas, & propterea Docto. quos supra retuli, hac eadem q. in prima ampliatione communiter dicunt Statutum concedens impunitatem occidenti bannitum, dici fauorabile, & propter publicam vtilitatem emanasse.

11 Procedat autem proposita ampliatio indubitanter in tribus infrascriptis casibus. Primò videlicet in assassino, qui cum a iure diffidatus dicatur, ad Tex. in cap. 1. in fine, de homicid. in sexto, ideo poterit ab omnibus impunè occidi, occidensquè ab ipso iure sine alio Statuto impunitatem obtinet, prout communiter notant Doctor. in dict. cap. 1. vt videre est apud Hostien. num. 32. Ioan. Andr. num. 5. in fine, in verbo *diffidatus* Prob. ad Ioan. Monach. num. 12. in verbo *sententia requiratur*, in fine, littera O, Franch. num. 5. & Gemin. in §. sacri, num. 4. & 7. vers. quæro quare. Ang. cons. 14. in quæstione præmissa, colu. 2. in princ. vers. in hoc ergo. Carer. in pract. crim. §. circa igitur tertium, num. 13. fol. mihi 119. & in §. quarto excusatur, num. 2. & in §. quinto ad instar. Capic. decis. 155. nu. 25. Gramm. voto 9. num. 4. & voto 8. num. 3. Alexand. cons. 166. post num. 1. lib. 7. Curt. sen. cons. 20. num. 43. ante fin. vers. Omitto postremo. (Quòd consilium verè fuit Socini, licèt positum inter consilia Curtij) Boss. in tit. de defens. reor. num. 63. Et in tit. banniti quid amitt. num. 8. Vbi generaliter de omnibus diffidatis a lege. Monticell. reg. crim. 8. num. 17. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. post num. 78. Vbi facit generalem conclusionem, paria esse quòd Statutum reputet aliquem diffidatum, vel quòd mandet eum occidi, & lib. 9. cap. 30. num. 7. Marc. Anton. Eugen. consil. 22. num. 34. Baiard. ad Clar. in §. homicidiũ, num. 190. & 171. Ex quibus hanc conclusionem non solum communiter receptam esse a Doctoribus, sed contradictorem, quem viderim, non habere, pro veritate affirmare possum.

Benè verum est, quòd licet aliqui Doctores hanc conclusionem ampliando, dixisse videantur, posse hunc assassinum occidi, etiam quod non sit bannitus, aut nec etiam declaratus, secundum Ang. de malef. in verbo, *& Sempronium mandatorem*, num. 1. vers. Si autem dicta pecunia, vbi dixit, quòd assassinus est diffidatus a iure, absque alia sententia declaratoria. Socin. vbi supra inter consil. Curtij Sen. in consil. 20. num. 43. ante finem, vers. Omitto postremo.

Vbi testatur se ita alias obtinuisse, ex Alber. quem allegat in tracta. Statutor. par. 4. quæst. 94. vbi generaliter dixit, quòd qui à Statuto ipso facto habetur pro bannito, potest impunè offendi, absque alia iudicis sententia, testaturq; pariter se ita alias obtinuisse. Sequitur Nell. in tracta. de bannitis, in quarta par. 1. temporis, quæst. 9. Ioan. Petr. Surd. cons. 425. num. 27. lib. 3.

Vbi etiam generaliter dixit, quod in pœna ipso iure imposita, quòd quis impunè occidi possit, nulla requiritur Iudicis declaratio, Geminian. quem allegat, in capit. pro humani, de homicid. in sexto. (Qui tamen in libro meo contrarium dixit.) Et pro hac opinione valdè etiam facit doctrina Bal. in l. quæ sub conditione §. fin. in fine, vers. vel dic secundo. ff. de condit. & instit. Vbi dixit non requiri declaratoriã in pœnis ipso iure ipositis, quoad earũ exequutionè iudicis factũ, aut ministeriũ nõ requirit, put nõ vĩ requirere, quando priuatus occidit assassinum. Et præsertim

sertim, quando non agitur de aliquo pecuniario commodo fisci, secundum Ruin. in cons. 4. in fine, num. 21. lib. 2. vbi ponit exemplum in eo, qui sine declaratoria occidit diffidatum à iure, sequitur Tiraq. de reuoc. donat. in verbo *reuertatur*, num. 402. & in terminis de occidente assassinum per hanc rationem alij relatis concordantibus, concludit Eugen. d. consil. 22. nu. 78.

Attamen quicquid præfati Doct. dicant, communis opinio est in contrarium, quòd scilicet non possit assassinus impunè occidi, non constito in processu per probabilia argumenta, quod ille sit talis, prout dicit text. in d. cap. pro humani, in fine, & nisi etiam super hoc sit lata declaratoria. Sic enim communiter tradunt Doct. in dict. c. pro humani, vt videre est ibidem apud Hostien. num. 33. in fine, & post num. 37. in verbo *constiterit*, & num. 38. & seq. Ioan. Andr. num. 7. in eod. verbo *constiterit*, & num. 8. & seq. Archid. colum. 2. in verbo, *tanquam*, & in verbo *requiratur*, Prob. ad Ioan. Monach. num. 12. in verbo *sententia*, littera O, & Gemin. in §. Sacri, nu. 3. 5. & 9. & seq. Capic. decis. 112. in fine, Vbi de communi, reprobato Socin. contrarium dicente in d. consil. 20. Carer. in pract. criminal. in 3. tract. de homicid. & assassinio. §. circa igitur tertium, num. 16. iuncto num. 15. & 23. Alex. cons. 166. num. 5. lib. 7. Boss. in tit. de defens. reor. num. 63. & in titulo de for. compet. num. 65. 67. & seq. & in titulo de hæret. nu. 29. Vbi etiam de communi, & in titulo de mandato ad homicidium, num. 19. Vbi etiam declarat, qualis debeat esse hæc declaratoria, & an solum bannum sufficiat, Gabr. libr. 7. conclus. 1. num. 34. in prima limitatione. Vbi de communi, reprobato Ange. de malef. & aliis ibi relatis contrarium tenentibus. Bonacoss. in commun. opin. par. prima, versic. Assassinus, vt quis possit impunè offendi, fol. mihi 11. colum. 2. Hieron. Giaccard. in addit. ad Clar. in §. assassinium, littera C, Vbi etiam de communi. Ex quibus hanc secundam opinionem esse magis communiter receptam dubitandum non est ex præallegatis, & per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 138. nu. 16.

Sed nunquid si non possit occidi assassinus, absque eo, quòd sit declaratus; possit postea in processu causæ, qui fit contra occisorem, probari, quòd occisus erat assassinus? Ad hoc, vt occidens non puniatur, & an subsequens declaratoria retrotrahatur ad tempus delicti. Vide omnino Marc. Ant. Eug. dict. consil. 22. num. 76. 84. & seq. Vbi arguendo de rebelle de quo dicam infra in tertio casu, numer. 13. ad assassinum, concludit quòd sic, & in consil. 20. in fine testatur ex hoc liberatos a morte fuisse quosdam, qui assassinum occiderant, & ob id in contumaciam condemnati, & capti, probarunt illum occisum fuisse assassinum. Quamuis Gig. de crim. læsæ maiestatis in titulo de rebellib. quæst. 25. dixerit, illud speciale in rebelle, propter periculum in mora; ne scilicet dum expectatur declaratoria rebellis, aliquid mali faciat, quam rationem videtur etiam considerasse Boss. in tit. de crim. læs. Maiest. num. 78. & 119. & in tit. de defens. reor. num. 61. & Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1257. num. 11. & seqq.

12 Secundus est casus in Crassatoribus viarum, quos pariter de iure communi impunè occidi posse, probare videtur text. in l. 1. & 2. C. quibus liceat sine iud. vindic. Fab. de Montel. in prax. arbitrar. par. 6. folio 489. numer. 5. & Foller. in pract. crim. in verbo *audiantur*, num. 89. quos omnes refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 184.

13 Tertius est casus in rebellibus, qui pariter etiam circumscripto omni Statuto, de iure communi impunè occidi possunt, secundum Bart. in extrauag. qui sint rebell. in verbo *rebellando*, num. 22. Anchar. cons. 277. num. 7. vers. pro hoc optimè, & cons. 439. num. 3. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicidio. § Quarto excusatur occidens transfugam, num. 2. & §. Quinto ad instar hostis publici, num. 1. Ruin. cons. 4. num. 7. vers. Quarto prædicta confirmatur, iuncto num. 9. in fin. vers. Postremò non obstat lib. 5. Boss. in tit. de defensione reor. num. 60. & in tit. de cri. læsæ maiest. num. 77. & 119. vbi testatur de communi opinione, & in tit. de hæreticis, num. 29. vers. & in rebelle. Gig. de cri. læs. Maiest. rubr. Qualiter, & a quibus crimen læs. maiest. committ. q. 5. num. 19. & 25. & rubr. de rebell. q 8. & 25. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 31. num. 9. Decia. in tract. crimin. lib. 7. cap. 32. rubr. de rebell. num. 25. &
14 cap. 37. num. 13. & cap. 39. num. 5. & seqq. vbi ampliat, & limitat hunc casum pluribus modis, quos ibi videas per eum, & cap. 42. num. 10. Et omnes prædicti Doctores, excepto Boss. communiter ampliant conclusionem prædictam procedere, etiam in rebelle occulto, & non declarato, dummodo in processu causæ, qui fit contra occisorem, constet postea de veritate, quòd occisus esset rebellis, & hanc esse communem opinionem non inficiatur Boss. in tit. de hæret. eod. num. 29. Quamuis Bart. & alios, qui illū sequuti sunt, inaduertenter loquutos fuisse existimet, eorumq; opinionem minimè veram credat, præterquàm in eo, qui occidit transfugam propter specialitatem rationis ab eo consideratæ, timoris scilicet, ne arcana reuelet; sed certè a communi in practica minimè recedendum esse censerem, eo præsertim, quòd plerique ex Doctoribus præallegatis testantur, quòd ita alias seruatum fuit, quando Dux Vrbini occidit Cardinalem Legatum Bononiæ, occultum rebellem.

Et licet doctrinam Bart. prædictam periculosam existimauerit. Clar. in pract. §. læsæ maiest. num. 18. vers. Hinc infertur, Non tamen eam negat communem ex Boss. in locis præcitatis, & in omnem euentum, vbi probaretur, occisum fuisse rebellē, proculdubio homicidam esse liberandum affirmat, & cum Claro pertransire etiam videtur. Decian. vbi sup. cap. 32. num. 11. in fine, & cap. 35. num. 4. vbi etiam dixit sufficere hoc constare ex inditiis. Et licet rursus Gabr. lib. 7. conclus. 1. num. 5. in fine dixerit generaliter magis communem Doctorum opinionem esse, quòd rebellis, seu læsæ maiestatis reus non dicatur quis, nisi fuerit declaratus talis. Attamen non per hoc negat, quin ad effectum, de quo agitur, vt scilicet possit impunè occidi, sufficiat constare de crimine tempore, quo fit processus contra occisorem, prout sunt termini propositæ ampliationis; potestque stare, vt rebellis non dicatur, nisi sit declaratus pro rebelle. Et nihilominus, quòd impunibilis sit illius occisio, si postea probetur occisum fuisse rebellē, prout benè aduertit Ruin. in d. cons. 4. nu. 5.

15 AMPLIA III. Vt nō solū Statuto sic permittente, impunè possint occidi banniti, sed etiam possint cogi homines, & subditi ad illos profligandum, prosequendum, & occidendum, quando sic Statuto mandaretur, vt puta, quòd pulsante campana omnes cum armis concurrere deberēt, prout mandat Constitutio Sixti V. & in simili Constitutione benè adnotauit Carauit. super pragm. Regni, de exul. nu. 64. & seqq. Vbi propterea, quòd talis constitutio restringitur ad personas habiles ad gerendum arma, non autem ad inhabiles, prout sunt minores annis decem, & octo, senes, Doctores, Clerici, infirmi, & similes.

16 AMPLIA IV. vt nō solùm Statuto fieri possit, quòd bannitus impunè occidatur, sed id potest officialis deputatus ad persequutionem bannitorum, suadente causa, vt quia ipsi banniti multum Ciuitatem opprimebant, secundum Ang. in l. 1. num. 1. vers. vel si est deputatus. ff. quòd quisque iuris. Hippol. Rimin. cons. 238. nu. 5. lib. 3.

17 Sic & iudices, & officiales terrarum posse bannimenta promulgare, in quibus occidentibus, seu capientibus bannitum aliquod statuatur præmium voluit Ang. de malef. in verbo, *quòd fama publica*, num. 72. per text. quem allegat in l. si barsatorem, cum ibi not. per gloss. & Doctor. C. de fideiussor. Ad cuius ampliationis materiam vide ibidem Aret. d. num. 72. & 73. & August. de Arim. in addit. post num. 75. vbi dixit communiter teneri, quòd Potestas sine alio statuto potest statuere præmium capienti malefactorem, & ibi etiam declarat, de cuius bonis soluendum sit tale præmium.

18 AMPLIA V. vt bānitus posit impunè occidi, ēt quòd statutū nō dicat expressè eū impunè occidi posse, sed tm̄ offendi, appellatione .n. offensionis venit isto casu, ēt occisio, secūdū Io. And. in addi. ad specul. in tit. de cōst. in vlt. addit. in fi. uers. extat alia q̄stio, vbi q̄ ista est cōis interpretatio, &

quòd

quòd generaliter fic feruatur, & quòd a tali interpretatione, & confuetudine non eft recedendum. Iaf. in l. omnes populi, num. 49. ad finem, verf. Et fi ftatutum permittit. ff. de iuft. & iur, poft Paul. de Caftr. & Ang. in locis per eum relatis. Felyn. in cap. quæ in Ecclefiarum, num. 14. ad finem. verf. & iftis adde extra de conftitut. Dec. in cap. dilecti, num. 39. extr. de except. Alberic. in 4. par. Statutorum, quæft. 18.

Vbi difputata ad partes quæft. teftatur de feruata apud eum opinione Bergomi, & etiam Bononiæ, prout affirmauit Odofred. ibi per eum relatus, Gandin. in titul. de mult. quæft. depend. num. 38.

Vbi pariter difputata quæftione ad partes teftatur de communi, & feruata opinione; & ibi in addit. littera H, & ita etiam teftatur Carpol. confil. 5. num. 1. & feqq. Marfil. in pract. §. aggredior, num. 15. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. §. feptimo igitur excufatur, num. 11. Duen. reg. 68. in 4. ampliatione. Petr. a Plach. in epitho. delict. lib. 1. cap. 36. num. 11. Clar. in pract. §. homicidium, num. 45. verf. eft tamen, vbi de communi, & feruata opinione. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 26. & feqq. Vbi huius ampliationis plures reddit rationes, Nicol. Moron. de fid. tregu. & pac. q. 107. nu. 21. Brunor. à Sole in quæft. legal. q. 26. nu. 52.

19 AMPLIA VI. Quia quando Statutum permittit offendi bannitum, non folum cenfetur permittere ipfum occidi, vt dixi in præcedenti ampliatione, fed etiam quòd minus eft, vulnerari, & omnibus contumeliis affici, fecundum Bart. Ang. Imol. Anchar. & Card. in locis relatis per Iaf. in l. omnes populi, fub num. 49. ff. de iuft. & iur. Felyn. in cap. quæ in Ecclefiarum, num. 14. ad finem, verf. & iftis adde, extr. de conftit. Marfil. in pract. §. aggredior, poft num. 15. verf. & tanto fortius. Foller. in pragm. Regni de exul. num. 24. Boff. in tit. banniti quid amitt. num. 8. in fin. Viu. opin. 770. nu. 10.

20 AMPLIA VII. vt ftante prædicto ftatuto, ipfis bannitis poffint etiam bona auferri, fecundum Bald. Bartol. & alios, quos in propofito refert, & fequitur Felyn. in cap. quæ in Ecclefiarum, num. 14. verf. Nota fecundò, extr. de conftitut. Marfil. in pract. §. aggredior, num. 16. Boff. in tit. banniti quid amitt. num. 9. Viui. opin. 770. num. 28.

Vbi quod ita tenet communis fchola omnium Doctorum. Monticell. reg. 3. num. 1. Ruin. conf. 49. num. 6. lib. 4. Vulpell. conf. 142. num. 6. Vbi de communi. Burfat. conf. 134. num. 4. Nec ab ifta opinione tanquam vltimo loco per eum relata diffentire videtur Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 201. vbi perperam pro contraria infrafcripta opinione allegatur Bolognet. in l. vt vim, num. 30. & feq. ff. de iuft. & iur, Nam re vera Bolognet. eo loci fi benè eius dicta perpendantur, apertè hanc ampliationem comprobat. Diftinguit enim inter ius commune, & ftatutarium, dicitq; quòd de iure communi circumfcripto Statuto, bannitus a Iudice non poteft impunè in bonis offendi, nifi in fententia banni Iudex exprefsè offenfionem permififfet, bannitus verò non per fententiam Iudicis, fed de iure, prout in cafu Auth. caffa. C. de facr. fanct. Eccl. & in cap. pro humani, de homicid. in 6. & in cap. excommunicatus, §. moneantur, de hæreticis, poteft impunè in bonis offendi, & ita aliis relatis teftatur communiter concludi per Doctores; de iure autem ftatutario fine dubio bannitus poteft etiam in bonis impunè offendi, quando ftatutũ dicat eũ poffe in perfonam impunè offendi, & multò magis fi diceret, quòd poffet offendi in ære, & in perfona, vel fi ipfum reputaret hoftem Ciuitatis, iis inquam, cafibus poterit bannitus etiam in bonis, offendi, vt ibi per eum.

21 Et licèt contrarium, quòd immò bannitus non poffit in bonis offendi confuluerit Cardin. Alban. in confil. 8. nu. 29. quem fequitur Peregr. de iur. fifci, lib. 3. tit. 7. num. 45. in fine. Tu tamen non recedas a propofita ampliatione communiter recepta: Illam tamen declarando, vt procedat, quando bannitus viuens in bonis offenditur, fecus fi mortuus: tunc enim non licèt in bonis fuis furari, nec bannitum mortuum fpoliare, fecundum Bald. & Paul. de Caftr. in locis relatis per Fely. in cap. quæ in Ecclefiarum, num. 14. ad finem, extr. de conftitut. & Baldi opinionem alias fuiffe in facto feruatam dicit Ludou. Roman. (qui tamen Bald. opinionem non fequitur) in l. generaliter. ff. de acquir. hæred. Boff. in titu. Bannit. quid amitt. numer. 9. Monticell. reg. crimin. 3. num. 5. Bolognet. in l. vt vim, numer. 31. verf. item etiam reftringi debet. ff. de iuft. & iur. Vbi alij referuntur concordantes.

22 Et tamen etiam bannitum mortuum non ex interuallo, fed incontinenti fpoliare, & derobare, & paffim feruatur, & exprefsè voluerunt Salycet. Roman. & alij in locis relatis per Marfil. in pract. §. aggredior, num. 83. qui etiam allegat Nell. in tractat. de bannitis, in 2. par. 3. temporis, quæft. 3. faciunt fcripta per Boff. in dict. tit. banniti, quid amitt. num. 6. in fine.

Vbi facit generalem conclufionem, quòd ftatutum tollens pœnam homicidij tollit etiam omne delictum, quòd committitur, fequuto homicidio, & ita apud eum tunc in Senatu feruatum fuiffe teftatur Viui. opin. 770. num. 29. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 201. in fine, & nu. 276.

Vbi allegat Burfat. in conf. 134. num. 14. lib. 2.

23 AMPLIA VIII. Vt ftante fupradicto Statuto, liceat bannitum ne dum occidere, fed etiam fufpendere, cum ifto cafu non animo vfurpandę iurifdictionis, fed tanquam minifter Iuftitiæ id faciat, fecundum Carer. qui tamen loquitur in fufpendente fori iudicatum, in pract. crimin. in §. 6. ad inftar hoftis, num. 2. Nec diffentit Foller. in pract. crimin. in verbo *fori iudicentur*, num. 11. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 122.

24 AMPLIA IX. Quia ftante ftatuto, quòd poffit bannitus impunè offendi, multo fortius poterit in priuato carcere detineri, & ibidem torqueri, fecundum Bald. in d. l. 1. C. de priuat. carcer. quem in propofito refert, & fequitur Marfil. in pract. §. aggredior, num. 15. in fine. Foller. in pragm. Regni, tit. de exul. num. 24. Mafcar. de probat. lib. 1. conclus. 162. num. 3. Burfat. conf. 134. num. 11.

25 Verum de hac ampliatione vide, quæ dixi infra in prima par. titulo de carcer. & carcerat. quæft. 27. num. 33. Et de Bald. fic dicente in d. l. 1. valde miratur Claud. in addit. ad Bertazz. confil. 426. littera B, cum carceratos torquere pertineat, non ad priuatos, fed ad Iudices meri imperij exercitium habentes ad not. in l. Imperium. ff. de iurifd. omn. iud. cum aliis ibi per eum allegatis.

26 AMPLIA X. vt fi bannitus occidatur a pœna immunis fit non folum occifor, fed etiam qui mandauit ipfum occidi. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titulo de conftit. in fine, in vltima addit. verf. concludamus igitur. Foller. in pragm. 1. de exul. nu. 42.

Vbi quòd licet conftitutio permittens occidi bãnitum loquatur in perfonam occidentis, attamen comprehendit etiam mandantes, quòd & idem voluit Bellug. in fuo fpecu. Princ. titulo de Principe prohib. rub. 27. num. 25. verficulo fed in contrarium, in §. milites S R. Viui. opinio. 770. num. 11. Vulpell. confil. 59. nu. 16. & feq.

Vbi loquitur, quando ratio permiffiua offenfionis bannitorum æquè cohæret mandanti, ficut mandatario. Roland. confil. 34. num. 16. lib. 2.

27 Et quamuis contrarium, quòd immò non liceat alteri mandare, vt bannitus occidatur, quando ftatutum dirigit verba in perfonam occidentis voluerit Catauit. fuper pragm. Regni, de exul. num. 39. motus ex illa conclufione, quam dicit communem, quòd ftatutum loquens in facientе non habet locum in mandante, fecundum Barto. Aret. & Dec. in locis per eum relatis, & ita dicit fe pluries de facto interrogatum refpondiffe, Monticell. reg. crim. 3. num. 41.

Vbi quòd hoc ftatutum non prodeft mandanti bannitum occidi, fed tantum illi, qui propriis manibus occidit, nifi in cafu, in quo bannitus de iure communi occidi poteft, quia tunc, & alteri de mandare licèt ex Bart. & Carer. in locis per eum relatis. Roland. dicto confilio 34. num. 25.

28 Tu tamen non recedas à propofita ampliatione, quæ fine dubio propter publicam vtilitatem apud nos in pra-

practica recepta est, scilicet quoad impunitatem delicti, secus vero quoad consequutionem præmij, seu indulti, tunc enim si constitutionis verba sunt in personam occidentis directa, mandans occidi illud non consequitur, secundum Foller. in d. pragm. de exulibus, eodem num. 42. post Bald. Ang. & Roman. in locis per eum relatis, volentes in proposito, quòd si alicui est permissa vindicta; is debet propriis manibus facere, non autem alteri illam demandare.

29 Et tamen nec etiam quoad impunitatem proposita ampliatio recipienda est, quando quis mandat occidi bannitum alicui personæ, quæ non iuuatur Statuto prædicto permittente bannitum occidi, prout est, si quis hoc mandaret filio, vxori, fratri, & vasallo, vt patrem, maritum, fratrem, aut Dominum occiderent, licet enim mandans per seipsum hoc facere possit, non tamen potest id mandare illi, qui occidere non potest, & propterea si mandatarius occidat, punitur æquè mandans, secundum Monticel. reg. crimin. 3. num. 21. ex Cœpol. quem allegat in consil. 5. num. 30. & 31. ad quæ vide, quæ dixi infra nu. 117.

30 AMPLIA XI. vt ab omni pœna immunis sit etiam ille, qui occidit bannitum ignorans eum esse bannitum, secundum Bart. in l. inter omnes §. rectè, num. 4. ff. de furt. & in l. genero. ff. de his, qui notat. infam. Bald. in l. si quis hæredem. C. de testam. Ias. qui prædictos Doctores refert, & sequitur in l. omnes populi, num. 49. vers. item adde ff. de iust. & iur. Nell. in tractat. de bannit. in 2. part. 2. tempor. quæst. 25.

Vbi quòd ita communiter tenetur. Alex. consil. 114. numer. 4. lib. 1. Dec. consil. 327. num. 1. & 4. lib. 3. Marsil. in pract. §. aggredior, num. 3. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 3. Duen. regu. 68. in prima ampliatione. Boss. in tit. de bannit., quid admitt. num. 4. Petr. a Plach. in epitho. delict. lib. 1. cap. 36. num. 7. Monticell. reg. crim. 3. num. 25. Clar. in pract. §. homicidium, num. 58. vers. fuit etiam aliquando dubitatum. Vbi pariter de communi, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 20. & sequentibus. Reprobato per eum Felyn. vt mox eum referam, contrarium sentiente, eumque malè sentire affirmat, nec Doctorum authoritates per ipsum allegatas probare id, ad quod allegantur. Nicol. Moron. de fide, treg. & pac. quæst. 107. nume. 10. Thob. Non. consil. 112. num. 15. vbi de communi. Vulpell. consil. 59. num. 7. vbi de receptissima opinione.

31 Et licèt contrarium, quòd immò occidens bannitum, quem bannitum esse ignorabat, immunis non sit a pœna, eo quia non videatur tunc occidisse, vt minister Reipublicæ affirmauerint Bart. Bald. Ancharan. & alij, quos refert, & sequitur Felyn. cap. quæ in ecclesiarum, num. 10. extr. de constit. Hier. Gig. ibidem in addit. ad Dec. num. 66. littera E, vers. & quòd ista ratio attendi debeat, & hanc opinionem, saltem respectu pœnæ extraordinariæ admittat. Brunor. a Sole in quæstion. legalib. quæst. 26. num 33. Vbi alios refert: Tu tamen non recedas a proposita ampliatione, quæ vt vides, communiter recepta est.

32 Dummodo tamen vltra ignorantiam prædictam non concurrat nullitas banni, quia tunc pœnam non euadet, prout dixi infra num. 45.

33 Et licèt pariter magis communiter receptum esse videatur, quòd occidens bannitum ignoranter non consequatur præmium a statuto concessum, secundum Bartol. in l. genero, num. 3. versic. quandoque allegatur. ff. de ijs, qui not. infam. & in l. 2. ff. de condit. & demonstrat. & in l. nulla macula. C. de dilat. lib. 10. & in l. 3. §. vtrum, num. 3. ff. ad Syllan. Bald. in l. si quis in graui, §. vtrum. ff. ad Syllã. & in l. si quis hęredem, num. 7. vers. extra. C. de instit. & substit. Angel. in l. inter omnes, num. 2. ff. de furt. Vbi quòd ita vidit iudicari in ciuitate Perusij. Plot. in l. omnes populi, num. 129. ff. de iust. & iur. Afflict. super Constitut. Regni parte secunda, rubr. 3. num. 53. Vbi quòd ita cõiter tenetur. Dec. in consil. 327. num. 5. vers. primo. Ergo, lib. 3. Nell. de bannit. in secunda parte, 2. temporis, quæst. 25. quem refert, & sequitur Foller. in pragm. Regni, de exulibus, num. 19. Monticell. reg. crimi. 3. num. 24. Clar. in pract. §. homicidium, num. 58. vers. fuit etiã aliquando dubitatum. Menoch. de arbitra. lib. 1. quæst. 90. num. 22. Baiard. ad Clar. d. §. homicidium, num. 209. & nu. 212. vbi loquitur de occidere bannitum fortuito, & allegat Stephan. de Federic. in tract. de interpr. iuris par. 1. num. 45. Idem Baiard. ibid. num. 270.

34 Contrarium tamen propter publicam vtilitatem, & pro faciliori bannitorum extirpatione apud nos semper in practica seruatum fuisse vidi, & hanc contrariam opinionem etiam in puncto iuris veriorem crediderunt Idem Bald. sibi contrarius, in d. l. genero. Ang. de malef. in verbo, *fama publica*, num. 74. Roman. in dict. §. vtrum. Fulgos. in l. hæc conditio. ff. de condit. & demonstrat. Alex. ad Bart. in d. l. nulla macula, dicentes, quòd quocumque modo mens statuentium sit impleta, præmium debetur, & prædictos omnes sic, vt supra dicentes, referendo sequitur Caran. super d. prag. 1. de exul. num. 241. & seqq. Vbi loquitur de capiente, seu occidente bannitum ignoranter, & casualiter, & non solum quoad consequutionem præmij, sed etiã indulti, seu remissionem suorum delictorum, hancq; opinionem veriorem arbitratur, proponit contraria, & illis respondet.

35 Immò prædictum præmium debetur capienti, seu occidenti bannitum, etiam quòd capiens, seu occidens ignoraret adesse statutum concedens tale præmium, secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. quæstio. 24. Monticell. regul. crim. 3. num. 24. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 185. num. 44. & 50. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, nu. 280. lib. 2.

36 AMPLIA XII. vt stante prædicto statuto, nec etiã puniri possit is, qui occiderit nulliter, seu iniustè bannitũ, secundum Bart. in l. penul. ff. de adult. Benedict. de Plumb. in repet. l. penult. §. ad crimen, num. 62. ff. de publ. iudic. Alberic. in quarta par. Statutorum, quæst. 30. Nell. de bannit. in pri. par. tertij temp. quæst. 2. Marsil. cons. 10. num. 10. Vbi alijs relatis, testatur de communi opinione, & nume. 16. & in pract. §. aggredior, num. 10. Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur, numer. 15. Vbi alij plures referuntur concordantes. Nouel. in pract. folio mihi 168. num. 39. Blanch. qui pluribus hãc ampliationem probat, in pract. crimin. in §. ignorantia an excuset a delicto, num. 62. & seqq. folio mihi 95. & num. 90 in fine, & num. 91. folio 97. Vbi optimam reddit rationem, quia scilicet erroris causam dedisse videtur Iudex nulliter banniendo, & condemnando, cuius error subditorum errorem excusat, vt ibi per eum. Duen. regula 68. in 3. & 7. ampliatione. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 36. num. 2. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 90. num. 7. & seqq. Vbi benè comprobat hanc ampliationem, respondet contrariis, & testatur de receptissima opinione, & casu 283. num. 1. lib. 2. Brunor. a Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 63. Bursat. consil. 134. num. 20. lib. 2. concordat Constitut. Marchiæ lib. 4 cap. 35.

37 Contrarium, quòd immò occidens nulliter bannitum non excusetur, voluerunt idem Bart. Angel. & Alex. in locis relatis per Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 64. vers. tertius casus est, & ibi Aldobrandin in addit. littera C. dicit ita consuluisse suum genitorem, in consil. 68. in princi. extr. de constitut. Cæpoll. consil. 6. num. 16. & faciũt pro hac contraria opinione tradita per Blanch. in pract. crim. ignorantia an excuset a delicto, num. 36. & seqq. Vbi plures adducit rationes, Viui. opin. 770. num. 16. vbi audacter testatur, quòd ita tenent communiter omnes Canonistæ, & omnes legistæ, relati per Monticell. reg. crim. 3. nu. 18. Roland. consil. 46. num. 66. lib. 1. Vbi testatur, quòd ita post Bartol. in l. 1. ff. de adult. tenent Bald. & alij Doctores communiter in l. 3. §. seruus. ff. de acquiren. possess. Claud. in addit. ad Bertazz. cõs. 223. littera A, vers. quarto banno existente nullo, &c. Vbi alios refert, & testatur de communi, relati per Brunor. a Sole in quæstion. legal. quæstio. 26. num. 23.

38 In hac contrarietate communiter distinguunt Doctores, quòd prima opinio procedat, quando occidens ignorabat

rabat nullitatem bannis? Secunda autem, quando illam sciebat, secundum Bart. in d. l. penult. ff. de adult. & Bened. de Plumb. in d. §. ad crimen, eodem num. 62. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 8. extr. de constitut. & ibi etiam Dec. num. 65. vers. & prædicta locum habent. Nell. de bannit. in prima par. tertij temp. quæst. 2. vers. quæ omnia, Alexand. cons. 114. num. 2. vers. confirmari potest, lib. 1. Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, sub num. 6. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuset a delicto, num. 45. fol. mihi 96. & num. 91. folio 97. Pract. Corrad. rubr. de homicid. num. 7. in octaua ampliatione, fol. 317. Boss. in titulo de bannit. quid amitt. num. 3. Viui. opin. 770. num. 17. Monticell. reg. crim. 3. num. 7. & 10. Clar. in pract. §. homicidium, num. 54. vers. maior est dubitatio. Vbi etiam de commu ni Brunor. a Sole in quæst. legal. quæst. 36. num. 10. Vbi quòd hæc distinctio est communis omnium Doctorum, concordat constitutio Marchiæ, lib. quarto, cap. 35. ad finem.

39 In dubio autem præsumetur in occidente potius ignorantia nullitatis banni, quam scientia, secundum Benedictum de Plumbin. in repet. l. penult. in d. §. ad crimen, nu. 62. ad finem, vers. Tertio casu principali. ff. de publ. iudic. Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 120. in fine, versic. in dubio tamen, extr. de constit. & est de mente Nelli in tractat. de bannit. in prima parte tertij temp. quæst. 2. ver sic. veritas ergo est.

Vbi facit conclusionem, quòd qui dicit occidentem bannitum fuisse in culposa ignorantia, non perquirendo validitatem banni, debet probare, quia occidenti ad eius excusationem satis est vidisse occisum registratum in libro Bannitorum, & quod causa nullitatis banni non agitatur.

40 Nisi nullitas banni fuisset euidens, quia tunc non probata per occisorem ignorantia, præsumitur scientia, & propterea occisor videtur pœna ordinaria puniendus, secundum Benedict. de Plumbin. in repet. d. l. penult. §. ad crimen, num. 62. in fine. ff. de publ. iudic. Vbi etiam quando scientia probaretur præsumptiuè aliis modis, Blanch. in pract. crimin. in §. ignorantia, an excuset a delicto, nu. 89. folio mihi 96. vbi loquitur, quando nullitas banni apparet ex lectura sententiæ, & eius vitium fit euidens; & num. 90. ad med. vers. idem voluit. Ias. folio 97. Monticell. reg. crim. 3. num. 19. vbi loquitur, quando nullitas banni fuit nota, & publica, vel patens, adeo quòd oculis inspiceretur.

41 Verùm quòd præsumpta scientia non sufficiat ad condemnandum in pœnam ordinariam, & corporalem, voluerunt Ruin. cons. 66. num. 19. lib. 3. Aym. cons. 193. num. 7. & 8. Boss. in tit. de rapinis, num. 29. & seqq. Rota, de dolo, & contumacia, decis. 21. in antiquis, Put. decis. 147. num. 2. lib. 1. & decis. 77. num. 7. lib. 2. Mohed. decis. 4. alias 160. tit. de probat.

Et propterea isto casu verius credo, occidentem non posse puniri pœna ordinaria, etiam quòd nullitas banni esset euidens, prout est de mente Nelli in tractat. de bann. in prima par. 3. temp. quæst. 2. ad fin. vers. si verò publicè diceretur bannum fuisse nullum. Vbi quòd isto casu punitur occidens propter culpam in non perquirendo nullitatem banni, Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 120. in fine, vers. idem esset, iuncto vers. in dubio tamen, extr. de constit. Vbi facta per eum conclusione, quòd puniendus sit ille; qui temerè occidit bannitum, de cuius banni inualiditate, & iniustitia notoriè constaret, subdit postea, quòd quando negligentia, & ignorantia est crassa, tunc occidens saltem de culpa tenebitur, & idem voluit Boss. in tit. banniti, quid amitt. num. 3. vbi dixit occidentem teneri tantum de culpa, quando nullitas banni erat euidens, & apparebat ex inspectione banni, vel de ea extabat publica fama; & cum hac opinione concordat constitutio Marchiæ, lib. 4. cap. 35. in fine.

42 Et nihilominus, quòd occidens nulliter bannitum ignorans nullitatem banni adhuc puniendus sit aliqua pœna extraordinaria ex eo, quòd non fuit diligens in perquirendo validitatem, seu nullitatem banni, scripserunt Bartol. contra Dyn. in d. l. penult. ff. de adult. quã sequuti sunt Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 119. extr. de constit. Vbi expressè dicit, quòd uolens occidere bánitum debet prius cauere, & perquirere: An is fuerit ritè, & rectè bannitus, & super hoc habita banni copia peritos consulere, alioquin saltem de culpa, & negligentia tenebitur, si occisus fuerit non ritè, aut rectè bannitus, Marsil. cons. 10. num. 60. relatã per Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 15. in fine, 16. & 31. ad finem, uers. de hac quæst. Blanc. in pract. crim. §. ignorantia an excuset a delicto, num. 91. & seqq. Vbi pluribus hanc Bart. opin. cõprobat, contrariis respondet, testaturq; de magis communi, & approbata opinione. Vant. in tract. de nullita. tit. quoties, & intra quòd tempus, &c. nu. 45. Viu. opin. 770. n. 17. vbi testatur de communi scribentium theorica, Montic. reg. crim. 3. num. 7. & 10. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 10. & 11. & lib. 2. casu 283. nu. 2. Cartar. de exeq. sent. c. fi. nu. 15. vbi testatur de receptissima opinione; ex Cagn. quẽ allegat in l. qui cum alio, nu. 12. ff. de reg. iur. Brunor. a Sole in q. legal. q. 26. num. 23. vers. aduerte tamen, & num. 63. in fine.

43 Sed contrarium, & ni fallor, verius, quòd data ignorantia nullitatis banni occidens non puniatur aliqua pœna, nec pro culpa, nec pro dolo fuit opinio Dyni in d. l. penult. ff. de adult. quam benè defendit contra Bart. & contrariis respondet Benedict. de Plumb. in d. l. penult. §. ad crimen, num. 62. vers. aut ipsa nullitas nõ erat euidens. ff. de publ. iudic. & ita etiam discussa quæstione, resoluit Nell. in tractat. de bannit. prima par. tertij tẽp. q. 2. vers. an autem in aliquo puniatur, dicens satis esse occidenti, quòd occisus erat registratus in libro bannitorum, & quod non agitabatur causa nullitatis banni. Boss. in tit. banniti quid amitt. num. 3. vbi quòd occidens nulla pœna puniendus est, quando ignorabat nullitatem banni, & de ea non apparebat, aut ex inspectione banni, aut ex publica fama. Clar. in practic. §. homicidium, eod. vers. maior est dubitatio. Vbi quòd si casus contingeret, ita crederet, quòd seruaretur in practica.

44 Sed quid si nullitas banni respicit iurisdictionis defectum, vt puta, quia occidatur Clericus bannitus a Iudice laico, utrum occidens puniri possit, dixi infra nu. 313.

45 Item quid si occidens nulliter bannitum ignorabat occisum fuisse bannitum, an tunc occidens ipse puniatur? Dic, puniendum esse secundum Bened. de Plumb. in repet. l. penult. §. ad crimen, nu. 62. ad finem, vers. prædicta sunt vera ff. de publ. iudic. & ex hac conclusione potest declarari ampliatio, de qua supra, nu. 40. & seqq. de occidente bannitũ ignoranter.

46 AMPLIA XIII. in occidente bannitũ, cũ quo occidens ante bãnum pacẽ fecerat, & cautionẽ de ipsum nõ offendendo præstiterat; nõ. n. per hoc pax, seu cautio de nõ offendendo præstita ẽt medio iuramẽto rupta dicitur, & amplius occidẽs ab omni pœna immunis est, secundũ Bar. in l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo, & in l. qui seruũ, vbi etiã alii omnes Doctores communiter hanc materiam pertractant, & eos vide. ff. de verb. obl. Bal. in l. iuris gent. §. si paciscar, per illũ text. ff. de pact. Alberic. in quarta par. statutorũ q. 28. per totam, vbi discussa ad partes quæstione, & relata quadam distinctione, de qua ibi, videtur in fine indistinctè concludere secundum Oldrad. & Iacob. Butrig. in locis per eum relatis, nec pacẽ ruptam esse, nec promissioni de nõ offendẽdo cõtrauentum fuisse, nec pœnam conuẽtam exigi posse. Nell. de bãnit. in tertia par. 2. temp. q. 52. vbi comprobat Dec. in c. dilecti, nu. 40. de excep. & ita seruari testatur Marsil. in pract. §. aggredior, n. 84. Nouell. in pract. in §. quoniã, vt docet experiẽtia, nu. 54. fol. 216. vbi testatur de communi opin. Corn. cons. 104. num. 4 & 5 & cõs. 175. num. 5. in fine, lib. 1. Grat. cons. 44. num. 22 lib. 2. Carauit. super prag. 1 de exul. lib. nu. 127. & seqq. vbi huius cõclusionis ex præallegatis Doctoribus duplicem affert rationem. Prima est, quia omnis promissio intelligitur, rebus sic stantibus. altera quia offensa non inducitur nisi per actum punibilẽ. Duen. reg. 16. nu. 1. limitatione Viui. opin. 770. num.

num.7. vbi aliis relatis testatur de communi. Monticell. reg. crim.3. num.8. Vulpell. in tracta. de pace, quæst. 36. vbi testatur de crebriori Doctorum opinione, reprobato Iasone attestante contrarium fuisse Bononiæ determinatum in d. l. qui seruum, num. 5. de verbor. obligat. Cephal. cons. 53. num. 18. lib. primo. Clar. in pract. §. homicidium, num. 50. vers. quæro aliquis, vbi quòd hæc opinio etiam sibi placet. Nicol. Moron. de fide, tregu. & pace, quæst. 107. num. 2. Hercul. de caut. cap. 23. nu. quinto & sequentibus, vbi quòd ita tenent communiter Doctores. Baiard. in Addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 231.

47 Et isto casu occidens non solum gaudebit impunitate, sed etiam consequetur præmium, indultum, seu nominationem a statuto concessum occidentibus bannitos, prout in specie adnotauit Carauit. in pragm. 1. de exul. num. 127 & seqq.

48 Et licet Clar. in pract. §. homicidium, vers. quæro aliquis, prædictam ampliationem dixerit non procedere, quando bannum sequutum post pacem prouenit ex eadem causa, pro qua fuit facta pax, tunc enim si bannitus offen-

49 datur, pacem, & cautionem ruptam crediderit; Nec tamen Clari declaratio placet Carauitæ in pragmat. Regni de exulib. la 1. num. 132.

50 Et licet rursus aliqui dixerint propositam ampliationē procedere, quando bannitus occiditur zelo iustitiæ, & propter publicam vindictam; secus autem si ex particulari inimicitia, & particulari odio, ac vindicta, prout præcipuè voluit, & declarauit Fortun. Garzi. in repet. l. conuentionum, num. 14. ff. de pact. Nec dissenserunt Cephal. cons. 55. post num. 22. lib. 1. Nicol. Moron. de fide tregu. & pace, q. 107. num. 9.

51 Verius tamen est, quòd ex quacunque causa occidatur bannitus post pacem factam, & cautionem præstitam occidens nec etiam puniatur de pace, seu cautione fracta ad ea, quæ generaliter dixi infra, num. 199. & seqq.

52 Bene tamen verum est, quòd licet per superueniens bannum bannitus possit impunè offendi absque eo, quòd pro parte offendentis rumpatur pax, vel cautio de non offendendo, non tamen potest ipse bannitus offendere eum, cum quo ante bannum fecit pacem, & promisit non offendere, & si offendit, censetur rupta & pax, & cautio, quia per subsequens bannum hæc obligatio non tollitur secundum magis communem, de qua testatur Maran. in l. potest, num. 124. ff. de acquir. hæred. quam refert, & sequitur. Hercul. de caut. cap. 23. num. 1. & seqq. vbi respondet contrariis, prout pariter tenet, & contrariis respondet. Nicol. Moron. in tra. de fid. treg. & pac. par. 2. q.7. per totam, secundum primam impressionem, & q. 109. secundum vltimam impressionem. Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 234.

53 Nisi bannitum se defendendo alium offenderit, quia tunc cautionem non rumpit secundum Hercul. de caut. d. cap. 23. num. 4. Baiard. vbi supr. num. 235.

54 Sic & pariter nunquam bannitus comprehenditur sub cautione de non offendendo, nisi expresse dicatur; & ideo promittens, pro se, & suis consanguineis &c. quod non offendet Titium, non intelligitur promisisse pro consanguineis bannitis, & sic banniti non comprehenduntur sub dicta cautione actiuè, secundum Thob. Non. consil. 112. per tot. vbi latissimè hanc probat conclusionē, & numero 8. vbi quòd banniti nec etiam passiuè comprehenduntur sub eadem cautione, quia non obstante ea, possunt impunè offendi, tanquam non comprehensi in stipulatione. Nec dissentit. Hippol. Rimin. cons. 299. num. 27. libro tertio.

55 LIMITA præcedentem XIII. ampliationem procedere, prout loquitur, quando scilicet bannum superuenit post pacem factam, seu cautionem præstitam, vnde secus si tempore dictæ pacis, & cautionis, quis erat bannitus, tunc enim si is offendatur, pax, & cautio dicetur rupta, & offendens punietur secundum Salyc. in l. final. num. 2. vers. sed in contrarium C. quan. lice. vnicuiq; sine iudice. Ferran. Garg. patrocin. 7. Bero. qui latè hanc conclusionem comprobat, & contrariis respondet in cap. quę in Ecclesiarum, num. 123. & seqq. extra de constitut. Vbi ampliat, etiam quòd non adsit iuramentum, & ita seruandum affirmat in foro, tam sæculari, quam ecclesiastico, ratione peccati. Quamuis forsan de iure ciuili contrarium sustineri possit, vt ibi per eum, & hanc opinionem latissimè etiam, ac subtiliter defendit Fortun. Garz. in repet. l. conuentionum, num. 3. & 10. & seqq. ff. de pact. Marsil. in consil. 9. num. 22. & seqq. & nu. 38. & seqq.

Vbi tamen loquitur in tregua facta cum bannitis cum authoritate superioris, & eius præsentia, Grat. cons. 44. libro 2. Carauit. super pragm. Regni de exul. num. 36. & seqq. Vbi refert Clar. in §. homicidium vers. sed an licebit, dicentem, quòd si ipse Iudex esset, faceret decapitare amicum banniti, qui sub expressa fide de non offendendo, ipsum interficeret, Duen. d. reg. 16. in eadem prima limitatione vers. & hoc intelligo, Petrin. Bel. de re milita. tit. secundo, num. 36. rubr. de pactis, & est de mente Clari in d. §. homicidium vers. quæro aliquis. Menoch. de arbitr. quęst. lib. primo, quæst. 90. num. 49. in fine, vbi refert, & sequitur Clar. in d. versic. sed ea licebit, relati per Nicol. Moron. de fide treg. & pac. quæst. 107. num. primo, & num. 7. Vbi & hanc opinionem admittit quoad pœnam parti applicandam, licet, vt mox eum referam, contrarium sentiat quoad pœnam pacis fractæ. Bertazz. consil. 104. num. 3. libr. primo. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 233. vbi, & hanc opinionem ratione periurij de iure canonico admittit ex Bero. quem allegat in cap. quæ in ecclesiarum, nu. 123. de constitut. de quo vltimo dixi infra num. 349. Idem Baiard. ibidem num. 236. in fine, vbi loquitur in fide data bannito de ipsum non offendendo, prout loquitur Clar. in loco præcitato.

56 Et hæc opinio multò magis procedit, quando vnus bannitus faceret pacem cum alio, quia tunc quòd illam rumpens teneatur pœna fractæ pacis pluribus demonstrat & contrariis respondet Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, q. 108. per totam.

57 Contra, quòd immò non censeatur rupta pax, seu cautio de non offendendo, facta, & præstita ad fauorem banniti tempore pacis, seu cautionis, facit, quod dixit Fely. post Bart. quem allegat, in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 3. in fine, extr. de constitut. Non valere scilicet pactum factum cum bannito, de ipsum non offendendo, ex quo est contra vtilitatem publicam, & hanc contrariam opinionem etiam tenuerunt Bart. & Bald. in locis relatis per Fortun. Garz. (qui tamen eos non sequitur) in repet. l. cōuentionum, num. 3. ff. de pactis. Nell. de bannit. in tertia parte 2. tempor. quæst. 51.

Vbi ampliat etiam interueniente iuramento, & quæst. 52. in fine, vbi testatur ita seruari. Gozzadin. consil. 61. num. 6. 7. & 13. Vbi refert, & reprobat contrarium tenentes, & num. 15. vers. non obstat. Vbi quòd contraria opinio est falsa; nec dissentire videtur Marsil. in consil. 9. num. 23. Quamuis contrarium asserat in tregua facta cum bannitis cum authoritate superioris, vt ibidem num. 22. & seqq. & num. 38 & seqq. Addo pro hac eadem opinione eundem Marsil. in consil. 10. num. 5. vers. quinimmò dicit Bart. & in pract. §. aggredior, num. 84. & sing. 352. incip. sæpius vidi dubitari, nec dissentire videtur Carauit. super 1. pragm. de exul. num. 127. & seqq. Hippol. Rimin. cons. 299. num. 15. lib. 3. Viui. opin. 770. num. 7. vbi reprobato Bero. in dict. cap. quæ in ecclesiarum, num. 123. & seq. hanc contrariam opinionem, tanquam communem esse sequendam affirmat Nicol. Moron. de fide, tregu. & pace, quæst. 107. num. 7. vbi quòd quantum ad pœnam pacis ruptæ, pax non valet facta cum bannito, (secus quoad pœnam parti applicandam.) Hercul. de caut. cap. 23. num. 6. Bertazz. consil. 151. num. 6. lib. 1. Vulpell. in tractat. de pace, quæst. 37. vbi relatis contrariis, testatur de veriori, & crebriori opinione, (licet in foro honoris secus credat,) Bursat. consilio 134. num. 12. libro secundo. Thob. Non. consil. 112. num. 23. & 24. vbi relatis, & reprobatis contrariis, ita quotidie apud

apud eum in Curia Perusina seruari testatur, Simon de Præt. conſ. 78. nu. 6. & per totum, prout illum allegat Baiar. ad Clar. in §. homicidium, num. 231.

58 Et hæc contraria opinio fortius procedit, quando Statutum non solùm permitteret bannitum posse impunè offendi, sed etiam si expreſsè mandaret ipsum occidi; tunc enim, quia non occidendo quis facit contra ius publicum, Ideo contrarium pactum non valet, nec seruandum est, & consequenter per illius offensionem non censetur rupta cautio, aut pax, sic n. colligitur, ex trad. per Fortun. Garz. in repet. l. conuentionum, nu. 10. & seqq. ff. de pact. quòd nota pro Constitutione Sixti V. in qua vnusquisq; tenetur bannitos pulsata campana, persequi, & profligare.

59 Et idem quando Statutum permitteret bannitum occidi, *quocumque modo, vel omni meliori modo*, dixit Carauit. super pragm. Regni, de exul. la 1. num. 37.

60 Verum prout benè aduertit Carauit. vbi supra sub num. 217. & seqq. nescio quomodo possit hodie dari casus, in quo quis faciat pacem cum bannito, promittatque cum fideiussoribus illum non offendere, stantibus Pontificijs Constitutionibus, quibus non solum est prohibita cum illis omnis conuersatio, sed etiam vnusquisque tenetur eos persequi, & profligare.

61 AMPLIA XIIII. vt etiam impunè liceat occidere mulieres bannitas, Bal. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. prout illum refert, & sequitur Dec. in c. quæ in Ecclesiarū, nu. 74. extr. de constit. & licet idem Dec. in c. dilecti, nu. 44. extr. de except. contrarium asserere videatur ex Ang. quem allegat in conſ. 67. est tamen aduertendum, quòd Ang. per eum allegatus non loquitur quoad impunitatem delicti, sed quoad consequutionem præmij; & amplius loquitur in quodam casu speciali statuti Lucani, de quo dixi infra num. 64. ideo non recedas ab ampliatione, pro qua addo etiam eundem Bald. in l. Imperator, la 2. in 3. repet. ff. de stat. homin. Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. numeri 39. Carer. in pract. in tractat. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 30. Carauit. super pragm. Regni. 1. de exul. num. 151. & seqq. in discursu, vbi licet in terminis illius pragmaticæ propter quædam specialia verba in ea existentia contrarium asserere videatur, quando tamen Statutum simpliciter bannitos occidi permittit, & in bannitis seruatis seruandis ab hac ampliatione discedere non videtur, & loquitur tam passiuè, quam etiam actiuè, vt scilicet,

62 si mulier bannitum occidat ab omni pœna immunis sit, Duen. reg. 68. in 7. limitat. ex quibus patet hanc ampliationem communiter receptam esse.

63 Quamuis contrarium voluerit Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 43. verſ. in hoc aduerte, ea motus ratione, quia scilicet in fœmina cessat ratio per statutum considerata, videlicet ex Aym. quem allegat in conſil. 6. num. 67.

64 Bene verum est, quòd licet occidens mulierem bannitā non possit puniri, non tamen consequitur præmium a statuto ordinatum, secundum Ang. in conſ. 67. num. 1. & 2. in 1. dubio. Qui tamen loquitur in casu speciali statuti Lucani. eum videas, & Ang. eo loci refert, & sequitur Dec. in c. delicti, num. 44. de except. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 226. vbi tamen è contra, quòd si mulier occidat bannitum, debet habere præmium.

65 Sed in proposito vide Carauit. super pragm. 1. de exul. num. 151. & seqq. vbi distinguendo dixit, quòd mulier actiuè continetur sub hoc statuto, quia scilicet si inquisita de aliquo delicto bannitum interficiat, & veniam, & indultum meretur, passiuè vero, an scilicet occidens mulierem bannitam gaudeat præmio, & indulto, contrarium asserere videtur in terminis illius pragmaticæ, in qua nec verba, nec ratio in ea expressa possunt trahi ad occidentem mulierem, verum extra casus dictæ pragmaticę, & vbi simpliciter statutum præmium concederet occidenti bannitos, tunc & occidentes mulieres præmio, & indultu gaudere debere sentire videtur contra Ang. in loco præcitato.

66 LIMITA I. hanc XIIII. ampliationem, vt licet mulier bannita possit offendi non tamen potest adulterari secundum Bald. & Petr. de Anchar. in locis relatis per Io. Bapt. de Sancto Seuerino in repet. l. omnes populi, num. 55. ff. de iust. & iur. Quamuis Nell. ibi per eum relatus contrarium de stricto iure tenuerit, & hæc limitatio communiter tenetur, prout attestatur Dec. qui bene eam comprobat, & contrarijs ibi per eum relatis defendit in c. quæ in ecclesiarum, num. 74. & seqq. & ibi Adden. littera N, & O, extr. de constit. Catell. Cotta in memoral. in verbo *Statuta quòd bannitus, &c.* post med. versic. nunquid autem stante prædicto Statuto, vbi benè respondet contrarijs. Viui. opin. 770. num. 19. in fine, vbi de communi. Clar. in pract. §. homicidium, nu. 46. verſ. sed an stante huiusmodi Statuto, vbi quòd hæc opinio communiter approbata sibi magis placet, quam contraria, & allegat bonam rationem, quam ibi videas. Bolognet. in l. vt vim num. 32. & 33. ff. de iust. & iur. vbi pluribus, hæc limitatio comprobatur, & ampliatur, siue mulier inuita, siue etiam consentiens adultetatur, reprobato Nello contrarium tenente. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 225.

67 Quamuis contrariū, quòd si occidere licet mulierem bannitam, multo magis liceat in eam adulterium committere, affirmauerit Nell. in tracta. de bannit. in secunda par. secundi temp. num. 46. vbi post longam disputationem concludit, quod impunibile est adulterium, seu stuprum cum muliere bannita per vim commissum, secus autem si non per vim, sed volens cognita fuerit, vt ibi per eum.

68 LIMITA II. eandem XIIII. ampliationem non procedere in occidente mulierem bannitam prægnantem, tenetur enim tunc occisor, quia occidit fætum non bannitum secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. quæst. 45. vbi licet multa hincinde in contrarium adducat, in hac tamen residere videtur opinione. Carer. in pract. crimin. in tractat. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 30. Duen. reg. 68. in septima limitatione. Petr. a Plach. in epith. delict. libro 1. cap. 36. num. 22. Viui. opin. 770. num. 19. in princip. verſ. & illud. Monticell. regul. crim. 3. num. 39. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 55. Brunor. a Sole in quæst. legal. q. 26. num. 43.

69 Procedit autem hæc limitatio etiam in occidente mulierem prægnantem decem, vel viginti dierum, secundum Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 30. Duen. dict. regul. 68. in septima ampliatione in fine, Brunor. a Sole dict. quæst. 26. eodem num. 43.

70 Et etiam procedit in occidente mulierem prægnantem ex adulterio in carcere commisso, vel ex alio illicito coitu, secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda part. tertij tempor. quęst. 45. in fine, Cater. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, sub numer. 30. Duen. dict. reg. 68. in d. 7. limitat. in fine, Petr. a Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 36. post num. 22. Viui. opin. 770. num. 19. verſ. & illud. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 90. num. 55. Brunor. a Sole d. q. 26. eod. num. 43.

71 Sic & è contra, eadem limitatio declaratur, vt procedat, quando occidens bene sciebat mulierem bannitam fuisse prægnantem, vt puta, quia ex magnitudine ventris manifestè apparebat prægnans; secus si non sic apparebat, & erat ignorans de prægnantia, quia tunc non punitur, secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. q. 45. verſ. puto tamen,

72 Quamuis contrarium, quòd immo etiam puniendus sit, qui mulierem bannitam occidit eam esse prægnantem ignorans, ex quo de prægnantia cogitare debuit, voluisse videatur. Viui. opin. 770. num. 19. allegans Nell. in loco præcitato (qui vt supra eum retuli contrarium retulit) & Viuium etiam refert Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 224.

73 Immo si credendum est Nello in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. quæst. 45. verſ. primo casu, non videtur puniendus occidens bannitam mulierem prægnātem, quamuis prægnantiam sciuerit, si non præmeditatè, sed fortuito eam obuians, & ex calore iracundiæ

dixa occiderit,& quando etiam ad occidentem aliquo modo spectabat vindicta offensionis, propterquam mulier fuit bannita, quæ quidem declaratio si vera est, est multum notabilis, sed est minimè vera, quia non reperio iure cautum, licitum esse occidere inimicum propter vindictam siue præmeditatè, siue etiam non præmeditatè,& pręsertim eum, qui nullam intulit iniuriam, prout est fætus in vtero existens.

75 AMPLIA XV. etiam in occidente bannitum cum armis deferre prohibitis, non enim isto casu incurritur pęna delationis armorum, secundum Anchar. qui pluribus rationibus hanc probat conclusionem in repet. cap. primo num. 254. de constit. Nell. de bannit. in secunda par. secundi tempor. quæst. 48. vbi latissimè disputata ad partes quęstione, hanc sustinet ampliationē. Foller. in pragm. Regni de exul. num. 17. Bertazz. cons. 132. nu. 5. lib. primo, & ibi in addit. Claud. littera B, vbi aliis relatis recentioribus, testatur de communi opinione, nec dissentit Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 199. & consuluit Bursat. in cons. 143. num. 8. lib. 2.

76 Et hæc ampliatio apud nos procedit, etiam quòd bannitus occidatur cum archibusettis paruis, quorum delatio nedum est prohibita, sed etiam eorum vsus, & retentio, ex constitutione Pij IIII. cuius mens fuit hoc damnabile armorum genus extirpare, & tollere; Quocumque enim modo occidatur bannitus, occidens impunitate gaudet, prout in specie voluit Vulpell. cons. 66. num. 7.

77 Quamuis contrarium, quòd non liceat bannitum occidere cum illis armis, quorum non solum prohibita est delatio, sed etiam vsus, & retentio, prout sunt archibusetta, verius crediderint Foller. in d. pragm. de exul. eod. num. 17. & ibid. Carauit. num. 103. & seqq. vbi tamen fatetur casum esse dignum gratia Principis. Et vide ad materiam, quæ dixi infra q. 108. in 12. limit.

78 AMPLIA XVI. Quòd si quis, vt bannitum occideret, aut caperet, cum aliter capere, aut occidere non possit, domum, in qua bannitus erat reclusus, combussérit, non tenetur de incendio, nec pœna ordinaria, nec extraordinaria, etiam quòd domus combusta non esset ipsius banniti, sed alterius, prout late consuluit Bursat. in cons. 134. per totum lib. 2. vbi inter alias rationes, per ipsum consideratas illa potissimum stringit, quia scilicet, qui potest delictum sine pœna committere; potest etiam impunè exequi omnia necessaria præambula ad dictum delictum. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum ff. de procurato. cum aliis ibi per eum allegatis, & licet ipse Bursat. ibidem sub num. 21. dixerit forte ciuiliter agendo, dominum domus posse agere contra comburentem, & ad damna, quando comburens sciuit domum esse non banniti, sed alienam; ego tamen, nec isto casu crederem ipsum comburentem ciuilem teneri, cum nihil illicitum, nec a iure prohibitum commiserit.

79 AMPLIA XVII. in occidente bannitum absolutū, & restitutum quando is non fuit cancellatus de libro, in quo banniti describi solent (de quo libro tu, qui in Curia capitolina versaris, vide Statutum Vrbis lib. 2. c. 15.) secundum Alberic. in tract. de Statut. q. 37. pat. 4. vbi dixit, se ita alias de facto obtinuisse. Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 3. temp. q. 2. in prin. Alex. cons. 114. num. 5. & ibi in addit. littera B, lib. 1. Dec. cons. 327. post num. 6. lib. 3. Gozzad. cons. 61. num. 5. 12. & 14. in fine, versic. ad quintum, vbi testatur de veriori opinione. Marsil. cons. 10. nu. 1. & seqq. Cæp. cons. crim. 6. num. 17. in fine, & seq. Marsil. in pract. §. aggredior, nu. 4. & sing. 340. vers. caute agant banniti, vbi testatur de communi opinione. Caret. in pract. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 5. Blanch. in pract. crim. §. ignorantia an excuset a delicto, num. 145. & seqq. pluribus; vbi latissimè hæc ampliatio defenditur, & nu. 165. testatur de veriori Doctorū opinione. Duen. reg. 68. in secunda ampliat. Boss. in titul. banniti, quid amitt. num. 3. vers. quid vero si occidatur bannitus restitutus, vbi loquitur quando bannum absque alia lectura pro rostris apparebat. Pet. a Plach. in epithom. delict. lib. 1. c. 36. num. 7. in fine. Monticell. reg. 3. numer. 2. Clar. in pract. § homicidium, num. 57. vers. item quarto pone, vbi de seruata opinione, Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 90. num. 34. Mascard. de probat. lib. primo, conclus. 162. num. 16. Brunor. a Sole in quæst. legal. q. 26. num. 49. vbi de veriori opinione, & num. 58.

80 Quamuis contrarium, quòd immò puniendus sit occidens bannitum non cancellatum de banno, si iam fuerat per viam gratiæ, vel iustitiæ restitutus, & remissus, relatis, & reprobatis contrariis pluribus, comprobat Gandin. in tit. de bannit. pro malef. num. 17. in vltima quæstione, & pro hac contraria opinione faciunt quæ de rebanniendo de proximo dixi infra, num. 319. par. vltima, vers. primo, item faciunt scripta per Blanch. in pract. crim. in verbo, *ignorantia an excuset a delicto*, num. 126. & seqq. vsque ad num. 145 fol. mihi 102. vbi huius contrariæ opinionis inferuntur argumenta, & rationes.

81 AMPLIA I. hanc xvij. ampliationem, vt nec volens occidere bannitum teneatur credere ipsi bannito dicenti se remissum, vel aggratiatum, nisi de remissione doceat per publicam scripturam, secundum Alexan. post Bart. in cons. 114. num. 5. lib. 1. Marsil. cons. 10. num. 3. vbi testatur, quòd ita communiter tenent Doctores in l. non solum. §. morte. ff. de oper. nou. nunciat. Caret. in pract. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, numer. 12. Duen. reg. 68. in quinta ampliat. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 36. num. 9. vbi de communi. Clar. in pract. §. homicidium, num. 52. vers. sed quid si bannitus, vbi testatur de communi omnium opinione ex Gozzadin. in cons. 61. num. 9. & Rip. in cap. cum M. nu. 56. de constit. Menoch. de arbit. quæst. lib. primo, quæst. 90. num. 34. Cattar. de exeq. sententiæ cap. 3. num. 66. Brunor. a Sole in quæst. legal. q. 26. num. 53. & faciunt, quæ in simili de occidente habentem saluum conductum, dixi infra, num. 300.

82 Immo quod, nec etiam credere teneatur alteri priuatæ personæ dicenti occisum fuisse rebannitum, nisi de bannitione ostendat publicum instrumentum, voluit Gozadin. cons. 61. num. 9. ex Bart. quem allegat in l. non solum §. morte ff. de oper. nou. nunciat. Caret. in pract. in tract. de homicid §. septimo igitur excusatur; num. 12. vbi tamen, quòd isto casu occidens tenetur de culpa in non perquirendo id, quod sibi fuit notificatum. Brun. a Sole d. q. 26. num. 53.

83 Verum prædictam ampliationem declara notabiliter procedere, vbicumque bannitus non permitteret se capi, vtputa, quia aufugeret, vel se defenderet, tunc enim occidens non punitur, etiam quòd occisus protestatus fuerit, se esse absolutum, & cancellatum, aut habere saluum conductum: secus autem si ipse permiserit, se capi, quia tunc dicens se restitutum, & absolutum, aut habere saluum conductum, non potest impunè occidi, secundum Imol. in l. non solum §. morte, columna penultim. & ibi etiam Roman. num. 8. & Alexand. num. 39. ff. de nou. oper. nunciat. quos in proposito refert, & sequitur Blanch. in pract. crim. §. ignorantia, an excuset a delicto sub num. 192. Baiard. in addit. ad Clar. in homicidium; num. 254. vbi quod bannitus isto casu non potest occidi, quando vltra protestationem offert se ire ad iudicium ex Roman. Felyn. & Rip. in locis per eum relatis.

84 Declara alio modo eandem ampliationem, quia isto casu saltem esse imponendam pœnam extraordinariam est de mente omnium Doctorum allegatorum. infra, num. 90 & in specie dixit Cattar. de exeq. sententiæ, cap. 3. numer. 70.

85 AMPLIA II. eandem xvij. ampliationem, quia si bannitus est descriptus in pluribus libris, non sufficit ipsum esse cancellatum ex vno libro, sed debet esse cancellatus de omnibus, ad hoc, vt illum occidens possit puniri, secundum Angel. in l. final. per illum text. & ibi etiam Cuman. ff. de his, quæ in test. delen. Alexan. cons. 280. in cap. attenta dispositione statuti, lib. . Marsil. cōs. 10. num. 2. post Ang. & Cuman. in locis, per eum relatis, per idem Marsil. in pract. §. aggredior, num. 9. & sing. 340. incipit. caute agant banniti, vers. quam cōclusionem. Blāch. in

in pract. crim. §. ignorantia, an excuſet à delicto, num. 166. verſic. amplia præmiſſam diſpoſitionem. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 162. num. 22. Brunor. à Sole in quæſt. legal. q. 26. num. 54.

86 Hæc tamen ampliatio non procedit, quando cauſa cancellationis poſita in vno libro reſpiceret omnes ſcripturas, quia tunc habetur; ac ſi fuiſſet cancellatus in omnibus libris, & propterea illum occidens punitur, ſecundum Bal. in l. noſtra, colum. penult. C. de teſtam. Imol. in l. ſi. ff. de his qui in teſt. delent. quos in ꝓpoſito refert, & ſequitur Dec. in conſil. 327. num. 3. in princip. verſic. & ſufficit, lib. 3.

87 AMPLIA III. etiam in occidente bannitum non cancellatum, quamuis ſoluerit, ſeu aliter ſatisfecerit banno, & condemnationi, & de ſolutione conſtet per publicum inſtrumentum in actis, ſeu in archiuio publico repoſitum; adhuc enim occidens excuſandus videtur, niſi de ſolutione, ſeu abſolutione appareat pœnes partitam libri, in quo bannum eſt deſcriptum, vel niſi aliunde probetur ſcientia. Prout relatis hinc inde contrarijs concludere videtur Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuſet ad delicto, num. 176. & ſeqq. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 162. num. 30. Brunor. à Sole in quæſt. legal. quæſt. 26. num. 50.

88 AMPLIA IV. dictam XVII. ampliationem, vt bannitus non cancellatus de banno impunè occidi poſſit, et quod in gratia, ſeu reſtitutione eſſent appoſita verba ipſo iure importantia caſſationem, ſeu cancellationem banni; adhuc enim requiritur declaratoria Iudicis ſecundum Dec. qui bene hanc materiam declarat, & ponit verba importantia ipſo iure caſſationem banni in conſ. 327. colum. 2. in princip. iuncta, colum. penult. verſic. nec videtur obſtare, lib. 3. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuſet à delicto, num. 168. & ſeqq. fol. mihi 106. vbi quid ſi fuerit dictum, quòd bannitus ſit abſolutus, cancellatus, & reſtitutus, an tunc poſſit impunè interfici, etiam quòd in effectu non ſit cancellatus de libro bannitorum, facit concluſionem negatiuam, & poſtea illam declarat.

89 LIMITA I. propoſitam XVII. ampliationem non procedere, quando puta, in capitulis pacis, ſeu alio modo fuerit generaliter dictum, quòd banniti rebanniantur, eorumque banna, & condemnationes caſſentur, tūc enim non poſſunt impunè occidi etiam, quòd non fuerint ex libris cancellati, cum ſatis, ſit eos fuiſſe declaratos pro cancellatis, ſecundum Bart. in l. emptori §. Lucius in fine, ff. de pact. Ang. & Imol. in l. prima, in fine, ff. de his, quæ in teſt. delen. quos in propoſito refert, & ſequitur Marſil. ſing. 340. cautè agant banniti verſ. & primo limita. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia, an excuſet à delicto, nu. 168. & ſeqq. vbi loquitur, quandò in reformatione, ſeu capitulo dicitur, quòd omnes banniti ſint abſoluti, & de eorū bannis cancellati, ac reſtituti, an tunc abſque alia cancellatione, & caſſatione habeantur pro cancellatis, facit concluſionem affirmatiuam, & poſtea illam declarat, & num. 180. & ſeqq. vbi loquitur pariter, quando in capitulis pacis fuit conuentum, quòd banniti deberent cancellari, vel quando Statutum diſponit, bannitos debere rebanniri, per certos ſapientes, qa tunc ſufficit eos fuiſſe cācellatos verbo, ac verbo ſolū rebānitos, licet nō cancellatos facto, Boſſ. in tit. banniti quid amitt. num. 3. verſic. quid verò ſi occidatur bannitus reſtitutus, vbi præſertim, quando in capitulis dicitur non eſſe habendam rationem banni; addo ad præmiſſa Maſcard. qui alios refert de probat. lib. primo, concluſ. 162. num. 24. & ſeqq. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 250. vbi dicit, quòd ſi facta eſt lex, quòd debeant rebanniri banniti, qui in exercitu ſeruient duobus menſibus, vel etiam ſi eadem lex diceret, quòd ſint à banno liberati, ſi tale quid fecerint. Non tamē deſinunt eſſe bāniti, niſi ſequatur Iudicis declaratio, quod idfactum ſit, quòd fieri debuit, ſed ſi lex diceret, quòd ipſo iure bannitus ſit liberatus: tunc non requiritur aliqua declaratio, ſed ſtatim præſtito ſeruitio, deſinit eſſe bannitus, & impunè occidi non poteſt ex Nell. & Ruyn. in locis per eum relatis.

90 LIMITA II. eandem XVII. ampliationem, quia adhuc occidens bannitum reſtitutum, & non cancellatū, videtur aliqua pœna puniendus, quamuis reſtitutionem, ſeu gratiam ignorauerit pro culpa, quam commiſit in nō perquirendo reſtitutionem, ſeu remiſſionem ſecundum Io. Andr. quem refert, ſed non ſequitur Nell. de bannit. in prima par. 3. temp. quæſt. ſecūda, paulo poſt med. Nec diſſentire videtur Dec. conſil. 327. colum. finali, verſic. Poſtremo conſiderandum, lib. 3. Cæpoll. conſil. crim. 6. num. 18. verſ. ſecundo, caſu, & num. 19. vbi quòd iſto caſu pœna non debet eſſe corporalis, ſed alia arbitraria, & num. 20. Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. ſeptimo igitur excuſatur, num. 5. in fine, Blanch. in pract. crim. §. ignorantia an excuſet à delicto, num. 96. in princip. fol. mihi 98. Clar. in pract. §. homicidium, nu. 52. verſic. item quæro pone, vbi quod hæc pœna extraordinaria habet locū, quando quis perquirendo facilè potuiſſet habere notitiā gratiæ, & reſtitutionis, cum antequam quis ad actum homicidij ab oī lege reprobatū deueniat, debeat curioſè inquirere, & non præcipitanter ad illud committendum currere, & hanc opinionem non ſolum dicit æquiorem, ſed in iudicando tenendam, & cum ea omnes Doctores concordare ex Nell. in loco per eum relato, reprobato Blanch. contrarium tenente, vt mox eum referam. Menoch. de arbitr. libro primo, quæſt. 90. num. 36. in fine, & lib. 2. caſu 383. num. 3. Cartar. de exeq. ſentent. c. 3. num. 70. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 253.

91 Contra, quòd nec pro culpa extra ordinē puniatur occidēs bannitum remiſſum, ſed non cancellatum, niſi remiſſio eſſet notoria, & quòd ſatis ſit occidenti ſciuiſſe occiſum reperiri regiſtratum in libro bannitorum; tenet Nell. vbi ſupra d. quæſt. 2. verſic. veritas ergo eſt, iuncto verſic. in dubio autem. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuſet à delicto, num. 163. & ſeq. fol. mihi 104 vbi reprobat Roman. & Alex. contrarium tenentes. Boſſ. d. tit. banniti quid amitt. verſic. quid verò ſi occidatur bannitus reſtitutus, vbi teſtatur de communi opinione ex Iaſ. quem allegat in l. ſi creditoris. C. de fideicommiſſ.

92 LIMITA III. in occidente bannitum abſolutum ab imputatione criminis, vt puta, quia comparuit poſt bannum, & ſe defendēdo abſolutionem obtinuit, is enim puniendus eſt, quamuis dictus bannitus abſolutus; non fuerit de libro bannitorum cancellatus, ſecundum Monticell. reg. crim. 3. num. 42. Vbi alios refert concordantes, & limitationem credo veriſſimam, quando occidens veriſimiliter potuit habere ſcientiam talis abſolutionis, & compoſitionis; aliter de ea dubitarem ex allegatis ſupra numero. 79.

93 LIMITA IV. dictam decimamſeptimam ampliationem procedere, quando occidens ignorabat gratiam, ſeu reſtitutionem banniti; ſecus ſi illam ſciebat, tunc enim puniendus eſt, etiam quòd occiſus bannitus non fuerit de banno cancellatus, non aliter, ac ſi cancellatus fuiſſet; probatur hęc diſtinctio in vtroque eius capite per Alber. in 4. par. Statutorum, d. quæſt. 37. in fine, verſ. determinationem ſecundæ quæſtionis. Nell. de bannit. in 1. part. 3. tempor. quæſtio. 2. verſ. Quæ omnia Dec. conſ. 327. nu. 5. in fine, verſ. tertio non obſtat, & poſt nu. 6. lib. 3. Cæpoll. conſ. crim. 6. num. 18. verſ. aut conſtat, vel conſtare poteſt, vbi, quòd iſta diſtinctio eſt de mente omnium Doctorū, Marſil. in pract. §. aggredior, num. 27. verſ. & prædicta intellige, & latius num. 30. & ſeq. & ſingul. 340. incip. cautè agant banniti, verſ. limita ſecundo, Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. ſeptimò igitur excuſatur, num. 6. & 7. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia, an excuſet à delicto, num. 160. in fine, fol. mihi 104. & num. 166. in fine, fol. 106. Foller. in Pragm. Regni, de exul. num. 27. fol. mihi 47. Monticell. reg. 3. num. 2. in fine, Clar. in pract. §. homicidium, num. 52. verſ. Item quæro, pone. Vbi quòd hæc diſtinctio eſt æquior, & etiam de mente omnium Doctorū ex Cæpoll. in loco præcitato. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. poſt. num. 35. verſ. Nam hoc homicidiū ſemper excuſat probabilis illa ignorantia. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 162. num. 27. Brunor. à Sole, in quæſt. legal. quæſt. 26. num. 42.

Et in

94 Et in dubio non scientiam, sed ignorantiam præsumi per tex. in l. verius, ff. de probat. in terminis scripserunt Dec. in cons. 327. post num. 6. col. 4. in princ. Capoll. cons. crim. 6. num. 19. vers. aut sumus in dubio.

95 Et ad effectum, de quo agitur scientiam debere esse non generalem, sed specialem, hoc est vt occidens sciat non solum gratiam, sed tenorem gratiæ cum omnibus suis qualitatibus consuluit Alex. in cons. 114. num. 1. in fine, versic. difficultas si qua consistit iuncto num. 4. versic. Accedit ad maiorem confirmationem, & num. 5. in discursu lib. 1. Vbi ponit exemplum de quadam muliere, quæ fecit occidere maritum suum bannitum, & aggratiatum habens notitiã gratiæ auditu, non autem de visu ipsius gratiæ.

96 Sed nunquid isto casu sufficiat præsumpta scientia oriens scilicet ex notorietate absolutionis, & restitutionis propter publicam vocẽ, & famam, vel alio modo? Videtur quòd sic; secundum Alberic. vbi supra d. quæst. 37. in fine, Nell. de bannit. in 1. par. 3. tempor. quæst. 2. in fine, ver. si verò publicè diceretur. Alex. cõs. 114. nu. 5. lib. 1. Capoll. cons. crim. 6. sub num. 19. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia, an excuset à delicto, num. 160. in fine fol. mihi 104. & num. 166. in fine, & num. 167. Vbi bene hæc conclusio cõprobatur. Foller. in d. Pragm. Regni, de exul. eod. nu. 27. vers. finge enim, quod publicum est.

97 Veritas est, quòd præsumpta scientia ex publica fama resultans non sufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam, sed tantum in extraordinariam, secundum Alexand. in dict. cons. 114 eod. num. 5. lib. 1. & est de mente Nattæ ibidem in addit. in verbo *publica vox, & fama*, & voluit Dec. consil. 327. in fine, versic. & circa hoc nota. lib. 3. Blanch. in pract. crim. Vbi supra num. 175. fol. mihi 107. Foller. in Pragm. Regni, de exulibus, num. 27. in fine, Clar. in d. §. homicidium, nu. 52. versic. item quæro pone in fine.

98 Item nunquid isto casu sufficiat, quòd gratia, & restitutio appareat in actis, aut in archiuio publico, ad hoc vt nõ possit allegari ignorantia? Videtur pariter, quòd sic, secũdum Blanch. in pract. crim, in §. ignorantia, an excuset à delicto, num. 161. & 176. in fine; & quando absolutio reperitur in Archiuio publico, quòd tunc occidens saltem teneatur pœna extraordinaria, voluisse videtur Boss. in tit. banniti quid amitt. num. 3. sub versic. veritas est in contrariũ. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 162. num. 29.

99 Contrarium, quòd nisi probetur aliunde scientia illa nõ præsumatur ex eo, quòd scriptura sit in archiuio publico videtur concludere idem Blanch. ibidem nu. 181. & seqq. Et faciunt pro hac contraria opinione Doctores allegati supra num. 87.

100 AMPLIA XVIII. & principaliter propositam huius quæstionis regulam, vt nec etiam puniri possit is, qui occiderit bannitum cancellatum de banno, si nulliter, & indebitè fuerit cancellatus. Dec post alios, quos allegat in cap. quæ in ecclesiarum, num. 65. extr. de constitut. Nell. in tract. de bannit. in 1. par. 3. temp. quæst. 3. Alexand. in cõsil. 114. num. 5. in fine, versic. & dato quòd dicta mulier ignorasset, quòd gratia esset inualida, lib. 1. Marsil. in practica. §. aggredior, num. 5. & in singul. 340. incep. cautè agant banniti, versic. item amplia post Bald. & Ioan. And. in locis per eum ralatis. Carer. in pract. crim. in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur, num. 10. Boss. in tit. banniti, quid amitt. num. 3. ante finem, versic. successiuè quæro. Vbi etiam quid, si gratia, seu restitutio fuerit intentata, seu confirmata, non obstante nullitate. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 36. num. 8. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 23. & seqq. Vbi respondet contrarijs. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 162. num. 5. & 23. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 36. num. 55. & seqq. Vbi huius ampliationis plures affert rationes. Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 249.

101 Et hinc est, quòd occidens bannitum aggratiatum, nec etiam punitur, quando gratia erat nulla propter subreptionem, sicut plenè consuluit Alexand. in cons. 114. nu. 2. versic. Quia dicta impetratio, & num. 3. & ferè per totum consil. lib. 1. quem refert, & sequitur Catell. Cotta in memoral. verbo *bannitus, qui in ciuitate toleratur*, vers. sed quid diceres de illo. Boss. in titul. banniti quid amitt. num. 3. ante finem, & in tit. de remed. ex sola Clementia Principis, num. 37. Bertazz. cons. 104. num. 1. & seq. & 5. lib. 1. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, nu. 147.

102 Hinc etiam est, quòd occidere licèt bãnitum, qui habuit gratiam conditionatam, seu qualificatam, nec cõditiones, & qualitates in gratia appositas adimpleuit secundũ Dec. in consil. 327. colum. penult. vers. præterea dato, & vers. secundo dicta gratia fuit qualificata, lib. 3. Ad quæ vide omnino Baiard. cum allegatis per eum in additio. ad Clar. §. homicidium, & num. 248. & 250.

103 Et procedit præmissa ampliatio etiam quòd occidens putauerit occisum fuisse ritè cancellatum, secundum Nell. Alexand. & Carer. in locus præallegatis, & est ratio, quia in delictis attenditur veritas potius, quam opinio, quando veritas tendit ad excusationem delinquentis, prout dixi supra in titu. de pœnis temperandis, num. 9. Nell. in tract. de

104 bannit. in 1. par. 3. tẽpor. quæst. 3. in fine. Vbi tamen quòd licet isto casu occidens non possit puniri, non tamen consequitur præmium.

105 Nulliter autem præsumitur bannitus de banno cancellatus, quando non apparet in actis causa cancellationis, & cassationis Marsil. in pract. §. aggredior, num. 6. 7. & 8. Vbi post Bald. in cap. cum super, colum. final. de re iudic. & alios, quos allegat, benè hanc probat conclusionem, & remissiuè ponit materiã cancellationis banni, idem Marsil. in singul. 340. versic. & scias quòd quis præsumitur. Vbi etiam in idem allegat Bald. in l. si præses, C. quomodo, & quando iud. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur num. 10. in fine, Petr. à Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 36. num. 8. in fine, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90 num. 25. in fine Mascar. de probat. lib. 1. cõcl. 162. num. 6. & 14. Vbi alios refert. Brunor. à Sole, in quæst. legal. quæst. 26. num. 57. in fine, Baiar. ad Clar. in §. homicidium, num. 249.

106 Item bannitus dicitur nulliter cancellatus, quando cãcellatio fuit facta à non habente authoritatem cancellandi, Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 90. num. 24. Baiard. ad Clar. §. homicidum num. 249. Vbi alij referuntur.

107 AMPLIA XIX. etiam in occidente bannitum proditoriè, secundum Dec. in c. quæ in ecclesiarum, num. 71. vers. & licèt ista sint notabilia dicta, extr. de constitut. sequitur ibidem Hiero. Gig. in addit. litera G. & Aldob. litera K. Vbi alij referuntur concordantes. Bero. in num. 126. Vbi ita in practica sæpissimè seruari vidisse testatur. Bald. in cons. 445. incip. super eo quòd quæritur colum. 1. vol. 6. prout illum allegat Marsil. in singul. 16. incip. proditores, vers. vide tamen Bald. &c. (Quod quidẽ Bald. cõsil. in 6. volum. inquit Marsil. in alio suo sing. 124. non esse impressum, nec esse apud alium hominem viuentem, quam apud ipsum) Petrasan. singul. 14. num. 5. & seqq. Vbi ita quotidie seruari se vidisse testatur; & hanc ampliationem admittit in eo, qui existens inimicus banniti illum retro terga nihil videntem vulnerauerit, & occiderit, credit enim isto casu stante inimicitia inter occidentem, & occisum nõ posse homicidium dici proditoriè commissum, de quo tamen suo loco dixi Foller. in pract. crim. in verbo *fori iudicentur*, nu. 11. Vbi in hac opin. residere vr̃ Colleg. Aduoc. Marchiæ, cons. crim. diuers. 150. num. 48. Vbi de communi lib. 1. Clar. in pract. §. homicidium, nu. 51. vers. sed an licebit in fine. Vbi quòd quicquid sit de iure, apud eum seruatur, quòd bannitus potest etiam proditoriè interfici. Vulpell. cons. 59. num. 2. Vbi testatur de receptiori opinione, præsertim in statu Ecclesiastico, in quo vigore Bullarum banniti habentur pro diffidatis, & cõsequenter quocunque modo occidi possunt. Bolognet. in l. vt vim, num. 33. in fine, ff. de iust. & iur. Baiard. ad Clar. §. homicidium, post num. 236. & consuluit Bursat. cons. 134. nu. 13. lib. 2. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 30. num. 5.

108 Sic & veneno bannitum occidi posse sentit idem Dec. in d. cap. quæ in ecclesiarũ, num. 69. & seqq. iuncto nu. 72. vers. & licèt ista, extr. de constit. & ibidem Bero. sub d. nu. 126. Carer. in pract. crim. §. sextò ad instar hostis, nu. 5. & 6.

Vbi

Vbi in hac opinione, tanquam vltimò loco per eum relata, reſidere videtur Foller. in d. verbo *fori iudicentur*, eod. num. 12. Colleg. Aduoc. Matchiæ d. conſ. crim. diuerſ. 150. num. 48. lib. 1. Vulpell. conſ. 59. num. 4. Bolognett. in d. l. vt vim, n. 33. in fine, ff. de iuſt. & iure. Decian. lib. 7. d. c. 30. n. 5.

109 Quamuis contrarium, quòd bannitum proditoriè occidere non liceat, voluerit Angel. in l. fin. C. de delator. lib. 10. Vbi dixit, quod in facti contingentia fuit Peruſij vltimo ſupplicio affectus quidam, qui ſocium ſuum bannitũ proditoriè interfecerat, & Angel. ſic dicentem refert Alex. ad Bart. in d. l. fin. & Igne. in l. 3. §. ſi ex ſtipulat. num. 54. ff. ad Syllan. Cæpol. cõſ. 34. incip. ſi vnquam, volum. 3. verſ. præterea, &c. prout illum refert Marſil. ſing. 17. incip. proditores, verſ. & ideo tene menti perpetuo. Petraſ. ſing. 14. num. 5. & 6. Vbi hanc Ang. opinionem admittit, quando nulla exiſtente inimicitia inter occidentem, & occiſum fuerit bannitus occiſus ab eo, qui finxit ſe eius ſocium, & amicũ in itinere, in menſa, vel alio modo, Carer. in pract. in tract. de homicid. §. ſeptimò igitur excuſatur, num. 37. Mantuan. conſ. 200. num. 29. lib. 2. Vbi quòd opinio Decij in d. cap. quæ in eccleſiarum, communiter reprobatur. Carauit. ſuper Pragm. Regni, de exul. num. 33. Duen. regul. 68. in 8. limitat. Boſſ. in tit. banniti quid amitt. num. 1. Pet. à Plach. in epito. delict. l. 1. cap. 36. num. 18. in fine, Ant. Gomez. in l. Tauri, 76. num. 17. verſ. item adde, quòd talis offenſus, vbi relatis, hincinde contrarijs, & pro concordia hanc ſuſtinet opinionem quoad pœnam extraordinariam. Matth. inter cõmun. opin. in reg. crim. colum. mihi 6. verſ. proditorius actus. fol. 346. tom. 1. Monticell. reg. crim. 3. num. 14. Vbi etiam quando quis dicatur proditoriè occidere. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 51. litera. X. Menoch. de arbit. lib. 1. quæſt. 90. nu. 40. Vbi quòd ab hac opinione tanquam communi, ex Mant. in loco præcitato dicit non eſſe recedendum, refert, & ſequitur Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 41. num. 15. Maſcard. de probat. lib. 1. conclnſ. 162. nu. 9. Brunor. à Sole, in quæſt. legal. quæſt. 26. num. 26.

110 Prout & contrarium, & quòd bannitus veneno necari nequeat, faciunt ſcripta per eundem Dec. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 70. de conſtit. Carer. vbi ſupra d. num. 37. Foller. in pract. crim. in verbo *Item quod ſororem venenauit*, num. 33. Carauit. ſuper d. Pragm. de exul. eod. num. 33. Duen. d. regul. 68. eadem 8. limitat. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 20. nu. 7. Vbi alij referuntur. Anto. Gomez. in d. l. Tauri 76. eod. num. 17. de verſ. item adde, quòd talis offenſus. Vbi loquitur quoad pœnam extraordinariam. Monticell. reg. crim. 3. num. 41. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. §. homicidium, ſub verſ. plerumque etiam litera. Q. Brunor. à Sole, in quæſt. legalibus quæſt. 26. num. 27. & ſeq.

111 Verum prima opinio communiter in practica recipitur, & ſine difficultate, & indubitanter procedit in bannito, & condemnato pro crimine læſæ maieſtatis, ſecundũ Marſil. d. ſingul. 16. incip. Proditores, poſt med. Petraſan. ſing. 14. num. 5. verſ. putarem tamen, & num. 9. Carauit. ſuper d. Pragm. de exul. num. 35. Monticell. regul. crim. 3. num. 41. in fine, Hiero. Giaccar. in addit. ad Clar. vbi ſupra litera. X. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 90. num. 50. Brun. à Sole d. quæſt. 26. num. 28. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 236.

112 Et multo magis dicta prima opinio, & propoſita ampliatio procederet, quando Statutum vteretur verbis vniuerſalibus, aut alijs importantibus occiſionẽ, quocumq; modo fiat, prout in Pragm. Regni, de exul. quę dicit, quòd ſit licitum occidere, *omni meliori modo*, voluit ibidem Carauit. num. 31. & ſeqq.

113 AMPLIA XX. quia bannitum occidere licet, etiam per aſſaſſinium, data ſcilicet, aut recepta pecunia, ſecundum Alber. in 4. par. Statutum, q. 20. Vbi relatis multis rationibus, & argumentis contrarium ſuadentibus, ita dixit de conſuetudine ſeruari, & huiuſmodi Statuta interpretari. Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. tempor. q. 12. Dec. cõſ. 327. nu. 2. & 5. lib. 3. Caret. in pract. in tract. de homic. §. 6. ad inſtar hoſtis, nu. 5. & 6. Vbi ẽt refert cõtrarium tenẽtes ſed eos non ſequitur Foller. in pract. crim. in verbo *fori iudicentur*, nu. 12. Vbi præſertim quando conſtitutio ẽt concedit præmium occidenti bannitum vltra impunitatem. Idẽ Foller. in Prag. de exul. n. 15. Boſſ. in tit. banniti quid amitt. num. 1. verſ. 2. non videtur, vbi quòd ita ſeruatur. Gabr. lib. 7. concluſ. 1. num. 35. Viui. opin. 770. num. 11. Mõticell. reg. crim. 3. num. 28. Brunor. à Sole, in quæſt. legalibus, q. 34. num. 48. Vinc. de Franch. deciſ. 276. num. 4. par. 2. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 237. & conſuluit Burſat. in conſil. 134. num. 13.

114 Et ampliando prædictam ampliationem aduerte, quòd licet Nell. Alberic. & alij plerique ex præcitatis Doctorib. loqui videantur in caſu Statuti vtentis verbis generalibus, & puta, dicentis bannitum poſſe *quomodocumque, & qualitercumque*, impunè occidi. Quia tamen iura, & rationes per eos adductæ militant etiam, quando Statutum abſque dictis verbis generalibus, & vniuerſalibus permitteret bannitum poſſe impunè offendi. ideo etiam eo caſu homicidij impunitatem non tolli per qualitatem aſſaſſinij, & verius eſt, apud nos quotidie ſeruatur, & eſt de mente omnium præcitatorum Doctorum.

115 Quamuis contrarium, quòd non liceat occidere bannitum pecunia mediante, & per aſſaſſinium, niſi quando Statutum vtitur aliquo verbo ſignificante, vt is omnimodo occidi poſſit, prout diſpoſuit Pragm. Regni de exul. concedens impunitatem occidentibus bannitos *omni meliori modo*, videatur de mente Carauit. ſuper eadem Pragm. ſub num. 31. & ſeqq. Nec diſſentit Monticell. reg. crim. 3. num. 33. Vbi dixit, quòd licet in Regno fori iudicatus, occidi poſſit, tamen occidi non poteſt, mediante pecunia, Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 90. num. 48. in fine, Decian. in tract. crim. lib. 9. cap. 30. nu. 19. Vbi alios refert. Brunor. à Sole, in quæſt legal. q. 26. ſub num. 26.

116 Verum, quòd attinet ad mandatarium aſſaſſinum, aduerte ampliationem procedere, dummodo tamen ipſe mãdans potuerit per ſeipſum aliàs impunè occidere; ſecus ſi per ſeipſum non potuiſſet hoc licitè facere; quia tunc non excuſatur mandatarius aſſaſſinus, cum non iure ſuo, ſed mandato alterius, qui occidere non poterat, occiderit, ſecundum Nell. in tract. de bannit. in 2. part. 2. temp. quæſt.

117 12. in fine, verſ. puto tamen. Vbi ponit exemplum huius declarationis. Aliud exemplum ponit Cæpol. conſil. 5. nu. 29. verſ. ſed eſt viden. & ſeqq. in eo, §. qui licèt per ſe poſſet occidere bannitum, illum tamen occidit ad inſtantiam vxoris; concluditque, quòd ſicut vxori hoc non eſt licitũ. ita nec etiam eſt licitum alteri de mandato vxoris hoc facere, licèt per ſeipſum facere potuiſſet, & Nell. & Cæpoll. ſic dicentes, & exemplificantes referendo ſequuti ſunt Mõticell. regul. crim. 3. num. 28. & Brunor. à Sole, in quæſt. legal. quæſt. 34. num. 49. & quæſt. 26. nu. 47. & Vinc. de Frãch. deciſ. 276. num. 4. & 5. 6. 11. in fin. Vbi quòd ita fuit reſolutum in Regio conſilio, vide, quæ dixi ſupra num. 29.

118 Quòd vero attinet ad mandantem, pariter aduerte propoſitam ampliationem procedere, quando ſumus in caſu, in quo Statutum bannitorum occiſionem permittit, etiam quòd manibus proprijs non occidatur; tunc. n. verum erit, quòd etiam pecunia mediante, id mandari poterit; ſecus autem quando vigore eiuſdem Statuti non erit licitum, bannitorum occiſionem alteri mandare, (quòd quando verum ſit, dixi ſupra num. 26. & ſeqq.) tũc enim multo minus id licebit committere pecunia mediãte, prout in terminis ſic declarauit Carauit. ſuper Pragm. Regni, de exul. num. 40. Vbi dicit ſe ita pluries interrogatum reſpondiſſe.

119 AMPLIA XXI. Vt ſub Statuto permittente bannitos occidi poſſe, comprǽhendatur etiam caſus, quando bannitus occidit alterum bannitum, ſecundum Bartol. Bald. & Alexand. in l. cum mulier. ff. ſolut. matrimo. idem Bald. & Alexand. in l. rogaſti, in princ. ff. ſi cert. pet. Dec. in cap. quæ in eccleſiarum, num. 67. extr. de conſtit. & ibidem Aldobr. in addit. litera F. alios adducit concordantes, idẽ Dec. in cap. dilecti, num. 30. in fine, de except. Marſil. in pract. §. aggredior, num. 53. & pluribus ſeqq. vſque ad num. 75. Vbi poſt longam diſputationem, relatiſque, ac repro-

reprobatis contrarium tenentibus, testatur de veriori, ac sustentabiliori sententia. Caret. in pract.crim.in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur, num. 14. Duen. reg.68.in 6. ampliat. Petr. à Plach.in epit.delict. lib.1.cap. 36.num.10.Brunor.à Sole,in quæst.legal.q.26. num.59.& seq. Et de bannito offendente alium bannitum loquitur constitutio March.lib.4.cap.28. vers.& vt quilibet.ex qui bus patet ita communiter à Doctoribus esse receptum. Quamuis contrarium Voluerint Doctores relati per Môticell. reg. crim.3. num. 26.

110 Et isto casu bannitus occidens alium bannitum non solum gaudebit impunitate delicti, sed etiam præmio à Statuto concesso occidenti bannitum, sicut post Bald. Roman.& Aret.in locis per eum relatis concludit Marsil. vbi supra in pract §.aggredior, num. 54.& 60.

111 Contra, quòd bannitus non possit consequi præmium à Statuto concessum capientibus, seu occidentibus bannitum, si ipse alium bannitum cæperit, aut occiderit, voluisse videtur Angel. de malef.in verbo *quòd fama publica*, num.76.& ibi August. in addit. non obstantibus contrarijs ibi per eum relatis, & Ang. sic dicentem ponderauit Brunor. à Sole, in quæst.legal.quæst.27.nu.17.& seqq. subdens amplius magnum verbum, quòd ita seruatur in pract.nisi Statutum hoc præmium etiam bannitos capientibus, seu occidentibus expresè concesserit.

112 AMPLIA XXII. etiam in occidente de proximo banniendum, secundum Castren. in l.3.§.si seruus,ff.de acquir. possess. qui licet ad hoc communiter per Doctores allegetur. Non tamen eum in meo Codice tale quid dicentem reperire potui.Carer. in pract.crim.in tract. de homicid.in §. septimò igitur excusatur, num. 19. post Iason.Marsil.& Ioan.de Arn. in locis per eum relatis. Duen. reg.68.in 9. ampliat. Petr. à Plach. in epitom. delict. lib.1. cap.36.cum. 11. Claud. in addit.ad Bertazz. cons.223. litera. A. versic. ampliant plerique. Vbi relatis hincinde contrarijs, & ipse hanc ampliationem admittit, quando sunt lapsa omnia tempora à Statuto ad comparendum præfixa, quòd & idem voluit Bertazz. cons.494. num.2. lib. 2. relati per Brunor. à Sole, (quos tamen ipse non sequitur) in quæst.legal.quæst.26.num.64. Baiard. ad Clar. in addit.§. homicidium, num. 197. Vbi relatis hincinde contrarijs,& hanc ampliationem admittere videtur, quãdo sunt lapsa omnia tempora ad comparendum præfixa, & quando sumus in casu, in quo de iure cõmuni, vel municipali appellari non potest.

113 Contra hanc ampliationem faciunt, quæ dixi infra nu. 325.de occidente bannitum, non tamen condemnatum, ergo multo minus licebit occidere non bannitum, nec cõdemnatum, licèt de proximo banniendus sit Alex. Aret. Socin. Claud.Felyn.& Tiraq. in locis relatis per Claud. in addit.ad Bertazz.cons.223.litera.A. d. vers. ampliant plerique,qui omnes reprobant Castren. in d.§. si seruus. Et hanc contrarium opinionem pluribus defendit Brunor. à Sola, in quæst. legal.quæst.26. num. 65.& seqq. Vbi quòd ita seruatur in Regno Napolitano, & in toto mundo.

114 AMPLIA XXIII. in bannito occidente seipsum, qui nõ propterea pœnas à legibus statutas ijs, qui sibi mortem consciuerunt effugiet secundum Dec.qui bene à contrarijs hanc defendit opinionem in cap.quæ in ecclesiarũ, num. 66. vers. quartus est, extr. de constit. Boss.in tit.banniti quid amitt. num.7. Vbi quòd ita fuit determinatum in Senatu Mediolani.

115 Contrarium tenuerunt Ioan. Andr. Bald. & Cæpoll. in locis relatis per eundem Dec. in d.c. quæ in ecclesiarum, num.66. extr. de constitut. & ibi Aldobr. in addit. litera. D. in idẽ refert,& sequitur Purpurat.in l.rogasti,in princ. num. 16.ff. si cert. pet. & Hier. Gig. in addic. ad Dec. vbi supra litera. E. hanc contrariam opinionem pluribus rationibus comprobat,prout etiam eam & iuribus,& rationibus confirmando,& contrarijs per Dec.deductis respõdendo,sequitur Bero.in d.c.quæ in ecclesiarum,nu.112.& ibi ẽt Felyn.nu.9. Vbi alios refert antiquiores.Marsil. in pract. §.aggredior,nu.17.& seqq. Vbi comprobat,& exornat hanc limitationem,Carer.in pract.crim.in tract.de homicid.§. septimò igitur excusatur,nu. 24. Brun. à Sole, in quæst.legal.quæst.26. num.24.& sequen. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num.193.

116 AMPLIA XXIV. in occidente bannitum se defendendo, adhuc enim immunis est à pœna homicidij, ẽt circumscripto Statuto,secundum Marsil. qui pluribus hãc probat conclusionem in pract. §.aggredior post nu. 74.& seqq. vbi loquitur ẽt quòd Statutum expresè dicat bannitum posse impunè offendi, non autem occidi;Qua muis contrarium dixerit Monticell. reg.crim.3.nu.23.ex Marsil.quem allegat,qui vt mox eum referam,non loquitur de impunitate delicti, sed de consequutione præmij.

117 Verum licèt talis occidens non possit puniri de homicidio; non tamen consequi debet præmium ab eodem Statuto concessum occidentibus,secundum Marsil.qui benè probat hanc limitationem in cons. 10.nu.45.& seqq.Viui. opin.770.n. 18. Nicol.Moron.de fide tregu.& pac. quæst. 107. nu. 10. vers. idem in eo, & seqq. Baiard.ad Clar.in §. homicidium,nu.212. allegat Stephan.de Fedet.in tract.de interpr.iur.par.1.nu.45. idem Baiard.ibidem num.279.

118 Contrariam opinionem,quòd immò capiens, seu occideos bannitũ se defendendo, gaudeat præmio,ac indulto veriorem existimauit Carauit. super Pragm.1. de exul.nu. 141.& seqq. Vbi refert etiam concordantes,proponit contraria, & illis respondet.

119 AMPLIA XXV. in tantum vigore Statuti supradicti permissam esse occisionem banniti, vt inde ipsi etiam prohibita censeatur defensio. Quamuis sit de iure naturali, & propterea si bannitus insultatus aggressorem occiderit, se defendendo, puniendus est secundum communem opinionem,de qua testatur Claud. in l.vt vim, num.23. in lectura.ff.de iust. & iur. quem & alios referendo sequitur Bertazz. in cons. 223.nu.8.lib.1. Nec dissentit Carauit.super Pragm. Regni,de exul.l.1.sub nu.17.& seqq.& pluribus fundamentis hanc eandem ampliationem comprobat Bolognet.in dict.l.vt vim, nu.15. quem pariter refert Baiard.in addit. ad Clar. in §.homicidium,nu.283.in fine,& ante istos hoc idem voluerunt in d.l. vt vim, Bartol.nu. 4.& Dec. nu.3.& est de mẽte Marsil. in pract.§.aggredior, nu.75.& seqq. Nell.in tract. de bannit.in 2.par.2. temp. q. 49. Vbi discussa ad partes quæst. hanc tenet opinionem,& respondet contrarijs.

120 Contrarium voluit Bal. in l. 1. nu. 51. C.vnde vi,& in d. l.vt vim.n.3.ff.de iust.&iur.Card in Clem.1.n.32.de homic.

121 In hac contrarietate distinguit Ioan. de Lign. in tract. de bello,c.88.in 4.art.versi.8.ꝙ prima opinio potest procedere, quando Statutum non solum tolerat homicidium banniti, & pœnam remittit,sed etiam,quando dictum homicidium de se illicitum facit licitum,secunda autem opinio procedat qñ Statutũ tantummodo homicidium tolerat,& impunitum dimittit,non autem illud facit licitum, prout sic Io. de Lign.in locó præcitato dicẽtem referendo sequutus est Nell. vbi supra d. quæst. 49. ante fi. versicul. aliquando & sic tertio loco, quod & idem licet diuersis verbis,voluit post Angel.Paul. de Castr.in d.l.vt vim, relatus per Duen. in regul.129. in 2.limitat.vers.in qua quæstione dum dixi:,quòd si Statutum disponat *bannitum posse offendi*; & sic non solum remitti pœnam, sed facit licitam offensionem, & tunc bannito nõ est licita defensio, ex quo vbi offensio permittitur, reprobatur defensio, si vero Statutum simpliciter dicit *quòd occidens bannitum non puniatur*; & tunc liceat bannito se defendere, ex quo offensio post Statutum non redditur licita, sed tantum impunita, refert,& sequitur Petr.à Plach in epit.delict. lib.1. cap.28.num.3.sub vers.tertiò suffragatur,&c.& ex præmissis infertur per alios Doctores quòd si Statutum dicit simpliciter bannitum posse impune offendi procedat secunda opinio, si autem Statutum dicat, quòd bannitus possit *licitè* offendi, procedat prima opinio.

122 Verum quòd indistinctè procedat proposita communis ampliatio, siue Statutum loquatur per verbum *impunè* siue per verbum *licitè*, pluribus defendit Bolognet.in d.l. vt vim, num. 16.& seqq. Vbi num. 18. concludentem ni fallor, adducit rationem, quia scilicet occidens banni-

bannitum reputatur minister Iustitiæ, & sicut bannito non est permissa defensio aduersus ministrum Iustitiæ volentem ipsum occidere, ita nec etiam debet esse permissa aduersus priuatū, & cū opinione Bolog. transire videtur Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, nu. 283. in fin.

133 Non recedendo à proposita ampliatione, dicas illam multo magis procedere, quando Statutum daret licenciam occidendi bannitos, vel cum præmio homines ad illos occidendos inuitaret, & multo magis ad profligandum, & persequendum, prout faciunt nostræ constitutiones, in certis casibus cogeret, & compelleret secundum Grat. in cons. 44. nu. 17. & Carauit. super d. Pragm. Regni, de exul. la 1. sub eod num. 27. & seqq.

134 Immò isto casu si bannitus aggressorem occiderit, puniri debet ordinaria pœna legis Corneliæ de sicar. secundum Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. tempor. d. q. 49. in fine, vers. sed aduertendum. Quæ tamen opinio non placuit Clar. in d. §. homicidium, num. 62. vers. in hoc etiam proposito. Vbi dixit, quòd licèt in hoc articulo, an scilicet bannitus possit se defendendo aggressorem occidere, varia sentiat, in tantum, vt quę nam sit magis recepta sententia, discerni nequeat ex Pet. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 28. post num. 3. vers. 3. suffragari, &c. semper tamen sibi fuit visa dura illa opinio, quòd non liceat bannito se defendere, & si casus contingeret, nunquam ipsum bannitum puniret pœna mortis ordinaria, cum propriæ vitæ, & salutis defensio sit de iure naturali, vt omnes fatentur, & ideo lege humana, aut Statuto tolli non possit, nec debeat.

135 AMPLIA XXVI. in occidente non bannitum, quem tamen occidens putabat esse bannitum, vtputa, si occiderit Mæuium non bannitum, credens eum esse Titium bannitum; Adhuc enim excusandus est, & in nihilo tenetur secundum Aret. in l. si cum seruo, ff. de iniur. prout illum refert Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuset à delicto, num. 192. & refert etiam Foller. in Pragm. Regni de exul. num. 20. & consuluit Bursat. cons. 134. num. 18. lib. 2. Vbi alios refert.

136 Contrarium, ꝙ immò occidens isto casu non excusetur pluribus probat idem Blanch. in pract. crim. eod. §. ignorātia an excuset à delicto num. 30 & seqq.

137 In hac contrarietate distinguendū est, vt isto casu occidens teneatur de culpa, ex quo plenius inuestigare debuit, non autem de dolo, secundum Bartol. in l. genero, num. 2. ff. de his qui not. infam. prout illum refert Blanch. vbi supra d. num. 193. Nec dissentit Carer. in pract. crim. in tracta. de homicid. §. septimò igitur excusatur num. 4. & 9. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 281. Vbi ex Aret. quem allegat in l. cum seruo, ff. de iniur. dicit hūc occidentem excusari, cum non cogitauerit delinquere, sed putauit licite agere, nisi aliqua culpa ei imputari possit, quia tunc pro modo culpæ punitur.

138 Declara, distinctionem procedere, quando occidens nullam habebat iustam credulitatem, quò d occisus esset bannitus, tunc enim videtur eum esse puniendum de culpa, & non de dolo, secus autem si iniustam credulitatis causam habebat, vtputa, quia publicè dicebatur, occisum esse bannitum, tunc enim quia de culpa tenetur, & nullo modo punitur secundum Carer. vbi supra num. 4. & 9. faciunt trad. per Nell. in tract. de bannit. in 2 par. 2. tempor. quæst. 26. quem refert Blanch. vbi supra eod. num. 193. dum dixit, occidentem non bannitum nulla pœna teneri, quando habuit iustam causam credendi, occisum esse bannitum; vtputa, quia publicè tenebatur illum esse bannitum, verum si publicè non tenebatur pro bannito, sed ex aliqua alia causa motus fuerit occidens ad sic credendum, & tunc cum non sit in dolo, pro modo culpæ puniendus est; Nec ab hac declaratione dissentire videtur Foller. in Pragm. Regni, de exul. num. 20. vers. item motus, vbi occidentem voluit teneri non de dolo, sed de culpa, quādo alterius relatione occidit nō bannitū ꝓ bānito.

139 Declara, rursus declarationem præcedentem procedere, si causa propter quam motus fuit occidens ad credendum occisum fuisse bannitum, erat talis, vt ipsum à dolo iure excusauerit, prout præsupponunt Nell. Blanch. & Foller. in locis præcitatis; secus autem si prorsus iusta sit, quia tunc de dolo, nedum de culpa ipsum teneri verius existimauerim contra Carer. in loco præcitato, alioquin vnusquisque poterit non bannitum occidere, ac dicere, ego credebam eum esse bannitum, quòd minimè permittendum est.

140 Sed quid è contra in occidente re vera bannitum, qui communi existimatione habebatur pro non bannito, an illum occidens puniatur, communiter videtur receptum, quòd sic secundum Angel. in l. si duo, ff. de acquir. hæred. quem sic dicentem in proposito refert, & sequitur Marsil. in pract. §. aggredior, num. 34. & seqq. pluribus similibus hanc limitationem comprobat Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur num. 23. Foller. in Pragm. de exul. num. 9. Pract. Conrad. rubr. de homicid. num. 7. in 11. ampliat. fol. 317. Duen. regul. 68. in 4. limitat. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 36. num. 24. Monticel. reg. crim. 3. num. 37. Cæpha. cons. 35. num. 10. in fin. vers. & hoc maximè lib. 1. Nicola. de fid. treg. & pac. quæst. 105. nu. 17. versic. idem qn bannitus.

141 Verum de hac limitatione valde dubito, & vix credo quòd in practica reciperetur per regulā, quòd in delictis, quando agitur de excusando delinquentem magis attendatur veritas, quàm opinio, vt suo loco dixi, & in simili dixi supra excusari occidentem bannitum, quamuis ignorauerit occisum fuisse bannitū, & sic in ista materia videtur attendi veritas, & non opinio, & dum sic dubitarem, contrarium præmissis rationibus motus voluit Vulpell. consil. 59. num. 5. & seqq. Vbi quòd prima opinio tanquā sine ratione neminem sani capitis mouere debet.

142 AMPLIA XXVII. etiam in Clerico occidente bannitum, qui licèt ex hoc homicidio irregularitatem incurrat, non tamen aliqua temporali pœna puniri potest, sicut pluribus comprobat Marsil. cons. 11. nu. 1. & omnibus seqq quę refert Foller. in Prag. de exul. nu. 3. in fi. fol. mihi 46.

143 Verum si Clericus bannitus à Iudice laico nulliter, & sine iurisdictione ad effectum, vt se à banno eximat, ceperit, aut occiderit alium bannitum à Iudice laico, non vtique ab eodem Iudice remissionem, & indultum habebit secundum Carauit. in Pragm. Regni de exul. nu. 117. Vbi tamen secus esse dicit quando Clericus non nulliter, sed iuridicè fuisset bannitus à Iudice laico, vtputa, in casu assassinij, seu alio, in quo de iure delinquens delinquendo esset suppositus iurisdictioni sæculari, tunc enim capiendo, seu occidendo alium bannitum à sæculari Curia obtinebit ab eadem Curia indultum, & remissionē, vt ibi per eum, ad quæ vide Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 259. vbi dicit se vidisse seruatum contrarium eius, quòd scripsit Carauit. in loco præcitato.

144 AMPLIA XXVIII. & hæc ampliatio non ita passim à Doctoribus tangitur, quia bannitus potest impunè occidi, etiam quòd occidens illum potuerit capere, & viuū ducere ad carceres, & tamen voluit occidere, sic enim videtur de mente Foller. in practic. crimin. in verbo *fori iudicentur*, num. 13. Vbi ponit casum in eo, qui cæperat fori iudicatum, vt Curiæ præsentaret, & tenens ipsum in manibus, vt duceret, socius eiusdem capientis de retro ipsum vulnerauit, & interfecit, dicitque, quod licèt aliàs consuluerit hunc interficientem puniendum esse; contrarium tamen, & melius asserit se voluisse in Pragmat. de exulib. num. 16. allegat Nell. de bannit. in secunda par. secundi tempor. quæst. 32. & Nellum in proposito (licèt corruptè eum allegei in quæstio. 72.) refert etiam Baiard. in additi. ad Clar. in §. homicidium, num. 266. concludens, quod potest quis bannitum captum à priuato impunè occidere, quia eum occidendo tutius est Reipublicæ consultum, quàm cum captura, cum potuerit esse, quòd captus ex manibus familiæ euasisset; Benè tamen occidens tenebitur capienti ad interesse, ex quo præmium consequi non potuit.

145 Contrarium suaderi videtur ex tradit. per Blanch. in pract. crim. §. ignorantia, an excuset à delicto sub num. 192. post Imol. Roman. & Alex. in l. non solum, § morte, ff. de nou. oper. nunc. Vbi dixit non posse occidi bannitum, qui

qui permittens se capi, non aufugit, neque se defendit, sed loquitur Blanch. quando bannitus dicit, & protestatur se rebannitum, & restitutum de quo dixi supra num. 81. & seqq.

146 Verum cum iste casus de anno 1596. si rectè memini, in vna Assisien. homicidij fuisset Romæ in sacra consulta me patrocinante, propositus, ac etiam resolutus, secundum primam opinionem. Non ab re esse putaui, hic inserere duas meas Informationes, tunc strictè & morè Romano breuibus reductas. Quibus in hanc sententiam Illustrissimos illos Patres iure pertransiisse facile vnusquisque videre poterit.

Informatio prima.

147 Illustrissime Domine, Dato sine veri præiuditio, quòd Filenus occiderit Victorinum capitaliter bannitum, cum potuisset illum viuum in fortijs Curiæ tradere; Adhuc certè crederem impunitatem, & præmium consequi debere, & ad id dicendum moueor.

148 Primò, quia Statuta, seu bannimenta volentia bannitum impunè occidi posse, loquuntur simpliciter, generaliter, & non adiecta conditione, dummodo is viuus ad Iudicem dari non possit. Ideo ad istam conditionem minimè restringenda sunt, cum à iure reputentur huiusmodi Statuta fauorabilia, & latissimè interpretanda, nedum non restringenda. Dec. in cap. dilecti, num. 38. de except. & cons. 65. nu. 3. & consil. 327. num. 3. in fine versic. & tale Statutum. Gozzadin. cons. 61. num. 20. versic. Item talia Statuta; Viui. opin. 770. num. 2. Brunor. à Sole q. legal. 27. num. 3. & seqq. Vbi pluribus comprobat huiusmodi bannimenta nec restringi ad habilitatem personarum, nec interpretationem recipere à iure communi.

149 Secundo moueor, quia huiusmodi bannimenta præmium constituentia loquuntur alternatiuè ad fauorem, scilicet eorum qui bannitos Curiæ tradiderint, aut viuos, aut mortuos; ergo in potestate capientis est bannitum viuum, aut mortuum consignare. Vbi enim sumus in gratijs, aut beneficijs à Principe concessis, (prout sumus in casu nostro.) In alternatiuis electio est eius, cui Princeps gratiam concessit, & non Iudicis. Felyn. in cap. inter cæteros, num. 4. vers. fallit 4. extr. de rescript. Euerard. in loco à natura alternatiuorum, num. 7. in fine vers. quintò fallit. per tex. in l. 2. C. de Castren. & mini. libr. 12. & in l. final. vbi Bald. & Angel. ff. de constitut. Princip. cum alijs ibi per eos allegatis.

150 Tertiò videtur hac dubitatio decidi ex trad. per. Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. quæst. 32. Vbi notabiliter concludit, quòd non punitur is, qui occidit bannitum iam captum, & existentem in manibus alterius volentis illum ad Iudicem conducere. Si hoc licuit tertiò, ergo id etiam licuit capienti, cum inter casum, & casum nulla possit diuersitatis ratio allegari. Ideo de vno ad aliū beneualet extensio. gloss. in l. sed & si lege, §. item si rem, ff. de per. hæred. Aym. cons. 186. num. 2. vers. quartò respondeo, & cons. 187. num. 2. & cons. 190. pariter num. 2. lib. 1.

151 Immò si considerentur rationes supra per Nell. deductæ, omnes illæ militant in casu nostro; Capere enim, vel occidere bannitum respectu priuatæ personæ sunt remedia extraordinaria; Ideo vnum non excludit aliud. l. si cū exceptione, § cum qui, ff. quod met. caus. Quinnimò remedium occisionis plenius subuenit Reipublicæ, quàm captura. Non enim certum erat, quòd bannitus, antequam Iudici traderetur, non esset euasurus de manibus eius, qui illum ceperat; Ideo dictum occisionis remedium tāquam Reipublicæ magis fauorabile præferri debet remedio capturæ, l. final. C. si aduersus rem iudicatam, sufficitque Reipublicæ, quòd bannitus moriatur l. Gallus, §. si eius, ff. de liber. & posthum. Hæ sunt rationes per Nell. consideratę, quę oēs sine dubio expressè etiam militant in casu nostro.

152 Quartò moueor ex obseruantia subsequuta in istis stipendiatis Corsis ad persequutionem bannitorum, qui & si bannitos capiant, & ad Curiam viuos conducere valeant, eos tamen impunè occidunt, ergo multo magis id possunt non stipendiati, & hæc obseruantia est optima horum statutorum, & bannimentorum interpres cap. cum dilectus, de consuetud. l. si de interpretatione, ff. de legib. Aym. consil. 201. num. 11. Bero. cons. 91. num. 10. lib. 1. Menoch. consil. 341. num. 5. & 23. lib. 4. etiam quòd talis obseruantia repugnaret verè & legitimè interpretationi. Rota diuers. decis. 574. num. 3. & seq. par. 1. & decis. 256. num. 6. & seq. par. 2.

153 Nec obstant deducta per Bart. in l. 3. §. transfugas, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. in laqueū, ff. de acquir. rer. domin. & per Felyn. in c. 4. nu. 3. de homicid. volentes, non euadere pœnam homicidij illum, qui occidit bannitum existentem iam captum in manibus familiæ ea ratione, quia postquam hostis est captus, non potest occidi, sed debet seruari, l. libertas, ff. de stat. homin. cum alijs ibi per eos allegatis, prout etiam hoc idem voluit Nell. vbi supra quæst. 28.

154 Aliud enim est occidere bannitum existentem in manibus Curiæ, & Birroariorum, & aliud est illum occidere existentem in manibus priuatorum. Primò enim casu non licet, secundò autem sic, per prællegata, & est ratio, quia licèt priuatus capiens bannitum dicatur minister legis, non tamen dicitur minister, & de familia Iudicis. Ita in specie respondet Nell. viden. in d. quæst. 32. in prin. vers. dicet quis, & ad fin. vers. certum enim est, & sicut birroarijs non est licitum occidere malefactorem, & bannitum, sed illum capere, & ad Iudicem conducere ad trad. per Parid. de Put. in tract. sind. in verbo *resistentia*, cap. 1. incip. an si Iudex post num. 5. versic. adde, quòd si familia Potestatis, Gram. decis. 41. in fine, Feder. in pract. crimi. c. 15. tit. de citat. reali, idest captura, num. 27. & seq. ita pariter, nec licet priuato occidere bannitum existentem in manibus familiæ. At secus quando bannitus est captus à priuato; quia sicut alteri priuato permissum est illum occidere, ita etiam id debet permitti ipsi capienti, per rationes supra deductas.

155 Nec reperio q̄ in Bulla Sixti V. contra bannitos, & dicatur quòd priuati capientes bannitos dicantur, seu reputentur birroarij, & exequutores Curiæ; sed benè quòd dictis Curiæ exequutoribus, & ministris auxilium, & opem ferrè teneantur, vt loquitur in d. Bulla in §. præterea sub eisdem pœnis.

156 Verum in præsenti casu omnis cessat difficultas, quia veritas est, & ita etiam Filenus fatetur, quòd Victorinum occidit, quia voluit aufugere, quo casu potuit impunè occidi. Bald. in l. fin. num. 5. in fine, C. de exiben. reis. Nell. vbi supra quæst. 28. post med. vers. item quia causa, & quęst. 32. ad finem versic. nec certum erat, iuncto vers. prædicta quidem non procederent. Boer. decis. 170. post num. 7. Bursat. cons. 216. num. 6.

156 Nec dicatur quòd pro parte fisci acceptatur confessio, & reijcitur qualitas, quando enim pro qualitate adiecta confessione concurrunt præsumptiones, non potest ipsa confessio sine qualitate acceptari. Gabr. lib. 7. conclus. 19. num. 5. 11. & 14. Sarmient. Select. interpret. lib. 1. c. 1. num. 11. vers. ego existimo.

158 Quòd autem Victorinus fuerit occisus, quia volebat aufugere, præsumitur primo ex longo itinere, vnde Filenus, & socius ipsum conduxerunt. Nisi enim voluissent illum viuum ducere ad Curiam, vtique illum occidissent ante tam longum iter, & cum minori impensa, & incommodo. Secundò quia bannitus fuit occisus in via publica, & in meridie, quòd est apertum signum, quòd fuit occisus ex aliqua superueniente occasione, alioquin ipsum occidissent de nocte, & in loco occulto. Tertiò quia Victorinus conducebatur dislegatus, & solutus, & sic ex commoditate, quàm habebat fugiendi, verisimile est, quòd aufugere vellet, quia in actu abscissionis capitis mulier examinata deponit audiuisse Filenum, & socium clamantes, & dicentes. *Ab traditore ci volesi scappare?*

159 Ex quibus omnibus indubitanter credo Filenum esse in casu impunitatis, & consequutionis præmij.

Prosper Farinacius.

Infor-

Informatio secunda.

160 Illustrissime Domine, dixi aliàs quòd licuit Fileno occidere Victorinum ex eo, quia volebat aufugere, prout sic qualificatè confitetur, nec aliundè constat de homicidio, & licet forsan ad effugiendum omnen pœnam onus probandi hanc qualitatem Fileno incumberet; eam tamē satis in iure dicebam fuisse probatam per fugæ coniecturas, de quibus in processu, & vltra iam dictas coniecturas addo aliā, quia scilicet Filenus aliàs dedit in manib. Curiæ viuum alterum bannitum, & complicem huius occisi. Ita pariter præsumendum est, quòd dedisset istum si potuisset, arguendo à solitis, l. si quis donaturus, & ibi gloss. ff. de vsufruct. leg. quòd si nolit, §. quia assidua, & ibi Bald. ff. de edil. edict. cum simil.

161 Sed omissa hac defensione, quæ vrgentissima est, pariter dicebam licuisse Fileno hunc bannitum occidere. Primò propter fauorem quem merentur occisores bannitorum; Secundò propter alternatiuam potestatem concessam dandi bannitos, aut viuos, aut mortuos; Tertiò propter decisionem Nelli in tracta. de banniti. q. 32. Quartò propter subsequutam obseruantiam in militibus Corsis.

162 Quibus modo non obstet asserta prohibitio facta istis militibus, non occidendi bannitos. Nam talis prohibitio quatenus adsit, non est nota omnibus, sicut obseruantia occidendi. Ideo ignorantes non ligat l. si ignorans, iuncta gloss. ff. loca. l. final. ff. de constitut. capitul. si vero il 2. de sentent. excommun. Roman. consi. 471. num. 1.

163 Minus obstet doctrina Ignei in l. fideicommissum, nu. 19. & 20. ff. ad Syllanian. Vbi facit conclusionem, quòd Statutum permittens bannitum impunè occidi, intelligatur, dummodo sine vitæ periculo appræhendi non possit, & Iudici præsentati. Hæc enim doctrina tollitur pluribus modis, &

164 Primò, quòd contrarium voluit Nell. de bannit. aliàs allegatus in quæst. 32. qui licèt loquatur in bannito capto, & occiso à tertio, idem tamen iuris est, si occidatur à capiente, quia rationes per Nell. adductæ æquè militant vtroque casu, & isto casu magis credendum est Nello, quā Igneo, tum quia opinio firmata in tractatibus præfertur opinioni firmatæ in lecturis. Bartol. in l. Prouinciales, nu. 1. in fine, ff. de verbor. signific. Claud. Seysell. in l. si idem, cum eod. §. final. num. 4. & 5 ff. de iurisd. omnium iudic. Neuizzan. in silua lib. 5. num. 26. in princ. Tum etiam quia Doctori disputanti materiam magis creditur, quam non disputanti. Aym. consil. 25. num. 9. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 51. num. 4.

165 Secundò magis in terminis adduco Bald. in l. libertas, in prima lectura, post num. 2. versic. Tene: quòd si captus, &c. ff. de stat. homin. Vbi relatis hincinde contrarijs, concludit, quòd captus per aliquos priuatos potest occidi Statuto permittente occidi bannitum, aliàs non: Et hæc doctrina Baldi magis in specie ni fallor, tangit casum nostrū, vel saltem valdè adiuuat doctrinam Nelli contra Igneum.

166 Nec multum differt id, quòd scripsit Salyc. in l. final. C. de malefic. math. in fine, dum dixit, quòd occidens bannitum existentem in manibus familiæ non tenetur de occiso, quia Statutum permittit illum occidi; Sed tantum de violentia illata Potestati, sed hic non erat captus, nec à familia, nec à Potestate, ergo nulla pœna tenetur.

167 Tertiò potest dici, quòd Igneus moueatur falsa ratione, quia scilicet *non est licitum illum occidere, qui apprehendi, & Iudici præsentari potest etiam si de iure occidi possit*, l. final. C. de malefic. & mathem. Nec sunt verba Ignei in eius ratione deducta; sed labitur Igneus, quia in dict. l. final. non solum permittitur maleficum occidi, sed etiam expræssè prohibetur, & tamen permittitur captura, vt patet ex lectura textus, & expressè ibi adnotauit Bald. in summario, & in versicul. & allegatur ista lex, & in l. libertas, in secunda lectura, §. serui, in vltimis verbis, ff. de stat. hominum. Ergo non est inferendum ad casum nostrum, in quo bannitum impunè occidi posse Statuto cauetur.

168 Quartò nos non sumus in casu simplicis Statuti volentis bannitum posse impunè occidi, prout loquitur Igneus, sed in casu, in quo vt iterum dixi, vigore bannimentorum bannitus potest dari Curiæ, aut viuus, aut mortuus. In alternatiuis autem electio est dare debentis, regula in alternatiuis, de regul. iuris, in sexto, præsertim in gratijs, & præmijs à Principe concessis, l. final. ff. de constitut. Prin. cum aliis allegatis.

169 Et demum non obstat Bulla Sixti Quinti, contra homicidas, latrones, &c. in versic. vniuersis, & singulis, & versic. seq. Vbi summus Pontifex mandat bannitos capi, & appræhendi, & ad vltimam eorum profligationem persequi, & sic arguendo ab ordine scripturæ videatur prius permissa captura, & appræhensio, & deinde in eius defectum profligatio, quæ occisionem continet.

170 Nam pro responsione dicitur, quòd vltra quòd Bulla loquatur in valdè diuersis terminis, vt ex eius lectura clarè depræhendi potest, adhuc tamen etiam expressè loquitur alternatiuè, dum in versic. quòd si illos, &c. In vltimis verbis dicit *ac vt capiantur, & apprahendantur, seu profligentur omnem operam adhibeant*, ergo Bulla contentatur, vel captura, vel profligatione, & sic argumentum retorquetur.

171 Et ex ijs non recedo ab aliàs scriptis. Quibus addo Aret. in §. serui autem, post num. 7. Institu. de iure personarum, & Boss. in titul. de capt. num. 78. & seqq. q. in terminis loquuntur, & tollunt omnes difficultates.

Prosper Farinacius.

172 AMPLIA XXIX. vt stante Statuto prædicto, non solum possunt impunè occidi ipsi banniti, sed etiam eorū socij opem præstantes, ne offendantur, secundum Castrēs. in consil. 235. aliàs 194. libr. 1. Bero. consil. 196. num. 16. & seq. & consil. 197. num. 4. lib. 3. Bettazzol. consil 223. num. 12. & 13. lib. 1. quos omnes refert, & sequitur Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 200. & hæc ampliatio apud nos nullam habet difficultatem, stantibus constitutionibus Pontificijs, quibus conuersantes, & tractantes cum bannitis illisque auxilium præstantes reputantur hostes publici, rebelles, & læsæ maiestatis rei.

173 AMPLIA XXX. vt stante prædicto Statuto occidens bannitum, nec etiam puniri potest à Iudice habente quodlibet liberum arbitrium secundum Bald. in leg. prædictum, C. de transact. quem sequutus est Paris de Put. de sindic. titul. de arbitr. eor. &c. num. 10. versic. officialis habens, Ruyn. consil. 13. num. 20. libr. 2. quos in proposito refert, & sequitur Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 1. & seqq. ea motus ratione, quòd Iudicis arbitrium non extenditur ad ea, quæ à iure, vel à Statuto sibi prohibentur l. si à milite, §. ædictum, & ibi præsertim Angel. ff. de milit. testam.

174 AMPLIA XXXI. vt capienti bannitum non solum solui debeat præmium à Statuto concessum, sed etiam vltra præmium debeant resici expensæ, si quas fecit in captura ipsius banniti, secundum Nell. in 2. part. 2. tempor. quæst. 19. Vbi declarat hanc ampliationem procedere, quando Statutum pro præmio aliquod capienti concedit; secus si simpliciter nulla facta mentione præmij, capienti bannitum pecuniarum aliquam quantitatem solui mandaret, tunc enim non reficiuntur expensæ, nisi quatenus excedant quantitatem à statuto datam.

175 Sed contra, quòd capiens bannitum, si capienti à Statuto constitutum sit aliquod præmium, non debeat vltra præmium repetere expēsas factas in tali captura pluribus probat, & respondet contrarijs Petrasan. singul. 14. num. 13. & seqq.

176 AMPLIA XXXII. vt stante Statuto, constitutione, seu bannimento concedente occidenti bannitum, si occidens bannitus fuerit, remissionem banni, & delictorum, occidens gaudeat huiusmodi indulto etiam non habita pace hæredum occisi, & partis offensæ, ac illius remissione, & etiam quòd in eodē Statuto nulla fieret mentio de habenda, vel non habenda pace, secundum Carauit. qui ita in practic. apud eum sine difficultate seruari testatur in Pragm. Regni, de exul. la prima, num. 171. & seqq.

seqq. motus ea ratione, quia scilicet, licèt Princeps non possit iura tertij tollere, l. quoties. C. de precibus Imperari offerendis, l. final. C. si contra ius vel vtil. public. hoc tamen fallit, quando id faceret ex causa publicæ vtilitatis, secundum Bartol. Innoc. Alexand. & alios ibi per eum allegatos. Propter quam rationem videtur idem Carauit. ibidem hanc conclusionem extendere etiam ad damna, & interesse passa, de qua vltima extensione valde dubito per ea, quæ dixi in prima parte, in titul. de inquisit. quæst. 16. num. 22. & seqq. Et quando Princeps expressè mentionem non facit de damnis, & interesse, quòd tunc illa non censeantur remissa sub generali remissione banni, & delictorum, apud me est indubitatum propter præsumptionem defectus voluntatis ipsius Principis, sicut dixi in eadem quæst. 6. num. 25. & aduertit idem Carauit. Vbi supra num. 174. & apud nos ex Bulla Pij IV. de qua mentionem feci in dicta sexta quæstio. num. 20. Nunquam banniti remittuntur, nisi aut habita pace, aut seruato exilio, donec pacem habuerint.

177 AMPLIA XXXIII. quia Statutum dans præmium capienti, seu occidenti bannitum extenditur etiam ad denunciantem, secundum Ang. Rom. Aret. Felyn. Bald. & Alex. in locis relatis per Brunor. à Sole, in quæst. legal. quæst. 27. num. 6.

178 AMPLIA XXXIV. vt præsentatio banniti viui, vel eius capitis possit fieri nedum per ipsum capientem, aut occidentem, sed etiam per alium occidentis, seu capientis nomine, ad effectum, vt præmio, & indulto gaudeat secundum Carauit. in Pragmat. Regni, de exulibus, la 1. num. 170. & seqq. motus ratione, quia sic etiam debitor liberatur per oblationem, & depositionem factam de debito ab extraneo eius nomine secundum Barr. in l. qui decem, §. 1. per illum tex. ff. de solut. & in l. cum & post liminij, pariter per illum text. & ibi etiam Bald. C. de capt. & postlimin. reuers. Cyn. in leg. obsignatione, quæst. tertia, & ibi idem Bald. C. de solut. & ita in practic. apud eum quotidie seruari absque difficultate testatur, quia aliàs nemo bannitus veniret pro consequutione indulti ad consignandum in Curia bannitum viuum, vel mortuum timens carcerari vt ibi per eum.

179 AMPLIA XXXV. etiam si extet Statutum per quòd Forensis non possit acquirere immobilia in aliquo territorio. Nam adhuc si ille Forensis bannitum cæperit, vel occiderit, consequetur præmium à Statuto delatum iis, qui bannitum capiunt, aut occidunt. Quamuis pro præmio idem Statutum daret aliquem fundum, vel aliquam domum secundum Bart. in l. 3. §. vtrum, & ibi etiam Bald. ff. ad Syllan. Salyc. in l. 2. colum. 4. C. de noxal. quos in proposito sic referendo sequitur Brunor. à Sole, in quæst. legalibus, q. 27. num. 10. & seq. Vbi etiam huius ampliationis rationem affert.

180 AMPLIA XXXVI. Vt pariter valeat Statutum volens occidentem bannitum posse eximere ex banno, & liberare non solum seipsum, si bannitus fuerit, sed etiam alium bannitum, præsertim pro pari, vel minori delicto secundum Dec. in cons. 65. incip. & pro tenui mea facultate, per totum lib. 1. & ante eum per Angel. consil. 67. in figurat. casus, & in discursu consilij, & de hoc vide Constitut. Marchiæ, lib. 4 cap. 29. vers. & si capiens, & præsentans, & cap. 35. in fine.

181 Immò valet tale Statutũ super nominationibus, & liberationibus bannitorum, etiam quòd nominandus, & liberandus ex banno sit bannitus pro maiori delicto, quam is, qui occisus fuit, si ita expressè in ipso Statuto dicatur, secundum Dec. in consil. 61. num. 2. versic. sed tamen his non obstantibus, lib. 1. Vbi exemplificat in Statuto dicente, quòd si quis interficeret bannitum in pœnam mortis, possit eximere alium bannitum non rebellem, quem eligere velit. Tunc enim quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, ideo potest occidens quemcumque bannitum eligere, dummodo non sit rebellis, & in simili Statuto consuluit Angel. in consil. 67.

182 Et multo magis possit bannitus seipsum remittere, quando extaret constitutio, seu bannimentum, quòd qui per aliquod puta, tempus in bello, aut in aliqua factione seruierit, possit se se à banno eximere. ad quàm materiam cum suis quæstionibus, vide Foller. in Pragmat. Regni de exul. num. 1. & seqq. per totam foliò, mihi 46. & præsertim, num. 25. 43. 44. 46. & seqq.

183 Et quòd pluries est, bannitus, qui tantummodo habet nominationem, & expectat decretum, si captus fuerit vti bannitus, adhuc debet relaxari, & reponi in pristinam libertatem, quamuis fuerit declaratum ipsum non debere gaudere nominatione habita, nec illam sibi suffragari per ea quæ ponit Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 216.

184 Sed caueant banniti, ne capiantur cum ista nominatione, quia nescio quomodo carceres euaderent si nominatiò illis non suffragaretur de iure; Immo & in fortioribus terminis memini aliàs tempore Pij V. ad furcas transmissum quendam Firmanum, qui in Ciuitate Firmi, non solum obtinuerat nominationem, sed etiam Decretum Iudicis declaratorium nominationem sibi suffragari, & tamen parte appellante, & ad Vrbem recurrente postquam vigore dicti decreti fuerat ex carceribus relaxatus, & liberatus causa per Sanctissimum commissa Auditori Cameræ, ipso iterum capto, & ad Vrbem transportato, visoque per Iudicem, quod nominatio per ipsum habita ipsi non suffragabatur; fuit vt dixi, laqueo suspensus. Nec mouet me ratio per Baiard. considerata, quòd scilicet decipi nemo debeat sub fide publica. Nam donec bannitus non habet Iudicis decretum; illud quidem q. fecerit transitum in rem iudicatam, non dicitur habere aliquam fidem publicam, alioquin esset in potestate cuiuslibet banniti emere nominationem sibi vigore bannimentorum non suffragantem, & sine aliquo decreto per Vrbem spatiari, & si capiatur prætendere liberationem, & relaxationem vigore inualidæ nominationis, quòd est omnino absurdum.

185 Maius autem delictum, & minus reputabitur in proposito respectu pœnæ non inductæ à iure communi sed à Statuto: Statuta enim recipiunt interpretationem passiuam potius ab alijs Statutis, quàm à iure communi, secundum Dec. qui benè hanc conclusionem comprobat in consilio 65. num. 3. versic. tertio præmittendum est, & num. 4. libro 1. & in proposito vide quæ dixi in 1. par. in titul. de delictis, & pœnis, quæst. 18. & num. 83. & seqq. Vbi posui an, & quando ex grauitate pœnæ cognoscatur grauitas delicti, & magis in terminis vide bene declarantem Socin. in cons. 157. num. 16. & seqq. lib. 1.

186 Item maius, & minus delictum in proposito considerabitur respectu qualitatum aggrauantium, & exgrauantium delictum, vt benè deducit, & exemplificat Dec. in consil. 65. incip. & pro tenui mea facultate, num. primo, post medium iuncto num. 5. vers. non obstat quòd supra in contrarium dicitur de qualitatibus; Vbi tamen hanc conclusionem declarat, dummodo qualitates delicti sint expressæ in banno, aliter secus. Verum quòd ex qualitatibus, & circunstantijs delictum reputatur maius, vel minus in specie consuluit Socin. in cons. 157. num. 12. libro. secundo & latius dixi in prima part. titul. de delict. & pœnis, quæst. 18. numero 63. & seqq. Vbi vide.

187 Sed vtrum occidens aliquem bannitum pro furto, possit remittere se, vel alium bannitum pro homicidio, stante prædicto Satuto, quòd interficiens bannitum possit remittere, se, vel alium bannitum pro pari, vel minori banno, videtur dicendum, quòd non, quia homicidium est maius delictum, quàm furtum ex quo pro eo maior pœna imponitur, quam pro furto secundum Dec. in cons. 65. num. 1. & seqq. lib. 1. Vbi tamen limitat hoc non procedere, quando essemus in casu, in quo aut de iure communi, aut vigore Statutorum pro furto imponeretur pœna furcarum, quæ cum sit maior pœna capitis, quę pro homicidio imponitur, Idcirco occidẽs isto casu bannitum pro furto, potest remittere bannitum pro homicidio, vt ibi per eum, quòd & idem voluit in cap.

at si

at si Clerici, num. 60. & seq. extr. de iudic. Vbi ita fuisse iudicatum in Ciuitate Lucana in causa magni ponderis testatur. Quamuis Socin. in cons. 157. lib. 2. in eodem casu contra ipsum Dec. consuluerit, & cum hac Decij opinione pertransit etiam Blanch. in pract. crim. in §. visis indiciis, nu. 133. quando scilicet homicidium est commissum in pura rixa.

188 Contra prædictum consilium Decij in eodem casu consuluit Socin. in cons. 157. lib. 2. Vbi suam opinionem bene comprobare, & rationibus Decij singulatiter respondere nititur, et Socini opinionem sequitur etiam Additionator ad Dec. in d. cap. at si Clerici littera C. dicens, quòd in hoc male per Dec. fuit consultum, & peius secundum suũ consilium iudicatum, sequitur Baiard. ad Clar. in §. homicidiũ, nu. 215. tenens indistinctè, quòd occidens bannitum pro furto non possit remittere bannitum pro homicidio etiã commisso in pura rixa, testaturque quòd ita obseruauit, & obseruari vidit.

189 Pro solutione vide in primis, quæ dixi in prima par. tit. de delict. & pœnis, quæst. 18. num. 83. & seqq. Vbi posui an, & quando grauitas pœnæ arguat grauitatem delicti, & in specie etiam an furtum reputetur à iure grauius delictum quàm homicidium, & vt in ista contrarietate consiliorum inter Dec. & Socin. meum quoque interponam iudicium, crederem in illo particulari casu in quo doctissimi isti viri consuluerunt, veriorem fuisse sententiam Socini, quam Decij, & male fuisse contra consilium Socini iudicatum ea ratione, quia in illo casu non erat simplex homicidium, sed patricidium, quia scilicet remittendus, & nominandus occiderat patruum, & plures aliæ concurrebant qualitates, & circunstantiæ aggrauantes delictum per Soc. ibi enumeratæ; quæ sine dubio illud delictum grauius faciebant, quam furta commissa per occisum, verum si essemus in simplici homicidio, siue in rixa, siue etiam appensatè commisso, pro quo homicida non esset condemnatus nisi in pœnam capitis, tunc sine dubio verius crederem istum homicidam posse nominari, & remitti per eum, qui occidit famosum furem, & latronem condemnatum in pœnam furcarum, ex rationibus per Dec. consideratis, quas hic repetere superfluum est, & si casus contingeret, ita iudicarem, quicquid Baiard. dicat, & obseruauerit.

190 Bannitus autem pro homicidio facto cum armis non potest remittere bannitum pro homicidiò facto cum veneno, quia maius est delictum hominem veneno necare, quàm armis occidere, secundum Alberic. in tract. Statut. q. 98. incip. quid si Statutũ par. vlt. quem in proposito refert, & sequitur Dec. in cons. 65. nu. 2. lib. 1.

191 Et nunquid Statutum prædictum habeat locum in bannitis pro criminibus exceptis, prout est crimen falsi, sodomiæ, & læsæ maiestatis, videtur dicendum, quòd non, secũdum Foller. in Pragm. 1. de exul. n. 34. fol. mihi 47. Vbi eam reddit rationem, quia scilicet Statuta, & constitutiones intelligendæ, & limitandæ sunt secundum iura communia, ad l. talis scriptura, ff. de legat. 1. cum alijs ibi per eum allegatis.

192 Contrarium in practica seruatur apud nos; vbicumque enim occisus reperitur bannitus, & condemnatus, pro aliquo crimine excepto; non est dubium, quòd illum occidẽs seipsum, & alium remittere potest, quamuis remittendus sit condemnatus, pro quocumque crimine excepto, dummodo sit verius illud, quod commisit occisus.

193 Et in materia aduerte ad vnum, quòd licèt bannitus capiens, seu occidens alium bannitum, & illum Curiæ præsentans debeat rebanniti, ita dictante aliquo Statuto, non tamẽ potest hoc Iudex facere ex potestate ordinaria, quòd quãdo verum sit, vide Angel. de malef. in verbo *quòd fama publica*, nu. 77. & ibi August. in addit. & an Iudex possit promulgare bannum, in quo capienti, seu occidẽti bannitum præmium constituat, vide Barto. in l. 1. in princip. num. 3. ff. de iust. & iur. & præmissis addo Roman. singul. 543. incipiente, nullus nisi Princeps, & ibi Nicol. Pignolat. in additio. vbi alios refert Doctores hanc materiam tractantes.

194 LIMITA I. propositam huius quæstionis regulam non procedere in bannitis, & condemnatis ex non veris, & legitimis probationibus, sed ex fictis seu præsumptis, & in contumaciam, quos propterea non posse impunè offendi vigore Statutorum volentium bannitos posse impunè offendi scripserunt Iaso. in l. omnes populi, num. 46. in fine, ff. de iustit. & iur. Vbi loquitur in bannito ex sola contumacia ex Bartol. quem allegat in l. si mora. ff. solut. matrimo. Idque dicit perpetuo notandum. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 4. in fine, extr de constitut. Vbi pariter loquitur de bannito propter contumaciam, quæ non est propriè maleficium, sed culpa. Marsil. consil. 10. nu. 8. & 10. ad finem, & seqq. Vbi pluribus hanc probat limitationem, & num. 48. versic. quia respondeo. Vbi loquitur de bannito in contumaciam pro delicto, & in l. 1. num. 135. C. de rapt. virg. vbi allegat Alex. in addit. ad Bat. in l. omne delictum ff. de re militar. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 32. Catell. Cotta in memoral in verbo, *Bannitus, qui in Ciuitate toleratur*, in fine versic. quid autem in his qui ex contumacia &c. vbi loquitur de ijs, qui ex sola contumacia banniuntur, & latius in verbo *statuta, quòd bannitus*, vbi alij referuntur concordantes; & pluribus rationibus hanc comprobat limitationem Ant. Gomez. in l. tauri 76. num. 14. in fine, vbi facit conclusionem, quòd quando lex, seu Statutum permittit occidi aliquem condemnatum, debet intelligi de condemnato, per veras, & legitimas probationes, non autem per fictas, vel præsumptas, & num 17. versic. item adde, & nota. Viui. opin. 770. num. 12. vbi testatur de magis communi opinione, & Alex. quem allegat in l. si mora, num. 13. ff. solut. matrim. & ibi loquitur in bannitis propter contumaciam, & alios refert concordantes Rolan. consil. 46. num. 66. & seqq. lib. 1. vbi testatur de magis communi, & magis recepta opinione, ea ratione, quia condemnatus propter contumaciam dicitur magis condemnatus uigore contumaciæ, quam ratione delicti idem Rolan. cons. 94. num. 17. lib. 3. Andr. Gayl. de pace publ. lib. 2. cap. 5. num. 16. vbi de communi ex Rolan. in loco præcitato. Hippol. Riminal. cons. 595. num. 51. lib. 5. Marcabrun. consil. 83. num. 195. Relati per Cartar. de exequut. sent. c. 1. num. 38.

195 Et hæc limitatio procedit etiam stante Statuto, quòd contumax habeatur, pro confesso secundum Marsil. cons. 10. nu. 10. ad finem versic. quòd autem Rolan. consil. 46. num. 69. lib. 1. vbi eam reddit rationem, quia adhuc confessio resultans ex huiusmodi Statuto non dicitur vera, sed ficta, & præsumptiua, & consequenter, non probat verè delictum ex Iacob. de Arena Bar. Ang. & Marsil. in locis per eum relatis.

196 Et multo magis forsan posset procedere quando Statutum diceret, quòd bannitus, pro maleficio per eum, perpetrato, impunè offendi possit, tunc enim videtur ipsum non posse impunè offendi, nisi is fuerit de maleficio conuictus secundum Alber. in quarta par. Statut. q. 22. nu. 12. in fine, vbi tamen satis dicit sufficere isto casu si habeatur pro confesso secundum formam Statuti.

197 Verum quicquid dicant præfati omnes Doctores, proposita limitatio communiter in practica non recipitur; & propterea contrarium, quod etiam banniti in contumaciam si pro maleficio banniti sint, possint vigore Statutorum prædictorum impunè offendi, etiam quòd delictum, & maleficium non sit plene probatum, fuit de mente Io. Andr. in addit ad Specul. in titu. de constit. in fine, vltima additione, versic. Ad contrarium in discursu Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 59. versic. non obstant allegata extr. de constit. vbi loquitur, quando quis est contumax in crimine, pro quo mortis pœna imponi debeat. Bero. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, numero 117. vbi loquitur, quando bannitus fuit legitimè citatus, & quando legitima præcesserunt inditia criminis, & delicti, pro quo quis bannitur, & condemnatur, inquiens, quòd si aliter diceremus, esset destruere, seu multum restringere propositam huius quæstionis regulam, cum nostris temporibus omnes ferè banniantur, & condemnentur, non ex præceden-

tibus plenis, & veris probationibus, sed tãtum ex inditijs, & præsumptionibus. Alber. in quarta par. Statutor. q. 22. in fine, num. 12. vbi simpliciter loquitur de bannito in contumaciam pro aliquo delicto, Gozzadin. consil. 61. num. 19. Motus, quia ratio, qua Statuta mouentur ad concedendum impunitatem occidenti bannitum, militat etiam in bannito in contumaciam, Carauit. super pragm. Regni de exul. num. 106. & seqq. vbi loquitur, quando legitima præcesserunt ad condemnandum inditia. Respondit que Alex. & Marsil. contrarium tenentibus in locis supra relatis, nec non aduertit, quòd si aliter diceremus rarò, vel nunquam sequeretur effectus Statuti impunè bannitos occidi permittentis, cum non sit in posse occidentium scire, quibus probationibus occisus fuerit bannitus. Catel. Cotta in memoral. in d. verbo, *Statuta, quòd bannitus, &c.* in fine, versic. obstat tamen, vbi concordando contraria distinguit primam opinionem procedere in bannitis propter solam contumaciam, non autem propter aliquod maleficium. Hanc autem secundam, & contrariam opinionem procedere in bannitis, propter maleficium, licet in contumaciam, dicens, quòd alioquin Statutum volens impune occidi posse bannitos rarò haberet locum, & ita dixit se alias iudicasse secundum distinctionem prædictam, quæ fuit Bar. in l. omne delictum ff. de re militar. & pro hac eadem distinctione, vide bene loquentem, & alios referentem, Bertazz. cons. 83. num. 9. iuncto, num. 14. versic. illatio, quæ sit, & seqq. lib. 1. & latius Cartar. de exeq. sent. cap. 1. num. 37. & seqq. vbi de vera, & communi opinione, & præsertim quando ex informationibus assumptis delictum probaretur, Brunor. à Sole, in quæst. legal. q. 26. num. 12. & seqq. & cõcordat cum hac opinione constit. March. lib. 4. cap. 30.

198 Et hæc contraria opinio indubitanter, & multo magis procedit, quando extat aliud Statutum, quòd contumax habeatur pro confesso, tunc enim per istam fictam confessionem plenè dicitur constare de delicto, & propterea sic bannitus poterit impunè offendi, cum non dicatur bannitus propter solam contumaciam, secundum Alberic. in quarta par. Statutor. quæst. 22. in fine, num. 12. & facit, quòd in simili, de fori iudicatis per constitutionem Regni, quæ in simplici tantum contumacia fundatur, eos posse occidi dixit Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 32. in fine, Monticell. reg. crimin. 3. num. 16. Bertazz. d. consil. 83. num. 14. & seqq. lib. 1. Claud. in addit. ad eundem Bertazz. consil. 223. littera A. sub versic. quinto limita. Thob. Non. consil. 112. num. 11. & 12. Hippol. Riminal. cons. 595. num. 53. lib. 5. Cartar. de exequut. sent. cap. 1. num. 39. & faciunt deducta per Clar. in pract. crim. §. 1. nu. 13. vers. fin. in ea quæst. An contumacia dicatur delictum, in qua concludit, quòd licèt contumacia de se non sit delictum secundum communem, de qua per Fely. & Foller. in locis per eum relatis, & inde inferri posset, quòd Statuta loquentia de delictis, seu maleficijs, vel de condemnatis, seu bannitis, pro delictis, vel maleficijs non comprehendant bannitos, & condemnatos ex contumacia, cum ille propriè dicatur damnatus de maleficio, qui fuit præsens, & factis defensionibus fuit condemnatus, non autem ille, qui fuit contumax, & in contumaciam condemnatus extitit, secundum Bal. Alex. August. de Arim. Claud. Alciat. & Rolan. in locis pariter per eum relatis, attamen postea subdit, quòd prædicta licet communiter sint recepta, credit tamen, quòd cum difficultate in practica obtineretur, stantibus Statutis, vel consuetudine, quòd contumax habeatur pro præsente, & confitente, & propterea credit verius esse, quòd bannitus pro delicto in contumaciam possit etiam propriè dici bannitus ex maleficio, ex quo eo casu bannitur Reus non propter contumaciam, sed propter delictum, cuius plena probatio resultat ex contumacia, accedente præsertim communi vsu loquendi, per quem ille dicitur bannitus de maleficio, qui citatus pro maleficio non comparet, teste Salyc. in rubr. C. de crimine stellio: ad finem, & ita inquit ibi Clar. sepius iudicari vidit, & si casus contingeret, ita & ipse iudicaret, de qua re dixi latius in prima par. in tit. de inquis. q. 11. num. 93. & seqq. & in tit. de delict. & pœn. quæst. 18. num. 28.

199 LIMITA II. vt tunc demum occidens bannitum puniri non possit, quando illum occiderit zelo iustitiæ, & propter publicã vtilitatẽ, secus si zelo vindictæ, & propter particularem inimicitiam, secundum Bar. Bal. Anchar. & alios, quos referendo sequitur Bero. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 121. extr. de constit. Marsil. consil 9. num. 18. & consil. 10. num. 42. Petras. sing. 14. num. 4. vbi respondet contrariæ rationi ibi per eum adductæ. Arnon. Soliloq. 40. Grat. consil. 44. nu. 34. lib. 3. qui præcipuè in id allegant Bal. in l. Decurion. nu. 3. C. in quib. caus. infam. irrog. & Fely. in c. si perfodiens nu. 2. de homicid. Quibus addo Duen. reg. 68. in secunda limitatione, vbi alij plures referuntur concordãtes. Duen. reg. 68. in 9. limitatione. Lud. de Alser. cons. crim. diuers. 144. nu. 18. lib. 1. in folio. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 36. nu. 22. Monticell. reg. crim. 3. nu. 22. Cæphal. cons. 35. nu. 21. & seqq. lib. 1. Menoch. de arbitr. libro 1. q. 90. num. 48. Hercul. de caut. cap. 23. num. 11. vers. item talis bannitus &c. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 37.

200 Et propterea minimè valere Statutum permittens aliquem offendi ratione vindictæ, & non ratione boni publici, post. Io. Andr. quem allegant; tradiderunt Docto. in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. & ibi præsertim Ant. de Butr. num. 22. ad med. Imol. colum. 4. post num. 9. Felyn. num. 12. (vbi tamen quòd in dubio præsumitur hoc Statutum potius factum propter publicam vtilitatem, quam propter vindictam) ibique infert non valere Statutum Florentiæ permittens Censoribus vindictas consanguineorũ interfectorum, & Bero. num. 110. in fine, vers. procedit autem hoc; Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, nu. 35. vbi exemplificat, alios refert, & declarat. Boss. in tit. Banniti quid amitt. num. 1. in fine. Cæphal. cons. 35. num. 27. lib. 1. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 38.

201 Sic & occidens bannitum propter priuatam inimicitiam, & particulare odium non debet gaudere præmio Statuti, scripserunt Petras. sing. 14. nu. 9. Grat. consil. 44. num. 34. lib. 2. Nicol. Moron. de fide treg. & pac. quæst. 105. num. 10.

202 Et sic etiam homicidium isto casu præsumi potius factũ propter vindictam, quam zelo iustitię, per tex. in c. omnes 6. quæst. 1. scripserunt Marsil. in cons. 9. nu 28. & seqq. vbi pluribus probat præsumi factum ad vindictam, si præcedebat inimicitia inter occidentem, & occisum & isto casu credendum non est occidenti, etiam medio iuramento, asserenti se occidisse zelo iustitiæ, vt ibi per eum, qui argumentis contrarijs bene respondet. Duen. reg. 68. in 2. limit. in fine, vbi allegat Ant. Rubeum in repet. l. non solum, nu. 647. ff. de nou. oper. nunciat. Duen. d. reg. 68. in 9. limitat. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 36. nu. 18. vers. & in dubio. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 48. versic. & in dubio.

203 Contrarium, quòd immo occidens bannitum propter vindictam, & inimicitiam minime puniatur, Foller. in prima pragm. de exul. num. 15. & ibidem latius Carauit. num. 132. & seqq. in 11. quæst. vbi valde miratur de Marsil. Arnon. & Grat. contrarium tenentibus, & pro eorum opinione allegantibus Bal. & Felyn. in locis præcitatis, qui non solum, non probant id, ad quòd allegantur, sed etiam ex eorum dictis colligitur contrarium. Boss. in tit. banniti, quid amitt. num. 1. in fine, vbi quòd quicquid sit de iure, apud eum seruatur tale homicidium esse impunitum. Clar. in pract. §. homicidium, num. 44. versic. sed nunquid in fine, vbi quòd ita obseruatur ex Boss. in loco præcitato. Vulpell. consil. 59. num. 9. vbi de communi, & seruata opinione in statu ecclesiastico, & Vrbini. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 210. vbi testatur de verissima opinione, & quòd ita semper practicauit, & practicari vidit.

204 Et hæc contraria opinio indubitanter procedit, quando Statutum concederet bannitum posse, *quomodocunque*, interfici, nam tunc etiam ex priuata vindicta occidi porit.

terit, secundum Menoch. post Nellum, quem allegat de ar bitr. lib. 1. q. 90. nu. 48. vers. verum opinionem hanc.

205 Sic & contra, quòd immo valeat Statutum concedens offenso vindictam offendentis, vt ille suum inimicum condemnatum occidere possit pluribus Ant. Gomez. in l. tauri 76. num. 15. vbi refert concordantes; & num. 16. & 17. vbi alia ponit in materia huiusmodi Statuti.

206 Et pariter contra, quòd occidens bannitum propter odium, & vindictam debeat gaudere præmio Statuti; late defendit Carauit. super prag. 1. de exul. nu. 133. & seqq. quē refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, nu. 210. vbi testatur de verissima opinione, & quòd ita semper practicauit, & practicari vidit.

207 Et demum adhuc contra, quòd immo etiam stante inimicitia inter occidentem, & occisum præsumitur homicidium commissum non ob priuatam vindictam, sed ob publicam, & zelo iustitiæ defendit Petrasf. viden. in suo sing. 14. nu. 4. iuncto, num. 11. & 12. Grat. consf. 44. nu. 34. lib. 2. Cæphal. consf. 35. nu. 22. vers. in dubio tamen lib. 1. Nicol. Moron. de fide treg. & pac. q. 107. post nu. 9.

208 LIMITA III. in occidente bannitum extra territorium illius loci, a quo est bannitus, tunc enim illum occidens non est impunis vigore Statuti permittentis, bannitum impunè occidi posse; Bannum enim, cuius vigore impunis est offensio, nō egreditur territorium bānientis l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. & voluit Nell. in tracta. de bannit. in secunda par. secundi tempor. quæst. 56. in fine, Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 38. versic. octauo in occidente extra territorium. Foller. in pragm. de exul. num. 8. Catell. Cotta in memoral. sub versic. Bannitus ad mortem. Boss. in titu. de for. compet. num. 63. vbi de occidente Mediolani bannitum Florentinum, vel de occidente Florentiæ bannitum mediolanensem, vtroque enim casu potest occidens puniri in loco homicidij, in quo occisus non erat bannitus, & in tit. banniti quid amitt. num. 5. Anto. Gomez. in l. tauri 76. num. 17. versic. item adde, quòd non potest &c. Viui. opin. 770. num. 21. & seqq. vbi alios concordantes refert, & bene comprobat hanc conclusionem Cæphal. consf. 35. num. 19. libro 1. Nicol. Moron. de fide tregu. & pac. quæst. 107. num. 22. Hercul. de caut. cap. 23. num. 11. versic. item debes non offendi extra territorium. Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 7. rubr. de bannit. nu. 28. Claud. in addit. Bertazz. in consil. 233. vers. secundo fallit. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 34. & seqq. vbi respondet contrarijs, & quæst. 27. num. 13.

209 SVBLIMITA I. hanc III. limitationem procedere, quando territoria sunt diuersa, hoc est sub diuerso dominio, secus si esset idem dominus, & multo magis si idem præses, quamuis diuersa territoria; Tunc enim vbicumque occidatur bannitus, occidens immunis est ab omni pœna. Monticell. reg. crim. 3. nu. 6. vbi ponit exemplum de bannito Perusiæ, quod potest occidi Tuderti, ex quo ambæ Ciuitates sunt sub eodem Legato. Decian. in tracta. crim. lib. 4. cap. 29. nu. 2. Claud. in addit. ad Bertazz. consf. 159. in fine additionis, vbi in idem allegat Signoroll. consf. 89. & Aym. consil. 409. num. 15. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 36. versic. in hoc tamen aduerte, vbi hanc sublimitationem admittit, quando præsertim extat constitutio, prout in Regno Neapolitano, quòd bannitus ab vno Iudice censeatur etiam bannitus ab omnibus alijs Iudicibus.

210 SVBLIMITA II. in occidente bannitum in Ciuitate confederata Ciuitati, à qua occisus erat bānitus, quia tunc occidens non punitur, quamuis extra territorium loci banni occiderit ea ratione, quia bannitus ab vno loco censetur bannitus etiam à loco confederato cum loco bāni; sicut post alios, quos allegat plures, tenet Marsil. pract. §. agredior, nu. 23. Viui. d. opin. 770. nu. 26. vbi testatur de cōmuni Io. Bapt. Ferrett. cōs. 330. nu. 2. lib. 2. Bertaz. consf. 467. nu. 10. lib. 2. Vulpell. consf. 58. num. 5. Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q. 27. nu. 15. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, nu. 271. vbi ampliat etiam, quoad consequutionem præmij.

211 Quamuis contrarium, quòd bannitus nec etiam possit impunè offendi in terris confederatis voluerit Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 7. rubr. de bannit. nu. 29. vbi alios refert idem tenentes, & materiam declarat.

212 SVBLIMITA III. seu potius declara eandem III. limitationem non procedere, quando bannitus occiditur ab aliquo forense in territorio, a quo occisus erat bannitus, tunc enim ille forensis non solum non potest puniri in loco homicidij, quia eo loci bannitus poterat impunè offendi, sed nec etiam in loco originis, cum isto casu ad effectum puniendi delinquentem attendatur locus delicti; & non locus originis, secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. q. 56. vbi ponit exemplum de Bononiense occidente bannitum de Florentia in territorio Florentino, & concludit eum non posse puniri nec Florentiæ, nec Bononiæ, iuribus, & rationibus ibi per eum allegatis, & idem scripsit Boss. in tit. de for. compet. nu. 62. in fine, vers. & quid si ego. Nec dissentit Clar. in pract. §. homicidium, num. 57. vers. alterius quæro ibi, *quinimmo reperio etiam*, vbi refert Senatum declarasse non posse mediolani puniri quosdam illi ducatui subditos, qui bannitum à dominio Venetorum, & existentem in territorio mediolani blanditijs conduxerant in agrum Brixiensem, & ibidem illum occiderant, & ibi etiam ponit aliud simile exemplum, quod vidit Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 287.

213 SVBLIMITA IV. in assassino, qui potest etiam extra territorium occidi, secundum Boss. in titu. de mandat. ad homicid. nu. 19. quem refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, nu. 272.

214 Idem in bannito pro crimine læsæ maiestatis, qui si occidatur etiam extra territorium, occidens gaudebit non solum impunitate, sed etiam præmio secundum Ferrett. in consf. 330. nu. 4. & seq. lib. 2. quem refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 274.

215 SVBLIMITA V. vt licet occidens bannitum extra territorium, à quo est bannitus possit puniri in illo territorio, in quo homicidium commisit, Non tamen potest puniri in loco, & Ciuitate, à qua ille occisus erat bannitus; colligitur hæc distinctio ex trad. per Bart. & Bal. in locis relatis per Corn. in l. 1. num. 6. C. de hæred. Instit. Nell. de bannit. in secunda par. secundi temp. quæst. 57. vbi ponit exemplum in Florentino occidente bannitum Florentinum Bononię, vel alibi extra territorium Florentinum, dicitque eum posse puniri in loco delicti commissi, non autem in loco banni Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 38. sub 8. limitatione. Boss. in tit. de foro compet. num. 63. vbi de mediolanense occidente Florentiæ bannitum mediolanensem, quod non poterit Mediolani puniri. Clar. in pract. §. homicidium, num. 57. vers. vlterius quæro, vbi testatur de communi, & seruata opinione, & alios refert concordantes. Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 7. rubr. de bannit. nu. 28. vers. intellige tamen, vbi de veriori, & seruata opinione, reprobato Lud. Bolognet. in consil. 57. volente, quòd occidens bannitum extra territorium Ciuitatis, à qua erat bannitus, possit inquiri, & puniri à Iudice illius Ciuitatis, à qua erat bannitus, quando occisus erat Ciuis dictæ Ciuitatis, vbi fuit bannitus. Addo ad prædicta Bertazz. consil. 159. num. 2. lib. 1. vbi testatur de seruata, & communi opinione, & ibi in addit. litera A. Vbi alij referuntur concordantes, pro hac distinctione. Thob. Non. consf. 98. num. 8. vbi quòd occidens bannitum extra territorium banni, non potest puniri in loco banni, etiam quòd Statutum loqueretur de occidente bannitum in suo territorio ex Ruyn. quem allegat in consil. 84. numero 7. libro 4. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 27. num. 16. vbi quòd ita quotidie practicatur. Vinc. de Franc. decisf. 176. numero tertio, par. 2. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 268.

216 AMPLIA hanc V. sublimitationem, vt pariter occidens bannitum extra territorium bannientis, sicut in loco banni puniri non potest; ita etiam præmium ab eiusdem loci Statuto occidenti bannitum concessum consequi de-

beat, secundum Marsil. post alios plures, quos allegat in pract.crim.§.aggredior, num.21.& in sing.124. incip. vidisti anno præterito, vbi præcipue allegat Bal.in conf.392. incip.præmittendum est, vol.6. dicens, hoc volumen consiliorum Baldi non esse tunc impressum, nec reperiri apud alium hominem viuentem, quam apud ipsum, alios refert Viui. opin.770.nu.21.in fine vers.licet ipse,& nu.25.& inter alios allegat Thob. Non.cons.98.sub num.6.& seq.Decian in tract.crim.lib.4.c.29.post nu.2. Aym.cons.409.nu.17.prout illũ refert,& sequitur Claud.in addit.ad Bertazz.cons.159.ante finem additionis Baiard.ad Clar.§.homicidium,nu.21.& num.270.allegat etiam Hippol.Riminal.in cons.470.nu.63.& seq.lib.5.

217 Contrarium videtur concludere Nell.in tract.de bãnit. in 2.par.2.temp.q.29.quem refert, & sequitur Boss.in titu. de for.comper.nu.63.in fine, Viui.opin.770.nu.4.vbi alijs relatis, videtur testari de communi opinione,& nu.22.vbi hanc contrariam opinionem sibi magis placere affirmat, & propterea de prima opinione dubitat, Decian. in loco præcitato, & in hac contraria opinione residere videtur Brunor.à Sole in quæst.legal.quæst.27.num.13. versic.sed aduerte.

218 Prima opinio, sicut verior est, ita etiam, & in practica seruatur, sicut enim occidens bannitum extra territorium bannientis, non potest puniri in loco banni, vt dixi supra in ipsa quinta sublimitatione, ita etiam in eodem loco nihil video vigere, quòd impedire debeat consequutionem præmij. Immo magis meretur præmium is, qui occidit bannitum extra territorium banni; & in loco in quo non est bannitus, ex quo exponit se maiori periculo, vt ibidem capiatur,& puniatur, quam occidens in territorio banni.

219 SVBLIMITA VI. eandem propositam III. limitationem procedere, quando in loco vbi occiditur bannitus, non adest Statutum permittens bannitum posse impunè occidi, sic enim hac limitationem intelligere, & proponere videtur Ias.in l.omnes populi, nu.49.ff.de iust.& iur. post Innoc. Bal. Anchar.in locis per eum relatis. Felyn.in c. quæ in Ecclesiarum, nu.11.extr.de constit. Cater.in pract. in tract.de homicid. §. septimo igitur excusatur, num.38. sub 8. limitatione, & alij plures relati per Vulpell. consil. 59.num. 14.

220 Vnde secus, quando bannitus occiditur etiam extra territorium, à quo est bannitus, sed in loco, in quo viget Statutum, quod bannitus possit impunè occidi, tunc enim talis occidens non videtur mereri pœnam secundum Vulpel. qui in specie hanc declarationem adducit in conf. 58. nu. 3.& 4.& latius, conf.59.num.13. & seqq.vbi valde nititur hanc declarationem comprobare.

221 Sed certe hæc declaratio vix in practica seruatur, quando territoria loci, in quo quis bannitus occiditur, essent sub diuerso Principe, cui nunquam credo possit placere, vt bannitus a non suo Iudice,& extra suam iurisdictionem possit offendi in suis locis, & in sua iurisdictione, à qua non est bannitus; & propterea contra hanc declarationem credo fuisse mentem omnium Doctorum allegatorum supra in limitatione volentium indistinctè, & nulla habita consideratione, an in loco, vbi occiditur bannitus adsit simile Statutum non esse impunem eum qui bannitum occidit extra territorium loci, a quo est bannitus respectu Domini, & Principis illius loci, in quo occiditur.

222 SVBLIMITA VII. quia bannitus ab vna Ciuitate Ecclesiæ, cum censeatur bannitus vigore Bullarum ab vniuerso territorio Ecclesiæ mediatè, vel immediatè, subiecto, ideo poterit occidi in quolibet loco prædicto, prout consuluit Thob. Non. conf.98. num. 6. & seqq.vbi infert ad bannitum Eugubij, quod censeatur etiam bannitus Perusiæ, ibidemque impunè occidi possit, allegat prout dicit in terminis Corn.omnino viden.in conf.192.viso supprascripto statuto per tot.lib.3.refert Viui.opin.770.num. 24. Ad quæ addo Claud.in addit. ad Bertazz.conf.223.littera A. vers.quòd procedere crederem, qui loquitur in simili Statuto Ferrariæ volenti, quòd banniti in illa Ciuitate intelligantur etiam banniti ab omnibus terris eiusdem Ciuitatis mediatè, vel immediatè subiectis. Vulpell. consil. 58. in princip. iuncto, num. 4. & 5. vbi de bannito Placentiæ, quòd potest impunè occidi in territorio Ducatus Vrbini, ex quo tam locus banni, quam homicidij mediatè sunt subiecti Ecclesiæ, & conf. 53. num. 53. & seqq. vbi respondet contrariis. Brun. à Sole in quæst. legal.quæst.26.num.36. versic.in hoc tamen aduerte, vbi loquitur in simili constitutione volente, quòd bannitus ab vno Iudice Regni censeatur etiam bannitus ab alijs Iudicibus. Baiard.in addit.ad Clar.§.homicidium,num.269. vbi refert,& sequitur Thob.Non.in loco præcitato, & ad propositum huius sublimitationis non ab re esse putaui hic subnectere eloquentissimum responsum doctissimi viri Francisci Cultelli Bononiensis, dum vixit in criminali materia primarij, Vrbis Aduocati per ipsum eo tempore datum in causa nobilis viri Annibalis Galeotti, qui Vincentium Ligorium capitaliter in Ciuitate Neapoli bannitum,& condemnatum in eadem Vrbe interfecerat.

Informatio.

223 Reuer. Pater D. Annibal de Galeottis carceratus est nèdum à pœna homicidij ordinaria excusandus, sed est omnino absoluendus ex rationibus infrascriptis.

224 Et in primis adducitur, quòd Vincentius Ligorius interfectus erat à Neapoli capitaliter bannitus, pro homicidio cum speciali prouisione in sententia expressa; vt impunè interfici posset a quocumque;& sic facultas eum offendendi isto casu non sumitur aliunde à Statuto, vel constitutione super offensione bannitorum edita, sed fundatur ex ipsamet sententia capitali, vnde sumus extra difficultatem illam iuris communis, an simpliciter bannitus in pœnam capitis possit impunè offendi; in qua difficultate Docto.magis communiter tenent bannitum non posse impunè interfici, vt per Bart.& Docto.in l.vt vim ff.de iust.& iur.& in l.prima, C.de hæred.instit.& versamur, etiam extra aliam difficultatem, an hic in Vrbe ex particulari constitutione impunitas concedatur bannitos occidentibus; quæ impunitas tamen concessa apparet, ex triplici capite primo ex constitutione Marchiæ hanc facultatem impunè bannitos interficiendi attribuente; quæ Constitutio, per Breue Pontificium fuit ad Vrbem extensa, secundo ex statuto Vrbis, & tertio ex generali consuetudine in Vrbe introducta similia bannitorum homicidia redduntur ob vtilitatem publicam impunibilia, facultas igitur Vincentium impunè offendendi vt prædictum est, hoc casu sumitur ex ipsa sententia capitali, quæ eius fuit naturæ, vt secum traxerit exequutionem l. qui vltimo, & ibi Bart. ff. de pœn. & per eundem Bart. in l. ex ea causa ff. de postulan.

225 Quo stante, dicitur, quod sicut Vincentius reperiebatur bannitus, cum diffidatione à Ciuitate Neapolis, ita etiam censebantur bannitus ab Vrbe, etiam sub omnibus pœnis,& præiudicijs in ipsa sententia expressis, quòd probatur triplici ratione, Primo quia bannitus à patria censetur ex iuris dispositione bannitus ab Vrbe Romana, quæ etiam hodie dicitur communis patria, secundo, quia Ciuitas Neapolis est de statu Ecclesiæ, & bannitus ab illa censetur bannitus à statu Ecclesiastico, tertio,& propter constitutiones Pontificias, & præcipue Bullam Sanctissimi Domini nostri Pij Papæ IIII. contra homicidas,& bannitos editam, qua cauetur, quòd banniti ab vno loco censeantur banniti ab omnibus terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

226 Prima prædicta probatur ex regula, quæ habet, quòd cui est interdicta Ciuitas propria, censetur etiam interdicta Vrbs Romana l.relegatorum §.constitutum ff.de interd.& releg.l.secunda, §.miles versic.ignominiæ autem ff. de his qui not.infam.l.fin.C.si seru.expo. ven.etiam quòd indubitanter procedit, vbi patria banniti est de statu Principis Vrbem Romanam dominantis, vt in casu nostro, quia tunc bannitus a propria patria censetur proculdubio

dubio bannitus ab Vrbe; Petr. de Bellapert. in d. l. fina. C. si seru. expo. ven.

227 Et in proposito 'is dicitur bannitus a loco, quando illi est interdicta habitatio in eo. Bal. in cap. 1. colum. 4. versic. & nota, quòd bannire est &c. in titu. de pac. tenen. Veronen. consil. 8. dicendum est in princip. Aluarott. in cap. primo, colum. quinta, in titulo, hic finitur lex, de consueto. reg. incip. versic. quæro de quo banno loquatur, num. 23.

228 Et ad quod facit, quia Roma est communis patria l. Roma ff. ad municipales, quæ l. etiam hodie militat, cum remaneat incorrecta. Immo in cap. fi. in princ. extr. de for. compet. Franc. Dec. in c. meminimus, extr. de app. Docto. in l. 2. §. legatis, vbi post alios Curt. iun. in 2. notab. ff. de iurisd. omn. iud. & cum Vincentius esset capitaliter a propria patria bannitus censebatur itidem ab Vrbe bannitus, quæ dicebatur patria sua.

229 Cum igitur in Ciuitate Neapolis potuisset impunè interfici a quocũque, ita, & potuit id in hac Vrbi fieri, quòd pluribus ostenditur rationibus; Nam cum sententia prædicta capitalis suum extendebat vigorem ad Vrbem, vt colligitur, quia bannitus à propria patria intelligitur secũdum leges communes etiam bannitus ab Vrbe, sententia eundem vbique operatur effectum, quia illa est indiuidua l. in hoc iud. ff. fami. hercisc. & quia, vbi fit extensio illa intelligitur fieri cum omnibus suis qualitatibus. Ruyn. cons. 37. pro decisione, vol. 3. num. 11.

230 Et quia cum bannum Neapolis transferatur ex iuris dispositione ad Vrbem, vt in legibus prædictis, translatio fieri censetur cum omnibus suis qualitatibus c. translato in princip. extr. de constit.

231 Et similiter, vbi in aliqua materia fit adæquatio vnius loci ad alium, disposita in vno loco circa illam materiam protenduntur ad alium l. maximũ vitium C. de liber. præter. Boer. quem omnes sequuntur in l. 1. in princ. in versic. pro cuius declaratione de leg. 1. & hic quoad bannitos dicitur facta adæquatio Vrbis ad Neapolim.

232 Et vbi etiam fit assimilatio vnius loci ad alium in aliqua materia, quod obseruatur in vno loco, est obseruandũ in alio, quia de similibus idem est iudicium c. inter cæteros in fine, cum gl. extr. de rescrip. l. leges. C. de legib. vbi enim inducitur similitudo, omnes, & singulæ qualitates, quæ sunt in eo, cui fit assimilatio, porriguntur ad id, quòd assimilatur. text. not. in l. fi. C. de inoff. donatio.

233 Et idem est, vbi dicamus inter Vrbem, & Ciuitatẽ Neapolis esse quoad materiam bannitorum inductam a iure æquiparationem; quia quòd dispositum est in vno æquiparatorum, habet locum in alio, glos. fi. in cap. si postquam de elect. in 6. Roman. consil. 32. visa municipal. colum. 3. numero 9.

234 Et idem si dicamus has duas Ciuitates contra bannitos esse cõiunctas, quia quę procedunt in vna, seruari debẽt in alia, ratione coniunctionis not. in l. non tantum magnitudo §. mensibus ff. de excus. tuto.

235 Et idem si dicamus illas esse quoad materiam bannitorum vnitas, Ang. consi. 147. Punctus Papa vniuit &c.

236 Et idem si consideremus, per modum accessionis scilicer, quòd Vrbs Romana in hac materia accedat ex legum dispositione Ciuitati Neapolis, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Regula accessorium de reg. iur. in 6. & Statutum in principali porrigitur ad accessorium. Bal. in l. 3. §. quòd si. ff. de nego. gest.

237 Et idem erit dicendum, si consideremus, per modũ augmenti scilicet, quòd in hac specie bannitorũ leges augeant Vrbem Romanam ad Patriam propriam, à qua quis sit bãnitus, cum idem iuris sit de augmento, quòd de principali. l. etiam. C. de iur. dot. l. si ex toto ff. de lega. primo, Ang. in §. primo, in Authen. de æqualit. dotis. Ias. cons. 146. præsens consultatio, vol. 2.

238 Et idem erit si consideremus has duas Ciuitates, vt connexas in prædicta bannitorum specie, quia connexorum eadem debet esse natura, & conditio. l. eum actum; & ibi Bart. ff. de negot. gest. c. 4. vbi Dec. in 3. notab. extr. de iudic. & plura connexa omnia, pro vno reputantur l. his solis, C. de re milit. lib. 12. Rip. in l. naturaliter §. Nihil commune nu. 16. ff. de acquir. possess.

239 Et idem si consideremus illas per viam coherentiæ, Bal. in c. proposuit, in fine, extr. de appellat. Ex quibus infertur, quòd quomodocumque, & qualitercumque considerando, cum Vincentius bannitus à propria patria, censeatur etiam ex legum dispositione ab Vrbe bannitus, intelligebatur bãnitus ab illa Vrbe, sub eisdem qualitatibus, & præiudicijs in sententia Neapolitana expressis, et sic propterea poterat hic impunè interfici.

240 Secunda conclusio, quòd ex quo Ciuitas Neapolis est de statu Ecclesiæ, bannitus ab illa censeatur bannitus à toto statu Ecclesiæ, probatur sic, quoniam est vera iuris conclusio, quòd bannitus ab vna Ciuitate Status censetur bãnitus ab omnibus alijs Ciuitatibus, terris, & locis ipsius Status, & concludit Alberic. in tract. statut. 4. par. 85. & in l. non dubito. ff. de capt. Marsil. cons. 121. in causa capturæ, num. 12.

241 Et quòd adeo procedat, vt ne dum censeatur bannitus, sed possit in quibuslibet Ciuitatibus impunè offendi, Alber. in auth. qua in prouincia. C. Vbi de crim. agi opor. colum. 7. vers. & quando sunt, sub eodem Domino, &c.

242 Et ad quod facit, quia Rex Philippus iurisdictionem habet in Neapoli à Romana Ecclesia, ergo id quod faciunt ipse, vel eius officiales, tanquàm originaliter dependens à iurisdictione Pontificia reputatur prouenire à facto Pontificis, & consequenter bannum latum ab officialibus Neapolis, afficit perinde, ac si esset bannum supremi Principis originariam iurisdictionem concedentis, vt concludit Aluarott. in cap. 1. in titu. hic finitur lex. de incip. consuet. reg. colum. 3. versic. quæro subsequenter, cum prædicta gloss. & ibi Præpos. colum. 3. versic. quæro subsequenter, &c.

243 Propterea in Ciuitatibus confederatis clarum est, quòd bannitus, & condemnatus in vna Ciuitate censetur eodem modo bannitus, & condemnatus in alia. Alberic. post Oldrad. in d. l. non dubito. ff. de capti. in tantum, quòd talis bannitus possit in qualibet Ciuitate, ex confederatis impunè offendi. Ias. in l. fi. in 15. limit. ff. de iurisdict. omnium Iudicum. Alex. in l. à Diuo Pio. §. sententiam, colu. 8. ff. de re iudic. Et si id est permissum in alijs Ciuitatibus cõfederatis, multò magis debet licere in Ciuitatibus subiectis, quia fortiùs operatur subiectio, quàm confęderatio, vt dicit Marsil. d. cons. 121. num. 12. versic. modo in proposito, &c.

244 Tertia conclusio, quòd banniti à Regno censeantur etiam banniti per particulares Constitutiones Pontificias ab Vrbe, & consequenter hic in Vrbe impunè interfici possint, ostenditur hoc modo. Nam Constitutiones Pontificiæ contra homicidas, & bannitos editæ, incipiendo à Bulla Iulij II. vsque ad Constitutionem Sanctiss. Domini Nostri Pij IIII. loquuntur contra homicidia committentes in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subiectis, & contra bannitos; & postea dicunt, quòd tales banniti censeantur, ne dum banniti à locis ipsorum homicidiorum, & à terris per quinquaginta milliaria circumcirca illa distantibus, sed ab omnibus alijs terris, & locis Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subiectis, ex quibus verbis colligitur, quòd bannitus ob homicidium à Neapoli, quæ est Ciuitas mediatè Romanæ Ecclesię subiecta, intelligitur etiã bannitus ab Vrbe.

245 Quo stante dicitur, quòd ipsæ Constitutiones intelliguntur, vt censeatur quis bannitus ab alijs Ciuitatibus, iuxta tenorem, & qualitatem bãni, sibi in illa ciuitate, in qua commisit homicidium illati: Vnde si quis sit simpliciter à loco delicti bannitus reputabitur in Vrbe simpliciter bannitus; si autem esset bannitus cum qualitate, & impunè interfici posset, eo modo censebitur bãnitus ab Vrbe etiam,

246 quòd euidenter ostenditur. Nam cum in Constitutione habeatur relatio ad banna dictis bannitis data, relatio censetur facta cum omnibus qualitatibus ipsorum bannorum, cum hoc sit de natura relationis. Bart. in l. si quis seruũ §. fi. col. fi. de leg. 2. Ias. latè in l. qui sic stipulatur, de verborum obligatione. Dec. consil. 278. non leuis, colum. fin.

247 Et quia cum fiat extensio, seu translatio ipsorum bannorum ad Vrbem, illa intelligitur similiter fieri cum omnibus qualitatibus suis, vt supra dictum fuit, allegando multa iura.

248 Et similiter quando plura separata in vnum corpus rediguntur, non debent diuerso iure censeri. Afflict. in c. 1. §. fi. nu. 63. in tit. de Capitu. Corradi.

249 Item cum Constitutio Pontificia generaliter loquatur contra bannitos, generaliter debet intelligi, & sic, tàm de bannitis simpliciter, quàm de bannitis cum diffidatione, l. 1. §. quòd autem, & ibi gloss. §. de Aleat. l. prima. §. generaliter autem. ff. de lega. præstan. Quòd procedit etiam, quando maior est ratio in vno casu, quàm in alio. Bald. in l. in fraudem, §. finali. ff. de testa. milit. Dec. consil. 5. in princip.

250 Et quando etiam considerari posset hęc esse duo, scilicet bannire quem capitaliter, & bannire eum cum diffidatione, tamen cum Constitutio respiciat hæc duo determinabilia, debet ea pariter determinare, l. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupillar.

251 Et quæ interpretatio est omnino capienda, tanquàm fauorabilis; cum Constitutio de offendendo impunè bannitos concernat publicam vtilitatem, & communem quietem, & ideo sit extendenda fauore publico. Bar. & Bald. in l. 2. C. quan. lice. vnicuique, si. iudic. se vind. Dec. cons. 317. viso casu, colum. 2. Ias. cons. 137. in casu ad me transmisso, volum. 1. colum. fin. versic. quarta regula, &c. Ex quibus concluditur, constitutionem Pontificiam contra bannitos editam adducere aduersus eos bannum ab Vrbe sub eadem qualitate, sub qua sunt ab eorum patria banniti.

252 Sed quando etiam præmissa non militarent, adhuc dicitur, quòd cum Constitutiones Pontificiæ reddant prædictos homicidas capitaliter ab Vrbe bannitos, ipsi sic banniti ab Vrbe, saltem subiacent constitutionibus, & statutis Vrbis, quibus ordinariè subiacent alij ab ipsa Vrbe capitaliter banniti. Sed sic est, quòd banniti capitaliter ab Vrbe possunt impunè occidi, tàm ex forma Constitutionum Marchiæ, quæ per Summos Pontifices fuerunt ad Vrbem extensæ, quàm ex statuto Vrbis, & etiam ex consuetudine in Vrbe iam diu recepta, & approbata, ergo illarum vigore Vincentius potuit licitè, & impunè à Domino Annibale interfici.

253 Constitutiones enim Vrbis de bannitis impunè offendendis editæ, compręhendunt ne dum à Principe bannitos, sed compręhendunt etiam alios latè, & impropriè bannitos, quia cum sint (vt prædicitur) ob fauorem publicum editæ: Ita latè extendi, & ampliari debent. Barba. cons. 481. præclarè scribitur, volum. 2. Et quia regula est, quòd Statutum fauore publico introductum trahitur ad casus etiam latos, & improprios. Ias. in l. quòd Seruius, colum. 2. ff. de condit. caus. dat. Catell. Cotta in memoral. suis, in vers. Statuta debent interpretari propriè, &c. Et quòd, & magis procedit, vbi tale Statutum fauorabile tendit, vt delicta puniantur, vt dixit Ias. in l. non dubium, col. 9. vers. tertio principaliter limita. C. de legib. Roman. consil. 105. viso themate proposito, colum. fin. Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. prima, §. quinto, vers.

254 in contrarium videatur pagina mihi 151. Ex quibus tribus conclusionibus supra affirmatis, remanet firmum, solidum, & indubitabile pro Domino Annibale fundamentum, vt potuerit Vincentium bannitum impunè in Vrbe interficere.

255 Et quæ tanto magis admittenda sunt, ex quo contra Vincentium vltra sententiam capitalem, & diffidationē prædictam, extabat edictum publicum, etiam impressum, disponens, quòd omnes banniti à Regno, & fori iudicati, possint quoscumque alios bannitos, & fori iudicatos impunè occidere, & talium occisores præmium lucrarentur ab eorum proprijs bannis se liberandi, excipiendo tamen quosdam bānitos, & fori iudicatos, quos propter illorum scelerum atrocitatem, & imanitatem voluit posse ab alijs interfici, & eorum interfectores pręmium etiam pecuniarium lucrari, sed ipsos non posse alios interficere: Inter quos sic exceptuatus vnus fuit d. q. Vincētius. Tanta enim, & tàm atrocia, & nefanda patrauerat delicta, vt meritò ab alijs bannitis, & fori iudicatis exceptuatus fuerit, & verè illud sibi conueniret. Non patiaris maleficos viuere super terram, vt etiam amplè deponunt testes examinati ad defensam D. Annibalis.

256 Sed ex alio etiam omnis cessat difficultas, quia Vincentius erat a Ciuitate Beneuenti pro alio delicto ibi commisso bannitus, cum expresso Decreto, quòd si in illa perueniret, deberet ne dum pro illo delicto: sed pro omnibus alijs in Regno commissis puniri. Et cum Ciuitas illa sit immediatè Sedi Apostolicæ subiecta, subintrat indubitanter cōclusio illa, quòd bannitus ab vna Ciuitate status censetur ab omnibus alijs bannitus, etiam quoad effectum eum impunè occidendi, vt supra dictum fuit. Vnde ista etiam ratione in Vrbe occidi poterat.

257 Sed dato etiam, & non concesso, quòd Vincentius ex iuris dispositione impunè à D. Annibale occidi non potuisset, tamen cum attentis rationibus prædictis, D. Annibal. probabiliter credere potuerit eum in Vrbe occidere posse, excusari debet à pœna ordinaria homicidij, quia cum ad puniendum eum pœna ordinaria, scilicet capitali, dolus de necessitate requiratur, l. in lege Cornelia. ff. de Sicar. l. prima. §. non autem. Et ibi Docto. ff. si quis testam. lib. esse ius fuit. quælibet causa, & iniusta excusat à dolo. Gloss. in l. prima in fine. ff. si quis ius. dicen. non obtemper. & in l. prima, in fine, de abigeis, & consequenter excusat à capitali pœna; quę exigit dolum. Ias. in l. iustè possidet, in prima lectura. ff. de acquiren. possess. in fine, versic. limita istam regulam, quando lex, vel Statutum. Immò omnis credulitas etiam fatua, & temeraria excusat à pœna doli. Ange. in l. prima, in fin. princip. ff. de eo per quem factum erit. Ias. consil. 46. pro fisco, volum. 5. colum. 4. Grammat. voto 10. cœlestis, num. 21. Et propterea dicimus, quòd in pœnis capitalibus, quis excusatur à pœna, siue iustis, siue iniustis rationibus motus fuerit. Curt. antiq. consil. 20. circa princ. in fin. Alex. consil. 125. visa inquisit. volum. 4. num. 8.

258 Et dato etiam quòd D. Annibal. fuisset in iuris ignorantiā, illa tamen excusat à dolo, & sic à pęna capitali, vel corporali. Rimin. cons. 47. visis his. Io. de Platea in l. 1. in fi. C. vt dign. ordo seruetur, lib. 12. Et ad quod facit, quia saltem negari non potest, quin attentis præmissis casus sit valde dubius in iure, An scilicet Vincentius impunè in Vrbe occidi potuerit, vel non, quæ dubietas in iure æquiparatur dubietati facti, lege manifestissima. §. sin autem nescius. C. de suis. Bart. in l. penul. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. colu. penul. & ignorantia in facto, excusat à pœna, quia non dicitur in dolo, qui ignorat, Doctores in cap. cognoscentes, extr. de constit. Guid. Pap. cons. 199. Dominus noster, &c. Et si excusatur à pœna is, qui credebat occidere Titium bannitum, & occidit Sempronium non bannitum, quia credit rem licitam facere, vt per Nell. in tracta. de bannit. in sexta parte, sexti tempor. q. 26. multo magis excusandus est iste, qui occidit eum, qui apparebat in figura vnius banni descriptus.

259 Et in proposito quis pręsumitur motus ad actum faciendum ob causam; quæ eum excusat à pœna. Bar. in l. fi. §. de illo, vers. quæro quando. ff. de bon. eorum, qui mor. Corn. cons. 261. de duobus, vol. 4. nu. 15. Abb. cons. 68. videre primo, vol. 1. col. 2. vers. 30. probo sic, Aym. cons. 18. Andr. Iuuenis in fine. Ruin. cons. 4. proponitur lib. 5. ante num. 19. Nec dicatur, quòd non potest dici motus ad hoc ratione banni, cum ignoraret illū esse bānitum, quia dicitur quòd ignorantia non potest allegari ad incommodum ignorantis, benè ad commodum eius, & ideo licèt occidat bannitum, quem ignorabat esse bannitum, non tamen punitur. Bar. in l. Nero. colu. 1. ff. de ijs, qui not. infam. & in l. inter eos. §. redde col. 2. ff. de furt. Præterea ipse D. Annibal sciebat illum esse bannitum, vt in suis dicit constitutis. Cum igitur D. Annibal probabilem habuit causam credendi facere potuisse ea, quæ fecit, omnino excusandus est à pœna capitali dolum requirente.

Franciscus Coltellus.

260 LIMITA IIII. propositā regulam qđ procedat de bannitis in pœnam mortis naturalis; secus in bannitis in aliam pœnam mitiorem, Statutum enim simpliciter permittens impunè occidi posse bannitos, intelligi debet de bannitis in pœnam vltimi supplicij, & non in aliam minorem pœnam, secundum Ioan. Andr. in addit. ad specul. in tit. de constitut. in vltima addit. in fine, versic. extat alia quæstio. Vbi dixit hanc opinionem procedere de æquitate, licèt contrariam indistinctè seruetur de consuetudine. Rayner. de Forliu. in Repet. l. omnes populi, num. 58. versic. certè in quæstione prædicta. ff. de iust. & iur. Imol. in cap. quæ in Ecclesiarum, colum. 4. num. 9. versic. Et intellige, extr. de constitut. & ibi etiam Felyn. num. 4. Dec. nu. 57. & seqq. Vbi reprobato Nello contrarium dicente, hanc testatur esse communem opinionem, & ab ea, quàm à contrarijs defendit, minimè recedendum affirmat Alber. in quarta parte Statut. quæst. 18. num. 3. in fine, versic. in contrarium videtur, iuncto num. 11. vbi ex Gandin. quem allegat in titulo de mult. quæst. num. 38. in fine, dixit pariter hanc limitationem procedere de æquitate, Cœpol. cons. 5. num. 12. vbi alios refert concordantes, dicitque ita communiter seruari, ex Nell. quem allegat de bannit. in secunda parte, secundi tempor. quæst. 7. (qui tamen Nellus, vt infra mox eum referam) communem obseruantiam pro contraria opinione stare testari videtur. Nouell. in pract. crimina. folio mihi 268. num. 39. in fine, versic. & ob id aduerte. Foller. in pragm. de exulib. num. 6. Carauit. super eadem pragmat. num. 60. Anto. Gomez. in l. Tauri 76. num. 17. versic. idem adde, & nota in fine, Monticell. reg. crim. 3. nu. 4. in fine. & nu. 9. Vbi quòd ita communiter seruatur ex Nell. in loco præcitato, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. nu. 41. Claud. in addit. ad Bertazz. consil. 213. littera. A. versic. quinto limita in fine, vbi testatur de communi obseruantia.

261 Contrarium, quòd immò bannitus possit impunè occidi, quamuis sit bannitus pro delicto, pro quo non ingeritur pœna mortis, ex quo contumacia satis est ad imponendum isto casu mortis pœnam, dixit generaliter de consuetudine seruari Ioan. Andr. in addit. ad specul. in loco præcitato, licèt primam opinionem, secundum æquitatem procedere (vt supra eum retuli) affirmauerit. Crot. in reper. l. omnes populi, num. 63. ff. de inst. & iur. Alber. in quarta parte Statutorum, quæst. 18. nu. 11. versic. tamen, sicut dixi. Vbi ex Gandin. in loco præcitato testatur, & affirmat, quòd ita seruatur de consuetudine, & de rigore, (quamuis vt supra eum retuli primam opinionem, secundum æquitatem procedere affirmauerit.) Nell. de bannit. in prima parte secundi temp. q. 1. vers. Et licèt aliàs dixerim: & latius in 2. parte 11. temp. quæst. 7. Vbi quòd ita communiter tenetur, & seruatur.

262 Hæc disputatio apud nos cessat, cum constitutiones, & bannimenta permittentia bānitos posse impunè occidi expressè loquantur de bannitis capitaliter, & in pœnam vitæ, aliàs secus, prout etiam expressè disponitur in Statuto Vrbis, lib. 2. c. 16. quòd si Statutum simpliciter loqueretur de bannitis, crederem in iudicando non esse recedendum à prima opinione, & sic à proposita limitatione, esset enim nimis durum, & etiam iniquum, vt exequutor sententiæ, & banni posset maiorem pœnam dare bannito, quàm ipsum bannum, & ipsa sententia continet, prout considerat Alberic. vbi supra, dicta quæst. 18. sub nu. 4. quæ ratio iudicio meo est inconuincibilis.

263 Et in proposito maximè propterea aduertendum crederem ad verba ipsius constitutionis, prout in specie aduertit Carauit. super prim. pragm. de exulib. num. 136. & seqq. faciens notabilem differentiam, si Statutum dicat, quòd possit occidi bannitus in pœnam mortis, vel si dicat, quòd possit occidi bannitus pro delicto, quod pœnā mortis mereatur. Primò. n. casu existimat Carauit. occidentem non gaudere nec impunitate, nec præmio, nisi occisus fuerit in effectu bannitus in pœuam mortis: Secundo verò casu sufficit, ꝙ delictum pro quo occisus erat bannitus, esset capitale. Qnāuis Iudex in bāno mitiorē pœnā puta, triremium imponere voluerit ex aliqua causa sibi benè visa.

264 LIMITA V. (& hæc limitatio sicut, & aliæ duæ sequentes limitationes veniunt ampliatiuè ad præcedentem) quia Statutum simpliciter dicens, quòd banniti pro maleficio possint impunè offendi, non comprehendit bannitos, seu condemnatos pro pœna pecuniaria, & pro eo, quod pecuniariam pœnam non soluerint, secundum Alberic. in quarta parte Statutorum, q. 22. num. 1. & seqq. Vbi disputata ad partes quæstione, concludit in num. 8. ita communiter obtineri vidisse. Et ante eum pariter sic disputata quæstione, idem tenet Gandin. in titu. de bannit. num. 10. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 90. num. 37. & seqq. Vbi huius conclusionis plures affert rationes, & respondet contrarijs, Claud. in addit. ad Bertazz. consilio 213. litteta A. versiculo quinto limita, lib. primo. Vbi benè loquitur.

265 SVBLIMITATVR hæc V. limitatio, vt non habeat locum in tribus casibus; Primus est, quando bannitus esset descriptus in libro bannitorum, quia tunc si occidatur, occidens excusatur etiam, quòd non nisi pro pecuniaria pœna fuerit bannitus, secundum Alberic. in quarta

266 parte Statutorum, quæst 22. sub num. 9. & 10. Cuius contrarium expressè voluit Gandin. in titu. de bannit. nu. 10. versic. nec obstat, quòd inueniatur scriptus in libro bannitorum.

267 Secundus est casus, quando Iudex in banno expressè dedisset potestatem offendendi bannitum in pœnam pecuniariam, secundum Gandin. in d. tit. de bannit. pro malefic. num. 11. & Alberic. dicta quæstio. 22. sub eodem numero 9. & 10.

268 Tertius est, quando quis fuisset bannitus in pœnam pecuniariam pro delicto graui, vt puta, pro homicidio, quia tunc potest impunè occidi, secundum Imol. in cap. fin. de consuetud. prout illum refert Capra conclus. 11. numero 16.

269 LIMITA VI. In Statutis concedentibus impunitatem occidentibus bannitos sine legitima causa, vt puta, si expressè vellent, posse offendi bannitos pro pecuniario debito, talia enim Statuta minimè valere dixerunt gloss. in cap. summa, circa med. 4 quæst. 1. quam refert, & sequitur Ias. in l. omnes populi, num. 46. versic. secundo intellige. ff. de iust. & iur. Anton. de Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 27. versic. aduerte hoc verum, extr. de constitut. Et ibi etiam Imol. colum. 4. num 9. versic. & intellige, quando interuenit causa iusta. Felyn. num. 4. Dec. num. 57. Bero. num. 111. vbi latè hanc probat conclusionē, & à contrarijs defendit Marsil. in pract. §. aggredior, num. 2. Capra conclus. 11. num. 15. & 16. Carer. in pract. in tract. homicid. §. septimò igitur excusatur, num. 33. Brunor. à Sole in quæst. legal lib. quæst. 26. num. 10. Ex quibus apparet hanc limitationem esse communiter à Doctoribus receptam.

270 Præterquàm in debitore fallito, & decocto, quem posse capitaliter banniri, & impunè offendi, si ita velit Statutum; voluit Dec qui exemplificat in Statuto Florentiæ, in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 59. in fine, extr. de constitut. Et ibi Siluestr. Aldobrand. declarat Statutum prædictum Florentiæ, non de quolibet priuato debitore, sed tantum de mercatoribus publicis, de quorum fide publicè confiditur, & postea omnes aufugiēdo fidem frangunt, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. nu. 13. & seqq. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 11.

271 Quamuis contrarium, quòd immò nō valeat Statutum permittens occidi debitorem decoctum, & fugientem, defendat Bero. in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 111. & seq. extr. de constitut.

272 LIMITA VII. vt nec etiam valeant Statuta expressè volentia bannitum, seu condemnatum in pœnam pecuniariam posse impunè offendi, secundum Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 113. extr. de constitut. vbi loquitur etiam, quando Statutum vellet bannitum in pœnam pecuniariam, & non soluentem pœnam infra certum tempus, posse impunè occidi: isto enim etiam casu affirmat huiusmodi Statutum minimè valere, nisi talis pœna pecuniaria fuisset imposita pro capitali delicto, & cui mortis

pœna conueniret, Marsil.in cons. 10.nu.5.iuncto nu.7.& seqq. Vbi relatis,& reprobatis contrarium tenentibus,plu ribus probat non valere Statutum permittens in personâ offendi bannitum in pœnam pecuniariam, & num. 47. & pluribus seqq. Vbi concludit, quod stante iniquitate prædicti Statuti illud non conualidatur ex generali Statutorum confirmatione facta à Papa. Capta conclus. 11.nu.15. & seq. Monticell.reg.crim.3.nu.9. vbi quòd ita communiter seruatur.

273 Contrarium, quòd immò valeant Statuta volentia posse offendi bannitum in pœnam pecuniariâ tenuerint multi Doctores relati per Marsil. quos tamen ipse non sequitur in consil. 10.num. 25. & per Viui. opin. 770. num. 14. Vbi videtur testari de communi opinione,& vide Clar.in pract.in §.homicidium,num.43. versic.plerumque etiam ante finem. vbi dixit,quòd licèt communis opinio sit,non valere Statuta volentia posse impunè offendi bannitum pro leui delicto,vel pro delicto pecuniario, subdit tamen Caueant banniti, ne confidant de ista communi opinione, quia stante Statuto occidentes proculdubio euaderêt, & excusarentur, cum esset inhumanum eos sub publica legis fide decipere. Et faciunt pro hac contraria opinione Doctores allegati per eundem Clar.in d. §. homicidium, nu.59. versic.sed quæritur, & ibi Baiard.in addit.num.282. dum disputant, quòd stante Statuto, quòd bannitus in centum possit impunè offendi. An sub hoc Statuto comprehendatur ille, qui pro vna causa est condemnatus in 50.& pro alia in alijs 50. & sic semper præsupponunt huiusmodi Statutum valere.

274 Et hac contrarietate vide Constit.Marchiæ, lib.4.cap. 28.vers.& vt qualibet, vbi permittit posse offendi in persona,& rebus bannitos, & condemnatos in pœnam pecuniariam,sed citra mortem, & membri amputationem.

275 LIMITA VIII. in filio bannitum patrem occidente, & è contra.hos enim ab homicidij pena non excusari propter Statutum permittens bannitos impunè occidi, voluerunt Ang.in l.si adulterium, cum incestu.§.liberto,per illum tex.ff.de adulter.& in Auth. de incest. nupt.in princ. cuius opinionem veriorem esse, & seruandam, tàm ante factum,quàm post factum, benè defendit Dec.in cap.quæ in Ecclesiarum, nu.60.& seqq.extr.de constit.& ibi Hier. Gig. in addit. littera I. vbi dixit Ang. opinionem esse veriorem, & æquiorem. Alber.in 4.parte Statut.quæst.6. & 27.Nell.de bannit. in secunda par.2. temp. num. 10. Natta in addit.Ad Alex.in consil. 14.in prima addit.in verbo *Statutum*, lib.1.vbi ex Dec.in loco præcitato facit conclusionem, quòd Statutum volens bannitum posse impunè offendi,non habet locum in parricidio. Cœpol.consil.5.nu. 13. 14. 24 & seqq. Vbi refert contraria,& illis respondet. Carer.in pract.in tracta. de homicid. §. 6. ad instar hostis, num.4.in fine,& §.7.igitur excusatur, num. 38. Foller.in tracta. de censib. in verbo *Nicolaus Episcopus*, nume. 148. & seqq. Vbi latissimè ad partes quæstione disputata, in hac residere videtur opinione, & ibi præsertim, num. 150.ad finem,dicit se contremiscere discutiendo, patrem posse à filio occidi, à quo esse suum tot ærumnis, & laboribus habuit, & alia plura notabilia ad propositum affert idem Foller.in pragm. Regni, de exulibus, num.13. Carauit. ibidem num. 158. vbi cum Clar. in §. homicidium, versic. sed hic quæro, relatis hinc inde contrarijs Doctorum opinionibus, videtur concludere,filio occidenti patrem propter eius crudelitatem, & impietatem esse caput amputandum. Pract. Corrad. rubr.de homicid.num.8. in 22.ampliatione, versic. idem est in filio occidente patrem, folio 318. Duen. reg. 68. in octaua ampliatione, vbi hanc opinionem dixit humaniorem, & tutiorem, Petr.à Plach.in epit.delict. lib. 1. cap.22. num.14. in fine, versic.quòd intelligendum esse existimo,& cap.36.num.3. Vbi relatis hinc inde Doctoribus contrarium sentientibus,hanc ramen opinionem, non solùm humaniorem,sed veritati magis facere existimant, Fran. Marc. decis. 426. num.1.par.1. Monticell.reg.crim.3. num.13.Roland.consil.46. num. 63. & seqq. lib. 1. Hier. Giacch. in addit. ad Clar. d. §. homicidium, num. 49. versic. sed hic quæro, littera T.Menoch.de arbitr. quæst. lib.1.quæst.90.num.43. & seqq. Vbi benè hanc limitationem côprobat, & respondet contrarijs, contrariamque opinionem impietatis plenam esse existimat, quod & idem dixit in addit. ad casum 356.num.29. Decian.in tract. crim.lib.9.cap. 30.sub num. 17. & num. 20. vbi etiam an assassinus possit occidi in foro conscientiæ. Brunor. à Sole in quæst. legalib. quæst.26. num.14. & seqq. Vbi relatis hinc inde contrarijs,hanc defendit opinionem,tanquàm veriorem, Baiard.in addit.ad Clar.§.homicidium,num.28. Vincen.de Franch.decis.276. nu.7.& seqq.par.2. vbi respondet contrarijs.

276 Contrà, quòd etiam pater possit filium bannitum impunè occidere, & è contra,& quòd Angeli prima opinio sit laudabilis ante factum, contraria autem post factum, voluit Bart. in d. §.liberto, dicens, quòd ita aliàs fuit consultum per quoddam Collegium, dum casus de facto Tuderti contigisset, & idem dixit in l. minimè, per illum text. ff. de relig. & sumpt. fun. Salyc. in l. 1. C. de his qui pare. vel liber. occid. Anchar. & Anan.in rubr. de his qui patr.occid. quos in proposito refert etiam, & sequitur Ias. in l.omnes populi, num. 47. ff.de iust. & iur. Felyn.in cap. quæ in Ecclesiarum, num.5.extr.de constit. & ibi Siluest. Aldobrand.in addit.ad Dec.num. 60.littera N. vbi testatur hanc Bart.opinionem esse communem,& pro ea dixit consuluisse eius genitorem, in consil. 105. Bero. in d. cap. quæ in Ecclesiarum, num.214. Vbi quòd opinio Bart.magis communiter recepta est, quando præsertim Statutum habet bannitum pro rebelle, & hoste patriæ; prout communiter loquuntur Statuta permittentia bannitos posse impunè offendi, & ibi respondet argumentis Decij contrarium tenentis,& num.115. Vbi idem quòd dictum est de patre occidente filium,& è contra ampliat in omnibus ascendentibus,& descendentibus. Carer.in pract.crimin.in tract.de homicid.§. septimò igitur, num.17. Viui opin. 770. num.8. vbi testatur de communi opinione; ex Bero.in d.cap.quæ in Ecclesiarum. Bertazz.cons.58.num. 7.& seqq. Vbi alios refert, & de communi testatur,sed pro hac contraria opinione, quæ apud nos, si casus contingeret,in practica seruaretur, facit Constitutio Sixti V.volêt filium pœna capitis puniri,si patrem bannitum receptauerit,& è contra.

277 Et hæc vltima, & contraria opinio, secundum omnes procedit,quando pater esset hostis,seu proditor patriæ, & contra patriam veniret,iuxta terminos, l.minimè.ff.de relig.& sumpt.funer. Tunc enim posse ipsum impunè occidi,scripserunt Dec.in cap.quæ in Ecclesiarum, num.61. de constitut. vbi alios refert Antiquiores, & ibi Hier. Gig.in addit.littera I.Albet.in 4.parte Statut.quæst.6.in fine, Cœpol.cons.5.num.26.in fine, versic. Nec obstat.Pract.Corrad.rubr.de homicid.num.8.in 22.ampliat.in fine,fol.318. & num.19.in 45.limitat. fol.322. Petr. à Plach.in epith.de-

278 lict.lib.1.cap.22.num.13.14.& 15. Vbi etiam idem in filio, seu patre reo criminis læsæ maiestatis humanæ,vel diuinæ, Bertazz.consil.58.num.7.& seqq. Vbi alios refert, & benè comprobat lib. 1. nec dissentit Menoch. post hæc scripta habitus, in addit.ad casum 356. num. 44. & seq. de arbitr. quæst.lib.2.

279 Quamuis nec etiam parentes patriæ hostes, seu rebelles,licere occidere, nisi quando actu contra patriam veniret,nec alia via patriæ succurri posset, quàm cum occisione parentum,secus autem si actu non venirent contra patriam,sed puta, essent banniti, tanquàm rebelles, & proditores patriæ, cum tunc minimè licitum sit filijs parentes occidere,latissimè ad partes disputata quæstione, concludat Foller.in tract.de censib.in verbo *Nicolaus Episcopus*, num. 148. & seqq. folio mihi 77. Et pro hac declaratione addo Clar.in pract.§.homicidium, num.49. versic. sed hic quæro. Vbi dixit filio esse licitum occidere patrem bannitum,quando esset verè hostis patriæ, idest actualiter arma contra patriam inferret, prout loquitur Claud. qui ita communiter concludi attestatur in l.1.§.ius gentium, numero 13. ff. de iust. & iur. aliter secus, & faciunt scripta per Marc. Tull. in tertio de offic. quem refert Menoch. de arbitr. libro primo, quæstio.90.numero 47. vbi dixit,

Quid

Quid si tirannide occupare si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? Immo verò obsecrabit patrem, ne id faciat, si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiã ad extremum, si ad perniciem patriæ spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Ecce ergo, quòd non licet occidere patrem, nisi quando aliter patriæ saluti succurri non potest, & faciunt scripta per Brunor. à Sole in quæst. legalib. quæst. 26. num. 17. Vbi tenet, & probat, quòd nec etiam liceat filio occidere patrem rebellem, seu hostem patriæ, nisi se defendendo, Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 228. Vbi refert, & sequitur Foller. in loco præcitato, quem etiam refert Vinc. de Franch. decis. 276. num. 10.

280 LIMITA IX. quia nec etiam licet fratri fratrem impunè occidere, vigore Statuti prædicti, secundum Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 63. extr. de constitut. & videtur de mente Nelli in tract. de bannit. in tertia parte tertij temp. quæst. 53. Cœpoll. cons. 5. num. 23. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. sextò, ad instar hostis, &c. num. 4. versic. limita etiam, nisi à fratre, & §. septimò igitur excusatur, num. 38. Duen. reg. 68. in octaua ampliat. Vbi relatis contrarijs, hanc opinionem dixit humaniorem, & tutiorem. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 22. num. 14. versic. quòd intelligendum esse existimo, & cap. 36. num. 3. vbi testari videtur de veriori opinione, Monticell. reg. crim. 3. num. 11. Rolan. cons. 46. num. 64. lib. 1. Claud. in addit. ad Bertaza. consil. 223. num. 8. littera A in princ. Brunor. à Sole in quæst. legalib. q. 26. num. 18. & seqq. Vbi testatur de veriori opinione, Menoch. post hæc scripta habitus, in addit. ad casum 356. nu. 101. & seqq. de arbitr. quæst. lib. 2. nisi forsan, idem frater esset suæ patriæ proditor, iuxta trad. supra num. 277. vt ibi per eum.

281 Contrarium, quòd impunè etiam liceat occidere fratrẽ bannitum, dixit consuluisse genitorem suum in cons. 105. Siluest. Aldobr. in addit. ad Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 63. extr. de constit. Et hanc contrariam opinionem, tãquàm veriorem, & magis cõiter receptam, prout testatur, à contrarijs defendit Bero. in d. c. quę in Ecclesiarum, nu. 116. Carer. in pract. in tract. de homicid §. septimò, igitur excusatur, num. 17. Viui. opin. 770. num. 8. Vbi alijs relatis, testatur de communi opinione, & si casus contingeret, nulli dubium, quòd hæc contraria opinio apud nos seruaretur in practica.

282 LIMITA X. in vxore occidente maritum, secundum Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 63. extr. de constit. reprobato Alex. contrarium sentiente, & est de mente Nattæ in prima addit. ad Alex. in cons. 14: in verbo *Statutum*, lib. 1. Cœpol. cons. 5. post num. 12. & seqq. pluribus. vbi latissimè hanc limitationem comprobat, & respondet contrarijs ibi per eum relatis, & num. 29. versic. sed est videndum, & seqq. Vbi ampliat isto casu puniendos etiam eos, qui de mandato Vxoris maritum occidunt, licèt per se ipsos occidere potuissent, de qua ampliatione etiam aliquid dixi sup. num. 116. Pract. Corrad. rubr. de homicid. num. 8. in 22. ampliat. fol. 318. Viui. opin. 770. nu. 10. Monticell. reg. crimin. 3. num. 10. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 21. & seqq. Vinc. de Franch. decis. 276. lib. 2. Vbi refert contraria, illis respondet, & latè hanc limitationem secundum quàm in Regio consilio fuisse iudicatum testatur, defendit Menoch. vbi supra in addit. ad casum 356. num. 114.

283 Contra, quòd vxori liceat impunè maritum bannitum occidere, faciunt Doctores allegati supra in 8. limitat. volentes posse occidi maritus bannitus, cum maius delictum sit occidere parentes, quam maritum, prout reprobato Cępol. contrarium consulente, voluit in spccie Bertazz. consil. 58. num. 10. Vbi num. 7. & seqq. plures alios refert concordantes pro hac contraria opinione, Quæ eo magis posset habere locum, quando vxor occideret maritum bannitum pro parricidio, tunc enim cum parricidium commiserit, expectet, quòd fecit, prout consuluit Alex. in consil. 118. ponderatis lib. 1. & ibi Natta in addit. Nec dissentire videtur Vinc. de Franch. decis. 276. sub num. 9. par. 2. Et

284 quicquid dicant Doctores pro limitatione allegati, adeo exosum est hoc bannitorum genus, vt pariter & incontingenti casu Iudices in iudicando ab hac contraria opinione non discederent.

285 LIMITA XI. in vassallo, & subdito occidente Dominum suum, secundum Dyn. & communiter Docto. sicut testatur Alberic. in 4. par. Statutor. q. 27. Cœpoll. cons. 5. nu. 24. Monticel. reg. crim. 3. nu. 12. Clar. in pract. §. homicidium, num. 49. vers. sed hic quæro, in fin. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 39. vbi, quòd ita tenent communiter Doctores.

286 Contra, quòd possit vasallus impunè Dominum suum occidere verius videri affirmat idem Alberic. d. q. 28. vers. sed in vasallo (licèt, vt supra eum retuli primam opinionem communiter teneri affirmauerit.) Nec ab hac contraria opinione dissentire videtur Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. q. 10. Vbi ad partes disputata quæstione remittit se ad ea, quæ prius dixerat in prima par. 2. tempor. q. 22. Vbi disputat, An vasallus per bannum sui Domini liberetur à seruitio feudi, & videtur concludere, quòd sic, quando bannum est personale, & Princeps non est solitus bannitos in simili casu remittere; Et hæc cõtraria opinio, quæ sine dubio in practica seruatur, sustineri potest, quia quando Dominus alicuius Castri capitaliter bannitur, & condemnatur pro aliquo delicto ratione contumaciæ, condemnatur etiam in pœnam confiscationis bonorum, & priuationis ipsius Castri, & sic propter dictam condemnationem homines illius Castri non sunt amplius sui vasalli, & subditi.

287 LIMITA XII. in seruo occidente Dominum, vel liberto occidente suum patronum bannitum. Id enim impunè facere ipsis non licebit, secundum Alber. in 4. par. Statutorum q. 6. & quæst. 27.

288 Contra, quòd seruo, & liberto licitum sit impunè occidere suum Dominum, & Patronũ, videtur resoluisse Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. temp. q. 10. in fine.

289 LIMITA XIII. in bannito tolerato in ciuitate, quem minimè posse impunè offendi, quamuis non sit de banno liberatus, & cancellatus, voluerunt Bal. & Salyc. in l. Nullus. C. de Iudæ. Ioan. de Anan. in cap. sicut, colum. 3. eod. tit. dicens hoc esse singulare, & se ita vidisse Bononię seruari, quos, & alios refert, & sequitur Ias. in l. omnes populi, num. 48. ff. de inst. & iur. & in l. si creditores, vers. tertio singulariter. C. de fideicomm. Vbi dicit, quòd hæc opinio non habet contradicentem. Felyn. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 7. extr. de constit. & ibi etiam Bero. nu. 118. vbi alij referuntur concordantes, Marsil. cons. 9. nu. 25. & seqq. & cons. 10. nu. 25. in fine, & seqq. Et latius in pract. §. aggredior, num. 28. & seqq. vbi licèt multa adducat contra hanc limitationem, concludit tñ ab ea non esse recedẽdum, qñ bannitus est verè toleratus publicè scilicet, & palam, & à Superiore, & num. 33. vers. Ex quibus omnibus. Vbi testatur se ita pluries in facto practicasse, & obtinuisse, Marsil. sing. 77. incip. Patientia, seu tolerantia, vers. & ex hoc tene menti, & in tract. de bannit. in verbo *capti*, nu. 15. Ioan. de Arnon. sing. 10. incip. Præcedentibus. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimò igitur excusatur, numero 22. vbi alij referuntur concordantes, Foller. in pragm. de exul. numero 10. Carauit. in ead. pragm. numero 10. Pract. Corrad. rubr. de homicid. numero 7. in 10. ampliat. fol. 317. Boss. in tit. bannit. quid amitt. num. 2. & 3. versic. & hac communi Doctorum opinione infertur, Monticel. reg. crim. 3. nu. 36. Cæphal. cons. 35. num. 20. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 56. Nicol. Moron. de fide, treg. & pac. q. 105. nu. 12. 14. & 16. Hercul. de caut. cap. 23. num. 11. versic. debet tamen esse bannitus non supportatus. Claud. in addit. ad Bertazz. consil. 223. littera A, versic. tertio fallit. Vbi testatur de veriori, communiori, & crebriori Doctorum sententia, reprobatis Ruyn. & Dec. contrarium tenentibus in locis per eum relatis. Vulpell. consil. 59. num. 8. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 162. num. 7. & 31. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 32.

290 Contra tenuit Rayn. consil. 89. num. 8. lib. 4. Dec. in consil. 327. colum. 2. versic. 4. & vltimo, iuncta colum. fina. vers. non obstat lib. 3. Vbi refert Ioan. de Anan. in ca. sicut, de Iudæ.

de Iudæ. dicentem nunquam potuisse obtinere, vt puniretur occidens bannitum toleratum, & propterea inquit Dec. prima opinio potest procedere ante factum, hæc autem post factum. Item contra faciunt considerata per Marsil. in pract. §. aggredior, num. 28. versic. sed aduertas, & nu. 29. Cattell. Cotta in memoral. in vers. bannitus, qui in ciuitate toleratur. Vbi licèt pro hac opinione alleget Bald. & Corn. in quibusdam consilijs, in quibus nihil dicunt de occidente bannitum toleratum; sed loquuntur in diuersis terminis prout ex eorum lectura apparet; benè tamen aduertit Ioan. de Anan. male referri pro prima opinione per Ias. in loco præcitato, cum non testetur in ciuitate Bononiæ fuisse seruatum, vt bannitus toleratus non possit impunè occidi, sed immò contrarium, quòd scilicet impunè occidi possit apertè testatur, prout etiam in libro meo sic testatur in d. c. sicut, colum. 3. num. 12. Et pariter secundum hanc contrariam opinionem idem Cotta testatur tempore suo Papiæ fuisse seruatum in casu magis dubitabili, in persona cuiusdam, qui scholarem ab omnibus toleratum, & in Rotulo Regio descriptum interfecerat. Thob. Non. cons. 112. nu. 16. Vbi, quòd hæc cõtraria opinio potest procedere post factum ex Dec. in loco præcitato.

291 SVBLIMITA limitationem, quæ sine dubio magis communiter recepta est, procedere in eo, qui verè est toleratus, scilicet publicè, & palam, & à superiore, secus si occultè vel non à superiore, tunc. n. non prohibetur quis toleratũ bannitũ occidere, scdm Marsil. in pract. §. aggredior, n. 29. in fi. & 32. pariter in fi. & seq. Foller. in pragm. de exul. num. 10. Vbi, quòd tolerantia debet esse in ciuitate, & alijs locis habitatis, secus in siluis, & nemoribus, Boss. d. tit. banniti quid amitt. num. 2. Vbi, quòd bannitus dicitur toleratus, quando probatur eum conuersari palam, & notoriè per plateas, & vicos ciuitatis, & quòd habebatur pro liberato, Cephal. cons. 35. num. 10. lib. 1. Vbi, quòd bannitus dicitur toleratus, quando moram trahit, & continuè habitat in loco, Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 57. Vbi, quòd tolerantia debet esse talis, vt appareat Principem approbasse illius banniti habitationem in ciuitate, & propterea simplex toleratio, & de facto non sufficeret ex Abb. Felyn. & Gomez. in locis per eum relatis, quibus adde Ruyn. cons. 85. lib. 4. Vbi distinguit plures casus, in quibus bannitus dicitur toleratus, & nõ toleratus in ciuitate, Bertaz. cons. 340. num. 2. lib. 2. Vbi facta conclusione, quòd tolerantia debeat esse de Principis scientia, non autem ob nimiam banniti audaciam, pulchrè ibi declarat, & exemplificat, quando præsumatur bannitum esse toleratum potius ex sua audacia, quam ex scientia Principis, & è contra. Thob. Non. cons. 112. num. 15. in fin. vbi, quòd in statu Ecclesiastico multo magis probanda est scientia Principis, cum vigore Bullarum Gubernatoris terrarum nõ possint bannitos tolerare, Vulpell. cons. 59. nu. 11. & seq. vbi quòd tolerantia debet esse vel à Principe, vel à ciuitate non recognoscente Superiorem, Surd. consil. 377. num. 28. lib. 3. vbi, quòd bannitus non dicitur toleratus, nisi is toleret, qui potest de banno eximere, & dispensare ex Ruyn. Bero. & Paris. in locis per eum relatis, quod & idem est de mente Mascardi de probat. lib. 1. conclus. 162. nume. 7. & Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 32. versic. intellige fallentiam, & Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 243.

292 Tolerantiam enim non præsumi, sed ex parte occidentis probandam esse in specie voluit Thob. Non. cons. 112. num. 15.

293 LIMITA XIIII. in occidente bannitum habentem saluum conductum, qui propterea puniendus est, ac si non bannitum occidisset, secundum Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 118. in fine, versic. ex prædictis infero, extr. de constit. Gozzadin. consil. 61. num. 1. & seqq. vbi pluribus probat hanc conclusionem, Boss. in titu. banniti quid amitt. post num. 3. versic. & benè facit, Monticell. reg. crim. 3. num. 29. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 60. Nicol. Moron. de fide, treg. & pac. q. 105. num. 14. Et vide, quæ dixi supra de carcer. & carcerat. q. 29. nu. 12. & seqq. vbi posui an, & quando offendens eum, qui à Principe habet saluum conductum, tenetur pœna criminis læsæ maiestatis.

294 Et isto casu capiens, seu occidens bannitum habentem saluum conductum, nec etiam consequetur præmium Statuti, secundum Nell. in tract. de bannit. in 2. par. 2. tempori q. 17. per totam. Vbi discussa hinc inde quæstione hanc firmat conclusionem.

295 SVBLIMITA I. hanc xiiij. limitationem procedere, quando saluus conductus est datus à Principe, qui illum dare potest, & validus est, secus autem si sit datus ab inferiore, vt à Iudice, vel aliàs est innalidus, & nullus: tunc enim illum occidens minimè punitur, sic enim concludere videtur Nell. in tracta. bannit. in 2. par. 2. tempor. q. 15. ad med. vers. secundo principaliter, & d. q. 15. in fin. versic. communiter tamen. vbi testatur ita pluries seruari vidisse, & reddit rationem (ex qua poteris declarare hanc sublimitationem) quia scilicet in saluo conductu Principis cõceditur libera facultas, & securitas veniendi, & standi *omni, & quocumq; impedimento remoto*: In saluo conductu vero concesso ab inferiore, conceditur solum securitas veniendi, & standi *omni officialium publicorum impedimento remoto*; & Nell. refert, & sequitur Gozzadin. in cõs. 61. nu. 10. Blanch. in pract. crim. §. ignorantia an excuset à delicto, nu. 190. & seq. vbi loquitur, quando sumus in casu, in quo saluus conductus ab inferiore datus non valet. Bertazz. cons. 104. nu. 1. & seqq. vbi loquitur, quando saluus conductus subiacet vitio subreptionis ad ea, quæ in simili de gratia subreptitia dixi supra num. 104.

296 Verum ad præmissa tradita per Nell. aduertendum puto, quòd vtcumque sit, & quomodocumque formetur saluus conductus, Ego indistinctè crederem, puniendum esse occisorem banniti habentis saluum cõductum etiam datum à Iudice & inferiore, in casu tamen in quo potest (quod quando sit dixi supra in 1. par. tit. de carcer. & carcerat. q. 29. num 79. & seqq.) Si enim non potest bannitus à iustitiæ ministris, & officialibus offendi, multo minus potest offendi à priuatis, q' offendendi potestatẽ non habent, nisi quatenus ipsis iustitiæ ministros repræsentantibus ab ipsa iustitia concessa est, & iudicio meo esset valde iniquũ, & ridiculum dicere, quòd bannitus assicuratus non posset offendi, & molestari à publicis officialibus, & iustitiæ ministris, & quòd possit occidi à priuatis, & si casus contingeret, & Iudex essem, ita seruarem. Inhumanum enim est publicam fidem istis subtilitatibus violare, & voluit Nicol. Moron. de fide, treg. & pac. q. 105. num. 13. Vbi loquitur in saluo conductu dato bannito ad tempus, vt atrociora detegeret facinora.

297 SVBLIMITA II. eandem xiiij. limitationem procedere, quando occidens sciebat bannitum habere saluum conductum; secus si ignorabat, quia tunc nullatenus punitur, probatur hæc sublimitatio, & distinctio per Bero. in dicto cap. quæ in Ecclesiarum, num. 119. extr. de constit. Alber. in 4. par. Statutorum, quæst. 37. in fin. Nell. de bannit. in 2. par. secundi temporis, q. 15. in fine, vers. si vero fuit concessa primo modo, iuncto vers. si vero sciebat securitatem. Dec. consil. 327. num. 6. lib. 3. Gozzadin. consil. 61. post num. 8. & 14. vers. ad allegata in contrariũ, Carer. in pract. crimin. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 7. Blanch. in pract. crimin. in §. ignorantia an excuset à delicto, num. 187. in fin. Gig. de crim. læsæ maiestat. lib. 1. rubr. qualiter, & a quibus crimen læsæ maiest. committ. quæst. 35. num 8. Boss. d. tit. Banniti quid amitt. nu. 3. vers. & benè facit. Monticell. reg. crim. 3. num. 29. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 35. & lib. 2. casu 337. nu. 9. Bertazz. consil. 104. in princip. & nu. 5. lib. 1. Vbi alijs relatis testatur de communi opinione. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 48.

298 Recipit autem præcedens ij. sublimitatio tres ampliationes, & vnicam declarationem. Prima ampliatio est, vt in dubio præsumatur potius ignorantia, quam scientia salui cõductus, l. verius. ff. de probat. & voluit Alber. in 4. par. Statut. q. 37. in fine. Dec. d. cons. 327. nu. 6. lib. 3. Gozzadin. cons. 61. nu. 14. vers. ad allegata in contrarium. Claud. in addit. ad Mascard. de probat. lib. 1. concl. 162. nu. 18. & seq.

299 Se-

299 Secunda eſt ampliatio, vt data ignorantia ſalui conductus, occidens non teneatur, nec de dolo, nec de culpa; & ſic nullatenus puniri poſſit, ſecundum Gozzadin. in conſ. 61. num. 2. 8. in fine, & 14. verſ. Ad ſecundum reſpondetur, Blanch. in pract. crimin. d. §. ignorantia an excuſet à delicto, num. 186.

300 Tertia eſt ampliatio, vt nec occidens teneatur credere bannito dicenti ſe habere ſaluum conductum, Boſſ. in tit. banniti quid amitt. num. 3. verſic. & benè facit. Vbi tamen, quòd iſto caſu occidens punitur pœna extraordinaria propter culpam ad Bertazz. conſ. 104. num. 5. littera A. Vbi alijs relatis teſtatur de communi opinione. Et vide, quæ in ſimili de occidente bannitum non cancellatum dixi ſupra num. 81. & ſeqq. Et ſecundum ibi tradita declara hanc concluſionem.

301 Declaratur autem eadem ſublimitatio, vt ignorantia craſsè ſupina non iuuet occidentem, vt puta, quando notoriè conſtaret bannitum habere ſaluum conductum, & propterea publicè per ciuitatem incedendo toleraretur, ſecundum Beto. in d. c. quæ in Eccleſiarum, num. 119. extr. de conſtitu. Vbi etiam idem, quando bannitus feciſſet publicare ſuum ſaluum conductum; ſecus ſi aliter, vt ibi per eum, & per Alberic. in 4. par. Statut. quæſt. 37. in fin. Dec. d. conſ. 327. nu. 6. lib. 3. Gozzadin. conſ. 61. poſt num. 8. & 11. Blanch. in pract. crim. d. §. ignorantia an excuſet à delicto, nu. 185. Vbi, quando ſaluus conductus eſt notorius, vel publicè proclamatus, vel ſcriptus iuxta bánum. Ad quæ vide etiam idem tenentes Monticell. reg. crim. 3. num. 28. Claud. in addit ... ertazz. conſ. 104. nu. 6. littera B. Vbi ſatis præſumitur ſciencia, quando bannitus publicè toleratur in ciuitate, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 162. nu. 20. Vbi loquitur, quando ſaluus conductus eſt apertiſſimus omnibus.

302 LIMITA XV. in occidente bannitum iam captum, & in manibus familiæ exiſtentem; is enim non iuuatur Statuto concedente impunitatem occidenti bannitum, ſecundum Alber. qui ita teſtatur communiter ſeruari, & approbari poſt diſputatam quæſtionem ad partes in tract. Statut. quæſt. 36. par. 4. & ante eum Gandin. tit. de bannit. pro malefic. num. 16. Nell. in tract. de bannit. in ſecunda par. 2. tempor. quæſt. 38. Vbi pariter diſputata quæſtione, hanc tuetur opinionem, & reſpondet contrarijs, licèt benè dicat iſto caſu occidentem teneri pœna legis Corneliæ de ſicar. & non pœna læſæ maieſtatis. Marſil. in pract. §. & aggredior, nu. 24. & ſeqq. & 41. Idē Marſil. in tract. de bānit. in verbo *capti*, num. 12. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. quarto excuſatur, nu. 2. & §. ſeptimo igitur excuſatur, nu. 26. & 29. Foller. in pract. crimin. in verbo *fori iudicentur*, num. 13. Boſſ. in tit. banniti quid amitt. nu. 5. in fine, verſic. & ſi bannitus captus. Anton. Gomez. in l. Tauri 76. num. 17. verſ. item adde, quòd poſtquam, vbi de communi. Viui. opin. 770. num. 15. Monticell. reg. crim. 3. num. 4. & 27. Clar. in pract. §. homicidium, n. 56. verſ. quæro etiam pone. Vbi de communi, & ſeruata opinione. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 90. num. 53. Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, q. 104. num. 10. Decian. in tracta. crim. lib. 7. cap. 11. num. 10. verſ. quinimmò licèt, &c. Burſat. conſ. 216. num. 10. lib. 2. Vbi de communi omnium opinione. Brunor. à Sole in quæſt. legal. q. 26. nu. 40. & ſeq. Vbi alij referuntur idem tenentes.

303 Et multo magis procedit hæc limitatio in occidente bannitum exiſtentem iam carceratum, ſecundum Bar. in l. in laqueum. ff. de acquiren. rer. domin. & in l. eiuſdem. §. transfugas. ff. de ſicar. & in l. legis Iuliæ. ff. ad l. Iul. de vi priuat. Bal. in l. libertus. ff. de ſtat. homi. Gādin. in tit. de bānit. pro malef. num. 16. verſ. Item ad hanc quæſtionem. Marſil. in pract. §. aggredior, num. 24. & ſeqq. & in ſing. 150. incip. acceſſus ad meretricis, verſ. Nā licèt ex forma *Statuti*. Carer. vbi ſupra d. §. quarto excuſatur, eod. num. 2. & in §. ſexto ad inſtar hoſtis, numero 3. & §. ſeptimo igitur excuſatur, numero 26. Practica Corrad. rubr. de homicid. num. 7. in 7. ampliat. fol. 317. Duen. reg. 68. in 6. limitatione. Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 36. num. 20.

304 Et periter hæc eadem limitatio fortius procedit in occidente bannitum, qui à Iudice condemnatus ducitur ad ſupplicium, ſecundum Bald. in l. addictos, num. 3. C. de Epiſcop. aud. & in l. fideicommiſſa. §. ſi quis. ff. de legat. 3. & in l. fi. C. de malef. & mattheмat. Bart. in l. cuiuſque, num. 4. ff. ad l. Iul. maieſt. Marſil. in pract. in dicto §. aggredior, ſub num. 24. & ſeqq. Carer. in pract. in tracta. de homicid. §. ſeptimo igitur excuſatur, num. 25. & 29. Duen. reg. 68. in quinta limitatione. Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 36. num. 19. Monticell. reg. crimin. 3. num. 38. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 90. num. 54. Nicol. Moron. de fide, tregu. & pace, quæſt. 104. num. 10. verſic. item vbi ad ſupplicium duceretur, Baiard. in additio. ad Clar. §. homicidium, num. 264. Et concordat Vrbis Statutum lib. 2. cap. 16.

305 LIMITA XVI. quia appellatione pendente pro parte banniti, bannitus ipſe occidi non poteſt. Aret. in l. prima, in princip. ff. nil innoua. appell. penden. Vbi, quòd ita tenent omnes Doct. Socin. in l. tertia. §. ſi ſeruus, verſic. prima concluſio. ff. de acquir. poſſeſſ. Vbi teſtatur de communi opinione. Alberic. in 4. parte Statutor. quæſt. 23. Vbi reddit rationem, quia appellatio conſeruat ſtatum appellantis, l. 1. C. ſi pend. appell. & l. prima, in fine, ff. nil innoua. appell. penden. cum alijs ibi per eum allegatis. Gandin. in tit. de bannit. nu. 4. & 6. Carer. in pract. in tract. de homic. §. ſeptimo igitur excuſatur, nu. 31. Blanch. in pract. crim. §. ignorantia an excuſet à delicto, num. 101. & ſeqq. fol. mihi 99. Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. cap. 36. num. 25. Villalob. commun. opin. littera B. num. 4. Vbi dicit communem ex Iaſ. quem allegat in l. poſſidere. §. ſi ſeruum, quem, num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Viui. opin. 77. num. 7. Vbi aliis relatis teſtatur de communi, Monticell. reg. crimin. 3. num. 31. Clar. in pract. §. homicidium, verſ. ſucceſſiuè quæro. Vbi etiam de communi, Menoch. de arbitr. libro 1. quæſt. 90. num. 58. Nicol. Moron. de fide, tregu. & pace, quæſt. 105. num. 18. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. ampliatione quarta, num. 3. Vbi de communi. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 260. Vbi ampliat, etiam quòd ſententia per deſertionem tranſitum fecerit in iudicatum ex Bal. & Crot. in locis per eum relatis.

306 Verum apud nos hæc limitatio in practica non recipitur, cum vt ſuo loco dixi, bannitis, & capitaliter condemnatis in contumaciam appellatio denegetur, & in ſimili de fori iudicatis, qui in Regno non poſſunt appellare. Idem dixit Carer. in dicto §. ſeptimo igitur excuſatur, num. 31. verſ. ſed de appellatione, & faciunt tradita per Blanch. in pract. crim. §. ignorantia an excuſet à delicto, nu. 107. Vbi dixit appellationem non impedire, quin bannitus occidi poſſit, quando appellatio eſſet temeraria, & calumnioſa, quando ſumus in caſu, in quo bannitus non poteſt appellare. Clar. in pract. d. §. homicidium, eodem verſic. ſucceſſiuè quæro, in fin. Vbi, quòd apud eum propoſita limitatio nō recipitur, ex quo in cauſis criminalibus eſt ſublata omnis appellatio. Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, nu. 260. in fi. Vbi pariter loquitur, quando appellatio eſſet temeraria, & calumnioſa.

307 Sic appellandi termino pendente, quamuis appellatio interpoſita non ſit, bannitum impunè occidi non poſſe, ſcripſerunt Carer. qui alios refert in pract. §. ſeptimo igitur excuſatur, nu. 31. verſ. idem pendente tempore appellandi. Blanch. in pract. crim. in §. ignorantia an excuſet à delicto, nu. 108. & ſeqq. Vbi teſtatur de veriori, & magis communi opinione, reſpondetq; argumentis, & rationibus adductis per Gandin. & Alberic. contrariū tenētes. Clar. in pract. d. §. homicidium, eod. verſ. ſucceſſiuè quæro. Vbi etiam de communi, Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, q. 105. nu. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 11. nu. 20. & 21. Vbi de magis communi opinione.

308 Sed pariter, quòd appellatione interpoſita bannitus impunè offendi poſſit intra decem dies ad appellandum à iure datos, ſcripſerunt Gandin. in tit de bannit. nu. 5. verſic. tu tamen dic. contra Alberic. in quarta par. Statut. quæſt. 24. Et hæc contraria opinio apud nos in practica præualebit,

bit, stantibus Pontificijs Constitutionibus, quibus bannitis, & condemnatis, vt supra admonui, appellandi facultas adimitur.

309 LIMITA XVII. vt etiam pendente causa nullitatis ipsius banni, bannitus occidi non possit, secundum Dyn. in l. si quis. ff. de iniust. irritoq; testam. Bar. in l. 1. §. si seruus. ff. de acquir. possess. Bald. in l. vniuersa, ad finem. C. de precib. Imper. offeren. quos, & alios refert Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 6. extr. de constit. & ibi etiam Bero. num. 120. Alberic. in 4. par. Statut. quæst. 23. Vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur Carer. in pract. §. homicidium, vers. septimo igitur excusatur, num. 31. vers. nisi dicatur. Blanch. in pract. crimin. §. ignorantia an excuset à delicto, num. 120. & seqq. fol. mihi 101. Vbi loquitur non solum, quando banni sententia est notoriè nulla, sed etiam si dubitatur, & siue nullitatis probatio incontinenti offeratur, siue etiam requirat altiorem indaginem. Villalob. in commun. littera B, num. 4. Vbi dicit communem ex Ias. quem allegat in l. possidere. §. si verum, quem, num. 8. ff. de acquir. possess. Clar. in pract. §. fina. quest. 94. num. 10. vers. sciens autem. Vbi, quòd ita communiter concludunt Doctores ex Boss. in tit. de nullit. aduers. senten. num. 5. Brunor. à Sole in quæst. legal. in quæst. 26. num. 29. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, 194. Vbi facit conclusionem, vt Statutum loquens de bannito, non habeat locum in bannito, de cuius banno disputatur. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidiū, num. 261. Vbi idem, quando pendet causa restitutionis in integrum.

310 Quamuis contrarium sensisse videatur Gandin. in titu. de bannit. num. 4. vers. 2. vero casu relati, per Blanch. in pract. cri. §. ignorantia an excuset à delicto, nu. 120. & 121.

311 Recipit autem proposita limitatio duas declarationes, quarum prima est, nisi intentata nullitas esset euidenter friuola, & calumniosa, quia tunc non obstante pendentia iudicij super nullitate banni, potest bannitus impunè occidi, secundum Blanch. vbi supra nu. 123. iunctis alijs relatis supra nu. 306.

312 Altera est declaratio, vt eadem limitatio procedat quoad ipsos litigantes, qui cum habeant notitiam de pendentia litis, non excusantur occidendo bannitum. verum quoad tertios non litigantes, dic pariter eos non excusandos, si bannitus tempore, quo fuit occisus, non erat descriptus in libro bannitorum, sed si erat descriptus excusantur, si ipsum occiderint etiam pendente lite super nullitate banni, à pœna ordinaria homicidij, sed non à culpa cum non inuestigauerint, an bannum in rem iudicatam transierit, secundum Bero. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 120. vers. hæc limitatio, extr. de constitu. faciunt scripta per Blanch. in pract. crim. vbi supra num. 124. Vbi, quòd bannitus occidi non potest pendente iudicio nullitatis, si occidens illius pendentiam sciebat, si verò ignorabat, non excusatur saltem à pœna extraordinaria, prout in simili dicitur de occidente nulliter, & iniustè bannitum ignorante nullitatem, & iniustitiam banni, de quo dixi supra num. 38. & 42. Vbi vide Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, nu. 260. Vbi refert, & sequitur Bero. in d. c. quæ in Ecclesiarum.

313 LIMITA XVIII. in occidente Clericum bannitum à Iudice laico in casu, in quo de iure tale bannum est nullum, non excusatur à Statuto permittente bannitum impunè occidi, sicut post Bal. quem allegat in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ier. scripsit Dec. in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 64. in fi. extr. de constit. Nec dissentit Benedict. de Plumbin. in repet. l. penul. §. ad crimen, nu. 62. vers. 2. casu. ff. de publ. iudic. faciunt deducta per Blanc. in pract. crim. §. ignorantia an excuset à delicto, nu. 45. & seqq. Nec dissentit Carauit. super pragm. Regni de exul. nu. 114. Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 195.

314 Contra, quòd immo sit excusandus occidens clericum bannitum à iudice laico, per longam disputationem hinc inde factam concludit Alberic. in 4. par. Statut. q. 29. per totam. Vbi dixit istam fuisse opinionem Iacob. de Aren. Dyn. de Musello, & Nicol. de Mattarell. & ita etiam ante Alberic. scripsit Gandin. in tit. de bannit. num. 12. & ibi in addit. littera E, alij referuntur concordantes, faciunt deducta per Blanch. vbi supra nu. 77. & seqq. fol. mihi 96. Monticell. reg. crim. 3. nu. 3. & in hac opinione, alijs relatis, residere videtur Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 258.

315 Pro concordia potes facere duas distinctiones: prima est, vt prima opinio procedat, prout loquitur, & prout in illius principio admonui, quando scilicet Clericus fuit bannitus, & condemnatus à iudice laico nulliter, cum in ipsum iurisdictionem non haberet; secunda autem, quando essemus in aliquo casu, in quo Clericus delinquens esset suppositus iurisdictioni Iudicis laici, prout est assassinium. Tunc enim talē Clericum occidens minimè puniri potest, secundum Carauit. qui benè hanc declarationem explicat in pragm. Regni de exulib. nu. 115. & hoc in iure nullam habere difficultatem existimo.

316 Secunda est distinctio, vt prima opinio procedat, quando offensores Clerici sciebant eum esse sacerdotem, vt puta, cum incedebat cum habitu, & tonsura; & multo magis, quando publicè ipsis scientibus, & videntibus celebrabat, ita quòd iustam ignorantiam prætendere non poterant. Tunc enim ratione doli, & vindictæ condemnari possunt, secundum Bald. in l. 1. nu. 9. C. si non à competen. iudic. Alberic. in quarta par. Statut. dicta quæst. 29. in fine, num. 8. vers. sed quia. Nec dissentit Benedict. de Plumb. in repet. l. penul. §. ad crimen, num. 62. versic. secundo casu. ff. de pub. iudic. Vbi amplius dixit, quòd quando bannitus incedebat in habitu, & tonsura, & communi existimatione reputabatur clericus: tunc etiam, quòd occidens probasset ignorantiam, quòd esset clericus, adhuc puniendus est pœna extraordinaria. Et ante Alberic. in loco præcitato idem voluit Gandin. in titu. de bannit. pro malefi nu. 13. Blanch. in pract. crimi. §. ignorantia an excuset à delicto, post num. 90. versic. & sic ex habitu, & tonsura. Vbi tamen videtur tenere occidentem esse puniendum de culpa, & non de dolo, etiam quòd bānitus in habitu, & tonsura incederet, & se in factis immisceret, quod & ego verissimum credo.

317 Secunda autem opinio procedit, quando occidens bannitum Clericum, ignorabat eum esse Clericum, & banni nullitatem, vt per Marsil. in consil. 10. numero 2. in fin. post Ioan. Andr. in loco per eum relato, nec dissentit Blanch. in practic. crimin. §. ignorantia an excuset à delicto, num. 90. in fine, versic. aut ignorauit. Vbi, quòd isto casu occidens excusatur non solum, quando ignorauit nullitatem banni, & occisum esse clericum, sed etiam si sciuerit illum clericum; sed ignorabat bannum non tenere, tunc enim etiam absoluendus est, vt ibi per eum, si occidens erat talis persona, in quo verisimiliter cadere poterat error ille. Baiard. ad Clar. d. §. homicidium, eod. num. 95.

318 Sed numquid occidens, seu capiens clericum bannitum à Iudice laico gaudebit præmio à statuentibus concesso, crederem esse distinguendum secundum proximè allegata, quamuis Bal. in cap. cum non ab homine, colum. fina. de iudic. dixerit simpliciter præmium huic occidenti non esse concedendum, prout illum refert Marsil. in rubr. de fideiussorib. numero 118. faciens amplius generalem conclusionem, quòd Statutum loquens de capientibus malefactores; non trahitur ad capientes clericos malefactores. Nec dissentire videtur Carauit. in pragm. Regni de exul. la prima, numero 111. & seqq. Vbi in specie hanc conclusionem declarat procedere, qñ clericus esset bannitus, & condemnatus à iudice laico nulliter, & sine iurisdictione, secus si validè, & iuridicè, vt puta, quando clericus esset assassinus, vel essemus in aliquo alio casu, in quo clerici delinquentes sunt suppositi iurisdictioni sæculari; Ad quæ vide etiam Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, numero 259. ante finem. Vbi post Vinc. de Franch. quem allegat in decis. 463. lib. 3. dixit, quòd quando clericus bannitus est publicus malefactor, homicida, & latro, tum cum ex hoc amittat priuilegium clericale. Idcirco illum interficiens

sciens debet gaudere beneficio statui, etiam si sciret eum esse clericum.

319 LIMITA XIX. in occidente bannitum de proximo rebanniendum, quem si quis occiderit, non erit ab homicidij pœna immunis, etiam stante statuto, quòd bannitus possit impunè occidi, secundum Bal. Paul. de Castr. & alios in locis relatis per Marsil. in consilio 70. numero 34. & sequentib. Vbi pluribus exornat hanc limitationem, Cœpol. consilio 6. numero 14. & 15. Idem Marsil. in pract. §. aggredior, numero 27. Vbi pluribus exornat hanc limitationem (sed loquitur in bannito, qui iam habuit gratiam, de qua occidens habebat notitiam.) Carer. in pract. crimin. in tracta. de homicid. §. septimo igitur excusatur, numero 6. Vbi, quòd occidens eum, quem quis sciebat omnino rebanniri, tenetur de homicidio; si vero ignorabat, tenetur de culpa, & numero 10. Vbi generaliter concludit, quòd bannitus de proximo rebanniendus non potest impunè occidi. Foller. in pragm. de exulib. numero 12. Vbi loquitur, quando erat notorium bannitum esse de proximo rebanniendum. Pract. Corrad. rubr. de homicid. numero 7. in nona ampliatione folio 317. Duen. regu. 68. in tertia limitatione. Vbi, quòd si occidens sciebat bannitum esse de proximo rebanniendum punitur pœna ordinaria, si verò ignorabat, punitur mitiori pœna. Petr. à Plach. in epithom. delict. libro 1. capit. 36. numero 23. Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, quæst. 105. num. 17. & quæst. 107. num. 21. versic. idem in proximè rebanniendo, Mascard. de probat. lib. 1. conclusio. 159. num. 27. Vbi loquitur, quando occidens sciebat bannitum esse de proximo rebanniendum, & ita etiam loquitur Brunor. à Sole in quæstionibus legalibus, quæst. 26. num. 42. & videtur de mente Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 241.

320 Verùm caueant isti banniti, qui de proximo rebanniendi sunt, ne offendantur, quia nisi habeant aliquem saluum conductum, vel nisi fuerint tolerati, minimè crederem puniendos esse eorum occisores, cum vt suo loco dixi in fortioribus terminis, nec etiam priuantur occidentes bannitos actualiter aggratiatos, non tamen cancellatos de banno, & si rectè perpendantur Doctores pro limitatione allegati, vtique comperietur, quòd loquuntur, & intelligi debent in bannitis iam aggratiatis, & toleratis, licèt nondum cassis, & cancellatis ex libro bannitorum, non autem simpliciter in non aggratiatis, & restitutis, licèt de proximo aggratiandis, & restituendis, prout sunt termini propositæ limitationis, & expresse voluit Monticell. regu. crimina. 3. numero 30. Vbi tunc demum vult occidentem de proximo rebanniendum puniri posse, dummodo occisus iam habuerit gratiam, & de ea occidens habuerit notitiam, aliter secus.

321 LIMITA XX. in occidente bannitum, quem occidens ad hoc, vt illum occidere posset, banniri procurasset, secundum Anchar. & Abb. in locis relatis per Dec. cap. dilecti, nume. 43. extr. de excep. Fely. in cap. non debet, num. 4. & seq. de testib. Franc. March. decis. Delfin. 425. num. 6. lib. 2. Rolan. cons. 66. num. 47. lib. 1. in tract. de lucro dotis, q. 61. nu. 7. Boss. in tit. banniti quid amitt. nu. 2. in fin. vers. est etiam alius casus. Brunor. à Sole in quæst. legal. q. 26. num. 44. Baiard. in addit. ad Clar. §. homicidium, num. 213.

322 Sed certè hæc limitatio in practica non sustineretur, quando quis fuerit bannitus ex iusta causa legitimis præcedentibus inditijs, & sine aliqua falsitate, seu barrattaria, tūc enim cum omnia iure permittente agantur iure etiam potest iste bannitus occidi.

323 LIMITA XXI. in occidente bannitum in ecclesia secundum Bal. in Margarita, in verbo, *excommunicatus reperitur*, prout illum refert, & sequitur Catell. Cotta in memoral. sub vers. bannitus ad mortem, & facit quia si, vt dixi in 1. par. tit. de carcer. & carcerat. q. 28. num. 47. banniti capitaliter non possunt capi in ecclesia, necessario sequitur, vt multo minus possint occidi.

324 Contrarium sentire videtur Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. quæst. 58. quem refert, & sequitur Boss. in titu. banniti quid amitt. num. 6. vbi videtur loqui siue ecclesia, in qua occiditur bannitus, sit extra territorium bannientis, siue etiam in territorio. Bursatt. consil. 134. num. 9. vbi refert, & sequitur Boss. in loco præcitato. Nec dissentit Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, num. 275.

325 LIMITA XXII. in occidente bannitum non tamen condemnatum, is enim, quòd non sit immunis a pœna, voluisse videtur Nell. in trac. de bannit. in prima par. secundi tempor. quæst. 10. qui tamen loquitur stante communi vsu loquendi. Quòd banniti intelligantur illi, qui non solum sunt positi in banno; sed etiam condemnati; vel etiam quando Statutum expresse diceret de bannitis, & condemnatis, tunc enim sine dubio bannitus solum, & non condemnatus impunè occidi non potest, vt ibi per eum, prout de bannitis, & condemnatis in simul expresse loquitur constitutio Marchiæ, lib. 4. cap. 29. vers. & vt quilibet.

326 Et multo magis impunè occidi non potest bannitus, & non condemnatus pendente termino banni sibi ad comparendum assignati, secundum Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur, num. 31. vers. item dic termino banni. Carauit. super pragm. de exul. num. 118. & seqq. in 7. quæstione, vbi benè hanc probat conclusionem.

327 Contra hanc limitationem faciunt quæ dixi supra, num. 122. de occidente non bannitum, de proximo tamen rebanniendum, ergo multo magis licet occidere iam bannitum de proximo condemnandum, licet condamnatus non sit.

328 Sed quid in occidente publicum, & notorium delinquentem, non tamen bannitum, & condemnatum? Dic pariter occidentem eum ab homicidii pœna non esse immunem; Statuta enim de bannitis loquentia non extenduntur ad publicos delinquentes non bannitos, nisi hoc in Statutis expresse dicatur (prout expresse dicitur in constitutione Marchiæ, cap. 36. lib. 4.) secundum Nell. in loco relato per Foller. in pragm. de exul. la 1. numero 11. Quòd tamen venit limitandum in eo, qui fuit

329 notoriè tanquam delinquens per publicum proclama declaratus; tunc enim, quòd possit impunè occidi etiam, quod non sit descriptus in libro bannitorum voluit Bero. in consil. 196. num. 36. libro 3. prout illum refert, & & sequitur Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 198. Ad quæ vide omnino Marc. Ant. Eugen. consil. 22. nu. 21. seqq. 73. & seq. & consil. 23. num. 29. & 30. vbi præsertim an homicida notorius possit occidi vigore constitutionum Marchiæ, & aliorum pontificium constitutionum.

330 LIMITA XXIII. quia Statutum concedens præmium, nominationem, seu indultum bannitis, seu alijs occidentibus bannitos, intelligendum est de bannitis tempore conditi Statuti, non autem de bannis post Statutum. Ang. in consil. 67. post num. 2. & 3. in 2. dubio, vbi licèt loquatur in casu speciali Statuti Lucani, in quo ex præfatione colligitur istud Statutum non voluisse intelligere, nisi de bannitis tempore legis conditæ. Rationes tamen ibidem per eum adductæ generaliter comprehendunt omnia Statuta constituentia præmium occidentibus bannitos. Dec. consil. 65. num. 5. in fine, vbi refert, & sequitur Ang. in loco præcitato. Siluest. Aldobr. in addit. ad Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 55. littera D. in fine addit. extr. de constitut. vbi refert, & sequitur Dec. in d. consil. 65. Marsil. in pract. §. aggredior, num. 43. & seqq. vbi facit generalem conclusionem, quòd Statuta loquentia de bannitis comprehendunt solum bannitos tempore Statuti, non autem bannitos post Statutum, eamque conclusionem pluribus Doctorum authoritatibus vltra infrascriptas, & similibus comprobat Foller. in prag. Regni de exul. nu. 7. Carauit. ibidem num. 10. & seqq. vbi testatur ita pluries seruatum fuisse tempore suo in Regia audientia.

331 Quamuis

331 Quamuis contrarium suaderi videatur ex ijs, quæ dixi infra, nu. 342. vbi tradita bene considera.

332 AMPLIA I. hanc XXIII. limitationem multo magis procedere, quando Statutum vteretur verbis importantibus præteritum tempus, & nō futurum, prout in Statuto Lucano aduertit Ang. in d. cons. 67. dicens propterea, quòd verba præteriti temporis non comprǣhendunt de sui natura tempus futurum, & in specie voluit Nell. in tract. de bannit. in 3. par. 2. temp. q. 10. post med. versic. aut in præteritis, vbi ponit exemplum quando Statutum diceret *quicumq; bannitus fuerit*.

333 AMPLIA II. eandem XXIII. limitationem procedere non solum actiuè, sed etiam passiuè, & sic non solum, quando delinquens, & bannitus post Statutum concedens præmium, nominationem, seu indultum occidenti bannitos, occiderit bannitum, sed etiam quando alter ante Statutum bannitus, seu alius non bannitus occiderit bannitum, & contumacem post Statutum; vtroque enim casu occidentem non gaudere præmio, nominatione, seu indulto pro delictis per eum commissis videtur de mente Doctorum allegatorum, supra in limit. & in specie adnotauit Carauit. in d. prag. Regni de exul. nu. 101. vbi testatur ita sæpius resolutum fuisse in Regia audientia.

334 Verum de hac ampliatione non sine ratione dubitari potest per ea, quæ dixi infra ex Nell. in tract. de bannit. in tertia par. secundi tempor. quæst. 10. ad med. versic. iudicio autem meo, quòd scilicet an huiusmodi Statuta trahantur ad bannitos futuros: attendēda præcipue est ipsius Statuti ratio, sed sic est, quòd ratio Statuti quæ est, vt banniti extirpentur militat tam in bannitis futuris, quam in præteritis, quando agitur de eorum occisione; ergo verius videtur etiam futuros comprǣhendi in eodem Statuto, prout hanc rationem considerasse etiam videtur Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 105. versic. propterea ego credo.

335 AMPLIA III. dictam XXIII. limitationem, vt idē sit stante Statuto, quòd bannitus habendo pacem, aut habita pace, soluendo cētum possit se de banno eximere, adhuc enim non comprǣhunduntur sub eo delinquentes, & banniti post Statutum, ne delictis via aperiatur, voluit Alberic. post alios, quos allegat Antiquiores in quarta par. Statut. q. 56. & 57. Bar. in l. cum lex ff. de legib. quem refert Nell. in tract. de bannit. in tertia par. secundi temp. q. 10. in princ. & post med. versic. aut Statutum loquitur dubiè, & in fine, versic. si vero Statutum &c. vbi hanc Bar. conclusionem admittit, quando Statutum prorsus impunitum reddit delictum, vt puta, si Statutum dicat, quod bannitus habendo pacem cancelletur de banno, primo enim casu Statutum non trahitur ad futuros bannitos, & delinquentes, secundo autem casu sic, vt ibi per Nell. cuius dicta benè considera.

336 AMPLIA demum propositam XXIII. limitationem etiam in illis, qui deliquerunt ante bannum, seu Statutum concedens tale præmium, & indultum, si tamen post dictum bannum, seu Statutum alia delicta commiserint, ij inquam, si aliquem occiderint bannitum, vt se eximant etiam a delictis commissis post bannum, & Statutum, minime gaudebunt præmio, seu indulto ab eodem bāno, seu Statuto concesso, & sic isti tales actiuè, non comprǣhenduntur sub huiusmodi bannimentis, & Statutis secūdum Carauit. qui proponit contraria, & illis respondet in d. pragm. Regni de exul. nu. 102. versic. secundo casu.

337 Verum declara hanc ampliationem procedere, prout loquitur actiuè, vt scilicet delinquentes ante bannū, si post bannum noua commiserint delicta, non gaudeāt præmio, nominatione, seu indulto a banno, & Statuto concesso occidendo aliquem bannitū, secus autem passiuè, quia si isti tales fuerint occisi, occidentes gaudebunt dicto præmio, nominatione, seu indulto secundum Carauit. in d. pragm. Regni de exul. nu. 102. in princ. vbi de hoc credit, non esse dubitandum.

338 SVBLIMITA I. propositam XXIII. limitationem, non procedere in delinquentibus ante Statutum, seu constitutionem prædictam, quamuis fuerint condemnati, banniti, & effecti contumaces post Statutum, & constitutionem; ij enim comprǣhendentur sub dicto Statuto, & limitatione, cum in ista materia attendatur tempus delicti, & non tempus banni, & contumacia, secundum Nell. in tract. de bannit. in 3. par. 2. tempor. q. 10. in fi. versic. bannitos autem.

339 SVBLIMITA II. eandem XXIII. limitationem, quia si ille, qui commisit delicta, & fuit bānitus post Statutum, & constitutionem concedentem remissionem, & indultum, occiderit aliquem alium bannitum magnæ importantiæ, tunc licèt de iure non debeat obtinere remissionem suorum delictorum, poterit tamen illam obtinere ex gratia Principis, prout alias cōtigisse in Regno testatur Carauit. in d. prag. de exul. num. 101. versic. aliquando tamen euenit.

340 SVLIMITA III. supra dictā XXIII. limitationem procedere, prout loquitur, quando agitur de consequutione præmij à Statuto concessi occidentibus bannitos, vel etiam quando agitur de exemptione, liberatione banniti, aut illius nominatione propter occisionem alterius banniti, ijs inquam, casibus benè crederem Statutum huiusmodi non esse trahendum ad bannitos postea, ne detur materia delinquendi, & ex alijs rationibus consideratis per Doct. in locis supra relatis, vnde secus crederem, quando ageretur solum de impunitate commissi homicidij, tunc enim, cum eadem ratio Statuti militet tam in bannitis post Statutum occidentibus alios bannitos ante Statutum, quam in bannitis antea, ideo vtroque casu huiusmodi homicidium impunibile esse, & verius credo, & passim sine vlla difficultate apud nos practicatur, per ea, quæ in specie deduxit Marsil. in pract. §. aggredior, num. 51. & 52. vbi vide, huiusmodi enim Statuta, an trahantur ad bannitos futuros, an vero solum ad præteritos attendendam præcipue esse ipsius Statuti rationem, in specie voluit Nell. de bannit. in 3. par. 2. temp. quæst. 10. ad med. versic. iudicio autem meo.

341 Quamuis contrarium videatur de mente Follerij in d. pragm. Regni de exul. nu. 7.

342 Immo fortius, & verius dici posset (& ex ijs valde redditur dubia proposita limitatio) quod licèt bannitus post Statutum occidendo alium bannitum non possit se de banno liberare, cum nominatione alterius, qui alium bannitum occiderit (stante Statuto, quod qui bannitum occiderit possit remittere alium bannitum, pro pari, vel minori delicto) & hoc ne detur materia delinquendi, cum quilibet possit se ad delinquendum inducere existens certus, quòd cum aliqua nominatione, se a banno liberabit, si tamen alium bannitum occiderit, non videtur aliquid impedire, quin se ipsum liberare possit etiam, quòd post Statutum fuerit bannitus, non enim isto casu militat ratio impeditiua liberationis, quæ militat, quando quis vult se remittere, cum nominatione alterius, qui bannitum occiderit, prout bene deducit Baiard. ad Clar. in d. §. homicidium, num. 105. versic. propterea, ego credo, vbi in proposito respondet omnibus rationibus, quibus Doctores relati supra in limitatione mouentur ad dicendum generaliter, quòd huiusmodi Statuta concedentia remissionem, & liberationem bannitis occidentibus alios bannitos non trahuntur ad illos occidentes bannitos, qui post Statutum deliquerunt, & banniti fuerunt, & pro hac declaratione maximè faciunt scripta per Bolognett. in l. omnes populi, num. 241. ff. de iust. & iur. vbi dixit quòd Statuta concedentia delictorum indulgentiam propter publicam vtilitatem duraturam, prout sunt Statuta, quæ dant præmium interficientibus bannitos, & ob id restitutionem à bāno, trahuntur etiam ad delinquentes, & bannitos post Statutum, & ita dicit in practica seruari.

343 LIMITA XXIIII. & principaliter propositam huius quæstionis regulam non procedere in occidente bannitum citatum ad comparendum, si enim occidens habebat notitiam citationis, illumque dum sic citatus erat in itinere ad effectum comparendi, occiderit, puniendus

dus est, non aliter, ac si fuisset occisus non bannitus secundum Bal. in l. libertas ff. de stat. homin. vbi refert ita Florentiæ fuisse iudicatum, per Odofredum, & licet idem Bal. ibidem aliquas adducat rationes contra hanc limitationem, vide tamen Marsil. in tracta. de bannit. in verbo capti, nu. 13. & seqq. vbi benè Odofredi sententiam defendit, & comprobat, & hanc limitationem data notitia occidentis verissimam credo, non solum si bannitus fuit occisus, quando iam præsentatus erat, sub oculis Iudicis, sed etiam vt dixi si erat in itinere. Quamuis Baiard. in addit. ad Clar. in §. homicidium, numero 267. aliter interpretetur dicta per Bal. in loco præcitato quem etiam sequitur. Anan. in cap. cum iuramento, num. 7. de homicid. sed isto casu tutius est, vt comparere volens obtineat saluum conductum.

344 LIMITA XXV. in occidente bannitum non solum restitutum, per viam gratiæ, vel iustitiæ, sed etiam cancellatum, & deletum de banno, qui propterea sine dubio iuuari non potest Statuto permittente bannitum impunè occidi posse secūdum Dec. in cons. 327. nu. 3. lib. 3. Blanch. in pract. crim. §. ignorantia, an excuset a delicto post, num. 96. fol. mihi 98.

345 Et quidem hæc limitatio benè procedit, quando occidens sciebat cancellationem, seu etiam restitutionem; secus autem si eam ignorabat, quia tunc videtur excusan. secundum Carer. in pract. in tract. de homicid. §. septimo igitur excusatur. Mascard. qui alios plures refert concordantes in tract. de probat. lib. 1. conclus. 162. num. 4. saltem a pœna ordinaria: Ab extraordinaria enim, pro culpa,

346 & negligentia in non perquirendo cancellationem minimè videtur excusandus secundum Bero. in c. quæ in ecclesiarum, num. 119. in fine, versic. idem dicerem extr. de constitut.

347 Verum quòd immo occidens bannitum absolutum, & cancellatum teneatur pęna ordinaria homicidij, etiā quòd ignorauerit restitutionem, & cancellationem; defendit Blanch. in pract. crim. in d. §. ignorātia, an excuset à delicto post. num. 96. fol. mihi 98.

348 LIMITA XXVI. quia licèt in foro fori possit bannitus impunè occidi, in foro tamen poli, & conscientiæ secus est, cum occidens bannitum peccet si non zelo iustitiæ, & publicæ vtilitatis, sed ex causa odij, & vindictæ illum occidat; secus, vt dixi si zelo iustitiæ: colligitur, hæc distinctio ex trad. per Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de constit. in fine, in vltima addit. ad finem, versic. peccat enim, qui id non agit zelo iustitiæ Ant. de Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 22. ad med. extr. de constit. & ibi etiam Felyn. num. 13. & 14. vbi quòd an quis occiderit zelo iustitiæ, vel propter vindictam, stabitur dicto occidentis. Dec. num. 56. Alberic. in quarta par. Statut. quæst. 19. & 20. num. 5. in fine, Nell. de bannit. in secunda par. secundi tempor. quæst. 11. Carauit. super pragm. Regni de exul. num. 85. & seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs testatur, communem esse opinionem occidentem bannitum non peccare in foro conscientiæ, quando illum occidit, non ad vindictam, & animo fundendi sanguinem humanum, sed zelo iustitiæ, & publicæ vtilitatis, & propterea subdit se credere paucos occidentes bannitos non peccare in foro conscientiæ cum pauci sint qui solum zelo, rei publicæ illos occidant, sed solum, aut propter vindictam, aut propter consequutionem præmij, aut vt se eximant a proprijs delictis, & ibidem alia notabilia ponit in materia Boss. in tit. banniti, quòd amittant sub num. 4. Petr. a Plach. in epith. delict. libro primo, cap. 36. num. 12. & seqq. vbi latè de materia Ant. Gomez. in l. tauri 76. num. 18. Cæphal. consil. 35. post num. 22. lib. 1. Clar. in pract. §. homicidium, num. 44. versic. sed nunquid, vbi de materia Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 6. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 26. num. 69.

349 LIMITA XXVII. de iure canonico secundum quòd Statuta volentia bannitos posse impunè occidi minimè valere dixit Ias. in l. omnes popoli, num. 46. vers. istā conclusionem intellige ff. de iust. & iure ex Bal. in l. 1. col. 3. C. si à non compet. iud. & ex Hostien. & alijs in cap. fina. d. consuetud. Duen. reg. 68. in 1. limit. & 2. versic. immo fortius.

350 Verum de hac limitatione, non sine ratione dubitat Brun. à Sole in quæst. legal. q. 26. nu. 68.

351 LIMITA XXVIII. quia licèt occidens bannitum pœnam non mereatur. Non tamen per hoc infamiæ notam euitat secundum Fely. post Bal. quem allegat in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 14. extr. de constit. vbi dixit, quòd licet occisio banniti non sapiat pœnam, quia est permissa à Statuto, non tamen sapit innocentiam respectu delicti, cum homicidium sine immunditia committi nequeat, num. 15. Vbi propterea infert, quòd stante Statuto, quòd homicida non possit esse de prioribus, si aliquis occiderit bannitum, non officij necessitate, sed ex priuata inimicitia, non poterit esse de numero priorum, quia est infamis infamia facti secundum Bal. in l. Decuriones, in fine, C. de infamib. & quia isto casu homicidium, licèt sit tolerabile, non est tamen laudabile. Marsil. consil. 9. num. 38. & in pract. §. aggredior, num. 12. & seq. Foller. in pragm. de exul. num. 4. Carauit. ibidem, num. 134. vbi ex Bal. in l. Decuriones, num. 3. C. in quib. caus. infam. irrog. Fely. in cap. si perfodiens, num. 2. de homicid. dixit, quòd licèt actus occidendi bannitos sit tolerabilis, non tamen est laudabilis. Boss. in titu. banniti quid amitt. num. 4. versic. non omitto. Viui. opin. 770. num. 5. vbi propterea infert, quòd talis occidens in facto graui non potest esse testis sine tortura. Monticell. reg. crimin. 3. num. 44. Plot. in l. si quando, numero 798. secundum antiquam impressionem C. vnde vi. Hier. Magon. decis. . . .

352 Quamuis contrarium, quòd infamis non sit occidens bannitum ex priuata inimicitia stante Statuto, quòd bānitus possit impunè occidi, voluerit Ioan. de Arnon. sing. 71. vbi propterea infert hunc occidētem non posse a testimonio repelli, tanquam infamem infamia facti.

353 SVBLIMITA præcedentem limitationem procedere, quando Statutum simpliciter dicit bannitum posse, *impunè*, offendi; secus si diceret, quòd possit offendi impunè & *licitè*, Nam propter illud aduerbium, *licitè*, homicidium non est maleficium, quia quòd licet, maleficium non est l. is qui accessorem ibi, *Nullam calumniam metuendam*, C. ad l. Cornel. de Sicar. ideo, tunc occidentem, non esse infamem scripsit Fely. in cap. quæ in Ecclesiarum, nu. 15. extr. de constit. Carauit. super pragm. 1. de exul. sub num. 134. versic. dicunt enim iuncto versic. quòd tanto magis, vbi loquitur quando Statutum expressè daret licentiam, & facultatem liberam occidendi bannitos, sine timore incursus alicuius pœnæ Hier. Magon. decis. Lucen. 41. num. 18.

354 LIMITA XXIX. quia occidens volens impunitatem, quia occidit bannitum, debet probare occisum fuisse bannitum & illum, qui in banno descriptus est secundum Bart. in l. 1. nu. 3. ff. si vnus ex pluribus appella quem in proposito refert, & sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsump. 15. & seqq. vbi etiam multa congerit super probatione identitatis personę occisi bāniti. Bolognin. cons. 27. nu. 1. prout illum refert, & sequitur Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 161. num. 16.

355 Bannitum autem quem esse probatur ex eo, quòd in libro bannitorum est descriptus Alex. in l. decem stipulātes, nu. 37. & ibi etiam Ias. nu. 18. ff. de verb. oblig. idem Alex. in l. 1. nu. 11. ff. de nou. oper. nūciat. Bal. & Salyc. in l. moueor. C. si seru. expor. vend. quos in proposito refert, & sequitur Mascard. de proba. lib. 1. conclus. 162. nu. 1. & nu. 10. vbi pariter, quòd bannum probatur per scripturam non publicam repertam tamen in archiuio publico, & num. 15. vbi idem, quòd probatur per scripturam delatam repertam pariter in eodem archiuio publico.

356 LIMITA XXX. in publicis officialibus, vt puta, Potestatibus, & Gubernatoribus terrarum, vel Barefellis, & exequutoribus, aut alijs quibuscumque, qui ratione eorum officij tenentur capere malefactores, isti enim non debeat consequi præmium datum à Statuto capientibus

pientibus bannitum secundum Bart. in l. 3. §. vtrum, & ibi etiam Bal. ff. ad Syllan. rationibus, ibi per eum adductis, quos in proposito refert, & sequitur Nell. in tracta. de bannit. in secunda par. secundi tempor. quæst. 22. idem Bal. in l. 2. C. de oper. libert. & in l. ab hostibus, la 2. C. de capt. & post limi. reuer. Ang. de malefic. in verbo *quòd fama publica*, num. 74. versic. 13. quæro Paris. de sindicatu in verbo *præmium*, num. 4. Marsil. consil. 10. num. 44. Ang. de malefic. in verbo, *quòd fama publica*. num. 74. & ibi August. in addit. versic. & in quantum dictum est. Foller. in pragm. Regni de exul. num. 13. & ibi etiam Carauit. nume. 124. & seq. vbi bene comprobat hanc limitationem, quam communiter teneri affirmat, & remissiuè declarat vno modo Baiard. ad Clar. in §. homicidium, num. 212. allegat Stephan. de Feder. in tracta. de interpr. iur. par. 1. num. 45.

357 LIMITA XXXI. regulam procedere in vere capiente bannitum; secus autem si insequendo bannitum fuerit ipse bannitus ab alijs captus, præmium enim consequi debent illi, qui ceperunt, non autem illi, qui insequuti sunt secundum Bar. in l. 3. §. vtrum ff. ad Syllan. quem in proposito refert, & sequitur Foller. in pragm. Regni de exul. num. 18.

358 LIMITA XXXII. in casu alterius Statuti volentis, quòd Villa, seu homines audito rumore, seu campana pulsata, teneantur cum armis currere ad prosequendum, & capiendum bannitos, tunc enim videtur, quòd non debeant gaudere præmio cōcesso a Statuto capientibus bannitum, cum non sponte id agant, sed necessitate Statuti sic mandantis, secundum Bar. in d. l. tertio, §. verum ff. ad Syllan. quem in proposito refert, & sequitur Nell. de bannit. in secunnda par. secundi temp. q. 23.

359 LIMITA XXXIII. quia si plures interuenerunt in captura banniti, non vnicuique dandum est præmium à Statuto concessum, sed vnicum præmium pro omnibus sufficere debet, secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda par. secundi temp. q. 20. post Alberic. quem allegat. Qui tamen loquitur, quando Statutum vteretur verbo distributiuo, quia tunc quilibet debet habere summam, pro præmio a Statuto concessam, nisi de fraude appareret. Quòd scilicet, cum pauciores bannitum capere potuissent, plures interuenire voluerunt, & idem, quòd vnicum tantum debeatur præmium, quando constitutio vtitur vniuersali collectiuo, voluit etiam Foller. in prag. Regni, num. 22. sed certe, apud nos semper vidi seruatum, vt præmium, seu tallea capientibus, aut occidentibus bannitos vigore bannimentorum concessa, vnica tantum concessa fuit, etiam quòd capientes, & occidentes essent centum.

360 LIMITA XXXIIII. vt tunc demum capienti, seu occidenti bannitum vigore Statuti, seu bannimentorum concedatur præmium, & nominatio, quando scilicet fit præsentatio banniti, aut viui, aut mortui in illo loco, in quo Statutum, seu bannimentum mandat præsentari, secus, si in alio loco secundum Carauit. super pragm. Regni de exul. num. 44. & seqq. vbi ponit in materia aliquas notabiles quæstiones, & præsertim, an ex quo illa pragmatica mandat præsentari bannitum in posse Regiæ Curiæ, possit talis præsentatio fieri coram aliquo Capitaneo Regio alicuius terræ, vel Capitaneo alicuius Baronis, & cum hæc quæstio de facto contigisset in Vrbe, me existēte Locumtenente criminali A. C. multaque bannitorum capita mihi fuissent præsentata illa in rostris, & in solito iustitiæ loco, me sic mandante, affixa fuerunt præsentantibusque & & præmium, & nominationem concessi, sic etiam iubente Sanctissimo Domino nostro Clemente VIII. Quamuis Vrbis Gubernator, qui de ordine Sanctissimi huiusmodi bannimenta super concessione præmiorum, & nominationis promulgauerat, non nisi coram ipso, & eius Curia bannitos, & eorum capita præsentari posse prætenderet.

Absoluta fuit hæc quæstio ad laudem Dei, die 4. Maij, anno Iubilæi. 1600.

ARGVMENTVM.

Thesaurus inuentus in fundo proprio, vel alieno publico, religioso, vel priuato ad quem spectet; generaliter de materia Thesauri.

SVMMARIVM.



Hesaurum in fundo meo perquirere possum, & inuentus siue casu, siue data opera spectat ad me, & non ad Principem quæst. 104 num. 1.

Thesaurum in fundo alieno inuito Domino, nemo perquirere potest, & inuentus data opera, & industria spectat ad Dominum fundi, & non ad inuentorem, num. 3.

Thesaurus si in fundo vendito reperiatur, non facit rescindere venditionem ex capite læsionis, nu. 2. & nu. 20. vbi an, & quando thesaurus inuentus in domo vendita spectet ad emptorem, vel ad venditorem.

Thesaurus perquiri non potest in fundo alieno, ne dum inuito Domino, sed nec etiam eo ignorante, aut volente, & inuentus spectat ad dominum, & non ad inuentorem, num. 4.

Thesaurum perquirens in fundo alieno etiam inuito Domino, ignorante, aut volente punitur extra ordinem, & Iudicis arbitrio, num. 5.

Thesaurus casu fortuitu inuentus in fundo alieno spectat ad inuentorem, pro medietate, pro alia vero medietate ad dominum fundi, num. 6.

Thesaurus inuentus casu fortuito in fundo Cæsaris proprio, seu alicuius ciuitatis, spectat pro medietate ad Cæsarem, seu Ciuitatem, & pro alia medietate ad inuentorem, nu. 7.

Thesaurus inuentus in loco publico, idest publicè deputato spectat pro dimidia ad inuentorem, & pro alia dimidia ad fiscum, num. 8.

Thesaurus casu fortuito inuentus in bonis nullius, vt puta, in fundo sacro, vel religioso spectat totus ad inuentorem, num 9. Contra quòd spectet, pro medietate ad inuentorem, & pro alia medietate, ad fiscum, num. 10. de materia, num. 11. Dic quòd hodie medietas illius thesauri spectat ad ecclesiam, & alia medietas ad inuentorem.

Thesaurus inuentus in fundo Domini vtilis spectat ad ipsum, & non ad dominum directum, nu. 13. licèt alij contrarium dixerint d. nu. 13. in fine, vbi etiam quid si thesaurus inueniatur à Domino directo, vel ab alio extraneo.

Thesaurus inuentus in fundo pignorato creditori non spectat ad ipsum creditorem, sed ad dominum fundi, nu. 14.

Thesaurus inuentus in fundo fructuarij iudicatur, ac si fuisset inuentus in fundo alieno, nu. 15.

Thesaurus inuentus in fundo dotali an spectet ad virum, vel ad vxorem, num. 16.

Thesaurus inuentus in fundo alieno præscrito tamen à possessore spectat ad præscribentem, nu. 17.

Thesaurus inuentus arte magica spectat ad fiscum, & non ad inuentorem, num. 18.

Thesaurus dicitur aurum, argentum, vel pecunia, cuius Dominus sit incertus, abscondita antiquitus, & tanto tempore, vt non extet memoria in contrarium; aliter proprie non dicitur thesaurus, nu. 19. Improprie autem quandoque dicitur thesaurus consistens in pecunia etiam non antiquo tempore recondita, nu. 21. Alleganti autem istam qualitatem thesauri, & quòd pecunia sit antiqua, incumbit onus probādi, nu. 22. licet alij contra, nu. 23. Quomodo autem ista qualitas thesauri, & antiquitas pecuniæ probetur, num. 24. & 25.

Thesaurus ad hoc, vt dicatur inuentus non sufficit sola visio illius sed est necessaria apprahensio, nu. 26.

Thesauri inuentor, ac debitor potest conueniri vt ciuiliter, & criminaliter agatur, nu. 27. & seqq. vbi de materia.

Thesaurum occultans in fraudem Domini an, & quomodo puniatur, num. 31.

Thesauri hodie de consuetudine spectant ad Principes, nu. 32.

QVÆST.

QVÆST. CIIII. INSPECTIO. I.



IN hac vltima propoſiti tituli quæſtione, volo amicè lector, tibi ponere materiam theſauri, quæ vt mox dicam, quandoque criminaliter tractatur, vt ſcias, quòd ſi omnes præcedentes titulos perlegendo vſque ad hãc quæſtionem incluſiuè opera mea diligenter effoderis theſaurum totius criminalis materiæ in genere iam alias promiſſæ; inueniſſe ſine dubio dicere poteris, & quidem materiam hanc in duas inſpectiones diuidendo. In prima plures de theſauro in ſpecie. In ſecunda autem plures alias de metallorum venis particulares quæſtiones formabo, quibus abſolutis, erit etiam abſoluta, & theſauri, & metallorum materia.

1 QVÆRO igitur primo loco, an in fundo meo poſſim ego perquirere theſaurum, & ſi perquirendo illum inueniam, an ſpectet ad me, an vero ad Principem. Responde, quòd theſaurum in fundo meo perquirere poſſum, & inuentus ſiue caſu, ſiue data opera, ſpectat ad me, & & non ad Principem. text. expreſſus in l. 1. in princ. verſ. nam in ſuis, C. de theſaur. lib. 10. & ibi Bart. in ſummario, Bald. in princip. verſ. Nam aut quis in ſuo. Ang. num. 2. Ioan. de Platea in princ. verſ. ſecundo ponit. Item eſt alius tex. expreſſus in §. theſauros. inſtit. de rer. diuiſ. Dũ ibi ſic dicitur. *Theſauros, quos quis in loco ſuo inuenerit. Diuus Adrianus naturalem æquitatem ſequens ei conceſſit qui eos inuenerit*, & ibi Aret. in ſummar. & in 1. notab. Minſin. num. 1. & 2. Gramat. num. 4. & Nicaſ. in ſummario. pract. Papien. in forma libelli in actio. real. gloſ. iure dominij, num. 12. verſ. aut eſt inuentus caſu fortuito pract. Beluiſi. in lib. 1. cap. 10. verbo *furem, & latronem*, num. 61. verſ. ſed circa, hoc dic, &c. Villalob. in commun. opin. litera T, in verſ. ptheſaurus, nu. 111. vbi de communi. Anton. Gomez. in l. tauri 45. num. 31. vbi etiam de communi. Afflict. deciſ. 321. num. 7. & ibi Vrſill. in addit. etiam, num. 7. Couarr. in regul. peccatum par. 3. §. 2. num. 1. Vbi teſtatur de receptiſſima, & probatiſſima opinione. Caſſan. in conſuetud. Burgund. in tit. des iuſtices in verbo, *expaues*, num. 8. fol. mihi 22. col. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 30. num. 10. vbi quòd hæc concluſio ab omnibus recepta eſt. Peregr. de iure fiſci, lib. 4. tit. 2. rubr. de theſaur. & mettall. num. 3. in ſecunda concluſ. Crot. conſ. 156. num. 6. lib. 2. Burſatt. conſil. 209. num. 2. vbi etiam de communi. Nauar. in Manual. confeſſ. cap. 17 num. 171. verſ. qui ſecundum ius commune. Gabr. lib. 3. tit. de empt. & vend. concluſ. 1. num. 11. in 18. limitat. vbi propterea infert, quòd ex inuentione theſauri in fundo vendito non reſcinditur võditio tanquam facta cum læſione dimidij iuſti prætij. Ex Imol. Aret. Socin. Iaſ. & Parid. in locis ibi per eum relatis: Quamuis Roman. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. oblig. contrarium ſcripſerit, vide quæ dixi infra, num. 20. verſ. adde ad premiſſa, & cum Gabr. vbi ſupra idem voluit Hier Gabr. conſ. 167. q. 3. num. 26. quem refert, & ſequitur Burſatt. conſ. 209. nu. 6. & poſt num. 14. lib. 2. & Borgnin. Caualcan. deciſ. 62. num. 16. par. 2.

3 QVÆRO II. An in fundo alieno poſſit quis inuito Domino theſaurum perquirere, reſponde, quòd non, immo theſaurus data opera, & ex induſtria inuentus in fundo alieno ſpectat ad Dominum fundi, non autem ad inuentorem. tex. expreſſus in l. 1. C. de theſaur. lib. 10. dum ibi dicitur. *In alienis, verò terrulis nemo audeat inuitis Dominis opes abditas, ſuo nomine perſcrutari, quòd ſi aliquis in alieno loco theſaurum ſcrutatus inuenerit, totum huic locorum domino reddere compellatur*, & ibi Bart. in ſummario Bald. in prin. verſ. aut in alieno. Luc. de Penn. in princip. verſ. in alieno vero, & verſ. quòd ſi quis à Principe, vbi videtur ampliare, quòd nec valet Principis licentia de effodiendo metallum in fundo alieno. Ioan. de Platea in princ. verſ. 3. ſtatuit, & num. 4 & 6. verſ. ſimiliter, vbi pariter ampliat, quòd nec publici metallarij poſſunt in fundo alieno theſaurum perquirere, inuito Domino, glo. in l. cuncti in 1. glo. C. de metallar. lib. 11. & ibi hoc adnotauit Io. de Platea ante, nu. 4. verſ. & nota, & ex d. n. 1. verſ. ſed melior eſt ratio, vbi amplius, quòd de iſto theſauro inuento in fundo alieno nihil fiſco debetur. Roman. ſing. 617. Regula eſt quòd rem alienam, item gloſ. in §. theſauros. in verbo, *non data ad hoc opera*, Inſtit. de rer. diuiſ. & ibi Aret. ante num. 1. verſic. ſecus ſi data opera id fecit, & in 3. notab. Minſinger. num. 3. in fine, & num. 8. Grammat. num. 4. & Nicaſ. num. 5. Pract. Papien. verſic. ſi vero data ad hoc opera. Couar. in Reg. peccatum, par. 3. §. 2. nu. 2. de regul. iur. in 6. Vbi reſtatur de receptiſſima, & probatiſſima opinione. Caſſan. in conſuetud. Burgund. in rub. des iuſtices, in verbo *expaues*, num. 17. verſ. aut vero inuenit data adhoc opera fol. mihi 22. colum. 4. in fine, Villalob. in commun. opin. litera T. verſ. theſaurus, num. 112. Vbi de communi. Anton. Gomez. in l. Tauri 45. num. 51. in 2. concluſ. verſ. ſi vero data adhoc opera. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 30. num. 7. Vbi quòd hæc concluſio eſt ab omnibus recepta. Burſatt. conſ. 209. num. 3. verſ. ac ſi data opera. lib. 2. Vbi de communi. Nauar. in Manual. confeſſ. cap. 17. num. 172. verſ. ſed ſi data opera. Valaſc. de iure emphyt. cap. 15. num. 1. in fine, vbi quòd hæc eſt communis doctrina.

4 Procedit autem hæc concluſio, vt nedum inuito Domino, ſed nec etiam eo ignorante, aut volente poſſit quis in alieno ſolo theſaurum perquirere, & ſi ſic perquirendo fuerit inuentus, ſpectat ad ipſum Dominum, & non ad inuentorem tex. in d. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. in illis verbis *Immo nec volentibus, vel ignorantibus Dominis*, & ibi gloſſ. in verbo *volentibus*, & Bar. nu. 6. verſ. circa tertium, vbi propterea dicit notandum caſum, in quo Dominus non poteſt permittere in ſuo, vt quis operetur ad effectum, vt acquirat proprio operantis nomine, ſed benè poterit permittere, vt alter operetur, & theſaurum quærat nomine ipſius Domini, & ad ipſius vtilitatẽ, quod & idem voluit Bald. in princ. in verſ. etiam ſi eius voluntate ſit data in uentioni opera, num. 4. & 5. Angel. num. 2. verſ. in alieno vero non ſuo nomine. Luc. de Penn. in princip. verſ. immò nec volentibus, & num. 16. in fine, verſ. poſt gloſſ. Ioann. de Platea in princ. verſic. tertio ſtatuit, & verſ. in ſuo loco, &c. & num. 4. in princ. & in verſ. item ſecus ſi non nomine ſuo, ſed alieno, vbi pariter benè declarat, & num. 5. Nicaſ. in §. theſauros, num. 4. verſ. ſi nihilominus. inſtit. de rer. diuiſ. & ibidem nu. 5. Caſſan. in conſuetudin. Burgund. in rub. des iuſtices, in verbo *expaues*, num. 17. verſ. aut vero inuenit data ad hoc opera. fol. mihi 22. col. 4. in fine. Vbi tunc theſaurum dicit inuentum Domino volente, quando quis illũ inuenit vti mercenarius ad hoc conductus. Villalob. in commun. opin. litera T. verſ. theſaurus, num. 112. Vbi de communi. Anton. Gomez in l. Tauri 45. num. 51. in 2. concluſ. vbi de communi. Vbi reddit rationem huius concluſionis ex Fabr. & Ioan. de Platea in locis per eum citatis, Peregr. de iure fiſci, libr. 4. tit. 2. rub. de theſaur. & metall. num. 5. in 4. concluſ. Ex quibus ſine dubio apparet, ita communiter à Doctoribus receptũ eſſe, quamuis Nauarra in ſuo Manual. confeſſ. cap. 17. num. 172. verſ. ſed ſi data opera, affirmauerit, Theſaurum inuentum, in fundo alieno Domino volente totum ad inuentorem ſpectare, ſed pro hac ſua opinione nihil allegat. & ad præmiſſa vide Valaſc. in tractat. de iure emphyt. queſt. 15. num. 3. iuncto num. 7. vbi iuxta communem mẽtem præcitatorum Doctorum bene comprobat, Dominum fundi non poſſe conſentire, vt extraneus in fundo ſuo theſaurum perquirat, & ipſi perquirenti acquiratur. Sed bene poteſt in eodem fundo famulos, operarios ponere, vt illum perquirant, & ipſi Domino acquiratur.

5 Immò data opera theſaurum perquirens in alieno fundo etiam domino volente, aut ignorante extra ordinem, & Iudicis arbitrio puniẽdus eſt. tex. in d. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. ibi. *Et velut temerator legis ſaluberrimæ puniatur*, & ibi gloſ. in verbo *legis*, Bartol. in princ. verſ. quarto puniuntur. Ang. in addit. ad Bart. ibidem litera E. in vltima addit. in princip. Bald. ante num. 1. verſic. & qui imperratet. Luc. de Penn. in princip. verſic. quòd ſi quis. Ioan. de Platea in prin. verſ. quartò punit cõtra faciẽtem, & num. 4. &

4. & 8. vers. item nota. Vbi quòd talis pœna non habet locum ex sola inquisitione, nisi etiam thesaurus fuerit inuentus, & num. 9. Valasc. de iure emphyt. q. 15. num. 7.

6 QVÆRO III. quid si quis casu fortuito, & non data opera thesaurum in fundo alieno inueniat? An inuentus thesaurus spectet ad Dominum fundi, An vero ad inuentorem? Responde, quòd medietas spectat ad inuentorem, & alia medietas ad Dominum fundi. text. expressus in l. 1. in fine, C. de thesaur. lib. 10. dum ibi dicitur. *Quòd si fortè vel arando, vel alias terram alienam colendo, vel quocumque casu non studio perscrutandi in alienis locis thesaurum inuenerit, id quod repertum fuerit dimidia retenta, altera dimidia data, cum locorum Domino partiatur, ita enim eueniet, vt vnusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis*, & ibi Bartol in summario, Bald. ante num. 1. vers. aut non data opera. Angel. num. 2. vers. & si thesaurus ex fortuna, fuerit inuentus. Luc. de Pen. in princ. vers. si aūt locum alienum, & num. 13. Vbi in proposito declarat, quando dicatur casus fortuitus Ioan. de Platea in princ. vers. quinto disponit, & vers. sed si casu fortuito, num. 4. vers. secus si non data opera, & est etiam text. in §. thesauros, instit. de rer. diuis. dum ibi dicitur *At si quis in alieno loco, non data ad hoc opera, sed fortuito inuenerit, dimidium domino soli concessit, & dimidium inuentori*, & ibi glos. in verbo *suo*. Vbi de mercenario inueniente thesaurum, dum laborat in fundo alieno, & in verbo *fortuito casu*, Vbi declarat an, & quando dicatur casu inuentus thesaurus. Aret. in summario Minsing. num. 2. vers. si vero in alieno. Gram. num. 4. & Nicas. num. 1. & 6. Vbi etiam declarat quis dicatur casus fortuitus. Beluis. in pract. in titul. de fur. & latron. lib. 1. cap. 10. num 60. ad med. & num. 61 in fine vers. si autem thesaurus reperitur in loco priuato, & prorsus alieno. Pract. Papien. in forma libelli in actione reali in glossa iure dominij, num. 12. vers. aut reperitur in alieno. Cassan. in consuetud. Burgund. in tit des iustices, in verbo *expaues*, num. 17. vers. aut vero quis reperit in fundo alieno, fol. mihi 22. in fine. Couar. in reg. peccatum, in par. 3. §. 2. nu. 2. de reg. iur. in 6. vbi testatur de receptissima, & probatissima opinione. Villalob. in commun. opin. litera T. vers. thesaurus, num. 112. vbi de communi. Anton. Gomez. in l. Tauri 45. num. 51. vers. secunda conclusio, vbi de communi. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 30. num. 7. Vbi quòd hæc conclusio est ab omnibus recepta. Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 2. rub. de thesaur. & metall. num. 4. in 3. conclus. Bursatt. cons. 209. num. 3. lib. 2. Vbi de communi, & num. 12. Vbi de rustico ligonizante agrum. Nauar. in Manual. confess. cap. 17. num. 172. vers. & si casu.

7 QVÆRO IV. ad quem spectet thesaurus inuentus casu fortuito in fundo Cæsaris proprio, seu alicuius Ciuitatis? Responde, quòd spectat pro medietate ad Cæsarem, seu Ciuitatem, & pro alia medietate ad inuentorem. text. est. in §. thesauros, in fine instit. de rer. diuis. dum ibi dicitur, *& conuenienter si quis in Cæsaris loco inuenerit, dimidium inuentoris, & dimidium esse Cæsaris statuit, cui conueniens est, vt si quis in fiscali loco, vel publico, vel Ciuitatis inuenerit dimidium ipsius esse debeat, & dimidium fisci, vel Ciuitatis*, & ibi glo. in verbo in *Cæsaris loco* Vbi declarat scilicet *patrimoniali*, & in verbo *fiscali loco*. Vbi declarat. *Non tamen publicè deputato*, & in verbo *Ciuitatis*, vbi declarat quòd loco priuatorum sit, concordat tex. in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci, Afflict. decis. 321. num. 11. in fine. voluit gloss. in l. 1. in verbo *partiatur*. C. de thesaur. lib. 10. & ibi etiam Ioan. de Platea, post num. 4. Pract. Papien. in forma libelli in actio. reali in glos. iure dominij, num. 12. vers. vbi autem thesaurus, vbi etiam secus si data opera fuerit inuentus, quia tunc nihil spectat ad inuentorem, sed totus applicatur ipsi Ciuitati, vel Cæsari, sicut si fuisset inuentus in alieno priuato fundo, quòd & idem voluit Couar. in reg. peccatum, par. 3. §. 2. post num. 3. vers. & tamen constat & d. num. 3. in fin vers. Non obstat, &c. de reg. iur. in 6. Cassan. vbi supra num. 19. vers. aut quis sol. mihi 23. colum. 1. in princ. Anto. Gomez. in l. Tauri 45. num. 42. vbi de communi opinione. Peregr. de iure fisci, lib. 4. titul. 2. rubr. de thesaur. & metall. num. 5. in 4. conclus. Bursat. consil. 209. nume. 4. lib. 2.

8 QVÆRO V. ad quem spectet thesaurus inuentus in loco publico, idest, publicè deputato? Responde, quòd spectat pro dimidia ad inuentorem, & pro alia dimidia ad fiscum, tex. videtur expressus in §. thesauros, in fine institut. de rer. diuis. vbi idem iudicatur de thesauro inuento in loco publico, ac de thesauro inuento in loco fiscali, vel Ciuitatis, & ibi glo. in verbo *vel publico*, & Aret. nu. 1. in 5. & 6. notab. vbi propterea aduertit, aliud esse publicum, aliud fiscale, & aliud Ciuitatis, item videtur tex. in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci. Vbi pariter idem videtur statuere de thesauro inuento in loco publico, & de inuento in loco sacro, religioso, fiscali, & Cæsaris, & in omnibus prædictis casibus dimidium tantum ad inuentorem spectare ibi disponitur, & ita Doctores sentire non inficiatur Couar. in reg. peccatum, par. 3. §. 2. num. 5. ad finem in versic. non tamen inficior. Quamuis paulo ante in vers. ijs accedit ex Cyn. Bald. & Cassan. in locis per eum relatis, verius crediderit thesaurum in loco publico inuentum totum fieri inuenientis. Verum pro prima opinione adde eundem Cassan. vbi supra num. 20. fol. mihi 23. Borgnin. Caualcan. decis. 62. num. 1. vers. si vero in loco publico, Villalob. in commun. opin. litera T. vers. thesaurus, num. 113. Vbi de communi. Nauarr. in Manual. confess. cap. 17. num. 175. & Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 2. rub. de thesaur. & metall. num. 8. Vbi quòd contraria opinio communiter reijcitur, improbatq; rationem, & solutionem per Couaru. adductam in loco præcitato, vide tamen in proposito quandam distinctionem trad. per Beluis. in pract. lib. 1. cap. 10. in rub. de fur. & latro. num 61. in princip. vers. si autem reperitur thesaurus in loco publico, & d. num. 61. in fine vers. si autem locus ille non erat accessorius.

9 QVÆRO VI. ad quem spectet thesaurus casu fortuito, & non data opera inuentus in bonis nullius, vtputa, in loco sacro, & religioso? Responde, quòd talis thesaurus iudicandus est, ac si in suo proprio inuentus fuisset, & ideo totus ad inuentorem pertinet, prout est tex. in §. thesauros, institut. de rer. diuis. in illis verbis *Idemq; statuit si quis in sacro, aut religioso loco fortuito casu inuenerit*, & ibi Aret. in sumario, & in 2. notab Nicas. num. 1. voluit glos. in l. 1. in verbo *Nam in suis*, in fine C. de thesaur. lib. 10. & ibi etiam Bart. n. 5. vers. quæro quid si inueniatur in loco sacro, plenè comprobat Couar. in reg. peccatū, par. 3. §. 2. n. 3. per totū, &c. de reg. iur. in 6. Vbi pluribus demonstrat p illū text. esse correctū aliū text. in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci, de quo mox dicā. Cassan. qui tamen in specie loquitur de thesauro inuento in loco, qui in nullius bonis sit, in consuetud. Burgun. rubr. des iustices in verbo *expaues*, num. 10. fol. 22. colum. 4. in princip. & num. 20. in fine vers. aut vero thesaurus, fol. 23. colum. 1. allegat Cyn. & Bald. in l. lapilli, ff. de rer. diuis. & ita etiam videtur residere. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 2. rubr. de thesaur. & metall. num. 6. & 7.

10 Contra, quòd immò thesaurus inuentus in loco sacro, & religioso spectet pro medietate ad fiscum, & pro alia medietate ad inuentorem, est tex. expressus in l. 3. §. si in locis, ff. de iure fisci, vbi glos. in verbo *vendicaretur*, timore huius contrarij dat plures solutionis, & distinctiones, quas ibi videas, & etiam eas videas per Couar. in loco præcitato, d. num. 3. vbi omnes solutiones impugnat retenta tantum ea, quòd scilicet text. in d. l. 3. sit correctus per tex. in d. §. thesauros, & per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 30. num. 8. vers. si vero inuentus, & per Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 2. rubr. de thesaur. & metall. nu. 6. & 7. & aliam distinctionem tradit Beluis. in pract. in loco nuper allegato supra num 8. in fine.

11 Verum quicquid dicant Couar. & Pereg. in locis præcitatis, ex omnibus solutionibus illa videtur receptior, quòd scilicet tex. in §. thesauros, loquatur de naturali equitate tex. autem in d. §. si in locis, loquatur secundum rationem ciuilem, quæ isto casu præualere debeat naturali æquitati, prout voluit glossa in §. thesauros in verbo *religioso*, institut. de rerum diuision. & ibi Aret.

Aret. num. 9. Grammat. num. 8. verſic. capio gloſſam. & Nicaſ. num. 8. Ioan. de Platea in l. 1. num. 6. verſ. ſed ſi quis C. de theſaur. lib. 10. Villalob. in commun. opin. litera T. in verbo *theſauros*, num. 114. vbi teſtatur de magis communi opinione, ex Iaſ. in loco per eum citato, & ita etiam de veriori, & magis communi opinione teſtatur Anto. Gomez. in l. Tauri 45. num. 52. verſ. quarta concluſio. Vbi tamen hoc intelligit, quando caſu fortuito inueniatur theſaurus in loco ſacro, vel religioſo; ſecus ſi data opera, quia tunc totus ſpectat ad Dominum loci, & declaratio eſt veriſſima.

12 Et propterea cum hodie Eccleſiaſticæ res in nihilo ſpectēt ad Principem ſæcularem, vt in cap. ſoliré, de maior. & obedien. & in Authen. quomod. opor. Epiſc. in princ. ſequitur, quòd medietas theſauri. inuenti in bonis Eccleſiæ, aut in loco ſacro, vel religioſo, ſpectet ad fiſcum Eccleſiæ, alia medietas ad inuentorem, ſecundum Ioan. de Platea in l. 1. num. 6. verſ. hodie autem, C. de theſaur. lib. 10. Aret. in §. theſauros, num. 9. verſic. & aduertas, inſtit. de rerum diuiſ. & ibi etiam Nicaſ. num. 8. Pract. Papien. in forma libelli in actio. reali, in gloſſ. iure dominij, num. 12. n fine verſic. ſed ſi fuerit inuentus in loco ſacro. Nec diſſentit Caſſan. vbi ſupra num. 20. 21. & 22. Vbi generaliter loquitur de theſauro inuento in loco religioſo, in Eccleſia, vel in fundo Eccleſiaſtico. Couar. vbi ſupra nu. 3. in fine verſ. ſed apud nos, & Anto. Gomez. in l. Tauri 45. d. num. 52. eod. verſ. quarta concluſ. Vbi etiam, quid ſi theſaurus non caſu fortuito, ſed data opera fuerit inuentus in loco ſacro, vel religioſo, & Peregr. de iure fiſci, lib. 4. tit. 2. rubr. de theſaur. & metall. num. 7. in princ. & in fine, verſic. verum cum apud nos, Burſat conſ. 209. num 4. lib. 2. & latiſſimè comprobat Borgnin. Caualcan. deciſ. 62. per totam par. 2. Vbi num. 12. teſtatur de communi, & ſeruata apud eum opinione, nec diſſentire videtur Nauar. in Manual. confeſſ. cap. 17. num. 175.

13 QVÆRO VII. ad quem ſpectet theſaurus inuentus iu fundo, cuius vnus ſit Dominus vtilis, alter vero directus? Reſponde quòd ſpectat non ad Dominum directum, ſed ad vtilem vtputa, emphyteotam, feudatarium, & ſimiles. Iſto enim caſu dñium vtile præfertur directo ſecundum glo. in l. 1. C. de theſaur. lib. 10. in verbo *Nã inſuis*, & ibi etiam Bartol. nu. 5. verſ. circa iſtam partē. Bald. num. 2. Luc. de Penn. num. 16. Ioan. de Platea, num. 3. verſ. ſed quæro, & verſ. quod ergo: gloſ. in §. theſauros, in verbo *ſuo*, inſtit. de rer. diuiſion. & ibi etiam Aret. num. 3. & 4. verſic. item quid. vbi amplius, quod præfertur Dominus vtilis, & ambo agunt contra tertium inuentorem. Minſing. num. 6. Grammat. num. 7. & Nicaſ. nu. 3. Beluiſ. in pract. in tit. de furt. & latron. cap. 10. num, 61. ad finem verſ. & intelligitur dominus prædij, lib. 1. Pract. Papien. in forma libelli in actio. reali in glo. iure dominij, num. 12. verſic. & hoc. Caſſan. in conſuetud. Burgun. in tit. des iudices, in verbo *expaues*, fol. 22. col. 4. num. 12. Burſat. conſil. 209. num. 5. lib. 2.

Quamuis contrarium voluiſſe videatur Borgnin. deciſ. 62. num. 1. par. 2. & Nauarr. in Manual. confeſſ. c. 17. n. 173. & ſeq. vbi in propoſito declarat, quando quis dicatur habere dominium directum, & quando vtile. Concluditque, quod iſto caſu ſiue theſaurus inueniatur per Dominum vtilē, ſiue per Dominum directum partiri debet inter eos, ita vt vnuſquiſque medietatem habeat: & ita etiam cum Nauarr. in loco præcitato, & alijs per eum relatis, ſentit Valaſc. in tract. de iure emphyt. quæſt. 15. nu. 1. & 9. vbi affirmat hanc opinionem ſibi videri æquiorem, & illam defendit. Et ſi primam ſententiam pariter alijs relatis concordantibus, magis receptam fateatur. Vide tamen eundem Valaſc. ibidem, num. 10. vbi quòd ſi extraneus, qui non ſit Dominus directus, nec vtilis inueniat theſaurum in fundo emphyteotico, vel feudali debet illum partiri cum Domino vtili, non autem cum directo, & ibi concordantes allegat.

14 Quid de theſauro inuento in fundo creditori pignorato? Dic, quòd creditor non dicitur Dominus fundi, ſeu domus ſibi hypothecatæ. Ideo fundum, ſeu domum retinens iure pignoris, ſi in eo non data opera theſaurum inueniat, illus pars ad debitorem ſpectat, alia pars ad ipſum creditorem non tanquam ad Dominum fundi, ſed tanquam ad inuentorem theſauri in fundo alieno, tex. eſt in l. ſi is, §. fin. ff. de acquir. rer. domin. & per iſtum tex. hoc idem firmauerunt gloſ. in l. 1. in verbo *Nam in ſuis*, C. de theſau. lib. 10. & ibi Adden. ad Barr. in 2. addit. ſub litera A. verſ. nota, quòd creditor, & Ioan. de Platea poſt num. 3. ſub verſ. ſed quæro, & verſ. & ſimiliter. Gloſ. in §. theſauros, in verbo *ſuo*, inſtitut. de rer. diuiſ. & ibi etiam Aret. nu. 7. Minſinger. num. 6. Grammat. num. 8. & Nicaſ. num. 4. Caſſan. vbi ſupra fol. 22. nu. 16. col. fin. Burſat. d. conſ. 209. num. 7. Nauarr. in Manual. confeſſ. c. 17. num. 173.

15 Quid de theſauro inuento in fundo fructuarij. Dic quòd fructuarius pariter non dicitur Dominus fundi, ſeu domus, in qua habet ſolum vſumfructum. Ideo ſi in fundo, aut domo prædicta theſaurum inueniat, iudicatur de eo, ac ſi in fundo alieno inueniſſet, tex. eſt in l. ſi is, §. quòd ſi ſeruus, ff de acquir. rer. dom. per quem tex. ita dixerunt glo. in l. 1. in verbo *Nam in ſuis*, C. de theſaur. lib. 10. & ibi Ioan. de Platea. num. 3. verſ. ſed quæro, & verſ. & ideo fructuarius, & num. 5. verſ. Nec fructuarius poteſt conſentire. Aret. in §. theſauros, n. 6. inſtit. de rerũ diuiſ. Minſin. n. 6. in fi. & n. 7. Caſſ. vbi ſup. n. 17. fol. mihi 22. colum. fin. Burſat. d. conſ. 209. num. 7. Borgnin. Caualcan. d. deciſ. 62. num. 4. par. 2. vbi amplius, quòd medietatem theſauri habet vſufructuarius, finito autem vſufructu, illũ Domino directo reſtituit, quòd ego intelligerem retenta alia medietate ad ipſum tanquam inuentorem ſpectante, poſtquam vt dixi, idem iudicatur iſto caſu, ac de eo, qui in fundo alieno inueniet theſaurum.

16 Quid de theſauro inuento in fundo dotali? Dic, quòd vir ſi in fundo dotali theſaurum inueniat, dimidiã illius partē ſibi retinet, aliam verò dimidiã ſolu to matrimonio reſtituet, nõ aliter, ac ſi in alieno inueniſſet; Non. n. theſaurus iſte dicitur in fructu, text. eſt in l. diuortio, §. ſi fundũ, in fine, ff. ſolut. matrimon. dum ibi dicitur. *Non magis quam ſi theſaurus fuerit inuentus. Non enim in fructu computabitur, ſed pars eius dimidia reſtituetur, quaſi in alieno inuenta*, & ibi gloſ. in verbo *in alieno*, proponit contraria, & illis reſpondet, & per iſtum text. hoc idem voluit alia gloſſ. in l. 1. in verbo *Nam in ſuis*, C. de theſaur. lib. 10. & ibi adden. ad Bartol. in 2. additione, in fine, ſub litera. A. Luc. de Pen num. 16. ad med. verſ. adde, vel dic. Ioan. de Platea, num. 3. ſub verſ. ſed quæro, & verſ. & ex prædictis, & verſ. & ſimiliter maritus, & num. 5. verſ. ſic etiam non poteſt maritus. Aret. in §. theſauros, num. 8. Inſtit. de rerum diuiſ. Burſat. d. concluſ. 209. ſub nu. 8. lib. 2. Nauar. in Manual. confeſſ. cap. 17. num. 173.

17 Quid de theſauro inuento in fundo alieno, præſcripto tamen à poſſeſſore? Dic, quòd theſaurus inuentus in fundo alieno, quem tamen quis poſſidendo præſcripſit, ſpectat ad præſcribentem non autem ad Dominum, quando præſcriptio habuit bonam fidem; ſecus ſi malam fidem habuit, ſecundum Angel. Aret. in §. theſauros, num. 5. Inſtitut. de rer. diuiſ. & declarat Luc. de Penn. quem videas in l. 1. num. 16. C. de theſaur. lib. 10. prout etiam declarat Ioan. de Platea ibidem num. 3. verſ. & ideo præſcribens Burſat. conſ. 209. num. 15. lib. 2.

18 QVÆRO VIII. ad quem ſpectet theſaurus magica arte inuentus? Reſponde, quòd ſpectat ad Principem, & & non ad inuentorem in quocunque loco inueniatur tex. eſt in l. 1. C. de theſaur. lib. 10. in illis verbis *Dummodo ſine ſceleratis, ac puniendis ſacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odioſa*, & ibi gloſ. in verbo *arte*, & Bar. num. 5. in fine Bald. in princ. verſ. niſi per incantationes. Angel. num. 2. in fine verſic. quid ſi inueniatur per artem magicam. Luc. de Penn. in princ. verſ. dummodo ſine ſacrificijs, & nu. 5. in verbo *ſacrificijs*, & verſ. & conclude, & num. 1. gloſ. in §. theſauros, in verbo *Non data ad hoc opera*, Inſtit. de rerum diuiſ. & ibi etiam Aret. n. 1. in 4. notab. Minſing. n. 5. & Nicaſ. poſt n. 6. Pract. Papie. in forma libelli in actio. reali in gloſ. iure dominij, num. 12. Villalob. in commun. opin. litera. in verſic. theſaurus, num. 111. Vbi de communi. Angel. Aret.

Aret. inter conf. crimin. diuers. consil.71.num.66.tomo 1. in folio, Afflict. decis. 321. num.7. Cassan. in consuetud. Burgund. titul. des iudices in verbo *expaues*, num.7. fol. 22.colum.3.in fine, Couar.in reg.peccatum,par.3.§.2.nu. 2.vbi testatur de receptissima, & probatissima opinione de regul.iur.in 6.Anton.Gomez.in l.Tauri 45.num.31.vbi etiā de communi. Menoch. de præsumpt.lib.5.præsumpt. 30.num.7. Vbi quod hæc conclusio est ab omnibus recepta. Peregr. de iure fisci lib.4. tit.2.rub. de thæsaur. & metall.num.1.in 1.conclus.Borgnin. Caualcan.decis.62.post num.1.vers. si verò hoc fecerit par. 2. Nauar.in Manual. confess.cap.17. num.175. in fine, vbi tamen quòd in foro cōscientiæ potest inuentor thesaurum inuentum magica arte retinere quousq; fuerit ad restituendum condemnatus. Sed quòd immò nec etiam vllo tempore, in foro conscientiæ possit thesaurus sic inuentus retineri, verius credidit Valas.de iure emphyt.q.15.num.4.

Verum an magica arte, & dæmonum præsidio inueniri possint thesauri, vide Paul. Ghirlan.in tract.de sortileg. quæst.3.num.12.& Nicas.in §.thesaurum, nu.6.vers. patet etiam.Instit.de rer. diuis.

19 QVÆRO IX. quando propriè dicatur thesaurus, præsertim ad effectum,vt spectet ad inuentorem,si in fundo proprio inueniatur? Responde, quòd quæ de thesauro dicuntur, intelligenda sunt de auro, seu argento, vel pecunia, cuius Dominus sit incertus, & quæ fuerint abscondita antiquitus, & tanto tempore, vt non extet memoria in contrarium, aliter enim non dicitur propriè thesaurus tex.in l.1.C.de thesaur.lib.10.ibi, *Idest cognita ab ignotis Dominis tempore vetustiori pecunia*, & ibi hoc bene adnotauit Luc.de Penn. n.6.in verbo *thesaurū*,& in verbo *ignotis*, & in verbo *vetustiori*, Ioan. de Platea num.primo, in fine, versicul. & intellige,& num.2.gloss.in §.thesauros, in verbo *thesauros*, Institut. de rerum diuis. & ibi Minsinger. num.3. Grammar.num.6.& Nicas.num. 2. Item est text.in l.nunquam nuda,§.primo,ff.de acquiren rerum domin.dum ibi dicitur *thesaurus est vetus quædam depositio pecuniæ,cuius non extat memoria,vt iam Dominum non habeat*. Cassan. vbi supra num. 6. Beluis. in practic. libro primo,capit. 10.rubric.de furt. & latron.num.61.in princip. versicul. aliàs si extaret memoria. Bursatt. consil. 209.nu. primo,9.11.& 16.lib.2.Couaru.in regul.peccatum,parte tertia,§. secundo, num.primo,de regul.iur. in 6.Menoch. de præsumpt. libro quinto, præsumpt.30 num.6. Peregr. de iure fisci libro quarto,titul. 2.rubric.de thesaur. & metall.num.1. Nauar. in Manual. confess.capitul.17.nu.172.

20 Et ideo domo vendita, in qua non antiquitus fuerit abscondita aliqua pecuniarum quantitas, non censetur vendita ipsa pecunia,& si reperiatur spectat ad venditorem, non autem ad emptorem, prout pariter talis pecunia lucri, metus, vel custodiæ causa abscondita, si fuerit per aliqnem reperta, nihil quæritur inuentori, sed spectat ad eum,qui abscondidit, vel eius hæredes,& furtum committit,qui data opera inueniet,& nō restituit. Probantur hęc per Bartol.in l.à tutore,ff.de rei vendic.Ioan.de Platea in l.prima, num.3.C. de thesaur. lib 10. vbi plura adducit iura pro confirmatione huius conclusionis. Aret.in §.thesauros, post.num.9.versic.in gloss. Domino,&c. Institut. de rerem diuis. & ibi etiam Minsinger. num.3. versic. alioquin,&c. & Nicas. num.4. versic.si vero mercenarius, & videatur Nauarr. in suo Manual. confess.cap. 17.nu. 175. versic.sequitur tertiò.tex.in l.nunquam nuda,§.thesaurus, & ibi gloss.in verb *furtum*,ff. de acquiren.rer.domin.dum per hæc verba ibi dicitur *Sic enim sit eius qui inuenerit, quòd non alterius sit, alioquin si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodia condiderit sub terra,non est thesaurus cuius etiam furtum fit*.

Addo ad præmissa Cassan. in consuetud. Burgun. rub. des iudices,in verbo *expaues*, num. 15.folio mihi.22.col. 4. Vbi quòd si in re vendita inuenitur thesaurus spectat ad emptorem, si vero non thesaurus, sed alia pecunia, non antiquitus abscondita inuenitur, spectat ad venditorem,& postea subdit ex Aluarot. & Cardinal.Alexandrin. per ipsum allegatis in titul. quæ sint regalia, quòd si quis vendidit domum per errorem, non putans,aut non cogitans in re vendita esse thesaurum. Tunc inuentus thesaurus venditori restituendus est; secus si ex certa scientia vendidit,& nihil excceptuauit, quia tunc omnia videtur transtulisse,iuribus ibi per eum allegatis. Cuius contrarium videtur voluisse Nauarr.in Manual. confess. cap. 17.num.175. vers. sequitur tertiò in fine. vbi dixi, quòd si emens inuenit thesaurum in fundo empto, nihil tenetur venditori restituere. Ad quæ vide etiam eundem Valas. de iure emphyt. capitul. 15. num.5.& 6. vbi defendit,thesaurum inuentum in fundo vendito spectare pro dimidia ad venditorem, quando emptor sciebat in illo fundo esse reconditum thesaurū, venditor autem ignorabat.

Et rursus ad hanc eandem materiam, adde Cassan. in loco præcitato num. 19. fol. 23. Vbi an liceat pecuniam abscondere subtus terram, & quid si fuerit abscondita in fundo alieno, an Dominus fundi possit prohibere abscondenrem, ne absconditam pecuniam inueniat,Couaru.in dict.reg. peccatum, par.3. §. secundo, num.primo, versic. alioquin,&c.de reg.iuris in 6. Vrsill.in addition.ad Afflict. decis. 321.num.septimo, in fine,& 8. Peregr. de iure fisci, libro quarto, titul. 2. rubric.de thesaur. & metall.num.1. Bursat. consil. 209. num. 6. 12. & seqq. libro 2. Borgnin. Caualcan. dict. decis. 62. num. 10. & 15. par.2. Valasc.de iure emphyt. quæstio. 15. numer. octauo, vbi de emptore inueniente in domo empta, & illius pariete pecuniam absconditam, quæ non sit thesaurus. Et vide etiam quę dixi supra,num.2.

21 Impropriè autem quandoque dicitur thesaurus consistens in pecunia etiam non antiquo tempore recondita, prout voluit gloss.in l. prima,in verbo *thesauri*, C. de thesaur.lib.11. per tex. quem allegat in l.thesaurus,ff. ad exhiben.& ibi etiam Bartol. num. primo, in 2. notabil. & Adden.ad eundem Bartol. ibidē litera C. in vltima additione, in fine, Ioan. de Platea num.tertio, versicul. Impropriè autem.gloss.in §. thesauros, in verbo *thesauros*, versic. quandoque impropriè dicitur. Institut. de rerum diuis. allegat alium tex. in §. peregrè in princip. ff. de acquirenposseff. Nicas. in dict.§. thesauros, num.2.in fine,gloss. in l. nunquam nuda, §. thesaurus, in verbo *non est thesaurus*, ff.de acquiren.rer. domin.

22 QVÆRO X. An in pecunia, auro, vel argento inuento præsumatur, & qualitas thesauri secundum terminos præcedentis quæstionis? Responde, quòd alleganti pecuniam inuentam esse thesaurum, & sic antiquitus esse absconditam, & memoriam non extare de tempore, in quo fuit recondita, incumbit probandi onus. Ioann de Platea in l.prima, numero 6. ad finem versicul. quæro,aliquis fodit pecuniam,C. de thesaur. lib. 10. Aret. in §. thesauros, numero secundo, Institut. de rerum diuision. Peregr. de iure fisci, libro quarto, titul. secundo, rubr. de thesaur. & metall. numero 10. in 8. conclus. Bursatt. dict. consilio 109. numero 12. ad med. Valasc. de iure emphyt. d. quæst. 15.num.8.in fine.

23 Quamuis contrarium, quòd imo in dubio præsumatur thesaurus, præsumaturque pecunia antiquitus abscondita, consulendo tradiderit Angel. Aretin. inter consilia crimin. diuers. consilio 71. numero 65.tomo primo, in folio. Quæquidem contraria opnio poterit habere locum, quando pecunia inuenta in sui facie ostenderet antiquitatem, vtputa, quia esset corrosa, & multum ruginosa, prout in casu, in quo consuluit Bursatt. in d. consilio 209. num.15.ad med.& numero 17. versicul. secundo dicitur. libro 2. Nec dissentit Borgnin. Caualc. d.decis.62. num. 16. par.2.

24 Dicitur autem probatum non extare memoriam de tempore absconditæ pecuniæ, quando sic probatur per testes deponentes de communi æstimatione, & alias vt in l. si arbiter, ff. de probat. Quę probatio transfert onus probandi in aduersarium, quòd pecuniæ fuerunt eo loci à subditis reconditæ, secundum Ioann. de Platea in l. prima, numero sexto, ad finem versiculo quæro aliquis, C. de thesaur. libro 10. Aretin. in §. thesauros, num. 2. Institu. de rerum diuis. Peregr. vbi supra dict.

dict. num. 10. ead. 8. concluſ. Burſatt. dict. conſ. 209. nu. 12. ad finem.

25 Verum licèt fama, & communis æſtimatio ſufficiat ad probandum theſaurum, & pecuniam fuiſſe antiquitus abſconditam, non tamen ſufficit ad probandum, quòd eadem pecunia fuerit ibi poſita ab aliqua perſona, ſecundum Angel. Aretin. inter conſil. crimin. diuerſ. conſ. 71. nu. 66. verſ. Nec obſtat quòd fama, & ſeqq. tomo 1. in fol.

26 QVÆRO XI. quando quis dicatur inueniſſe theſaurum ad effectum, vt ſpectet, vel non ſpectet ad inuentorem? Reſponde, quòd inueniſſe theſaurum dicitur non is, qui ſolum ſcit theſaurum eſſe in aliquo loco, ſed qui theſaurum videt, vel percipit, & animum habendi habuit, prout voluit gloſſ. in l. prima, in verbo *inuenerit*, C. de theſaur. libro 10. per text. quem allegat in l. tertia, §. Neratius, ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi gloſſ. & Doctores declarant an, & quando theſaurus dicatur poſſideri, & dicit Ioann. de Platea in dict. l. prima, numero ſexto, verſic. item quæro, quòd licèt gloſſ. in l. nunquam, §. theſaurus, ff. de acquiren. rerum domin. & in §. item lapilli, Inſtitut. de rerum diuiſ. dixerit, quòd theſaurus ſi ab vno inueniatur per viſum, & aſpectum, ab altero vero poſtea per corporalem appręhenſionem, acquiratur primo inuenienti per viſum, attamen verius eſt ſecundum gloſſ. in d. l. prima, quòd acquiratur appræhendenti, & apponenti ſub ſua cuſtodia, & dicit etiam Nicaſ. in §. theſauros, num. 7. Inſtit. de rer. diuiſ. quòd ad hoc vt theſaurus efficiatur inuentoris, oportet, quòd per inuentorem appræhendatur, nec ſufficit aſpectus, dict. §. Neratius; Quamuis gloſſ. præallegata in dict. l. prima, teneat contrarium, & malè, vt ibi per eum, & ita communiter teneri per Doctores teſtatur. Socin. in l. 3. in dict. §. Neratius. num. ſexto. (Quamuis in via diſputationis, quòd immò ſola ſufficiat inuentio abſque appræhenſione ad hoc, vt inuenienti acquiratur ius ad theſaurum ſubtilibus rationibus ibi demonſtrare conetur,) & pariter ita ſe habere communem opinionem teſtatur Anton. Gomez. in l. Tauri, 45. num. 47. Vbi reſpondet textui in l. clauibus, ff. de contrahen. emptio. qui contra dictam communem facere videtur; illamque ampliat, ſiue theſaurus inueniatur in fundo alieno, ſiue etiam in proprio, cum vtroque caſu poſſeſſio non acquiratur per viſum, & aſpectum, ſed per appræhenſionem, vt ibi per eum, qui etiam ex hoc infert, quòd ſi plures vidiſſent, & inueniſſent theſaurum, vel aliam quamlibet rem vacantem, illa efficitur eius, qui prius eam appræhenderet, ſecundum Bartol. Fabr. & Doctor. in §. item lapilli, Inſtit. de rer. diuiſ. & ibidem dict. num. 47. in fine, verſic. item adde, vbi eandem communem opinionem ampliat alio modo, etiam ſi lex, vel Statutum ſimpliciter diceret, quòd tales res acquirantur per inuentionem, & ſic quòd fiant inuentoris. Nam adhuc requiritur appræhenſio ex allegatis ibi per eum, qui etiam, & in hoc tenetur de communi opinione, pro qua vide etiam latè comprobata inferentem, & exornantem Caſſan. in conſuetud. Burgund. titul. des iuſtices in verbo *aduenies*, num. 1. & ſeqq. fol. mihi 25. Burſatt. d. conſil. 209. num. 11. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 15. num. 2. vbi teſtatur de receptiori opinione, quãuis ipſe contrariã veriorẽ crediderit.

27 QVÆRO XII. qua actione agatur contra theſauri occupatorem? Reſponde, quòd poteſt agi ciuiliter, & criminaliter. Quando agitur ciuiliter, dic, quòd ſi quis in fundo alieno theſaurum inuenit, cuius pars, vel totum ad Dominum ſpectet; dabitur ipſi Domino pro recuperatione theſauri, vel illius partis contra inuentorem, vel conditio ex l. vel rei vendit. ſecundum gloſſ. in l. prima, in verbo *partiatur*. in fine, C. de theſaur. libro 10. & ibi Ioan. de Platea num. 6. verſic. de rei vendic Angel. Aretin. inter conſil. crimin. diuerſor. conſil. 71. num. 73. tomo 1. in folio, vbi amplius, quòd poteſt ag. actione in factum ſubſidiaria.

28 Criminaliter verò pariter dicas, quòd licèt Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 321. num. 7. ſcripſerit malè facere fiſcales, qui contra inuentores theſaurorum per tormenta quærunt illos extorquere, quando ſcilicet, theſaurus fuit inuentus in fundo proprio ipſius inuenientis. Iſtoque caſu officiales prædictos, & malos, & auaros exiſtimauerit, (de qua re latius dixi in prima parte, titul. de indic. & tortur. quæſt. 42. num. 40. & ſeqq. vbi vide)

29 Veritas tamen eſt, quòd pro recuperatione theſauri datur etiam actio furtiua, ſecundum Beluiſ. in practic. lib. primo, cap. 10. rubr. de fur. & latron. ſub num. 60. verſic. Immo potius puniretur, & num. 61. poſt princip. verſic. & debet denunciare, fol. mihi 152. & 153. Angel. Aretin. inter conſ. criminal. diuerſ. conſ. 71. num. 74. tomo primo, in fol. Menoch. de præſumpt. libro. 5. præſumpt. 30. num. 6. & 8. verſic. quod itaque diximus. Vbi facta concluſione, quòd in theſauro non committitur furtum, illam declarat procedere quoad eum, qui theſaurum repoſuit; ſecus quoad alios, qui in eodem theſauro nullum ius habent, quia tunc in eo committunt furtum, ſicut in alijs rebus, cum ſciant inuentores, illum ad ſe ſe non ſpectare, ſed reſtituendum eſſe; & propterea furtum committunt, niſi reſtituant, & rem faciant manifeſtam, vt ibi per eũ.

30 Et adhuc ingrediens ad perquirendum theſaurum in loco alieno inuito domino, tenetur actione iniuriarum, Ioan. de Platea in l. 1. num. 8. verſic. ſi tamen ingreditur. C. de theſaur. lib. 10. per tex. in l. iniuriarum. §. ſi quis me prohibeat. ff. de iniur.

31 Occultãs autem theſaurum in aliquo loco, cuius pars, vel totus ad fiſcum pertineat, punitur occultans in perditione theſauri cum altero tantum. text. eſt in l. tertia. §. final. ff. de iure fiſci, dum ibi dicitur, *Qui autem in loco fiſci theſaurum inuenerit, & partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit, totum cum altero tantum cogitur ſoluere*. Et ibi gloſſ. in verbo *totum*, benè declarat, & per iſtum tex. hoc idem voluerunt Ioan. de Platea in l. prima, num. 6. verſic. ſed attenta ciuili conſtitutione. C. de theſaur. lib. 10. glo. in §. theſauros, in verbo *fiſci*, inſtitut. de rer. diuiſ. Peregr. de iure fiſci, libro 4. tit. 2. rubr. de theſauris, & metallis, num. 9.

32 QVÆRO XIII. & vltimo in hac materia theſauri, quid hodie ſeruetur de conſuetudine? Reſponde, quòd quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine ferè totius orbis theſaurus ad Reges, & ad fiſcum pertinet, ſicut poſt alios, quos ſic teſtãtes refert Theologos, teſtatur Couarru. in reg. peccatum par. 3. §. 2. nu. 4. de reg. iur. in 6. Vbi reſpondet Siluestr. hanc conſuetudinem damnanti in Summa, in verbo *inuentum*, §. ſexto.

ARGVMENTVM.

Metallorum venæ inuentæ in fundo proprio, vel alieno ad quem ſpectent; & an inuito Domino poſſit priuatus, vel Princeps eas in fundo alieno effodere, & generaliter de materia metallorum, & eorum venis.

SVMMARIVM.

Metallorum ſpecies quot ſint, num. 33. & 34.

Metallorum venæ, & auri, & argenti inuenta in aliquo fundo non ſpectant ad Principem, ſed ad Dominum fundi, num. 35. Quamuis in venis auri, & argenti contrarium dicatur, num. 36.

Metallorum venæ inuentæ in loco Principis, vel publico ſpectant ad Principem, num. 37.

Metallorum venæ ſpectant ad dominum fundi vtilem, non autem ad directum, nu. 38. Et quid de metallis inuentis in fundo vſufructuarij, aut de lapidicinis, cretæ fodinis, & ſimilibus. num. 39.

Colonus an poſſit perquirere venas argẽti, vel auri in fundo cõducto, n. 40

Emphiteota an poſſit in fundo emphiteotico incidere lapidicinas, n. 41.

Metallorũ venæ inuẽta in territorio caſtri infeudati ſpectãt ad feudatarium, non aũt ad Dominũ concedentẽ, nu. 42. vbi de materia.

Metalla, & lapidicinæ inuentæ in fundo dotali an ſpectent ad maritum, an vero ad vxorem, num. 43.

Metalla in fundo alterno etiam inuito Domino quis effodere possit, num. 44. De licentia tamen Principis, nu. 45. Quæ quidē licentia non durat nisi in vita inuentoris, nec ad hæredes trāsit, num. 46. & 47. Vbi, quòd Princeps potest dare licentiam effodiendi metalla in fundo alieno: Contra, quòd in fundo alieno nemo possit inuito Domino metalla effodere, num. 48. Et quòd nec etiam de Principis licentia hoc fieri possit, num. 49. Pro solutione distingue, quòd prima opinio procedit, quando dominus fundi non curat, neque vult in suo fundo effodere metalla: secunda autem, quando effodere intendit, quia tunc omnibus præferendus est, num. 50.

Lapidicinas in alieno fundo an possit quis inuito Domino perquirere, & saxa effodere, dic, quòd sic, num. 51. Contra, num. 52. Dicas, quòd si Dominus fundi vult ipse lapidicinas perquirere, & lapides effodere, & tunc sine dubio potest hoc prohibere alijs effodere volentibus, num. 53. Si verò Dominus fundi non vult effodere, & tunc nec etiam ipso inuito potest extraneus effodere, quando effodi non possunt sine fundi læsione, num. 54. Secus si possunt perquiri, & effodi sine læsione fundi, nu. 55. Et quid in lapidicinis pratiosis, prout sunt Cote, num. 56.

Vicinus potest effodiendo subtus terram per cuniculum ire in fundum vicini ad perquirendum lapides pratiosos, num. 57.

Metallarij de publico, & à Principe deputati possunt inuito domimino in alieno fundo metalla perquirere, num. 58. Contra, num. 59. Resolue, vt num. 60.

Saxorum vena, ex quibus fit alumen, inuenta in aliquo fundo ad quem spectent, num. 61.

Metalla effodiens in fundo alieno debet dare vnam decimā Principi, & aliam Domino fundi, nu. 62. Effodiētes verò in loco publico, vel Principis quid debeant soluere, num. 63.

Princeps habet priuilegium prælationis in venditione metallorum pro iusto pratio, nu. 64.

Consuetudo in materia metallorum maximè attendenda est, num. 65. Quæ tamen consuetudo non potest Domino fundi præiudicare, quoad illius deteriorationem, nisi soluto pratio, num. 66. Talisq; consuetudo nihil operatur, nisi sit præscripta spatio triginta annorum, num. 67. Nec Principi asserenti consuetudinem ad sui fauorem credendum est, num. 68. Et quomodo per testes probetur ista consuetudo, num. 69. De præscriptione autem effodiendi metalla an, & quanto tempore inducatur, num. 70.

QVÆST. CIIII. INSPECTIO II.

33 QVÆRO XIV. (Et nunc venas metallorum ingredior) quot sunt metallorum species? De hoc vide Luc. de Penn. in rubr. C. de metall. lib. 11. Vbi ex Isid. Ethimolog. lib. 16.
34 Septem metallorum species esse affirmat, nempe aurum, argentum, electrum, es, stannum, plumbum, & ferrum, & idem dixit Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 14.

35 QVÆRO XV. ad quem spectent venæ auri, argenti, & aliorum metallorum inuentæ in aliquo fundo? Responde, quòd non spectant ad Principem, sed ad Dominū fundi per ea, quæ tradit Afflict. in titul. quæ sint regalia, §. 1. num. 1. reprobato Aluarott. contrarium dicente. Nec obstat, inquit Afflict. text. in l. inter publica, in fin. ff. de verbor. signific. in quo probatur argentarias esse de iure publico, & sic ad Principem spectare, quia intelligendus est quantum ad partem, quæ tangit ad ipsum fiscum, scilicet decimam, de qua dixi infra num. 62. non autem simpliciter, & in totum, & idem voluit idem Afflict. ibidem num. 9. in fine, versic. & sic metalla, Boss. in tit. de metall. num. 4. Vbi, quod venæ metallorum sunt eorum, quorum fundi sunt, ipsique sine alio Principis priuilegio possunt sine difficultate fodere, locare, & disponere, & nu. 12. versic. sed si reperiantur in fundis priuatorum, & ita fuisse aliàs decisum in Regia Camera summariè, & in sacro Cōsilio testatur idem Afflict. decis. 321. vbi pluribus hanc conclusionem comprobat, & respondet contrarijs, & præcipuè firmat, quòd per text. in c. 1. in verbo *argentaria*, tit. quæ sint regalia, non sunt correcta iura communia volentia huiusmodi venas ad fundi Dominum spectare, & ibidem Vrsill. in addit. num. 1. sequitur Peregr. de iur. fisci, lib. 4. tit. 2. rubr. de thesaur. & metall. nu. 11. vers. dubium est, vbi alijs relatis testatur de veriori opinione, Ioan. Paul. Balzar. in d. cap. 1. in eod. verbo *argentaria*, num. 1.

36 Contrarium in venis auri, & argenti; quicquid secus sit in alijs metallorum venis, concludere videtur idem Afflict. vbi supra num. 20. vbi dixit, quòd aurum, & argentum est de regalibus Principis, siue inueniatur in publico, siue in priuato, in alijs verò metallis in fundo alieno inuentis Princeps non habet nisi decimam.

37 QVÆRO XVI. ad quem spectent venæ metallorum inuentæ in loco Principis, vel publico? Respondè, quod spectant ad Principē, tex. est in c. 1. in verbo *argentaria*, tit. quæ sint regalia in vsibus feudorum, quem text. intelligi debere de argentarijs repertis in loco publico, vel Cæsaris, dum ibi dicitur eas ad Cæsarem spectare communiter tenent omnes interpretes, sicut præcipuè adnotarunt Afflict. decis. 321. per totam, & ibi Vrsill. in addit. nu. 1. Boss. in tit. de metall. nu. 12. Peregr. de iur. fisci, lib. 4. tit. 2. rub. de thesaur. & metall. num. 11. vers. dubium est, vbi testatur de veriori opinione, & num. 12. vers. decima conclusio post Mart. Lauden. Florian. & Iacobi. quos allegat, & est de mente omnium Doctorum allegatorum supra in præced. q. num. 35. Io. Paul. Balzar. d. c. 1. eod. verbo *argentaria*, num. 1.

38 QVÆRO XVII. ad quem spectent venæ metallorum inuentæ in fundo, cuius dominus vnus sit vtilis, alter verò directus? Responde, quòd spectant non ad eū qui est proprietarius, sed ad eum, qui vtile habet dominium, vtile dominium præualet directo, prout voluit Boss. in tit. de metall. post num. 11. cuius in contrarium videtur voluisse Nicas. in §. thesauros, num. 3. instit. de rer. diuis.

39 Hinc est, quòd vsufructuarius fundi sibi legati, aut alio modo per ipsum possessi, potest in ipso fundo lapidicinas, cretæ fodinas, arenæ fodinas, auri, argenti, sulphuris, æris, ferri, & cęterorum fodinas instituere, dummodo tamen sic instituendo meliorem faciat conditionem fundi, non autem deteriorem, prout est tex. in l. ęquissimum. §. inde quæsitum est, & §. seq. ff. de vsufruct. vbi etiam declaratur, quando ex effossione dictarū venarum dicatur facta melior, & non deterior conditio proprietarij.

40 Et de colono, quòd possit auri, vel argenti venas in re conducta perquirere, voluit Aym. in consil. 210. num. 2. ex Ang. quem allegat in l. vsufructus. §. vsufructuarius. ff. de vsufruct. refert, & sequitur Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 221. num. 4.

41 Et de emphiteota, quòd pariter possit lapidicinas in fundo emphiteotico incidere, nisi ex tali incisione fundus reddatur infructuosus, voluit Loffred. in consil. 28. prout ipsum allegat Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 321. num. 3. in fine.

42 Sic & venæ auri, ferri, & aliorum metallorum, si reperiantur in territorio alicuius castri infeudati spectant ad ipsum feudatarium, non autem ad Dominum concedentem, ita pluribus adductis rationibus comprobat Paul. de Castr. in consilio 353. incip. commodum dictæ venæ, lib. 1. per totum, secundum antiquam impressionem, refert, & sequitur Cassan. in consuetudin. Burgund, in titul. des iustices, in verbo *expaues* num. 12. & 13. fol. mihi 22. columna fina. reprobato ibi per eum Ioan. Fab. in dicto §. thesauros, dicente, quòd argenti fodinæ spectant ad Dominum directum. Afflictus in titul. quæ sint regalia, cap. 1. in verba *argentaria*, num. 9. vbi post Isern. ibi, & Alber. quem allegat in l. ęquissimum. §. primo, & in l. item si fundi. ff. de vsufruct. dixit, quòd concesso alicui castro cum omnibus suis iuribus, & pertinentijs, censentur etiam concessę venæ argenti, vel alterius metalli, nisi expresè concedens sibi reseruasset auri fodinas, vel argēti fodinas, & quando nihil reseruauit feuda-

feudatarius debet dare fisco decimam partem, quando verò reseruauit feudatarius ipse debet habere istam decimam, & idem dicit esse, quando Princeps in concessione castri quædam exceperit, & reseruauerit auri fodinas, aut non, quia tunc videtur omnia concessisse præter reseruata, Aym. cons. 209. per totum, vbi num. 10. ex Paul. de Castr. in dicto consil. 253. facit conclusionem, quòd venæ metallorum spectant ad feudatarium, etiam quòd in inuestitura expressè non sint concessa regalia. Deinde in discursu consilij multò magis procedere affirmat, quando essent concessa regalia, & idem si sunt concessa iura fiscalia, vel merum imperium, Boss. in titul. de metall. num. 10. & seqq. vbi etiam aliqua notanda ponit in hac materia. Ioan. Paul. Balzaran. in d. c. 1. eod. verbo *argentaria*, num. 2. in fin. vbi refert Paul. de Castr. in d. consil. 353.

43 Metalla autem, & lapidicinæ inuentæ in fundo dotali an spectent ad maritum, an verò ad vxorem, vide tex. & ibi gloss. Paul. de Castr. & communiter omnes in l. diuortio. §. si vir, & in l. si fundus. ff. solut. matrimon. Qui text. in d. §. si vir, loquitur de lapidicinis marmoreis, de cretæ fodinis, de argenti, vel auri fodinis, ac etiam cuiusuis alterius materiæ sint, vel arenæ, & ibi distinguitur, an fundus, in quo tales venæ per maritum inuentæ sunt, sit factus ex inuentione fructuosior, vel non, & an marito debeatur, vel non debeatur impensa in tali inuentione exposita, & alia ad materiam, ibi omninò videas, item vide text. in l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium, & in l. fina. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Cœpoll. in l. inter publica, in princip. ff. de verb. signific. omninò etiam Paul. de Castr. in dicta l. si fundus, num. 4. vbi in materia lapidicinarum plura facit distinctionum capita.

44 QVÆRO XVIII. an in fundo alieno quis possit effodere metalla inuito domino? Videtur affirmatiuè respondendum, sic enim præsupponere videtur text. in l. cuncti. C. de metallar. lib. 11. & ibi hoc expressè voluit glo. 1. reddens rationem, quare secus sit in thesauro, & licèt ibi text. loquatur in effodiente venam saxorum, extenditur tamen etiam ad effodientes metalla, prout voluit ead. glo. prima, & adnotauit Ioan. de Platea, num. 1. in fin. Addo pro hac opinione Roman. sing. 17. incip. regula est, quòd rem alienam, Afflict. in titul. quæ sint regalia, c. 1. in verbo *argentaria*, num. 3. Alexand. ad Bar. in l. prima. C. de thesaur. lib. 10. in prima additione, & rursus addo rationes, & Doctores relatos per Crot. qui tamen eos non sequitur in cons. 156. num. 3. & seqq. lib. 3.

45 Et hæc opinio procedit addito grano salis, videlicet cum licentia Principis, & aliter, secundum Boss. in titul. de metall. num. 2. vbi, quòd fiscus habet ius in fundis priuatorum pro inueniendis istis venis, dando licentiam illas inueniendi, & quoad hoc venæ prædictæ dicuntur de regalibus, Peregrin. de iure fisci, lib. 4. titul. 2. rubr. de thesaur. & metall. num. 14. in fine.

46 Quæ quidem licentia sic à Principe data effodiendi, & reperiendi saxa, lapides, & metalla, non durat nisi in vita inuentoris, nec transit ad hæredes, Afflict. in tit. quę sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num 8. in fine, versic. sed quæro quanto tempore, vbi propterea infert, quòd mortuo inuentore, qui à Principe licentiam habebat effodiendi in solo alieno, poterit Dominus soli ipso iure proprio fodere, quoniam non tractatur de alicuius præiudicio, Boss. in tit. de metall. num. 5. versic. aduerte etiã, & num. 6. vbi ponit materiam, & inter alia dicit, quòd si is, qui habuit a Principe licentiam effodiendi metalla, si non vult laborare, & effodere: tunc talis licentia, nec etiã durat in eius vita, quod & idem voluit idem Afflict. decis. 321. num. 15.

47 Principẽ enim posse dare hanc licentiam effodiendi metalla in fundo alieno dubitari non posse videtur, cum & ipse possit hoc ipsum facere, secundum Afflict. in titul. quæ sint regalia, in verbo *argentaria*, num. 10. Vbi inquit, quòd propter publicam vtilitatem potest Princeps in fundo alieno, siue priuati, siue feudatarij ipsis inuitis mittere expertos magistros ad effodiendum aurum, argentũ, vel alios lapides præciosos, licèt secus credat in lapidicinis non prętiosis, & alijs venis metallicis, iuxta ea, quæ dixi infra num. 52. Et idem concludere videtur ipse idẽ Afflict. num. 20. versic. & in hoc fiscus est priuilegiatus. Vbi, quòd potest fiscus in fundo priuati metalla effodere, dummodo Domino soli decimam soluat. Nec dissentit Boss. in titul. de metall. num. 5. Domino tamen fundi volenti fodere iuxta tradita infra num. 50.

48 Contrarium, quòd immo nemo possit in fundo alieno inuito Domino metalla effodere suaderi potest considerando, quòd text. in dicta l. cuncti. C. de metallar. lib. 11. pro prima opinione allegatus, loquitur in publicis metallarijs à Principe deputatis, de quibus mox dicam: Ideò non videtur inferendum ad priuatas personas, & videtur de mente Ioann. de Platea in dicta l. cuncti, post num. 1. versic. similiter, &c. Vbi dixit, quòd de consensu Domini potest quis in alieno fundo lapidicinas marmoreas, cretæ fodinas, argenti fodinas, & cæterorum metallorum materias quærere; ergo secus videtur sentire sine Domini consensu, prout secus expressè sentit in l. prima, num. 6. C. de thesaur. lib. 10. Fulgos. in l. venditor, §. si constat, num. 2. ad finem. ff. commun. prædior. vbi dixit, quòd licèt ille text. prohibens inuito Domino in alieno fundo effossionẽ saxorum, videatur loqui solum in saxis, intelligendus tamen est etiam de venis metalli, quia vena metalli plerumque reperitur in locis priuatis saxosis, Cæpoll. de seruit. rusticor. prædior. cap. 22. rubr. de montibus, num. 2. Boss. in titu. de metallis, num. 1. ante finem, vbi pro hac contraria opinione allegat Iacobin. de S. Georg. in sua inuestitura super verbo *cum argenti fodinis, & salinis*, & respondendo contrarijs, dicit illa procedere, & loqui in metallarijs publicis, non autem in priuatis personis, & hanc opinionem latè etiam defendit Crot. in consil. 156. num. 10. & seqq. pluribus, lib. 2. Borgnin. dicta decis. 62. num. 13. par. 2.

49 Et quòd nec etiam de Principis licentia possit quis in fundo alieno inuito Domino metalla effodere pluribus probat Crot. in dicto consil. 156. num. 27. & seqq. lib. 2. & facit, quia nec etiam Princeps hanc in alieno fundo metalla effodiendi auctoritatem habet, si enim, vt supra dixi, venæ metallorum in fundo priuato inuentæ spectant ad Dominum fundi, & non ad Principem, necessario sequitur, quòd nec inuito Domino Princeps possit eas indè auferre, secundum Afflict. reprobato Aluarot. contrarium tenente in titu. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 1. vbi, quòd aliàs dicere esset contra ius naturale, quòd non permittit bona alterius tolli, idem Afflict. decis. 321. num. 6.

50 Pro solutione distingue, quòd prima opinio procedit, quando Dominus fundi non curat, neque vult in suo fundo effodere metalla, tunc enim propter publicam vtilitatem potest etiam inuito Domino illa effodere Princeps, vel priuatus de licentia Principis. Secunda autem opinio procedat, quando Dñs fundi dicit se uelle effodere talia metalla, & illorum uenas, siue etiam lapidicinas (de quibus mox. dicam,) tunc enim illum præferendum esse omnibus alijs extraneis effodere prætendentibus dubitandum non est, secundum Cœpol. de seruitut. rusticor. prædior. cap. 22. rubr. de montibus, nu. 4 in fine. Vbi tamen declarat, aut procedere, quando Dominus fundi hanc oblationem fecisset in principio operis, secus si effodientem admisisset per aliquod tempus, & postea vellet ipsum impedire, dicens in eodem opere se velle præferri, Afflict. in tit. quę sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, nu. 8. vers. tamen si Dominus soli, & num. 10. versicul. fallit, nisi dominus soli vellet ipse fodere, & nume. 20. versic. si primo, vbi facta conclusione, quòd potest Princeps in fundo alieno metalla perquirere, & eorum decimam Domino soluere; subdit postea, quòd si Dominus fundi est primus in inueniendo ipse dabit fisco decimam, Boss. in titul. de metall. numero primo, versic. cum hac tamen declaratione, & iterum infra eodem nume. 1. versic. nec tamen licet, & nume. 4. Vbi quòd isto casu potest Dominus fundi fodere, & perquirere istas venas absque alia Principis licentia, & num. 5. quòd Princeps nun-

nunquam potest se interponere, quando ipse Dominus vult fodere, quod & idem voluit idem Afflict. decis. 321. num. 14. versicul. & hoc nisi Dominus prædij vellet ipse inuenire, & num. 15. Vrsill. in aditt. ibi num. 2. in fin. versic. propterea Dominus, & num. 3.

51 QVÆRO XIX. An quis in fundo alieno possit inuito Domino lapidicinas perquirere, & saxa effodere? Responde, quòd potest, sic enim probare videtur text. in l. cuncti. C. de metallar. lib. 11. dum enim ibi dicitur, quòd effodiens venas saxorum in fundo alieno tenetur soluere decimam Domino fundi, videtur etiam præsupponere, quòd in fundo alieno quis effodere possit, & ita expressè sentiit gloss. ibi in prima glossa reddens rationē differentiæ, quare secus sit in thesauro. Item glo. in l. quosdam, & ibi etiam Ioan. de Platea. C. eodem, dicentes, quòd licèt domum, vel prædium alterius ingredi inuito Domino iura prohibeant, & ingrediens non solum actione iniuriarum tenetur, l. 3. ff. de acquiren. rer. domin. & l. iniuriarum. §. fina. ff. de iniur. sed etiam ingredienti manu armata resisti possit, secundum gloss. in dicta l. 3. attamen propter publicam vtilitatem, si Dominus propter effossionem damnum non patiatur, licitum est in fundo alieno, & quærere, & effodere. Paul. de Castr. in l. venditor, §. si constat, num. 3. versic. sed oppono. ff. communi. prædior. Vbi respondendo contrarijs iuribus, dicit illa procedere, quando ex effosione lapidum alienus fundus læditur, & deterioratur; secus autem, quando nulla infertur læsio, & deterioratio fundi, prout sunt termini propositæ conclusionis, Rom. sing. 617. incip. regula est, quòd rem alienam.

52 Pro contraria opinione aduertendum puto, quòd text. in dicta l. cuncti, in quo prima opinio fundatur, loqui videtur non in priuatis personis volentibus effodere lapides in fundo alieno inuito Domino, sed in publicis metallarijs à Principe deputatis, de quibus infra dicam: vnde non inferendum ad alios particulares, quos in fundo alieno lapides effodere non posse sine Domini consensu, cum consensu autem Domini sic, videtur de mente Ioan. de Platea in dicta l. cuncti, num. 1. versic. similiter potest quis, & magis clarè voluit idem Ioan. de Platea in l. prima, num. 6. C. de thesaur. lib. 10. & est text. expressus in l. venditor. §. si constat. ff. commun. præd. Vbi sic dicitur, *Si constat in tuo agro lapidicinas esse, inuito te, nec priuato, nec publico nomine quisque lapides cadere potest, &c.* per quem text. ita voluerunt Afflict. in titul. quæ sint regalia, c. 1. in verbo *argentariæ*, post num. 8. vbi, quòd pro lapidicinis, quæ vt plurimum reperiuntur, & non prætiosis inueniendis, non licet fodere alienum territorium, Angel. Aretin. inter consil. criminal. diuers. consil. 71. num. 70. tomo primo in folio, vbi, quòd lapides extracti de fundo alieno inscio, vel inuito Domino, statim extracti efficiuntur ipsius Domini per tex. in l. qui saxum cum ibi not. ff. de donat.

53 Quid dicendum? Dicas resolutiuè, quòd si Dominus fundi vult ipse lapidicinas perquirere, lapidesque effodere in suo fundo, & tunc indistinctè potest omnibus alijs in eodem fundo lapides effodere volentibus, ne effodiant prohibere, cum in hoc ius prælationis habeat; vt dixi supra num. 50.

54 Si verò Dominus fundi non voluit effodere, & tunc iterum distingue, quòd si istę lapidicinæ nō possunt perquiri, & effodi in fundo alieno sine ipsius fundi læsione, & tunc non potest priuatus inuito Domino perquirere, & effodere, text. est, qui etiam loquitur in metallarijs publicis in l. quosdam. C. de metallar. lib. 11. cuius text. verba sunt hæc; *Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognouimus, vt de fossis in altum cuniculis alienarum ædium fundamenta labefactēt, quæ de re si quando huiusmodi marmora sub ædificijs latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur.* Et ibi adnotauit glo. vbi alia concordantia iura adducit, & post alios Ioann. de Platea in princip. Vbi amplius dixit generaliter, quòd omnis licentia effodiendi alicui concessa, intelligi debet sine alterius detrimento, Paul. de Castr. in l. diuortio. §. si vir, nu. 4. ff. solut. matrim. Vbi amplius loquitur in effodientibus lapides pretiosos, prout sunt Cotæ; quæ raro reperiuntur, & per totum mundum trasmittuntur, & tamen nec eas effodi posse concludit in solo alieno inuito Domino, quando ex effossione alienus fundus læsionem, & detrimentum reciperet, & idem repetiit idem Castren. in l. venditor. §. si constat, num. 3. versicul. sed oppono. ff. commun. præd. Cœpoll. de seruit. rusticor. præd. cap. 22. rub. de montibus sub num. 4. in discursu, & secundum istos terminos declaranda, & intelligenda est secunda opinio cum Doctoribus relatis super num. 52. prout etiam sic declarando distinguit Crot. in consil. 156. num. 13. & seqq. lib. 2. Bursat. consil. 209. num. 10. vbi generaliter loquitur de effossione omnium metallorum.

55 Si autem lapidicinæ prædictæ possunt perquiri, & effodi sine læsione fundi, & tunc procedat prima affirmatiua opinio relata supra num. 51. Vbi Doctores allegati sic declarant, & in ijs terminis loquuntur.

56 Et potest poni exemplum in lapidicinis prętiosis, prout sunt Cotæ, quæ raro inueniuntur, & per totum orbem transmittuntur, possunt enim huiusmodi lapidicinæ perquiri, & effodi in fundo alieno inuito Domino, secundo Paul. de Castr. in l. diuortio. §. si vir, nu. 4. ff. solut. matrim. qui tamen loquitur, quando dictæ Cotæ fodiuntur sub terra, absque læsione superficiei ipsius fundi, in quo effodiuntur. Nec obstat inquit Paul. de Castr. text. in l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædior. vbi cauetur, quòd nemo potest in fundo alterius sine Domini voluntate lapides effodere, nam loquitur in lapidicinis, quæ permanent in superficie fundi, & ex lapidum effossione fundus læditur, ac etiam loquitur de lapidibus, qui vbique non reperiuntur; secus autem in Cotis, & lapidibus prętiosis, qui raro inueniuntur, & per orbem trasmittuntur, qui non stāt in superficie fundi, sed subtus terram, & ex eorum perquisitione, & effossione fundus non læditur, & idem repetiit ipse Castren. in l. venditor. §. si constat, num. 3. versic. sed oppono. ff. commun. prædior. & in consil. 23. par. 2. vbi latissimè hanc suam opinionem defendit à contrarijs rationibus deductis per quendam Iudicem, qui contra suum consilium iudicauit, & consil. 140. & seq. & cons. 330. eadem par. 2. vbi plura notanda ponit in materia, & Paul. de Castr. sic dicentem, referendo sequuti sunt Cæpoll. de seruitut. rusticor. prædior. cap. 22. rubr. de monet. num. 2. & seqq. Adden. ad Roman. sing. 617. incip. regula est, quòd rem alienam, &c. Afflict. in titul. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentariæ*, num. 8. & 13. Boss. in tit. de metall. num. 1. vbi pro opinione Castren. alios refert concordantes; & testatur eam esse cōmuniter receptam, Crot. d. consil. 156. nu. 13. & seqq. lib. 2. Bursat. cons. 209. num. 10. vers. at diuersum, lib. 2. Vbi generaliter loquitur de effossione omnium metallorum, prout etiam sic generaliter loquitur Crot. in loco præcitato, Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 321 num. 2. versic. & propterea licere, Peregrin. de iure fisci, libr. 4. titul. 2. rubr. de thesaur. & metall. num. 13. & seqq.

57 Et hinc est, quòd vicinus fundo alterius potest dum fodit subtus terram in fundo suo transire sub fundum vicini, & ibidem fodere, & perquirere lapides prętiosos, & qui ratò inueniuntur, prout sunt Cotæ, quæ per orbem trāsmittuntur, dummodo ex huiusmodi subterranea effossione damnum non inferatur superficiei fundi ipsius vicini; Secus autem si effodiantur lapides ordinarij, & qui in pluribus locis inueniuntur, & ex quorum effossione fundi superficies demolitur, aut facilè demoliri potest, secundum Paul. de Castr. qui pluribus hanc probat conclusionem in locis relatis supra numero præcedenti, cum alijs, qui ipsum sequuntur, quos hic referre superfluum esset, & in specie voluit Cœpoll. de seruit. rusticor. prædior. cap. 22. rubr. de montibus, num. 4. Afflict. in titul. quæ sint regalia. cap. 1. in verbo *argentariæ*, numero 8. Boss. in titul. de metall. post numerū 1. Crot. dicto consilio 156. num. 13. & sequentib. libro 2.

58 QVÆRO XX. An metallarij de publico, & a Principe deputati possint in fundum alienum etiam inuito Domino

mino ingredi, & metalla perquirere? videtur affirmatiuè respondendum, sic enim per illum text. expresè adnotauit Ioan. de Platea in l. cuncti, vers. & nota hic. C. de metallar. lib. 11. Boss. in tit. de metall. num. 1. post medium, & voluit idem Ioan. de Platea in l. 1. vers. similiter metallarij de publico deputati, sequitur Cassan. in consuetudin. Burgun. in tit. *des iustices*, in verbo *expauere*, num. 14. fol. 22. columna 4.

59 Contrarium suaderi videtur ex text. in l. venditor. §. si constat. ff. commun. præd. in illis verbis: *Nec priuato, neq; publico nomine quisquam lapides inde cadere potest*. Et ibi Fulgos. num. 1. ex eo text. generaliter adnotauit, quòd officiales Reipublicæ non possunt de rebus priuatorum, inuito Domino disponere, etiam propter publicam vtilitatem, & pro hac contraria opinione facit Crot. d. cons. 156. num. 10. & seqq. lib. 2. Vbi pluribus probat, quòd in fundo alieno, nec nomine suo priuato, nec publico licitum est lapidicinas, & alia metalla perquirere.

60 Resolue hanc contrarietatem secundum distinctionem positam supra nu. 50.

61 QVÆRO XXI. ad quem spectent venæ saxorum, ex quibus fit alumen in fundo priuato inuentæ? Responde, quòd spectant ad Dominum fundi, soluta tamen Principi decima, Afflict. in titut. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 16. vers. & ideò si alumen, & num. 20. vbi dixit, quòd appellatione metalli veniunt etiam lapidicinæ, ex quibus conficitur alumen, & ita fuisse resolutum in Regia Camera summaria, & in sacro Consilio testatur idem Afflict. decis. 321. per totam, vbi pluribus hanc conclusionem probat, & respondet contrariis, & præcipuè firmat, quòd per text. in cap. 1 in verbo *argentaria*, tit. quę sint regalia, non sunt correcta iura communia volētia huiusmodi venas ad fundi Dominum spectare.

62 QVÆRO XXII. in casu, in quo in fundo alieno quis metallum, seu lapidicinas effodit, an de dicto metallo, & lapidibus debeat dare Domino fundi, vel Principi aliquam partem, & quam? Responde, quòd debet dare duas decimas, vnam fisco, seu Principi, & aliam Domino fundi, text. ad literam in l. cuncti. C. de metallar. lib. 11. cuius verba sunt hæc: *Cuncti, qui per priuatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur decimas fisco, decimas etiā domino repræsentent, cætera modo proprijs suis desiderijs vendicando*. Qui quidem tex. licèt in specie loqui videatur in effodientibus venas saxorum, prout in effodientibus lapides adnotauit ibidem Bart. generaliter tamen intelligitur etiam in effodientibus metalla, quia vt ibidem adnotauit Ioan. de Platea, num. 1. in fine, appellatione metallariorū comprænduntur etiam lapidarij, & lapidum fossores, & inuentores, & expresè voluit ibidem Luc. de Penna in suo summario, vbi loquitur de decimis soluendis, de effossione metalli, prout etiam summauit idem Luc. de Pēna in princ. & num. 1. quibus addo gloss. in l. venditor. §. si constat, in verbo *salarium*, ff. commun. præd. & ibi Alberic. num. 3. glo. in l. inter publica, in fine, in verbo, *metallorum*, ff de verb. signif. Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentarię*, nu. 1. vers. similiter debet Rex habere decimam, & num. 2. & 9. in fi. vers. & sic metalla, & num. 19. Crot. dicto cons. 156. num. 15. lib. 2. Bursat. dict. cons. 209. num. 10. ad finem, lib. 2. Boss. in tit. de metall. nu. 3. & 13. idem Afflict. decis. 321. num. 5. & 11. in fin. Pereg. de iur. fisci, lib. 4. tit. 2. rubr. de thesaur. & metall. nu. 11.

63 Effodientes verò in loco publico, vel in loco Principis debent pro introitu officij, quando deputantur metallarij, soluere fisco tertiam partem vnciæ illius metalli, ad quòd effodiendum accedunt, & amplius de eo, quòd effodiunt debent dare quolibet anno eidem fisco nouem vncias, si non sit aurum, si verò sit aurum soluēt annuatim solum scrupulos septem, & demum facta purificatione metalli debent ipsi fisco duas decimas soluere, idest de decē partibus duas partes, & sic in proposito sunt consideranda tria tempora; primum pro introitu, secundum pro fossura, tertium pro purificatione, probantur hæc omnia in l. 1. 2. & 3. C. de metallar. lib. 11. & benè explicat Bart. in d. l. 1. nu. 2. & ibid. Ioan. de Platea, num. 1. & in l. 3. in princ. vers. Odefredus autem, & ibi gloss. in verbo *fisco*, C eod. Afflict. in titul. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 4. Boss. in tit. de metall. nu. 1. post med. vers. soluendo pro introitu. Aym. consil. 209. num. 2. Idem Afflict. decis. 321. nu. 5. vers. Sed in argentariis. Peregr. de iure fisci, lib. 4. titul. 2. rubr. de thesaur. & metall. nu. 11.

64 QVÆRO XXIII. An Princeps habeat aliquod priuilegium in ea metallorum parte, quæ ad fundi Dominos peruenit, vel ad effossores spectat? Responde, quòd licet nemo cogi possit rem suam potius vni, quàm alteri vendere, l. dudum. C. de contrahen. empt. effodientes tamen, & purificantes metallum, debent potius illud vendere fisco, & Principi pro iusto prætio, quàm alteri, tex. est in l. prima. C. de metallar. lib. 11. (qui tamen loquitur in effodientibus metallum in loco publico, vel Principis) dum ibi dicitur, *Quicquid autem amplius colligere potuerunt, fisco potissimum distrahant, à quo competentia ex largitionibus nostris prætia suscipiant*, & ibi in gloss. in verbo *distrahant*, & Lucas de Penn. num. 2. Vbi ex hoc infert tueri posse Curiam Regiam, quæ in opere Salinarum cogit omnes facientes sal in salinis proprijs, ipsum sal vendere fisco, sed bonum foret, inquit ipse, quòd iustitia prætij melius seruaretur, & sic licèt iste textus, vt prædixi, loquatur de effodientibus metallum in loco publico, vel Principis, extenditur secundum me, ad effodientes metallum in suis propriis locis, & ibidem Ioan. de Platea in fine, vers. item nota, vbi pariter infert, quòd effodientes venas ferri in insula Elbæ Pisanæ, iuxta Plumbinum, tenentur potius vendere Domino Insulæ, quam alteri. Afflict. in tit. quę sint regalia, c. 1. in verbo *argentaria*, num. 4. in fine, vers. & residuum non poterit alteri vendere nisi fisco.

65 QVÆRO XXIIII. & vltimo, An in ista materia perquirendi, & effodiendi metallorum, & lapidum venas, an id inquam, possit per priuatum, aut publicum metallarium vel etiam Principem inuito Domino in alieno fundo fieri, & ad quem spectent inuenta metalla, ac lapides, & marmora, seu eorum venæ, An scilicet ad fundi Dominum, an ad Principem, an ad effodientes, & inueniētes, & pro qua parte attendenda sit loci consuetudo? Responde, quòd sic. text. est in l. venditor. §. si constat, vers. nisi talis consuetudo. ff. commun. prędior. cap. 22. rub. de montib. num. 2. Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. num. 1. uers. Sed in hoc spectatur consuetudo, post Isern. & Aluarot. ibi, & num. 10. in fine, & 16. vers. nisi aliter se haberet consuetudo, & num. 17. Boss. in tit. de Metall. num. 7. Idem Afflict. in decis. 321. num. 4. in fine & 5. vers. & quoniam, iuncto num. 16. Borgn. Caualc. decis. 62. num. 13. vers. vel nisi consuetudo, parte secunda.

66 Hæc autem consuetudo nunquam poterit præiudicare Domino fundi, in quo metalla fuerunt inuenta, quo scilicet ad partem sibi debitam, tanquam Domino, propter fundi deteriorationem, sicut probat text. in d. l. venditor, §. si constat. ff. commun prædio, ibi, *Nisi prius pro hoc salariū Domino præstet*, & ibi præsertim Ange. in princ. & num. 1. Cœpoll. de seruit. rusticor. prædior cap. 22. rubrica de mōtibus, num. 2. Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 10. in fine, & num. 17. vers. intellige tamen, vbi subdit, quòd si aliter diceretur, non esset consuetudo, sed corruptela contra ius naturale, & gentium, & decis. 321. num. 16. vbi benè comprobat, quòd consuetudo effodiendi metalla in loco alieno, intelligenda est soluto prætio ipsi Domino, & non alias, ad quæ etiam vide Boss. in tit. de metall. num. 7. vers. Domino fundi, quando etiam consuetudine introductum esset, vt nihil solueretur.

67 Pariter nec consuetudo prædicta præiudicabit, nisi sit præscripta spatio triginta annorum, non enim minori tempore præscribitur contra ius commune, Afflict. in tit. quę sint regalia, cap. in verbo *argentaria*, num. 9. in fine, & 10. pariter in fine, Boss. in tit. de Metall. num. 9. idem Afflict. decis. 321. num. 18. & ibi Vrsill. in additione, num. 2. in fine, & 9. pariter in fine.

Nec dissentire videtur Crot. in dict. consil. 156. num. 24. & 54. lib. 2. Vbi amplius, quòd ista consuetudo debet

esse

esse particularis illius loci, in quo metalla effodiuntur, non autem in alio.

68 Principi autem afferenti extare consuetudinem ad sui fauorem minimè credendum est, cum videatur deponere in facto proprio, & ad sui commodum, secundum Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. in verbo *argentaria*, num. 12 Sic etiam nec credendum esset Doctori, quamuis magnæ auctoritatis attestanti de simili consuetudine, secundum Boss. in tit. de metall. num. 8. Vbi propterea infert non esse credendum Andreæ de Isern. in d. cap. 1. eodem verbo *argentaria*, attestanti in Terris Imperij ius effodiendi metalla ad Principem spectare. Verùm si duo Doctores de tali consuetudine attestati fuerint, tunc talis attestatio transfert onus probandi contrarium in aduersarium, secundum Aym. in cons. 325. incipien. plura, num. 1. Et hac de re latius dixi in quæstionibus ciuilibus, in illa materia an, & quando Doctori attestanti de communi opinione, vel consuetudine credatur, & ad ibi tradita me remitto.

69 Et ad probandum istam consuetudinem necesse est; vt testes deponant de actuum frequentia, secundum Afflict. post alios, quos allegat decis. 321. num. 17. vers. & tanto magis, & ibi Vrsill. in additio. num. 10. vbi quòd testes debent deponere de actibus, vna cùm tempore, quibus consuetudo inducatur, nec sufficit eos deponere consuetudinem ita esse, nisi deponant actus fuisse inductos, & celebratos animo, & intentione inducendi consuetudinem, ex Aym. quem allegat in cons. 117. num. 14. & cons. 134. num. 6. & cons. 197. num. 12. licèt benè non sit necesse probare, quòd ita fuerit obtentum in contradictorio iudicio, secundum magis communem, de qua ibi per eum. Verùm de hac re latius dixi in quæstionibus ciuilibus, in materia probandi consuetudines.

70 De præscriptione autem effodiendi metalla an, & quanto tempore inducatur.

Vide omnino Crot. in d. cons. 156. num. 20. & seqq. libro 2. Item vide Borgn. Caualc. d. decis. 62. num. 14. par. 2. Vbi remissiuè ponit, quando quis dicatur esse in possessione, vel quasi effodiendi lapides, & aliud simile.

Absoluta est hac quæstio die vlt. Maij 1600. ad laudem Dei.





PROSPERI FARINACII IVRISCONS. ROMANI VARIARVM QVÆSTIONVM, & Communium opinionum Criminalium LIBER TERTIVS.

De Var. & Diuers. Criminibus Titulus Duodecimus.

ARGVMENTVM.

Iniuria quid sit, Et quomodo in iure summatur; Quando, & quot modis inferatur.

SVMMARIVM.

INiuria largo modo sumpta significat omne delictum, ex animo, & à volente factum, num. 1.
Iniuria dicitur omne id, quod non iure fit, num. 1.
Iniuria sumitur in iure tribus modis, vno modo pro culpa, alio modo pro iniquitate, & tertio modo pro contumelia, num. 1.
Iniuria infertur aut re, aut verbis, num. 2. Vbi exemplificatur distinctio.
Iniuria fit etiam scripto, num. 3.
Iniuria in scriptis illata dicitur verbalis, & ideo statutum de iniuriante, habet locum etiam in iniuria per scripturam illata, num. 4.
Iniuriarum verbis illatarum plura exempla remissiuè, num. 5.
Iniuriarum re, aut facto illatarum plura exempla remissiuè, nu. 6.
Iniuria dicitur re, & facto illata per adminationem, & eleuationem manus, num. 7. et 8. Vbi de minantibus, & gestantibus vibrare lapides, baculum, cultrum, aut similia, & de habente in manibus cultellum, & cum eo minante, & num. 9. vbi de retinente Equum freno.
Iniuria dicitur inferri, quando alicui improperatur aliquod delictum, num. 11. & 12. siue in specie, siue in genere improperetur, licèt improperatio delicti in genere cõtineat minorem iniuriam, quã improperatio delicti in specie, num. 13. Sed an requiratur improperatio delicti in specie in statuto puniente iniurias, nu. 14.
Iniuria dicitur inferri, quando alicui improperatur aliquod turpe, num. 10.
Iniuria dicitur inferri, vbi ex verbis, aut facto alicuius dignitas læditur, aut illius persona infamatur, vel eius opinio minuitur, num. 15. arbitrio tamen Iudicis, num. 16. & quid de eo, qui aliquem diffamat, num. 17. Vbi etiam quid sit diffamare aliquem.
Iniuria reputatur atrox ea, per quam læditur dignitas alicuius, vel is redditur infamis, num. 18.
Iniuria est diffamare aliquem de paupertate, qui sit diues, num. 18.
Iniuria an sit velle aliquem in deambulatione, seu alio loco præcedere num. 19.
Infamato, seu infami, infamia irrogari non potest, nu. 20. Quod an verum sit, num. 21.
Iniuria infertur ex verbis, quibus dicitur aliquid commissum contra bonos mores, num. 22.
Iniuria est proferre verba ad inuidiam, blasphemando aliquem, optando, & dicendo ei malum de præterito, præsenti, vel futuro, numero 23.
Iniuria est, quando improperatur aliquod vitium proueniens etiam sine culpa iniuriati, vt puta, si dicatur, quod quis est spurius, gibbosus, leprosus, luscus, monoculus, & ijs similia, num. 24.

QVÆST. CV. INSPCT. I.

HACTENVS Criminalem materiam in genere, & ni fallor, ad plenum pertractaui, modo autem delictorum materiam ingressurus, & antequam ad specialia delicta accedam, proposito mihi titulo de variis, ad diuersis criminibus. Non ab re iniuriarum crimen primo loco proponẽdum existimaui, cum pauca sint delicta, quæ in se iniuriam non contineant, & pro resolutione propositæ primæ inspectionis.

1 PRÆMITTO I. quòd iniuria largo modo sumpta significat omne delictum ex animo, & a volente factũ, diciturq; omne id, quòd non iure factum est, lib. 1. ff. de iniur. instit. de iniur. in princ. & instit. ad l. Aquil. §. 1. & sumitur in iure nostro tribus modis: vno modo pro culpa, vt in l. sed, & si quemcunque. §. iniuriam. ff. ad l. Aquil. & in l. 1. ff. si quadr. paup. feciss. dic. Alio modo sumitur pro iniquitate, vt in l. si per imprudentiam. ff. de euiction. & in l. si argentarius. §. cum autem. ff. de eden. & in l. 1. §. 1. ff. de iniur. & in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurat. Tertio modo sumitur pro contumelia, vt in d. §. iniuriam, & in l. prima. & l. item apud Labeonem, §. & generaliter. ff. de iniur. Et iste vltimus modus tangit materiam, quam tractaturi sumus, prout hæc omnia benè distinguendo posuit Vlpia. in d. l. 1. ff. de iniur. & declarat Cyn. in l. si non conuitij, num. 4. & ibi etiam Albert. num. 3. C. eod. Azzo in summa de iniur. num. 1. Hostiens. in summa eod. tit. col. 1. vers. quot modis dicatur iniuria. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 13. & magis distinctè Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 1. cap. 17. rubr. de iniuria, num. 1. & seqq. & habetur Institutа de iniur. in princ. & ibi gloss. Aret. & Nicas. nu. 1. & seq. instit. de iniur. Cyrill. in summa crimin. rub. 24. §. fin. nu. 1. fol. mihi 99. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 1. & seqq. fol. mihi 402. Iacob. de Grassi. decis. 105. cas. conscien. 17. nu. 1. lib. 2. par. 2.

2 PRAEMITTO II. Quod iniuria tribus modis inferri

inferri dicitur,& sic non solum re, aut verbis, re scilicet quoties manus inferuntur.

Verbis autem quoties non inferuntur manus, sed fit cõuitium, text. ad litteram in l. 1. iniuriam autem. ff. de iniu. Hostien. in c. cum te, num. 4. in verbo, *iniuriarum actione*, extr. de re iud. & ibi etiam Io. Andr. num. 2. Anto. de Butri. num. 3. Anchar. num. 1. in 1. notab. Io. de Anan. num. 3 & Alex. de Neuo, num. 9. Hostien. in cap. fin. num. 4. ext. de iniur. Roman. conf. 98. num. 1. vers. non enim solum. Anan. conf. 44. num. 3. Nicol. Moron. in tract. de fid. tregu. & pac. q. 172. num. 7. & seq. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 1. Petr. a Plach. in epitom. delict. cap. 1. num. 1. & 2. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 3. Clar. in §. iniuria, in princ.

3 Sed etiam scripto, ut puta, per libellum famosum, prout in specie dicam inf. in xj. inspectione, vel etiam per litteras missiuas, prout quotidie fieri videmus, vel alio modo per scripturam ad text. in l. lex Cornelia. §. si quis librũ, & §. fin. ff. de iniur. & in l. item apud Labeonem. § hæc autem ferè. ff. de iniur. & sic tribus modis iniuriam inferri, re, verbis, & scripto probat tex. in §. iniuria autem, instit. eod. & tradiderunt Cyn. in l. si nõ conuitij, num. 5. & ibi etiam Alberic. num. 3. C. de iniur. Alex. in addit. ad Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor, tomo 2. in fin. littera C, vers. adde, an iniuria. ff. de iniur. Alber. in l. 1. num. 1. ff. eod. Azzo in summa de iniur. num. 3. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 1. Ferrai. caut. 39. num. 1. in princip. Iodoc. in pract. cap. 135. num. 1. vbi addit & quartum modũ inferrendi iniuriam, videlicet gestu, de quo dixi inf. nume. 87. Boss. in tit. de iniur. ante num. 1. Pract. Corrad. titu. de iniur. num. 14. in fin. fol. 406. Anto. Gomez. de delict. tit. de iniur. cap. 6. numer. 1. Carauit. super ritu Magnæ Curiæ vltimo, num. 23. Cephal. conf. 341. num. 41. lib. 3. Iacob. de Graffijs decis. cas. consc. 17. num. 2. lib. 2. parte secunda.

4 Et hæc iniuria in scriptis illata, quòd dicatur verbalis, & iuribus, & authoritate probat Plot. de in lit. iurã. §. 46. num. 4. est text. in l. apud Labeonem. §. conuitium, & seq. ff. de iniur. §. constitutionem, & cap. vbi periculum, de sen. excommu. in 6. Lofred. in addit. ad Capell. Tolos. decis. 327. num. 9. Post Roman. quem allegat in consil. 378. nu. 1. vbi pariter hanc probat conclusionem per tria iura, quæ ad propositum benè inducit, & ponderat, Andr. Gayl. obseruat. 104. num. 1. Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num. 35. vbi amplius quod Statutum de iniuriante habet locum in scribente iniuriam, de quo particulariter dicam infra in materia libelli famosi, & tradiderunt Bursat. cõs. 94. num. 5. Bertazz. conf. 237. num. 2. & ibi in addit. littera B, Cœph. conf. 341. num. 41. & seqq. lib. 3.

5 Et si volueris inspicere plura exempla iniuriarum verbis illatarum, vltra ea, quæ scripsi infra hac eadem quæst. in spect. 3. videas tex. in l. item apud Labeonem. ff. de iniu. per totam, in discursu, & ibi gloss. & Doct. omnes, & per Fab. a Monteleo. in sua praxi arbitr. part. 4. q. 9. num. 57. & seqq. fol. mihi 369. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 4. fol. 402. & seq. Clar. in pra. §. iniuria, in princ. vbi ponũtur plura exempla, quibus iniuria verbis illata dicitur, & ibi Hier. Giaccar. in addit. littera A, Iacob. de Graffijs, decis. cas. consc. 17. post num. 2. lib. 2. par. 2.

6 Et alia plura exemplo iniuriarum re, aut facto illatarũ videas in l. 1. §. omnem autem, & in l. lex Cornelia, & in l. item apud Labeonem per totam in discursu, & ibi gloss. & Doct. omnes, & in l. sed est quæstionis. §. fin. & in l. attentari, & in l. iniuriarum actio per totam, in discursu, & in l. seq. & in l. si creditor meus, & seq. & in l. si liber, cum omnibus seqq. in discursu. ff. de iniur. & vide etiam text. in §. iniuria autem, & ibi gloss. Io. Fab. & Nicas. instit. de iniur. Azzo in summa de iniur. num. 4. ver. idem eodem modo, vbi ponit septem casus, & num. 6. vbi ponit alia exempla. Hostien. in summ. eod. tit. vers. quot modis fiat iniuria, & duob. vers. seq. num. 3. & 4. per totam, & num. 6. vers. contra quos, post med. vsque ad finem. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 1. & 15. & seqq. pluribus. Iodoc. in practic. crimi. cap. 137. per totum. Fab. à Monteleo. in praxi arbitr. par. 4. q. 9. num. 47. & seqq. folio 367. & seq. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 3. vers. in corpus, folio 402. & nu. 11. & seqq. fol. 405. Clar. in §. iniuria, in princip. Afflict. in tit. de pace iuram. firman. in §. iniuria, num. 23.

7 Et scias in proposito, quòd iniuria dicitur facto illata, nõ solum quando quis alium percussit, & pulsauit, sed etiã quando adminauit, & non percussit. Text. ad litteram, in l. item, apud Labeonem, §. 1. ff. de iniuriis, cuius text. verba sunt hæc, *si quis pulsatus quidem non est, Verum manus aduersus eum leuasse, & sæpe perterritus, est, quasi vapulaturus, non tamen percussus vtili iniuriarum actione tenetur*, & ibi præsertim Ang. & Host. in sũma de iniur. §. contra quos, in fi. num. 6. etiam in fine, vers. & contra ipsum. Bonif. de Vitali. titu. de iniur. num. 48. Boer. conf. 4. num. 16. Iodoc. in pract. crim. cap. 137. num. 2. vbi de minantibus, & gestantibus vibrare lapides, baculum, cultrum, aut similia arma. Petr. a Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 6. post num. 1 & 2. in fine.

8 Vbi itidem de habente in manibus cultellum, aut baculum, & cum eo minante. Ad quæ vide etiam Corrad. in pract. tit. de iniur. num. 11. ad finem, vers. item iniuriam facit, fol. 405. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniu. post num. 3. vers. & adde quod licet. Baiard. ad Clar. in §. iniuria, num. 1. & 2.

9 Vbi dè retinente equum fræno, quòd dicitur, personaliter offendere equitantem; quamuis illum nõ percutiat, ex Vulpell. quẽ allegat in trac. de pace, q. 92. Viui. decis. 368. num. 3. Thesaur. decis. Pedemont. 229. num. 3. vbi quod sola manus eleuatione dicitur inferri iniuria.

His itaq; præmissis, præponendæ etiam sunt nõnullæ generales regulæ, quibus iniuria dicitur verbis inferri.

10 PRIMA Regula est, quòd iniuria dicitur inferri, quando in alterum aliquod turpe improperatur. Bald. & Doct. in l. 1. in princ. ff. de liber. & posth. & in l. turpia. ff. de legat. 1. & in l. his verbis. §. 1. ff. de hæred. instit. quos in proposito referunt, & sequuntur addentes ad Salyc. in l. 1. littera A, C. si quis Impera. maledix. tex. in l. item apud Labeonem, §. qui turpibus. ff. de iniur. Fab. à Monteleo. in sua praxi arbitrar. par. 4. q. 9. num. 57. & seqq. fol. 369. vbi ponuntur plura huius conclusionis exempla.

11 SECVNDA sit regula, quod iniuria dicitur inferri, quando in alterum aliquod delictum improperatur l. 1. in fin. ff. de obseq. alib. præstan. vbi dicitur militia indignum iudicandum esse filium, qui parentes maleficos appellat, & per istum text. idem voluit Ioan. de An. in cap. 1. num. 4. in fine, vers. subdit etiam, de maled. Barto. in l. item apud Labeonem. §. ait Prætor, num. 2. in fi. ff. de iniur. Alex. in Addit. ad eund. Bar. in l. eum, qui nocentem. ff. eod. Ana. in c. quintauallis, num. 7. de iur. iurã. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 9. Soci. consil. 146. num. 4. in fi. lib. 1.

12 TERTIA sit regula præcedentis regulæ ampliatiua, quòd iniuria dicitur inferri, quando improperatur alicui quod delictum non solum in specie, sed etiam in genere. Bartol. Bald. & Doct. in l. 2. in princ. ff. de liber. & posth. Aret. qui alios refert, in §. generaliter, num. 3. institut. de iniur. Felyn. in cap. cum te, num. 18, vers. dicit autem verbum iniuriosum, de sent. & de re iud. Beluis. in pract. lib. 1. cap. 8. num. 2. Ang. de malef. in gloss. *verba iniuriosa*, num. 1. vers. Nam verbum iniuriosum. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 9. Boer. conf. 4. num. 9. Soci. conf. 118. in princ. & num. 1.

13 Vbi tamen, quòd improperatio delicti in genere continet in se minorem iniuriam, quam improperatio delicti in specie, lib. 1. quod & idem voluerunt relati per Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 17. Addo per hac eadem ampliatione, Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 4. vers. & generaliter, folio 403. Magon. decis. Florent. num. 4. vbi reprobat Natt. in cõs. 671. dicentem (prout illum refert) ex verbis generalibus nõ inferri iniuriam nisi in aliquam delicti speciem descendatur.

14 Verum hæc tertia regula non procedit, quando Statutum puniret iniurantem, nam tunc, vt illius pœnæ locus sit,

ſit, requiritur diffamatio in ſpecie, & non ſufficit in genere, & propterea non intrat pœna ſtatuti, quando quis in genere dicat alterum eſſe malum hominem, impium, peſſimum, aut quid ſimile, ſed neceſſe eſt, quod deſcendat ad improbitatis ſpeciem, videlicet, quod commiſit homicidiũ, furtum, aut aliud ſimile delictum. Ruin. conſ. 162. num. 2. lib. 4. Prout illum refert, & ſequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num. 29. & 36.

15 QVARTA ſit regula, quòd iniuria dicitur inferri. Vbi ex verbis, aut facto alicuius dignitas læditur, aut illius perſona infamatur, vel eius opinio minuitur, text. ad litterã, in l. 1. §. omnem autem. ff. de iniur. Vbi ponuntur exempla huiuſmodi iniuriæ re, aut facto illatæ. Idem text. in l. item apud Labeonem, §. generaliter, ff. eod. Cuius text. verba ſunt hæc, *Generaliter autem vetuit Prætor, quid ad infamiam alicuius fieri, proinde, quodcumq; quis fecerit, vel dixerit, vt alium infamet, erit actio iniuriarum.* Item & text. in ead. l. §. ait Prætor, il 2. dum ibi dicitur, *Ne quid infamandi cauſa fiat, ſi quis aduerſus fecerit, prout quaque res erit, animaduertam.* Et ibi etiam Bart. num. 5. Ang. in d. l. item apud Labeonem, §. quid ait, nu. 1.

16 Vbi quod non omne factum ad infamiam ex illo edicto punitur, ſed hoc totum iudicantis arbitrio committitur, Hoſtien. in ſumma de iniur. num. 6. in fi. §. contra quos in fi. verſ. & quicunque cauſa minuendę opinionis, &c. Prac. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. num. 33. Ang. de maleſ. in gloſſ. *verba iniurioſa*, num. 7.

17 Vbi particulariter de eo, qui alterum diffamat, declaratquè, quid ſit diffamare, & quomodo intelligatur Statutum puniens diffamantem, & ibi Auguſt. in addit. Roman. cõſ. 97. num. 1. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 24. & 58. Soci. conſ. 146. ſub num. 1. in diſcurſu lib. 1. Iodoc. in pracc. crimin. num. 135. num. 1. Cyrill. in ſumma crimin. rubr. 24. §. fi. num. 1. in fine, verſ. omnes quidem, folio mihi 99. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 4. verſ. & generaliter, fol. 403. & num. 9. verſ. & quæ.

18 Vbi amplius, quod atrox reputatur iniuria ea, per quã læditur dignitas alicuius, vel redditur infamis, & num. 12. & 14. fol. 406. vbi poſt Iaſ. quem allegat, affirmat iniuriã eſſe diffamare aliquem de paupertate, qui ſit diues, de quo vide etiam declarantem Bertazz. in conſ. 89. nu. 9. & ſeq. Clar. in pract. §. iniuria, in princ. ad med. & ibi Baiard. in addit. num. 6.

19 Vbi quid de eo, qui vult alium præcedere, quem tamen præcedere non debet, & an etiam pro defenſione ſui honoris licitum ſit armata manu huic præcedere volenti reſiſtere. De quo ante eum per Bertazz. in conſ. 1. lib. 1. & Ioan. de Amic. conſ. 23. num. 1.

20 Verum hæc quinta concluſio procedere videtur, quando is, qui iniuriam recipit, non eſt alias perſona infamis, quo caſu per iniuriam eius famæ damnum infertur, ſecus ſi eſſet perſona infamis, vt puta, leno, meretrix, arenarius, & ſimilis, quia cum infamato infamia erogari non poſſit; idcirco iniurians actione iniuriarum nõ tenetur, ſecundũ Ang. in l. item apud Labeonem. §. interdum, num. 1. ff. de iniur. Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. nu. 76.

21 Sed certè hæc diſtinctio poteſt procedere, ſi velimus tenere illam opinionem, quòd veritas conuitij iniuriantem excuſet, ſed data veritate contrariæ opinionis, quod veritas nõ excuſet hæc Angeli concluſio redditur dubitabilis, præſertim ſi infamia ſit notoria, quia tunc non expedit Reip. illam ab altero propalari, prout, inf. nu. 230.

22 QVINTA ſit regula, quòd iniuria dicitur inferri, qñ contra aliquem proferuntur verba, quibus dicitur aliquid commiſſum contra bonos mores ciuitatis, talia enim verba iniurioſa reputari ſcripſerunt Ioan. de Anan. poſt Bart. quem allegat in cap. 1. poſt nu. 5. extr. de maled. & eſt tex. in l. item apud Labeonem, §. ait prætor, & §§. ſeqq. & §. meminiſſe autem in fine. ff. de iniur. vbi etiam declarat, quando quid dicatur factum, aut dictum contra bonos mores. Bart. in d. §. ait Prætor, num. 5. Ang. in d. l. apud Labeonẽ, §. idem ait. Vbi illud dicit factum contra bonos mores, quod repugnat bonis moribus Ciuitatis, gloſſ. in cap. cum te, in verbo *minimè*, verſ. item illud, extr. de re iud. Vbi amplius quod iniuria nõ dicitur, niſi contineat quid factum, aut dictum contra bonos mores, & ita etiam hoc idem tradiderunt ibi Hoſtien. num. 11. & Felyn. num. 18. ad med. & Alex. de Neuo, n. 26. Roman. conſ. 97. nu. 1. Soci. conſ. 146. in prin. & n. 1. & ſeq. in diſcurſu lib. 1. Gram. deciſ. 14. nu. 9.

23 SESTA ſit regula, quod iniuria dicitur inferri, etiam quando aliquid dicitur propter inuidiam alterius, vt puta, ſi in alterum quis blaſphemiam infert, optando, & dicendo ei malum de præterito, præſenti, vel futuro, ſecundum Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait Prætor, num. 5. ff. de iniur. Iodoc. in pract. crim. c. 136. num. 15. & 16. vbi tamen quod de huiuſmodi iniuriis iura nullam, aut rarò punitionem decernunt. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rub. de iniur. num. 2. poſt med. verſ. item adde, vbi quod etiam ille, qui alium maledixerit ſine cauſa dicitur committere iniuriam, ex Bonif. de Vitalin. & Luc. de Penn. in locis per eum relatis.

24 SEPTIMA, & vltima ſit regula, quòd iniuria dicitur inferri non ſolum quando improperatur aliquod maleficium, ſeu vitium proueniens culpa iniuriati, ſed etiam ſi illud proueniat ſine ſua culpa, ſic enim præſupponitur per omnes Doct. allegatos inf. num. 224. & expreſsè voluit Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 4. Vbi generaliter de exprobrantibus in alterum ſuæ naturæ vitia, vt puta, ſi dicatur, quod quis eſt ſpurius, gibboſus, leproſus, luſcus, monoculus, cæcus, & his ſimilia. Gramm. deciſ. 14. num. 10. vbi loquitur de eo, qui alteri dixit, *non ci vedi?* quòd concludit idem importare, ac ſi dixiſſet, *ſei cieco?* Quæ verba non modicam important iniuriam, vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Iniuriarum pœna quæ ſit, & pro illata iniuria quæ, & quotuplex detur actio. Quandouè per electionem vnius actionis cenſeatur alteri præiudicatũ. Et quomodo facienda ſit iniuriarum æſtimatio.

SVMMARIVM.

Iniuriarum actio duplex eſt, prætoria ſcilicet, & ciuilis, num. 25. vbi declaratur, quæ ſit actio prætoria, & quæ ciuilis.

Iniuriarum actionum alia eſt ciuilis, alia criminalis, criminalis datur ad pœnam, ciuilis ad æſtimationem iniuriæ, num. 26 & 27. vbi quòd quamuis agatur ciuiliter ad æſtimationem iniuriæ, dicitur tamen agi ad vindictam.

Iniuriarum actio ciuilis ad æſtimationem iniuriæ, ſi prius fuit intentata, non poteſt poſtea criminalis actio ad pœnam intentari, nu. 28. immò iſto caſu Iudex non debet permittere, vt quis proponat ſolam actionem ciuilem, niſi etiam proponat criminalem, ne per ciuilem criminali fiat præiudicium, num. 29.

Iniuriarum actio ciuilis ad damna, & intereſſe, ſi prius fuit propoſita, non prohibetur quis poſtea proponere criminalem actionem ad pœnam, num. 30.

Iniuriarum actio criminalis primo loco propoſita non impedit, quin poſtea poſſit intentari actio ciuilis ad æſtimationem iniuriæ, num. 31. Contra num. 32. Declara, vt num. 33. & 34.

Iniurians tenetur iniuriato ad æſtimationem iniuriæ, num. 35.

Clericus iniuriatus poteſt etiam agere ad æſtimationem iniuriæ, num. 36.

Iniuriarum æſtimatio facienda eſt ſecundum tempus factæ iniuriæ, & non ſecundum tempus æſtimationis, num. 37.

Iniuriarum æſtimatio in primis facienda eſt per partem, cum expreſſione quantitatis, ad quam prætendit iniuriantem condemnari debere, num. 38. & 39. vbi ampliatur, ſiue intentatur actio prætoria, ſiue etiam ciuilis, contra, num. 40.

Iniuriarum æſtimatio, vt ritè facta dicatur, non eſt neceſſe, quod iniuriatus referat ſe ad damnum, vel lucrum, ſed ſufficit, quod abſq; alia relatione æſtimet iniuriam ad certam quantitatem, ad quã petat iniuriantem condemnari, nu. 41. Sed ſi vult ſe referre ad damnum, vel lucrum, debet ſe referre non ad lucrum, ſed ad damnum

num, num 42. quamuis immò possit se referre ad vtrumq́, dixerint aliqui relati, num. 44. & quid si iniuriatus sit pauper, aut auarus, num. 43.

Iniuriarum æstimatio si fuerit excessiua Iudex debet illam taxare, & moderari, num. 45.

Iniuriarum æstimatio fieri etiam potest per testes, num 46.

Iniuriarum æstimatio debet fieri cum iuramento partis iniuriatæ, nu. 47. Sed an istud iuramentum debeat præcedere, vel subsequi taxationem Iudicis, num. 48. & 49. & an ipse Iudex post taxationem ab ipso factam possit eandem summam taxatam moderari, num. 50.

Iniuria plures si fuerint illata, & verbis, & facto, quomodo facienda sit æstimatio iniuriarum illatarum, num. 51.

Iniurians si non habet in bonis, ex quibus possit soluere æstimationem illatæ iniuriæ, an debeat luere in corpore, num. 52. & seqq. Vbi etiam isto casu quomodo Iudex potest corporalem pœnam imponere.

Iniuriarum pœna est arbitraria, num. 56.

Iniuriarum pœna potest esse non solum suspensionis, aut priuationis officij, sed etiam corporalis, num. 58. & 59.

Iniuriarum pœna regulatur à consuetudine, num. 60.

Iniuriarum pœna est infamia, num. 61. Amplia primo, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur num. 62. Amplia 2. & quòd iniurians transigat cum iniuriato, num. 63. Amplia 3. etiam in Clerico, num. 64. Amplia 4. etiam quòd iniuria sit leuis, num. 65. Contra, num. 66. Limita primò, vt talis infamia incurratur post condemnationem, secus autem nu. 67. Limita 2. quando reus est persona vilis, quę non curet infamiam, num 68. Limita 3. quando reus comparet per Procuratorem, num. 69. Limita quarto quando reus soluit pœnam ante condemnationem, numero 70.

Iniurians tenetur iniuriato ad restitutionem famæ; & ad reuocandam iniuriam, ac petendum veniam ab ipso iniuriato in illis locis, in quibus iniuriam intulit, num. 71. nisi iniuriatus esset persona vilis, & iniurians persona nobilis, num. 72. Contra, quòd iniurians non teneatur hanc reuocationem facere, num. 73. Præsertim si illata iniuria fuit vera, num. 74. & præsertim etiam in Clerico num 75. & quid de Prælato iniuriante suum Subditum, num. 76. & an hæc retractatio iniuriæ possit peti insimul cum illius æstimatione, num. 77.

Iniurians tenetur iniuriato ad damna, & interesse, num. 78. intrinseca tamen, non autem extrinseca, num. 79. & vltra damna tenetur etiam iniuriam passo aliquid plus arbitrio boni viri iniuriato retribuere in compensationem illatæ iniuriæ, num. 80. & quomodo facienda sit taxatio, seu æstimatio istorum damnorum, & interesse, num. 81. & quæ actio detur, num. 82.

QVÆST. CV. INSPCT. II.



ROPOSITAM inspectionem in quatuor partes diuidendam putaui, quarum prima respiciet actiones pro illata iniuria competentes, secunda quando per electionem vnius actionis censeatur alteri præiudicatum, explicabit; Tertia continebit pœnam, quando ciuiliter agitur. Quarta quando criminaliter, & redeundo ad primam affertur per Doctores duplex distinctio.

25 PRIMA est distinctio, quòd iniuriarum actio duplex est, vna scilicet Prætoria, alia autem ciuilis. Ciuilis est illa, quæ locum habet in tribus casibus, de quibus in l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur. quando scilicet quis dicit se pulsatum, vel verberatum, vel in domum suam introitum. Prætoria autem est ea, quæ in aliis omnibus casibus, exceptis illis tribus ex edicto Prætoris datur, prout etiam declaraui in prima parte tit. de inquisit. q. 10. num. 23. & est tex. in §. sed lex Cornelia, & ibi glo. in verbo, *introduxit*, Aret. in princ. Nicas. ante num. 1. & num. 6. instit. de iniu. & scripserunt Cyn. in l. si non conuitij, num. 6. C. de iniu. & num. 17.

Vbi etiam, an sit necesse actori in libello exprimere nomẽ actionis ciuilis vel prætoriæ, & concludit, quòd non, sed quod sufficiat narrare factum, ex quo semper videtur specialior actio intentata. Alber. in eadem l. si nõ conuitij, num. 4. Specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 10. vers. iniuria verò, quæ facto irrogatur. Vbi ponit formam libelli in actione ciuili ex l. Cornelia descendente Azz. in sum. de iniur. nu. 17. vers. ciuili ergo.

26 SECVNDA est distinctio quod iniuriarum actionũ alia est ciuilis, alia autem criminalis, criminalis ad pœnam, ciuilis ad æstimationem iniuriæ. Hostien. in summ. de maled. §. qui verò æqualibus in princ. text. in l. Prætor edixit, § post hodie, & ibi gloss. in verbo *ciuiliter agi*; ff. de iniur. Alber. in l. de iniur. num. 1. ff. eod. Item text. in §. in sum. institu. de iniur. Alex. de Neuo, in cap. cum te, num. 10. etiam alij Doctores de re iud. Specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 16. Hostien. in summa de iniur. §. æqualis sit hæc actio num. 8. ad finem, vers. & illud notabis. Beluis. in practic. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 77. Marant. in speculo part. 4. in princ. sub num. 5. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 43. Gramm. decis. 37. num. 11. Boer. cons. 4. num. 38. in fi. vers. & potest agi. Iodoc. in pract. crimin. cap. 135. num. 2. Cyrill. in summa crim. rubr. 24. §. fi. num. 11. vers. in summa sciendum est. Boss. in tit. de iniur. nu. 1. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 10. num. 7. vers. hæc omnia tendunt, folio mihi 529. Petr. a Plach. in epith. delicto. lib. 1. cap. 6. num. 30. & 42. vers. Ex quibus sanè constat. Pract. Corrad. tit. de iniuran. num. 18. folio 407. Anton. Gomez. de delictis cap. 6. rubr. de iniur. num. 7. Andr. Gayl. obser. 65. num. 1. lib. 1. Clarus in §. iniuria, nu. 5. vers. scire debes. Carauit. super ritu Magnæ Curiæ, vltimo, nu. 18. Ludo. Peguer. decis. crim. 13. num 1. posse enim tam in iudiciis priuatis, quam publicis ciuiliter, & criminaliter agi, & ex ijs duplicem oriri actionem, ciuilem scilicet, & criminalem dixi supra tit. præcedenti q. 100 num. 7.

27 Et licet ciuiliter agatur ad æstimationẽ iniuriæ, adhuc tamen dicitur agi ad vindictam, prout benè declarat Bart. in l. Prætor edixit. §. si dicatur, num. 1. ff. de iniur. Alber. in l. quod Senatus, nu. 1. ff. eod. Ang. in l. item apud §. si quis seruo, post num. 1. & 5. ff. eod. Marant. in Spec. par. 4. in princip. sub num. 5. vers. si verò vtraque competit ad vindictam Boss. in tit. de iniur. num. 12. Pract. Cõrad. tit. de iniur. post num. 19. fol. 407. Anto. Gomez. d. cap. 6. num. 7. And. Gayl. obseru. 65. num. 1. lib. primo. Surd. decis. Mantuan. 89. num. 10.

ET hæc quoad primam partem. Quo verò ad secundam, an scilicet per electionem actionis ciuilis censeatur sublata actio criminalis, & è contra, vltra ea, quæ generaliter dixi de cumulatione actionum in tit. præcedẽti q. 100. nu. 123. & seqq. facias infrascriptas conclusiones.

28 PRIMA sit conclusio, quòd si prius fuerit intentata actio ciuilis ad iniurię æstimationem, non potest postea criminalis actio ad pœnam fisco applicandam intentari, quia per vnam videtur alteri præiudicatum, cum vtrumque iudicium tendat ad vindictam. text. in l. Prætor edixit §. si dicatur & §. seq. ff. de iniur. & ibi glo. in verbo *occisus*, & in verbo *præiudicari*, & in verbo *actionem*. Item gl. in d. l. Prætor edixit in princ. in prima gl. vers. idem si veneno, ff. eod. Bart. in d. §. si dicatur in princ. & num. 1. Vbi de materia. Alber. ibid. num. 1. in princ. Ang. sub nu. 1. in discursu, & 6. & in l. quod Senatus, sub nu. 2. ff. eod. glo. in §. in summa in verbo *agere*, in principio instit. eod. & ibi Nicas. num. 2. Abb. in c. cum te, num. 24. vers. & si actũ fuit ciuiliter de sent. & re iud. & ibi etiam Alex. de Neuo, num. 2. Specul. in tit. de iniur. num. 4. in fine, & num. 16. Azzo in summa, de iniur. num. 19. Hostien. in summa, de Iniur. §. fi. in fi. vers. & illud notabis. Addentes ad Beluis. in pract. lib. 1. q. 3. rubr. de iniur. num. 76. in verbo *præiudicaretur*, Marant. in Spec. par. 4. in princ. num. 5. & par. 6. titul. de inquisit. num. 89. Cyrill. in summa crim. rub. 6. §. 1. sub num. 1. vers. excepto tamen, & rubr. 24. §. fi. num. 8. ad fi. Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 6. num. 30. And. Gayl. obser. 65. nu. 1. li. 1 Thesaur. decis. Pedemonta. 18. per totam.

Vbi facit conclusionem negatiuam, quòd scilicet intentata actione ciuili iniuriarum non potest intentari criminalis, nec vna potest cum alia cumulari, neque etiam ciuiliter

liter condemnatus poteſt criminaliter condemnari, de quo vltimo vide, quæ dixi in tit. de inquiſit. quæſt. 4. nu. 47. & poſtea eiuſdem concluſionis adducit ſeptem limitationes, quas ibi per eum videas.

29 Immo iſto caſu Prætor non debet permittere, vt quis proponat primam ſolam ciuilem actionem, niſi etiam proponat criminalem, ne per ciuilem criminali fiat præiudiciũ; prout benè declarat Bart. in l. Prætor edixit, §. ſi dicatur per illum text. col. 2. num. 1. poſt med. verſ. ſed quæſtio, textus eſt, num. 5. & ibi Alex. in addit. littera A, ff. de iniu. Alber. ibidem num. 2. verſ. vel dic non debere. Ang. ſub num. 1. & 6. in fine, & in l. quòd Senatus numero tertio, ff. eodem.

30 SECVNDA eſt concluſio, quòd ſi fiat prius intenta actio ciuilis, non ad æſtimationem iniuriæ (quæ dicitur ad vindictam, vt ſupra admonui) ſed ad damna, & intereſſe, & tunc non cenſetur prohibitum intentare actionem criminalem ad pœnam, & è contra, text. in l. Prætor edixit §. quid ergo, & ibi glo. in verbo, *dicemus*, & in verbo *principaliter*, & in verbo *hoc continet*, & in verbo *occiſum*, & in verbo *ſarciatur*. ff. de iniur.

Vbi redditur ratio, quia actio ad damna, & intereſſe, non datur principaliter, ſed inconſequentiam, ideo per illius electionem cenſetur ſublata actio principalis, & è contra, quòd & idem voluit glo. in d. l. Prætor edixit in princip. in 1. gloſſ. verſ. & licet alias, ff. eod. Bart. in d. l. Prætor edixit, §. ſi dicatur in princ. & num. 1. vbi de materia. Alberic. ibidem num. 1. verſ. ſi verò publicum. Ang. ſub num. 1. in princip. & 2. ad finem, & in l. quòd Senatus pariter ſub num. 2. & in l. item apud Labeonem, §. ſi quis ſeruo, num. 1. ff. eod. gloſ. in §. in ſumma, in verbo *agere*, verſ. ſecus ſi aliorum. inſtit. de iniur. & ibi Aret. nu. 2. & Nicaſ. etiam num. 2. Specul. in tit. de iniur. §. primo, num. 17. Azzo in ſumma de iniur. num. 19. Hoſtien. in ſumma, de iniur. §. fin. in fine, verſ. porrò ſi de atroci iniuria. Bonif. de Vitall. in tit. de iniur. num. 43. verſ. & quamuis. Cæpoll. caut. 33. num. 1. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr. 6. §. 1. ſub num. 1. verſ. excepto tamen. And. Gayl. obſer. 65, num. 2. lib. 1. Theſ. deciſ. Pedem. 15. nu. 8. & 10.

31 TERTIA eſt concluſio, quòd ſi è contra fuit primo loco intentata actio criminalis ad pœnam non impeditur quis poſtea proponere actionem ciuilem ad æſtimationem iniuriæ ſecundum Alberic. in l. Prætor edixit, §. ſi dicatur num. 1. in princ. verſ. ſi verò vna ciuilis, & num. 2. ff. de iniur. & voluit, Cyrill. in ſumma crim. rub. 24. §. fi. nu. 8. in fine fol. mihi 100.

32 Contrarium, quòd immò ſicut per ciuilem actionem primo loco intentatam tollitur criminalis, ita è contra per criminalem tollatur etiam ciuilis, cum vtraque actio ad vindictam proponatur voluerunt Speculat. in tit. de iniuri. §. 1. num. 16. Azzo in ſumma de iniur. in fine, num. 19. Hoſt. in ſumma de iniur. §. fi. in fi. verſ. & tollitur vnum iudicium per aliud. Maranta in Speculo in 4. par. in princi. ſub num. 5. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. nu. 43. Cæpoll. caut. 33. incip. ſciant omnes.

33 Vbi tamen declarat hoc non procedere, quando fuiſſet proteſtatum, quod per actionem criminalem non intenditur præiudicatum actioni ciuili. Pet. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 6. nu. 30. And. Gayl. obſer. 65. nu 1. lib. 1.

34 In hac contrarietate vide text. & ibi in glo. Bart. & Doctor. in d. l. Prætor edixit. §. quid ergo, il 2. ff. de iniur. Itē gloſſ. in d. l. Prætor edixit in 1. gloſſ. verſ. ſed ſi volo agere, ff. eod. Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 70. verſ. decimo requiritur, vbi diſtinguendo dixit, quòd intentata actione crim. non poteſt intentari actio ciuilis, donec pendet iudicium criminale, ſecus poſtea, & inde et quæ dixi in tit. præced. q. 100. nu. 123. & ſeq.

35 Et hæc quoad ſecundam partem; quoad verò tertiam, quæ reſpicit pœnam iniuriarum, quando ciuiliter agitur, dicas, quòd iniurians tenetur iniuriato ad iniuriæ æſtimationem ſecundum Hoſtien. in ſumma de maled. §. qui vero æqualibus, in princ. eſt tex. in l. conſtitutio. in fi. ff. de iniuriis, qui loquitur etiam in actione ciuili oriente ex lege Cornelia, in illis caſibus, de quibus in l. lex Cornelia. ff. eodem item eſt tex. in §. pœna autem, verſ. ſed poſtea, & §. in ſumma, inſtit. eod. Hoſtien. in c. cum te, num. 4. in verbo, *iniuriarum actione*, verſ. & agitur, de re iudic. & ibi etiam Io. Andr. poſt num. 2. Ant. de Butr. num. 4. Abb. num. 23. & Alex. de Neuo, num. 10. eſt etiam tex. in cap. olim, & ibi præſertim Marian. Soc. num. 2. extr. de iniur. addentes ad Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. n. 76. in verbo *ciuiliter*, Maranta in Spec. par. 4. in princ. num. 5. verſ. dicitur autem magis ciuiliter. Boſſ. in tit. de iniur. num. 2. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 6. poſt num. 30. Vbi de communi. Andr. Gayl. obſeruat. 65. poſt num. 2. lib. primo.

36 Ad quam quidem iniuriæ æſtimationem agere poteſt non ſolum laicus, ſed etiam Clericus, & Epiſcopus, tex. eſt in cap. olim, extr. de iniur. & ibi hoc adnotarunt Hoſtien. num. 5. Io. Andr. num. 4. Abb. num. 3. in 3. notab. & Marian. Soc. num. 10. & 14. verſ. Vnde Epiſcopus, & num. 23. in fi. iuncto num. 24.

Vbi quòd Clericus petit æſtimationem iniuriæ vltra damna, & intereſſe, reprobata opinione eorum, qui dixerunt non niſi damna, & intereſſe petere poſſe.

Verum quomodo facienda ſit iſta iniuriarum æſtimatio, facias infraſcriptas concluſiones.

37 PRIMA ſit concluſio, quòd iniuriarum æſtimatio facienda eſt ſecundum tempus factæ iniuriæ, non autem ſecundum tempus æſtimationis, text. ad litteram in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. Salyc. in l. 4. num. 4. ſub verſ. quæro tunc, ibi *& debet iurare de præterito, &c.* Felyn. in cap. cum te, poſt num. 17. de re iud. Azzo in ſumma de iniur. num. 15. in fine. Hoſtienſ. in ſumma eod. titu. num. 7. §. & inquantum, ante med. verſ. quia ſemper eſt relatio ad tempus, quo facta fuit. Cyrill. in ſumm. crim. rubric. 24. §. fi. num. 3. verſ. quæ quidem iniuria, fol. 100. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 7. verſ. ciuiliter autem.

38 SECVNDA ſit concluſio, quòd æſtimatio iniuriæ in primis facienda eſt per partem, quę debet exprimere quantitatem, ad quam prætendit iniuriantem condemnari debere pro iniuria ſibi illata, ſecundum Io. Fab. in §. ſed & lex Cornelia, num. 1. in fi. inſtit. de iniur.

Vbi quod ita tenent Doct. moderni reprobata gloſſa contrarium ibi dicente, & num. 4. in fine. Vbi pariter teſtatur de communi opinione Doct. & ſtylo Curiatũ, & cũ hac concluſione indubitanter concurrunt omnes Doctores allegati infra in ſeq. num. Pro qua vide etiam Marian. Soc. in cap. olim num. 24. in fine, verſ. & an libello extra de iniur. & num. 25. vbi reprobato Bartolo, quem mox infra allegabo in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur. teſtatur ita ſemper vidiſſe obſeruari, & quòd communis conſuetudo eſt contra Bart. Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 82. Clar. in pract. §. iniuria, num. 7. verſ. ſed nunquid Vbi quòd actor in libello debet exprimere ſummã, ad quã æſtimet ſuam iniuriam, licet nõ cum iuramento, Carauit. ſuper rit. Magn. Cur. vlt. num. 18.

39 Et hæc ſecunda concluſio procedit nedum in actione prætoria, ſed etiam in actione ciuili deſcendente ex l. Cornelia, de qua dixi ſupra num. 25. Nam quòd etiam in actione ciuili prædicta pars debeat medio iuramento ſpecificare quantitatem æſtimatæ iniuriæ voluerunt Bart. in l. iniuriarum æſtimatio, num. 1. ff. de iniur. Cyn. in l. ſi non cõuitij, num. 13. in 9. quæſt. C. eodem, & ibi etiam Ang. numer. 10. verſ. eſt ergo videndum. Alber. nu. 13. Ioan. Fab. num. 7. Salyc. in l. 3. num. 4. ff. eod. vbi relatis aliis opinionibus dixit ab hac opinione in practica non eſſe recedendum. Rot. in tit. de iniur. & damn. dat. deciſ. 4. alias 486 in nouis, num. 1. in fine, verſ. nec facio quoad hoc differentiam. Vbi ſequitur in hoc opinionem Barr. vbi ſupra, reprobata opinione gloſſæ, de qua infra, contrarium tenentis, & per eadem verba Bellam. deciſ. 721. poſt princ. Soci. cõſ. 146. num. 16. lib. primo.

Vbi in hac opinione, tanquam vltimo loco per eum relata reſidere videtur Andr. Gayl. obſeru. 102. num. 8. & ſequenti.

Vbi videtur teſtari, quòd ita vbique apud eum in foro ſerua-

seruatur. Mascar.de probat.lib.2.concl.903.num.5.

40 Contrarium, quòd in actione iniuriarum ciuili descendente ex l. Cornelia pars non debeat exprimere quantitatem æstimatæ per ipsum iniuriæ, nec desuper iurare, sed solum petere iniuriantem condemnari ad summam taxandam per Iudicem arbitrio suo, absque eo, quòd dicat quãti dictam iniuriam æstimet, & quod talis æstimatio, & taxatio spectat ad Iudicem, non autem ad partem, voluit gloss. in §. sed & lex Cornelia, in verbo *introduxit*, institu. de iniu. Bartol. in l. iniuriarum æstimatio, num. 4. ff. eodem.

Vbi amplius quòd non solum in ciuili, sed nec etiam in Prætoria actione iniuriarum actor æstimat iniuriam, sed tantum condemnari petit, quantum Iudici videbitur. Alber. ibidem num. 1. Vbi videtur testari, quòd ita communiter tenent Doctores. Abb. in cap. cum te, num. 23. in fi. vers. & an in libello, de sent. & re iud. Vbi refert, & sequitur Bart. in loco præcitato, & Abb. sequitur Alexan. de Neuo ibidem, num. 11. Marian. in cap. olim, num. 23. vers. sed Barto. &c. extr. de iniur. Vbi pariter refert Bartol. in loco præcitato, &c. licet eum non sequatur, vt sup. eum retuli.

41 TERTIA est conclusio, quòd actor in æstimatione iniuriæ, non est necesse, quòd referat se ad damnum, vel lucrum, sed sufficit, quòd absque alia relatione æstimet iniuriam ad certam quantitatem, in illamq; petat iniuriantẽ condemnari, secundum Cyn. in l. si non conuitij, num. 14. in 10. quæst. C. de iniur. & ibi etiam Alber. num. 14.

Vbi quòd ista est melior forma libelli ex Iacob. de Rauen. & Pet. Salyc. in l. 4. num. 4. sub vers. quæro tunc. C. eod. Ioan. Fab. in §. sed & lex Cornelia, nu. 3. vers. sed pro Deo, instit. de iniur. Fely. in cap. cum te post num. 17. de re iudic.

42 Sed si vult se referre ad damnum, vel ad lucrum, debet se referre non ad lucrum, sed ad damnum, quia damni, & lucri non est par ratio l. fi. C. de codicill. & sic ista æstimatio petitur ab iniuriato tanquam interesse, quòd taxari debet. Propterea secundum damnum, & non secundum lucrum, & consequenter iniuriatus debet dicere, quòd potius voluisset tantum de suo amisisse, quam illatam sibi iniuriam passum esse, secundum Cyn. qui hæc omnia ponit in d. l. si non conuitij, num. 14. in 10. quæstione, C. de iniu. & ibi etiam Alber. num. 14. vers. si tamen Io. Fab. post num. 7. Alber. in l. iniuriarum æstimatio, num. 2. in fine, & seq. ff. eod. Vbi dixit, quòd communiter errant Aduocati faciẽtes iurare clientulos suos, quòd pro tanto noluissent sustinere talem iniuriam, quia iurare debent quòd potius expẽdissent tantum de suo, quàm pati talem iniuriam. Et idem voluit Ang. in l. item apud Labeonem, §. si quis seruo, nu. 5. ff. eodem. Salyc. in l. 4. num. 4 colum. 2. vers. quæro tũc Io. Fab. in §. sed & lex Cornelia, num. 2. & seq. instit. de iniur. Vbi relatis hincinde contrarijs ita testatur esse stylum Curiarum, vsum causarum, & communem opinionẽ Doctorum, & glossarum. Aret. ibidem num. 2. Alber. in c. cum te, num. 23. vers. & debet iniuriatus se referre, de re iud. & ibi etiam Fely. num. 16. Marian. Soci. in cap. olim num. 22. vers. & aduerte, & num. 23.

Vbi quòd licet secundum Bart. in l. iniuriarum æstimatio ff. de iniur. possit iniuriatus referre se, vel ad damnum, vel ad lucrum, magis tamen vsu frequentatur, quòd se referat ad damnum. Specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 6. & 7. vbi ponit vtramq; formam, in qua actor potest se referre ad lucrum, vel ad damnum. Et postea dicit, quòd præualuit forma se referendi ad damnum. Azzo in summa, de iniur. num. 15. vers. ego puto Hostiens. in summa eodem tit. num. 7. §. & inquantum. Bonif. de Vitall. in tit. de iniu. num. 38. Soc. in cons. 146. num. 3. lib. 1. Plot. de in lit. iuran. §. 46. num. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 135. num. 2. Pract. Cõrad. tit. de iniur. num. 19. in princ. & in vers. Rectius tamen fit. Vbi quòd Practica sic iurando, præualuit ex Specul. in loco præcitato. Andr. Gayl. obseru. 65. post nu. 2. lib. 1. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ 175. num. 18. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 903. post nu. 1. Surd. decis. Mantuan. 89. nu. 8.

43 Quòd si actu esset pauper, quo casu nihil habuisset, quòd amittere debuisset, & tunc debet dicere, quòd voluisset de suo potius amisisse tantum, si tempore illatæ iniuriæ habuisset, quam illam pati. Cyn. in d. l. si non conuitij, sub num. 14. in 10. quæst. Ang. ibidem num. 10. vers. est ergo videndum. Alber. num. 14. vers. quomodo ergo faciet. Io. Fab. in §. sed & lex Cornelia, num. 2. vers. pro opinione Pylei, instit. de iniur. Specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 7. in fine, vers. pone enim, & num. 8. Vbi ècontra etiam ponit exẽplum de actore auarissimo, qui prius vellet carere oculo, quàm denarium perdere, quomodo iste talis iurabit, ad quæ vide etiam Plot. de in lit. iuran. §. 46. num. 1. in fi. vers. & si passus iniuriam est pauper. Surd. decis. Mantuan. 89. num. 9.

44 Quamuis quòd immò iniuriatus possit se referre, vel ad damnum, vel ad lucrum voluit Nicas. in §. pœna autem, num. 5. Instit. de iniur. Rom. cons. 97. num. 2. vers. potest autem. Vbi dixit hanc esse veram opinionem glossæ in d. l. iniuriarum æstimatio, ff. de iniur. Boss. in titul. de iniur. num. 2. vers. quæ æstimatio. Anto. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 7. vers. sed dubium est, Vbi testatur de communi Doctorum opinione, ac etiam de communi practica.

45 QVARTA est conclusio, quòd licet æstimatio iniuriæ debeat fieri a parte, prout dictum est in præcedentibus conclusionibus, si tamen Iudex videt excessiuam æstimationem, illam moderabitur, & taxabit arbitrio suo habito respectu ad locum, ad tempus, ad personas, & ad alias facti qualitates, si verò eandem æstimationem legitimam perspiciet, illam confirmabit secundum Cyn. in l. si non cõuitij, num. 13. in 9. quæstio. & num. 19. in 15. quæst. & ibi etiam Alber. num. 16. C. de iniur. est tex. expressus, in §. pœna autem, vers. sed postea & ibi glos. in verbo *æstimauerit*, Ioan. Fab. num. 1. in fine, Nicas. num. 4. & 5. & Aretin. in princ. institut. eod. Salyc. in l. 4. nu. 4. & ibi etiam Io. Fab. num. 7. C. eod. Bart. in l. iniur. æstimatio num. 2. ff. eodem Idem Io. Fab. in §. sed & lex Cornelia, post num. 3. vers. potest enim dicere. instit. de iniur. Aug. in l. item apud Labeonem, §. si quis seruo, num. 5. ff. eod. Hostien. in summa, de maled. §. qui vero æqualibus, in princip. Felyn. in cap. cum te, post num. 16. de re iud. Marian. Soc. in cap. olim num. 25. extr. de iniur. Specul. in tit. de iniur. §. 1. post numer. 7. Marant. de ord. iudiciorum, par. 4. in princip. nu. 6. Soc. cons. 146. num. 15. in fine, vers. circa quartam, & vltimam quæstionem lib. 1. Iodoch. in pract. crim. c. 35. num. 3. Cyrill. in summa crim. rub. 24. §. fin. num. 3. vers. ideo Prætores, fol. 100. Anto. Gomez. de delict. cap. 6. titul. de iniuriant. num. 7. vers. vnum tamen est, vbi testatur de communi, & varia Doctorum opinione, & practica Carauitt. super rit. Magnæ Curiæ, vlt. num. 19. Surd. decis. Mant. 89. num. 8.

46 Et in proposito aduerte, quòd ad probandum quantitatem æstimationis iniuriæ admittuntur etiam testes, qui dicant, quòd attenta qualitate iniuriati credant ipsum potius voluisse amittere tantum, quam talem iniuriam pati, & talis probatio sic recepta minimè attendenda est per Iudicem secundum Soci. in cons. 146. post num. 7. vers. circa tertiam quæstionẽm, & num. 8. lib. 1. & ibidem num. 17. Vbi amplius, quòd iudex tenetur sequi hanc testium probationem saltem delato parti iuramento in supplementum probationis testium. refert, & sequitur Boss. in tit. de iniu. sub num. 2. quòd autem iniuriatus admittatur ad probandum per testes qualitates illatæ iniuriæ, ex quibus postea iudex possit æstimationẽ augere voluit. Bellamer. in decis. 721. post num. 1. vers. fateor tamen, & ad comprobationem præmissorum vide Masc. de probat. lib. 2. concl. 903. num. 2. & 7.

47 QVINTA sit conclusio, quòd æstimatio iniuriæ debet fieri per partem cum iuramento, non autem sine, sic. n. omnes admittunt, vt ex infra allegat. Doctoribus patet, & voluit glo. in §. pœna autem, in verbo *æstimauerit*, instit. de iniur. Ioan. Fab. in §. sed & lex Cornelia, num. 3. post med. Institut. eod. Vbi testatur de vsu causarum, & communi opinione Doctorum, & glossarũ, quòd scilicet pars debet non solum æstimare, sed etiam iurare. Marian. Socin.

cin. in cap. olim, num. 25. extr. de iniur.

48 Iuramentum autem istud, quando præstandum, an scilicet debeat præcedere taxationem Iudicis, vel è contra Doctor. diuerso modo loquuti sunt.

Vna enim fuit opinio, quòd iuramentum debeat præcedere taxationē, & sic quòd pars debeat prius iurare quanti æstimat suam iniuriam, & postea Iudex taxat quantitatem æstimatam, & iuratam secundum Cyn. in l. si non conuitij, nu. 19. & ibi etiā Alber. nu. 16. C. de iniur. Io. Fab. in §. pœna autem, num. 1. in fi. Insti. eod. & in §. sed, & lex Cornelia pariter nu. 1. in fi. instit. eod. Vbi quòd ita tenent Doctor. suo tempore moderni, & nu. 3. in fi. Aret. ibid. num. 2. & est de mente Bart. in l. iniuriarum æstimatio, num. 2. ff. eod. Abb. in c. cum te, num. 23. vers. & æstimabitur iniuria de re iud. & Alex. de Neuo, nu. 11. Vbi ad hoc allegat gl. in c. si canonici, in verbo, *& iniurijs*, de off. Ordin. Pract. Bel uis. lib. 2. cap. 3. rubr. de iniur. num. 82. Rom. cons. 95. sub num. 2.

Vbi quòd ista est communis opinio. Socin. cons. 146. nu. 15. in fi. lib. 1. Iodoch. in pract. crim. c. 135. nu. 3. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 10. nu. 7. ad finem, vers. sic iniuriam passus fol. mihi 530. quem etiam refert Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 6. num. 3. post med. Vbi testatur glo. in d. c. si canonici passim receptam esse. Relat. per Mascard. de probat. lib. 2. concl. 903. nu. 9. & cum hac opinione videtur concordare Vrbis statutum, lib. 2. c. 74.

49 Altera fuit opinio, quòd iuramentum partis præstetur post taxationem Iudicis, & sic quòd primo loco pars æstimat iniuriam ad certam quantitatem, vt supra, num. 38. & forsan etiam cum iuramento, vt in num. 47. ac deinde Iudex taxat quantitatem æstimatam, & post Iudicis taxationem pars iurat vsque ad taxatam quantitatem à Iudice, secundum Salyc. in l. 4. num. 4. C. de iniur. Aret. in §. pœna autem post nu. 2. vers. sicut etiam dicimus. Instit. eod. per l. sancimus cum Auth. ibi posita, C. de indic. Vbi in simili loquitur de taxatione expensarum. Io Fab. in d. l. si non conuitij, post num. 8. vers. item Iudex Fely. in c. cum te, num. 16. vers. adde etiam de iud. Et pro hac opinione videtur text. in c. olim, in fi. & ibi glo. in verbo *taxatione*, & Marian. Soc. n. 23. Et volunt aliqui, extr. de iniur. Hostiens. in summa de iniur. num. 7. §. & inquantum in princ. vers. inde est. Maranta de ord. iudic. par. 4. in princ. num. 6. Vbi quòd primo pars æstimat, secundò Iudex æstimationem taxat, tertiò dat iuramentum super quantitate taxata, quartò cōdemnat ad summam taxatam, & iuratam. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 38. Rot. in tit. de iniur. & damno dat. decis. 1. alias 152. in nouis, & decis. 4. num. 1. & 2. Vbi bene declarat, & respondet illis, qui dixerunt, quòd iuramētū debet præcedere taxationem, distinguendo taxationem, & illius modum, & ita etiam declarat Bellam. decis. 721. Plo. de in lit. iurant. §. 46. num. 1. Foller. in pract. crimin. Canon. cap. 33. num. 153. Pract. Conrad. tit. de iniurian. nu. 20. Andr. Gayl. obser. 102. num. 10. Vbi quòd ita apud eū. Vbique in foro seruatur. Clar. in pract. §. iniuria, num. 7. vers. sed nunquid. Masc. de probat. lib. 2. concl. 903. num. 1. Vbi de communi, & nu. 10. Vbi respondendo contrarijs distinguit.

50 Sed retenta ista vltima opinione, nunquid possit Iudex post taxationem ab ipso factam, & iuramentum partis super summa taxata præstitum iniuriantem condemnare in minori summa, quam ea, quæ fuit per partem iurata, videtur quòd non, secundum Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 38. cuius contrarium videtur voluisse Rot. in ti. de iniur. & dam. dat. in nouis decis. 1. alias 152. Pro resolutione dicas, quòd potest Iudex hoc facere cum causa, secus autem sine causa, & per eandem Rotam eodem tit. decis. 4. in fin. & pro hac distinctione est text. in l. videamus, §. deferre, vers. item videndum, ff. de in lit. iuran.

51 SEXTA sit conclusio quòd si plures fuerunt illatæ iniuriæ, aliquæ scilicet, verbis, aliquæ autem facto poterit actor omnes iniurias, aut vnica æstimatione comprahendere, aut singulas singulariter æstimare, secundum Cyn. in l. si non conuitij, num. 19. in 15. quæst. C. de iniur. & ibi ēt Alber. nu. 15. Salyc. in l. 4. num. 4. in fine, vers. quæro quidam, C. eod. & Io. Fab. post num. 8. Io. And. ad specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 7. littera A,

52 SEPTIMA sit conclusio, quòd quando agitur ad æstimationem iniuriæ ciuiliter si iniurians non habet in bonis, luit in corpore, quando iniuria est atrox, tex. in l. si quis iniuriam atrocem, & ibi glos. & in verbo contemnere, ff. de iniur. Io. Fab. in l. si non conuitij, in fin. vers. & si sit nō soluendo, C. eod. Fely. in c. cum te post num. 17. de sent. & re iud. Plot. de in lit. iuran. §. 46. num. 2. Suarez. in com. opin. littera T, num. 80. Vbi de communi ex Gomez. quem allegat in §. pœnales, num. 38. instit. de action. & dixi supra in 1. parte, tit. de delict. & pœn. q. 26. num. 33. & seqq.

53 Et isto casu secundum Bart. in d. l. si quis iniuriam, possunt ferri vel duæ sententiæ, prima in qua fiet condemnatio pecuniaria. secūda in qua cōuertatur pecunia in pœnā corporalem, stante impotentia soluendi, uel etiā potest ferri vnica sententia, in qua condemnetur reus in pecunia, & si eam soluere non potest, fustigetur.

54 Immò secundum Cyn. in d. l. si non conuitij, num. 20. C. eod. potest Iudex si videt reum non soluendo pęnam pecuniariam in corporalem conuertere à principio, & hoc ne contingat duas proferre sententias, prout pariter potest actor à principio eodem reo non existente soluendo Iudicis officium implorare, vt ipsum corporaliter puniat, & ibi ponit formam huiusmodi petitionis.

55 Cuius contrarium videtur voluisse Alber. in d. l. si nō cōuitij, num. 16. vers. quid si Iudex, iuncto vers. sed nunquid vbi dixit quòd etiam reo notoriè existente non soluendo, non potest accusator à principio petere pœnam corporalē, nec Iudex potest in sua sententia ipsum corporaliter condemnare, ea ratione, quia lite pendente, & ante sententiā, vel ante exequutionem possit idem reus fieri soluendo, & cum Alber. etiam transit Salyc. in l. atrocem in fine, num. 5. vers. quæro quid si iniuriantem, C. eod. Vide quæ dixi in 1. part. tit. de delict. & pœn. q. 26. num. 13 & 19.

56 ET hæc quoad tertiam partem, quo vero ad quartam, quę respicit pœnam, quando criminaliter agitur, dic quòd illa est arbitraria secundum Hostien. in summa de maledi. §. qui vero æqualibus, vers. si autem criminaliter, & est tex. in l. item apud Labeonem, §. ait Prętor, ff. de iniur. glos. in l. Prætor edixit in 1. glo. vers. item benedixit, ff. de iniur. facit optimè tex. in l. fin. vbi præsertim Alber. & Ang. ff. eod. cuius text. verba sunt hæc *de iniuria nunc extra ordinē ex cā & ex persona statui solet, & serui quidē flagellis cæsi Dñis restituuntur, liberi vero humilioris quidem loci fustibus subijciuntur, cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certa coercentur*, Itē & tex. in §. in summa Instit. eod. in illis verbis, *Sin autem criminaliter officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur*. Et ibi Aret. num. 1. vbi hanc extraordinariam pœnam esse iudicis arbitrio remissam probat & Nicas. nu. 1. Abb. in c. cum te, num. 24. de re iud. & ibi etiam Felyn. num. 3. Rom. cons. 97. num. 2. in fin. vers. pœna autem imponend. Gram. decis. 37. num. 10. in fine, Iodoch. in practic. crim. c. 136. num. 11. quem videas, quia ponit plures pœnas iniuriarum delicto Iudicis arbitrio applicabiles Cyrill. in summa crim rubr. 24. §. fina. num. 11. vers. in summa sciendum est Boss. in tit. de iniur. num. 2. in fin. Fab. à Mōteleo. in prax. arbitr. par 4. q. 9. num. 66. & seqq. fol. 370. Pract. Cōrad. tit. de iniurian. num. 17. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. post num. 7. in princ. & d. nu. 7. vers. criminaliter agitur. Andr. Gayl. obseru. 65. num. 2. ad med. lib. 1. Clar. in pract. §. iniuria, nu. 8. vers. sed quæro, & ibi Baiard. in addit. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ vlt. sub nu. 19. Ludou. Peguer. decis. crim. 13. numer. 18. & 19. in fine. Thesaur decis. Pedemont. 18. sub num. 1. & decis. 229. num. 7. vers. nihilominus, &c. & in proposito vide Vrbis statutum, lib. 2. c. 7. nu. 71.

57 Vbi ponit pœnam iniuriæ illatæ, tam facto, quàm verbis, & plures distinguit casus, in iniuria facta non verbis, sed facto, & præsertim quid in eo, qui in alterius faciem stercus dispersit, aut phialam cum stercore, aut alia materia plenam proiecerit, de quo particulariter vide etiam quæ dixit Menoch. de arbitr. quæst. lib. secundo, casu 385.

58 Hæc aũt arbitraria pœna non solũ potest esse suspensionis, vel priuationis officij, si hoc suadet iniuriæ illatæ qualitas
59 secundum Boss. in tit. de iniur. num. 30. vbi quòd hoc nullam habet dubitationem, sed etiam corporalis, prout probat tex. in d. l. fin. ff. de iniur. etiam, quòd iniuria sit verbalis, prout voluerunt Bald. in c. cum te, in princ. de sent. & re iud. & ibi etiam Abb. num. 24. Felyn. nu. 9. ad fin. & Alex. de Neuo, nu. 12. vers. sed si agitur criminaliter. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 172. num. 8. Fab. à Monteleo. in prax. arbitr. par. 4. q. 9. num. 69. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 97.
60 Quid si de stylo, aut consuetudine Ciuitatis, aut Regionis esset introducta aliqua particularis pœna, vt pura, pecuniaria, & tunc illam Iudex sequi debet, nec aliam arbitrari potest secundum Ang. in l. fin. num. 2. ff. de iniur. practic. Cõrad. tit. de iniurian. num. 17. in fine, Et hæc est prima iniuriarum pœna.
61 SECVNDA est pœna infamiæ. Nam condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis, tex. est in l. Diuus Seuerus, & ibi glos. in verbo *non potest*, ff. de iniur. Alius text. in l. iudici ff. eod. glos. in l. si quis iniuriam, in verbo, *contemnere* ff. eod. text. & ibi post glos. notant communiter omnes Doctores in summario, in c. cum te, de sent. & re iud. Host. in sũm. de iniu. n. 4. in verb. *iniuriarum actione*, vers. & condemnatus infamis redditur Ant. de But. numer. 4. vers. & condemnatus Abb. num. 1. in 2. notab. Ana. num. 4. Diaz. in pract. crim. canonica cap. 66. alias 60. rub. de maled. num. 6. & ibi in addit. littera B, vbi de comm. pract. Conrad. tit. de iniurian. num. 21. vbi alios refert folio 408. Andr. Gayl. obser. 102. num. 1. & seqq. vbi alios refert, & testatur de communi par. 2. Clar. in pract. §. iniuria num. 9. vers. item condemnatus, vbi quod ita tenent omnes Doctores.
62 AMPLIA I. hanc secundam pœnam habere locum siue criminaliter, siue ciuiliter agatur secundum glos. in cap. cum te in verbo, *infamia*, de re iud. & ibi hoc adnotarunt Innoc. in summa. Hostiens. nu. 6. Anchar. num. 3. in fine, in 5. notab. Abb. num. 2. & 8. in fine, Anan. num. 6. Felyn. in summ. vbi alij referuntur concordantes, reprobata glos. in c. at si Clerici, in verbo, *anno suo*, extr. de iudic. contrarium dicente Alex. de Neuo, num. 8. & 19. Diaz. in pract. crim. canonica c. 66. alias 60. rubr. de maled. post n. 6. Mising. cõs. 7. n. 19. Andr. Gayl. obser. 102. num. 1. par. 2. ubi de communi.
63 AMPLIA II. vt infamia incurratur, non solum per condemnationem, sed etiam per transactionem factam super iniuria illata, tunc enim, quòd transigens infamia notetur, quasi tacitè fateatur delictum probat Andr. Gayl. obser. 102. num. 13. & seqq. omnibus par. 1. vbi hoc declarat duobus modis. Primo nisi transactio fieret authoritate Iudicis, vel Magistratus, secundo nisi fieret pacto gratuito nulla data pecunia, ijs enim duobus casibus transigendo super iniuria non incurri infamiam, optime ibidem probatur.
64 AMPLIA III. etiam in Clerico, quem infamia notari si iniuriarum actione fuerit condemnatus probat tex. in c. cum te, & ibi notant omnes extr. de re iud. & in specie aduertit Diaz. in pract. crim. Canonica cap. 66. alias 60. rub. de maled. num. 6. & ibi in addit. per Ignat. Lopez littera B, Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. in fine, num. 5.
65 AMPLIA IIII. etiam quòd iniuria sit leuis, & minima secundum magis communem intellectum text. in cap. cum te, de re iud. vbi fuit opus restitutione in integrum, ad hoc, vt condemnatus, pro minima iniuria infamiam non incurreret, ergo si non fuisset restitutus, illam incurrisset. & ibi hoc adnotarunt Ant. de Butr. num. 1. in 1. notab. Imol. in princ. & num. 1. & 2. vers. & nota. Card. Zabarell. num. 2. vers. in fine glo. vbi testatur de communi opinione. Abb. num. 7. & seq. Anan. num. 2. vbi quòd istũ intellectum sequuntur (ibi omnes Doctores, licet contrarium magis litteræ conformem esse testetur Felyn. num. 9. vbi de communi reprobatis Bal. & Salyc. contrarium tenentibus in locis præallegatis. Alex. de Neuo, nu. 4. & 26. Ignat. Lope. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canonica c. 66. alias 60. rubr. de maled. littera B, Andr. Gayl. obseru. 102. num. 1. & 6. par. 2. vbi alijs relatis testatur de communi Clar. in pract. §. iniuria num. 9. vers. item condemnatus, vbi de communi. Suarez. in commun. opin. littera I, nu. 29. vbi refert, & sequitur Clar. in loco præcitato.
66 Quamuis contrarium, quòd immò infamia non incurratur, nisi per condemnationem grauis, & atrocis iniuriæ, secus si leuis, scriptum reliquerint Alber. in d. l. Diuus Seuerus, num. 1. ff. de iniur. Bal. & Salyc. in l. Decuriones, C. ex quib. caus. infam. irrog. Ang. in l. infamem ff. de publi. iudic. vbi quòd ita tenent omnes Doctores glos. in d. c. cum te, de re iud. & glos. 2. in figuratione casus in fine, vers. nota, quòd condemnatus, vbi loquitur de minima, & sic de leuissima iniuria, & glossæ intellectum in proposito sequuti sunt ibi Butr. num. 2. in 2. notab. Abb. ante nu. 1. vers. damnatus pro nulla, vel modica iniuria. Anan. nu. 2. vbi quòd iste intellectus glos. est magis conformis litteræ illius text. quam contrarius communi. Alex. de Neuo, num. 1. Relati per Andr. Gayl. obseru. 102. num. 2. & sequentib. par. 2.
67 LIMITA I. prædictam secundam pœnam infamiæ, vt incurratur, post condemnationem prout omnes Doctores præallegati loquuntur, non autem ante condemnationem, & tempore illatæ iniuriæ secundum Alber. in l. Iudici ff. de iniur.
68 LIMITA II. si Reus sit ita vilis, vt non curet infamiam, quia tunc Iudex loco infamiæ condemnabit ipsum pecuniariter secundum Alber. in l. si non conuitij, col. fin. in fi. vers. quis sit effectus C. de iniur.
69 LIMITA III. Quia ad effugiendum infamiam datur, pro cautela, vt quis compareat per procuratorem, secundum glos. in cap. cum te in verbo *infamia*, vers. si quis conueniat te de re iud. Hostiens. in summ. de iniur. §. fin. in fine, vers. vbi vero ciuiliter agitur, de cuius cautelæ veritate, & materia vide Abbat. in d. c. cum te. num. 2. vers. sed quæro an subsit aliquod remedium. Felyn. nu. 2. & Alexan. de Neuo, num. 20. Andr. Gayl. obseru. 102. num. 7. par. 2. vbi quòd isto casu comparendo quis per procuratorem euitat infamiam iuris, non autem infamiam facti.
70 LIMITA IV. quando iniurians vocatus ad iudicium pœnam soluet antequam condemnetur, quia tunc stante solutione non potest condemnari, & non sequuta condemnatione non intrat infamia secundum Abb. in capit. cum te, nume. 5. de re iud. vbi Addentes in littera F, alios referunt concordantes. Felyn. ibid. nu. 4. & seq. vbi de materia huius limitationis. And. Gayl. obs. 102. num. 12. par. 2. & latius obser. 103. eadem par. 2. vbi disputata ad partes q hanc defendit cautelam, & testatur de communi, & seruata apud eum opinione.
71 TERTIA est pœna iniuriantis, vt præterea teneatur iniuriato ad restitutionem famę, & ad se disdicẽdum, & veniam petendum ab ipso iniuriato in illis locis, in quibus iniuriam protulit secundum Parid. de Put. in tract. sindicatus in verbo, *compositio*, cap. 7. num. 5. & seqq. vbi hoc videtur admittere, secundum Canones, & ibi alia ponit ad materiam, refert, & sequitur Maranta de ordine iudicior. p. 4. in princ. num. 10. vbi etiam an isto casu quando iniuriatus aliud non petit, quam satisfactionem iniuriæ, & famæ restitutionem iudicium dicitur ciuile, vel criminale, & concludit illud dici criminale, non autem ciuile. Boer. cons. 4 num. 41. vbi hanc retractationem vocat ipse honorabilem emendam. Diaz. in pract. crim. canonica, cap. 66. alias 60. in verbo, *maledici*, num. 7. vbi licet hanc retractationem credat non esse cognitam de iure ciuili, aut Canonico, non tamen negat eam naturali rationi, & æquitati esse satis congruam. Iodoch. in pract. crim. cap. 136. num. 1. & 11. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 11. num. 4. in fine, vers. iustissimum tamen est, vbi optime probat iustissimum esse, famę, & honoris restitutionem fieri his, qui conuitijs obiectis in fama, & honore læsionem passi fuerunt, per text. in cap. quisquis 8. quæst. 1. & in cap. inter solicitudines de purgat. canon. cũ alijs, ibi per eũ allegatis & lib. 2. c. x. nu. 7. post vers. tenetur item is, vbi (loquitur tamen

tamẽ in foro pœnitentiali non in exteriori) proposita dubitatione an ad iniuriæ satisfactionem necesse sit, vt is, qui iniuriam intulit veniam ab iniuriato petat, relatis cõtrarijs, concludit id totum relinqui arbitrio boni viri, qui veniam petendam censebit, si ad honoris restitutionem veniæ petitio decens fuerit, secus si aliter. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. nu. 27. vbi refert dicta per Couar. vbi supra d. cap. 11. num. 4. in fine, & faciunt scripta per Fabian. à Monteleo. in sua praxi arbitr. par. 4 q. 9, num. 77. folio mihi 371. vbi ponit modum tenendum in eo, qui vult dare satisfactionem honoris iniuriam passo, & sic præsupponit hanc satisfactionem esse dandam, dicitq; quod talis satisfactio danda est secundum qualitatem iniuriæ, petendo veniam in loco commissę iniuriæ coram eisdem personis, & interdum etiam patiendo se verberari ex iur. & Doctot. ibi per eum allegatis, & alias secundum Parid. de Put. quem allegat in tract. sindicat. vers. quia plures. Misinger. cons. 7. in primo dub. num. 3. & seqq. vbi & iuribus, & rationibus demonstrat, etiam de iure communi iniuriantem teneri ad restituendum famam, & honorem iniuriato, ac ad recantandum iniuriam, & confitendum se falsum dixisse, faciunt scripta per Bertaz in cons. 307. nu. 1. vbi probat, quòd iniurians, & vnusquisque qui alterius famæ, & honori detraxit, tenetur eidem verbis conuenientem satisfactionem dare. Ludou Peguer. decis. crim. 13. in fine, vbi testatur, quòd quidam alteri in consilio publico ad effectum ne eligeretur ad officium Collectoris dixerat, q. erat de prosapia Iudæorum, fuit condemnatus ad se disdicendum in publico, ac ad confitendum se malè, & citrà veritatem dixisse vltra bannum sibi iniunctum, Thesaur. decis. Pedemont. 229. post nu. 7. vbi refert quemdam rusticũ, qui cum manibus, (vt vulgo dicitur) faciendo ficas iniuriam in Iudicem intulit fuisse condemnatum vltra pœnam pecuniariam ad petendum veniam ipsi Iudici Iacob. de Graffijs decis. cas. conf. 137. nu. 3. lib. 2. par. . . . (qui tamẽ etiam loquitur in foro pœnitentiali) vbi quòd si iniuria fuit illata secretò, & tunc iniurians per se, vel per interpositam personam tenetur ab iniuriato petere veniam, si autẽ fuit illata publicè, & tunc etiam publicè veniam petit, si hoc requirit iniuriatus, & amplius debet fateri, se falsum dixisse (si illata iniuria non erat vera) coram illis personis, coram quibus iniuriam intulit.

72 Nisi iniuriatus esse persona vilis, & iniurians persona nobilis, vt ibi per eum.

73 Contra, quòd nec de iure ciuili, nec de iure canonico talis pœna retractationis iniuriæ imposita reperiatur. Præsupponit Diaz. in pract. crim. canonica cap. 66. alias 60. rub. de maled. n. 7. dum disputat an Clerici teneãt palinodiã recantare, iuxta illam legem Hispaniarum, postquam super hoc nec iura ciuilia, nec iura canonica aliquid statuũt, licet quadam naturali ratione, etiam, quòd hoc iure non caueatur, id fieri posse affirmet Petr. à Plach. lib. 1. cap. 6. num. 41. vers. postremò in ea specie, vbi concludit circa petionem veniæ (loquitur tamen in foro pœnitentiali, nõ in foro exteriori) quòd si iniurians non vult hanc veniam petere, nullo modo ipsi talis petitio iniungenda est, præsertim si famæ, & honoris restitutio aliter fieri potest. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ vlt. num. 10. vbi relatis, & reprobatis cõtrarijs, & quicquid secus seruetur in Hispania, in quinque casibus vigore particularis cõstitutionis defendit, quòd tam de iure, quam de consuetudine Iudex non potest condemnare iniuriantem ad hanc satisfactionẽ honoris per reuocationem iniuriæ, refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. post, nu. 47. & 49. in fine.

74 Et hæc contraria opinio in dubitanter procedit in duobus casibus. Primo quando illata iniuria fuit vera, tunc enim absurdum est dicere, quòd ille, qui verum dixit, faciat se mentientem, & mendacem secundũ Diaz. in practic. crim. canonica cap. 66. alias 60. rubr. de maledic. in fi. num. 7. vers. quòd tamen procedere possit, quamuis contrarium voluerit Iodoch. in pract. criminal. cap. 136. num. primo.

75 Secundo in Clerico, qui astringi non potest ad hanc honorabilem emendam secundum Boer. in cons. 4. nume. 40. per text. in cap. 40. & in cap. Clerico, & ibi glos. & Card. Alexandr. distinct. 50. cum alijs, ibi per eum allegatis, & ita vsu, & in practica receptum esse testatur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canonica cap. 66. alias 60. rubr. de maledic. littera R, vsque ad finem additionis, vbi alios refert concordantes, & reprobat Diaz. eo loci contrarium tenentem tum ex ratione, & æquitate naturali, tum etiam ex lege particulari Hispaniarum, sub qua vt ipse inquit allucinatur, dum dixit Clericos compræhendi, licet bene verum sit, quòd teneatur petere veniam ab iniuriato, prout idem Diaz. scripsit d. cap. 66. num. 1. & probatur in cap. Clericus maledicus dist. 46. non autem, quòd teneatur, se retractare, & dicere se mentitum, ad quę vide Iacob. de Graff. decis. cas. conf. 137. num. 3. lib. 2. p. 1.

76 Vbi quid de Prelato iniuriante suum subditum.

77 An autem hæc honorabilis emenda, seu retractatio iniuriæ possit peti in simul cum æstimatione iniuriarum, quam vtilem emendam vocauit Boer. in cons. 4. num. 41. vbi testatur alias super hac dubitatione, apud eum fuisse factam magnam altercationem, & nihil resoluit, & inde etiam Maran. de ordine iudicior p. 4. in princ. num. 12. & 14. vbi probat hanc actionum cumulationem non esse admittendam ex quo talis actio ad reuocationem iniuriæ reputatur potius criminalis, quàm ciuilis Andr. Gayl. obser. 65. num. 2. in fine, & seqq. lib. 1. Vbi de iure communi nõ videtur dissentire ab opinione Maran. licet in Camera Imperiali, & in Consistorio Imperatoris de stylo Iudicis contrarium seruari testatur, cuius contrarium etiam de iure verius esse defendit. Misinger. obser. 98. centur. 2. vbi quòd datur ista actionum cumulatio, & quòd ita apud eum seruatur, & hoc quia actio ad reuocationem verborum iniuriosorum nõ dicitur criminalis, sed ciuilis, & propterea potest cumulari cum actione ad æstimationem iniuriæ, quæ pariter ciuilis est, si enim esset criminalis non posset cumulari, vt ibi per eum refert, & sequitur Io. Sicar. in addit. ad Villalob. in comm. opin. post num. 30. Quòd & idem repetijt idem Misinger. cons. 7. in 2. dub. num. 8. & seqq.

78 QVARTA pœna est, quòd iniurians tenetur iniuriato ad damna, & interesse iniuriam passo, præsertim si iniuria sit illata facto. Ita probat text. cum ibi notatis per glos. & Doctores in l. prætor edixit §. quid ergo, & primo. ff. de iniur. Barr. in l. item apud Labeonem §. si quis seruo,
79 in princip. ff. de iniur. vbi opponit, & resoluit Alber. num. 1. vbi quòd isto casu in actione iniuriarum veniunt damna intrinseca, non autem extrinseca, & ibi exemplificat, quæ sint damna extrinseca. Bellapert. in l. Dominum. C. de iniur. & ibi communiter omnes tractant, an pro istis damnis detur actio iniuriarum, an vero actio, l. Aquil. & an Iudicis officium. Marian. Socin. in cap. olim, num. 21. extr. de iniur.

Vbi quomodo damna, & interesse veniant in actione iniuriarum, vltra æstimationem iniuriæ. Couar. var. resolution. lib. 2. cap. 10, num. 7. post vers. Quarto eodem iure, &c. fol. mihi 527. Et ibidem in vers. Tenetur etiam 15 folio 528.

80 Vbi quòd is, qui alteri iniuriam infert, tenetur vltra damna, & interesse iniuriam passo aliquid arbitrio boni viri retribuere in compensationem iniuriæ illatæ, cum ea haberi non possit pro infecta. Et rursus in vers. sic iniuriam passus folio 530.

81 Vbi etiam quomodo facienda sit taxatio, seu æstimatio damnorum, & interesse tam a parte, quam à Iudice, & in quo talis taxatio differat à taxatione æstimationis iniuriæ. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 6. tit. de iniur. num. 9. vbi adduxit iura, & concordantes Doctores, & te
82 statur de communi, & num. 10. vbi etiam ponit, quæ nam actio detur pro istis damnis, & interesse, & quanto tempore præscribatur. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 114. num. 1. Surd. decis. Mantuan. 89. num. 7.

ARGVMENTVM.

Iniuriarum pœna quandò habeat locum,& quando non.

SVMMARIVM.

QVÆST. CV. INSPCT. III.



REGVLA sit in hac III. inspectione, quòd iniurians punitur, & ciuiliter, & criminaliter, sicut in præcedenti inspectione latius deductum fuit,& hic repetere non est necesse.

83 AMPLIA I. propositam regulam etiam in iniuria facta absenti.

Nam & absenti iniuriam inferri posse, probat. tex.

tex. in l. item apud Labeonem §. conuitium ff. de iniur.
vbi ſic dicitur, *conuitium autem non tantum præſenti, verum abſenti quoq; fieri poſſe Labeo ſcribit. Proinde ſi quis ad domũ tuam venerit te abſente, conuitium factum eſſe dicitur*, & ibi
gloſſ. in verbo, *te abſente*, Salyc. per illum tex. in l. 1. num. 2.
in 4. notab. C. ſi quis Imperat. maledix. Addentes ad Salyc.
ibi littera A, vbi propterea inferunt, quòd ſtatutũ puniens
iniuriantem alterum, habet etiam locum in iniuriante ab
ſentem. Anchar. in c. 1. num. 1. in 1. notab. extr. de maledic.
Abb. num. 1. Maria. Soc. num. 2. & 3. vbi illationem ſupra-
84 dictam factam de ſtatuto, quòd habeat locum etiam in in-
iuria facta abſenti, declarat procedere, niſi ſtatutum loque
retur in caſu datiuo, vt puta ſi quis, *dixerit alicui verba iniurioſa*, quia tunc requiritur præſentia iniuriati, vt ſtatu-
tum habeat locum, vt ibi per eum, & Io. de Anan. num. 2.
& 7, poſt med. col. 4. in fine verſ. colligit etiã. Azzo in ſum-
ma de iniur. num. 3. verſ. fit autem conuitium. Bonif. de
Vitallin. in tit. de iniur. num. 9. Ana. conſ. 44. nu. 5. Iodoc.
in pract. crim. c. 136. num. 5. vbi quòd tantum peccat, qui
præſentem lædit. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 35. verſ. circa ſe-
cundam. vbi etiam quid in terminis decreti Mediolani. Pe
trus a Plach. in epith. delict. c. 1. poſt nu. 2. verſ. quam ſentẽ-
tiam. Pract. Cõrad. tit. de iniuriã. n. 4. verſ. atq; amplia folio
403. Ant. Gomez de delict. c. 6. rub. de iniurijs, nu. 2. Ma-
gon. deciſ. Florent. 25. num. 1. & 2.
85 AMPLIA II. etiam in iniuria facta mortuo, iniuriã
enim fieri poſſe ne dum viuis, ſed etiam mortuis probat
tex. in l. 1. ff. de his, quibus vt indign. gloſ. in l. ſororem. C.
eod. Bart. in d. l. 1. & in l. noſtrum, ad finem. C. de teſtam. &
Bart. doct. Io. de Ana. referr, & ſequitur prædicta iura, in
cap. 1. nu. 2. verſ. plus dicit, hic Dominus meus ext. de ma-
ledic. & ibid. num. 3. verſ. adde etiam prædictis, vbi addu-
cit alia iura videlicet text. in l. q; ſepulturam, cum l. ſeq. C.
de ſepulcr. violat. & in l. 3. §. aduerſus. ff. eod. vltra prædicta
iura, vt; melior text. in l. 1. §. & ſi fortè ff. de iniur. vbi opti-
mè probatur iniuriam mortuo fieri, & facto, & verbis, fa-
cto quando fit in cadauer, verbis quando mortui fama la-
ceratur item, & text. in l. ſi ſtatua ff. eod. vbi de corrumpẽ-
te, ſeu amouente ſtatuam ex monumento Ang. in d. l. 1. §.
quoties ff. eod. Maria. Soc. in c. olim, nu. 20. in fine extr. de
iniur. vbi generaliter de iniuria facta cadaueri, vel quando
defuncti fama læditur, ad quæ addo etiam Azzo. in ſumma
de iniur. nu. 12. verſ. item ſi fiat iniuria cadaueri. Hoſtienſ.
in ſumma eod. tit. num. 5. in fine, §. ſed & per vxores, verſ.
item ſi fiat iniuria cadaueri. Bonif. de Vitalli. tit. de iniur.
num. 50. Cyrill. in ſumma crim. rubr. 24. §. fi. nu. 2. verſ. &
ſi forte cadaueri fol. 99. & num. 6. poſt med. fol. 100. Cœ-
phal. conſ. 341. num. 34. & ſeqq. Vbi tamen probat, quòd in
86 iuria illata defuncto dicitur iniuria ficta, & abuſiua, & le-
uior ea, quæ infertur in viuentem, & etiam declarat an, &
quando iniuria facta defuncto cenſeatur etiam facta hære
di. Vide ad materiam quæ dixi infra, q. 107. nu. 368.
87 AMPLIA III. in iniuria facta nutu; iniuriam enim
non ſolum verbis, ſed etiam nutu inferri poſſe, dummodo
ex nutu appareat aliquod ſignum, quod deſignet volunta-
tem iniuriantis, quæ etiam poterit percipi ex verbis præ-
cedentibus, aut ſubſequentibus voluit Beluiſ. in pract. lib.
primo. cap. 3. rubr. de iniur. numer. 34. Iodoch. in practic.
88 criminal. cap. 135. num. 1. & cap. 137. num. 1. Vbi tamen
quod iſto caſu nõ præſumitur animus iniuriandi, niſi pro-
betur. Pract. Cõrad. tit. de iniuriã. n. 5. verſ. immo etiã riſu,
& ſolo nutu folio 403. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria,
num. 15. Theſaur. deciſ. Pedem. 229. per totam, vbi plura
de iniuria facta cũ manu, vt vulgo dicitur, *con li fichi*, ideſt
ab eo, qui oſtendit alteri digitum pollicem per mediam vn
guem, ſeu alias nutu, & de faciente alicui ficum, aut ſimilẽ
iniuriam, vide Vrbis ſtatutum lib. 2. cap. 70.
89 AMPLIA IIII. etiam iniuria illata minis. Per minas
etiam illatam eſſe iniuriam, quamuis in illis verbum iniu-
rioſum non dicatur voluit Auguſt. de Arim. in addit. ad
Ang. de malef. in verbo, *& dictus Titius ſe defendendo, &c.*
col. 3. verſ. quæritur an ex ſolis minis. Bertazz. conſ. 434.
num. 8. lib. 2. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nume-
ro 33.

90 AMPLIA V. vt iniuriarum pœna locum habeat non
ſolum in eo, qui iniuriam infert, ſed etiam in mandante
conſulente, procurante, incitante, ſeu perſuadente, text.
in l. item apud Labeonem §. feciſſe conuitium ff. de iniur.
& in l. non ſolum, in princ. & in §. ſi mandato meo, & §. ſeq.
& in l. ſed iniuria §. ſi iuſſu Domini, ff. eod. Bart. in d. l. non
ſolum, nu. 1. & ſeqq. & in d. §. ſi mãdato meo, vbi plenè tra-
ctat materiam mandati, prout eam etiam tractat in l. ſed ſi
vnius §. ſeruus meus ff. eod. Ang. in d. §. ſi mandato, vbi etiã
91 de materia, & in l. item apud Labeonem §. feciſſe ff. eod. vbi
infert ad concitantes pueros ad vociferationem iniurio-
ſam in alium, facit tex. in §. iniuria autem, in illis verbis, *do
loue malo fecerit quo quid eorum fieret*, & in §. non ſolum, ibi
vel qui procurauit, &c. & ibi Doctor. inſtitut. de iniur. Ali-
us text. in c. fin. in princ. in illis verbis, *ſeu alijs irrogantibus
opem forte tuliſſi*, & ibi gloſſ. in verbo, *tuliſſi*, extr. de iniur.
Azzo in ſumm. de iniur. nu. 3. in fine, verſ. vel etiam conci-
tauit, & latius, nu. 13. Hoſtien. in ſumm. eod. tit. num. 6. §.
contra quos, in princ. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. ſub
num. 11. & 41. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 1. num.
8. verſ. Quinto ad hanc rem fol. 18.
92 AMPLIA VI. vt iniuriarum actione teneatur etiã
ille, qui de nocte tacitè viam alicuius mulieris honeſtæ fre
quẽtat, vel ante illius domum facit matinatas, nam ex hac
nimia frequentia aliquam præbet infamiam. Ang. in l. item
apud Labeonem §. meminiſſe, num. 2. per illum tex. & glo.
ibi ff. de iniur.
93 Et de faciente viduis ſcãpanatas, quod tenetur actione
iniuriarum, nec conſuetudo excuſet. Boer. conſ. 4. num. 13.
& ſeqq.
94 AMPLIA VII. vt etiam pro leui iniuria agi poſſit cri
minaliter ad pœnam, prout voluit Io. Fab. in §. in ſumma
in princ. inſtit. de iniur. ſequitur ibidem Aretin. nu. 1. Abb.
in c. cum te, num. 6. de re iud. vbi relatis, & reprobatis con-
trarijs teſtatur ita ſentire Doctores ibi, & ita etiam de cõ-
muni teſtatur Felyn. ibid. num. 9.
95 Immò quod etiam pro leuiſſima iniuria agi poſſit, pro
bare videtur text. in d. c. cum te, de ſent. & re iud. vbi pro
minima iniuria fuit quis in decem ſolidis condemnatus,
& per iſtum text. reprobata gloſ. ibi contrarium dicente
ita ſcripſerunt Hoſtienſ. num. 12. Claud. Seyſſell. in l. vtrũ,
num. 49. in 1. lect. ff. de iuſt. & iure.
96 Contrarium quòd, pro leui iniuria agi non poſſit, vo-
luit gloſ. in c. cum te, in verbo *minima* ad finem de re iud.
vbi quòd pro modico non datur actio iniuriarum, & ibi
Io. de Imol. col. 2. ante med. num. 2. ad finem, verſ. in eadem
glo. pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. n. 29. Fab. a Mõ
teleo. in praxi arbitr. p. 4. q. 9. nu. 65. vbi quod de leui iniu-
ria prætor curam non habet.
97 Sic & pariter, quòd pro leuiſſima iniuria minimè agi
poſſit criminaliter, voluit idẽ Io. Fab. in d. §. in ſumma in
princ. & ibi etiam Aret. nu. 1. in ſtit. de iniur.
98 AMPLIA VIII. etiam in eo, qui prouocatus aliqua
verbali iniuria prouocanti aliam infert iniuriam, nam &
is etiam punitur, licet mitius, vt dicam infra in ſeptima in-
ſpectione.
99 AMPLIA IX. & multo magis in Clerico, quem etiã
iniuriarum actione teneri dubitandum non eſt, ad text. in
c. cum te, & ibi cõiter Doct. omnes, de re iud. Diaz. in pra-
ctic. cri. canonica c. 66. alias 60. rubr. de maled. num. 5. &
100 6. vbi etiam quid de Clerico murmuratore, ſuper quibus
vide referentem Petr. a Plac. in epit. delict. lib. 1. cap. 4. nu.
101 5. in fine, an autem Clericus actione iniuriarum condem-
102 natus ſit infamis, dixi ſupra, num. 84. & an idem Clericus
teneatur ſe diſdicere, petere veniam, & retractare dixi pa-
riter ſupra num. 75.
103 AMPLIA X. in eo, qui alteri dicit aliquod bonum,
ſed ironice, & cum animo iniuriandi, vt puta. *Tu es bona
Mulier, bonus Vir, bonus Clericus, bonus Aduocatus, & ſimi
lia.* Iniuriarum actione tenetur (licet bene iſto caſu ma-
lus iniuriandi animus non præſumatur, & qui iniuriam
prætendit, illã probare tenebitur, prout dixi infra, nu. 117.
& ſeq.) ſecundum Bellaper. in l. ſi nõ conuitij, col. 2. in prin
cip. verſ. unde ẽt. C. de iniur. Io. Fab. ſub n. 5. pract. Belu. li. 1.

cap. 3. rub. de iniur. num. 31. & ibi in addit. Doct. Boer. in verbo, *bonus homo*, Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 1. num. 12. in fine, & 13. folio. 24. Fab. à Monteleo. in sua prax. arbitr. par. 4. quæst. 9 num. 60. fol. 369. Clar. in §. iniuria, in princ. ante med. & ibi Baiard. in additio. num. 21. & 44. Carauit. super ritu magn. Cur. vltimo, num. 22.

104 Idem si quis alteri diceret, *Ego non sum fur*, & similia, secundum Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. nu. 31. & 33. vers. & in istis verbis.

105 Vbi generaliter de omni iniuria dicta per verba indirecta, & subdola, dicitque, quòd in istis verbis multum facit modus pronunciandi. Boer. cons. 4. num. 17. vbi huius conclusionis ponit alia exempla. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 5. vers. item amplia fol. 403. vbi pariter de verbis subdolè dictis, & indirectis.

106 Pariter, & iniuriarum actione tenetur, dicens alicui condemnato de crimine, *Tædet me de condemnatoria sententia contra te lata de furto*. Secundum Ang. in l. vestem, ff. de iniur. qui tamen loquitur, quando condemnatio est notoria, iuxta trad. infra num. 230. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. num. 13. vers. iidem si quis dicat. Ias. in l. Turpia, num. 1 c. ff. de legat. 1. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 89. in in fine, extr. de constitut. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 44. Carauit. super ritu magnæ Cur. vlt. nu 22.

107 AMPLIA XI. iniuriarum actione, licet non teneatur is, qui ad aurem sui inimici, vel multum planè loquēdo in modum ratiocinij iniuriam infert, punitur tamen, & tenetur ex edicto, de quo in l. item apud Labeonem, §. ex his, & ibi Ang. ff. de iniur.

108 AMPLIA XII. vt iniuriarum actio ad pœnam cedi possit, secundum Bart. in l. iniuriarum actio, ff. de iniur. Vbi benè comprobat, & respondet contrarijs, Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 80. vbi etiam benè comprobat, & num. 81. vbi isto casu quis æstimabit iniuriam an cedens, an verò cessionarius, Suarez. in communi opin. littera I, num. 72. vbi de communi ex Paul. de Castr. in l. fin. num. 4. C. de hæredib. vel actio. vendit. ad quam materiam vide relatos per Tiraq. de retract. consang. § 25. gloss. 1. num. 47. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 47. per totum.

109 AMPLIA XIII. Quia pro iniuria vni facta quandoque etiam alter agere potest ad pœnam, quòd quando verum sit, dixi infra in inspectione sexta.

110 AMPLIA XIV. in inferente iniuriam, seu maledictum in Principem, prout dixi infra inspect. 10. vbi vide.

111 LIMITA I. eandem propositam regulam, vt non procedat, quando quis in alterum conuitium infert sine dolo, & sine animo iniuriandi quia tunc pœna iniuriarum non habet locum, text. est in l. si non conuitij, in princ. C. de iniur. Cuius quidem text. verba sunt hæc. *Si non conuitij consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes, fides veri à calumnia te defendit*. Et ibi hoc adnotarunt Alex. num. 1. Cyn. num. 1. in primo notab. Salyc. etiam num. 1. pariter in primo notab. Vbi quòd animi absentia impedit actionem iniuriarum nasci, quæ quidem actio non nisi ex voluntate, seu affectu inferentis causatur, & Ang. num. 2. in fi. Item, & text. in l. illud. §. 1. in illis verbis, *Cum enim iniuria ex affectu facientis consistat*, & ibi glo. in verbo *ex affectu*, alia concordia iura allegat, & Ang. in summario de iniur. alius tex. in l. non solum, in princip. in illis verbis, *Qui dolo fecit*, & in l. si quis seruum, ibi, *Quoties ille, qui suadet animum iniuriæ faciendæ habet. ff. eod.* Alber. in d. l. illud, in discursu. Aug. ad Ang. de malef. in glo. *verba iniuriosa*, post num. 2 Roman. cons. 96. num. 3. Gramm. decis. 37. nu.

112 5. & 9. Aym. cons. 9. num. 35. in fine, 36. & seq. Vbi amplius, quòd in actione iniuriarum lata culpa non æquiparatur dolo. Boer. cons. 4. num. 2 Pract. Corrad. tit. de iniurian num 4. fol 403. Mising. consil. 7. num. 24. Baiard. in addit. ad Clarum. § iniuria, num. 19. Mascard. de probat. libro 1. concl. 97. num. 7. Claud. ad Bertaz. in cons. 206. in vers. primum itaq; Honded. cons. 112. num. 22. & seqq. Claud. in addit. ad eundem Bertazz. cons. 88. in fine, littera C, n. 1. Surd. decis. Māt. 89. n. 23. vbi alij referūt recētiores.

113 SVBLIMITA I. hanc primam limitationem, quia iniuria præsumitur malus iniuriandi animus, nisi contrarium probetur, text. in l. si non conuitij. in princ. C de iniur. in illis verbis *probare potes*, sumpto inde argumento à contrario sensu, & ibi hoc adnotarunt gloss. in verbo *probare*, Butrig. in 2. notab. & in vers. oppono, quòd qui dolū &c. Bellapert. in princip. Cyn. num. 2. vers. ad istam, & ibi in addit. littera A, Bald. in summario Salyc. num. 1. in princ. & in prima oppos. Ang. sub num. 3. Ioan. Fab. num. 4. in fin. & 5. Fely. in cap. cum te, num. 18. vers. & omne verbum, de sent. & re iud. Doct. Baert. in addit. ad Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. nu. 5. in verbo *probare tenetur*. August. in addit. ad Ang. de malef. in gloss. verbo, *iniuriosa*, num. 3. Roman. consil. 96. num. 4. & ibi Mandos. in addit. littera B, Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 44. Soc. cons. 146. post num. 7. lib. 1. vbi quod ita communiter concludunt omnes, Iodoc. in pract. crim. cap. 137. num. 14. in fine. Pract. Corrad. tit. de iniurian nu. 5. fol. 403. Mising. cons. 7 num. 27. & 28. Andr. Gayl. obseru. 106. num. 1. vbi de communi Clar. in pract. § iniuria, num. 13. vers. quæro nunc. vbi de communi, Suarez in com. opi. littera I, nu. 76. Ludou. Peguer. decis. crim. 13. nu. 7. & seqq. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 97. num. 9. & lib. 2. concl. 902. nu. 6. vbi plures de cōi testantes refert Magon. decis. Florent. 25. num. 5.

114 & 12. vbi tamen quòd hoc fallit in rustico, ex Grammat. & Cæpol. in locis per eum relatis.

115 Quamuis contrarium, quòd immò iniuriandi animus non præsumatur, sed quod debeat probari, videtur de mēte Azzon. in summa de iniur. num. 4. in fin. vers. Immò debet ostendi. Beluis. in pract. lib. 1. cap 3. in tit. de iniur. nu. 1. & 2. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 902. num. 4. in tribus ibi per eum allegatis, Honded. cons. 112. nu. 22. & 26. Mi-

116 sing. cons. 7. in 3. dub. nom. 20. & seqq. Vbi conatur probare standum esse iuramento iniuriantis, quòd iniuria non fuit illata animo iniuriandi, quod & idem scripsit Masc. de prob. lib. 1. concl. 97. num. 10. sed quòd immò de iure, & secundum com. opin. tale iuramentum non tollat præsumptionem mali animi in delicto iniuriarum bene comprobat Andr. Gayl. obser. 106. nu 1. & seqq. par. 2 & licèt ibidē testetur apud eum in Camera seruari, quòd de æquitate tale iuramentum (quòd ipse purgationis vocat) iniuriāti præstetur. Aduerte tamen, quia loquitur, quando ratione loci, aut temporis, aut personarum, constat quòd iniuria fuerit illata sine animo iniuriandi, & sic quando pro iuramento concurrunt præsumptiones, & coniecturæ; vnde secus si aliter. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 59. Vbi expressè tenet, quòd non statur iuramento iniuriantis, quòd nō fecerit animo iniuriandi, allegat Alexand. de Neuo in cons. 82. num. 6.

117 LIMITA hanc primā sublimitationem procedere in verbis, seu factis, quæ de sui natura iniuriam præseferūt & illicita sunt; In ijs inquam iniuriandi animus præsumitur; secus autem si quis velit iniuriam arguere ex verbis, aut factis de sui natura licitis, & iniuriam non continentibus in se. Tunc enim animus iniuriandi non præsumitur, nisi probetur secundum Alber. in l. iniuriarum actio in principip. nu 1. & in §. si quis per iniuriam, & in l. item apud Labeonem, §. si communem. ff. de iniur. & benè etiam declarat Ioa. Fab. in l. si non conuitij, num. 5 C. de iniur. Vbi idem, quando verba prolata de se non sunt iniuriosa, & puta ironicè dicta, & in § si. num. 5. instit. eod. Azzo in summa de iniur. num. 4. in fine, vbi ponit septem casus, in quibus animus iniuriandi non præsumitur, sed ostendi debet. Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. num. 7. in fine, iuncto num. 8. vers. vt sic iniuriatus, &c. August. in addit. ad Ang. de malef. in gloss. in verba *iniuriosa*, num. 3. Surd. decis. Mant. 89. num. 28. in fine, vers. Respondetur 2. & num. 31. Bertazz. cons. 89. num. 9. lib. 1.

118 Quare in verbis indifferentibus, quæ possunt importare iniuriam, & eam non importare, in dubio iudicandum esse, quod non importent, & quòd non malo animo prolata sint videtur de mente Doctorum allegat. infr. num. 122, & in specie pluribus exornat Aym. cōs. 9. n. 20. & seqq.

119 Vbi amplius nu. 24. quod verba debēt ipropriari, & ēt intelligi

per

per fictionem iuris ad fugiendum delictum, & malum animum, præſertim quando verba huiuſmodi ſunt prolata palàm, & in publico, quo caſu eo magis debet ceſſare ſuſpitio iniuriandi, vt ibi per eum num. 28.

120 Sic, & dicere alicui *Tu defers magnam barbam*, poteſt trahi in iniuriam, & etiam in non iniuriam; Ideo in dubio ſine malo animo talia verba prolata cenſentur, ſecundum Bellapert. in l. ſi non conuitij, col. 1. in fine verſ. vt ſi aliquis deferat magnam barbam, C. de iniur.

121 SVBLIMITA II. eandem primam limitationem quia licèt in dubio iniuriandi animus præſumatur. Attamen, quod quis iniuriam non intulerit animo iniuriandi probatur per coniecturas, ſecundum Bellapert. in l. ſi non conuitij, poſt princ. verſ. & probabit. C. de iniur. & ibi et Cyn. num. 4. in fi. verſ. dices modo, & Ang. num. 3. in fi. ver. & ideo incumbit. Felyn. in cap. cum te, nu. 18. in fi. verſic. quod cognoſcitur ex coniect. de ſent. & re iud. Io. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de iniur. in princ. in addit. magna, poſt med. verſ. per circumſtantias enim, Beluiſ. in pract. lib. 1. c. 3. tit. de iniur. nu. 3. vbi quod coniecturæ iſto caſu ſumuntur ex facti, & perſonarum qualitate. Boer. conſ. 4. num. 3. Vbi quod iſtæ coniecturæ colliguntur ex verbis, & factis, cum talis præſumatur animus, qualem verba, aut facta demõſtrãt, l. quod Labeo ff. de ſuppellect. legat. cũ alijs per eum adductis, & per Ludou. Bologn. in addit. ad Ana. conſ. 44. verſ. 2. præmitto, Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 97. num. 11. & lib. 2. concl. 902. nu. 8. & 10. Claud. ad Bertazz. in conſ. 206. in verſ. Primũ itaque, vbi præcipuè tũc iniuriandi animum abeſſe affirmat, quando inter iniuriãtem, & iniuriatum nulla præcedebat inimicitia.

122 SED an in libello iniuriarum ſit neceſſe exprimere, quod iniurians animo iniuriandi iniuriam intulit. Dic, quod nõ quia, ut dixi, talis animus à iure pſumitur, niſi ſimus in verbis indifferẽtibus, quæ poſſunt importare iniuriam, & non iniuriam, vel etiam niſi ſimus in perſonis, in quibus malus iniuriandi animus non pſumitur, ſecundum Bellapert, in l. ſi non conuitij, col. 1. verſ. gratia huius quæro. C. de iniur. & ibi etiã Cyn. nu. 11. in 7. queſt. Alber. nu. 8. Salycet. nu. 4. & Io. Fab. pariter nu. 4. in fi. Nicaſ. in §. pœna autem nu. 5. verſ. nec oportet, inſtit. de iniur. Fely. in c. cum te num. 18. de ſent. & re iud; Marian. Soc. in c. olim num. 25. verſ. vtrum aũt, extr. de iniur. nu. 6. & ſeqq. Ang. de maleſ. in glo. *verba iniurioſa*, poſt n. 1. verſ. & ibi dicit Cyn. & ibi Aug. in addit. poſt nu. 2.

124 Verum quòd non ſit neceſſe exprimere, quod iniuriãs malo animo iniuriam intulerit, cum hoc poſſit poſtea in proceſſu deduci, & declarari, etiam quod iniuria contineat verba indifferentia, ac etiam quòd agatur inter perſonas, in quibus malus animus non præſumitur, niſi pars oppoſuerit de generalitate libelli, format Ang. in d. l. ſi non conuitij, nu. 4. C. de iniur. &c.

125 LIMITA II. eandem propoſitam regulã in eo, qui alteri ioco, aut ludendo iniuriam verbis, aut facto infert, is inquam, iniuriarum actione non tenetur, ſecundum Butrig. in l. ſi non conuitij, in princ. C. de iniur. text. in l. Item apud Labeonem. §. meminiſſe, & ibi gloſſ. in verbo *colludendi*, ff. de iniur. Ang. in l. ſi non conuitij, in ſummario. C. eodem, & ibi etiam Ioann. Fab. num. 5. Alius text. in l. illud. §. 1. in fin. de iniur. dum ibi dicitur, *Quare, ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat iniuriarum non tenetur*, Specul. in tit. de iniur. num. 3. poſt med. verſ. item quòd per ludum, & ibi in additione, littera E, vbi ponitur exemplum de ludentibus ad ſcacchos, qui inuicem ſolent ſibi improperia dicere, Azzo in ſumm. de iniur. num. 2. in fi. verſ. nemo autem facit. Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. nu. 1. & ibi Doctor Baert. in addit. in verbo *per ludum*, Anani. cõſ. 44 nu. 4. verſ. hinc eſt, quòd ſi per iocum. Iodo in practic. crim. cap. 136. nu. 9. & ſeqq. Vbi benè, & cap. 137. num. 12. verſ. item omnes. Vbi etiam benè declarat. Cyrill. in ſũ. crim. rubr. 24. §. fi. ſub num. 3. verſ. quare ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat, &c. Fab. à Monteleo. in prax. arbitr. par quarta, q. 9. nu. 17. & ſeqq.

126 Vbi dat duas declarationes, quarum prima eſt, dummodo iniuria non inferatur in ludis prohibitis: Secunda, vt licèt iniurians non teneatur ad pœnam, tenetur tamen ad expenſas, damna, & intereſſe, ſi ex iniuria ſequuta fuit percuſſio, vel vulnus Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 902. num. 5.

127 SVBLIMITA hanc ſecundam limitationem, quia iniuria non præſumitur per iocum illata, & propterea qui hoc dicit, probare tenetur text. in cap. 1. in fin. & ibi glo. in verbo *ludens*, extr. de præſumpt. Item gloſſ. in l. ſi non cõuitij. in verbo *probare potes*, verſ. & ſic dicat ſe per iocum dixiſſe. C. de iniur. alia gloſſ. in l. 3. §. 1. in fi. in verbo, *per iocum*. Vbi alia concordantia iura allegat. ff. eod. Ioan. Fab. in d. l. ſi non conuitij, num. 5. C. de iniur. Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de iniur. §. 1. num. ſecundo. littera E, Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. nu. 5. Boniſ. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 33. verſ. item qui facit per iocum.

128 Vbi tamen declarat, niſi iocus eſſet valde noxius. Pract. Corrad. tit. de iniuria. num. 4. in fine, verſ. item amplia, folio 403. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 902. nu. 6. 9. & 12.

129 Sic etiam de iniuria tenebitur ille, qui de de aliquo facit ludibrium, nec excuſatur ex eo, quòd ioco id ſe feciſſe dicat, ſecundum Boniſ. de Vital. in tit. de iniur. num. 23.

130 LIMITA III. In eo, qui vel iure publico vtitur, vel aliquid authore Prætore facit; is, enim ad pœnam non tenetur, & multo minus ad iniuriarum actionem pertinent, quæ iure poteſtatis à Magiſtratu fiunt, iuris enim exequutio non habet iniuriam, text. ad litteram, in l. iniuriarum actio. §. is, qui iure publico, & §. quæ iure poteſtatis, & ibi gloſſ. in verbo, *Non videtur*, & in verbo *exequutio*, & in verbo *propter*. ff. de iniur. Item, & text. in l. quod Reipublicæ, & ibi gloſſ. exemplificat. ff. eod. Ang. in d. l. iniuriarum actio, §. ſi quis id, quod, num. 1. Azzo in ſumma de iniur. nu 14. verſ. item excuſatur, Hoſtien. in ſumm. eod. tit. num. 6. § contra quos, vel ſ. excuſatur etiam quis, iunct. verſ. ſed & ratione dignitatis, & verſ. ſunt, & alij caſus. Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. nu. 33. in fi. poſt nu. 84. in decimotertio requiſito. Boniſ. de Vital. in tit. de iniur. num. 33. in fine, & 55. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 11. Ludou. Pegue. deciſ. crim. 13. num. 15. ad finem.

131 SVBLIMITA hanc tertiam limitationem, vt intelligatur, niſi Magiſtratus aliquid iniurioſè, aut per iniuriam, vel quaſi priuatus fiducia Magiſtratus egerit, aut dixerit, quia tunc iniuriarum actione tenetur, nec Magiſtratus ipſum excuſat ad text. expreſſum in l. nec Magiſtratibus. ff. de iniur. & ibi præſertim Alberic. num. 1. & Ang. etiam num. 1. Ioan. Fabr. eod. in princ. vbi quòd ſi iudex iniurioſè, & iniuſtè partem litigantem coram ipſo iniuriaret, tenetur actione iniuriarum. Boniſ. de Vital. in tit. de iniur. nu. 29. Vbi de iudice iniuriante eum, qui appellat à ſua ſententia, & num. 30.

Vbi quid de iudice vulnerante appellantem, in quo vide Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num. 26.

132 Vbi declarando prædicta ex Oldrad. Fely. & Natt. in locis per eum relatis, dixit officialem actione iniuriarum non teneri, ſi animo corrigendi verbum iniurioſum protulerit.

133 LIMITA IV. in Magiſtro, qui verberando diſcipulum iniuriarum actione non tenetur, quia malus in eo animus non præſumitur, l. ſed & ſi quemcunque §. Magiſtrum, ff. ad l. Aquil. Ioan. Fab. in l ſi non conuitij, num. 5. C. de iniur. Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. num. 7. in fine. Boniſ. de Vital. in tit. de iniur. num. 33. verſ. item non tenetur, qui facit cauſa correctionis. Fab. à Monteleo. in praxi arbitraria, parte quarta q. 9. num. 13. folio 361. Andr. Gayl. obſeruat. 106. num. 6. part. 2. Menoch. de arbitrar. q. lib. 2. caſu 364. num. 10.

134 SVBLIMITA hanc quartam limitationem procedere, dummodo Magiſter leuiter, ſeu moderatè, & non excedendo modum diſcipulum verberet, ſecus ſi grauiter, & atrociter Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. poſt num. 8. ad med. verſ. & quod dicitur. Bonifac. de Vital. vbi ſupra d. num. 33. verſ. niſi exceſſerit modum in corrigendo. Clar. in practic. § final. quæſtio. 56. verſicul. poteſt etiam poni exemplum in fine. Vbi quod ita communiter tenetur ex Anan. quem allegat in rubr. de Magi-

Magistris, num. 3. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 364. num. 12. & seqq.

135 Vbi amplius, quòd castigatio sit moderata relinquitur arbitrio Iudicis, qui per coniecturas arbitrabitur, an castigationis modus fuerit excessus a Magistro, vt puta si ferro & non ligno percusserit, & si ligno, an acriter, & durè, & in qua parte corporis, & si fuerit excessum pœna erit arbitraria, vt ibi per eum.

136 LIMITA V. in Astrologo, qui dum consultus respondit aliquem esse furem, iniuriarum pœna nō tenetur, quia non animo iniuriandi hoc dixisse præsumitur. text. ad litteram, in l. item apud Labeonem. §. si quis Astrologus ff. de iniur. & ibi gloss. in verbo, *non potest*, vbi reddit rationem, quia scilicet non dolo, sed suæ artis causa facit. Ang. in l. si non conuitij, num. 3. C. de iniur. Azzo in summa eod. tit. num. 6. §. contra quos, vers. Sed nec Astrologus. August. in addit. ad Ang. de malef. in glo. verba *iniuriosa*, post num. 2. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. nu. 25.

137 Vide tamen in hoc Bonif. de Vital. in titul. de iniur. num. 18. vbi dixit, quòd si quis volens diuinare contra veritatem, dixerit me fecisse furtum, quòd non feci, punitur, & quòd plus est capitaliter, per d. §. si quis Astrologus, iuncta l. nemo. C. de mathemat. & verum dicit, quod punitur propter illicitam, quam exercet artem, non autem, quod teneatur actione iniuriarum, prout aduertit Iodoc. in practic. crim. cap. 136. nu. 25.

138 LIMITA VI. In patre verberante filium, contra quem filius iniuriarum actione agere non potest (si iniuria atrox non sit) cum non animo iniuriandi, sed corrigēdi id omne factum præsumatur, scripserūt Aret. in §. atrox post nu. 2. Instit. de iniur. Ang. in l. Prætor edixit. §. præterea, num. 3. per illum text. ff. de iniur. Vbi quòd filius in potestate existens, debet sustinere omnia verba, quantumcūque iniuriosa in ipsum à patre prolata, nec in verbis sola atrocitas iniuriæ operatur, vt contra patrem filius agere possit. Marian. Socin. in cap. olim, num. 17. extr. de iniu. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 3. num. 1. Boss. in tit. de iniur. num. 2. vers. & dictum Statutum. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 31. in fine, folio 411. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 364. num. 3. & seq.

139 Idem de iniuria illata Nepotibus, & aliis descendentibus vsque ad septimum gradum traditur in pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 31. in fine, fol. 411. & per Andr. Gayl. obseru. 106. post num. 6. par. 2.

140 Et idem in filio emancipato, qui pro iniuria non atroci contra patrem agere non potest, licet secus si atrox fuerit, quia tunc criminaliter agit, licet non ciuiliter scripserunt Addentes ad gloss. in §. atrox, in fine additionis, & ibi etiam Aret. num. 4. vers. emancipatus verò, & Nicas. etiam num. 4. in fine, instit. de iniur.

141 Vbi amplius idem Nicasius dixit, quòd propter atrocē iniuriam parentes coguntur filios emancipare.

142 SVBLIMITA hanc vj. limitationem procedere, prout loquitur, si iniuria leuis sit, secus si sit atrox, quia tūc contra patrem, potest criminaliter agi ad pœnam, licet nō ciuiliter ad æstimationem iniuriarum, gloss. in §. atrox, in verbo *à liberis*, instit. de iniur. Adden. ad eandem gloss. ibi in princ. addit. Vbi quòd isto casu pro graui iniuria sibi illata, pater licet non solemniter accuset, imploret tamen iudicis officium. & ibi etiam Aret. nu. 4. & Nicasius pariter, num. 4. Bart. in l. Prætor edixit, §. si dicatur, in fine, num. 6. ff. de iniur. Ang. in d. l. Prætor edixit. §. Præterea, num. 4. Addentes ad gloss. in §. atrox, post verbum *à liberis*, Instit. eod. in fine additionis, & ibi Aretin. num. 4. & Nicas.

143 etiam num. 4. Vbi amplius, quòd isto casu filius non agit actione iniuriarū, sed actione in factum, & est ratio, quia actio iniuriarum infamat, vt dixi supra, num. 61. liberi autem non possunt contra parentes agere actione famosa, l. non debet. ff. de dolo. Addo Marian. Socin. in cap. olim, num. 18. ext. de iniur. Alciat. de præsumpt. reg. 5. præsumptio. 3. num. 1. vers. dummodo atrocitas pœnæ aliud non suadeat, Baiard. in addit. ad Clar. q. 56. num. 2. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 902. num. 14.

144 Vide tamen Clar. in Pract. §. fin. q. 56. vers. potest etiam poni exemplum. Vbi refert, quòd in facti contingentia fuit absolutus per Senatum quidam de Bonetis, qui corrigendo filium suum, illum interfecerat, sed certè apud me non existente alia causa excusante, talis correctio non trāsiret sine aliqua pœna extraordinaria, propter excessum, & patris inhumanitatem, benè enim crederem, eum non esse puniendum pœna mortis, sed tantum de excessu, vt dixi, & sic non de dolo, sed de culpa, nisi ex genere instrumenti, quo filium percussit, contrarium suaderetur, vtputa, si ferro, aut alio armorum genere ad occidendū apto, quia tunc etiam pœna ordinaria posset imponi, prout in iis terminis aduertit Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 56. num. 7. & seqq. & dixi de magistro, supra num. 133. ad quæ vide etiam Menoch. de arbitr. quæstion. lib. 2. casu 364. num. 151.

145 E contra, autem filius semper potest conueniri a patre pro iniuria sibi illata, quamuis leuis sit. Tunc enim ratione personæ eam inferentis, reputatur atrox iniuria, prout est tex. in § atrox, inst. de iniur. & ibi præsertim Aret. n. 2 vers. nota quòd grauissima iniuria, & Nicas. num. 2.

146 LIMITA VII. In famulo verberato a Domino, qui cum præsumatur verberatus causa correctionis, hoc ideo Dominus non tenetur, secundum Boer. in tit. de captura, num. 66. & seqq. Vbi amplius, quod si ex verberibus, & percussionibus famulus obierit, Dominus tenetur tantum de excessu pœna ordinaria, si verò constiterit, quod non gratia correctionis famulus fuerit percussus, tunc si ex percussionibus mortuus fuerit, tenebitur pœna ordinaria, vbi per eum Clar. in pract. §. fin. quæst. 56. vers. potest etiam poni exemplum, vbi de Domina corrigente suam ancillam, & ibi Baiard. in addit. num. 6. vbi de filio corrigente famulum, siue ancillam ad præsentiam patris, vel matris; ad quæ vide etiam Menoch. de arbit. q. lib. 7. casu 364. num. 1. & 2.

147 LIMITA VIII. In amico, in quo, cum non præsumatur iniuriandi animus, idcirco de iniuria in alium amicum illata non tenetur, secundum Ioann. Fab. in l. si non conuitij num. 5. l. de iniur. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. num. 7. in fine. Aym. cons. 9. num. 29.

148 Et procedit hæc limitatio multo magis in coniuncto, secundum Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. num. 8. vbi dicit quod ratio sanguinis tollit præsumptionem inferendæ iniuriæ, l. vestem sordidam. ff. de iniur. cum aliis ibi per eum allegatis, Angel. de malef. in gloss. verbo *iniuriosa*, post num. 1. vers. & ibi dicit Cyn. & ibi Aug. in additio. post num. 3. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 33. vers. & maximè persona coniuncta. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 44. vers. sed tamen fallit. Aym. cons. 9. num. 26. Iodoc. in pract. crim. cap. 137. num. 12. vers. item excusantur, & num. 16. Fab. à Monteleon. in prax. arbit. part. 4. quæst. 9. num. 11. fol. 362. vbi declarat, nisi iniuria fuisset atrox. Andr. Gayl. obseruat. 106. num. 6. par. 2. Meno. de arbitr. quæstionib. lib. 2. casu 364. num. 5. vbi quòd seniores propinqui possunt ex causa correctionis castigare iuniores, & ibi etiam de fratre seniore castigante iuniorem, & num. 7. vbi amplius, quod seniores non propinqui, & non coniuncti possunt castigare, & corrigere iuniores. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 902. num. 11. & seqq. vbi ampliat in coniunctis vsque ad tertium gradum.

149 LIMITA IX. In iniuria illata per iracundiam, & linguæ lubricum, secundum gloss. in cap. cum te, in verbo *minima*, de re iud. & ibi Hostien. col. fin. num. 10. & Alexan. de Neuo, num. 26. specul. in tit. de accusat. §. fin. numer. 11. vers. dicunt tamen quidam. Viui. decis. 368. num. 4. faciunt quæ dixi supra q. 91. num. 32.

150 Contra quòd iracundia non excuset à pœna iniuriarū faciunt scripta per Andr. Gayl. obseruat. 106. num. 3. vers. sic & sic notandum, & numer. 8. & seqq. parte 2. & pro hac contraria opinione faciunt Doctores allegati sup. quæstio 91. numer. 30. & 33. vbi ponitur resolutio huius limitationis.

Ad quam uide etiam, quæ dixi in sequenti limitatione, quæ videtur eadem materia.

151 LIMITA X. In eo, qui post illatam iniuriam, tanquàm ex iracundia prolatam, iuxta terminos præcedentis limi-

limitationis illam reuocat, & retractat, pœnitentia ductus, secundum Ange. Felyn. & Lanfranc. in locis relatis per Addentes ad Salycet. in l.si non conuitij, num.2.litera A. C.de iniur. nec dissentit Cagnol. in l.quicquid, nu. 11. ff.de reg. iur. Vbi dixit, quòd licèt iracundia non excuset in actione iniuriarum, excusat tamen vltra iracundiam, si iniurians se retractet, & falsum dixisse fateatur, sic enim satis dicitur satis factum honori ipsius iniuriati. Plot.consf. crimin. diuers.131.num.17.& seq.lib.1. Vbi alios adducit concordantes, & ampliat etiam in reuocatione iniuriæ dictæ per libellum famosum, subdens per talem reuocationem tolli actionem iniuriarum, & ciuilem, & criminalem, etiam quòd quis iniuriam dictam reuocauerit cũ honestate, dicens, puta, quòd ea, quæ dixit, ideo dixit quia erat malè informatus, & in calore iracundiæ. Ferrat. caut. 39. in fine, versic. tu autem, post Ang. Felyn. & Lanfranc. in locis per eum relatis. Plot. de in lit. iuran. §.46. num. 3. & 4. in fine, vbi ampliat etiam in reuocatione iniuriæ illatæ per libellum famosum. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. nu.23. Alberten. in tract. de agnoscen. assert. hæret. quæst. 27. num.9. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu.72. Paul. Granut. Theorem. 5. num. 14.

152 Contra faciunt scripta per Andr. Gayl. obseruat. 106. num, 3. versic. & sic notandum, & num.8. versic. licèt cõtrarium, & num. primo, parte secunda, vbi probat, quòd in actione iniuriarum pœnitentia non habet locum, & quamuis reuocet, non tamen cessat actio, & hanc cõtrariam opinionem veriorem esse testatur Claud. in additio. ad Bertazz. consf.307. litera A. in princ. Vbi alios refert cõcordantes, sequitur Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num.60. & 72. in fine, & benè defendit Neuizz. consil. 76. num .... vbi præcipuè reprobat Lanfranc. tenentem contrarium.

153 Vide pro resolutione distinctionẽ positam supra quæst. 91. num 31. & retenta prima opinione, si vis scire infra quantum tempus iniurians pœnitentia ductus iniuriam reuocare possit ad effugiendam pœnam prædictam. Vide Luc. de Penn. in l. omnes omnino, num.4. C. de decur. lib. 10. Vbi relatis opinionibus Doctorum, quorum aliqui dixerunt iniuriam posse reuocari per *diem*, alij autem *triduo*, alij autem *statim*, alij autem dixerunt *multo tempore*, alij vsque ad *sex menses*, alij *arbitrio Iudicis*, videtur concludere, quod vsque *ad mensem* possit admitti talis reuocatio, sequitur Dec. in l. quicquid, num.9. ff. de reg. iur.

154 Verum hæc opinio Luc. de Penn. cõmuniter reprobatur. Nam quòd omnino retractatio, seu reuocatio iniuriæ debet fieri per iniuriantem, statim antequam recedat à loco, in quo iniuriam protulit, videtur esse communior opinio, prout testatur Addentes ad Salycet. in l.si non conuitij, num.2 litera A. C.de iniur. Iodoc. in pract. crimin. c. 136. num.23. Boss. in tit. de iniur. num. 22. Vbi post Salyc. in d. l. si non conuitij, num.2. ante fin. vers. aut petitur puniri actione generali iniur. Adhuc dicit isto casu reuocãtem esse leuiter puniendum. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria; num.72. in fine. Paul. Granut. Theoremat. 5. nu.14.

155 Et rursus, quòd immò etiam reuocatio iniuriæ possit fieri vsque ad litis contestationem, licè tutius sit eam reuocare incontinenti. Reprobato Luc. de Penn. in loco prçcitato volente admitti reuocationem iniuriæ vsque ad dies triginta. Voluit Cagnol. in d. l. quicquid, num. 12. & 13. ff. de reg. iur. Et ita etiam in effectu concludit Alberic. in tract. de hæret. q.27. nu.9. & seqq. Natt. consf. 671. colum. fina. Vbi hanc opinionem Cagnoli, tanquam benigniorem, & humaniorem præualere debere affirmat, sequitur Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in §. iniuri. litera K. in vltima additione. Claud. ad Bertazz. in consil. 307. litera A. vers. requiruntur præterea; & pro ista opinione faciunt adducta per Nauar. de pœnit. distinct. 1. in cap. si quis iratus, nu. 5. Vbi relata per ipsum opinione, Luc. de Penn. Quòd scilicet reuocatio iniuriæ debeat fieri infra triginta dies, subdit postea se non videre causam, cur non etiam possit fieri post triginta dies cum (vt illius verba referam) *tantum possit mollire, & paccare animum iniuria affecti, & monere ad condonandum, vel Iudicis ad minuendum pœnam, si fiat trigesimo primo, vel trigesimo quinto, aut quadragesimo die, significando iustam pœnitentiam, & petendo debitè veniam, vel pœnæ diminutionem*, vt ibi per eum.

156 Vtcumque sit ista reuocatio, seu retractatio iniuriæ, quando fit, debet fieri publicè, & palam non autem secretè. Adden. ad Capell. Tolos. 410. litera A. post principium. Salyc. in l. si non conuitij, num.2. ad finem, vers. aut petitur puniri. C. de iniur. Boss. in tit. de iniur. num.22. vbi refert, & sequitur Salyc. in loco præcitato. Claud. ad Bertaz. consil.307. litera A. vers. Sed quatenus. Vbi amplius, quòd talis reuocatio fieri debet in eodem loco, in quo iniuria illata est; Et idẽ voluit Baiard. ad Clar. in §. iniuria, nu.72. in fine Neuizz. consil. 76. num. 2. & seqq. Vbi quòd fieri debet in eodem loco, & coram ijsdem personis, & etiam ponit quomodo, & per quæ verba reuocatio prædicta fieri debet.

157 LIMITA XI. In iniuria facta volenti per ea, quæ dicta sunt supra quæst. 89. num. 70. & in specie probat text. in l. 1. §. vsque adeo in fine. ff. de iniur. dum ibi dicitur, *quia nulla iniuria est, quæ in volentem fit*, Cyn. in l. si non conuitij, num. 10. C. de iniur. Vbi benè declarat, & respondet contrarijs, & ibi etiam Alber. num. 7. vbi argumentatur contra, & postea argumento respondet Salyc. post num. 1. Vbi quod iniuriarum actio nascitur ex duobus extremis, videlicet ex voluntate, seu affectu inferentis, & ex conditione, sed voluntate patientis. Alber. in d. l. 1. §. vsque adeo, num. 2. Vbi ponit exemplum de dante alapam alicui volenti, & in l. non solum §. iniuriarum actio, num.5. ff. eod. Aret. in §. fina. in princ. in 1. notab & nu. 3. instit. de iniur. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 37. & seqq. Et ibi in addit. in verbo *Curia*, Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num.14. Iodoc. in pract. crimin. cap. 137. num. 14. Cyrill. in summa crim. rub.24. § fina. num.2. in fi. Neuizz. consil.27. num. 20. vers. Est iniquitas euidens. Boss. in tit. de iniur. nu.14. Fab. à Monteleon. in praxi arbitrar. pat.4. q 9. num.3. fol.361. num.7. fol.362. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 27. fol. 410. Baiard. ad Clar. in §. iniuria, num.7. versic. Item adde, An iniuria.

158 Et hæc ampliatio in tantum est vera, vt credatur assertioni iuratæ iniuriati dicentis ex voluntate iniuriam recepisse, secundum Salyc. in l. si non conuitij, post num. 5. in fine. C. de iniur. quem refert Boss. in tit. de iniuriis. nu. 20. Subdens quòd Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. magis consideratè loquutus fuit, quam Salyc. eo loci.

159 SVBLIMITA I. hanc xj. limitationem non procedere in illis personis, pro quorum iniuria alteri actio acquiritur. Voluntas enim dictarum personarum non tollit, quin ille alter actionem suam proponere nequeat, vt in Clerico, qui quamuis consenserit se percuti, aut alia iniuria affici; non tamen prohibetur Episcopus pro illa agere, secundum Ioann. Fabr. in l. 1. in fine. C. de iniur. Fab. à Monteleon. in sua praxi arbitrar. pat. 4. quæst. 9. num. 4. fol.361. Socin. in cap. cum contingat, num.10. de sent. excommun. prout illum refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num.7. in fine, & 40.

160 Sic, & pro iniuria facta filio, vel vxori, etiam volentibus, pater, & maritus agere possunt, secundum Bonifac. de Vitalin. in tit. de iniur. num.14.

161 Sic, & pro iniuria facta vni de domo, & familia, quamuis volenti, posse alium de eadem domo, & familia agere, voluit Socin. in cap. cum contingat, num 10. de senten. excommun. prout illum refert Baiard. in additione ad Clar. in §. iniuria, num.7. in fine, & 40.

162 Sic, & iniuria facta officiali Regio, etiam volenti punitur. Quia Regi facta dicitur. Marsil. consil. 1. num.10. & consf. 115. n. 15. Prout illum refert, & sequitur Fab. à Monteleon. in prax arbitrar. par.4. num.9. Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. in §. iniuria, litera C. ex Carer. in loco per eum citato.

163 SVBLIMITA II. procedere eandem limitationem, quando voluntas iniuriati liberè ad iniuriam sibi inferendam concurrit, secus si calliditate iniuriantis ad illam voluntatem solicitatur, secundum Neuizz. in consf. 22. num. 21. vers. sed replicari potest, Boss. in tit. de iniur.

num.19.

num. 19. Vbi ponit exemplum huius declarationis, & allegat Dec. in l. nemo fraudare. ff. de reg. iur.

164 SVBLIMITA III. dummodo consensus interueniat tempore illatæ iniuriæ, secus si ante; fueritq; tempore illatæ iniuriæ reuocatus, tunc enim admittitur pœnitentia, etiam quòd consensus fuerit in pactum deductus; tale enim pactum tanquam rei turpis obligatorium non est l. generaliter. ff. de verbor. obligat. & voluit Bald. in d. l. 1. §. vsque adeo num. 3. ff. de iniur. num. 18. versic. dico quando. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 63.

165 SVBLIMITA IV. quia in dubio non præsumitur, quòd quis volens patiatur iniuriam, & propterea non est necesse in libello dicere iniuriam fuisse factam actori inuito, quia iniuriatus præsumitur, ex quo iniuria erat sibi onerosa, secundum Salyc. in l. si non conuitij, num. 5. & ante eum Alber. post num. 7. C. de iniur.

166 SVBLIMITA V. eandem xj. limitationem, quia voluntas iniuriati, vt sibi inferatur iniuria, non operatur quin ipse iniurians possit criminaliter accusari ad pœnam fisco applicandam: Talis enim consensus præiudicat ipsi, nõ aũt fisco, secundum Bar. in l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur. Salyc. in l. si non conuitij, num. 5. C. de iniur. Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 40. Bonif. de Vitallin. in tit. de iniur. num. 14. Grammat. decis. 37. num. 13. Iodoc. in pract. crim. cap. 137. num. 14.

Contrarium voluit Boss. in tit. de iniur. num. 17. & 18. Vbi dixit, quòd quando à principio iniuria est facta volenti; tunc cessat actio etiam quoad fiscum. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 27. fol. 410. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 7. vers. Item adde, an iniuria.

167 SVBLIMITA VI. dummodò iniuria nõ sit atrox, quę corpus frangat, ad quam cum nemo se obligare possit, quia nemo est dominus membrorum suorum, ideo consensus non excusat iniuriantem, licèt benè excusaret, quã do iniuria esset verbalis, aut alia, quæ corpus non frangat, prout est alapa, aut similis, secundum Bar. in d. l. prima. § vsque adeo, sub num. 2. & ibi etiam Ang. num. 1. ff. de iniur. Salyc. in d. l. si non conuitij, num. 5. C. eod. Aret. in §. fina. num. 3. instit. de iniur. Boss. in tit. de iniur. num. 14. Vers. si tamen. Fab. à Monteleon. in prax. arbitrar. par. 4. q. 9. n. 9. fol. 361. Pract. Corrad. tit. de iniurian. nu. 27. fol. 410.

168 SVBLIMITA VII. Quia non valet consuetudo, quòd quis ponat se in manibus inimici, quem iniuria affecit, vt benè aduertit Bar. in l. 1. §. vsque adeo, num. 4. ff. de iniur. Vbi præsertim loquitur in Clerico, & ibi Alex. in addit. litera C. alios refert concordantes, prout, & hanc consuetudinem non valere; & quatenus valeat, quòd si offendens excesserit modum in se vendicando debeat puniri, cum talis vindicta debeat fieri arbitrio boni viri, voluit idem Bart. in l. sed si vnius. §. prætor ait. ff. eod. & ibi etiam Ang. dicit ita seruari Romæ, quòd quando pax fit per satisfactionem iniuriarum, semper in ea sint præsentes duo banderenses, qui curam habent ne modus in satisfactione excedatur. Et vide eundem Ang. in d. §. vsque adeo, num. 2. Vbi pariter dicit, quòd talis consuetudo Romanorum est directè iuri contraria. Et ibi Adden. litera A. Vbi dixit, quòd quando fuit Locum tenens D. Sceuæ de Curte Senatoris sæpe, & sæpe in cætu Doctorum hanc opinionem tenuit, & cum illa omnes alij transibant exceptis Doctoribus Romanis natiuitate, qui errorem suum defensare procurabant. Ad quæ vide etiam Petrin. Bel. in tract. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 66. & seqq. vbi benè comprobat, & exornat doctrinam Bart. in locis prælegatis.

169 LIMITA XII. propositam huius tertiæ inspectionis regulam non procedere quoad hæredes: Iniuriarum enim actio neq; hæredi, neque in hęredem datur, nisi fuerit lis contestata, verba sunt formalia, text. in l. iniuriarum. ff. de iniur. & in l. item apud Labeonem. §. iniuriarum actio. ff. eod. & ratio quare nõ trasmittatur ad hæredes ea est, quia ad solam vindictam datur, prout voluit gloss. in l. iniuriarum actio, la seconda, in verbo *in bonis*; Et ibi pręsertim Ang. ff. eod. Vbi dicitur *iniuriarum actio in bonis nostris non computatur ante quam litem contestemur*, Alber. in l. non solum. §. iniuriarum actio, num. 1. vers. sed nunquid poterit hæres ipsum percussorem accusare. ff. eod. Ang. in l. sed si vnius. §. si autem, num. 2. ff. eod. Nicas. in §. fina. num. 4. vers. sexto per mortem iniuriati, aut iniuriãtis, instit. de iniur. Notant communiter Doctores in c. cum te, de re iud. Vbi præsertim Hostien. num. 5. vers. & morte illius. Ioan. Andr. num. 2. in fin. Ant. de Butr. num. 5. & Alex. de Neuo, num. 16. Hostien. in summa de iniur. num. 8. §. & qualis sit hæc actio, versic. hæredi non datur, Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 79. Bonif. de Vitallin. in tit. de iniur. num. 39. Iodoc. in pract. crimin. cap. 136. nu. 29. Pract. Corrad. tit. de iniuran. num. 30. fol. 410. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 34. Surd. decis. Mantua. 89. num. 14. & seq.

170 LIMITA XIII. In iniuria illata personæ incertæ, text. est in l. item apud Labeonem, §. cui non sine causa. ff. de iniur. dum ibi expressè dicitur: *Nam si incerta persona conuitium fiat, nulla executio est*. Et ibi hoc adnotauit Alber. num. 1. Azzo in summa de iniur. num. 3. in fine, vers. Nam si certæ personæ. Boer. cons. 4. num. 18.

171 Verum ad hanc materiam vide Bar. in l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, num. 2. in fine, vers. item puto. ff. de iniur. Vbi, quòd si quis cum alio verba faciens, simpliciter dixerit *meretrix*, vel *latro*, debet in ista oratione intelligi *Tu es*, per l. primam. ff. de hæred. instit. & per l. verbum *volo*, C. de fideicomm. Et vide eundem Bart. in d. §. cui non sine. Vbi, quòd quando apparet, quod iniurians intellexit de aliqua certa persona, licèt eam non expresserit, vel quòd dixerit de vno & voluerit intelligere de alio; tũc idem iniurians actione iniuriarum tenetur, etiam quod iniuria non videatur illata in certam personam; Et vide Etiam Ang. in l. quod Senatum, num. 1. ff. eod. Vbi per illum text. dixit puniendum esse iniuriantem, etiam quòd non constet de nomine eius, cui infertur iniuria, & inde infert contra illos hyppocritas, qui ad concitationem populi Falsis artibus seminant scripta per ciuitatem ad infamiam aliorum nullo nomine posito, adijcientes, quòd in ciuitate talia, & talia maleficia perpetrantur, & in l. item apud Labeonem. §. fecisse. ff. eod. Vbi quòd iniuriarũ actio locum habet etiam, quòd ex post facto constet, cui iniurians voluerit conuitium dicere. Boer. consil. 4. num. 18. Vbi refert, & sequitur Bart. in d. §. cui, & adducit rationẽ, quia silicet non est curandum de quo quis loquatur, sed in quem loquentis intentio dirigatur. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 16. in fin. Vbi refert dicta per Ang. in d. l. quòd Senatus.

172 LIMITA XIV. quando effectus non est sequutus, quia tunc nec iniuriarum pœna locum habet, secundum Beluis. in pract. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. num. 44 & seq. vbi propterea infert, quòd si quis alicui dat pecuniam, vt alteri dicat, aut faciat iniuriam, si iniuria facta, vel dicta nõ sit, non potest agi actione iniuriarum contra mandantem, & postea hoc declarat procedere, quando mandata iniuria est modica, secus si atrox, Bero. cons. 212. num. 14. & seqq. lib. 3. Vbi loquitur in mandante, consulente, seu persuadente homicidium, & sic etiam, quòd mandata iniuria sit atrox, dicitq; ex ea agi non posse, si effectus non fuit sequutus, de qua re latius dixi infra in alia quæstione, in qua reassumam illam dubitationem. an silicet, & quando puniatur effectus, non sequuto effectu, credo erit sub, tit. de homicid. Bonif. in tit. de iniur. num. 41. & aduerte quòd hæc limitatio procedit in mandante, prout loquitur, secus in principali, qui propter solam admenationem actione iniuriarum tenetur, vt dixi supra num. 7.

173 LIMITA XV. in eo, qui alteri dicit *sum nobilior te*, aut quid simile. non enim per hoc infamatur opinio, & dignitas illius, cũ comparatiuum præsupponat positiuum, secundum Plot. in cons crim. diuers. 131. num. 20. lib. 1. De quo dicto valde dubito, cum per verba prædicta satis videatur diminuta illius opinio, & nobilitas præsertim, quando se prætenderet nobiliorem altero; Quando enim quis nobilior sit, contenditur, satis dicitur infamatus, & iniuriatus ille, qui minus nobilis affirmatur. Ideò considera, benè crederem non esse iniuriam, si quis alteri diceret,

ret, quòd eſt nobilis, & probus, prout ipſe; quia tunc ſic dicendo alterius honori, & dignitati non præiudicat, licèt forſan faciat ſe magis nobilem, & magis probum, quã ſit, ſi adderet illud verbum *plus*, diceretq; quòd eſſet plus nobilis, & plus probus, quam alter; tunc non video quomodo poſſit iniuriarum pœnam effugere, cum ſic dicendo, vt prædixi, illus dignitati præiudicet. Quamuis cum Plot. concordet etiam Alciat. in conſ. 2. lib. 7. prout illum refert, & ſequitur Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria num. 28.

174 LIMITA, ſeu potius declara vltimo loco regulam in hac tertia inſpectione poſitam, non procedere in pluribus iniurijs vno impetu illatis. Nã tunc vnica tñ reputatur iniuria, & vnica tñ pœna locũ habet, ſicut dixi in 1. part. tit. de delict. & pœn. q. 22. n. 28. & ſeqq. Quibus ad hanc materiam vltra ibi allegatos adde Ioan. de Anan. in cap. 1. num. 3. in fine, & 4. de maledic. Ang. in l. ſi non conuitij, num. 2. C. de iniur. Bar. in l. Item apud Labeonem. §. ait prætor, num. 1. & 2. ff. de iniur. Vbi magiſtraliter loquendo concludit, quòd quando proferuntur plura verba; vnum tamen conuitium continentia, tunc non reputatur niſi vnica iniuria. Et idem ſi in oratione vnica duæ inſerantur iniuriæ, quarum vna veniat ad qualificationem alterius, vt puta ſi dicatur, *Interfeciſti aliquem proditoriè*. vel ſi vna iniuria pluries repetatur. Vna enim oratio idem ſignificãs pluries repetita pro vnico verbo habetur, ſecus verò ſi diuerſæ proferantur orationes continentes diuerſas iniurias, vel ſi ſub vnica oratione plures annectantur iniuriæ, ijs enim duobus caſibus non vnica, ſed plures reputantur iniuriæ, vt ibi per eum, qui hæc omnia benè iuribus comprobat Alber. in l. prætor edixit. §. ſi mihi plures. ff. eod. Vbi, quòd ſi ex qualibet iniuria ſequatur ſeparatus effectus; tunc plures reputantur iniuriæ, & quælibet iniuria punitur, ſecus verò ſi ex pluribus iniurijs, vnus tantum effectus ſequatur. Et in dicto §. ait prætor, vbi de materia. Boer. conſil. 4. num. 6. & ſeqq. Vbi refert, & ſequitur Bar. in loco præcitato, Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 173. num. 13. Vbi, quòd inferens eodem impetu plures iniurias, ſiue verbales, ſiue reales vnica pœna punitur. Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, nu. 8. & ſeqq. Vbi loquitur in pœna ſtatutaria, & facit diſtinctionem, quam ibi videas Bertazz. conſ. 237. num. 7. Vbi pariter, quòd vnica pœna habet locum etiam, quòd plures ſint illatæ iniuriæ.

ARGVMENTVM.

Iniuria quandò dicatur leuis, & quandò atrox, ſeu grauis.

SVMMARIVM.

Iniuria alia leuis, alia grauis, & alia atrox reputatur, q. 105. num. 175.

Iniuriarum leuitas, ſeu grauitas cognoſcitur ex qualitatibus habito reſpectu ad cauſam, ad perſonam, ad locum, ad tempus, & ijs ſimilia, nu. 176. & ſeq.

Iniuria, quæ dicatur leuis, ſeu atrox, remittitur arbitrio Iudicis, num. 177.

Iniuria illa dicitur atrox, propter quam aut donatio reuocatur, aut filius exhæredatur, num. 178.

Iniuria reputatur leuis, ſeu atrox ſecundum loci conſuetudinem, num. 179.

Iniuria atrociſſima reputatur incendere alicui barbam, num. 180.

Iniuria perſonalis reputatur atrox, num. 181. Seu verius dicitur grauior iniuria, quam verbalis, num. 184.

Verba quandoq; plus turbant homines, quàm verbera, num. 182.

Iniuria reputatur perſonalis, & grauis ea, qua ſciſſis veſtimentis alicui infertur, num. 183.

Iniuria grauior reputatur ea, quæ à pluribus committitur, quàm ea, quæ ab vnica tantum perſona infertur, num. 184.

Iniuria atrox reputatur ea, quæ infertur in loco publico, vt puta in foro, theatro, ludis Publicis, & in palatio Poteſtatis, num. 186. & ſeq.

Iniuria illata in Ciuitate grauior eſt, quàm in villa, num. 187.

Iniuria illata in domo Principis reputatur grauis, num. 188.

Iniuria illata coram multitudine perſonarum, vt puta, tempore conuitij, grauior reputatur ea, quæ in ſolitudine infertur, num. 189. & ſeqq.

Iniuria illata in conſpectu Prætoris grauis reputatur, num. 192. & ſeq. Vbi etiam quid de iniuria illata eunti ad iudicem.

Iudex poteſt punire eum, qui coram ipſo iniuriam alicui intulit, num. 194.

Iniuria facta Clerico Sacerdoti reputatur atrox, num. 195 & ſeq. Vbi etiam idem de iniuria illata Epiſcopo. Et remiſſiuè ponitur materia, an & quando percutiens Clericum ſit excommunicatus.

Iniuria dicitur atrox ea, quæ infertur alicui exiſtenti in habitu magiſtratus, ſeu dignitatis, num. 197.

Iniuria illata Magiſtratui cenſetur atrox, num. 198. & ſeq. Vbi amplius, quòd hæc iniuria dicitur Principi illata, & quid ſi officialis ſtet in ſindicatu tempore illatæ iniuriæ, num. 200.

Appellans à ſententia Iudicis non poteſt in appellationis libello in ipſum Iudicem iniurioſa verbo proferre, num. 201.

Iniuriam inferens Magiſtratui, & officiali, an mortis pœna, aut qua alia puniri poſſit, num. 202.

Iniuria illata Doctori grauis eſt, & grauiter punienda, num. 203. & ſeq.

Iniuria reputatur atrox, quando ex ea infamatur aliqua honeſta matrona, num. 205.

Iniuria illata in Eccleſia reputatur atrox. num. 206.

Alapa dicitur grauis iniuria, num. 207. Contra nu. 208. & ſeq. Vbi præſertim, quando is, qui alapam recepit non eſt perſona nobilis, aut miles. Declara, & reſolue, prout in num. 209. & ſeq.

Pugnus dicitur leuis iniuria, num. 212. Contra, num. 213. Declara, vt num. 214.

Baculo, ſeu fuſtibus aliquem percutere dicitur atrox iniuria, num. 215. Contra, num. 216. Reſolue, vt num. 217.

Iniuria illata ad domum alicuius dicitur grauis, num. 218.

QVÆST. CV. INSPECTIO. IV.

175 INIVRIARVM pœnam arbitrariam eſſe dixi ſupra. Vnde ſequitur, quòd Iudex maiorem arbitrari debet pœnam pro iniuria atroci, ſeu atrociori, quam pro minus graui, ſeu leuiori; Hinc proprerea Docto. grauitatẽ iniuriæ ab illius leuitate maximè diſtinxerunt, & è contra dicẽtes, quòd iniuria alia eſt leuis, alia grauis & alia atrox, ſecundum Aret. qui iudicio meo benè loquitur, in §. ſeruis autem, num. 2. inſtit. de iniur. Cyrill. in ſumma crimin. rub. 24. §. fina. num. 3. Vbi, quòd iniuria modo eſt atrox, modo atrocior, & modo maior, ſeu contumelioſior, Fab. à Monteleon. in prax. arbitrar. par. 4. q. 9. num. 65. fol. 367. Vbi, quòd iniuria alia eſt leuis, alia grauior, & alia grauiſſima, & ibi declarat, quæ ſit leuis, quæ grauior, & quæ grauiſſima. Pract. Corrad. tit de iniuriam. num. 7. Vbi, quòd iniuria verbalis, alia grauis, ſeu atrox, alia grauior, ſeu atrocior, alia autẽ grauiſſima, ſeu atrociſſima. Menoch. de arbitr. q. caſu 263. num. 1. lib. 2. Vbi, ꝙ inter iniurias aliquę ſunt ſimpliciter iniuriæ, aliquæ vero atroces appellantur. Theſaur. decif. Pedem. 18. num. 1. Vbi pariter, ꝙ iniuria alia eſt leuis, alia autem atrox. Iacob. de Graff. decif. 17. num. 3. lib. 2. par. 2. vbi, ꝙ iniuria quandoq; dicitur atrox, quandoq; mediocris, quandoq; leuis, & quandoq; leuiſſima. Verum, quæ dicatur leuis, grauis, ſeu atrox iniuria, vt dignoſcere poſſis, facias infraſcriptas concluſiones.

176 PRIMA eſt concluſio, & illa quidem generalis, ꝙ leuitas, ſeu grauitas iniurię cognoſcitur ex illius qualitatibus, habito præſertim reſpectu ad cauſam, & ad perſonã iniuriantis, aut iniuriati, tex. in l. Item apud Labeonem. §. quòd ait prætor. ff. de iniur. & in l. prętor edixit § atrocem. ff. de iniur. vbi expreſsè dicitur atrocem reputari iniuriã, aut perſona, aut tempore, aut re, & ibi ponuntur exempla, & glo. in verbo magiſtratui, dixit atrocẽ reputari iniuriã, non

non solum ratione personæ, cui infertur, sed etiam ratione personæ inferentis, per text. in l. sed si vnius. §. quædam. Vbi etiam Bar. Alb. & Ang. hoc notant in summario. ff. de iniur. quod & idem voluit glo. per illum tex. in l. fin. in glo. 1. in verbo *ex persona*, ff. eod. Azzo in summa de iniur. num. 16. Hostien. in summa eod. tit. §. contra quos, in fin. num. 6. etiam in fine, vers. & notandum; & in §. inquantum, num. 7. ad med. vers. consideratur enim æstimatio, addo ad præmissa omnia text. & ibi glo. & communiter Doct. in §. atrox, instit. de iniur. glo. in l. atrocem. C. de iniur. Vbi dixit iniuriam reputari atrocem quatuor modis, videlicet ex persona, ex tempore, ex loco, & ex facto; & ibi etiam Salyc. num. 1. & Ioan. Fab. num. 4. Beluis. lib. 1. cap. 5. num. 2. & cap. 6. num. 1. Ang. de malef. in glo. verba *iniuriosa*, num. 18. Iodoc. in pract. crim. cap. 137. nu. 18. & 19. Cyrill. in summa crim. rubr. 24. §. fin. num. 4. fol. mihi 100. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. num. 3. Pract.
177 Corrad. tit. de iniurian. num. 7. in fin. Vbi amplius, quòd statur arbitrio Iudicis, quæ dicatur atrox iniuria, & d. nu. 7. vers. & propterea, iuncto num. 8. & seq. Vbi, quòd verbales iniuriæ reputantur leues, aut graues, secundum qualitatem delicti, seu conuitij improperati. Et ideo si improperat quis delictũ leue, leuis erit iniuria; si graue, grauis erit iniuria; si grauius, & grauior reputabitur iniuria; si grauissimum, & grauissima erit iniuria. Et ibi hæc omnia benè exemplificat Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 4. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 263. nu. 1. & seqq. vbi benè probat qualitates iniuriarum Iudicis arbitrio remitti. Quod & idem voluit Lud. Peguer. decis. crim. 13. num. 19. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 17. nu. 3. & 4. lib. 2 par. 2. vbi iniuriam reputari atrocem, vel leuem ratione causæ, ratione personæ, ratione temporis, ratione loci, ratione qualitatis, & rõne quantitatis, & ibi ibi benè omnia exemplificat, & ad materiam huius primæ conclusionis vide, quæ dixi supra q. 18. num. 61. & seqq. iuncto num. 96. & q. 97. num. 156. & seq.

178 SECVNDA est conclusio generalis, quòd illa dicitur atrox iniuria propter quam aut donatio reuocatur, iuxta l. fina. C. de reuoc. donat. aut filius exhæredatur, iuxta Auth. vt cum de appell. cognosc. §. causas, & voluit Alb. in l. Prætor edixit. § fina. ff. de iniur. Carer. in pract. in 3. tracta. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, num. 3. Vbi propterea infert, quòd quælibet leuis iniuria habens admixtam ingratitudinem, reputatur grauis.

179 TERTIA est conclusio etiam generalis, quòd iniuria reputatur atrox, seu leuis, secundum communem opinionem loci in quo illata est, secundum Angel. in l. non so-
180 lum §. si mandato, num. 5. ff. de iniur. Vbi propterea infert Florentiæ pugnum reputari leuem iniuriam; & alibi atrocissimam esse iniuriam incendere alicui barbam.

181 QVARTA est conclusio, & pariter generalis, quòd iniuria personalis semper atrox reputatur, semperq; quælibet personalis iniuria grauior est quauis alia iniuria, quæ in rem aut verbis fiat, tex. in l. Prætor edixit, in fine. ff. de iniur. Cuius verba sunt hæc: *Re atrocem iniuriam haberi Labeo ait, vt puta si vulnus illatum, vel os alicui percussum sit.* Bar. in l. non solum. §. si mandato meo. nu. 7. in fi. vers. Item puto. ff. de iniur. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 42. in fi. vers. & non solum. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, num. 2. in fin. vers. idem iniuria personali, &c. Fab. à Monteleon. in praxi arbitrar. part. 4. q. 9. num. 47. fol. 367. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 11.

182 Quamuis aliquando dici soleat, quòd plus turbent verba, quàm verbera, sicut scripserũt Hostien. in c. cum te, nu. 2. vers. aliquando plus, & ibi Ant. de Butr. num. 3. in fin. & Alex. de Neuo, nu. 9. in fin. extr. de re iud.

183 Et isto casu reputatur atrox, & personalis iniuria non solum si corpori inferatur, vel etiam si non corpori, vt puta, vestimentis scissis, text. expressus in l. sed est quæstionis, in princ. ff. de iniurijs, & ibi Bart. num. 1. format contrarium, & illud resoluit. Hostien. in summa de iniur. nu. 7 §. & in quantum, vers. Et notandum. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 5. rubr. de iniur. num. 54. & ibi in addit. in vers. facta personæ. (Vbi tamen dubitatur de hac conclusione,) Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 42. in fin. vers. & non solum. Vulpell. de pac. q. 91. num. 1. Ad quæ vide, quæ dixi infra q. 107. num. 179. & seq.

184 Declarando tamen præmissa aduerte verum esse, quòd iniuria in corpus illata semper grauior est iniuria verbali, sed non semper verum est, quòd debeat reputari atrox. nisi interuenerit vulnus, aut fractura, prout exemplificat text. in d. l. Prætor edixit, in fi. Et fuit de mente Ang. in l. non solum. §. si mandato, num. 5. Vbi dixit non esse verum, quòd omnis iniuria, quæ infertur in corpus sit atrox, & magis expresse voluit idem Ang. in l. item apud Labeonem. §. prætor ait, in princ. & num. 1. ff. eod.

185 QVINTA est conclusio, quòd iniuria grauior reputatur ea, quæ à pluribus commissa est, quam quę ab vno tantum, tex. in l. si plures. ff. de iniur. vbi ad literam dicitur: *Et tanto maior est iniuria, quanto à pluribus admissa est*. Et ibi præsertim Ang. num. 1. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. q. 137. num. 10. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 6. post nu. 3. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 17. num. 4. vers. & dicit alibi Bal. lib. 2. par. 2.

186 SEXTA est conclusio, quòd iniuria reputatur atrox ea, quæ in loco publico, vt puta in foro, theatro, ludis publicis, in palatio Potestatis, & simili illata est, tex. in l. prætor edixit. §. atrocem. ff. de iniur. alius tex. in l. sed est quæstionis. §. 1. ff. eod. Alber. in l. sed si vnius. §. quædam, in fin. ff.
187 eod. vbi propterea si inferatur in Ciuitate, grauior est, quam si inferatur in villa iuribus ibi per eum allegatis, alius est tex. in §. atrox, & ibi notant omnes, instit. eod. Azzo in summa de iniur. num. 16. Hostien. in summa eod. titul. num. 7. §. & in quantum, vers. tempore, &c. Bonif. de Vital. in tit. de iniur. num. 42. vers. & fit etiam atrox. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 6. num. 15. vers. His itaq; discussis. Pract. Corrad. tit. de iniur. num. 5. in fin. versic. iniuria etiam maior consideratur fol. 404. & num. 11. vers. & si quis in theatro. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. sub. num. 4. Vulpell. cons. 3. num. 15.

188 Et de iniuria illata in domo Principis, quòd grauior reputetur ratione loci, ponit Boss. in tit. de iniur. num. 5. vbi, quòd etiam stante remissione partis ob non præstitam condignam reuerentiam Principi iniurians potest plecti aliqua pœna arbitraria, & subdit se vidisse sæpius acriter puniri euaginãtes arma in præsentia, vel domo Principis. Nã & iniuriam factã in conspectu Principis atrocem reputari scripserunt Angel. de malef. in verbo *verba iniuriosa*, num. 18. & Nicas. in §. atrox, num. 1. in fine, institut. de iniur.

189 SEPTIMA est conclusio, quòd iniuria dicitur grauis ea, quæ multis astantibus, videntibus, & audientibus facta est, tex. in c. 1. de maledicis, in illis verbis *multis coram astantibus*. Et ibi per istũ Tex. ita adnotãt Hostien. in princ. in verbo *multis*, Ioann. Andr. post num. 1. in eodem verbo *multis*, Anchar. num. 1. in fine, in 3. notab. Abb. num. 2. Marian. Socin. num. 7. & Ioan. de Anan. num. 3. versic. nota, quòd conuitium. Nicas. in §. atrox, num.
190 3. instit. de iniur. Vbi infert ad iniuriam illatam tempore conuitij. Ant. Gomez de delict. cap. 6. rubr. de iniur. sub num. 4. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 263. nu. 24.

191 Sic è contra iniuria non reputatur atrox ea, quæ in solitudine alicui illata est, tex. in l. prætor edixit, §. atrocem, & ibi glo. in verbo *solitudine*, ff. de iniur.

192 OCTAVA est conclusio, quòd iniuria reputatur atrox ea, quæ in Prætoris conspectu illata est, Tex. in l. Prætor edixit. §. atrocem. vers. Nam in Prætoris conspectu. ff. de iniur. & in §. atrox instit. eod. Aret. ibidẽ nu. 1. Azzo in summa de iniur. nu. 16. vers. Nam multũ interest. Hostien. in summa eod. tit. nu. 7. §. & in quantũ, vers. tempore, &c. Beluis. in pract. lib. 1. c. 6. vers. Iudice pro tribunali seden-
193 ante num. 1. & 3. Vbi, de iniuria facta eunti ad iudicium, dicitque perinde esse, ac si fuisset facta in iudicio quoad punitionem, Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. nu. 42. vers. & fit etiam atrox. Petr. à Plac. in epit. delicti. lib. 1. cap. 6. num. 15. vers. His itaq; discussis. Pract. Corrad. tit. de iniurian. nu.

rian. nu.

194 rian.num.9.in fin.& 10. Vbi amplius, quòd Iudex tunc & in loco, & ſtatim poteſt iniuriantem arbitrio ſuo punire, per tex.in l.3.§.preterea.ff.de ſuſpect.tutorib.& ex Alexan. & Aym.in locis per eum relatis, Anton.Gomez. de delict. cap.6.rubr.de iniur. ſub num.4. Menoc.de arbitrar. quæſt. caſu 263. num. 23. Vbi pariter, quòd Iudex poteſt ſtatim illam iniuriam punire.

195 NONA eſt concluſio, quòd iniuria facta Clerico ac Sacerdoti dicitur atrox, tex.in l.atrocem, ibi *Cum eſſes in ſacerdotio*, C.de iniur. & ibi Bellapert, dixit iſto caſu iniuriarum actionem eſſe publicam, non autem priuatam, ratione ibi per eum adducta. Qnod & idem voluit Alber. in lege ſi non conuitij, num.4. in fin. verſ. Item accuſatio. C.de iniur. per tex. in l.ſi quis in hoc genus.C.de Epiſc. & Cleric. Et hinc eſt, quòd percutiens Clericum vltra excommunicationem eſt etiam puniendus grauius propter qualitatem perſonæ percuſſæ, ſecundum Menoc. de arbitr.q. caſu 389.num.15.& ſeq.

Verum an, & quando ex percuſſione in Clericum illata incurratur excommunicatio, & de materia tex.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4. Vbi omnino Doctores omnes in d. cap.ſi quis ſuadente. Felyn. poſt Innoc.in c. nuper de ſenten. excommunicat. Armill. Caiet. Silueſtr. & omnes Summiſtæ in verbo *excommunicatio*, Nicol. Plot. Ioan. de Lignano, Bernard. Lauren. & Stephan. Aufrer. in locis relatis per Duen.reg.99.in ptin. & vidè eundem Duen.d.reg.99. per totã, & reg. 192.in 2.ampliatione, Diaz.reg.94.Rom. ſing. 710.& ibi in addit. Marſil.ſingu.188.& ſing. 204. & in l. is, qui cum telo, num.29. in diſcurſu, Foller.in pract.crim. canon.cap.17.Nouell. reg.114.in 6. fallen. Monticell. reg. crim.7.num.120. Petr.à Plach.in epith.delict. lib.1. cap.1. num.28.& ſeq. & cap.6.nu.6. in fin.& cap.15. num. 10. & c.27.nu.13.18 & ſeqq.& cap.28.num.23.& cap. 41.nu. 24. Menoch.d.caſu 389.nu.15.& ſeqq. & caſu 360.num.89. & in l.fin.num.688.C.de edict. Diu. Adrian. tollen. Conaru. variar. reſolut. lib.1.cap. 10.ſub nu.5.Nauarr.in Manual. par.2.cap.27.tit.de excommunic.reſeruata à Papa non cõten. in Bulla Cœna Domini, nu.76. & ſeqq.fol.208. Clar. in pract.§ homicidium, verſic. præterea etiam, & q 77 per totam in diſcurſu. Herculan. in tract.de caut.de nõ oſten. cap.26.num.11. & cap.27. ſub num.18.20.& 22.& cap. 19. ſub.num 1.& cap.34.num.16.& cap.35.nu.1.Nicol. Mor. de fid.treg.& pac. quæſt.46.num.10. Apud quos ad ſaturitatem reperies omnes caſus, in quibus incurritur, & non incurritur excommunicatio prædicta.

196 Et ſi iniuria fuerit illata Epiſcopo multo grauior reputatur, ſecundum Bonif.de Vitalin.in tit. de iniur. nu.41.

197 DECIMA eſt concluſio, quòd iniuria dicitur atrox, quando infertur alicui exiſtenti in habitu, & ornamentis ſuæ dignitatis, quàm habet tex.in l.atrocem, in illis verbis: *Et dignitatis habitum, & ornamenta præferres*, C.de iniur.& ibi Buttig.in ſummario. Bald. etiam in ſummario. Vbi propterea dicit maiorem eſſe iniuriam, quæ fit Sacerdoti deferenti ſacerdotalia ſigna, quàm quando non defert, Saly. num. 1. Ad quæ vide etiam Hoſtien. in ſumma, de iniur. §.cui detur, nu.5. verſ. hodie vero.

198 VNDECIMA eſt concluſio, quòd iniuria illata magiſtratui dicitur atrox, tex.in l. Prætor edixit, §. atrocem, & ibi gloſ.in verbo *magiſtratui*, ff. de iniur.& in §. atrox, inſtit.eod.& ibi Aret. num.2. Bonif. de Vitalin. in tit. de iniur. num.41. Cyrill.in ſumma crim.rub.24.§. fina.num. 4 fol.mihi 100. Vbi etiam de iniuria illata Senatori, Petr. à Plac.in epith.delict.lib.1.cap.6. poſt nu.3.fol.85. in prin. & num.15. ſub verſic. His itaque diſcuſſis, fol. 86. Pract. Corrad.tit.de iniurian. num.5.ad medium, verſ. Iniuriam

199 illatam fol.403. Vbi amplius, quòd iniuria illata magiſtratui cenſetur illata ipſi Principi, & num. 8. verſic. arbitror tamen. Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 263.nu. 5.Theſaur.deciſ.Pedemont.129.num.1.& ſeqq.& num.7. Vbi de iniuria facta per quendam ruſticum Iudici, & in eius contemptum faciendo ficus, quòd fuit condemnatus in pœnam aureorum vigintiquinque; & ad petendum veniam Iudici.

200 Recipit autem hæc xj.concluſio duas ampliationes, quarum prima eſt, vt procedat etiam in inferente iniuriam officiali finito officio, & tempore ſindicatus, ſecundum Boſſ.in tit. de iniur.ſub num.30.ad med. verſ. & pro iniuria etiam verbo dicta in officialem tempore ſindicatus, per tex.in §.ex diuerſo, & ibi gloſ.in Auth. vti Iudic.ſine quoq; ſuffrag.& ibidem; num.38. Vbi amplius, quòd tenetur pœna mortis, quando in ſindicatu officij calumnioſè accuſatur, de quo tamen vltimo vide, quæ dixi in prima par.q.16.num.7.& ad materiam, vide etiam, quæ dixi in q. 17.nu. 38. Vbi pluribus probaui ſecundum veriorem, & magis communem opinionem, iniuriantem officialem in ſindicatu teneri eadem pœna, ac ſi iniuriaſſet durante iuriſdictione, Petr.à Plach. in epith.delict.lib.1.cap.6. num. 5.& ſeqq. Vbi de materia. Clar. in pract.§.fin. q.68. num. 22.verſ. iniuriam faciens officiali, vbi declarat, niſi ipſe officialis iniuriam feciſſet illi, à quo fuit iniuriatus.

201 Altera eſt ampliatio, vt nec Iudici aliquid iniuſtè agenti ab illo aut appellans poteſt iniuriam dicere, tex.in l. Iudici, & ibi gloſ.ff.de iniur. Hoſtien.in ſumma de iniur.nu. 6. §. contra quos, verſic. tenetur autem appellat. Baiard. in addit.ad Clar. §.iniuria, num.23. Vbi benè comprobat non licere appellanti dicere in iudicem verba iniurioſa; Non tamen dicitur iniurioſa verba proferre, ex eo ſolum, quòd dixerit ſententiam iniuſtam, vel iniquam, niſi addiderit, quòd dolo fuerit prolata. Et idem voluit Menoch. de arbitr. caſu.263. num.8.

202 Declara prædicta, quia licèt talis iniuria illata officiali exercenti officium ſit atrox, non tamen credas ſi ſolo verbo illata eſt, poſſe eam punire pœna mortis, ſecundum Boſſ.in tit.de iniur.num.38.& 39. Vbi reſpondet §.ex diuerſo in Auth.vt Iudic.ſine quoq; ſuffrag.quòd ſcilicet loquatur de officiali in ſindicatu exiſtente, non autem de exercente iuriſdictionem. Verum etiam, quòd iniuria illata ſic officiali tempore ſindicatus, non poſſit vllo pacto puniri pœna mortis, vide q̃ dixi ſupra q.16.num.7. Et in propoſito vide Baiard. in addit.ad Clar.in §.iniuria ſub nu.49. vbi ex Franc.Marc.in deciſ.39.nu.6.quem allegat, admittit Iniuriam magiſtratui illatam, tanquam atrocem puniri debere, vt iniurians publicè recognoſcendo ſuum errorẽ ſe diſdicat, & proprio ore fateatur falſum dixiſſe, & in eiſdem addit. ad eundem Clar. q.68.num.55. vbi pariter tenet, quòd pro iniuria illata officiali durante officio non ſit pœna mortis, ſed arbitrar. Menoch.de arbitrar. quæſtion.lib.2. caſu 263.nu.7. Vbi pariter dixit pœnã imponi arbitrariam illi, qui contra magiſtratum verba iniurioſa protulit; per tex. in cap.dilectis, extr.de pœn.

203 DVODECIMA concluſio: quòd iniuria illata Doctoribus non ſolum punitur, ſicut per text.in cap.deteriores 6.q.1. ſcripſerunt Ioan.And.in cap.1.nu.4. de maledic, & ibi etiam Ant.de Butr.num.2.Card.Zabarell.nu.2.verſ. Nec Doctori, & Ioan.de Anan.poſt num.6. verſ.adde etiã, il primo, Baiard.in addit.ad Clar.in §.iniuria, num.48. vbi, quòd iniuria illata contra Doctorem punitur l. Iulia de vi publica, ex Guid.Pap.deciſ.88, num.5. Aym.conſ. 168.nu. 10. quos ad hoc propoſitum allegat.

204 Verum etiam & ratione perſonæ grauis reputari debet, ſecundum Ang.de maleſ.in glo. verba *iniurioſa*, num. 18. Menoch.de arbitrar. quæſtion.lib.2.caſu 263.num.17. vbi diſtinguit inter Doctores legentes, & non legentes, & aliqua refert ad interpretationem ſtatuti Mediolani contra inferẽtes iniuriam Doctori, quomodo intelligatur.

205 DECIMATERTIA eſt concluſio, quòd iniuria reputatur grauior ea, per quam infamatur de honeſtate aliqua mulier notæ authoritatis, ſecundum Angel.in l.non ſolum, §.quamq;, nu.3.ff.de iniur. Pract. Corrad.rubr. de iniurian. num. 9. ante medium, verſ. arbitror tamen. vbi, quòd iniuria illata nobili grauior eſt, quàm illata plebeio.

206 DECIMAQVARTA eſt concluſio, ꝙ iniuria reputatur atrox illa, quæ infertur in Eccleſia, Nicaſ. in §. atrox, num. 1. Inſtit.de iniur. Petr.à Plach. in epithom. delict lib.1.cap.6.num. 15. verſ. His itaque diſcuſſis. Fab. à Monteleon.in praxi arbitral.par.4.num. 68. fol. mih 370. Vbi, quòd ſi iniuria fuit illata in Eccleſia alicui Sacerdoti, & Presbytero tempore celebrationis diuinorũ officiorũ, &

& illis turbatis, imponi potest pœna vltimi supplicij, & sic ad hoc, vt talis pœna mortis habeat locum, quatuor requirit, primum, quòd is qui patitur iniuriam, sit Sacerdos, seu Presbyter, secūdum, quòd iniuria sit illata in Ecclesia, tertium, quòd tempore celebrationis diuinorum officiorum, quartum, quòd diuina officia sint turbata, & ibi, num. 69. declarat, quando diuina officia dicantur turbata, si vero ex prædictis requisitis aliquod deficiar, tunc non pœna mortis, sed pœna exilij imponenda est, vt ibi per eum. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. sub num. 4. Baiard, in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 49. vbi refert scripta per Fab. à Monteleon. in loco præcitato. Iacob. de Graff. decis. cas. consc. 17. num 3. in princ. & 4. ante finem, vers. Quarto consideratur.

207 DECIMA QVINTA est conclusio. Quòd alapa dicitur grauis, seu atrox iniuria, ita mihi probare videtur tex. in l. prætor edixit §. fin. in fine, ff. de iniur. vbi atrox reputatur iniuria, non modo si vulnus illatum fit, sed etiam si os percussum fuerit, & videtur de mente Bonifac. de Vitalin. in tit. de iniur. num. 42. vers. fit etiam re ipsa, vbi quòd percussio in ore, vel in facie dicitur atrox iniuria. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assassin. §. sequitur ex quibus excusetur mandatarius, num. 2. in fine, vers. Idem iniuria personali, &c. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit 2. num. 39. vbi quòd inter graues, & militares viros, seu nobiles, alapam recipere est grauior offensa, quam si vulnera illata fuerint, & ibidem, num. 65. reputat alapam pro ignominiosa percussione, quam militares viri grauius multo ferre solent, quam si gladio cæsi fuissent. Viu. decis. 46. num. 10. & seqq. vbi pariter, & hanc opinionem admittit in milite, seu viro nobili; Quòd & idem voluit Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 4. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 17. num. 4. ante finem vers. secundo respectu loci, lib. 2. par. 2.

208 Contrarium, quod immo alapa inferat leuem iniuriam suadent scripta per Lap. alleg. 76. incipiente factum super quo, vbi dixit quòd Episcopus potest absoluere ab excommunicatione illum, qui dedit vnam maxillaram cuidam Canonico, quia non dicitur enormis læsio, quem sic dicentem referendo sequutus est Nauar. in Manual. cap. 27. num. 92. in fine, item faciunt scripta per Grammat. decis. 14. vbi quòd non nisi exilio per bimestre fuit punitus quidam nobilis Neapolitanus, qui famulo vnius ex Capitaneis deputatis ad custodiam Ciuitatis, ab eo prouocatus quia ipsi dixerat. *non ci vedi*, alapam dedit in Ecclesia; ex leuitate enim pœnæ videtur dignosci leuitas delicti, Iodoch. in pract. crim. cap. 35. num. 5. vbi quod colaphos impingere est leuiusculum crimen, & propterea in eo tortura non infertur. Hercul. de caut. de non offen. c. 27. sub num. 18. vbi percussionem manu vacua quando persona percussa non est superior, vel nobilis non atrocem, sed leuem reputat iniuriam, & num. 19. 21. & seq. vbi loquitur, quando, maxillata datur sine dolore, & per

209 sonæ rusticæ. Viui. decis. 46. num. 1. & seqq. vbi latè hanc opinionem defendit, quando ille, cui datur alapa, non esset miles, vel persona nobilis; & etiam, quòd esset Clericus, & Sacerdos, dicitque pro ea non posse imponi pœnam nisi pecuniariam, aut exilij; & ita apud eum fuisse iudicatum testatur, Relati per Mascard. de probat. libro tertio, conclus. 1131. num. 3.

210 Prima opinio sicut verior est, ita etiam optimè comprobatur ex allegaris supra, num. 181. in quarta conclusione, vbi dixi omnem iniuriam personalem non reputari leuem, sed grauem, & ita ego omnino existimarem grauem esse iniuriam eam, quæ ex alapa infertur, siue percussus sit nobilis, siue humilis, & siue Clericus, siue etiam

211 laicus: Bene verum est, quòd licet grauis sit iniuria ea, quæ ex alapa infertur; Non tamen potest dici, quòd ex alapa grauis offensio, seu corporis læsio inferatur. Nam vt notum est, alapa regulariter, non grauiter, nec atrociter personā offendit, aut lædit, sed quin propterea dicatur grauis iniuria propter grauem ignominiam, sic communiter ab omnibus reputatam nemo credo, sani capitis, & intellectus negabit, an autem ex illatione alapæ rumpatur pax, seu cautio de non offendendo dixi infra, quæst. 107. num. 213.

212 DECIMA SEXTA est conclusio, quòd ex pugno leuis iniuria illata dicitur, tex. est in §. seruis autem in fine, instit. de iniur. vbi quòd pro pugno in seruum illato agi non potest, ex quo non atrox, sed leuis reputatur iniuria, & ibi hoc adnotauit Ioan. Fab. nu. 2. Angel. in l. non solū. §. si mandato, num. 5. ff. eod. vbi tamen loquitur de consuetudine Florentiæ Hercul. de caut. de non offenden. c. 27. sub num. 18. in discursu, vbi loquitur de pugno illato sine liuore, tumore, aut sanguine, & num. 19. vbi idem, quando sine dolore considerabili, & num. 20. & seqq. vbi secus si cum dolore. Nicol. Moron. de fide treg. & pac. q. 173. num. 1. & seqq. vbi num. 9. declarat nisi ratio loci, & dignitatis personarum aliud suadeat, Viu. decis. 46. num. 6. in fine, & 7. vbi loquitur etiam in pugno illato sine considerabili dolore, faciunt scripta infra, quæst. 107. num. 213.

213 Contra arguit Aret. in d. §. seruis autem, num. 2. per tex. in l. non solum §. si mandato, & ibi Bart. num. 7. in fine, ff. de iniur. volens omnem personalem offensionem grauem iniuriam reputari, prout dixi supra, num. 182. in quarta conclusione; ergo non est verum, quòd pugnus sit leuis iniuria, & propterea ipse Aret. concludit, quòd pugnus non sit leuis iniuria, item quòd non sit atrox, sed bene, quòd sit grauis, quando est illata libero homini, secus autem seruo, prout loquitur tex. in d. §. seruis autem.

214 Et hæc contraria opinio, quòd scilicet pugnus non sit leuis iniuria, licet bene possit dici, quòd non sit grauis offensa, prout sup. admonui in præcedenti cōclusione, sine dubio verior est, præsertim quando ex eo fuerit inflictus tumor, vel liuor; aut etiam quando qualitas personarum ita suadeat, ex Ioann. Fabro. in d. §. seruis autem, num. 2. institut. de iniur. & voluit Nicol. Moron. d. quæst. 137. nu. 9. An autem ex pugno rumpatur pax, seu cautio de non offendendo, vide quæ dixi infra, d. q. 107. num. 213.

215 DECIMA SEPTIMA est conclusio, quòd atrox reputatur iniuria, quando quis aliquem fustibus, aut baculo cædit, ad ea quæ generaliter tradita sunt supra, in quarta conclusione, num. 181. & seqq. & videtur text. expressus in §. atrox instit. de iniur. vbi atrox reputatur iniuria illa, quam quis alteri infert vulnerando, aut fustibus cædendo, & ibi Aret. in princ. ampliat etiam, quòd cędatur persona vilis, & ignobilis. Nicas. num. 1. in primo notab. plures pro hac opinione referuntur concordantes per Asinium inter consil. crimin. diuersor. 114. num. 1. & seqq. vsque ad num. 8. lib. 2. vbi consuluit. in eo, qui virgula alterum percussit cum modico vulnere, Pertin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 65. vbi quòd apud militares viros percussio cum baculo dicitur magis ignominiosa, quam si vulnera illata fuissent. Pract. Corad. tit. de iniurian. num. 11. post princip. vbi quòd atrox reputatur iniuria, quando quis fustibus cæditur, aut vulneratur, quòd & idem voluit Iacob. de Graff. decis. cas conscien. num. 3. lib. 2. par. 2.

216 Quamuis contrarium consuluisse videatur idem Asin. in d. cons. 114. num. 8. & omnibus sequentibus, multum contendens probare, quòd percussio facta cum virgula in capite, cum modico vulnere dicitur leuis, & non notabilis percussio. Viu. decis. 46. num. 7. vbi quòd percussio facta cum baculo reputatur leuis iniuria, nec pro ea potest procedi ex officio.

217 Sed pro resolutione dicas sicut dixi in duabus præcedentibus conclusionibus, quòd scilicet ex percussione cum baculo, & fuste licet non possit dici, quòd inferatur grauis offensio, seu læsio in corpus, si præsertim, sine tumore, liuore, aut sanguine, non tamen per hoc sequitur, quin ex ea non inferatur grauis iniuria, & in proposito si volueris scire, quæ sit pœna illius, qui baculo, aut fuste aliquē percusit, vide Doctores allegatos per Addentes ad Belius. in pract. fol. mihi 57. in princ. secundum vltimam impressionem: & per Clar. in §. iniuria in princip. Afflict. in constitutione Regni, si quis aliquem Gram. decis. 17. Thesaur. decis. 224. per totam.

DECI.

218 DECIMAOCTAVA eſt concluſio, quòd iniuria dicitur grauis ea, quæ illata eſt ad domum alterius l. quòd ait §.1.ff.de adulter. Carer. in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur ex quibus cauſis excuſetur mandatarius, num. 3.

ARGVMENTVM.

Veritas conuitij an, & quando excuſet à pœna iniuriarum.

SVMMARIVM.

Veritas illatæ iniuriæ excuſat à pœna iniuriarum, num. 219. & ſeqq. contra num. 223.

Infamatus infamari non poteſt, num. 220.

Meretricem qui vocat eam, quæ olim fuit meretrix, licet, hodie non ſit; iniuriarum actione non tenetur num. 221.

Baſtardum, vel excommunicatum aliquem nominans, qui fuerit abſolutus, aut legitimatus actione iniuriarum non tenetur ſi abſolutionem, ſeu legitimationem ignorabat, num. 222.

Iniuria ſi continet aliquod turpe prouenienſ culpa iniuriati, tunc veritas conuitij excuſat, prout eſt quando improperatur aliquod delictum; ſecus ſi contineat id, quòd ſine iniuriati culpa accidit, prout eſt, ſi dicatur quòd eſt baſtardus, num 224.

Dicere alicui, quòd eſt proditor, vel rebellis, an pœnam mereatur. Si ille re vera fuit talis, ſed fuit reſtitutus à principe, num. 222. in fine.

Veritas conuitij excuſat, quando conuitium continet aliquod delictum accuſabile, & punibile, vt puta, ſi fuerit dictum, tu es homicida, latro, & ſimilia, ſecus ſi contineat factum non accuſabile, & non punibile, prout eſt, ſi dicatur, tu es pauper, ſcabioſus, aut quid ſimile, num. 225.

Veritas conuitij excuſat, quando propalatur aliquid, quòd expedit Reipublicæ ſciri, ſecus ſi illud patefieri Reipublicæ non interfuit, num. 226. vbi multa afferuntur exempla huius concluſionis.

Veritas conuitij nunquam excuſat, quando illud emanauit malo animo iniuriandi alium, num. 227. & 250. Quamuis alij contra, num. 228. & quomodo iſto caſu animus malus præſumatur, num. 229.

Veritas conuitij excuſat, quando conuitians motus fuit ex aliqua iuſta cauſa ad inferendum conuitium; ſecus ſi ſine cauſa, num. 231. & 251.

Veritas conuitij illati in iudicio, & ſub calore iudicij excuſat ſi talis veritas appareat, & probetur, ſecus ſi non probetur, num. 232. & 247.

Excipiendo contra teſtem actorem, vel accuſatorem ſi quis eos in exceptionibus infamando iniuriauerit, non tenetur actione iniuriarum, ſi exceptionem probauerit, ſecus ſi non probauerit, num. 233. Quamuis alij contra, num. 234. & ſeq. & quòd ſi excipiens proteſtatur ſe ſic excipere nõ animo iniuriandi, etc. num. 236. & ſeq.

Exceptionem infamatoriam oppoſitam non probans præſumitur iniuriandi animo illam propoſuiſſe, num. 238.

Iniuria ſub colore iudicii illata, tunc dicitur iniuriandi animo propoſita, quando non erat neceſſe, vt proponeretur, nec aliquid proponentem iuuabat, num. 239.

Memoriale continens alterius iniuriam Principi porrigens tenetur actione iniuriarum, ſi contenta in eo vera non ſint; ſecus ſi ſint vera, num. 240.

Libelli famoſi pœna locum habet etiam, quod in eo vera fuerint expreſſa, num. 241. 244. & 248. vbi etiam idem de iure canonico. Quamuis alij contra, num. 242. & ſeq.

Prouocatus qui prouocanti veram iniuriam infert, nullatenus punitur, num. 245. & 249.

Veritas conuitij non excuſat conuitiantem de iure canonico, num. 246.

QVÆST. CV. INSPECTIO. V.


ERITAS illati conuitij an conuitiantem excuſet à pœna, plures Doctorum fuerunt opiniones, quas hic ſigillatim, & accuratè recenſere cenſui, cum materia ſit contingens, & practicabilis, & alias in contingenti caſu tempore fel. recordat. Gregorij XIII. multum controuerſa, prout in meo conſil. crim. 30. vbi etiam plura iuris Cõſultorum reſponſa in propoſito annexa fuerunt.

219 PRIMA fuit opinio affirmatiua, quòd ſcilicet veritas illatæ iniuriæ iniuriantem excuſet, quæ probari videtur in l. tertia. C. de iniur. vbi quòd ille, cui fuit dictum, quòd eſt delator, ſi delator non eſt, poteſt contra ſic dicentem iniuriarum iudicium experiri, ergo ſumpto ibi argumento à contrario ſenſu, ſi verè delator eſt, talem actionem non habet, prout ſic arguendo aduertit ibidem Ang. in princ. & ante eum Butrig. in ſummario, & Ioan. Fab. poſt num. 2. facit etiam text. in l. eum, qui nocenten. ff. eod. Dum ibi dicitur, eum qui nocentem infamauit non eſſe bonum, & æquum ob eam rem condemnari, & ibi gloſ. in verbo, *infamauit*, Bellapert. in l. ſi non conuitij, col. 2. in princip. verſic. item dicit, vbi affirmat, quòd ita communiter tenetur. C. de iniur.

220 Et pro hac opinione facit, quòd dixi ſupra, num. 20. ex Ang. in l. item apud §. interdum, nu. 1. ff. de iniur. quòd ſcilicet iniuriarum actione non tenetur is, qui perſonam re vera infame aliqua infamatoria iniuria affecit. Addo pro hac eadem opinione gloſam in §. iniuria autem, in verbo *fieret* inſtit. de iniur. Azzo in ſumma de iniur. num. 14. Specul. in tit. de iniur §. 1. nu. 3. verſ. item, quòd ſum homo honeſtus. Præpoſ. Alexandrin. in c. 1. in princip. in ſecundo notab. quinta, quæſt. 1. Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 56. & ſeqq. Auguſtin. ad Ang. de malef. in gloſ. *verba iniurioſa*, numero tertio, in fine ex Anchar. quem allegat in conſil. 327. Bonif. de Vitallin. in tit. de iniur. nu. 12. in fine, verſ. ſi autem verum eſſet, Plot. conſ. crim. diuerſor. 131. num. 5. lib. 1. Pract. Conrad. tit. de iniurian. num. 34. verſic. decimotertio ceſſat actio. Baiard.

221 in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 41. vbi amplius, quòd non tenetur actione iniuriarum, qui vocat meretricem eam, quæ olim fuit meretrix, licet hodie ſit emendata ex Luc. de Penn. & Afflict. in locis per eum relatis, faciunt ſcripta per Dec. conſil. 102. inter conſil. crimin. diuerſor. tom. 1. quem refert Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 69.

222 vbi conſuluit non teneri actione iniuriarum illum, qui alteri dixerat, quòd erat baſtardus, vel excommunicatus, cum talis re vera erat, quis abſolutus, vel legitimatus, ſi abſolutionem, aut legitimationem ignorabat. Bertazz. conſ. 214. num. 2.

Et quid de proditore, ſeu rebelle ad famam, & honores reſtituto, an impunè poſſit vocari proditor; vel rebellis, vide diſtinguentem Decian. in tract. crimin. libro ſeptimo, cap. 31. num. 17. vbi tenet quòd ſic, ſi loquitur per verba præteriti temporis, puta dicendo, *tu fuiſti proditor, & rebellis*, ſecus ſi per verba temporis præſentis puta ſi diceret, *tu es proditor, vel rebellis*.

223 SECVNDA eſt opinio præcedenti contraria negatiua, quòd ſcilicet veritas conuitij non excuſet iniuriantem à pœna iniuriarum, ſic enim pro regula firmat Felyn. in cap. cum te, in fine, de ſent. & re iud. Cur. Iun. in l. finali, num. 3. ff. quòd quiſque iuris. Diaz. reg. 784. in princip. Iodoch. in pract. crimin. c. 136. num. 1. Minſinger. conſil. 7 num. 29. vbi deteſtatur de communi Doctorum opinione, ſed loquitur quando malo animo illata eſt iniuria, iuxta tradita infra in ſexta opinione. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 35. verſic. quoad primam quæſtionem Pract. Corad. tit. de iniuriam, num. 4. verſic. item amplia fol. 403. Claud. ad Bertazz. in conſil. 358. in fine, additionis.

224 TERTIA eſt opinio Hoſtien. in ſumma de iniur. §. contra quos, verſ. illud etiam, ex cuius dicto colligunt Doctores, quòd ſi iniuria continet aliquid turpe proueniens culpa iniuriati, & tunc iniurians non teneatur, ſi

verum

verum dicit, vt puta, quando improperatur delictum ab iniuriato commissum, secus vero si contineat id, quod sine iniuriati culpa accidit, prout si dicatur, quòd est bastardus, sic enim Hostiensem eo loci distinguere voluisse scripsit Alber. in l. si non conuitij, num. 9. vers. Hostien. in summa C. de iniur. sequitur Belnis. in pract. libro 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 59. & seq. & hanc distinctionem in materia etiam retulerunt, licet eam sequuti non fuerunt, Ioan. Fabr. in l. 3. num. 3. C. de iniur. Abb. in c. cum te, nu. 76. in fine vers. quarta fuit quorundam opinio, & num. 27. Ioan. Andr. in addit. ad Speculatorem in princ. in additione magna versic. alij distinguunt in quarta opinione. Oldrad. cons. 53. num. 1. in princip. Roman. consil. 96. num. 1. in secunda opinione Boer. consil. 4. nu. 22. Ludou. Bolognin. in addit. ad Anan. consil. 44. in secunda opinione.

225 QVARTA est opinio, quòd iniuriarum pœna non habet locum, quando quis dicit verum, si iniuria contineat aliquod factum punibile, & pro quo iniuriatus accusari potest, quia tunc interest Reipublicæ delicta punire, vt puta si quis alteri diceret. *Tu es homicida, latro*, & similia: secus autem, quando iniuria continet factum non accusabile, & non punibile, quia tunc inhumanum est alienos defectus detegere, vt puta, si dixero. *Tu es pauper, scabiosus*, & similia secundum Bellapert. in l. si non conuitij, colum. 2. versic. Vnde distingue, & ista distinctio fuit etiam Dyni: sicut testatur Cyn. ibidem, num 12. versic. dicunt quidam moderni, &c. sequitur Bellapert. in §. 1. nu. 10. instit. de iniur. & hanc distinctionem licet eam sequuti non sint, retulerunt Cyn. in d. l. si non conuitij, num. 12. versic. dicunt quidam moderni. Alberic. ibidem, num. 9. vers. dicunt quidam Abb. in cap. cum te, num. 28. versic. sextam opinionem, de re iud. Marian. Socin. cap. fin. nu. 25. versic. aduerte tamen extr. de iniur. Ioan. Andr. in addit ad Specul. in tit. de iniur. in princ. in additione magna vers. Dynus alijs verbis in sexta opinione per eum relata. Boer. cons. 4. num. 33.

226 QVINTA opinio fuit eorum, qui dixerunt veritatem conuitij excusare, quando improperatur aliquod delictum, seu vitium, quòd propalari Reipublicæ expedit; secus autem quando improperatur aliquid, quòd non expedit Reipublicæ sciri; sumitur hæc distinctio ex tex. in l. eum, qui nocentem, in illis verbis, *Peccata enim nocentium nota esse & oportere, & expedire*, ff. de iniur. & voluerunt Bellapert. in l. si non conuitij colum. 2. versic. vnde distinguo. C. de iniur. vbi Cyn. in ead. l. si non conuitij, num. 12. in octaua quæstione, vbi quòd quando improperatur aliquid, quòd expedit Reipublicæ sciri, siue de eo quis possit accusari, siue etiam, quòd non possit accusari, & tunc vtroque casu si verum dicatur, iniuriarum actio non datur; secus vero quando improperatur aliquid, quòd non interest Reipublicæ sciri, prout est, quando quis vocat claudum, vel mancum, & cum distinctione Cyni sic generaliter intellecta, & ampliata per eũ. pertransseunt Ang. in l. si non es. C. de iniur. vbi primum distinctionis caput exẽplificat in eo, qui alteri dicit, quòd est leprosus, excommunicatus, latro, spurius, aut infamis, secundum vero distinctionis caput exemplificat in eo, qui alteri dicit. *Zoppo, cieco, cornuto*, & similia; & ita reiectis aliorum opinionibus, dicit esse tenendum, inferens propterea, quòd primo casu actor in libello debet adijcere, quòd diffamatio non est vera, in secundo autem non: & pro hac eadem distinctione cum suis exemplis vide etiam Bar. in l. eum qui nocentem, & ibi etiam Ang. nu. 1. & 2. ff. eod. Adden. ad Bart. ibi litera B. vbi alij referuntur concordantes, & eundem Ang. in l. lex Cornelia §. si quis liberum, num. 4. ff. eod. Salyc. in l. tertia, & ibi addentes litera A. in verbo, *expedit Reipublicæ*, C. eod. Ioan. Fab. ibidem, num. 3. & instit. eodem §. iniuria autem, num. 4. vbi quòd ita consueuerunt dicere Doctores. Aret. ibidem etiam, num. 4. & Nicas. num. 4. Abb. in cap. cum te, numero 27. in versic. Quinta fuit opinio, & numero 28. Anan. numero tertio, in fine, Felyn. in cap cum te, num. 18. in fine, in secunda, & tertia fallent. de senten. & re iudic. Abb. in cap. fina. numero 5. versic. aut dico verum, extr. de iniur. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de iniur. in princip. versic. Alij aliter distinguunt in quinta opinione. Oldrad. consil. 53. num. 1. colum. 1. post princip. Roman. consil. 96. num. 2. in quarta opinione. Grammat. decis. 37. nu. primo, & secundo, Boer. consil. 4. num. 33. versic. sexta opinio, & num. 36. versic. quid dicendum, vbi non solum testatur de communi, sed etiam quòd in hoc omnes Doctores conueniunt, & num. 46. & seqq. vbi reprobat Doctores tenentes contrarium, & num. 50. & seqq. omnibus, vbi ponit in specie quæ sint delicta, quæ sciri, & nota esse Reipublicæ expediat. Ludou. Bolognin. in addit. ad Anan. in consil. 44. versic. alia fuit opinio l. . . . . Socin. consil. 118. numero primo, columna secunda, versic. sed in hac prima dubitatione, libro primo, & cons. 146. n. 6. eod. li. 1. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canonica, cap. 66. alias 60. rubr. de maledicis litera C. Iodoch. in pract. crimin. cap. 166. num. 4. Boss. in titul. de iniur. numero 3. vbi de communi Fab. à Monteleon. in praxi arbitrar. part. 4. quæst. 9. num. 42. fol. 366. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. numero secundo, vers. Dubium tamen. Villalob. in communi opinion. litera A. numero 27. & 28. Andr. Gayl. obseruat. 99. tom. 2. per totam, vbi late comprobat, testatur de communi, & ita sæpius in illa Camera iudicatum fuisse testatur Clar. in pract. §. iniuria, num. 16. vers. item quæro, vbi de communi, & ibi in addit. ad Hier. Giachar. litera A. in princ. Soarez. in commun. opin. litera I. num. 85. Viu. opin. 6. num. 2. vbi de communi. Andr. Tachin. controuers. iuris, libro 9. cap. 10. vbi destinctionem prædictam tanquam communem sustinet, & defendit.

227 SEXTA est opinio præcedentis opinionis declaratiua, quòd iniurians teneatur actione iniuriarum, etiam quòd dicat verum, & etiam quòd iniuria contineat vitia, quæ Reipublicæ expediat nota esse, & etiam, quòd proueniat culpa iniuriam passi, & quod de illis possit accusari idem iniuriam passus, si animo iniuriandi ipsum vitium improperauit. Pomat. in addit. ad Bart. in l. eum, qui nocentem. litera A. versic. quando vero obijcitur. ff. de iniur. Alber. in l. si non conuitij, num. 10. versic. sed si dicat, C. de iniur. ponderando text. in l. iustissimos. C. de offic. Rector. in illis verbis. *Nam si vera voces, aut nec ad libidinem effusæ*; ex quibus non solam veritatem conuitij iniuriantem excusare, ne iniuriarum actione teneatur iniurians, nisi etiam iniurianti voluntas absit apertissimè in eo text. probari videtur. Item facit text. in cap. cum te, de re iudic. & per illum text. hoc ibidem adnotarunt Abb. numero primo, in 1. notabil. & numero 26. versic. prima opinio, & numero, 29. versic. in præcedentibus enim, iuncto versic. sed in hoc vltimo casu. Felyn. num. 18. in fine, versic. ratio istorum casuum, &c. & Alexand. d. numero tertio, Hostien. in cap. fina. numero quarto, in fine, versic. sin autem, hoc dicit ad infamandum; & numero 5. versic. si ergo, hoc dicatur ad infamandum, extr. de iniur. & ibi etiam Ioann. Andr. sub numero quinto, Anton. de Butr. post num. primum, & Marian. Socin. numero 21. versic. aut, quis, & numero 22. vers. & hoc casu iuncto versic, aut solum dixit Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de iniur. in princip. in additione magna pariter in princip. & in prima opinione. Hostien. & in fine dictæ additionis, versic. in secundo membro. Oldrad. cons. 95. num. 2. in fine, & 3. in discursu, & num. 4. & seq. Doctor. Baert. in addit. ad Beluis. in pract. libro primo, cap. 3, rubr. de iniur. num. 57. in versic. non fit in illa persona. Roman. consil. 96. num. 3. & seqq. vbi latè Grammat. decis. 37. per totam. Ludou. Bolognin. in addit. ad Anan. cons. 44. ad fin. versic. his sic præmissis. Diaz, in pract. crimin. canonica c. 66. alias 60. rubr. de maledic. nu. 6. vers. & siue verũ dixerit, siue falsum, & ibi Ignat. Lopez. in addit. litera C. testatur de cõi ex Curt. Iun. quẽ allegat in l. fi. n. 30. ff. quod quisq; iuris, ac ẽt testatur hãc opinion. in forensib. cõtrouersijs receptã esse, licet Regia Hispania rũ lex plurimũ refragetur, vt ibi p eum. Alexan. de Neuo, consil.

consil. 82. num. 4. & 5. vbi de communi; Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. numero octauo. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 206. numero 13. Boss. in titu. de iniur. numero 3. versic. & de alio, Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 11. post numerum 6. versic. ego quidem primum animaduerto, iuncto versic. primum iniuriarum actione proposita &c. Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 1. num. 3. versic. Cardo igitur fol. 14. in princip. & num. 4. fol. 15. faciunt scripta per Andr. Gayl. obseru. 99. numero 2. & seqq. par. 2. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 70. Menoch. cons. 41. numero 6. iuncto, numero 29. & seqq. Ludou. Peguer. decis. crimin. 13. numero 9. & 16. vbi quòd ita apud eum iudicatum fuit. Surd. decis. Mantua. 89. numero 27. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 137. numero 6. & 2. libro secundo, par. 1. Magon. decis. Florentin. 25. num. 4. in fine.

228 Quamuis contrarium, quòd immo, non teneatur propalans vitia, quæ Reipublicæ interest sciri, etiam quòd animo iniuriandi id fecerit; voluerit Bellapert. in l. si non conuitij, colum. 2. versic. ergo etiam si verum sit, iuncto versic. vnde distinguo, & versic. item quòd dixi. C. de iniur. Azzo in summa de iniur. numero 14. vbi generaliter dixi quòd iniurians animo iniuriandi non tenetur, quando dixit verum, & in puncto iuris hanc contrariam sententiam vti veriorem defendat. Andr. Tachin. controuer. iur. libro 9. cap. 10.

229 Animus autem iniuriandi præsumitur si sine causa fuit iniuria illata; si vero cum causa; & tunc secus, vt infra in 8. opinione.

230 SEPTIMA est opinio pariter prædictæ quintæ opinionis declaratiua, quod quando iniuria illata continet aliquod vitium, quod erat notorium; tunc iniurians tenetur etiam, quòd illud vitium aliàs expediret Reipublicæ sciri, tunc enim non potest dici, quòd Reipublicæ expediebat hoc scire, cum iam sciretur, & esset notorium, secundum Ang. l. 3. C. de iniur. vbi ponit exemplum in Monaco, quem esse apostatam notorium erat, vel in eo, quem pariter de furto, vel homicidio condemnatum esse notoriè constabat; tunc enim si diffamatio continet prædicta notoria delicta; non potest dici ad alium finem diffamationem processisse, nisi contumeliæ; constat autem authoritate propria nemini inferendam iniuriam, quæ non potest producere aliquem bonum effectum, nisi contumeliæ l. nullus C. de iudicijs, quod & voluit idem Ang. in l. eum, qui numero primo, ff. eod. ea ratione, quia sententia, & condemnatio producit notorium iuris.

231 OCTAVA est opinio, & illa quidem illatiua ex proposita sexta opinione, quòd iniuriarum pœna habet locum etiam, quòd iniuria sit vera, quando iniurians hoc fecit sine causa, vt puta, in rixa; & etiam quòd expediat illam Reipublicæ sciri, licèt secus, si cum aliqua causa; Primo enim casu videtur adesse animus iniuriandi; secundo vero casu videtur abesse, (& sic hæc distinctio videtur eadem cum ea, de qua supra, numero 227.) secundum Pomat. in addit. ad Bart. in l. eum qui nocentem littera A. versic. si vero non habet causam ff. de iniur. Hostien. in summa de iniur. & damno dat. §. contra quos versic. Nisi hoc dicas ex causa. vbi causam exemplificat, quando iniuria infertur per viam exceptionis, seu oppositionis iudicialis; & ita etiam voluit; & exemplificauit Alber. in l. si non conuitij, numero nono, post med. vers. si ex causa, & numero 10. vers. sed si dicat conuitium sine causa. C. de iniur. & ibi etiam causam exemplificat, quando infertur conuitium causa correctionis, vel coram Superiore, vt puniatur, vel vt ab hominibus euitetur, ne illis afferat aliquod nocumentum corporale, vel spirituale Abb. in cap. cum te, numero 28. in fine, vers. primo casu, & numero 29. de re iud. & ibi etiam Felyn. numero 18. in fine, in prima fallen. Hostien. in cap. fina. numero 4. in fine, ibi. *Nec dicendi iustam causam habet*, & numero 5. sub versic. si ergo &c. extr. de iniur. & ibi etiam Ioan. Andr. sub num. 5. Anton. de Butr. sub nu. 1. & Marian. Socin. numero 22. versic. tertio, casu. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de iniur. §. 1. in additione magna post med. versic. si sine libello. Oldrad. cons. 53. numero 2. vers. si ex causa, & numero 3. vbi etiam ipse benè hanc distinctionem exemplificat. Roman. consil. 92. numero 6. columna 2. vers. si vero sine libello. Grammat. decis. 37. numero 6. & sequentibus, & num. 13. in fine, vbi quòd ita fuit decisum in illa Curia communi omnium voto, cum fuerit condemnatus ad exilium quidam Carolus Mormilis nobilis Neapolitanus, qui sine causa, & in rixa dixerat Leonardo de Ligorio, qd erat spurius, & filius pedisequæ meretricis; quamuis verum dixerit. Diaz. reg. 784. in 1. 2. 3. fallen. vbi declarat, & exemplificat quando iniuria dicatur facta ex causa excusabili. Relati per Boer. cons. 4. num. 35. & 36. Alexan. de Neuo, consilio 82. numero 4. & 5. vbi de communi. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. numero 7. & seqq. Boss. in tit. de iniur. num. 3. versic. secundo fallit. Couar. variar. resolut. lib. 1. num. 6. versic. Tertio ad præmissa &c. & d. num. 6. post med. versic. sexto iuris est apertissimi; & eod. nu. 6. in fine, versic. Septimum apparet &c. vbi tamen quòd, nec iusta causa excusat iniuriantem ab actione iniuriarum illata, Petr. à Plach. in epith. delict. libro primo, cap. 1. numero 3. versic. Secundo conuestiri possit. fol. mihi 14. post med. & num. 4. vers. 3. apparet fol. 15. vbi refert verba Couar. in locis præcitatis. Surd. decis. Mantua. 89. num. 24. & seqq. Magon. decis. Florentin. 25. num. 9. in fine.

232 NONA est opinio (& illa quidem restricta ad iniurias illatas colore iudicij) quòd in iudicijs veritas excusat à conuitio, & illius pœna, & in hoc conueniunt omnes dicētes, quòd si illata iniuria in iudicio probetur, excusetur iniurians, si vero non probetur, tunc non excusetur, & ponitur exemplum in eo, qui iudicialiter aliquem accusat; & in accusatione accusatum infamat. Is enim si vera dixerit, non solum non punitur, sed etiam præmium, & laudem meretur; secus autem si non vera, prout est tex. ad literam in l. prima, §. sanè, & in §. fin vero, & ibi glos. in verbo, *sanè*, Iacob. Butrig. in summario C. de famos. libell. item glos. in l. eum, qui nocentem in verbo, *infamauit*, ff. de iniur. Alius tex. in l. si quidem, & ibi glos. in verbo, *si perseueret*, & in verbo, *recessit*, C. eod. Alber. in l. si non conuitij, numero 1. C. de iniur. in versic. nota, quòd fides veri, & numero nono, versic. Alij dicunt, & versic. D. Oldrad. & ibi etiam Cyn. num. 12. versic. Alij dicunt quòd licet. Hostien. in summa de iniur. & damno dat. §. contra quos. versic. quòd si voces, vbi ponit exemplum, quando quis obijcit infamiam alicui promouendo, vel agenti ad hæreditatem tanquam legitimo, opponet quòd est spurius Ioan. Fab. in l. tertia, numero tertio, versic. & hoc nisi in iudicio. C. de iniur. Abb. in cap. cum te, numero 26. vers. tertia fuit opinio, & numero 28. vers. ipse vero, de re iud. & ibi etiam Felyn. numero 18. in fine, in quarta fallen. Hostien. in cap. fina. numero quarto, vers. quid si aliquis extr. de iniur. & ibi etiam Ioann. Andr. numero 5. Anton. de Butr. num. 1. Abb. numero 5. & Marian. Socin. nu. 20. vers. primo casu, & numero 21. & 23. versic. circa secundum Ioan. Andr. ad Specul. in titu. de iniur. in princ. in additione magna vers. glos. 11. in tertia opinione, & verum infra vers. posse autem sic rite distingui. Oldrad. cons. 53. post num. 1. colum. 1. in princ. & colum. 2. num. 2. vers. si in iudicio. Azzo in summa de libellis famosis, numero 2. in fine Augustin. ad Ang. de malef. in glos. verba, *iniuriosa*, num. 3. in fine, Roman. cons. 96. num. 1. in prima opinione, & numero 2. in tertia opinione, & d. numero 2. in quinta opinione ipsius Romani, versic. primo casu Adden. ad Capell. Tholos. decis. 410. nu. 2. vbi quòd ita communiter tenetur. Diaz. reg. 784. in quarta fallen. Boer. cons. 4. num. 34. & 37. vbi de communi. Socin. consilio 118. numero 4. & 5. lib. 1. vbi latè comprobat hanc conclusionem, & loquitur etiam in accusatione ciuili, pro interesse partis. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. numero 4. & 5. Boss. in tit. de iniur. numero 3. versic. Et hanc conclusionem & d. num. 3. in fine vers. Aduerte tamen. Andr. Gayl. obseru. 99. numero 7. par. 2. & obseru. 101. in fine, ead. par. 2. Eman. Suarez. in commun. opin. litera I. num. 74. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 137. numero 5. lib. 1. secunda par. 1.

par.1. Magon. decis. Florentin. 25. num. 9. vbi quòd in iudicio veritas conuitij excusat, & in hoc omnes conuenire testatur, & faciunt, quæ latius dixi in materia accusatoris, & calumniatoris tit. de accusat. quæst. 16. vbi ad satuitatem tractaui an, & quando iniuriarum actione teneatur, seu alia pœna accusator qui suam non probauit accusationem.

233 Et ex hac noua conclusione infertur, quòd si quis excipiendo contra testes actorem, vel accusatorem ipsos infamauerit, pariter & actione iniuriarum tenetur, si infamatoriam exceptionem non probauit; secus autem si illam probauit secundum Alber. in l. si non conuitij, num. 11. versic. Quid si opponitur in modum exceptionis, & num. 12. & ibi etiam Salyc. colum. fin. in fine, num. 6. C. de iniur. Ioan. Fab. in §. iniuria autem, sub num. 3. in fine, Instit. eod. Anchar. in cap. cum dilecto, num. 2. & seqq. de ordine cognitionum. Vbi sic ad partes disputato articulo hanc firmat conclusionem, & respondet contrarijs. Abb. in cap. cum te, num. 28. vers. siue excipiendo, de re iud. Hostien. in c. fi. num. 4. vers. Idem est si hoc faciat excipiendo, extr. de iniur. & ibi etiam Ioan. Andr. post num. 5. Ant. de But. post num. 1. Abb. num. 5. versic. idem si repellam te à testimonio, & Marian. Socin. num. 20. vers. & idem dicendum est, & num. 25. vers. & hoc procedit etiam, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de iniur. in princ. in additione magna vers. & hoc intellige siue agendo, siue excipiendo. Oldrad. cons. 53. num. 6. & omnibus seqq. Vbi latè comprobat, refert contraria, & illis respondet Pract. Beluis. lib. 1. c. 6. num. 4. & 7. Augustin. ad Angel. de malef. in gloss. verba iniuriosa, num. 4. Idem Ang. de malef. ibidem num. 16. Quamuis Salycet. ibidem allegatus per August. in addit. contrarium dixerit. Adden. ad Capell. Tholos. decis. 410. num. 2. vers. Sed quid pone aliquis. Vbi quòd ita communiter tenetur. Boer. cons. 4. num. 21. 22. 23. 37. & 38. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc opinionem testatur communem. Et loquitur non solum in excipiente contra testes, sed etiam in excipiente contra illum qui intendit promoueri ad aliquod officium, vel dignitatem; Socin. cons. 118. num. 4. & 5. per totum lib. 1. Vbi latè comprobat & consil. 146. num. 9. 11. & seq. eod. lib. 1. Iodoch. in pract. crim. cap. 136. num. 2. & sequen. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. num. 6. Boss. in tit. de iniur. num. 4. post princ. vers. sed aduerte. Vbi quòd ita loquantur Doctores, & quòd propterea errauit Ias. qui dixit in l. fi. ff. quod cuiusque iuris, Doctores tenere contrarium, videlicet, quòd non teneatur proponens exceptionem infamatoriam, etiam quòd illam non probauerit; Et licèt postea pro defensione Iasonis multa adducat; fatetur tamen contra eum, esse communem opinionem, prout etiam eam communem testatur ibidem, num. 21. Pract. Conrad. titu. de iniurian. num. 16. folio 406. in fine, Villalob. in commun. opin litera A. num. 29. Andr. Gayl. obseruat. 101. nu. 6. & seq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs testatur de communi in §. iniuria, num. 16. vers. item quæro in fine; Eman. Soarez in commun. opin. litera I. num. 74. Surd. decis. Mantuan. 89. num. 2. Vbi tamen per totam illam decisionem multa deducit ad excusationem illius, qui in iudicio crimen obiecit, & non probauit, & ab hac communi Doctorum sententia in iudicando non recedas.

234 Quamuis de consuetudine Franciæ excipientem non puniri etiam quòd famosam exceptionem propositam nó probauerit, testetur idem Boer. d. cons. 4. num. 49. & ita ẽt apud eum bis iudicatum fuisse affirmet Andr. Tachin. con

235 trouer. iuris lib. 9. c. 13. Vbi hanc contrariam opinionem, tanquam de iure veriorem à contrarijs iuribus defendit. Et quamuis etiam si excipiens non fuerit pertinax in probando, quòd tunc excusandus sit multum sibi æquum videri dixerit Additionator ad Capell. Tholos. decis. 410. num. 2. vers. sed pone aliquis.

236 Et ad præmissam illationem aduertè, quòd licèt pro cautela nonnulli, ex præcitatis Doctoribus, ac alij relati per Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 127. num. 6. vers. vtile tamen consilium est, dicant tutius esse, quòd excipiens protestetur se sic excipere non animo iniuriandi, &c. tacitè sentientes, quòd stante tali protestatione excusentur etiam, quòd non probauerint, secundum Gu-

237 liel. Bald. & Ang. in l. fi. ff. quod quisque iuris; Verius tamen est, quòd talis protestatio nihil suffragetur secundum Boer. in d. consil. 4. sub num. 21. & seqq. & d. num. 37. & seq. & ante eum Pract. Beluis. capitu. 6. num. 7. Socin. consil. 118. sub num. 4. & 5. in discursu per totum. Vbi benè comprobat hanc opinionem, & respondet contrarijs, lib. 1. & d. num. 5. colum. 4. in fine, versic. ad vltimam respondetur, testatur de cõmuni opinione, & est de mente Iodoch. in pract. crim. cap. 136. num. 2. Vbi hanc protestationem excusabilem admittit, quando in iudicio inferuntur, ergo secus videtur sentire si non inferuntur vera. Boss. in tit. de iniur. num. 4. post med. vers. & ideo fortè iuncto versic. communis est. Vbi testatur de communi opinione. Pract. Conrad. tit. de iniurian. nu. 16. fol. 407. Andr. Gayl. obseru. 101. num. 6. & 7. par. 2. Vbi de communi. Surd. decis. Mantuan. 89. nu. 3.

238 Ex eo enim, quòd quis non probat exceptionem oppositam, præsumitur iniuriandi animus, quo stante color iudicij non iuuat excipientẽ Salyc. in l. si non conuitij col. fi. in fine, C. de iniur. Pract. Beluis. in princ. lib. 1. tit. de iniur. cap. 6. num. 7. Angel. de malef. in glos. verba *iniuriosa*, num. 16. Socin. cons. 118. num. 5. colum. 4. vers. aut constat quòd animo nocendi, & d. colum. 4. in fine, vers. ad vltimam respondetur lib. 1. & cons. 146. nu. 12. ad med. lib. 1. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. decis. 123. nu. 6. vers. sed pone. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 137. n. 5. in fine, lib. 2. par. 1. faciunt generaliter tradita supra nu. 227. in 6. opinione. Vbi de iniuria extraiudiciali secundum veritatem illata, sed cum animo iniuriandi.

239 Et tunc præcipuè dicitur illata iniuria in iudicio animo iniuriandi, quando infertur aliquod cõuitium, quòd non faciat ad propositum libelli, seu causæ, de qua tractatur secundum Marian. Socin. in cap. fin. num. 22. extr. de iniur. & faciunt tradita per Couar. variar. resolut. cap. 11. num. 6. versic. tertiò ad præmissa, & vers. tertium ex his apparet. Petr. à Plach. in epito. delict. cap. 1. num. 3. versic. præsumptionis, & coniecturæ, & num. 4. versic. secundo ex his apparet. Boss. in tit. de iniur. nu. 4. Vbi quòd Aduocatus potest obijcere conuitia in alteram partem, quantum poscit vtilitas causæ, per tex. in l. quisquis, & ibi gl. in verbo *vtilitas*, C. de postulan. Ergo vbi vtilitas causæ non poscit; talis obiectio tanquam facta malo animo non admittitur. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 137. sub nu. 5. & post nu. 7. lib. 2. par. 1.

240 DECIMA est opinio (& illa quidem restricta ad iniurias illatas per memoriale.) Quòd porrigens Principi memoriale, in quo aliquem infamet, iniuriarum actione tenetur tex. in l. item apud Labeonem, §. si quis libello, ff. de iniur. dum ibi dicitur. *Si quis libello dato, vel Principi; vel alij famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum erit agendum, vt Papinianus ait*, Socin. consil. 118. num. 5. colum. 3. in fine, vers. hoc idem probat text. Vbi loquitur quando contenta in memoriali Principi porrecto non probantur. lib. 1. secus autem si probentur secundum Boss. in titu. de iniur. num. 4. post princ. versic. sed dic iuncto versic. sed aduertè. Pract. Conrad. titu. de iniurian. num. 15. in fine versic. & dic fol 406. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 34. & 61. allegans Felyn. in consil. 46. inter consil. crimin. diuersor. tomo 2. Bertazz. consil. 214. Paseth. consil. 183. Purpurat. consil. 524. qui omnes præsupponunt iniuriarum actione teneri eos, qui contra veritatem alios diffamant in supplicationibus Principi porrectis. Quamuis ex pluribus causis, de quibus ibi per eos illos fore excusandos crediderint, prout etiam credidit, & latè comprobat Honded. in consil. 112. per totum. Vbi primo loco benè probat quòd porrigens Principi memoriale; quo petat committi Iudici, vt quis pro aliquo delicto puniatur, non comprænhenduntur sub edicto puniente scribentes libellum, litteras, cartellum, aut aliam scripturam in alterius infamiam, & ignominiam, ex quo tale edictum intelligi debet de extraiudiciali scriptura, & diffamatione,

tione; non autem de iudiciali, ſeu coram Principe, ac deinde plura adducit ad excuſationem illius, qui non probauit contenta in memoriali, ſed non potuit tantum dicere, quin ille in cuius caſu conſuluit, fuerit condemnatus in pœna pecuniaria, vt ibi in fine conſ. fit mentio. Ad quæ vide omnino eundem Bertazz. in conſ. 390. per totum. Vbi pluribus probata illa concluſione, quòd porrigens Principi preces ſeu ſupplicationem, in qua petat aliquem pro iuſtitia caſtigari pro delictis per eum commiſſis, aut quid ſimile iniuriarum actione non teneatur, poſtea declarat illam procedere, quando obiecta delicta vera ſunt, & probentur; ſecus ſi non ſint vera aut non probentur, immò, hanc iniuriam attrocem exiſtimat, ex quo eſt illata coram Principe iuxta trad. infra num. 188. Et vide etiam Magon. deciſ. Florentin. 25. per totam. Vbi loquitur quando ſupplicans vera exponit in ſupplicatione, & concludit tunc ſupplicantem non teneri actione iniuriarum. Claud. ad Bertazzol. in conſil. 152. litera D. Vbi refert Bertazz. vbi ſupra conſulentem non excuſari ab iniuria ſubditos, qui Principi ſuperiori contra ſuum Dominum expoſuerunt crimina non vera. Quamuis hoc fecerint cum proteſtatione, & per verba credulitatem demonſtrantia, quia ſi ignorabant verè, non debebant aſſeuerare, dicitque iſto caſu iniuriam reputari atrociorem, ex quo falſa narratio fuit facta coram ſupremo Principe.

241 VNDECIMA eſt opinio, & illa etiam reſtricta ad libellum famoſum, quòd libelli famoſi pęna habet locum etiam, quòd quis in eo verum dixerit. tex. in l. 1. C. de famoſ. libel. Vbi verum dicens in libello iudicialiter porrecto non tenetur, ſecus ſentiens ſe grauatum in libello famoſo extraiudicialiter publicato, & ibi glo. in verbo ſanè. Iacob. Butrig. in ſummario. Bald. num. 1. & voluerunt Bellapert. in l. ſi non conuitij, colum. 2. verſic. Item ꝙ dixi C. de iniur. Alber. ibidem nu 9. poſt med. verſ. ſi extra iudicium. in cap. cum te, num. 28. ad finem verſ. ſecundo caſu & num. 29. etiam in fine de re iud. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iniur. in princ. in addit. magna verſ. ſecundo caſu, aut fit per libellum famoſum. Oldrad. conſ. 53. num. 2. verſ. ſi per libellum. Azzo in ſumma de famoſis libellis, nu. 2. in fine, Roman. conſil. 96. nume. 2. colum. 2. verſ. ſecundo vero caſu Alex. de Neuo conſ. 82. num. 5. ad med. verſic. allegat etiam Boſſ. in tit. de iniur. num. 4. poſt princip. verſ. Nec obſtat l. 1. C. de famoſ. libell. Vbi quòd ita dicunt omnes, & d. nume. 4. ante finem verſ. aduertè tamen. Vbi dixit in hoc non reperiſſe contradicentem. Couar. variar. reſolut. lib. 1. cap. 11. num. 6. circa med. verſ. ſecundo eadem ratione. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. num. 5. & cap. 3. num. 3. verſ. Verum præmiſſa omnia. Vbi teſtatur de recepta opinione Carauit. ſuper rit. Magnæ Curiæ, vltimo nume. 24. Baiard. in addit. ad Clar. quæſt. 68. poſt num. 62. Iacob. de Graff. deciſ. caſ. conſcien. 7. num. 23. & ſequent ib. lib. 2. par. 2. & de communi teſtatur etiam Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. verſ. Vnum tamen eſt. Baiard. in addit. ad Clar. in pract. §. fi. q. 68. num. 62. verſic. Item adde Claud. in addit. ad Bertazzol. conſil. 237. litera D. verſ. quarto Plotus &c. Vbi aſſerit ſemper ſibi viſam ridiculam contrariam opinionem, etiam quòd libellus contineat ea, quæ Reipublicæ ſciri expediat; & cum hac opinione concordat Bulla Pij Quinti 155. in ordine par. 2. Bullarij.

242 Contrarium videtur voluiſſe Spec. in titu. de iniur. §. 1. num. 3. verſic. Item quòd cantaſti, iuncto verſic. Item quòd ſum homo honeſtus. Angel. in l. lex Cornelia, §. ſi quis liberam, num. 4. verſic. ſi tamen ipſe vellet oſtendere ſe dixiſſe verum, ff. de iniur. Vbi tamen loquitur quando expedit Reipublicæ popalari conuitium deſcriptum in libello famoſo, & in l. eum, qui nocentem, in princ. num. 3. ff. eod. Videtur de mente Petr. de Bellapert. in l. 1. C. de famoſ. libell. Aliter intelligendo illum tex. quam intellexerint gloſſ. & alij præcitati Doctores, videlicet, quòd ſi is, qui fecit famoſum libellum, dicat, ſe dixiſſe verum; & hoc probet ſolemniter non puniendus ſed laudandus eſt, vt ibi per eum cuius opinionem dixit veriorem Cyn. ibidem; Nec diſſentire videtur Ang. pariter num. 1. Vbi licèt faciat concluſionem, quòd ſeribens famoſam cantilenam contra aliquem, teneatur pœna illius legis, ſiue dicat verum, ſiue falſum, hoc tamen videtur limitare, niſi ea, quæ ſunt deducta in libello famoſo, deducat in iudicio, & prober Salyc. in princip. & numero 1. Addo pro eadem contraria opinione Boniſ. de Vitallin. in titu. de iniur. nume. 12. & in titu. de libell. famoſ. num. 1. verſ. ſi verum non erat, iuncto num. 3. Plot. conſ. crimin. diuerſor. 131. num. 5. & ſeqq. libro 1. Vbi amplius dicit, num. 14. ſufficere, vt contenta in libello famoſo probentur per eundem teſtem; quòd alij Doctores contrarium voluerint, videlicet veritatem conuitij non excuſare à pœna libelli famoſi, excuſandus tamen eſt adhuc is, qui vera dicit in libello famoſo credens ſe ſic facere poſſe fretus authoritate Doctorum, qui hanc contrariam tenent opinionem, & in hac opinione reſidere videtur Boer. conſil. 4. num. 35. iuncto num. 46. & ſeqq. Quando tamen agitur de conuitio, quod Reipublicæ expediat ſciri, & notum eſſe, Iodoch. in pract. criminal. cap. 125. num. 4. Boniſ. de Vitallin. in titu. de famoſ. libell. num. 3. & videtur de mente Pet. de Bellapert. in §. 1. num. 9. ad finem & num. 10. Inſtitu. de iniur. Vbi tamen loquitur, quando libellus famoſ. continet delictum, de quo quis accuſari poteſt iuxta trad. ſupra num. 225. Emil. Ferret. ibidem, & Ioann. de Platea num. 8. & 13. in fine. Vbi pariter loquitur, quando libellus famoſus continet delicta, quæ ſciri Reipublicæ expediat. iuxta trad. ſupra num. 227. Lancell. in tract. de duell. concluſ. 20. num. 1. Bonacoſſ. in commun. opin. crimin. par. 1. verſic. libelli famoſi Author. fol. 108. colum. 1. in fine, & videtur de mente Clari in pract. §. fina. quæſt. 68. num. 26. verſ. libelli famoſi author, ſumpto ex eius dictis argumento à contrario ſenſu. Burſatt. conſ. 94. num. 3. verſ. & aduertatur. Vbi refert, & ſequitur Plot. in loco præcitato num. 29. Vbi de communi. Andr. Tachin. controuer. iuris lib. 9. c. 11. vbi & hanc ſententiam à contrarij s defendit.

243 Et hæc contraria opinio videtur procedere de iure canonico, & eam Canoniſtis placere ſcripſerunt Alber. in l. ſi non conuitij, num. 9. poſt med. verſic. Canoniſtæ tamen. Fab. de Monteleone in praxi arbitrar. fol. mihi 323. num. 1049. verſic. niſi veller probare. Abb. in cap. cum te, num. 28. ad finem poſt verſic. ſecundo caſu, &c. de ſent. & re iud. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de iniur. §. 1. in addit. magna. Idem Oldrad. d. conſil. 53. num. 2. colum. 2. verſic. aliqui tamen. Aufrer. ad deciſ. Tholoſ. 127. num. 6. in fine Summa Silueſtrin. in rubr. de libell. verſic. & hoc eſt, & verſ. aduertendum eſt; Vbi videtur reprobare Summam Angel. contrarium tenentem, & loquitur quando libellus famoſus continet delictum, quòd expedit Reipublicæ notum eſſe, & probatur in cap. 1. & 2. quinta quæſt. 1. & ibi gloſ. in d. c. 1. in verbo *de prima*, & in verbo *incurrere*, & ibi etiam Archid. num. 1. & 2. Vbi tamen refert in hoc contrarias antiquorum opiniones. Turrecrem. in cap. de prima, & in d. cap. 1. incip. qui in alterius ead. cauſ. 5. quæſt 1 in diſcurſu & in d. cap. 2. Vbi ſi prius hanc firmat opinionem, prout etiam eam firmat Præpoſ. Alexandrin. in d. cap. 1. & 2. Bellamer. in d. cap. de prima. Vbi refert dicta per Archid. eo loci.

244 Verum quòd etiam de iure canonico veritas conuitij non excuſet in crimine libelli famoſi, faciunt, quæ dixi infra num. 13. opinio, & ſcripta per Ang. in ſumma in verbo *libellus famoſus*, ad finem verſ. ſi vero vellet probare, & per Iacob. de Graff. in deciſ. caſ. conſcien. 17. num. 27. & ſeqq. lib. 2. par. 2. & in hoc dicant Doctores, quicquid velint, ſemper mihi durum fuit credere, quòd iura ciuilia, ſeu canonica permittant poſſe per libellum famoſum famæ, & honoris alterius detrahi; & poſt detractionem ad effugiendum pœnas poſſit idem detrahens dicere ſe velle probare contenta in libello eſſe vera; & propterea non immeritò iſta controuerſia fuit ſublata per illum

illum Sanctissimum Pontificem Pium Quintum in eius constitutione 155. de qua in 2. part. Bullarij, & in folio mihi 1162. in qua cauetur pœnam libelli famosi locum habere etiam quòd in eo vera fuerint expressa.

245 DVODECIMA est opinio (& illa quidem restricta ad iniuriam emanatam contra prouocantem.) Quòd licèt prouocatus ex iniuria sibi illata inferendo prouocanti aliam iniuriam non euadat pœnam prout dixi infra num. 306. & seq. Si tamen illata iniuria vera sit nullo modo punitur propter præcedentem prouocationem, secundum Marian. Socin. in cap. fin. num. 21. in fine extr. de iniur. & latius per Bolognet. in l. vt vim nu. 94. sub vers. sed ego puto. Vbi benè comprobat hanc conclusionem, & vers. 2. casu ff. de iust. & iur. Vbi amplius, quòd si ex quo quilibet præsumitur bonus, & non malus. Iccirco præsumatur in dubio, quòd vnusquisque dicat falsum; propterea oportebit quòd vterque probet dictum suum, faciunt scripta per Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 22. Vbi dixit, quòd non datur actio iniuriarum contra secundum iniuriantem, quando is iniuriam intulit ad propulsandum primam iniuriam, prout videtur facere, quando dicit verum, quo casu non creditur primo iniurianti, prout considerauit Bolognett. in loco præcitato. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 206. num. 13. Vbi dicit se habuisse de facto in quadã causa, in qua quidam Fabius Dulcius prouocatus dixit suo Procuratori quòd erat traditor, ex quo demonstrauerat suos articulos parti aduersæ, & quia verum dixerat, fuit per sacrum Consilium absolutus, quamuis per plures sententias fuerat condemnatus in pœnam ducatorum 200. sequitur Viui. opin. 2. num. 6. in fine, & 3.

246 DECIMATERTIA est opinio, quòd de iure canonico iniurians tenetur indistinctè, etiam quòd verum dixerit, extraiudicialiter tamen, & illud quòd dicit intersit Reipublicæ sciri; Et hoc quia extraiudicialiter infamando videtur habere iniuriandi intentionem, quæ facit quẽ iniuriarum pęna teneri, & etiam quia prius semper caritatiua monitio præcedere debet, secundum Io. Fab. in §. iniuria autem post nu. 4. instit. de iniur. Vbi quòd ita dicunt Doctores iuris Canonici, & ita etiã attestatur Nicas. ibidem nu. 4. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. c 66. aliàs 60. rubr. de maledic. litera C. vers. illud equidem, vbi non solum testatur de communi opinione, sed etiam, quòd hoc est expeditissimum de iure Pontificio, & propterea non vulgariter notandum in tribunalibus Ecclesiasticis. Alexan. de Neuo cons. 82. num. 4. & 5. Vbi de communi, prout etiam illum refert Clar. in pract. §. iniuria, nu. 16. vers. item quæro in fine; Quid autem in libello famoso, vide an in eo veritas conuitij excuset dixi supra num. 241. & seqq. in 8. opinione.

247 QVID DICENDVM in tanta opinionum varietate? Dic quòd aut sumus in iudicio, aut extra iudicium, si in iudicio, dic quòd veritas conuitij excuset; secus ècontra, si exposita conditio non probatur, prout dixi supra in 9. conclusione, num. 232. & seqq. & in 10. opinione, num. 240. Vbi præcipuè de iniuria illata in memorialibus Principi porrectis.

248 Si verò sumus extra iudicium, & tunc aut iniuria illata est per libellum famosum, & in scriptis, aut verò sine libello, & scriptura. Primò casu indistinctè teneo, quòd tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, veritas conuitij non excuset, prout dixi supra in vndecima, & decimatertia opinione, num. 241. & seqq. & num. 246. & ita seruatur in practica tam in foro sæculari, quàm in Eccclesiastico, licet de stricto iure res non transeat sine difficultate, ex allegatis supra num. 242. & seq.

249 Secundò vero casu aut iniuria infertur à prouocato cum alia iniuria, aut à non prouocato, si à prouocato, dic, quòd veritas excusat, vt dixi supra in 12. opinione, num. 245.

250 Si verò iniuria infertur à non prouocato, & tunc dicas, quòd si illa illata sit sine causa, & animo iniuriandi, tunc inquam veritas non excusat etiam quòd Reipublicæ expediat eam notam esse, ac etiam quòd conuitium illatum prouenisset culpa iniuriati, & de eo possit accusari, prout dixi supra in 6. opinione, num. 227. & in 8. opinione, num 231.

251 Si vero iniuria fuerit prolata cum causa, & sine animo iniuriandi, & tunc veritas excusat, prout dixi in dicta 8. opinione, eodem num. 231.

252 Animus autem iniuriandi desumitur, quando conuitium est notorium, vt dixi supra in septima opinione, num. 230.

ARGVMENTVM.

Iniuria vni facta an alteri facta censeatur; ita quòd vnus possit pro iniuria alterius nomine suo proprio agere.

SVMMARIVM.

Iniuria facta vni censetur etiam facta alteri ratione affectus existentis inter iniuriatum, & illum alterum, num. 253.

Iniuria facta filio censetur facta Patri, nu. 254.

Pater agere potest nomine proprio pro iniuria facta filio, numero 255. Declara, vt possit agere actione iniuriarum pratoria, secus autem actione ciuili descendente ex lege Cornelia, num. 256.

Iniuriarum actio an, & quando competat Patri potius, quàm filio, & ècontra, num. 257.

Pater quando possit remittere iniuriam factam filio ipso ignorante, aut inuito, nu. 257. vers. an, & quando.

Filius non potest agere pro iniuria facta patri, nu. 258.

Pater non potest agere pro iniuria facta filio emancipato, num. 259. contra, num. 260.

Pater non potest agere pro iniuria facta filio naturali, nu. 261. contra, num. 262.

Iniuria facta filio non censetur facta Patri, quando iniurians ignorabat iniuriatum esse filiumfamilias, nu. 263.

Iniuriarum æstimatio, quando facienda sit, quando pater agit pro iniuria facta filio suo, num. 264.

Iniuria facta seruo censetur facta Domino, nu. 265.

Dominus potest agere pro iniuria facta seruo suo, nu. 266.

Iniuria leuis, si fuerit facta seruo, non potest pro ea, nec seruus, nec dominus agere nisi fuerit facta in contumeliam Domini; Tunc enim non agit seruus, sed Dominus proprio nomine, sed si iniuria est atrox, & est facta in contumeliam Domini, tunc sine dubio Dominus potest agere nomine proprio; sed quid si non fuerit illata in contumeliam Domini, numero 267. & seq.

Iniuria quando censeatur facta in contumeliam Domini, numero 268.

Iniuria facta vxori censetur facta marito, nu. 269.

Iniuria illata vxori magistratus, an puniatur eadem pœna, qua punitur iniuriam inferens ipsi magistratui, nu. 269. in fine.

Maritus potest agere nomine proprio pro iniuria facta vxori sua, num. 270.

Iniuria facta sponsa, censetur etiam facta sponso, & pro ea sponsus agere potest nomine proprio, nu. 271.

Iniuria facta nurui censetur facta socero, & pro ea socer agere potest nomine proprio, nu. 272. & quid si in agendo concurrant pater vxoris, & socer, quis eorum præferri debeat, nu. 273.

Iniuria facta marito non censetur facta vxori, nec pro ea vxor agere potest, nu. 274. Declara, vt num. 275.

Iniuria facta vxori non censetur facta marito, quando is qui iniuriam intulit, ignorabat iniuriatam esse vxoratam, nu. 276.

Iniuria facta famulo censetur facta Domino, nu. 277.

Dominus potest agere nomine proprio, pro iniuria facta famulo, sed quando hoc verum sit quæst. 105. nu. 278. & seq.

Iniuria facta procuratori, vel negotiorum gestori, non censetur facta principali Domino, num. 280. nisi fiat præsente Domino, numero 281. vel nisi fieret tempore, quo procurator, seu negotiorum gestor

geſtor ſtat in executione ſui officij, vel exercitij, nu. 281. vel niſi fuerit facta in contumeliam Domini, nu. 283.
Iniuria facta diſcipulo, an & quando cenſeatur facta Magiſtro, & pro ea ipſe Magiſter agere poteſt nomine proprio, num. 284. & ſeq.
Iniuria facta ſocio itineris an, & quando cenſeatur facta alteri ſocio, num. 286.
Iniuria facta vni conſorti an, & quando cenſeatur facta alijs conſortibus, num. 287.
Iniuria facta coniuncto, ſeu conſanguineo cenſetur facta omnibus alijs de eodem ſanguine, & cognatione, num. 288. & ideo quilibet coniunctus, & de eodem ſanguine poterit nomine proprio criminaliter agere contra iniuriam inferentem Ciuiliter autem non, niſi iniuria fuerit facta in contumeliam coniuncti agere volentis. nu. 289. Quæ omnia declarantur procedere in coniunctis vſque ad ſextum gradum, non autem vlterius, nu. 290.
Iniuria facta Clerico cenſetur facta Epiſcopo, et Eccleſiæ, & propterea poteſt Epiſcopus, & prælatus pro ea nomine proprio agere, nu. 291. Vbi declaratur.
Epiſcopus quando poſſit remittere iniuriam factam Clerico, vel ſuæ Eccleſiæ, num. 292.
Iniuria facta Epiſcopo, vel Prælato, cenſetur facta Eccleſiæ, nu. 293.
Epiſcopus poteſt remittere iniuriam ſibi illatam quantum ad ſuam perſonam, ſed non quoad Eccleſiam, nu. 294.
Iniuria facta Monaco, & religioſo regulari cenſetur facta Abbati, Monaſterio, & Eccleſiæ, num. 295. & ſeq. Vbi declaratur hæc materia.
Monaci an, & quando poſſint remittere iniurias ipſis illatas, num. 296.
Iniuria facta Ciui cenſetur facta Ciuitati, & de materia, nu. 297.
Iniuria facta colono cenſetur facta Domino, & de materia, nu. 298.
Iniuria facta vaſſallo cenſetur facta Domino, num. 299. Declara dummodo fuerit facta in contumeliam Domini, alias ſecus, nu. 300.
Dominus non poteſt agere ciuiliter pro iniuria facta ſuo vaſſallo, niſi fuerit facta in eius contumeliam, criminaliter autem poteſt, nu. 300. & ſeq.
Iniuria facta vni de collegio, ſeu vniuerſitate, cenſetur etiam facta ipſi Collegio & vniuerſitati, nu. 302. Declara, vt nu. 303.
Iniuriarum actio vbi pluribus competit, per vnum intentata non impedit, quin alius agere poſſit, nu. 304.
Iniuriarum actio non datur alteri, quàm iniuriam paſſo, niſi in caſibus à iure expreſſis, & niſi iniuriatus ſit in poteſtate agere volentis, num. 305.

QVÆST. CV. INSPCT. VI.

253 REGVLA ſit in hac ſexta inſpectione, quòd ratione affectus iniuria facta vni cenſetur ét alteri facta. text. ad literam in l. 1. §. item aut. ff. de iniur. Cyn. in l. non còuitij, nu. 7. in quarta quæſtione, in princip. C. de iniur. Cyrill. in ſumma crim. rubr. 24. §. fina. ſub num. 2. & ex hac regula plures producuntur illationes, de quibus in ſeqq. ampliationibus.

254 AMPLIA I. propoſitam regulam in filio, cui facta iniuria cenſetur facta Patri, l. 1. & l. item aut & l. ſi quis ſeruum, & l. ſeruo autem, §. filio, & l. ſeq. ff. de iniur. Cyn. in l. ſi non conuitij, num. 7. in 4 quæſt. & ibi etiam Alber. num. 5. C. de iniur. idem Alber. in l. lex Cornelia, §. illud, num. 4. & in l. item apud Labeonem, §. ſi vſumfructum, num. 2. ff. eod. tex. in §. patitur, & ibi communiter omnes. Inſtitu. de iniur. Azzo in ſumma de iniur. num. 4. Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. cui detur hæc actio. num. 5. verſic. patitur autem iniuriam. Cyrill. in ſumma crimin. rubric. 24. §. fina. num. 2. & 6. verſic. oſtenditur etiam pater in filio. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 16. Pract. Conrad. titu. de iniurian. num. 5. verſic. item amplia il 2. fol. 403. Anto. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 5.

255 AMPLIA rurſus (& quidem illatiue) præcedentem ampliationem, vt pro iniuria facta filio poſſit pater agere nomine proprio. tex. ad literam, in l. iniuriarum actio, & ibi gloſſ. in verbo *duplici*, Butrigar. in ſummario, & Bellapert. num. 1. & Salyc. in princ. C. de iniur. tex. in §. patitur, & ibi communiter omnes. inſtitu. eod. Anan. in cap. Quintauallis, num. 6. de iureiuran. Marian. Socin. in cap. olim, num. 16. in fine, verſ. inſuper etiam. extr. de iniur. Azzo in ſumma de iniur. num. 10. Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. cui detur num. 5. verſic. vbi verò. Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 47. Vbi quòd quando filia eſt nupta, actio iniuriarum competit tribus perſonis, videlicet Patri, filiæ nuptæ, & eius viro. iuribus ibi per eum allegatis Cyril. in ſumma crimin. rubr. 24. § fina. ſub num. 6. verſic. pater, &c. Pet. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 6. num. 29.

256 Verum declara præmiſſam ampliationem procedere in actione iniuriarum prætoria: ſecus autem in actione iniuriarum ciuili deſcendente ex l. Cornelia. Primò enim caſu agit pater nomine proprio. ſecundo autem nomine filij. Sic enim probat mihi tex. in d. l. lex Cornelia, §. illud quæritur. & ibi Alber. num. 1. iuncta l. pater. & vtrobique gl. ff. de iniur. Hoſtien. in ſumma de iniur. num. 4. verſ. forte, & in his caſibus. Bonif. de Vitallin. in titu. de iniur. nu. 5. & 37.

257 Ad quam materiam an ſcilicet, & quando iniuriarum actio competat patri, potius quam filio, & ècontra, & quo modo, vide tex. & ibi gl. & Doctor. in l. ſed ſi vnius, §. ait Prætor, vſque ad finem legis, ff. de iniur. & in l. eum qui nocentem, §. ſi nupta, ff. eod. Alber in d. l. eum, qui nocentem, §. cum aliquis Azzo. in ſumma in tit. de iniur. num. 10. Vbi ponuntur plures caſus; in quibus patri nõ datur actio pro iniuria facta filio. Hoſtien. in ſumma eod. titu. §. cui detur num. 5. per totum.

Et an, & quando pater poſſit remittere iniuriam factam filio etiam ipſo ignorante, aut inuito, vide quæ dixi in 1. par. tit. de accuſat. quæſtio. 14. num. 34. & ſeqq. Quibus adde Bart. & ibi Addentes in l. ſi ante §. filiofamilias, & ibi etiam Alber. num. 2. & ſeqq. & Ang. num. 1. & ſeqq. ff. de iniur. & vide etiam eundem Alber. in l. lex Cornelia, §. illud, ff. eod. Vbi diſtinguit inter actionem iniuriarum ciuilem, & prætoriam. Marian. Socin. in cap. olim, num. 40. & ſeqq. Vbi latè præſertim ſtante Statuto, quòd per pacem habitam minuatur pœna. Specul in titu. de iniur. §. 1. num. 12. Azzo. in ſumma de iniur. num. 10. verſic. hodie vero. Pract Beluiſ. lib. 1. c. 3. rub. de iniur. Vbi an pater poſſit agere, ſi filius remiſit iniuriam ſibi factam, & dicit quòd ſic, quia vnius remiſſio non præiudicat alteri, & num. 42. & ſeqq. Vbi generaliter quando remiſſa actione per patrem filius poſſit agere, & ibi Doctor Baert. in addit. in verſ. filius non poteſt agere Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 6. num. 19. Anto. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 6. ad finem.

258 LIMITA I. hanc primam ampliationem, quia non ècontra, filius poteſt agere pro iniuria facta patri, ſecũdum Beluiſ. in pract. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. nu. 45 Surd. deciſ. Mantuan. 89. nu. 12. ante finem.

259 LIMITA II. eandem primam ampliationem in filio emancipato, pro cuius iniuria pater agere non poteſt, ſecundum Cyn. in d. l. ſi non conuitij, nu. 8. & Ang. in l. 1. §. item aut in princip. ff. eod. & ita Doctores tenere teſtatur Ioan. Fab. in l. 2. nu. 2. C. eod. & in §. patitur nu. 1. Inſtit. eod. Vbi reprobat, gl. ibi contrarium tenentem, & cum Fabro etiam pertranſit Aret. ibid. poſt nu. 3. Nec diſſentit Nicaſ. nu. 4. in 2. notab. & eſt de mente Bonifac. de Vitalii. in tit. de iniur. ſub num. 3.

260 Contrarium poſt Dyn. videtur voluiſſe Alber. in d. l. ſi non còuitij, nu. 6. & fuit opinio gloſſæ in §. patitur autem, verſ. itaque in verbo *ſed etiam patris*, Inſtit. eod. Quam ét ſequi videtur Salyc. in l. 2. verſ. quæro igitur. C. eod. Beluiſ. in pract. lib. 1. c. 3. rub. de iniur. num. 46.

261 LIMITA III. in filio naturali, ſecundum Ang. in d. l. 1. §. item aut in princ. ff. de iniur. Nicaſ. in §. patitur. nu. 4. verſ. ſic etiam pater. Inſtit. de iniur.

262 Contra poſt multa hinc inde adducta videtur concludere Alber. in l. lex Cornelia, §. illud, nu. 4. ff. de iniur. Beluiſ. in pract. lib. 1. c. 3. rub. de iniur. num. 46.

263 LIMITA IIII. eandem primam ampliationem proce-

procedere dummodo iniurians sciuerit iniuriatum esse filiumfamilias,& in potestate alicuius, licet non sciuerit in cuius potestate esset; secus si hoc ignorauerit, credideritque,iniuriatum esse patremfamilias, quia tunc cum nõ habuerit animum patri contumeliam inferre, iccirco nec patri nomine proprio iniuriarum actio competit. l. eum qui nocentem, §.fin.ff.de iniur.& voluit Aret.in §.patitur num.2.vers.si ergo credidit. Institu. de iniur. sequitur ibidem Nicas.num.2. Azzo in summa de iniur. num.9.vers. Hoc ita, &c. Hostiens. in summa eod. titu. §. cui detur, num.5.vers. hæc ita si sciebas, Bonifac.de Vitalin. titu.de iniur.num.57.

264 LIMITA V. quia non est facienda eadem æstimatio iniuriæ,quando agit pater,sicut quando agit filius, text.in d.l.seruo.§.filio.ff.de iniur.

265 AMPLIA II. huius sextæ inspectionis regulam in seruis, quibus facta iniuria ipsis Dominis facta censetur, tex.in l.1.§.item aut, ff. de iniur. & in l.item apud Labeonem.§.interdum,& in l.si stuprum, & l.seq.ff.eod.Cyn.l.si non conuitij, nu.7.in 4.quæst.& ibi etiam Alber.nu.5. C. eod.Cyrill.in summa crim.rubr.24.§.fina.num.2.& 6.versic.offenditur etiam, Petr.à Plach.in epit.delict.lib.1.cap. 6.num.15.Pract.Corrad.tit.de iniurian.num.5.vers.item amplia,il 2.fol.403. Anto.Gomez. de delict.cap.6.rubr.de iniur.num.5.

266 Et ideo pro iniuria facta seruo dominum agere posse probat Tex.& ibi notant omnes, C.eod.tit.de iniur.Bonifac.de Vitalin. in tit.de iniur.nu.8. & 37.Iodoch.in pract. crim.c.137. sub num.10.

267 LIMITANDO propositam conclusionem aduerte,quòd si iniuria facta seruo leuis est,& tunc si non est facta in contumeliam Domini pro ea agere non potest nec seruus,nec Dominus;si verò est facta in contumeliam Domini, & tunc non agit seruus, sed Dominus proprio nomine, tanquam de iniuria sibi facta; si verò iniuria est atrox,& tunc si est facta in contumeliam Domini,non est dubium, quòd Dominus nomine proprio potest pro ea agere, quia si sic potest agere pro iniuria non atroci; multo magis potest agere pro atroci, & in hoc non reperio contradictorem;si verò fuerit facta non in contumeliam Domini: & tunc licèt plures Doctores dixerint simpliciter,quòd Dominus pro ea agere potest, cum etiam dicant alternatiuè,quòd ad hoc,vt Dominus agere possit pro iniuria illata seruo suo, requiritur aut, quòd in eius contumeliam illata sit, aut quòd sit atrox, & è contra. Plures etiam Doctores dixerunt Dominum non posse agere pro atroci iniuria illata seruo suo, nisi in eius contumeliam illata fuerit; Veritas tamen est si benè inspiciantur verba Iustiniani,Iurisconsultorum, ac etiam Doctorum authoritates, quòd pro atroci iniuria in contumeliam Domini non illata, agit Dominus non nomine proprio, sed nomine serui, cum seruus per seipsum agere non possit, nec legitimam standi in iudicio personã habeat, prout hæc omnia benè probantur in §.seruis autem, & ibi gloss. in figuratione casus,& in verbo, *& quòd apertè*, in verbo *ad contumeliam*, & in verbo *in hunc casum*; & ibi etiam Aret.in summario, iuncto num.1.& 5.& in §.sed si libero homini, Instit.de iniur.& in l.item apud Labeonem, §.si quis sic,& ibi etiam glo. in verbo *sentire*, & in §. penult. incipiente item si liberum hominem. Et ibi glo. in verbo *dabimus*, ff. eodem. Item gloss. in l. prima, §. item aut, in verbo *seruis*, & in l. item apud, §. interdum, in verbo *iniuriam*, ff. eod. Item gloss. in l. Dominum, in verbo *agere posse*, C. de iniur. Salycet. ibidem num. 3. in 3. oppo-

268 sit. Vbi amplius, quòd an iniuria sit facta in contumeliam Domini,vel non,inspicienda est causa,propter quam iniuria facta est,Ang.in d.§.interdum, in princ. Alber.in l. eum,qui nocentem, §. cum aliquis, C.eod.Idem Ang.in l. prima,C.eod.tit.de iniur.Ioan.Fab.in l.Dominum,C.eod. Aret.in §.patitur,num.2.versic.& ratio differentiæ, institut.eod. Azzo in summa de iniur.num.11.Hostien.in summa eod.titu.§.non solum patimur, Bonifac.de Vitalin.in tit.de iniur.sub num.3. Ad quæ vide etiam Marian.Socin. in cap.olim,nu.20.extr.de iniur. Vbi dixit post Bart.quem allegat, quòd pro iniuria illata seruo in contumeliam Domini,potest Dominus agere,*& ciuiliter* ad æstimationem, *& criminaliter* ad pœnam. Si verò iniuria non fuerit illata in Domini contumeliam,tunc non potest agere, nisi criminaliter.

269 AMPLIA III. eandem propositam regulam in vxore, cui facta iniuria censetur etiam facta viro, l. prima, §.item aut, ff. de iniur. Cyn. in l. si non conuitij, num.7. versic. item si fiat iniuria vxori. Et ibi etiam Alber.nu. 5. versic. item maritus. C. de iniur. Idem Alber. in l. 2. num. 2. ff. eod. Vbi alia concordantia iura adducit, tex. in l. iniuriarum actio, & ibi communiter omnes. C. eod. Tex. in §. patitur, instit. de iniur. & ibi communiter notant omnes, Azzo in summa de iniur. num. 12. Bonifac. de Vital. in tit. de iniur. nu. 3. & 4. Cyrill. in summa crim. rubr.24.§.fina. num.2. Petr.à Plach.in epitho.delict.lib.1. c.6. nu.16.23. & seqq. Vbi latè disputat, an iniuria illata vxori magistratus puniatur eadem pœna, qua punitur iniurias inferens ipsi magistratui, & videtur concludere, quòd non, licèt dicat communem esse in contrarium, Clar.in pract.§.iniuria,num.4.vers.item iniuria,vbi de communi, Natta cons.6.num.1.

270 Et propterea, quòd maritus pro iniuria facta vxori possit nomine proprio, tanquam pro iniuria sibi facta agere contra iniuriantem, est text.in d.§.patitur, & ibi communiter Doctores instit. de iniur. Item text. in l. iniuriarum actio, & ibi Burtig. Bellapert. & cæteri Doctores. C.eod. Alber.in l.2.num.2. ff. eod. Hostien. in summa de iniur. num. 5. §. sed & per vxores, Pract. Beluis.lib.1.cap. 3. rubr. de iniur. num. 41. vbi ampliat etiam,quòd vxor remiserit iniuriam sibi factam, eius enim remissio non præiudicat marito agenti. iuribus ibi per eum allegatis, Bonif.de Vitalin. in tit. de iniur. num. 37. Iodoc.in pract. crim.cap.137.nu.10. Petr. à Plach. in epitho. delict.lib.1. cap.6.num.23.

271 AMPLIA præcedentem ampliationem, vt procedat etiam in iniuria facta sponsæ,pro qua sponsus nomine proprio agit,tanquam de propria iniuria, text.in l.item apud Labeonem, §.sponsum.ff.de iniur. Cuius tex.verba sunt hæc, *Sponsum quoq; ad iniuriarum actionem admittendum puto,etenim spectat ad contumeliam eius iniuria quæcumque sponsa eius fiat.* Salycet.in l.2.in fin.C.eod. Aret. in §.patitur,nu. 3.Instit. eod. Et ibi etiam Nicas. nu.5. Marian. Socin.in c. olim,num.18. vers.& etiam sponsus, extr.de iniur. Host.in summa de iniur. §. sed & per vxores, vers. sed & sponso. Bonif.de Vitalin.in tit.de iniur.nu.3.& 37. Iodoc.in pract. crim.c.137.nu.10.

272 AMPLIA rursus eandem tertiam ampliationem, vt procedat etiam in iniuria facta nurui, quæ & socero facta censetur, & pro ea ipse socer agit nomine proprio, l. prima, §.item aut,ff.de iniur. §.patitur,Instit.eod.Et vtrobique communiter omnes, Marian. Soci. in cap. olim, num.18. vers.socer etiam extr.de iniur. Azzo in summa de iniur.num.12.vers.sed socer,Hostiens.in summa de iniur.num.5. sub d.§.sed & per vxores, Bonifac. de Vitalin. in tit.de iniur.num. 5. Cyrill.in summa crim. rubr.24.§.fi. num.2.

273 Declara ampliationem, quia si in agendo concurrant pater vxoris, & socer, præferri debet pater, quia verus est pater, socer autem non verus pater, sed loco parentis est, l.quoniam in parentis,ff.solu.matrim.secundum Fabr. in dicto §. patitur, num. 4. in fin. Instit. de iniur.sequitur Aret.ibidem num.4. Vbi declarat hoc procedere, quando pater,& socer vellent agere non nomine proprio, sed nomine ipsius filiæ,& vxoris respectiuè,secus si vellent agere nomine proprio,tanquam de iniuria sibi illata, quia tunc vterque potest agere, nec vnus impeditur per alium, vt ibi per eum.

274 LIMITA I. hanc tertiam ampliationem,quia non è contra iniuria facta m[illegible]o dicitur facta vxori, nec pro ea vxor agere potest, text.ad literam in l.secunda, ff. de iniur. Vbi dicitur, *quòd si viro iniuria facta sit, vxor non agit, quia defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus aequum est*, & ibi notat Alber. num. 1. Item alius text. pariter ad litteram

litteram in d.§.patitur,verſic.contra autem, & ibi notant communiter omnes,inſtit.eodem. Cyn.in d.l.ſi non conuitij,num.7.eodem verſiculo item ſi fiat, & ibi etiam Alber. numero 5.verſ.Item maritus,Salycet.in l.ſecunda,in fine C.eodem,Marian.Socin.in cap.olim, nu.18.in fine,verſ.è contra vxor, & num.19.extra de iniur.Azzo in ſumma de iniur.nu.12. Hoſtien.in ſumma eodem tit.§.ſed & per vxores,in princ.verſ.non autem patiuntur vxores.Pract.Beluiſ.lib.1.cap.3.rubr.de iniur.nu.43. Bonifac. de Vitalin.in tit.de iniur.nu.6.Cyrill.in ſumma crim.rubr.24.§.fi.num. 6.Pract.Corrad.tit.de iniurian.poſt num.31.verſic.9.ceſſat iniuria.

275 SVBLIMITA hanc primam limitationem non procedere,quando iniuria eſſet communis, tãgeretque etiam honorem vxoris,vt puta ſi fuerit dictum marito, *quòd erat maritus meretricis*, tunc enim vxor agit nomine proprio, tanquam pro iniuria ſibi illata, ſecundum Ioan.Fab.in d. §.patitur, num.4.Inſtit.de iniur.& ibi etiam Aret.num.1. Et in ijs terminis intelligi debent tradita per Natt.in conſil.6.num.1.

276 LIMITA II. in eo, qui mulieri iniuriam intulit, ignorans eam habere maritum, credebatque eam eſſe viduam; quia tunc maritus nomine proprio non agit,ſecundum Nicaſ.in §.patitur,nu.2.verſ.& ita etiam intelligitur de vxore,inſtit.de iniur.& ibi etiam Aret.num.2. Vbi hoc declarat procedere, quando mulier erat in habitu viduali; ſecus ſi in habitu maritali cum annulis; quia tunc non iuuatur allegando ignorantiam coniugij.Hoſtien.in ſumma de iniur. §.non ſolum ad med. verſ. ſicut & ſi faciam iniuriam vxoratæ,quam puto viduam. Pract.Beluiſ.lib.1.c.3. rubr.de iniur.nu.47.verſ.& hoc verum, Bonifac.de Vital. in tit.de iniur.num.57.

277 AMPLIA IIII. huius ſextæ inſpectionis regulam in famulo,cui facta iniuria cenſetur etiam facta Domino, ſecundum gloſ.& Bal.in l.ſi quis homicidij, C.de accuſat. Alex.in addit.ad Bar.in l.item apud Labeonem,§.ſi quis ſeruo,ff.de iniur.Vbi loquitur de iniuria facta famulo,vel paſtori, Alber. in ead. l. item apud Labeonem, §.ſi vſumfructum,nu. 1.Petr.à Plac.in epith. de delict.lib.1.c.6.nu.15.

278 Ideo dominus poteſt criminaliter iniuriantem accuſare, ciuiliter autem hoc eſt ad æſtimationem iniuriarum pariter poteſt agere,ſi iniuria facta fuit famulo in eius contumeliam,aliter ſecus, ſecundum Bart.in l.prima, §.item ait, ff. de iniur. quem etiam refert Boſſ. in titu. de iniur. num.33.

279 Ad quam materiam vide Alberic. in l. item apud Labeonem,§.ſi vſumfructum,nu.5.ff.eod. Vbi,quòd ego poſſum agere actione iniuriarum pro iniuria facta famulo meo in meam contumeliam, & poſtea videtur ſubdere, quòd iniuria facta famulo meo videtur facta vt mihi, & tãquam meo famulo, & ſic in dubio in mei contumeliam, Ang.in d.§.ſi vſumfructum. Vbi videtur tenere, quòd poteſt dominus agere pro iniuria facta famulo ſuo, ſi iniuria facta eſt in ſui contumeliam,aliter ſecus;Et pro hac diſtinctione facit tex.in d.l.item apud Labeonem.§. item ſi liberum, & in §. ſi libero homini. Inſtit. eod. quibus iuribus probatur nullam dari actionem domino pro iniuria facta libero homini ſibi bona fide ſeruienti, niſi is in Domini iniuriam fuerit iniuriatus, & voluit Pract.Beluiſ.lib.1.c.3. rubr.de iniur.nu.48. Ant.Gomez.de delict.c.6. rubr.de iniur. nu.6.Baiard.ad Clar.§.iniuria, num.39.Salycet.in l.1. nu.2.C.eod.vbi in famulo, & ſeruitore videtur admittere eandem diſtinctionem, quæ admittitur in Procuratore,& negotiorum geſtore, de quo infra in ſeq. ampliatione, videlicet,vt Dominus non poſſit agere pro iniuria ſuo ſeruitori illata, niſi illata fuerit in illius præſentia,aut tempore,quo idem ſeruitor erat in obſequio, & ſeruitio dicti Domini, & tunc cum eadem diſtinctione pertranſire etiã videtur Ioan. Fab. ibid. nu. [illegible].& in §.ſed ſi libero homini, nu.1.Inſtit.eod. Et Maria.Socin.in c.olim, nu.20.verſ.& ſimiliter diſtingue, extr. de iniur.remittendo ſe ad ſcripta per Cyn.in l.ſi non conuitij, C.eod.

280 AMPLIA V. In procuratore, vel negotiorum geſtore, cui facta eſt iniuria, licèt non cenſeatur facta ſuo principali, & Domino, ſecundum Cyn.in l.ſi non conuitij,nu.7.verſ.quid ſi fiat iniuria libero homini.C.de iniur. Alber. ibidem poſt nu. 5. verſ. Item ſi fiat libero homini, Salyc.in l.1.nu.2.C.eod.& ibi etiam Ioan.Fab.nu.1.

281 Attamen ſi fiat præſente ipſo Domino, tunc & etiã Domino facta cenſetur, ſecundum eundem Cyn.in d.l.ſi non conuitij,nu.7.verſ.Et hoc verum, C.de iniur. Alberic.ibidem d.nu.5.verſ.& hoc niſi fieret in mei præſentia, Salyc. in l.1.nu. 2. C. eod. & ibi etiam Ioan.Fab.nu.1 Nicaſ.in §. ſeruis autem,nu.4.in fi.Inſtit.eod.Marian.Soci.in c.olim, nu.20.verſ.& ſimiliter diſtingue, extr.de iniur. Vbi generaliter loquitur de iniuria facta procuratori in contumeliam Domini.

282 Idem ſi iniuria fieret dum procurator, ſeu negotiorum geſtor, aut alius miniſter eſſet in exequutione ſui officij, exercitij, ſeu miniſterij, quia tunc repræſentando in illo actu perſonam ſui principalis, iniuria dicitur etiam facta ipſi principali;cui propterea pro tali iniuria cõpetit actio, ſecundum Cyn.in d.l.ſi non conuitij, nu.7. poſt med.verſ. Iacobus de Rauenna dicit, Salyc.in d.l.1.nu.2. C. eod. & ibi etiam Ioan. Fab.nu.1. Idem Ioan. Fab. in §.ſed ſi libero homini, inſtit.eod.nu.1.

283 Et idem generaliter ſi iniuria fuerit facta procuratori meo in mei contumeliam, ſecundum Baiard. in addit. ad Clar.§.iniuria,nu 39.

284 AMPLIA VI. In diſcipulo, cui facta iniuria cenſetur facta præceptori,& pro ea idem præceptor agere poteſt, ſecundum Iodoch. in pract. crim.c.137.ſub num. 10.

285 Quòd tu intelligas,ſi in contumeliam præceptoris iniuria illata fuerit, ſecus ſi aliter, quia per diſcipulum magiſtro non acquiritur l.2.C.per quas perſ. nob.acquir.voluit Nicaſ.in §.ſeruis autem, nu.4.Inſtit.de iniur.vbi tunc dicit iniuriam factam fuiſſe in contumeliam magiſtri per l.ędiles. §. Pedius. ff. de ædil. edic. vel ſi fieret in præſentia magiſtri l.falſus.§.ſed ſi is.ff.de furt.

286 AMPLIA VII. In ſocio itineris cui facta iniuria cenſetur etiam facta alteri ſocio. Quod an verum ſit, & quando, Doctores vario modo loquuti ſunt, & propterea vide, quæ dixi in tractat. de teſtib. quæſt.60.num.402.& ſeqq.& vltra ibi allegatos vide Bal.in l. quoniam. C.de teſtam.Vbi declarat, dummodo vnus ſocius iniuriam alteri factam ad animum ſuum reuocauerit, aliter ſecus, prout illum refert,& ſequitur Alex.ad Bar.in l.item apud Labeonem.§.ſi quis ſeruo, ff. de iniur. & vide etiam Alber. in l. lex Cornelia, §.illud, num.4.ad fin.ff eod.Vbi generaliter dicit, quòd ſocius non poteſt agere pro iniuria illata ſocio,& in d.l.item apud Labeonem, §.adduxiſſe, num.1.ff. eod.Vbi poſt gloſſ.ibi dicit,quòd ſi fiat iniuria ſocio itineris, quòd ſocius poteſt eum iuuare, & talem iniuriam repellere, quaſi ſibi fieri videatur ex quo ſocio fit, & idem dixit Ange.in d.l.item apud Labeonem,§. comitem,num. 1.Hercul.de caut.de non offen. cap. 19.ſub num.1.ad med. Vbi de iniuria facta ſocio, alteriuè homini inſimul cohabitanti,ex Fely.quem allegat in cap.repellantur,poſt num. 7.de accuſat. & idem voluit Blanc. ad l. fina. num. 165.ff. de quæſt. Pract. Corrad. tit.de iniurian.num.4. verſic.Immo etiam fol. 403. Vbi, quòd iniuria dicta vni ſocio, quæ non verificatur in ipſo iniuriato, ſed in ipſius ſocio,facit, vt ille ſocius habeat actionem iniuriarum, quamuis in ipſum iniuria directa non ſit, ex Iaſ. in l.Turpia, num.10.ff. de legat.1.Et vide demum Vulpell.in tract. de pace,quæſt. 41. num. 1. & ſeq. vbi ex glo. in dicta l. item apud Labeonem.§.ſi quis virginem,verſic.tenetur hoc edicto, in verbo *eorum quem*, & ex Bar.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de furt. facit concluſionem, quòd iniuria facta comiti itineris, cenſetur facta alteri comiti. Et qui aggreditur illum, qui mihi comes eſt,meipſum aggredi videtur, l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. Et propterea licitum eſt non ſolum aggreſſorem offendere pro defenſione neceſſaria ſui ipſius, ſed etiam pro defenſione ſui ſocij,ad trad.per Bar.& alios in l.vt vim, ff.de iuſt.& iur. Et demũ, quæ de offendente cohabitantem dixi ſupra per Felyn. & Blanc. in locis præcitatis, intelligit procedere, ſi offenſio fiat domi ipſius habitationis, ſecus ſi alibi. Verum

rum nunquid per offensionem socij paciscentis,& pacem facientis censeatur rupta pax, vide, quæ dixi infra hoc eodem tit.q.107.nu.388.& seqq.

287 AMPLIA VIII. In consorte,cui facta iniuria censetur etiam facta omnibus alijs consortibus, secundum Bart.in locis relatis per Alexand. ad eundem Bart. in l.1.§. item ait.ff.de iniur.

288 AMPLIA IX. in coniuncto, & consanguineo, cui facta iniuria censetur etiam facta omnibus alijs de eodem sanguine, & cognatione secundum Bar.in l. lex Cornelia, in princ.ante num. 1. ff.de iniur.& ibi Alex.in addit.litera B.generaliter dixit, quòd iniuria facta vni de domo,& casata, intelligitur etiam facta omnibus alijs, qui sunt eiusdem domus, seu casatæ, Ang.ibidem num.5.Marian.Socin.in c.olim, num.20.extr.de iniur. Herculan.de caut.de non offen.cap.19.in discursu,vbi in specie de iniuria facta fratri,ac de iniuria facta vni de familia. Pract.Corrad.tit. de iniurian.num.5.vers.Item amplia, il 2.Vbi de iniuria facta vni de familia fol.403. Seraphin.de priuil.iuram.priuileg.32. nu.42.Baiard.in addit.ad Clar.§.iniuria,n.37.Decis.Pedemon.15.nu.6.vbi, quòd iniuria facta vni fratri,censetur ēt facta alteri fratri,decis.104.nu.3.vbi generaliter,quòd ex iniuria illata consanguineis,& affinibus,censentur etiā alij affines,& consanguinei iniuria affecti,Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 263. nu.1. Ludo. Peguer. decis.crim. 13.nu.14. Mascar. de probat.lib. 1. conclus.68.nu.4.Surd. decis.Mantua.89.nu.1.vbi plures alij referuntur,de quibus etiam in 1.par.q.49.nu.31. & seqq.

289 Poterit ideo quilibet coniunctus, & de eadem cognatione, seu agnatione criminaliter agere contra iniuriam inferentem,ciuiliter autem nō, nisi iniuria fuerit facta in contumeliam coniuncti agere volentis, secundum Bart. in l.lex Cornelia post num. 1. ff. de iniur. iunctis ijs, quæ prius dixerat in l.1.§.item ait, ff. eod.& Bart.sic dicentem sequuti sunt Nicas.in §.patitur, num.4.in fi. Instit.eod. Marian.Soci.in cap.olim, sub num.20.extr.de iniur. Baiard. in addit ad Clar.in §. iniuria sub num.37.& seq. Menoch. de arbitr.lib.2.casu 262.num.4 vbi amplius, quòd non poterit coniunctus agere ad pœnam conuentionalem, ad quod vide Alber.in l.lex Cornelia.§.illud, num.4.ad fin.ff. eod. vbi generaliter dixit, quòd affinis non potest agere pro iniuria facta suo affini, quod & idem in iniuria facta vni de agnatione, voluit Boss. in tit.de iniur.num.33.in fine, versic.& si fiat, &c. Surd.decis. Mantua. 89.nu.11.& seqq. Ioan.Fab.in §.sed si libero homini, num.3.Instit.eod. vbi,quòd coniunctus pro iniuria facta suo coniuncto agere potest non solum, quādo est facta in ipsius contumeliā, sed etiam quando est communis omnibus coniunctis, vt puta,si quis alteri diceret eum esse de infami familia,& cognatione,aut quid simile, Surd.decis. Mantua.89.num.4. vbi, quòd cōsanguineus potest agere pro iniuria facta suo cōsanguineo, & ampliat etiam, quòd iniuriatus iniuriam remiserit.

290 Declara præmissa vsque ad sextum gradum, non autem vlterius, secundum Ang.in d.l.lex Cornelia,num.5.in fi.ff. de iniur. Hercul. caut. cap.19.sub num.4.vbi an vsque ad quartum gradum, an verò in infinitum, de quo vide etiā Baiard.in addit.ad Clar.in §.iniuria,sub num.37.Menoch. de arbitr.lib.2 casu 262.num.2.vbi, quòd licèt in proposito aliqui dixerint gradum remotum reputari vltra quartum gradum,aliqui autem vltra septimum, ipse tamen ex sententia Bar.in l.tutor. §.si tutor, in fin. ff. de suspect.tutor.cum alijs sibi per eum relatis existimat id totum Iudicis arbitrio relinqui,qui ex facti qualitate,& consuetudine regionis iudicabit,an etiam consanguineus vltra quartum,vel vlteriorem gradum ex iniuria facta suo consanguineo affectus sit. Vide ad hæc quæ dixi in 1. par. quæst. 49.num.35.& seqq.

291 AMPLIA. X. In Clerico cui facta iniuria censetur etiam facta Episcopo,& Ecclesiæ,secundum Petr.à Plac.in epith.delict.lib.1.cap.6.num.15.& 18. Viu. decis. 27.num. 6.vbi propterea, quòd per remissionem iniuriæ factam à Clerico non censetur remissa ea,quę fuit facta Ecclesiæ,& num.8. Et propterea Episcopus potest criminaliter contra iniuriantem agere, ciuiliter autem potest si iniuria facta sit in contumeliam ipsius Episcopi,aliter secus, secundum Bar.in l.1.§.item ait. ff. de iniur. quem referendo sequitur Aret.in §.seruis autem,num.6.Instit.eod. Boss.in tit.de iniur.num.33. Ad quam materiam vide Alber. in l.2.num.2. ff.de iniur.vbi facit conclusionem generalem, quòd Prælatus potest agere pro iniuria facta Clerico suo subdito.Et idem traditur per Maria.Socin.in c.olim,num.14.versic. Item non solum, & Placham,d.cap.6.num.18. Anto. Gomez.de delict.cap.6.rubr.de iniur.num.6.vers.Item etiam est dubium; & vide eundem Alber.in l.item apud Labeonem.§.fin.num.2.ff. eod. Vbi pariter, quòd Episcopus potest agere pro iniuria facta Clerico, Ioan.Fab.in §.patitur, num.3.Instit.eod.vbi, quòd ex iniuria facta Clerico sæculari duæ nascuntur actiones, vna quæ competit Clerico iniuriato; altera quæ competit Ecclesiæ, & quòd Ecclesia possit agere pro iniuria facta suo Clerico,voluit etiam Hostien. in summa de iniur.num.5.ad finem,§.sed & per vxores,vers.Et Ecclesiæ, Nicas.in d.§.patitur, nu.3.vbi quòd Episcopus non potest agere pro iniuria facta Clerico suo, nisi in ipsius contumeliam facta sit.Quòd intellige,vt non possit agere ciuiliter,secus autem criminaliter, secundum Bart.vbi supra.

292 Nunquid autem Episcopus possit remittere iniuriam factam Clerico,& suæ Ecclesiæ, vide remissiuè per Alber. in l.ait Prætor.§.filio familias, num.3.in fin.ff.de iniur.Io. Fab.in d.§.patitur, num.3.vbi, quòd per remissionem iniuriæ factam ab Ecclesia,non censetur remissa iniuriarum actio,quæ competit clerico nomine proprio, & è contra, Ioann.Fab.in §.atrox,Instit.de iniur. Vbi quòd Episcopus potest absoluere de leui iniuria illata Clerico, non autem de atroci. Quamuis de consuetudine absoluat indistinctè, vbi non fuerit sanguis,vel liuor. Petr.à Plach.in epithom. delict.lib.1.cap.6.num.19.versic.illud verò. Vbi,quòd licèt Prælatus illatam iniuriam Ecclesiæ remittere non possit, potest tamen remittere iniuriam illatam Religioso, & nu.21.Vbi nunquid Papa possit remittere iniuriam Ecclesiæ illatā, super quibus vide etiam Caraui. super rit.magn. Cur.275.num.8.

293 AMPLIA XI. In Episcopo, vel prælato cui facta iniuria censetur etiam facta ipsi Ecclesiæ, Immò & in omnibus Ecclesijs sibi subiectis, quæ propterea etiam ipsæ pro tali iniuria agere poterunt, Hostien. in c. olim, nu.9. vers.cæterum iniuria, extr. de iniur.& ibi etiā Ioan. Andr. nu.4.ante med.sub eod.vers.cęterum,&c. Ant.de Butr.sub nu.7.Abb. num.2.in 2.notab. & Maria. Socin. nu.8.& 14. vers.Et non solum.

294 Et propterea licèt Episcopus, quantum ad suam personam possit iniuriam sibi illatam remittere, non tamen potest quoad Ecclesiam, tex. in cap. Salonitanæ distinct.63. & in cap. cum non ab homine in fin. de sentent. excommun.& in cap.si is,qui Prælatus est.23 quæst.4.per quæ iura sic scripserunt in cap. olim de iniur. Hostien. num.7.& 9 in fin.vers.cæterum iniuria, Ioan.Andr.sub nu.4.vbi refert ad litteram more suo verba Hostiensis. Ant. de Butr. sub nu.7. Abb.nu.6. in fine, versic. quinimmo non potest, & Marian. Socin.num. 32.& seqq. vbi relatis,& reprobatis contrarijs, testatur de communi opinione, eamq; pluribus modis declarat, de quibus declarationibus te ad ipsum remitto.

295 AMPLIA XII. In Monaco, & religioso regulari cui facta iniuria, censetur etiā facta Abbati,Monasterio,& Ecclesiæ,secundum Petr. à Plach.in epith. delict. lib.1.cap.6. num.18.quod quando verum sit,& an pro tali iniuria Abbas possit agere, & quando, vide Ang.in l.1.§.item aut, nu. 1.ff.de iniur.vbi concludit,quòd ad emendationem damni ciuiliter Abbas sine mandato agere non potest. Aliter autē potest, si iniuria fuerit monaco illata in contemptum Abbatis, vel Monasterij, Ioan.Fab.in §.patitur, num.2.Instit. eod. vbi, quòd pro iniuria facta monaco monasterium agit nomine proprio, quia immo nomine monaci iniuriarum actio non nascitur,vt ibi per eum. Quod & idem voluit Bonif.de Vital.in tit.de iniur.nu.37. Petr.à Plach.d. cap.6. num.18.in fin.Nicas.in d.§.patitur, nu.3.vbi, quòd immo

Abbas

Abbas non poteſt agere pro iniuria facta monaco, niſi in ſui contumeliam facta ſit, Ioan. Fab. in §. ſeruis, Inſtit. eod. num. 1. vbi, quòd Abbas poteſt agere pro iniuria etiam leui facta ſuo religioſo. Ad idem Iodoc. in pract. crim. cap. 137. numero 10. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 6. verſic. Item etiam eſt dubium, Marian. Socin. in cap. olim, num. 15. verſ. Item pro iniuria facta monaco, extr. de iniur. Vbi, quòd Abbas, & monaſterium poſſunt agere pro iniuria facta ſuo monaco, niſi monacus eſſet in ſtudio de licentia Abbatis, vel Abbas ageret in longinquis partibus. Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur.
296 num. 64. & ſeq. Vbi, quòd monaci non poſſunt remittere iniurias quoad actionem natam monaſterio, ſecus autem quoad ſuam perſonam, & num. 66. vbi amplius, quòd etiã, quòd monacus remiſerit iniuriam ſibi illatam, poteſt ipſemet monacus agere nomine Monaſterij, & pro illius intereſſe, Petr. à Plach. in epith. delict. cap. 6. lib. 1. num. 19. in fin. verſ. illud verò prætermittendum non eſt. vbi, quòd licèt Prelatus illatam iniuriam Eccleſię remittere non poſſit, poteſt tamen remittere iniuriam illatam religioſo, & nu. 21. vbi nunquid Papa poſſit remittere iniuriam illatam Eccleſiæ. Ad quæ vide etiam, quæ dixi in 1. par. tit. de accuſat. q. 13. num. 22.
297 AMPLIA XIII. In cive cui facta iuniuria, cenſetur etiam facta ipſi ciuitati, & propterea an ipſa ciuitas poſſit pro tali iniuria agere, vide Bar. in l. 1. §. item aut. ff. de iniur. vbi concludit, quòd poteſt ciuitas criminaliter contra iniuriantem agere, ciuiliter autem etiam poteſt, ſi iniuria facta ſit ciui in contumeliam ciuitatis, aliter ſecus, & Bar. ſic dicẽtem refert, & ſequitur Aret. in §. ſeruis autem, num. 6. Inſtit. eod. & vide etiam ibidem Ang. nu. 1. vbi, quòd ad emendam damni ciuiliter ſine mandato ciuitatis agere non poteſt, aliter autem agere poteſt ſi iniuria illata eſt in contumeliam ciuitatis, vt ſupra, Nicaſ. in §. patitur, nu. 3. Inſtit. de iniur. Vbi, quòd ciuitas non poteſt agere pro iniuria facta ſuo ciui, niſi in eius contumeliam facta ſit.
298 AMPLIA XIIII. In colono cui, facta iniuria an cenſeatur facta ipſi Domino; & an propterea ipſe Dominus poſſit cõtra iniuriantẽ agere criminaliter, aut ciuiliter nomine proprio, vel alieno ad pœnam, vel æſtimationem, vide Bar. in l. 1. §. item aut, ff. de iniur. Vbi, quòd poteſt criminaliter agere, ciuiliter autem etiam poteſt ſi iniuria facta ſit colono in contumeliam domini, aliter ſecus, & Bar. ſic dicentem referendo ſequuti ſunt Aret. in §. ſeruis autem, nu. 6. Inſtit. eod. Marian. Socin. in c. olim, nu. 20. verſ. & quòd dixi de ſeruo, extr. de iniur. Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, nu. 39. Alber. in l. 1. nu. 2. in fine. ff. de iniur. vbi facit concluſionem generalem, quòd Dominus poteſt agere pro iniuria, & ſpoliatione facta hominibus, & colonis ſuis, & in l. item apud Labeonem §. ſi vſumfructum, nu. 1. ff. eod. vbi, quòd de iniuria facta colono meo. Idem iudicatur, quòd de iniuria facta famulo meo, Ang. in d. §. item aut, nu. 1. Vbi, quòd ad emendationem damni ciuiliter non poteſt dominus ſine mandato agere, aliter autem poteſt ſi in domini contemptum iniuria facta ſit.
299 AMPLIA XV. In ſubdito, ſeu vaſallo cui facta iniuria cenſetur etiam facta ipſi domino. Ideo dominus pro ea agere poteſt, ſecundum Alber. in l. item apud Labeonẽ.
300 §. fina. numero 2. in fine. ff. de iniur. quòd tamen intellige ſi iniuria facta ſit vaſallo in contumeliam domini: quia tunc dominus poteſt pro ea agere non ſolum criminaliter, ſed etiam ciuiliter ad æſtimationem, aliter ſecus, ſecundum Ang. in l. item apud Labeonem. §. fina. ff. de iniur. Nicaſ. in §. ſeruis, ante num. 5. inſtit. eod. Et ibi etiam Aret. nu. 6. Ioan. Fab. in §. ſed ſi libero homini nu. 2. Inſtit. eod. Maria. Socin. in c. olim, nu. 20. verſ. ſimiliter etiã, extr. de iniur. Specul. in tit. de iniur. §. 1. nu. 5. verſic. Quid ſi fiat vaſallo meo iniuria, Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur.
301 nu. 48. Et licèt vt ſupra Dominus non poſſit agere ciuiliter pro iniuria facta ſuo vaſallo, niſi in ſui contumeliam facta ſit, criminaliter tamen poteſt etiam, quòd non ſit facta in ipſius contumeliam, ſecundum Aret. in d. §. ſeruis autem eod. nu. 6. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 33.
302 AMPLIA XVI. In aliquo de collegio, ſeu vniuerſitate, cui facta iniuria, cenſetur facta etiam illi collegio, & vniuerſitati Liure prouiſum, C. de fabri cen lib. 11. ſicut & iniuria facta vni Clerico videtur facta toti Clero c. cum deſideres de ſent. excomm. Alber. in l. lex Cornelia, in prin. nu. 2. ff. de iniur. Pract. Beluiſ. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. num. 53. Pract. Corrad. tit. de iniurian. nu. 5. verſ. Item amplia,
303 il 2. fol. 403. Verum intellige præmiſſa procedere, quando iniuria reſpicit etiam vniuerſitatem, ne dum particularem ipſius vniuerſitatis; tunc enim poteſt vniuerſitas agere & ſuo proprio nomine, aliàs ſecus, ſecundum Marian. Socin. in c. olim, nu. 20. verſ. vtrum autem, extr. de iniur. vbi concordando contraria ſic diſtinguit Ioan. Andr. Hoſt. & Oldrad. in locis per eum relatis.
304 AMPLIA omnes prædictas ampliationes, in quibus dixi iniuriam vni factam, alteri factam cenſeri, vt quando propterea iniuriarum actio pluribus competit, tunc intentata per vnũ alterius actionem non perimit l. j. §. ſi. ff. de iniur. & ibi gloſ. in verbo *conſumi*, Cuius quidem tex. verba ſunt hæc: *Idem ait ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vnius actionem per aliam conſumi, vt puta vxori meæ filia familias, iniuria facta eſt & mihi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio incipiet competere.* Cyrill. in ſumma crim. rubr. 24. §. fi. nu. 6. fol. mihi 100.
305 LIMITA etiam omnes prædictas limitationes, quia iniuria vni facta, licèt cenſeatur alteri facta. non tamen pro iniuria facta vni datur alteri actio ininriarum, niſi iniuriatus ſit in poteſtate agere volentis, & niſi in caſibus à iure expreſſis, vel niſi etiam iniuria ſit facta in contumeliam alterius, ſecundum Cyn. in l. ſi non conuiti), nu. 7. in 4. quæſt. verſ. quid ſi fiat iniuria, C. de iniur. Bar. in l. 1. §. itẽ ait, nu. 1. & in l. lex Cornelia, poſt nu. 1. ff. de iniur. vbi videtur hoc declarare, vt ſcilicet non poſſit agere ciuiliter ad æſtimationem iniuriarum, ſecus criminaliter quoad pœnam, quia quoad criminalem actionẽ poteſt quiſque, qui ex alterius perſona iniuriam recipit, agere, etiam quòd iniuria non ſit facta in ipſius contumeliam, vt ibi per eum. Surd. deciſ. Mantua. 89. nu. 11. & ſeqq.

ARGVMENTVM.

De iniuria illata, ſeu mentita data ad prouocationem alterius; & cum proteſtatione, quòd non animo iniuriandi, ſed ſaluo honore illius.

SVMMARIVM.



Prouocatus ab aliquo cum aliqua iniuria, ſi prouocantem pariter iniuriat, puniri non poteſt, num. 306. Contra, quòd immo puniri poſſit, ſed mitius, num. 307. Diſtingue, vt num. 309.

Prouocatus cum aliqua iniuria non excuſatur iniuriando prouocantem ex interuallo, & non incontinenti nu. 308.

Mentita eſt iniuria, quando datur illi, qui aliquid affirmat, vel negat, quòd in ſe iniuriam non habet, nu. 310.

Mentita infert iniuriam, etiam quòd ſit data cum proteſtatione, ſaluo honore mentiti, nu. 311.

Proteſtatio ſaluo honore iniuriati non tollit iniuriarum actionem, nu. 312. Siue proteſtatio præcedat, ſiue ſubſequatur; nu. 313. Niſi ex præſumptionibus conſtaret iniuriam non fuiſſe illatam animo iniuriandi, quia tunc proteſtatio ſuffragatur, nu. 314.

Mentita data ad propulſandum iniuriam mentienti illatam punibilis non eſt, nu. 315. Contra, nu. 316. & ſeq. Prima opinio eſt verior adhibita diſtinctione, de qua nu. 318. & ſeqq.

Mentita non ſolum propulſat iniuriam, ſed de ſe infert iniuriam, quia redarguit mentitum de falſitate, & mendacio, nu. 317.

Mentita data ad propulſandum iniuriam non eſt punibilis, quando illata iniuria mentienti eſt falſa, ſecus ſi vera, nu. 318. & 321. & ſeq. Licèt alij contra, nu. 323. Et in dubio iniuria illata præſumitur falſa, & mentita vera, nu. 324.

Mentita data ad propulſandum iniuriam punibilis eſt, quando mentiens vltra mentitam iniuriantem percutit, nu. 320.

Mentita data ad propulſandum iniuriam, ſi ſit iuſtificata propter falſitatem illatæ iniuriæ, non licet mentito rementiri mentientem,

tem, & mentitam retorquere, secus si iniuria illata sit vera, & mentita falsa, num.325.& seq.

Iniuria non est dicere alicui, Tu non dicis verum, *aut* Tu dicis falsum, *& de materia, nu.327.& seq.*

Mentita data conditionaliter, an sit punibilis, & quid de mentita generali, nu.330.& seqq.

Iniuria conditionalis non est iniuria, nu.332.

Mentita data ex interuallo est punibilis, etiam data ad propulsandum iniuriam, nu.333.

QVÆST. CV. INSPECT. VII.

306 RIMA sit conclusio in hac septima Inspectione, quòd iniuriarum pœna non habet locum in eo, qui iniuriam infert illi, à quo per aliam præcedentem iniuriam fuit prouocatus. Iaf. in l. vt vim, num. 36. ff. de iust. & iur. & ibi etiam Bolognet. nu. 94. in princ. Vbi testatur, quòd ita concludunt communiter Doctores, faciunt dicta per Beluis. in prac. lib. 1. cap. 3. tit. de iniur. nu. 16. Vbi dixit, quòd si iniuriatus dedit causam iniuriæ sibi illatæ, non competit sibi iniuriarum actio iuribus ibi per eum allegatis. Marian. Socin. in cap. fin. num. 21 ad finem, extr. de iniur. vbi tamen loquitur, quando prouocatus veram infert iniuriā, de quo dixi infra num. 245. Ang. de malef. in gloss. verba *iniuriosa*, num. 10. & ibi August. in addit. Gramm. decis. 37. num. 3. & seqq. Iodoc. in pract. cap. 136. num. 7. Vbi tamen loquitur, quando iniuriæ hinc inde illatæ non sunt enormes, sed tolerabiles, & cap. 137. num. 12. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 2. num. 21. fol. 33. & seq. Fab. à Monteleon. in prax. arbitrar. parte. 4. q. 9. num. 14 & 63. fol. 369. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 34. versic. decimoquarto cessat iniuria, fol. 412. vbi tamen loquitur quoad priuatam vindictam, non quoad publicam, faciunt scripta per Andr. Gayl. obseruat. 100. num. 1. 2. 4. & seqq. par. 2. Vbi hæc conclusio exornatur, & obser. 101. nu. 4. & 5. Vbi etiam de communi, quando præsertim incontinenti iniuria retorquetur, vt ibi per eum, Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 63. vers. Et quòd prouocatus verbis, & nu. 64.

307 Contra, quòd immò puniatur, sed mitius, & sic quòd non liceat iniuriato aliam iniuriantem iniuriam inferre, voluerunt Specul. (qui tamen à nonnullis alijs pro contraria opinione allegatur) in titu. de accusat. §. 1. num. 11. versic. Quid si te vocaui latronem, & tu me, &c. Vbi hanc sententiā à contrarijs defendit, quamuis postea afferat quosdam alios contrarium affirmare. Relati per Pomat. in addit. ad Bart. in l. eum, qui nocentem, litera A. in fine addit. ff. de iniur. Abb. in cap. cum te, num. 25. de re iud. vbi arguit pro, & contra, & ita postea resoluit, sequitur ibidem Alex. de Neuo, post num. 17. & 18. Alex. de Neuo in cap. sicut ex literis, num. 9. in fine. vbi refert dicta Specul. in loco præcitato, & num. 8. Et etiam, quòd isto casu prouocatio primi iniuriantis non excusat, secundum iniuriantem à peccato mortali. (De quo tamen me remitto ad Theologos) Dec. in l. vt vim, post nu. 36. ff. de iust. & iur. Claud. Seysell. ibidem num. 70. in prima lectura, & in secunda lectura, num. 125. in princ. & in fi. versic. Secundo modo. Bolognet. num. 94. versic. sed in contrarium, & iterum infra, versic. Et ideo hic Decius concludit, &c. Vbi testatur ita esse de mente communiter Doctorum, & versic. Nam resolutio in fin. & in hac opinione, tanquam vltimo loco per eum relata, residere videtur. Addentes ad Capell. Tolos. decis. 410. num. 2. Capic. decis. 58. vbi licèt multa hinc inde adducat. Ita tamen in occurrenti casu fuisse resolutum per Sacrum Concilium Neapolitanum testatur, vt scilicet sic prouocatus iniuriam inferens leuē pecuniaria pœna fuerit mulctatus. Ferat. caut. 39. num. 1. Boer. cons. 4. num. 28. vbi testatur de communi, & practicata opinione, reprobatis Luc. de Penn. & Specul. ibi per eum relatis contrarium tenentibus, & num. 31. Idem Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. decis. 127. num. 2. Boss. in titu. de iniur. num. 6. & 8. & in tit. de homicid. num. 86. Minsing.

368 cons. 7. num. 26. Vbi præsertim, quando prouocatus non incontinenti, sed ex interuallo cum alia iniuria vult illatam iniuriam propulsare. Andr. Gayl. obseruat. 100. num. 9. & seqq. par. 2. Clar. in pract. §. fi. q. 60. nu. 14. Vbi de communi, & seruata opinione, Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 66. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 28. num. 12. Viu. opin. 6. num. 4. Decian. lib. 3. c. 33. nu. 6. in suis tracta. crim. Granut. theorem. 5. nu. 2. & post nu. 11. Bertazz. cons. 358. nu. 4. Et ibi Claud. in addit. vers. quæ conclusio, & in proposito vide Vrbis Statutum lib. 2. c. 71. in fi.

309 Pro solutione potest dici, quòd prima opinio procedit, quando iniurians dicit falsum, & iniuriatus refert iniuriā veram, quia tunc prouocatus nullatenus tenetur, prout dixi sup. nu. 245. Secunda autem opinio procedit, quando iniuriatus refert iniuriam falsam: Ita distinguendo tradit Bolognet. in l. vt vim, nu. 94. sub vers. sed ego puto, & sub versic. secundo casu. ff. de iustit. & iur. & est verissima distinctio.

310 SECVNDA sit conclusio, quòd qui alteri aliquid asserenti, vel neganti, q iniuriam in se non contineat, dicit, *Tu mentiris*, iniuriam infert, & iniuriarum actione tenetur, quia mentita est verbum iniuriosum. Ioann. de Anan. in c. 1. num. 5. de maled. Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait Prætor, num. 3. in fine. ff. de iniur. Nicas. in §. iniuria autem, nu. 3. instit. de iniur. Adden. ad Alber. in l. quæ omnia, num. 1. litera A. in verbo *mentiris*, ff. de procur. vbi testatur se ita vidisse sæpius in praxi seruatum, & quòd à quodam nobili pro consilio habuit decem aureos. Iaf. in l. vt vim, num. 37. & ibi etiam Bolognet num. 94. vers. Nec admittenda est. ff. de iustit. & iur. Ang. de malefic. in gloss. verba *iniuriosa*, nu. 9. & ibi August. in addit. Dec. cons. 488. num. 4. Boer. cons. 4. num. 10. & 14. Vbi amplius, quòd mentita est grauis iniuria. Socin. cons. 146. num. 2. ad med. versic. confirmatur prædicta lib. 1. Iodoc. in pract. crim. cap. 136. num. 6. Socin. iun. cons. 122. num. 11. lib. 2. & ibidem num. 14. Clar. in §. iniuria, in princ. post med. Menoch. consil. 41. num. 8. & 9. Vbi alios refert. Paul. Granut. theorem. 5. num. 3. Bertazz. cons. 135. nu. 2. vbi quòd ita communi omnium consensu receptum est. idem Bertazz. cons. 152 num. 8. lib. 1.

311 TERTIA est conclusio, quòd mentita infert iniuriā, etiam quòd sit data cum protestatione, saluo scilicet honore mentiti. Est enim hæc protestatio contraria facto. Ideo protestantem non releuat, prout in ijs terminis scriptum reliquerunt Alex. in addit. ad Bart. in l. item apud Labeonem, nu. 3. litera E. in verbo *Tu mentiris*, & ibi ēt Pomat. litera F. ff. de iniur. vbi alij referuntur concordantes, Alber. in l. quæ omnia, nu. 2. vers. sed quid si dixit. ff. de procurat. Iaf. in l. vt vim, nu. 37. vers. etiam si diceretur. ff. de iust. & iur. Et ibi ēt Claud. Seysell. in 2. lectura, nu. 125. vers. tertio intelligebat. Vbi quòd ita est de mente Doctorum, Bolognet. nu. 94. vers. sed ego puto in fine. Addentes ad Beluis. in pract. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. nu. 17. in verbo *Tu mentiris*, Boer. cons. 4. nu. 24. Socin. cons. 118. nu. 6. lib. 1. Iodoc. in pract. crim. c. 136. nu. 7. Socin. iun. cons. 122. nu. 11. lib. 2. Couaru. variar. resolut. lib. 1. c. 1. nu. 11. fol. 23. Pract. Corrad. tit. de iniurian. nu. 4. vers. Item si dicatur, fol. mihi 403. Andr. Gayl. obseru. 101. nu. 1. & seq. par. 2. Vbi alios refert, & testatur de communi, Clar. in pract. §. iniuria, num. 14. vers. sed pone, Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 64 in fine. Viu. opin. 6. num. 1. vbi alijs relatis testatur de vera, & cōmuni opinione, Menoch. cons. 41. nu. 3. iuncto nu. 32. & seq. vbi reprobata opinione Aret. & Fab. à Monteleon. in locis infra allegandis, alijsque relatis concordantibus pro hac opinione testatur de magis recepta Doctorum sententia. Bertazz. cons. 152. nu. 8. & seq. lib. 1.

312 Generale enim est in omni iniuria, ne dum in mentita, non excusari iniuriantem ex eo, q protestetur se non iniuriandi animo iniuriosa verba proferre, secundum Alber. in l. item apud Labeonem. §. item ait, nu. 2. ff. de iniur. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs Socin. cons. 118. nu. 5. in fine, lib. 1. vbi de communi. Couar. variar. resolut. lib. 1. c. 11. nu. 1. Soarez. in addit. ad Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. litera C. in verbo *aduertendum*, Vbi alijs relatis testatur ita communiter receptum esse, Soarez. in commun. opin. litera I. num. 77.

313 Et

313 Et loquuntur Doctores prædicti, siue protestatio præcedat, siue subsequatur iniuriam, quamuis Ang.& Alex.in locis relatis per Fab.à Monteleon.in sua prax.arbitrar.par.4.q.9.nu.62.fol.369. quos & ipse sequitur, dixerit protestationem excusare, quando protestatio præcedit.

314 Benè verum est, quòd quando ex præsumptionibus constaret iniuriam non fuisse illatam animo iniuriandi. Tunc talis protestatio multum operaretur, secundum Oldrad.in cons.53.post n.3. Cuius doctrinam dicit esse communiter approbatam. Socin.in cős.118.nu.5.in fine lib.1.prout eos sic refert,& sequitur Clar.in pract.§.iniuria, nu.14. vers. sed pone, in fine. Et hæc declaratio est verissima, & forsan etiam indubitabilis, quia prout dixi supra nu.121.quando per coniecturas probatur animus non iniuriandi, tunc etiam sine protestatione iniurians nou tenetur.

315 QVARTA sit conclusio, quòd mentita data ad propulsandum iniuriam mentienti illatam, punibilis non est, secundum Bart.cons.45.lib.3. Prout illum allegat Alex in addit.ad eundem Bart.in l.item apud Labeonem.§.ait Prętor, num.3.litera E.in verbo *Tu mentiris*, ad finem.ff.de iniur. videtur tex.in l.quæ omnia.§.1.in illis verbis, *Dicat Dominum mentiri*,& paulò infra, *nisi fortè purgari magis conuitium*, & ibi glo.in verbo *conuitium*, Bart.nu.1.Alber.nu.2. Ang.etiam n.2.& Paul.de Castr.nu.3.ff.de procurat.Abb. in c.cum te, num.25.ad med.vers.Exemplum si diceres, de sent.& re iud.Et ibi etiam Alex.de Neuo, sub nu.17.Ias.in l.vt vim, nu.36.in fine.ff.de iust.& iur.Dec.ibidem nu.36. vers.Non obstat.dictum Bartoli.Claud.Seysell.num.70.in fine, in 1.& 2.lectura, nu.125.Bolognet.num.94.in princ. vers.Et pro hac facit, & vers. Item sicut in fine, & vers.Nã resolutio; ibi, *sed si improperium*, &c. Et vers.sed tamen, ad med. Vbi testatur de magis communi Doctorum opinione. Pract.Beluis.lib.1.c.3.rubr.de iniur.nu.17.& ibi in addit.vers.ꝙ intelligo, in verbo *Tu mentiris*, Doctor Baert.in sua additione ad eundem Beluis. vbi supra nu.22.in vers.dixerunt ad inuicem iniurians. Vbi latè hanc probat conclusionem, Ang.de malef.in glo.verba *iniuriosa*, nu.9.vers.nisi faceret gratia sui iuris, vel honoris conseruandi.Capic.decis.58.nu.2.Dec.cons.488.nu.5.Boer.cons.4.nu.25.Iodoc. in pract.crim.c.136.nu.6. Aufrer.in addit. ad Capell. Tolos.decis.127.post nu.2. Socin.iun.cons.122.nu.12.lib.2. & ibidem nu.15. Boss.in tit.de iniur. nu.7. vers. quoad secundum.& in tit.de homicid.nu.86. Fab.à Monteleon.in prax.arbitrar.par.4.q.9.nu.64.fol.369. Pract. Corrad. tit. de iniurian.nu.4.vers.quando quis dicit, fol.403.& nu.34. ad med. Andr. Gayl. obseruat.100.nu.3.par.2.& obseruat.101.nu.3.vers.fallit ista conclusio, & num.4.eadem par.2. Vbi pariter de communi Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu.63.& seqq. vbi nu.66.ampliat, ꝙ talis mentita ad repulsandam iniuriam permittitur etiam in foro conscientiæ. Viui.opin.6.nu.1.vers.cæterum,& ver.seq.Menoc.cős.41.per totum, lib.1.vbi latè comprobat hanc conclusionem, eamq; ampliat etiam stante edicto grauiter puniente mentitam, quia adhuc intelligendum est, vt non comprehendat mentitas datas ad propulsandam iniuriam, quod & idem voluit Bertaz. cons. 399.num.3.lib.2.& cons.152.num.6.lib.1.

316 Contra hanc conclusionem scripsit Villalob. in comun. opin.litera A.nu.27.vbi dicit, ꝙ iniuriarum actione tenetur is, qui prouocatus alterum mentitur, & testatur de communi, ex Boer.cons.4.nu.27.& seq.prout etiam illum sic refert Clar.in pract.§.iniuria, nu.15.vers.quæro etiam dicentem ita in practica seruari, & ibidem Clar.refert Capic.d.decis.58. (quem supra pro prima opinione allegaui) dicentem ita in facti contingentia fuisse decisum per Cőcilium Neapolitanum: Et licèt Clar.ibi testetur, quòd Senatus aliàs iudicauerit secundum dictam primam opinionem. Attamen sic fortè iudicatum fuisse credit, quia inter iniuriantem, & mentitum erat sequuta pax, sentiens quòd si pax non fuisset sequuta, non ita iudicasset: Nec ab ista

317 opinione dissentit Claud.ad Bertazz.cős.135.litera A. Vbi Clarum ab aliorum impugnationibus defendit: Et facit, quia non solùm mentita propulsat iniuriam, sed etiam videtur iniurianti aliam iniuriam facere, scilicet ipsum redarguere de mendacio, secundum Bolognet. in l. vt vim, nu.94.vers.ex quo inferunt in fine, & vers.sed tamen, ibi, sed si vult proferre, &c. ff.de iustit.& iur. Paris. de Put.& Socin.in locis relatis per Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, n.66.in fine. Lancellott.Corrad.in tract.de duello, par. 1.q.19.nu.11.Alciat.respons.248.nu.5. Claud.ad Bertazz. cons.135.sub litera A. Ideo sicut non licèt iniuriam inferenti aliã iniuriã proferre, prout dictum est supra nu.307. Ita nec etiam videtur licitum ipsi iniuriato dicere, Tu mẽtiris, cum sufficeret ipsi ad proprij honoris defensionem improperatum delictum negare, & dicere: *Tu verum non dicis*, iuxta tradita infra, num.327.

318 Verùm pro defensione primæ opinionis, quæ sine dubio magis communiter recepta est, & in iudicando non auderem ab ea recedere, aduerte, quòd ista obiectio tollitur ex ijs, quæ tradita sunt infra nu. 321. Vbi dixi tunc demum licere iniuriato dare mentitam, quando iniuria sibi illata est falsa, secus si vera, & si iniuria est falsa. Tunc mentiens redarguendo iniuriantem de mendacio verum dicit, & propterea non punitur, prout benè sic respondẽdo, scripsit Bolognet. in d.l. vt vim, vers. Ex quo infertur, in fine, & vers.Nam resolutio.ff.de iustit.& iur. Et ita etiam in substantia respondet Menoch.cons.41.nu.4.& 5.iuncto nu.25.vers.Non obstat, & seqq.Nec moueant te authoritates Villalob.& Clari in locis præcitatis, nam ipsi allegant Boer. & Capic.qui si rectè eorum dicta perpendantur, eo loci non loquuntur in specie in mentita data ad propulsandum iniuriam, prout sunt termini propositæ dubitationis: sed loquuntur generaliter in prouocato inferente iniurianti aliam iniuriam, de quo dixi supra nu. 306. & seq.

319 Vbi dictos Boer.& Capic.benè allegaui, & propterea Clar. reprobatur per Baiard.in additione ad ipsum Clar.d.§.iniurian.nu.63.& seq. Vbi testatur quòd bis, contra Clar.iudicauit, prout pariter, & idem Clar.in specie reprobatur per Paul, Granut.theorem.5.per totum. Vbi pluribus primam opinionem, tanquàm magis communem defendit, & comprobat; & licèt Claud.ad Bertazz. cons.135.prout supra eum allegaui, non videatur dissentire ab opinione Clari, attamen in cons.358.litera A.dicit quòd si casus cőtingeret, iudicaret contra Clarum, & hanc opinionem credit procedere etiam in foro conscientiæ.

320 Et in materia aduertas, ꝙ quamuis non puniatur mentita, data ad propulsandum iniuriam, punitur tamen, quando vltra mentitam iniurians vulneratur, satis enim erat consultum iniuriato ex mentita. Ideo tenetur de vulnere, secundum Vulpell.in tract. de pac.q.48.num.5.& 6.& hoc non habet difficultatem, quia prouocatus verbis non debet facto offendere, & offendendo punitur, licèt mitius, prout dicam in materia homicidij facti ad defensionem. Bertazz.cons.135.nu.2.vbi de eo, qui post mentitam dedit iniurianti alapam. Idem Vulpell.cons.36.nu.3.& seqq.

321 QVINTA est conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd mentita data ad propulsandũ iniuriam, tunc demum est impunibilis, quando scilicet illata iniuria est falsa, & mentita vera, secundum Alber.in l.quæ omnia, nu.1.in fine, post Oldrad.quẽ allegat.ff.de procurat.Claud. Seysell.in l.vt vim, nu.125.vers.quòd tamen.ff.de iust.& iur.in 1.lectura.Bolognet.nu.94.vers.ex quo infertur, in principio, & vers.Sed tamen, in fine. August.ad Ange.de malef.in glos. verba *iniuriosa*, post num.9.Boer.cons.4.nu. 28.vers.primo nisi, Boss.in tit.de homicid. nu.86. Viu.opi. 6.nu.1.versic.sed aduerte. Paul.Granut.theorem.5.num.1. vers.ipse autem, in princ.& d.nu.1.ante finem, ibi dummodo verum dicas, & nu.3.vers.dummodo verum, haud sit, & num.10. post princ.

322 Secus autem, si iniuria illata sit vera, & consequenter falsa mentita, quia tunc mentita est punibilis, etiam ad propulsandum iniuriam prorupta: Idem Alber.in d.l.quæ omnia, numero secundo, versic. Sed quid si dixit. ff. de procurat.Et ibi etiam Paul. de Castr. post num. 3. Claud. Seysell.in dicta l.vt vim, in 2.lectura, num.125.vers.Sed si verum dicebat. Bolognet.num.94.vers.ex quo infertur, & vers.Nec admittenda est, in fine, & ibi, *si tamen postea appareret*, &c.& vers.sed tamen in fine, Doctor Baert.in addit. ad Bel-

ad Beluis.in pract.lib.1.cap.3.num.22. in verbo, *dixerunt ad inuicem iniurias*. Boer. consil. 4. num. 27. & 29. in fine. Soarez. in commun. opin. litera I. num. 73. vbi de communi.

323 Quamuis contrarium in hoc voluerit Claud. ad Bertaz. in cons. 358. vers. fi. dicens non esse puniendam mentitam, quamuis illata iniuria sit vera ea ratione, quia veritas conuitij non vitiat, quando animo iniuriandi illata non est, vt dixi supra num. 227.

324 In dubio autem, quia quilibet præsumitur bonus, & non malus, iniuria præsumetur falsa & mentita vera, secũdum Bolognet. in l. vt vim, nu. 94. vers. Sed tamen, in fine. Cuius contrarium videtur voluisse Socin. iun. in cons. 122. num. 15. in fine, lib. 2. vbi dixit, quòd qui alterum mentitur debet probare, quòd iniuria illata sit falsa, & sic mendacium iniuriantis.

325 Et ex hac quinta conclusione infertur, quòd si illata iniuria sit falsa, & mentita vera, ac iustificata, non licèt iniurianti ad propulsandum mentitam mentientem rementiri, quia tunc duplici pœna punietur, & pro prima iniuria, & pro replicata mentita, secundum Ias. post Paul. de Castr. & Alexan. in locis per eum relatis, in l. vt vim, num. 37. in fine. ff. de iniur. & ibi etiam Claud. Seysell. in secunda lectura, num. 125. versic. Secundo restringebat. Bolognet. num. 94. versic Ex quo infertur, & versic. Nam resolutio, ibi, *& si postea obijciens replicaret, &c.* & in versic. Sed ego puto, in fine, ibi, *Et si ille postea replicabit*, Boer. consil. 4. num. 28. versic. Secundo, quòd, &c. Socin. iun. consil. 122. numero 13. libro 2. Viui. opin. 6. numero primo, sub versic. Et de hoc, Bertazz. consilio 152. num. 6. in fine, lib. 1.

326 Secus autem si iniuria sit vera, & mentita falsa, quia tunc iniurians potest in mentientem sine pœna aliam replicare mentitam. Dec. in dicta l. vt vim, num. 36. in fine, vers. secus si ille verum dixisset. ff. de iust. & iure. Et ibi etiam Claud. Seysell. in secunda lectura, num. 125. ad med. vers. Vnde non video, Bolognet. num. 94. versic. Ex quo infertur.

327 SEXTA sit conclusio, quòd iniuria non est dicere alicui, *Tu non dicis verum*. Quia per negationem iniuria non infertur, secundum Bolognet. in l. vt vim, num. 94. sub vers. Nec admittenda est, & in vers. sed tamen quia, ff. de iustit. & iure. Pract. Corrad. titu. de iniurian. num. 31. fol. 410. Hieron. Giaccard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, litera I. Viu. opin. 6. num. 5. Vbi tamen loquitur cessante ira, & in vrbano colloquio, & ita aliàs testatur ipso patrocinante fuisse iudicatum.

328 Item non est iniuria dicere, *Tu dicis falsum*. secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait Prætor, num. 3. litera E. ff. de iniur. ex Salice quem allegat in l. de tutela. C. de in integ. restitu. Fab. à Monteleon. in sua praxi arbitr. par. 4. quæst. 9. num. 63. fol. 369. Pract. Corrad. titu. de iniurian. num. 31. fol. 410. Hieron. Giaccard. in addit. ad Clar. §. iniuria, litera I. Ferret. cons. 375. num. 3. libro 2. Viu. opin. 6. num. 5. Bertazz. consilio 152. numero 11. libro 1. & consilio 88. numero 3. in fine eodem libro 1.

329 Vide tamen Boss. in titulo de iniur. num. 7. Vbi quòd licèt secundum Italos non sit iniuria alteri dicere, *Non dicis verum*, secundum Gallos autem sic. Attamen revera talia verba de sui natura, & proprietate iniuriam important, vt ibi per eum. Et vide etiam Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num. 20. Vbi dixit se credere puniendum esse pœna extraordinaria illum, qui irato animo alteri dixit, *Tu dicis falsum*, Et vide Socin. iun. cons. 103. num. 10. lib. 3. vbi consuluit in casu, in quo per testes probatum fuit apud milites, & personas honoratas paria esse dicere alicui, *Tu mentiris*, vel dicere, *Non dici il vero*, Sic, & iniuriam inferri ab eo, qui alteri dicit, *Tu dicis mendacium*, voluit Bertazz. cons. 152. num. 12. & seq. lib. 1.

330 SEPTIMA sit conclusio, quod iniuriarum actione non tenetur ille, qui dat alteri mentitam conditionaliter, quatenus scilicet de suo honore obloquutus fuerit; Si enim conditio non verificatur, quòd scilicet mentitus nõ obloquutus fuerit de honore, mẽtita non hẽt locũ; Si verò verificatur cõditio, & tunc mentita nõ punitur, quia fuit data ad propulsandũ iniuriam, prout latè hęc omnia deduxit Dec. in cons. 487. num. 6. & seqq. lib. 4. Et latius Socin. iun. cons. 122. num. 16. & seqq. lib. 2. quem videas in materia; &

331 in consil. 123. numero 29. & 32. eod. lib. 2. Vbi etiam loquitur de mentita generali, vt puta, quando quis alium mentitur de omni, & quacumque iniuria, quàm quis in præiudicium honoris mentiti dixisset, aut dicturus esset. Inquit enim, talia verba tanquàm nimis generalia, & incerta non esse attendenda. Bertazz. cons. 135. num. 1. li-

332 bro 1. Vbi quòd iniuria conditionalis non est iniuria: Et ponit exemplum in eo, qui alteri dixerat, *Se sei stato tu, Tu sei vn gran vituperoso*. Ad quæ omnia vide etiam benè loquentem Bero. in cons. 173. num. 11. in fine, & seqq. lib. 3.

333 OCTAVA sit conclusio, quòd mentita data ex interuallo est punibilis, etiam quòd fuerit data ad propulsandum iniuriam illatam. Bolognet. in l. vt vim, nu. 94. vers. sed ego puto. ff. de iust. & iur. Boss. in tit. de iniur. num. 7. vers. quoad secũdum, Andr. Gayl. obseruat. 101. nu. 5. vers. Intellige autem hanc fallentiam, lib. 2. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 64. in fine. Bertazz. cons. 152. num. 19. & num. 21. lib. 1.

ARGVMENTVM.

Iniuriarum actio quot modis remittatur.

SVMMARIVM.

INiuria quandoq; remittitur expressè, & quandoq; tacitè, num. 334.

Iniuria dicitur remissa per pactum, conuentionem, transactionem, præsertim iuramento vallata, nu. 334.

Iniuria potest remitti etiam sine præsentia partis, nu. 335.

Remissio iniuriæ valet etiam quòd non deducatur in pactum, num. 336.

Remissio iniuriæ nuda voluntate perficitur, nu. 337.

Iniuria potest remitti etiam mediante pecunia. Talis tamen sic per pecuniam iniuriam remittens remanet infamis, numero 338.

Iniuria censetur remissa tacitè per signa, et coniecturas reconciliationis, num. 339.

Iniuria dissimulatione, & non reuocatione ad animum remissa censetur, num. 340. & seq. Vbi ampliatur etiam sine præsentia partis.

Iniuriarum actio oritur statim, quòd fuit illata, etiam quòd non appareat eam fuisse ad animum reuocata, nu. 342. & seq. Quamuis alij contra, num. 344.

Iniuria illata in corpus, aut membra cum sæuitia per dissimulationem non censetur remissa, num. 345.

Iniuria in dubio præsumitur reuocata ad animum, nisi iniuriatus fecerit aliquem actum contrarium, num. 346. Et quid si iniuriatus non irascatur, nec ad aliquid moueatur, iniuria recepta, num. 347.

Iniuriam fuisse ad animum reuocatam, probatur verbis, & signis absque eo, quòd iniuriatus expressè dicat, se illam ad animum reuocasse, num. 348.

Iniuria dicitur ad animum non reuocata, quando iniuriatus dixit se eam non habere, nec tenere pro mala, num. 349. Idem si iniuriatus incontinenti ostendat se aduersus iniuriantem bonæ voluntatis, nu. 350. Vt puta, ridendo, & sollatiando cum iniuriante, num. 351.

Iniuria censetur remissa per familiarẽ conuersationem cum iniuriante, nu. 352. & seq. Et idem per alloquutionem, & quid si iniuriatus contrahat cum iniuriante, num. 354.

Iniuria censetur remissa per salutationem, num. 355.

Iniuria censetur remissa, quando iniuriatus comedit, & bibit cum iniuriante, nu. 356. Declara, vt num. 357.

Iniuria

QVÆST. CV. INSPECT. VIII.

334 INIVRIA quandoque remittitur expreſsè, & quandoque etiam tacitè. Expreſsè dicitur remiſſa iniuria per pactum, conuentionem, ſeu tranſactionem, & præſertim iuramento vallatam. tex. eſt in l. non ſolum. §. iniuriarum actio, in fine, verſ. proinde. ff. de iniur. & ibi glo. in verbo
335 *non tenebit*, Bart. ibidem poſt nu. 2. Vbi ampliat etiam ſine partis præſentia. Alber. num. 5. in fine. Ang. nu. 2. verſ. ſi au-
336 tem. Vbi quòd valet talis remiſſio ſimplex, etiam quòd nō deducatur in pactum, Idem Ang. in l. ſed ſi vnius. §. ſi ante,
337 num. 1. ff. eod. Vbi quòd iniuria, nuda voluntate ipſo iure extinguitur glo. in §. fin. in verbo *diſſimulationem*, inſtit. de iniur. Vbi pariter quòd actio iniuriarum tollitur ipſo iure per pactum nudum, & ibi Nicaſ. nu. 4. quod, & idem affirmarunt in cap. cum te, de re iudic. Hoſt. nu. 5. Ioan. Andr. nu. 2. verſ. tollitur autem hæc actio. Ant. de Butr. nu. 5. & Alex. de Neuo, nu. 16. Azzo in ſumma de iniur. nu. 18. Hoſtien. in ſumma eod. tit. nu. 8. verſic. Et qualis ſit hæc actio, verſ. eſt ſpeciale. Pract. Beluiſ. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. num. 62. Bonifac. de Vitalin. in tit. de iniur. n. 45. Iodoc. in pract. crim. c. 136. nu. 18. in fine, & 19. Petr. à Plach. in epithom. delict. lib. 1. c. 6. num. 43. verſ. Alius ſubijcitur caſus. Fab. à Monteleon. in praxi arbitrar. par. 4. q. 9. nu. 44. Pract. Corrad. tit. de iniurian. nu. 32. fol. 411. Ant. Gomez. de delict. c. 6. tit. de iniur. nu. 15. Clar. in pract. § iniuria, n. 12. verſ. tollitur etiam. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1156. nu. 24.
338 Aduerte tamen ad præmiſſam concluſionem, quòd licèt poſſit quiſque (vt dixi expreſsè) remittere iniuriam, etiam per pecuniam, modo tamen pecuniæ quantitas, arbitrio boni viri, ſit moderata, Immò etiam poſſit iniuriatus iſto caſu agere in iudicio ad petitionem eius, quod ſibi fuit promiſſum, ex cauſa remiſſionis, ſecundum Couar. variar. reſolut. lib. 2. c. 10. nu. 7. verſ. Tertium conſtat. Talis tamen remittens iniuriam per pecuniam, remanet infamis, ſecundum Marian. Socin. in c. olim. nu. 31. extr. de iniur. ex glo. quā allegat in c. ſi ille 23. q. 4 Aufred. in addit. ad Capell. Toloſ. deciſ. 127. nu. 8. in fine. Pract. Corrad. titu. de iniurian. poſt nu. 34. Baiard. in addit. ad Clar. q. 58. nu. 66. vbi quòd pecunia iſto caſu facit infamem, tàm dantem, quàm recipientem, quando excedit damna, & intereſſe.
339 Tacitè remiſſa cenſetur iniuria per ſigna, & coniecturas reconciliationis, prout voluit Bart. & communiter Doctores in l. in ipſius, C. famil. herciſcun. Quæ quidem præſumptiones, & coniecturæ cum ſint plures. ideo eas diſcurrere licèt.
340 PRIMA enim, & potiſſima coniectura à iure inducta ad probationem remiſſionis iniuriæ eſt ea, quæ à diſſimulatione, & non reuocatione ad animum ortum habet; iniuriam enim diſſimulatione remiſſam cenſeri omnes admittunt; & ideo ſi iniuriam paſſus illam ſtatim ad animum ſuum non reuocauerit, non poteſt poſtea pęnitentia ductus iniuriarum actione agere. tex. ad litteram, in l. non ſolùm. §. iniuriarum actio, & ibi glo. in verbo *aboletur*, ff. de
341 iniur. Bart. ibidem poſt nu. 12. Vbi ampliat etiam ſine partis præſentia. Ang nu. 2. Et ibi in addit. litera A. & B. Alius text. in §. fi. & ibi notant omnes, Inſtit. de iniur. Ioann. de Anan. in c. 1. poſt num. 13. verſ. Et licèt iniuria diſſimulatione tollatur, extr. de maled. Ang. in l. ſi non conuitij, nu. 12. in fine. C. de iniur. Hoſt. in c. cum te, num. 5. de re iudic. & ibi Ioan. Andr. nu. 2. in fine, verſ. & diſſimulatione. Ant. de Butr. num. 5. & Alex. de Neuo, num. 16. Hoſt. in c. olim, num. 6. & 9. extr. de iniur. Et ibi hoc idem adnotarunt. Io. Andr. ſub num. 4. Ant. de Butr. ſub num. 7. Abb. ſub num. 6. & Marian. Socin num. 45. Hoſtien. in c. fin. num. 4. verſ. actio verò iniuriarum, extr. de iniur. Specul. in titu. de iniur. §. 1. num. 3. verſ. Item, quòd ſtatim, & num 13. Azzo in ſumma de iniur. num. 18. verſ. Item vt tollatur. Hoſtien. in ſumma. eod. titu. num. 8. §. & qualis ſit hæc actio, verſic. Sed, & diſſimulatione, Pract. Beluiſ. lib. 1. c. 3. rubr. de iniur. nu. 84. Rota in tit. de iniur. & damno dat. deciſ. 2. aliàs 240. num. 1. verſ. tollitur etiam leuius, in nouis. Anan. conſil. 44. num. 4. Iodoc. in pract. crim. c. 136. num. 1. & 18. in fine. Cyrill. in ſumma crimin. rubr. 24. § fin. num. 9. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. titu. 2. nu. 124. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 15. Fab. à Monteleon. in praxi arbitrar. par. 4. q. 9. num. 45. verſ. ſecundo diſſimulatio, &c. fol. 367. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 26.
342 LIMITA I. hanc primam coniecturam remiſſionis iniuriæ, quia licèt per diſſimulationem, & non reuocationem ad animum cenſeatur iniuria remiſſa, vt ſupra. attamen ſtatim, quòd eſt illata, etiam ſine aliqua reuocatione ad animum dicitur nata iniuriarum actio, ſecundum glo. in §. fin. in verbo *diſſimulatione*, & ibi Nicaſ. num. 5. inſtit. de iniur. Ang. in l. illud, num. 3. ff eod. Vbi per illum tex. dixit reprobari opinionem eorum dicentium, quòd non oritur actio iniuriarum, niſi pulſatus ad animum reuocauerit iniuriam, cum veritas, ſit, quòd ſtatim talis actio oritur, dummodo iniuriatus non conſenſerit ſibi inferre iniuriam, vt ibi per eum, Hoſtien. in c. cum te, num. 5. verſ. naſcitur autem, de re iudic. Azzo in ſumma de iniur. nu. 18. verſ. Nam & natam eſſe. Anan. conſ. 44. nu. 6. Pract. Conrad. titu. de iniurian. nu. 26. fol. 410. Carauit. ſuper rit.
343 Magnæ Curiæ 275. nu. 3. Vbi loquitur tam de iniuria facta verbis, quam facto.
344 Quamuis contrarium, quòd ad hoc vt naſcatur actio iniuriarum, requiratur reuocatio ad animum, videatur de mente Ioan. Andr. in cap. cum te, num. 2. in fine, verſ. Naſcitur autem hæc actio, de re iudic. Vbi loquitur copulatiuè quòd iniuria illata ſit & ad animum reuocata, & ibid. Ant. de Butr. num. 6. & Alex. de Neuo nu. 17. Idem Butr. in cap. olim, num. 7. verſ. Dic ſi inimicaliter extr. de iniur. & dixit Angel. in d. l. non ſolum, §. 1. num. 2. ff. de iniur. quòd ex diſſimulatione impeditur ortus actionis iniuriarum.
345 LIMITA II. eandem primam coniecturam niſi iniuria fuerit illata in corpus, aut membra cum ſæuitia; quia tunc

tunc sicut volens non potest consentire expressè, cum nemo sit Dominus membrorum suorum, vt suo loco dixi. Ita nec etiam per dissimulationem hoc potest facere, secũdum Ang. in d. l. non solum, §. iniuriarum, num. 2. versic. quòd intellige, ff. de iniur. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubri. de iniur. num. 88. versic. & hoc iniuria verbali, secus in reali.

346 LIMITA III. quia in dubio iniuria præsumitur ad animum reuocata, nisi iniuriatus fecerit aliquem actum contrarium, secundum Alexand. de Neuo, in cap. cum te, num. 17. de re iudic. Vbi propterea quòd in hoc creditur assertioni iuratæ dicentis iniuriam reuocasse ad animum, Socin. cons. 146. num. 7. lib. 1. Vbi quòd non est necesse in libello ponere aut probare, quòd iniuriatus reuocauerit iniuriam ad animum, quia præsumptio est, quòd fuerit ad animum reuocata.

347 Sed vide in hoc Host. in c. olim, nu. 9. extr. de iniur. Vbi dixit quòd satis censetur dissimulata iniuria, si is qui iniuriam recepit, non irascatur, nec moueatur, sequitur ibi Io. Andr. colum. 1. sub num. 4. Fab. à Monteleon. in sua praxi arbitrar. par. 4. quæst. 9. num. 6. Vbi quòd quis dicitur volens pati iniuriam eo ipso, quòd illam recipiens non contradicit, fol. 362.

348 Sed quando in proposito dicetur iniuria ad animum reuocata, vel non, Dic, quòd iniuria fuerit ad animum reuocata probatur verbis, & *signis*, absque eo quòd iniuriatus dicat *hanc iniuriam ad animum reuoco*, cum sufficiat quòd recepta iniuria steterit iratus, secundum glo. in §. si in verbo *non reuocauerit*, & ibi Nicas. nu. 5. Instit. de iniur. Alex. in addit. ad Bart. in l. non solum, §. iniuriarum actio, nu. 4. litera A. ff. eod. Hostien. in cap. cum te, num. 2. in fine, vers. Nec est necesse, de sentent. & re iud. & ibidem Anton. de Butr. num. 6. & Alexan. de Neuo, num. 17. Hostien. in cap. cum te, num. 9. de iniur. Vbi quòd satis dicitur iniuria ad animum reuocata, si is qui iniuriam recepit motus, & turbatus fuerit, sequitur ibi Ioann. Andr. sub nume. 4. Azzo in summa de iniur. num. 18. vers. illud porrò, Hostien. in summa eodem titu. num. 8. & qualis sit hæc actio ante finem versic. Non tamen, Boss. in tit. de iniur. num. 15.

349 Et ècontra non dicitur ad animum reuocata quando iniuriatus *dixit se eam non habere, vel tenere pro mala*, secundum Alber. in l. non solum. §. iniuriarum actio, in princ. ff. de iniur.

350 Item dicitur ad animum non reuocata quando iniuriatus incontinenti ostendit se aduersus iniuriantem bonæ voluntatis, cum possit liberè & tutè contrarium ostendere. Tunc enim eius voluntas videtur facto declarari secundum Alber. in d. l. non solum, §. iniuriarum actio, n. 5. vers. 3. casu ff. de iniur.

351 Item iniuria dicitur ad animum non reuocata, quando iniuriatus cum iniuriante post illatam iniuriam rider, & sollaciatur, secundum Ang. in d. l. non solum, §. iniuriarum actio, nu. 2. ff. de iniur. Nicas. in §. fi. nu. 2. Instit. eod. & dixi infra num. 359.

352 SECVNDVM signum, seu coniectura remissionis iniuriæ oritur ex familiari conuersatione cum eo, à quo quis iniuriam recipit, secundum Ruin. in consil. 131. num. 2. & 7. lib. 4. & ibidem num. 8. vbi declarat. Iodoch. in pract. crimin. cap. 136. num. 18. in fine, & num. 21. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 126. in fine vers. multo autem magis. Petr. à Plach. in epito.

353 delict. lib. 1. cap. 6. num. 43. Vbi idem quòd per alloquutionem censetur remissa iniuria ex Afflict. in tit. de pace iuram. firman. §. iniuria. num. 107. Clar. in pract. §. iniuria, num. 11. vers. Item tollitur. Vbi de communi, ex Plach. in loco præcitato Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 57. Vbi idem de eo, qui transmisit iniurianti nuntium, vel amicabiles litteras. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ 275. num. 3. Vbi pariter de loquente, & scribente iniurianti. Soarez. in commu. opin. litera I. num. 84. Viui. opin. 330. nu. 3. & 6. Vbi etiam de transmissione literarum. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 3. c. 25. num. 87. Honded. cons. 107. num. 29. & 30. lib. 1. & cons. 87. num. 64. & seq. lib. 2. Decian. cons. 18. num. 18. & 144. lib. 1. Iacob. de Graff. decis. cas. conscien. 137. num. 3. in fine, & seqq. lib. 2. par. 1.

354 Sed nunquid iniuria censetur remissa ex eo, quòd iniuriatus contrahat cum iniuriante, Dic quòd non, quando contractus est vltro citroque obligatorius, secus si gratuitus, secundum Bertazz. in cons. 361. nu. 5. prout illum refert & sequitur Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, num. 58. in fine.

355 TERTIA est præsumptio remissionis iniuriæ, ea scilicet, quæ per salutationem vicissim factam ab iniuriato, & iniuriante inducitur, secundum Alex. in addit. ad Bar. in l. non solum, §. iniuriatum actio, nu. 2. litera B. ff. de iniur. Alber. ibidem nu. 3. Alex. in l. 1. in prin. ff. de pact. Felyn. in procem. decret. in verbo *Gregorius*, Afflict. in tit. de pace iuram. firman. §. iniuria, num. 107. Ruin. cons. 131. num. 2. lib. 4. & nu. 7. vbi declarat. Iodoch. in pract. crim. cap. 136. nu. 21. Petrin. Bel. de re militar. par. 2. tit. 2. num. 126. in fine vers. quòd si inuicem salutant. Fab. à Monteleon. in praxi arbitr. par. 4. q. 9. nu. 45. fol. 367. Pract. Conrad. tit. de iniurian. nu. 28. Viui. decis. 330. nu. 2. & 3. Decian. in tract. crim. tom. 1. c. 25. num. 8. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 902. nu. 19. & lib. 3. conclus. 1156. nu. 14. & seqq. Honded. cons. 87. num. 64. lib. 2.

356 QVARTA est coniectura quando iniuriatus comedit, seu bibit, insimul cum iniuriante, cui propterea illatam iniuriam remisisse censetur secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. non solum, §. iniuriarum actio, num. 2. litera B. ff. de iniur. glo. in §. fina. in verbo *dissimulatione*, institu. de iniur. & ibi Nicas. num. 3. Specul. in titu. de iniur. num. 8 §. & qualis sit hæc actio post med. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 86. Bonif. de Vitalin. tit. de iniur. num. 47. Nouell. in pract. cap. fina. num. 84. Iodoch. in pract. crimin. cap. 136. num. 21. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. titu. 2. num. 126. ad finem versic. si enim ipsi soli in eadem mensa compotent. Petr. à Plach. in epito. delict. lib. 1. cap. 6 num. 43. vbi de communi. Fab. à Monteleon. in praxi arbitr. par. 4. quest. 9. num. 45. folio 367. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ, num. 3. Viui. opin. 330. num. 5. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 902. num. 20. & lib. 3. conclus. 1156. num. 12. Honded. cons. 87. num. 65. & seq. lib. 2.

357 Verum præmissa coniectura procedit quando iniuriatus comedit cum iniuriante motu proprio, & spontè, secus si ex alia occasione, vtputa, quando fuerunt insimul inuitati ad magnum festum, & ad vnam mensam positi, quia tunc actus iste videtur factus ex quadam honestatis necessitate. Ideo reconciliationem inducit, secundum Ioan. Fab. in §. fi. nu. 1. instit. de iniur. & ibi Aret. nu. 1. & Nicas. num. 3. Iodoch. in pract. crim. cap. 136. nu. 22. Petrin. Bel. vbi supra d. num. 126. versic. quòd si quam plurimis commensalibus. Plach. d. cap. 6. post d. num. 43. vers. quibus conuenit. Baiard. in addit. ad Clar. §. iniuria, nu. 57. vers. & quando comedunt simul. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1156. num. 13.

358 QVINTA est coniectura remissionis iniuriarũ, quando iniuriatus præstat grata seruitia iniurianti, vel ècontra, secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. non solum, §. iniuriarum actio, nu. 3. in verbo *remittere rancorem*, litera E. in fine, ff. de iniur. ex Bal. quem allegat in l. in ipsius, num. 2. C. famil. ercisc. Ruin. cons. 131. nu. 2. lib. 4. & nu. 7. Vbi declarat. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. titu. 2 num. 126. in fine Fab. à Monteleon. in praxi arbitr. par. 4 q. 9. nu. 46. fol. 367. Pract. Conrad. tit. de iniurian. nu. 34. ad finem fol. 412. Viui. decis. 339. nu. 6. Decian. in tract. crim. lib. 3. c. 25. nu. 22. & 87. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 902. num. 27. & lib. 3. conclus. 1156. nu. 19.

359 SEXTA est coniectura, quando iniuriatus, & iniuriãs, insimul rident, ludũt, aut quid simile faciunt, secundũ gloss. in §. fin. in verbo *dissimulatione*, instit. de iniur. & ibi Nicas. num. 2. & 3. Hostien. in summa de iniur. num. 8. versic. & qualis sit hæc actio post med. Pract. Beluis. lib. 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 86. Nouell. in pract. cap. fina. num. 84. Petr. à Plach. in epito. delict. lib. 1. cap. 6. num. 43. Carauit.

Carauit. ſuper rit. Magnæ Curiæ 175. num. 3. Viui. deciſ. 330.num. 10.Maſcard.de probat.lib.2. concluſ.902.num. 20. Iacob. de Graff. deciſ. caſ. conſcien.137.num. 4. libro 2. parte 1.

360 SEPTIMA eſt coniectura, ſeu potius vera probatio remiſſæ iniuriæ illa, quæ ex tactu manuum inducitur, ſecundum Alex.in addit.ad Bart.in l.non ſolum,§.iniuriarum actio,nu.2.litera B. verſ.ſemper tactum palmarum,ff. de iniur.ex glo.& Bald.in l.1.in princ.ff.de pact. Nouell.in pract. c.fi.nu.84. Petrin. Bel.de re militar.par.10.tit.2.nu. 126.verſ.Item certum eſt argumentum pacis. Viui.deciſ. 330.num.2. Decian.in tract.crim. tom.1.lib.3.c.25.nu.87. Maſcard.de probat.lib.2. concluſ.902. nu.23.& lib.3.concluſ.1156.num.8.& ſeqq.

361 OCTAVA eſt coniectura, ſeu etiam probatio vera remiſſionis iniuriæ, quando iniurians, & iniuriatus ſe inuicem deoſculantur.c.pacem diſt.2. Alber.in l.non ſolum, §.iniuriarum actio, nu.3.ff.de iniur.Nouell.in pract.c.fin. nu.84.Iodoch.in pract.crim.c.136.ſub nu.21.Fab.à Monteleon.in praxi arbitr.par.4.q.9.nu.45.fol.367.Pract.Conrad.titu.de iniurian.28. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ. 902.nu.21.& lib.3.concluſ.1156.num.4.& 5.

362 Hæc autem coniectura ſeu probatio non procedit in oſculo pacis dato in eccleſia, quod non poteſt ſalua honeſtate refutari ſecundum Ioan.Fabr.in §. fi.nu.1.inſtitu.de iniur. & ibi Aret.nu.1. & Nicaſ. nu.3. Baiard.in addit.ad Clar.§. iniuria,nu.57. Vbi alij referuntur concordantes Maſcard. de probat.lib. 3.concluſ.1156. nu.6.& 7.

363 NONA remiſſionis iniuriarum probatio oritur ex eo, quòd iniuriatus recipit ab iniuriante illatæ iuiuriæ ſatisfactionem,l.ſed ſi vnius,§.ſi ante Iudicem, ff. de iniur.l. ſi pupillus alterum,ff.de adminiſtr.tutor. Butigel.in l.lecta, num.42.ff.ſi cert.pet. Hyppol.Riminal.in l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, num. 348. verſic. hinc eſt, ff. de pact. quos in propoſito refert & ſequitur Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 902. num. 18. & lib. 3. concluſ. 1156.num. 35.& ſeq.

364 LIMITA I. omnes præcedentes coniecturas,& probationes remiſſionis iniuriæ, vt operentur effectum ſuum quoad præiudicium partis remittentis, non autem in fiſci præiudicium, quin idem fiſcus poſſit agere ad vindictam Reipublicæ,ne delicta ramaneant impunita tantum. Beluiſ.in pract. lib.1.c.3. rub. de iniur. nu. 67. & ſeqq. Vbi ponit opiniones contrarias, & iura facientia pro, & contra,& deinde videtur diſtinguere. Boſſ.in tit.de iniur.nu. 17.& 32.verſ.& idem,quando. Petr.à Plach.in epit.delict. lib.1.cap.6.num.42. verſic. ſi iniuriam paſſus, &c.fol.105. in fine, & latius dixi in 1. part. titu. de inquiſit. quæſt. 4. num, 32.& ſeq.

365 LIMITA II. eaſdem coniecturas, & probationes dictæ remiſſionis iniuriæ, vt pariter operentur effectum ſuum,quoad ius agendi criminaliter ad pœnam, ſecus autem quoad ius agendi ciuiliter ad damna, & intereſſe, prout dixi in prima part. titu. de Inquiſit.quæſt.5. ſub numero 11.in ſecunda ampliatione, & expreſsè voluerunt Bartol. Bald. & Angel. relati per Ioann. de Anan. in cap. primo, poſt num. 13. extra de maledicis Alber. in l. ſed ſi vnius, §. Prætor ait, numero 2. ff. de iniur. & ibidem Angel. in §.ſi ante numero tertio. Vbi quòd licet remittens iniuriam non poſſit criminaliter, aut ciuiliter ad vindictam videlicet ad æſtimationem iniuriæ agere, benè tamen poterit agere, l. Aquilia ad damna. Ioann. Fab. in §. fina. numero 3. Inſtitu. de iniur. Abb. in cap. olim, in fine, in vltimis verbis extra de iniur. & ibi etiam Marian. Socin. numero 46. verſicu. prædicta tamen. Addentes ad Beluiſ. in pract. libro 1. cap. 3. rubr. de iniur. numero 61. in verbo *extinctè*, Hippol. Riminal.inter con-

366 ſil. crimin. diuerſor. conſil. 134. numero 47. & ſeqq. Vbi num. 48. ampliat etiam quòd pro remiſſione iniuriæ quis pecuniam acceperit. Aufred. in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 127. in fine additionis. Vulpell. in tract.de pac. quæſt. 29. Vbi alios refert concordantes. Couaru. variar. reſolut. libro ſecundo, capit. 10. numero 7. verſic. quarto eodem iure. Vbi de communi Petr. à Plach.in

367 epit.delict.libro primo, cap.6.numero 40. Vbi quòd hæc ſententia frequentiori Doctorum calculo recepta eſt, & ibi etiam ponit, quòd remittens damna non cenſetur remiſiſſe expenſas. Fab. à Monteleon.in praxi arbitr.par.4. quæſt.9. numero 46. folio 367. Anton.Gomez.delict.cap. 6.rubr. de iniur. numero 16. Vbi alijs relatis teſtatur de communi. Minſinger. obſeruat. 10. centur. 3. Vbi alijs relatis teſtatur etiam de communi, & indubitata opinione. Clar. in pract. §. fina.quæſtio.58.verſic.Quæro modo. Vbi quòd ita communiter dicunt ſcribentes, ex Ioan.de Amicis, quem allegat in conſ.8.num.14. Baiard.in addit. ad Clar. quæſt. 58. num.68. Carauit.ſuper rit.Magnæ Curię 275.num.4.Menoch.de recuperan.poſſeſſ.remed.1.nu. 305.& ſeqq.& de præſumpt.lib.3.præſumpt.114.num.3.& ſeqq.Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.902. num. 29. Vbi alijs relatis teſtatur de communi, & libro 3.concluſ.1156. num.31. & ſeqq. Vbi benè comprobat, & teſtatur de communi.

368 Quamuis de hac concluſione dubitet Anan. in d.cap.1. in loco præcitato, per tex.in d.§.fin.Inſtit.de iniur.quo videtur probari ex diſſimulatione tolli etiam ius agendi ciuiliter ad damna,prout etiam contrarium voluerunt Bald. & Alex. in locis relatis per Conrad. in pract. titu. de iniurian.num.34.

369 Verum præcedens ſecunda limitatio non haberet locum,quando quis feciſſet plenam remiſſionem;Nam tunc cenſentur etiam remiſſa damna, & intereſſe, ſecundum Hyppol.Riminal.qui alios refert concordantes inter con-

370 ſil.crimin.diuerſor.conſil.134.num.41. & ſeq. lib. 1. Vbi etiam num.43.& ſeqq. & num. 55. & ſeqq. declarat an, & quando dicatur facta iſta plena remiſſio ad effectum, vt cenſeantur remiſſa damna,& intereſſe. Pract.Conrad.tit. de iniurian. num. 34. verſic. limitat etiam. Alexand. fol. 412.Baiard.in addit.ad Clar.quæſt.58.num.60. & 67. Menoch.de præſumpt.libro 3. præſumpt.114.num. 6. Bertaz. conſil.503.num. 6. in fine, & ſeqq. vbi concluſionem firmatam ſupra num. 365. in 2. limit. declarat procedere, in ſimplici iniuriatum remiſſione,non autem in remiſſione non ſimplici, & ibi etiam explicat, quando remiſſio non dicatur ſimplex,& an etiam ſub ea compræhendatur remiſſio pœnæ conuentionalis iam incurſæ per totum illud conſilium.

371 LIMITA III. vt prædictæ omnes coniecturæ procedant,quando iniuriatus ad animum non reuocauerit iniuriam ſibi illatam à principio; Tunc.n. verum eſt, quod iniuriarum actio cenſetur ſublata, ſeu tacitè remiſſa per ſalutationem,per oſculum,aut ſimiles actus reconciliationem inferentes; ſecus autem ſi iniuriatus iniuriam ad animum reuocauit; quia tunc iniuria non cenſetur remiſſa, niſi expreſſo pacto, vel renunciatione, quoad pœnam, & æſtimationem,licet ſecus quoad rancorem, & odium; ſic enim videtur concludere glo.in §.fi.in verbo *non reuocauerit*,in fine, Inſtit.de iniur.Hoſt.in c.olim ſub nu.5.& ſeqq. & præſertim, num.8.verſ.ſolutio, &c. extr. de iniur.& ibi etiam Ioan. Andr. num. 4. in diſcurſu. Anton. de Butr. ſub num. 7. & Marian Socin. num. 46. Ruin. conſil. 131. num. 7. lib. 4. Pract. Beluiſ. libro 1. cap. 3. rubr. de iniur. num. 88. in fine verſic. Item ſecus ſi ad animum ſuum reuocauerit expreſsè. Pract. Conrad. titu. de iniurian. num. 28. fol. 410. Carauit. ſuper rit. Magnæ Curiæ 275. num.3.ante finem Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ.902. num.25.& dixi ſupra part. 1.tit.de Inquiſit.quæſt.5.nu.11. in 2.ampliat.

372 Verum in hoc vide ni fallor contrarium tenentem Ang.in l.non ſolum.§ 1.num. 2. verſ. ſi autem à principio. ff.de iniur.& Abb.in d.cap. olim, num.6.in fine in vltimis verbis. Vbi dixit aduertendum, Hoſtien. loqui, quando iniuriatus ſalutauit, & recepit ad oſculum iniuriantem, aut ſimiles actus cum eo fecit, poſtquam eum accuſauit, & vocauit in iudicio,prout dixi infra nu. 375. Vnde fortè ſecus videretur dicendum ſecundum eum,quando huiuſmodi actus feciſſet ante accuſationem; quia tunc videretur remiſiſſe actionem iniuriarum,licet non damna,& intereſſe, & certè Doctores materiam pertractãtes videntur loqui

loqui generaliter ex interuallo, & post reuocatā iniuriam ad animum, & tamen eam dicunt censeri remissam ex prędictis signis reconciliationis, prout expresse aduertit Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. nu. 125. Vbi dixit ita per Doctores notari, & præcipuè per Bald. in l. in ipsius C. famil. ercisc. & dixit Viui. decis. 330. num. 1. quod per signa reconciliationis censetur remissa iniuria. Quamuis eam prius iniuriatus ad animum reuocauerit, & ita dixit tenere omnes in l. in ipsius, C. famil. ercisc. & etiam testatur fuisse iudicatum de anno 1489. in Regia audientia Barensi.

373 LIMITA IIII. in Episcopo, seu alio Clerico, qui ex eorum officio astringuntur rancorem, & odium remittere, & ne videantur rancoris signa retinere, debent etiam salutare, comedere, bibere, & alios similes actus facere, & propterea non per hoc censetur iniuriam ad animum reuocatam remisisse, pręsertim quoad ecclesiam, cui etiam censetur facta iniuria ex eorum persona, & in cuius præiudicium, nec tacitè, nec expresse iniuriam remittere possunt, secundum Hostien. in cap. olim, sub num. 5. & seqq. extr. de iniur. & ibi etiam Ioann. Andr. num. 4. in discursu. Anton. de Butr. sub num. 7. Marian. Socin. sub num. 45. & seqq.

374 Verum vt supra admonui ex Abb. in d. c. olim, in fine, hæc conclusio potest procedere post accusationem, non autem fortè ante accusationem.

375 LIMITA V. Quando iniuriatus accusauit iniuriantem, ipsumque citauit, aut cum eo litem contestatus fuit. Nam tunc ad hoc vt censeatur remissa iniuria, est necessaria expressa remissio, nec sufficit tacita per salutationem, per osculum, per risum, aut similes actus secundum Host. in cap olim sub num. 8. & 10. vers. sed & ex quo, extr. de iniur. & ibi etiam Ioann. Andr. sub num. 4. Anton. de Butr. sub numero 7. Abb. numero 6. & Marian. Socin. sub num. 45. & seq. Aufred. in addit. ad Capell. Tholos. decisio. 122. numero 10. versic. Adde quòd. Pract. Conrad. titu. de iniurian. numero 28. fol. 410. Baiard. in addit. ad Clar. in §. iniuria, num. 57. in fine. Claud. ad Bertazz. consil. 307. in fine additionis. Carauit. super rit. Magnæ Cur. 275. num. 3. ad finem Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 902. num. 25.

376 LIMITA VI. quia iniuria non censetur remissa per confessionem peccatorum, dum pęnitens in manibus sacerdotis illam iniurianti remittit, talis enim remissio intelligitur facta quoad rancorem, & odium, non autem quoad satisfactionem, & in foro fori, secundum Abb. in cap. 1. in fine, & ibi etiam Ioan. de Anan. num. 12. in fine, & 13. Vbi pluribus hanc probat conclusionem extr. de maled. Addentes ad Iacob. Butrig. in l. si non conuitij, C. de iniur. & ibi etiam Ang. num. 1. Bart. in l. non solum, §. iniuriarum actio, num. 3. ff. de iniur. & ibi Alex. litera E. in verbo *remittere*. Vbi quòd isto casu non censetur remissa actio iniuriarum, nec quoad pœnam, nec quoad interesse. Alber. num. 1. Aret. in §. fin. num. 3. in fine, & 4. Instit. de iniur. Marian. Socin. in cap. olim, num. 29. extr. de iniur. Vbi de communi. Addentes ad Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. num. 62. in verbo *extinctè*. Aufrer. in addit. ad Capel. Tholos. decis. 127. num. 9. Petrin. Bel. da re militar. par. 10. titu. 2. num. 127. Vbi quòd ita dicunt communiter Doctores. Boss. in titu. de iniur. num. 16. Couar. variar. resolut. lib. 2. num. 7. in princ. & in vers. Tertium constat cap. 10. Per. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 6. num. 41. versic. Hinc etiam ius accusandi. folio 103. Vbi testatur de magis communi (licet alij per eum relati contrariam opinionem dixerunt communem, prout eam communem post August. de Arim. quem allegat fatetur Conrad. in pract. titu. de iniurian. num. 33.) Clar. in pract. §. fina. quæst. 58. vers. sed in proposito. Vbi etiam de communi. Soarez. in commun. opin. litera I. num. 83. Mascard. de probat. libro 2. conclus. 902. num. 30. & lib. 3. conclus. 1156. num. 25. & seqq. Rolan. cons. 45. num. 28. lib. 4. Bertazz. cons. 152. nu. 1. & seqq lib. 1. Iacob de Graff decis. cas. conscien. 137. nu. 4. in fine lib. 2. par. 1. Nec dissentit Honded. cons. 87. num.

377 66. & seqq. lib. 2. Volens ad tollendum inditium inimicitiæ sufficere probare reconciliationem per confessionem peccatorum, quod & idem voluit Eugen. Perusin. consil. 27. num. 23. & seqq. & dixi supra quæst. 49. num. 113. in tit. de indit. & tortu.

378 SVBLIMITA hanc sextam limitationem, nisi in manibus sacerdotis sit per pęnitentem facta plena remissio, tunc enim censetur etiam remissa iniuria in foro contentioso, secundum Ioann. de Anan. post Bal. quem allegat in cap. 1. num. 13. colum. penult. ad med. versic. adde prædictis extr. de maledicis Alex. in addit. ad Bart. in l. non solum, §. iniuriarum, numero 3. in verbo *remittere rancorem*, littera E. ff. de iniur. Petr. à Plach. d. capit. 6. numero 41. in fine principij, folio mihi 104. Carauit. super rit. Magnæ Cur. 275. numero 11. Mascard. de probat. libro 2. conclus. 902. numero 31. & libro 3. conclus. 1156. num. 28. & seqq. Vbi benè de materia huius declarationis. Bertazz. d. cons. 152. num. 2. ad finem lib. 1.

379 Sed nunquid remittens iniuriam in articulo mortis iniurianti si postea reconualescit, possit iniuriarum actione agere, vide glo. in §. fina. in verbo *non reuocauerit*, institut. de iniur. quæ loquitur, quando iniuria fuit remissa in pœnitentia, arguit pro, & contra, & postea resoluit, quòd licet iniuria ab initio tollatur nuda, & simplici voluntate iniuriati, si tamen fuerit ad animum reuocata non censetur remissa per nullam voluntatem, nisi verbis, aut facto fuerit expressa, & sic videtur admittere, quòd in expressam remissionem iniuriæ in articulo mortis censeatur etiam remissum omne interesse, quòd poterat iniuriatus prætendere. Ioan. Fab. ibidem num. 2. Vbi quòd si fuerit solum remissus rancor propter salutem animæ, non censetur remissa satisfactio iniuriæ, siue remittens fuerit infirmus, siue non, & Aret. post num. 3. Vbi ècontra quòd si fuit remissus non solum rancor, sed etiam iniuria propter mortis cogitationem, non tamen cessante timore mortis propter reconualescentiam; renascitur actio iniuriarum, & cum hac distinctione pertransit etiam Nicas. ibidem num. 7. in fine. Ad quę vide etiam Cōrad. in pract. titu. de iniurian. num. 33. Vbi quòd si ægrotus remiserit cum iuramento in manibus sacerdotis iniuriam illatam, talis remissio non potest postea reuocari per reconualescentiam. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ 275. num. 9. & 10. Vbi quòd per remissionem iniuriæ, vel renunciationem querelæ factæ in articulo mortis publicè, vel secretè censetur tantum remissus rancor, non autem satisfactio iniuriæ, & interesse, reprobata gloss. in d. §. fin. contrarium dicente.

380 LIMITA VII. quòd nec iniuria censetur remissa per verba generalia secundum Bald. in l. in ipsius. num. 4.

381 C. famil. ercisc. Vbi ponit exemplum, quando testator facit legatum, puta, relinquens scuta decem cuilibet seruo suo, dicitque quòd per hoc legatum, non censetur remisisse iniuriam seruo, qui iam iniuriam fecerat, si plures habebat seruos, nisi omnes offenderit, quoniam tunc necessario legatum refertur ad offendentes, vt dispositio aliquid operetur iuribus ibi per eum allegatis refert prædicta Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 901. num. 28. & lib. 3. conclus. 1156. num. 22. Ad quæ addo Beluis. in pract. lib. 1. cap. 3. nu.

382 89. Viui. decis. 330. num. 1. Vbi quòd ad hoc vt iniuria censeatur remissa ex signis, illa debent esse vera, necessaria, & concludentia, non autem promiscua, incerta, & æquiuoca, cum voluntas semel suscepta, & animi affectio durare præsumatur, nisi concludentibus argumentis appareat mutata, ex Bald. quem allegat in l. in ipsius, C. famil. ercisc. & num. 7. Vbi quòd per legatum factum

383 inimico suo censeatur remissa iniuria, & num. 8. Vbi idem si inimicus relinquatur tutor suis filijs, de quo etiam per Mascard. de probat. libro 3. conclusio. 1156. num. 21.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De forma libelli in crimine iniuriarum.

SVMMARIVM.

FOrma libelli in actione iniuriarum, num. 384.
Libellus iniuriarum debet continere certum nomen iniuriantis, num. 385.
Libellus iniuriarum debet continere ſpeciem illatæ iniuriæ, num. 386.
Iniuria ſi plures fuerint vnico tempore illatæ quomodo agendum ſit, num. 387.
Agens ad extimationem iniuriarum an teneatur exprimere locum, & tempus illatæ iniuriæ, num. 388.

QVÆST. CV. INSPECT. IX.

384 GENERALITER de forma libelli in actione iniuriarum, vide Bald. & alios relatos per Alexand. ad Bart. in l. 1. §. iniuria, ff. de iniur. & in l. iniuriarum æſtimatio, num. 3. & in 2. quæſt. litera B. ff. eod. Spec. in tit. de iniur. §. 1. num. 1. 6. 7. & 10. Angel. de maleſ. in gloſſ. verba *iniurioſa*, num. 18. & ibi in addit. Vbi remiſſiue. Fab. à Monteleon. in praxi arbitr. par. 1. quæſt. 9. num. 72. fol. 371.

385 Et quòd libellus iniuriarum debeat continere certum nomen iniuriantis eſt tex. in l. Prætor edixit in princ. & ibi gloſ. 1. in princ. & in verbo *certum*, ff. de iniur. Bar. ibidem ante num. 1. Vbi facit oppoſitionem, & illam reſoluit. Ang. etiam num. 1. Alber. in l. item apud Labeonem, §. cui, num. 1. ff. eod. Salyc. in l. 3. num. 2. C. eod. Pract. Beluiſ. lib. 1. cap. 7. num. 1. & ſeqq. Vbi amplius quòd in libello debet ſpecificari perſona, cui fuit facta iniuria, illiuſq; dignitas, officium, & conditio.

386 Item quòd debeat continere ſpeciem iniuriæ illatæ eſt text. in l. Prætor in princ. ff. de iniur. in illis verbis, *& ſpecialiter dicere quam ſe iniuriam paſſum contendat*, & ibi gloſſ. 1. in princ. & in verſi. item qui agit, & in verbo *diſignare*, verſ. vel ſecundo dicas. Item text. expreſſus, in d. l. Prætor edixit, §. quod autem prætor ait, & ibi gloſſ. in verbo *neque ſubalternatione*, ff. eod. Vbi propterea infertur circa ſpeciem iniuriæ illatæ, non admitti libellum alternatiuum Angel. in d. l. prætor edixit, §. prætetea, num. 1. Alber. in l. ſi non conuitij. num. 14. verſic. Item in libello, C. de iniur. Vbi quòd debet exprimi qualitas iniuriæ, in quo loco, & in qua parte perſonæ fuerit illata; cum ex qualitate loci, & perſonæ iniuria reputetur grauior & ibi etiam hoc idem affirmat Ioan. Fab. num. 8. Specul. in tit. de iniur. §. 1. num. 1. ad finem. Hoſtien. in ſumma de iniur. num. 7. in fine, §. & inquantum etiam in fine, Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 8. nu. 1. Bonifac. de Vitalin. in titul. de iniur. num. 52.

387 Item ſi plures fuerunt illatæ iniuriæ verbis, puta, & facto, debet de omnibus iniurijs inſimul agi, non autem ſeparatim de qualibet. tex. expreſſus in l. prætor edixit. §. quòd autem prætor ait. verſic. ſi mihi plures. ff. de iniur. & voluit glo. in d. l. prætor edixit. §. ſi plures. Hoſtien. in ſumma de iniur. num. 7. in fine, §. & in quantum etiam in fine. Beluiſ. in pract. lib. 1. c. 8. tubr. de iniur. num. 3. Vbi declarat. Boniſ. de Vitalin. tit. de iniur. num. 60. Cyrill. in ſumma crim. rubric. 24. §. final. num. 7. fol. 100.

388 An autem, quando ciuiliter agitur ad eſtimationem iniuriarum teneatur agens exprimere locum, & tempus illatæ iniuriæ, vide Bartol. in l. Prætor edixit, in princ. nu. 1. ff. de iniur. & in l. iniuriarum, in prin. ff. eod. Vbi quòd in libello iniuriarum debet exprimi tempus factæ iniuriæ, Alber. in l. Prætor edixit, §. quòd autem, ff. eod. Vbi videtur tenere, quòd in tali libello ſit apponendus locus, dies, & hora. Angel. in d. l. Prætor edixit, in princ. n. 2. Vbi ꝙ debet exprimi tẽpus, & locus cũ alijs circũſtãtijs. Salyc. in l. 3. num. 3. C. eod. Vbi quòd quando iniuriarum actio infamat aut de re, aut de facto, tunc in libello eſt exprimendus locus, & tempus; ſecus ſi talis actio non infamat. Cardin. Zabarell. in cap. cum te, num. 2. de re iud. Vbi pro, & contra, & de materia. Marian. Socin. in cap. olim, num. 25. verſ. & debet, extr. de iniur. Vbi quòd quando criminaliter agitur exprimi debet in accuſatione locus, & tempus. Quod & idem voluit Beluiſ. in pract. lib. 1. cap. 7. & ibi addit. num. 1. & ſeq. Socin. conſil. 146. num. 10. 13. & ſeqq. lib. 1. Vbi multa deducit ad ſaluandum libellum in actione iniuriarum non continente locum, & tempus illatæ iniuriæ. Andr. Gayl. obſeru. 64. lib. 1. Vbi latè diſputat materiam, quòd ſiue agatur criminaliter, ſiue ciuiliter, in libello iniuriarum exprimendus eſt locus, & tempus, vtputa annus, & menſis, (licet non dies) illatæ iniuriæ; & ita apud eum in illa Camera communiter ſeruari teſtatur, & poſtea declarando ſubdit, quòd ſi agatur criminaliter, libellus ſine expreſſione loci, & temporis eſt ipſo iure nullus, etiam parte non opponente; Si verò agatur ciuiliter ad extimationem iniurię, & tunc eſt neceſſaria partis oppoſitio, aliter libellus ſuſtinetur, vt ibi per eum, qui etiam ſuper hoc teſtatur de magis communi opinione Clar. in §. iniuria, num. 6. Vbi quòd in libello iniuriarum eſt ponendus annus, menſis, & locus illatæ iniurię, & ibi teſtatur de communi, ſequitur Soarez in communi opinione litera I. num. 78. Ad quę vide que dixi in 1. par. tit. de inquiſ. quęſt. 1. num. 12. & ſeqq.

ARGVMENTVM.

De maledicẽte Principi, Cardinalibus, & Prælatis.

SVMMARIVM.

PRincipi maledicens ex propoſito, & malo animo puniendus eſt, num. 389.
Principi maledicere non licet, num. 390.
Princeps curare non debet de maledictis in eum, num. 391.
Principi inferens omne verbum importans contumeliam, punitur ſicut proferens maledictum, num. 392.
Iniuria, & maledictum illatum in Principem dicitur maximum delictum, num. 393.
Maledicens Papæ punitur, num. 394. Contra num. 395. Reſolue, vt num. 396.
Maledicens Romanæ Eccleſiæ punitur, num. 397.
Maledicens Principi punitur, ſiue Clericus, ſiue Laicus ſit, nu. 398.
Cardinali legato iniuriam, & maledictum inferens punitur num. 399. & ſeqq. Vbi etiam aa pro iniuria verbali puniatur, ac ſi eum percuſſiſſet.
Maledicens ſuo Prælato, & ſuperiori ſpirituali puniendus eſt, num. 402.
Prælatus poteſt vendicare iniuriam ſibi factam, & iniuriantem punire, atque excommunicare, num. 403. Contra num. 404. Diſtingue, vt num 405.
Prædicatores, qui in eorũ Prædicationibus, & ſermonibus Prælatis detrahunt, puniuntur, num 406.
Principi non eſt maledicendum, nec publicè, nec ſecretè, num. 407.
Maledicens Papæ non ſolum infamis eſt, & ab Eccleſia extorris redditur. Verum etiam quandoque hæreticus reputatur num. 408.
Maledicens Principi propter ebrietatem non punitur, num. 409. licet alij contra num. 410.
Maledicens Principi ex leuitate, temeritate, ſeu lubrico linguæ non punitur, num. 411. licet alij contra num. 412. Non tamen præſumitur quis ex leuitate maledicere, niſi probetur, & niſi contrarium ſuadeatur ex qualitate perſonarum, & ex verbis maledicti, num. 414.
Maledicens Principi ex inſania non punitur, num. 415.
Maledicens Principi pœna arbitraria puniendus eſt. num. 416.
Maledicens Principi non incurrit crimen læſæ maieſtatis num. 417. licet alij contra, num. 418.
Maledicentes Principi iudex non poteſt ex ſe ipſo abſoluere, vel condemnare, ſed eos debet ad Principem remittere, num. 419. Licet alij contra, num. 420.

QVÆST. CV. INSPECTIO X.

389 REGVLA sit in hac decima inspectione, quòd Principi maledicens ex proposito, & malo animo puniendus est, sic enim per text. in d. l. vnica, C. si quis Imperatori maledixerit, in illis verbis, *si ab iniuria remittendum*; & in alijs sequentibus verbis, scripserunt ibidem glos. in verbo *si ab iniuria*, vbi declarat idest *iuriosè*, *& ex animo*, Butrig. in summario, Bald. pariter in summario, Salyc. ante num. 1. Glos. in l. famosi in verbo, *puniendum*, ff. ad l. Iul. maiest. glos. in cap. 1. in verbo, *à temeritate*, de maledic. & ibi Hostien. num. 2. in princip. vers. si ob iniuriam, & d. num. 2. in fine. in simili versic. si ob iniuriam. Boyc. num. 2. Hostien. in summa de maledic. §. alij maledicunt Principem Ecclesiasticum, colum. 1. post med. vers. secus si ex certa scientia, & versic. sed si deliberatione habita. Gign. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest. committatur. quæst. 40. num. 5. Pract. Corrad. tit. de iniurian. num. 24.

390 Et generaliter, quòd Principi maledicere non liceat, probat text. in c. paratus 23. quæst. 1. ibi scriptum est enim. Principi, *populi tui non maledices*, glos. in cap. 1. in verbo, *in depressionem*, de maledic. & ibi Hostien. num. 1. Card. Zabarell. num. 2. Hostien. in summa de maledicis §. alij maledicunt Principem ecclesiasticum, in princip. vers. idem credo. Gig. de crimin. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestatis committ. quæst. 40. num. 1. vers. scriptum est enim. Menoc. de arbitr. q. lib. 2. casu 377. num. 2.

391 Quamuis quòd isto casu Princeps nec etiam deberet curare de maledictis in eum, faciunt plures Antiquorum sententiæ, quibus dicitur, Principem talia exquirere non debere; Princepsq; qui vult omnia scire, necesse habet multis ignoscere, & Rex læsus animum habeat in potestate, & pœnam si tutè potest, donec alias illam temperet, & nil gloriosius Principi læso, & alia similia, quæ ex Quintil. & Senec. recensentur p Io. Andr. in cap. 1. post num. 4. de maledicis, & ibi etiam Marian. Socin. num. 8 in fine, & 9. & Ioan. de Anan. num. 7. circa finem, vers. adde etiam. Gign. de crim. læsæ maiest. d. quæst. 40. num. 8. & in proposito vide Boss. in tit. de iniur. num. 34. vbi quòd boni Principes potius parcunt, quam puniunt, & si puniunt, non excedunt terminos iuris, & ita testatur tempore suo seruasse Senatum in quodam, qui conuitium protulerat contra Marchionem Vasti Gubernatorē Mediolani. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 377. num. 9. vbi contra communem intellectum nititur probare, quòd verbum, *remittere*, positum in l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit sit intelligendum, hoc est non curare.

392 AMPLIA I. Propositam in hac decima inspectione regulam, vt puniatur non solum inferens in Principem maledictum, prout loquitur tex. in l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit, sed etiam inferens omne aliud verbum, importans contumeliam, quòd propterea isto casu appellatione maledicti comprehenditur. secundum Bal. in d. l. 1. num. 1. Quem refert, & sequitur Anan. in cap. 1. num. 7. circa med. colum. 3. ante finem versic. Bal. vero extr. de maledicis Hostien. in summa eodem tit. in §. quot sint genera in princ. vbi dicit quòd generaliter maledictus potest dici is, qui obloquitur de alio homine, detrahendo ei, & eum obloquijs deprimendo; quæ descriptio iudicio meo optime etiam iniurias comprehendit Boss. in tit. de iniur. num. 34.

393 AMPLIA II. quia iniuria, & maledictum illatum in Principem dicitur maximum delictum secundum Io. de Anan. in c. 1. num. 6. in fine, extr. de maledict.

394 AMPLIA III. vt proposita regula procedat non solum in maledicente Principi sæculari, Imperatori scilicet, aut Regi, sed etiam in maledicente Papæ, tex. est in cap. 1. de maledicis per hæc verba disponens. *Quia nobis, per literas retulisti, quòd I. Clericus multis coram astantibus verba quadam in depressionem officij, & beneficij nostri protulit, ipsum à temeritate sua compescas, vt pœna illius alijs terrorem incutiat, ne de cetero contra Romanam Ecclesiã in talia verba prorumpant*, & per istum tex. hoc idem quòd in litera dicitur expressè adnotarunt omnes Doctores ibi in summario: Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. alias 60. num. 2. Petr. à Plach in epith. delict. lib. 1. cap. 4. num. 2. in fine.

395 Contra hanc ampliationem sentit Alber. in l. 1. num. 1. C. si quis Imperator maledixerit, vbi dixit, quòd dispositio illius legis non habet locum in maledicente Papæ; quia Papa de talibus non curat, per tex. quem allegat. in cap. inter quærelas 23. quæst. 4. sed quòd immo curet non est ambigendum (post quam tex. in d. c. 1. de maledicis expressè mandat Principi maledicentem puniri, & condemnari debere) verum quòd Papa de maledictis in ipsum curare non debeat, nec maledicentes punire fortiter facit text. in l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit, vbi Imperator non videtur curare de huiusmodi maledicentib. ipsum, ergo multo minus de hoc debet curare Pontifex, qui tamquam Princeps ecclesiasticus magis pronus debet esse ad indulgendum, & parcendum, cum sanctitas cuilibet Sacerdoti ignoscendi gloriam relinquat, vt C. de Episc. & Cleric. si quis in hoc genus, & cap. inter querelas 23. quæst. 4. & hãc contrariam opinionem tenuit Martin. Lauden. in tract. de Princip. q. 245.

396 Timore huius contrarij plures accomodantur solutiones à Doctoribus, vt videre est apud Ioan. Fabr. in d. l. 1. C. si quis Imperat. maledixerit, & originaliter apud glos. in c. 1. in verbo; *à temeritate*, de maledicis, & ibi per Host. num. 2. Anton. de Butr. num. 3. & seq. Anchar. nu. 2. & seq. Abb. num. 4. Card. Gabarell. num. 2. Marian. Socin. nu. 10. & seqq. & Ioan. de Anan. num. 7. in fine, versic. Quantum autem ad contrarium. Hostien. in summa eodem tit. de maledicis, §. alij maledicunt Principem ecclesiasticũ, post princip. vers. sed contra, & vers. ergo eum, qui talia protulit, iuncto vers. seq. incipiente. Potest & illud dici; ex quibus omnibus solutionibus illa verior mihi videtur, quòd scilicet si vtriusq; textus verba bene ponderentur, nulla est differentia inter maledicentem Principi seculari, & maledicentem Papæ. Nam tex. in d. l. 1. non dicit simpliciter, & generaliter esse indulgendum maledicenti Imperatori, sed tunc demum si ex temulentia, leuitate, vel insania maledixerit, secus si per iniuriam, & malo animo, quo casu non Iudex, sed Princeps statuet pœnam, sic pariter, & tex. in d. cap. 1. non simpliciter, & generaliter mãdat omnes maledicentes Papæ esse puniendos, si ex insania, leuitate, vel ebrietate maledixerint, cum de ijs nullum verbum faciat, & propterea intelligendus est de maledicentibus per iniuriam, & malo animo iuxta dispositionem iuris communis; & pariter etiam isto casu non punit, nec condemnat Iudex ordinarius, nisi prius ipsi Papæ rescripserit, & responsum expectauerit, prout fuit rescriptum, & datum responsum in d. cap. 1. & ita soluendo nulla est differentia inter ius ciuile, & ius canonicum, & inter maledicentem Imperatori, & maledicentem Papæ, & videtur de mente Petr. à Plach. post Hostien. quem allegat in epith. delict. lib. 1. cap. 4. num. 2. in fine, Pract. Conrad. tit. de iniurian. num. 24. vers. voluit tamen, fol. 408. Quamuis Henric. Boyc. in d. cap. 1. num. 6. de maledicis dixerit hac esse differentiam inter maledicentem Principi sæculari, & maledicentem Papæ, quia primo casu maledicens remittitur Principi, secundo autem casu non remittitur, sed punitur ab ipso Iudice; veritas tamen est, quòd vtroque casu nunquam Iudex Principi maledicentem punit nisi de ipsius ordine, & mandato, & prout illi visum fuerit.

397 AMPLIA IV. multo magis in maledicente contra Romanam ecclesiam, prout communiter dicunt omnes Doctores allegati, in præcedenti, numero 396. & plura exempla huius ampliationis in quibus maledictum in Papam quandoque respicit illius personam, & quandoque etiam Romanam ecclesiam, videas glos. per illũ tex. in cap. 1. in verbo, *à temeritate*, de maledicis. ibi

ibi per Innoc. in verbo, *beneficij*, Hoſtien. num. 1. in verbo, *officij*, Ioan. And. poſt num. 1. in eod. verbo, *officij*, Card. Zabarell. num. 1. verſic. & pone Marian. Socin. num. 8. verſ. ſed quæro, & Ioan. de Anan. num. 1. verſ. & pone caſum iuncto, verſic. vel forte dicebat. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. ſub num. 4.

398 AMPLIA V. vt pœna d. cap. 1. de maledicis, quæ loquitur in Clericis, locum habeat etiam in Laicis, ſecundum Hoſtien. in ſumma eod. tit. §. alij maledicunt Principem eccleſiaſticum, poſt princip. verſ. itē credo de Laico. Henric. Boyc. in d. cap. 1. num. 5. verſ. idem credo de Laico, & num. 6. verſic. maximè inter Laicos extr. de maledicis.

399 AMPLIA VI. in eo qui, Cardinali legato iniuriã, & maledicum infert, quæ dicitur facta eccleſiæ Romanæ, & propterea punitur, ac ſi Papæ maledixiſſet, & iniuriã intuliſſet ſecundum Ioan. de Anan. in cap. 1. col. 3. in princ. num. 5. verſic. vltimo conſidera extr. de maledic.

400 Immo ſecundum eundem Anan. in d. cap. 1. num. 5. col. 3. in princip. verſ. plus videtur poſſe colorate attentari de maledicis, iniuriam verbo Cardinali inferens punitur, ac ſi eum percuſſiſſet in pœnam cap. felicis de pœn. in ſexto; & hoc per plures rationes, q̃ ibi per Anan. deducũtur.

401 Verum hæc opinio Ananiæ communiter reprobatur, ſicuti videre eſt apud Diaz. pract. crim. canon. cap. 66. alias 60. rubr. de maledic. num. 3. & ibi Ignat. Lopez. in addit. litera A. Couar. variar. reſol. lib. 1. cap. 11. num. 5. vbi latè Petr. a Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 1. num. 28. & ſeq. & cap. 4. num. 4. ad finem, fol. 33. Viu. opin. 88. num. 5.

402 AMPLIA VII. etiam in maledicente ſuo ſuperiori non ſolum temporali, ſed etiam ſpirituali, vt puta. Prælato, propterea puniendus eſt ſecundum Hoſtien. in ſumma de maledicis §. alij maledicunt Principem eccleſiaſticum in fine, & in §. porro ſi quis, &c. vbi quòd arbitrariè punitur, ſi verbo tantum iniuriam intulerit, ſi vero facto; & percuſſionibus, degradatus Curiæ ſæculari traditur ex iuribus, ibi per eum allegatis, ac præſertim per text. in c. ſi quis Sacerdotum 11. quæſt. 1. quem ad id etiam allegat Henric. Boyc. in d. cap. 1. num. 8. & ſeq. de maledicis.

403 Sed vtrum Prælatus poſſit vindicare iniuriam ſibi factam, & iniuriantem punire, atque excommunicare videtur, quòd ſic tex. in cap. ſi quis erga. 2. q. 7. in fine, in cap. & qui emendat 45. diſtinctione, & in cap. Guiſilarius 23. quæſt. 4. Abb. in cap. 1. num. 3. de maledicis, & ibi etiam Marian. Socin. num. 8. & Ioan. de Anan. num. 12. col. 7. in fine, verſic. & ſic nota.

404 Contra facit tex. in cap. inter querelas verſic. hinc idē 23. quæſt. 4. vbi facta concluſione, quòd Prælatus non poteſt excommunicare aliquem propter iniuriam ſibi illatam; ſubditur poſtea. *Quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda ſunt; ea vero quibus in nos delinquitur patienter, vel toleranda, vel potius diſſimulanda ſunt*. Item facit text. in c. de occidendis 23. quæſt. 5. Alber. in l. vni. num. 1. C. ſi quis Imperatori maledixerit, vbi quòd Epiſcopus non curat de iniuria ſibi illata. Ioan. de Anan. in cap. 1. poſt num. 8. verſ. in ea gloſ. extr. de maledic.

405 Diſtingue quòd ſi iniuria facta Prælato tangit etiam Eccleſiam, & tunc Prælatus poteſt eſſe de tali iniuria Iudex competens, & iniuriantem punire, & excommunicare ſecundum primam opinionem, ſi vero iniuria tangit ſolum, & ſpecialiter perſonam ipſius Prælati, & tunc non poteſt, nec punire, nec excommunicare; ſic enim diſtinguendo ſcripſerunt gloſ. in d. cap. ſi quis erga, in verbo priuetur 2. quæſt. 7. & in d. cap. inter querelas in verbo, *proprie*, 23. q. 4. & in d. c. Guiſilarius in verbo, *Anathematizaui*, eadem cauſa & quæſtione.

406 AMPLIA VIII. in Prædicatoribus, qui ſi in eorum Prædicationibus, & ſermonibus Eccleſiarum Prælatis detraxerint, per duos menſes ſubiacere debent illis pœnis, quæ ſecundum eorum regulam, vel ſtatuta, pro grauibus criminibus, ſeu culpis eis conſueuerunt imponi, tex. ad literam in Clem. 1. §. quibus etiam de priuilegiis, & exceſſib. priuileg. & ibi gloſ. in verbo, *detrahant*, bene declarat, hoc intelligendum eſſe, quando Religioſi iſti nominatim detrahunt, vel per circumloqutionem, quæ vicem habeat proprij nominis, alias in genere bene liceret Prædicatori vitia Prælatorum tangere; Caueant tamen, inquit gloſ. vt etiam in generali loquutione linguam refrenent, quia qui inconſiderate loquitur ſentiet mala §. ſed aliud 5. quæſt. 5. §. ſi rector 44. diſtinct. Adde pro primo dicto Ioan. And. in cap. 1. num. 4. de maledicis, & ibi etiam Ant. de But. nu. 2. verſ. nec Religioſi. Card. Zabarell. nu. 2 & Io. de Anan. poſt num. 6. verſ. Adde, etiam quod Religioſi. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. alias 60. inſtit. de maledic. num. 4. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. nu. 5.

407 AMPLIA IX. vt Principi, & præſertim eccleſiaſtico non ſit maledicendum, non ſolum publicè, prout loquitur text. in c. 1. de maledic. ſed nec etiam priuatè ſecundum Henric. Boyc. in d. c. 1. nu. 6. verſic. poteſt etiam dici, vbi præſertim, quando maledictum proueniat à Laicis, qui vt plurimum eccleſiæ Romanæ infeſti ſunt. cap. Laici 2. q. 7. cap. Clericis, de immunit. Eccleſ.

408 AMPLIA X. vt maledicentes Papæ, non ſolum infames ſint, & ab eccleſia extorres reddantur, ſecundum Hoſtien. in ſumma de maledic. §. qui vero æqualibus verſ. ſed & hanc pœnam, verum etiam quandoque ſi verba Clerici contra Romanam Sedem, prolata habentia in ſe ſpeciem hæreſis puta ſi dixerit. *Papam non poſſe condere canones*; aut quid ſimile; tunc talia dicens puniri debet tanquam hæreticus, ſicut poſt Ioan. de Anan. quem allegat ſcripſit Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. rubr. de maled. num. 2. in fine Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. verſ. quòd ſi ſane, &c. fol. 73.

409 LIMITA I. propoſitam huius decimæ inſpectionis Regulam, vt procedat prout loquitur in maledicente Principi ex iniuria, & cum dolo; ſecus autem ſi propter ebrietatem maledixerit, tunc enim nullatenus punitur maledicens, ſicut per text. in d. l. puniri, C. ſi quis Imperat. maledix. in illis verbis. *Ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrum fuerit eum pœna nolumus ſubiugari*, ſcripſerunt ibidem gloſ. in verbo, *temulentia*, Ioan. de Anan. in cap. 1. num. 7. & ibi etiam Boyc. num. 4. extr. de maledic. Gig. qualit. crimin. læſæ maieſt. committ. num. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu. 377. num. 3. 4. &

410 ſeqq. vbi tamen nititur probare contra communem omnium opinionem, quòd adhuc per ebrietatem Principi maledicens aliqua pœna licet mitiori puniendus ſit, quòd an verum ſit remitto me ad ea, quæ dixi ſupra in tit. de pœn. temperan. de hebrœo delinquente.

411 LIMITA II. in maledicente Principi ex leuitate, temeritate, ſeu lubrico linguæ, hanc enim leuitatem Princeps contemnit, nec puniendam duxit, ita probare videtur text. in d. l. 1. C. ſi quis Imperat. maledix. in illis verbis, *quoniam ſi id ex leuitate proceſſerit, contemnendum eſt*, & ibi gloſ. in verbo *ex leuitate*, & in verbo, *contemnendum*, (vbi tamen dat vnam declarationem illi regulæ generali, quòd linguæ lubricum ad pœnam facile trahendum non eſt, iuxta text. in l. famoſi, ff. ad l. Iul. maieſt.) Butrig. in ſummario, vbi iſto caſu idem dicit in maledicente ex temeritate, cum illam pro leuitate proponat Bal. pariter in ſummario, Salyc. num. 1. in 2. notab. & Ioan. Fabr. num. 1. in verbo, *ex leuitate*, gloſ. in l. famoſi in verbo, *parcendum*, per illum text. ff. ad l. Iul. maieſt. gloſ. in cap. ſi in verbo, *à temeritate*, de maledic. & ibi Innoc. in princip. in verſ. ſi autem ex temeritate. Hoſtien. num. 2. in princ. verſ. & hoc ex leuitate acciderit, & iterum infra verſic. ſi ex leuitate proceſſerit Card. Zabarell. colum. fin. in fine, verſ. de illo autem Boyc. num. 3. & Ioan. de Anan. ſub num. 7. Hoſtien. in ſumma de maledic. §. alij maledicunt Principem eccleſiaſticum, column. 1. ad finem, verſ. ſi ex leuitate contemnendum eſt. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 1. in tit. qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſt. cõmittatur q. 40. n. 3. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 34. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 4. num. 1. verſ. Qui vero Imperatori maledixerit. Pract. Conrad. tit. de iniuran. num. 24.

412 Quamuis idem Salyc. in d. l. 1. in princip. videatur ſenſiſ-

sensisse, quòd non iniuriose, (& sic ex leuitate) Principi maledicens possit à Iudice puniri, & condemnari, & Ioan. Andr. in cap. 1. de maledic. num. 4. ad med. col. 1. in fine, & in verbo, *contemnendum*, illud verbum in tex. positum intellexerit non vt sperni debeat maledictum ex leuitate commissum secundum communem intellectum, sed vt sit contẽptu puniẽdum, quòd & idem dixit idem Hostien. in summa eodem tit. de maledic. §. alij maledicunt Principem ecclesiasticum, colum. 1. post med. vers. sin autem aliquis, & d. colum. 1. in fine, vers. vnde ex hoc punitur, vbi hanc vltimam opinionem procedere credidit in Clerico, qui propterea punitur, etiam quòd ludendo Papæ maledixerit, quòd & idem affirmauit Henric. Boyc. in d. c. 1. num. 5. in fine, & 6. vers. vnde ex hoc. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 377. num. 10. & seq. vbi ex Aym. quẽ allegat in cons. 6. num. 4. & 71. & reprobato Franc. Lucano in tract. de fisco par. 2. num. 34. expresse tenet. maledicentem Principi ex leuitate, & lubrico linguæ pœna arbitraria puniendum esse.

413 SVBLIMITA hanc II. limitationem, quia quòd quis Principi maledixerit ex leuitate non præsumitur, ideo is, qui dicit probare debet. Innoc. in cap. 1. in vers. sed qui dicit, quòd ex leuitate, extr. de maledic. & ibi eum sequuti sunt Ioan. And. post. num. 9. & Ioan. Andr. post nu. 4. in verbo, *leuitate*, Card. Zabarell. colum. fina. in vltimis verbis Marian. Socin. num. 10.

414 Nisi ex qualitate personarum aliter suadeatur; Princeps enim, an quis sibi maledixerit animo prauo; an vero potius ex leuitate, & lubrico linguæ facile ex personarum qualitate iudicabit, ad tex. in d. l. vnica C. si quis Imperat. maledix. in fine ibi, *vt ex personis hominum dicta pensemus*, & ibi glos. in verbo, *pensemus*, concordantia iura allegat. Cyn. num. 2. in secundo notab. & ibi in addit. litera A. Bart. num. 1. in 1. notab. Alber. num. 4. in fine, in vlt. notab. Bal. in summario Salyc. post num. 2. in vlt. notab. & Ioan. Fab. num. 2. in verbo, *hominum dicta*, Ioan. de Anan. in cap. 1. num. 7. vers. colligit etiam extr. de maledic. Hostien. in summa de maledic. §. alij maledicunt Principem ecclesiasticum colum. 1. ad med. vers. dico; etiam quòd persona, & dicta pensanda sunt. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest. commit. q. 40. num. 7.

415 LIMITA III. in maledicente Principi ex insania. Nam & hunc tanto magis miseratione dignissimum esse dixit idem Bart. in d. l. 1. C. si quis Imperatori maledixerit, & ibi glo. in verbo, *miseratione*, Butrig. in summa. Cyn. num. 1. Bald. in summario, & Ioan. Fab. num. 1. vers. & si ex insania. glos. in l. famosi in verbo, *parcendum*, ff. ad l. Iul. maiest glos. in cap. 1. in verbo, *à temeritate*, de maledicis, & ibi etiam Innoc. in vers. quòd autem fit ex insania. Hostien. num. 2. in princ. vers. si ob insaniam. Card. Zabarell. colum. fina. in fine, versic. de illo autem. Ioan. de Anan. sub num. 7. & Henric. Boyc. num. 4 Hostien. in summa de maledicis §. alij maledicunt Principem ecclesiasticum, col. 1. post med. versic. sed si ex insania. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crim. læsæ. maiest. committatur, num. primo, versic. Nam si furore, Petr. à Plach. in epith. delict. libro primo, cap. 4. num. primo, Pract. Conrad. tit. de iniurian. num. 24. fol. 408. Menoch. de arbitrar. quæstion. libro 2. casu 377. num. 12.

416. LIMITA IV. Quia licet maledicens Papæ, seu Imperatori pœna arbitraria puniendus sit, secundum Host. in summa de maledicis. §. alij maledicunt Principem versic. si quis tantum verbis. Henric. Boyc. in capitulo primo, numero quinto, de maledicis, Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 66. alias 60. num. 2. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap 4. num. 1. vers. atque ideo, & latius num. 4. Pract. Conrad. tit. de iniurian. num. 24. in fine, fol. 409. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 377. num. 13. vbi alios refert concordantes, & num. 14. & seqq. vbi pluribus probat, quòd cum hæc iniuria Principi illata per maledictum grauis sit, grauiter ideo punienda est, idque & iure, & rationibus, & pluribus exemplis bene comprobat.

417 Non tamen punitur tanquam reus lesæ maiestatis. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 1. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiest. committ. quæst. 40. num. 1. & 9. Refert, & sequitur Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 66. alias 60. rub. de maledicis litera A. ad finem, quem allegat in consil. 6. & seq. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 461. num. 35. & seqq.

418 Quamuis contrarium, quòd immo maledicens Principi incidat in crimen læsæ maiestatis, possitque propterea in pœnam mortis condemnari, voluerunt Ang. in l. famosi, ff. ad l. Iul. maiest. Franc. Lucan. in tracta. de fisco, & eius priuileg. par. secunda, num. 24. prout eos sic referendo sequitur Conrad. in pract. tit. de iniurian. num. 24. vers. qua in re fol. 408.

419 LIMITA V. seu potius declara omnes præcedentes ampliationes, & limitationes, vt nullo casu prædicto Iudex ex se ipso possit imputatos de hoc crimine absoluere, vel condemnare; sed eos ad Principem remittat, qui postea rescribet, an absoluendi, vel condemnandi sint, sic enim videtur verus sensus illorum verborum in d. l. vnica. C. si quis Imperatori maledixerit in fine, positorũ, dũ ibi dicitur, *vnde integris omnibus hoc ad nostram scientiam referatur, vt verum prætermitti, an exquiri debeant censeamus*, & paulo superius in illis alijs verbis, *sub iniuria remittendum*, & ibi hoc adnotarunt glos. in verbo, *remittendum*, scilicet ad nos, & in verbo, *ex leuitate*, in fine, vers. & nullo casu, quòd & idem adnotarunt ibidem Butrig. in summario, Bar. etiam in sumario. Bal. pariter in summario Salyc. numero secundo, in tertio notab. & Ioan. Fab. numero primo, in verbo, *remittendum*, glos. in l. famosi in verbo, *parcendum*, ff. ad l. Iul. maiest. glos. in cap. 1. in verbo, *à temeritate*, de maledicis, & ibi Hostien. numero secundo, columna prima, in fine, in verbo, *contemnendum*, Anton. de Butr. numero quarto, & Ioann. de Anan. sub num. 7. in discursu, & in pluribus locis, Hostien. in summa de maledicis. §. alij maledicunt Principem ecclesiasticum, columna prima, post med. vers. ergo eum, qui talia protulit. Gig. de crim. læsæ maiest. libro primo, tit. qualiter; & quibus crimen læsæ maiest. committ. quæst. 40. num. 5. Boss. in titul. de iniur. num. 34. Petr. à Plach. in epit. delict. libro primo, cap. 40. num. 1. versic. Quòd si animo iniuriandi. Pract. Corad. tit. de iniurian. num. 24. fol. 408.

420 Quamuis idem Salyc. in d. l. 1. in princip. sensisse videatur, Iudicem non debere Principi rescribere nisi in casu, in quo quis ipsi Principi iniuriosè, & malo animo maledicit, & cum Salyc. intellectu concordant aliqui relati per Menoc. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 377. num. 8. vers. Nec obstat.

ARGVMENTVM.

De pœna, & materia libelli famosi.

SVMMARIVM.



Libelli famosi diffinitio, num. 421.

Pœna libelli famosi de iure ciuili est capitis, num. 422. & hanc capitis pœnam nonnulli dixerunt esse mortis naturalis, num. 423.

Pœna libelli famosi est capitalis, quando in eo improperatur aliquod delictum capitale; aliter secus numero 424. & quid si non contineat improperationem alicuius delicti, sed aliam iniuriam, num 425.

Pœna libelli famosi de consuetudine est arbitraria, numero 426. licet aliqui dixerint ab ordinaria iuris pœna nullatenus esse recedendum, num. 427.

Componens libellum famosum contra meretricem quomodo puniatur, num. 428.

Pœna

Pœna libelli famoſi ſecundum aliquos eſt pœna deportationis, num.429.

Pœna libelli famoſi de iure canonico qua ſit, dic, quòd flagellatur, num. 430. Immo poteſt deponi, num.431. & ſi monitus neget delictum, ſacramentis puniatur, & ſi adhuc in negatiua perſtiterit, & excommunicationem contempſerit, Anathema ſit, numero 432. & an ab iſta excommunicatione poſſit alius abſoluere, quam Papa, num.433.

Epiſcopus faciens libellum famoſum quomodo puniatur, num.434.

Libellos famoſos ponens in eccleſia quomodo puniatur, num.435.

Libelli famoſi author in foro pœnitentiali tenetur ad reſtitutionem famæ, numero 436. & ſeq. vbi idem in foro fori.

Libelli famoſi author infamis eſt, & inteſtabilis, num.438.

Pœna ſtatutaria libelli famoſi attendenda eſt, & an ſtatutum imponens pœnam, pro verbali iniuria comprahendat libellum famoſum, num.439. & ſequenti.

Libelli famoſi author punitur, ſiue clericus, ſiue laicus, ſit, num.441.

Mandans ſeu conſulens fieri libellum famoſum tenetur eadem pœna, qua tenetur fabricator, n. 442. & 444. vbi an ſtatutū imponens pœnam facienti libellum famoſum extendatur ad mandantem.

Libellum famoſum faciens non excuſatur ex eo, quòd dicat ſe illum feciſſe mandato, & perſuaſione alterius, num. 443.

Dictans libellum famoſum, an teneatur eadem pœna, qua tenetur illum ſcribens, ſeu componens, num. 445.

Scribens, ſeu exemplans libellum famoſum an teneatur eadem pœna, qua tenetur illius author, num. 446. & ſequentibus, vbi etiam quid de eo, qui alteri tradidit libellum famoſum ad ſcribendum.

Legens libellos famoſos an, & quando, & qua pœna puniatur, num. 450. & ſeqq.

Emens, ſeu vendens libellum famoſum punitur eadem pœna, qua punitur illius author, nu. 453.

Retinens penes ſe libellum famoſum an, quãdo, & qua pœna puniatur, num. 454. & ſeqq.

Libellum famoſum ponens, ſeu affigens in aliquo loco, punitur eadem pœna, qua punitur illius author, num. 457.

Publicans libellum famoſum tenetur eadem pœna, qua tenetur illius author, num. 458. & ſeq. vbi etiam quid de eo, qui dolosè facit cadere in terram ſcripturas diffamatorias.

Inueniens libellum famoſum, & illum non comburens, aut lacerans, ſed eius vim, & tenorem alijs manifeſtans punitur eadem pœna, qua punitur illius author, num. 460.

Inueniens libellum famoſum debet illum deferre magiſtratui, num 461.

Inueniens libellum famoſum, & illum non lacerans, non punitur, niſi illum alijs manifeſtauerit, & publicauerit, quòd an verum ſit, & quando, num.462. & ſeqq.

Componens librum in alterius infamiam, ſeu hiſtoriam tenetur pœna libelli famoſi, num. 466.

Componens carmina, & epigramata, ſeu canciones in alterius infamiam tenetur pœna libelli famoſi, num.467.

Cantans carmina, ſeu cantiones in alterius infamiam, tenetur pœna libelli famoſi, num.468.

Stercorans fores alicuius, vel in illis cornua affigens, tenetur pœna libelli famoſi, num.469.

Scribens literas infamatorias, ſeu aliam ſcripturam, quomodo puniatur, num. 470.

Picturas obſcænas in alterius infamiam in aliquo loco ponens, tenetur pœna libelli famoſi nu. 471.

Pœna libelli famoſi habet locum multo magis in eo, qui libellum facit ſub nomine alterius, num.472.

Libelli famoſi pœna habet locum etiam, quòd fuerit factus ſine nomine illius, qui illum compoſuit, vel eius, cui infamia irrogatur, & iſto caſu quomodo procedendum, & de materia, numero 473. & ſeqq.

Libellos famoſos affigens in Palatio Principis, ſeu communitatis grauius punitur, num.477.

Libellos famoſos facientes contra magiſtratum, Iudices, & officiales grauius puniuntur, num.478.

Reuelans authorem libelli famoſi conſequitur præmium, num.479. & ſeq. vbi etiam quando quis dicatur reuelare.

Pœna libelli famoſi non habet locum niſi dolus interueniat, num.481. & ſeq. vbi declaratur quando ſine dolo quis dicatur facere, publicare, ſeu retinere libellum famoſum, & nu.483. & ſeq. vbi an in propoſito in dubio præſumatur dolus.

Libellum famoſum componens, ſed illum non publicans, non punitur pœna capitis, num.485. contra num. 486.

Libelli famoſi pœna non habet locum, niſi is fuerit poſitus in aliquo loco publico, num. 487.

Libellum famoſum faciens contra eum, à quo fuit prius prouocatus per alium libellum famoſum non punitur, num. 488. Declara, vt num. 489

Libelli famoſi pęna non habet locum, quando illius author reuocat dicta in eo per alium libellum contrarium, num. 490.

Pœna libelli famoſi non habet locum effectu non ſequuto, num.491.

Libelli famoſi pœna non habet locum niſi in eo contineantur verba infamatoria, num 492.

QVÆST. CV. INSPCT. XI.



DIXI ſupra num.3. quòd iniuria non ſolum verbis, aut facto, ſed etiam ſcripto infertur: ſcripto autem tunc præcipuè illata dicitur iniuria, quando per libellum famoſum illata eſt ideo in hac vltima inſpectione inſpiciēdū eſt, qua pœna, & quando libelli famoſi author puniatur;

421 & antequam ad vlteriora procedam, præmitto, quòd libellus famoſus ſecundum Doctores eſt compoſitio facta in ſcriptis in infamiā alicuius, eius, quod quis probare nō vult, & in publico iactata, vel in loco, vbi inueniatur, ſecundum Siluestr. in ſumma in rubr. de libello, num. 4. & Angel. etiam in ſumma, in verbo, *libellus famoſus*, in princip.

422 Quod vero attinet ad pœnam: facienda eſt diſtinctio inter ius ciuile, & ius canonicum; De iure ciuili pœna capitis videtur ſtatuta, vel vt alij dicunt, capitalis, ſecundum gloſ. in l. lex Cornelia §. ſi quis librum, in verbo, *qui id fecit*, ff. de iniur. & ibi Ang. num. 1. & 3. tex. in l. 1. ibi *capitali ſententia*, & ibi gloſ. in verbo, *capitali*, C. de famoſ. libell. Bald. in ſummario Ang. etiam in ſummario, & ibi in additionib. litera B. gloſ. in cap. qui in alterius, in verbo, *flagelletur*, quinta quæſt. 1. & ibi etiam Turrecrem. in fine, verſ. ſecundum ſeueritatem legis. Turrecrem. in cap. de prima in fine, verſ. ſecundum legis vero, & in c. ſi quis eadem cauſa, & quæſtione. Præpoſ. in c. ſi quis, poſt num. 1. ead. cauſ. & q. Azzo in ſumma de iniur. nu. 5. & in ſumma de famoſ. libell. nu. 2. Hoſtien. in ſumma de iniur. §. quot modis fiat iniuria ad med. verſ. & nota. Iodoch. in pract. crim. cap. 138. nu. 4. in fine, Plot. conſ. crim. diuerſor. 131. nu. 2. lib. 1. Burſar. conſ. 20. nu 55 & conſ. 94. num.. Iacob. de Graff. deciſ. 138. num. 16. par. 1.

423 Et hanc capitis pœnam plures dixerunt eſſe pœnam mortis naturalis, & decapitationis, ac vltimi ſupplitij, vt videre eſt apud glo. in c. de prima in 1. gl. 5. q. 1. & ibi etiā Bellam. num. 1. Archid. poſt num, 1. & Turrecrem. poſt princ. item glo. in c. ſi quis in 1. glo. 5. q. 1. Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famoſ. num. 1. Iodoch. in pract. cri. cap. 125. num. 2. ſumma Siluestrin. in rubr. de libell. nu. 5. in pric. ſumma Anngel. in verbo, *libellus famoſus*, verſ. ſi conuictus eſt. Petr. à Plac. in epith. delict. lib. 1. c. 3. num. 2. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. poſt princ. Decian. cap. 20. lib. 2. num. 2. tom. 1. fol. mihi. 44.

424 Dummodo tamen libellus famoſus contineat capitalia delicta in alium improperata; ſecus ſi in eo non improperetur delictum capitale, quia tunc non imponitur niſi eadem pœna, quæ pro improperato delicto, ſi verum eſſet, imponeretur, fuit opinio glo. in l. 1. in verbo, ſi quis famoſum. C. de libell. famoſ. & ibi in rubr. Bellapert. in fine. Salyc. num. 3. Bellam. in cap. de prima, num. 2. quinta, quæſt. 1. Et ibi etiam Archid. num. 1. in fine. Præpoſ. Alexandrin. in prin. glo. in cap. ſi quis, in verbo *capitali*, quinta, q. 1. Bonif. de Vitalin. in tit. de famoſ. libell. num. 1. & 5. verſ. in alijs autem. Foller. in pract. crimin. in 4. parte, tertiæ partis principalis, in verbo, *& ſi confitebuntur*, num. 107. vbi amplius, quòd non eſt locus torturæ. quando agitur de libello famoſo continente non delictum, aut delictum non capitale, ſed leue, & hic dicit no-

tandum esse in practica, Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. vers. Vnum tamen est, vbi de communi. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 68. num. 62. versic. Item adde Bertazz. consil. 237. num. 8. & ibi in addit. litera D. versic. tertio requiritur. Idem Bertazz. cons. 265. num. 1. lib. 2.

425 Quòd si libellus non contineat improperationem alicuius delicti, sed aliam iniuriam, & tunc extraordinaria imponitur pœna, secundum Bellapert. in d. l. 1. in fine, vers. si autem nullam pœnã contineat. C. de famos. libel. vel secundum Salyc. ibidem num. 3. in fine datur tantum actio ciuilis ad æstimationem iniuriæ, & ita etiam videtur de mente Iodoc. in pract. crimin. cap. 125. num. 6. & voluit Bertazz. cons. 265. num. 1. lib. 2.

426 Alij autem dixerunt de consuetudine pœnam libelli famosi esse non mortis, sed extraordinariam, iuxta facti, & personarum qualitatem, secundum Clar. in pract. §. fina. quæst. 68. num. 26. versic. libelli famosi author, ad finem. Vbi testatur se nunquam vidisse pro libello famoso aliquem vltimo supplitio affectum, sed semper fuisse impositam pœnam extraordinariam, vt puta, ictuum funis, aut fustigationis, aut ad summum triremium, & quandoque etiam infamis cathenæ, quam nos berlinam nuncupamus. Et ibi Baiard. in addit. num. 65. Bursat. cons. 94. num 3. & 38. in fine, concordat Constitutio Marchiæ lib. 4. cap. 61. vbi ponit pœnam pecuniariam; & quandoq; etiam personalem arbitrio Iudicis graui imminente scandalo propter qualitatem personæ offensæ.

427 Verum, quòd ab ordinaria iuris pœna non deberet aliquo modo recedi scripsit Soarez. in addit. ad Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 2. Et propterea Pius V. in primis confirmando omnes pœnas ciuiles, & canonicas, eas etiam grauiores, & vltimi supplicij, ac confiscationis bonorum, secundum facti, & personarum qualitatem eius arbitrio imponi posse statuit, vt in eius Bulla 155. in ordine, fol. 1162. par. 2. prout pariter, & mortis pœnam imponi posse, si ita Senator arbitratus fuerit pro personarum delinquentium, & in quas deliquerint, qualitate, Voluit Vrbis Statutum libro 2. cap. 68.

428 Vnum tamen absolutè verum est, quòd pœna prædicta, quæ negari non potest, quin sit arbitraria, debet semper mitior esse in eo, qui libellum famosum componit, aut quid simile facit in ignominiam alicuius personæ inhonestæ, vt puta, meretricis, prout expræsse declaratur in Vrbis Statuto lib. 2. cap. 68. & in bannimentis generalibus status Ecclesiastici, anni 1599. cap. 39. & 41.

429 Nec defuerunt alij Doctores, qui dixerunt secundum leges pœnam libelli famosi esse deportationis, vt videre est apud Turrecrem in c. de prima. vers. si conuincitur, quinta, q. 1. vbi tamen loquitur dubitatiuè, per verbum fortè, & in cap. qui in alterius, in fine eadem causa, & quæst. Vbi quòd imponitur, vel deportatio, vel alia grauis pœna. Summa Siluestr. in rubr. de libell. num. 5. post princ. Summa Angel. in verbo *libellus famosus*, versic. si conuictus est.

430 De iure autem canonico author libelli famosi flagellatur, tex. in cap. de prima, & in cap. qui in alterius quinta, quæst. 1. gloss. in d. cap. de prima, in verbo *de prima*. Et ibi etiam Turrecrem. in versic. secundum canones verò. Item gloss. in d. cap. qui in alterius in figuratione casus, & in verbo *flagelletur*, & ibi etiam Bellamer. in vltimis verbis, Archid. in fine, Præpos. Alexandrin. num. 1. vbi de pœna fustigationis, & Turrecrem. in summario. Idẽ Turrecrẽ. in cap. si qui, in fine, ead. caus. 5. & quæst. 1. Hostien in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria in fine, vers. sed secundum, Bonif. de Vitalin. in tit. de famos. libel. nu. 6. in fine. Iodoc. in pract. crimin. cap. 125. num. 4. Summa Armill. in rubr. de libello famoso, num. 1. versic. Et secundum canones; Summ. Siluestrin. in rubr. de libell. post. nu. 5. Summa Angel. in verbo *libellus famosus*, post princ. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. in fine, versic. alia subijcitur pœna. Decian. lib. 2. cap. 20. num. 2. folio 44. rom. 1.

431 Immò, & potest deponi, cum sit crimen graue, & damnatione dignissimum, secundum Turrecrem. in cap. si qui, in fine, quinta, quæst. 1. Et ibi etiam Præpos. Alexandr. in fine, versic. & potest deponi. Hostien. in summa, de iniur. §. quot modis fiet iniuria, in fine, versic. Item posse deponi. Summa Siluestrin. in rubrica de libell. num. 5. vers. & adde. Petr. à Plac. in epithom. delict. lib. primo, cap. 3. num. 3. in fine.

432 Et si monitus neget delictũ, illudq; fateri nolit, Sacramentis priuatur, & si ad huc in negatione perstiterit, & excommunicationem contempserit, excommunicetur, & anathema sit, secus si errorem suum fateri voluerit, quia tunc non excommunicatur. Probantur hæc omnia per text. expressum in cap. 2. & ibi glo. & communiter omnes, 5. q. 1. Item per glos. in c. de prima, in verbo *de prima*, vers. si verò sponte eadem quinta, q. 1. & ibi etiam Turrecrem. in eodem vers. si verò sponte: idem Turrecram. in cap. qui in alterius, post num. 1. eadem causa, & quæst. & in cap. si qui, ante num. 1. eadem causa, & quæst. Summa Siluestrin. in rubr. de libello, post num. 5. Summa Angel. in verbo *libellus famosus*, ad med. vbi etiam quòd sponte confitens libellum famosum punitur arbitrio Iudicis.

433 An autem huius excommunicationis absolutio sit Papæ reseruata, & quando, vide Iacob. de Graff. in decis. 138. num. 15. par. 1.

434 Episcopus autem faciens libellum famosum non flagellatur, quia est de illis personis, quæ tangi non possunt, Bellam. in cap. de prima, num. 1. quinta, quæst. 1. & ibi etiam Archid. post num, 1. Præpos. Alexandrin. in cap. qui in alterius, num. 1. versic. Intellige nisi eadem causa, & quæst. Vbi quòd isto casu pœna commutatur, & ibi etiam Turrecrem. in fine, vers. Nisi fortè, &c.

435 Ponens autem libellos famosos in ecclesia anathematizatur, tex. ad literam in cap. 3. incip. si qui inuenti, & ibi glos. & communiter omnes quinta. quæst. 1.

436 Et in super in foro pœnitentiali tenetur author libelli famosi ad restitutionem famæ; sicut alij detractores, Turrecrem. in c. si qui in fine. 5. q. 1. Summa Armill. in rubr. de libell. famos. in fine. Summa Siluestrin. in rubr. de libello, in fine, vers. si vero agatur in foro pœnitentiali. Petr. à Plac. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 4. Nauarr. in cap. sacerdos. num. 6. de pœnitentia distinct. 6. Iacob. de Graff. decis. 138. num. 17.

437 Immo secundum Iodoch. in pract. cri. c. 125. post num. 6. etiam in foro fori tenetur reus huius criminis per contrarios libellos famosos, se disdicere, & fateri mendacium dixisse, de qua re vide, quæ generaliter in materia iniuriarum dixi supra, num. 71. Nec dissentit Summa Angel. in verbo, *libellus famosus*, in fine, num. 2.

438 Et vltra prædictas pœnas libelli famosi author infamis est, & intestabilis, & propterea, nec testamentum facere, nec testimonium ferre potest l. ob carmen, ff. de testib. l. cum. lege, & l. is cui §. fina. ff. de testam. l. lex Cornelia, §. si quis librũ, & ibi glos. in verbo, *intestabilis*, ff. de iniur. §. ob carmen, & ibi glo. quarta, q. 3. Ang. in d. §. si quis librum, num. 1. & 4. in fine, glos. in c. de prima in verbo, *de prima*. 5. q. 1. & ibi etiam Bellam. nu. 1. Archid. etiam nu. 1. Præp. Alexãdri. in prin. Turrecrem. post princip. idẽ Turrecrem. in c. qui in alterius, in fine, eadem causa, & quæst. Azzo. in summa de iniur. num. 5. Capra conclus. 102. nu. 199. Summa Siluestrin. in rubr. de libello, post nu. 5. Summa Angel. in verbo, *libellus famosus*, post princ. Petr. à Plac. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. in fine, vers. ex principali tandem Clar. in §. testamentum q. 25. Bursatt. consil. 20. num. 55.

439 Si vero statutum imponit pro libello famoso aliquam pœnam, nulli dubium est, quòd talis pœna attendenda est per regulam, Quòd Statuta derogant iuri communi etiã in pœnalibus: immo si aliquod Statutum imponit aliquã pœnam, quamuis pecuniariam, pro iniurijs verbalibus, tũc etiam talis pœna locum habebit in crimine libelli famosi, taleque crimen non punietur pœna iuris communis, sed Statutaria, ea potissimum ratione quia, vt supra dixi, nu. 4. iniuria quæ fit in scriptis, & per libellum famosum dicitur iniuria verbalis; sic. n. in specie tradiderũt Burs. cõs. 94. n. 4 & seqq. lib. 1. Bertaz. cõs. 237. nu. 1. & seqq. vbi sup. n. 3. hoc

hoc præsertim procedere affirmat, quando alio Statuto cauetur, quòd in pœnis procedatur de similibus ad similia, & ibi Claud. in addit. litera B. vbi præcipuè statutariam pœnam contra iniuriantes verbaliter impositam habere locum affirmat in cantante cantilenas infamatorias, quæ maximè verbalibus iniurijs assimilantur, idem Bertazz. consil. 265. num. 3. lib. 2. Ioan. Petr. Surd. cons. 33. nu. 19. lib. 1. Cæphal. cons. 341. num. 41. & seqq. lib. 3. Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 68. num. 66. vbi Bursat. Bertazz. & Cæphal. in locis præcitatis.

440 Verum quidquid Doctores prædicti in eorum consilijs pro reorum defensione cantare conentur, non crederem in practica eorum opinionem sustentabilem, nec in caput sensati hominis intrare posse, quòd quando Statutum imposuit, pro verbali iniuria pœnam leuem, aut pecuniariam intellexerit, etiam de iniuria illata per libellum famosum, quòd grauissimum, & detestabile esse supra admonui, prout de illius grauitate, & detestatione post alios, quos allegant antiquiores plura scripserunt Iodoch. in pract. crim. cap. 138. num. 1. vers. de diffamatione, &c. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 1. & seq. Soarez. in addit. ad Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. litera A. num. 2.

441 REGVLA igitur firmata sit ex præmissis, quod author, & compositor libelli famosi siue Clericus, siue Laicus, & tam de iure ciuili, quam canonico punitur, vt supra diuersis pœnis, & quandoque etiam pœna mortis.

442 AMPLIA I. regulam procedere, non solum in authore ipsius libelli famosi, & principali delinquente, sed etiam in mandante, & consulente l. lex Cornelia §. si quis librum, ibi *doloue malo fecerit, quòd quid eorum fieret* ff. de iniur. & ibi Iacob. de Aren. in verbo *curauerit*, Archid. in cap. 2. per illum tex. in fine, principij quinta, q. 1. vbi quòd facientes, & consentientes pari pœna puniuntur. Azzo in summa de iniur. num. 4. Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. post versic. literis verò.

443 Iodoc. in pract. crimin. cap. 125. num. 7. Vbi idem de mandatario, quem non excusat dicere, quòd de alterius mandato, vel persuasione libellũ composuerit, aut ediderit, vt ibi per eum, & cap. 138. num. 3. vbi de mandante per alios scribi libellum famosum; & vide in proposito Ruin. cons. 81. num. 8. lib. 4.

444 Vbi quòd Statutum imponens pœnam facienti libellum famosum, ex quo loquitur in personam, non extenditur ad mandantem.

445 AMPLIA II. vt eadem regula procedat, ne dum in componente libellum famosum, seu illum scribente, vt mox dicã, sed etiam in dictante. Ang. in l. lex Cornelia. §. si quis librum, num. 1. ff. de iniur. Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famos. num. 1. Pert. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. in princ. Cæpha. cons. 341. num. 5. Et in proposito vide Bullam Pij V. in ordine 155. fol. 1162. vbi pœnas libelli famosi, de quibus ibi extendit etiam ad dictantes. Et vide Ruin. consil. 81. vers. Præterea quo ad D. Lodouicum, & seq. vbi an Statutum imponens pœnam facienti seu scribenti libellum famosum extendatur ad dictantem, & videtur concludere quòd non.

446 AMPLIA III. Etiam in scribente, & exemplante libellum famosum, text. in l. lex Cornelia. §. si quis librum, in verbo *scripserit*, ff. de iniur. & ibi Ang. num. 1. tex. in l. item apud, §. hæc autem, in verbo *scribat*, ff. eod. Turrecrem. in cap. de prima in princ. 5. q. 1. Azzo in summa, de iniur. num. 4. Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, nu. 3, vers. literis verò. Iodoc. in pract. cap. 138. n. 1. & 3. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 3. n. 3. vers. qua pœna afficiendus est. Baiard. in addit. ad Clar. q. 68. num. 64. vbi de communi. Bursat. consil. 20. num. 55. vbi de communi, & in proposito vide Bullam Pij V. in ordine 155. fol. mihi 1162. parte. 2. vbi pœnas, de quibus ibi extendit etiam ad scribentes, seu exemplantes libellos famosos, & concordant bannimenta generalia status Ecclesiastici

447 anni 1599. cap. 39. Et idem in eo, qui alteri libellum famosum scribendum tradiderit, Cæpha. consil. 341. num. 2. 3. in fine, 4. & seq.

448 Verum, quòd sola scriptura, vel traditio ad scribendũ, non faciat incurrere scribentem, vel tradentem in pœnã libelli famosi, nisi scribens, aut tradens, vel libellum composuerit, vel illum publicauerit, maximè quando docet de authore, plenè consuluit Cæph. in d. cons. 341. per to-

449 tum, & præsertim num. 15. & seqq. & num. 45. & seq. Quæ quidem Cæphali consultatio forsan hodie parum prodesset vigore Bullæ Pij V. in ordine 155. folio 1162. parte secunda. Vbi pœnam scribentis, & exemplantis libellos famosos, & literas infamatorias voluit habere locum, etiam quòd dicti libelli, seu literæ aliunde ad manus scribentium, & exemplantium peruenerint.

450 AMPLIA IIII. etiam in legente libellos famosos, quod an verum sit, & quando, vide Iodoc. in pract. crim. c. 175. num. 3. vers. aut quòd. Vbi videtur loqui in publicis diffamationibus, & quando legens ex eis magnam capit voluptatem. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. versic. his tandem in prænotatis, vbi etiam videtur loqui in inueniente casu libellum famosum, & non solum in legente, sed etiam in certiores facientes alios de contentis in libello lecto; & ita etiam loquitur Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. versic. Et non solùm hoc procedit, & versic. Ex quibus videtur inferendum. Vbi expresè tenet quòd sola lectura sine alia manifestatione non facit incurrere pœnam ordinariam libelli famosi, sed tantum extraordinariam; verùm quòd nec extraordinaria pœna isto casu imponi possit, verius credidit Emanuel Soarez. in addit. ibi ad Gomez. litera A. num. 3. Quamuis Bursat. in consil. 20. num. 55. audacter more suo loquens, dixerit legentem libellum famosum pœna capitali puniri, secundum communem, allegando Petr. à Plach. in epit. delict. cap. 53. num. 3. qui tamen loquitur non in legente simpliciter libellum famosum, sed in illum publicante, & manifestante alijs.

451 LIMITA I. hanc iiij. ampliationem, quia si legens libellum famosum illius authorem docuerit, & pandiderit, pœna aliqua non tenetur, secundum Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. versic. quibus, & illud subijciam. Bursat. cons. 94. num. 32. vers. quinto, & vltimo lib. 1. Cæph. cons. 341. per totum in discursu lib. 3. Vbi num. 29. & 30. Ita semper seruari vidisse testatur, & num. 21. & seqq. de eo qui legit, & respicit libellum non animo infamandi aliquem, sed vt videat ingenium, & inuentionem libellantis, & causa addiscendi, prout præsumendum est, quando legens est persona literata, honesta, & bonæ conditionis, & famæ. Ad quæ vide infra num. 455.

452 LIMITA II. eandem quartam ampliationem in legente libellum famosum, qui sit imperitus, & ignarus, quòd non censeatur dolo illum legere, & nullo pacto puniatur, consuluit Bursat. consil. 94. num. 13. seq. 23. in fine, & 27. vbi de legente libellum famosum casu, & fortuito, non autem data opera, & illum non manifestante, aut publicante pluribus, sed vni tantum, & secretè, & num. 33. in fine, & seq. vbi de legente libellum famosum causa delectationis, & occasione legendi, seu audiendi, quòd nouiter in lucem prodijt, & num. 38. in fine. vbi testatur isto casu fuisse impositam pœnam pecuniariam.

453 AMPLIA V. in emente, seu vendente libellum famosum, aut vt ematur, vel vendatur faciente & procurante, l. lex Cornelia, §. fin. ibi, *Item qui emendum, vendendumuè curauerit*, & ibi glos. in verbo *curauerit*. ff. de iniur. & Ang. nu. 1. Azzo in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, ad med. Iodoc. in pract. crimin. cap. 138. post nu. 3. Cæph. cons. 341. num. 24. libro tertio.

454 AMPLIA VI. etiam in retinente libellum famosum, quem ex sola retentione puniri pœna libelli famosi dixit communem Bursat. cons. 20. num. 55. lib. 1. ex Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. (qui tamen in libro meo hoc non dicit) sequitur Baiard. in addit. ad Clar. q. 68. nu. 64. ex Ant. Gomez. in loco per eum relato (qui pariter, nec tale quid dicit) faciunt scripta per Cæpha. in cons. 341. num. 7. in fine, lib. 3.

455 Verum, quòd attinet ad hanc ampliationem, aduerte quòd

quòd ego crederem, quod si retinens libellum famosum non doceret de authore, benè præsumeretur illius author ad ea, quæ dixi infra num. 465. Et ex hac præsumptione benè etiam crederem, quòd posset torqueri ad habendum ab ipso dictum authorem, prout etiam est de mente Cæph. in consil. 341. in fine, vbi propterea subdit, ꝙ si tortus in tortura perstiterit relaxandus est, sed quòd ex sola retentione possit retinens puniri, videtur contrarium suaderi, ex trad. infr. n. 485. & 487. vbi dixit eandē pœnam non habere locum, quando libellus non est publicatus, aut in publico positus; Et propterea, quando retinens docet authorem libelli famosi, quòd tunc non puniatur consuluit Bursat. consil 94 post num. 32. & Cæpha. consil. 341. per totum in discursu lib. 3. Et præsertim num. 25. 26. 29. & seqq. vbi de eo, qui sub commodati nomine, & cum promissione de restituendo, recepit ab alio libellum famosum, non animo infamandi aliquem, seu libellum publicandi, sed adiscendi, & videndi ingenium, & inuentionem libellantis, quo casu si docet de authore, puniendus non est, vt ibi per eum attestantem; ita semper seruari vidisse.

456 Quæ vltima non transirent sine difficultate, stante Bulla Pij V. de qua in Bullario parte. 2. fol. mihi 1162. & est in ordine 155. in qua retinentes libellum famosum, & literas infamatorias, puniuntur eadem pœna, de qua ibi, & quòd aliũde ad eorum manus peruenerint, licèt benè verum sit, quòd sola retentio eadem constitutione non videtur punienda eadem pœna, nisi etiam manifestatio concurrat, vt ibidem in versic. sed statim.

457 AMPLIA VII. etiam in affigente, seu ponente libellos famosos in aliquo loco publico, secundum Ange. in l. lex Cornelia. §. si quis librum, num. 2. ff. de iniur. & in l. 1. in fin. C. de famos. libell. text. in cap. 1. incip. qui in alterius in verbo *confinxerit*, 5. quæst. 1. & ibi Præpos. Alaxandrin. in summa. & Turrecrem. in princ. versic. Qui scripturã. alius text. in c. 2. ibi *contestationem posuit*, eadem causa 5. & quæst. 1. Iodoc. in pract. crimin. cap. 125. num. 1. Versic. aut vspiam ad valuas affigunt. Summa Armill. in rubr. de libello. num 1. Et in proposito vide statutum Vrbis lib. 2. cap. 68. vbi huiusmodi affigentibus famosas literas, carmina, scripturas, vel picturas, capitalem imponit pœnam, arbitrio tamen Senatoris, pro personarum delinquentium, & in quas delinquerint, qualitate. Et etiam vide bannimenta generalia status Ecclesiastici, anni 1599. num. 39.

458 AMPLIA VIII. nedum in componente libellum famosum, sed etiam in illum publicante. l. lex Cornelia. §. si quis librum, in verbo ediderit, ff. de iniur. & ibi Iacob. de Aren. in prin. Alberic. pariter in princ. Ang. num. 1. facit tex. in l. 1. in illis verbis, *sed vim earum manifestauerit*, & ibi gloss. 1. & 2. C. de famos. libell. & Butrig. ibidem expresè dicit, quòd ostendens libellum famosum, præsumitur ipse fecisse, & ꝙ ab alio acceperit, est quid facti, & non præsumitur à iure, nisi probetur. Bald. in summario. Salyc. num. 5. vbi amplius dicit, quòd si propalans libellum famosum doceat de authore, à quo accepit, siue non, semper punitur, quia sola propalatio punibilis est, & cum Bal. concordant scripta per Præpos. Alexandrin. in cap. qui in alterius, num. 2. quinta, quæst. 1. Adde pro hac eadem ampliatione Turrecrem. in cap. si qui, num. 1. & in cap. si quis, post num. 1. in verbo *si quis statim*, eadem causa quinta, & quæst. 1. Et faciunt omnes Doctores allegati infra num. 460. & præmissis addo Azzo. in summa de iniur. num. 4. ibi; *vel edidit*, Hostien. etiam in summa, de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. versic. literis verò. Iodoc. in pract. crimin. cap. 125. num. 7. & cap. 138. num. 3. Baiard. in additio. ad Clar. quæst. 68. num. 64. vbi de communi, & cum hac ampliatione concordãt bannimenta generalia status Ecclesiastici, anni 1599. cap. 39.

459 Et propterea si quis dolosè libellum famosum fecerit cadere in terram, ad effectum, vt publicetur, punietur, ac si illum publicasset, secundum Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. ibi, *puta, dimisit scripturam cadere, &c.* Iodoc. in pract. cap. 125. rubr. de diffamat, per libellos, n. 1. ibi *aut per sparsas literas; siue cartulas*, & iterum, ibi, *aut plateatim, vel spargunt, &c.* Sum. Armill. in tit. de libell. num. 1.

460 AMPLIA IX. vt & capitali pœna puniatur etiam is, qui libellum famosum casu inuenerit, illumq; non corruperit, combusserit, aut lacerauerit, sed eius vim, & tenorem alijs manifestauerit. tex. ad literam, in l. 1. C. de famos. libell. dum ibi dicitur, *si verò non statim easdem cartulas, vel corruperit, vel igni consumpserit, sed vim earum manifestauerit, sciat se quasi authorem huiusmodi delicti capitali sententiæ subiugandum.* & ibi glos. 1. & in verbo, *si quis famosum.* Butrig. in princ. Salyc. num. 1. Qui quidem text. est canonizatus, in cap. si quis, 5. quæst. 1. & ibi glo. 1. Turrecrem. in cap. si qui, num. 1. & in cap. si quis pariter, num. 1. ead. causa 5. & quæst. 1. & ibi etiam Præpos. Alexandr. in summario. Azzo in summa de iniur. nu. 5. & in summa de famos. libell. num. 2. Bonif. de Vital. in tit. de famos. libel. num. 5. Iodoc. in pract. cap. 125. num. 3. Summa Siluestrin. in rubr. de libello, num. 5. post med. Aduertendum est tertio, Summa Angel. in verbo *libellus famosus*, versic. quæ pœna. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. vers. his tandem prænotatis. Anton. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 1. vers. Et non solum hoc procedit. vbi testatur de communi Doct. opinione. Nauar. in cap. Sacerdos, num. 5. de pœnit. distinct. 6.

461 Et propterea non malefaciet inueniens libellum famosum, præsertim fabricatum contra Principem, vel eius officiales, si illum secretò deferat magistratui, & iustitiæ, secundum Iodoc. in pract. crim. cap. 125. num. 8. Nec dissentit Bulla Pij V. in ordine 155. & expresè cauetur in bannimentis generalibus Status Ecclesiast. anni. 1599. cap. 4.

462 LIMITANDO hanc ix. ampliationem, aduerte, secundum prædicta, ꝙ ad hoc vt inueniens capitali pœna libelli famosi puniatur, non sufficit, vt inuentum libellum non corrumpat, aut laceret, postquam illum inuentum legerit, sed necesse est, vt illius vim alijs manifestauerit. Ideo secus, si tacuerit, prout expresè videtur probari in d. l. 1. in princ. vbi ad excusandum inuentorem libelli famosi à pœna dicitur ibi alternatiuè, *quòd ipsum libellum, aut corrumpat priusquàm alter inuiniat, aut nulli confiteatur inuentum*; ergo si libellum non manifestauit, licèt non corruperit, non videtur puniendus. Et est de mente Salycet. in l. 1. num. 1. C. de famos. libell. Et faciunt considerata per Turrecrem. in cap. si quis. post num. 1. vers. Item si non potest, & vers. licitè ergo 5. quæst. 1. quem videas, quia paulò infra contrariam adducit considerationem, Præpos. Alexandrin. in cap. si qui, post num. 1. versic. Et primo quidem, ead. causa, & quæst. Hostien. in summa de iniur. eod. num. 1. in fin. vers. ex quibus videtur inferendum.

463 Vbi tamen ꝙ si inueniens libellum famosum legerit, eius iudicio non effugerit pœnam extraordinariam, sed ꝙ nec isto casu possit aliqua extraordinaria pœna puniri, verius credidit Emanuel Soarez. ibi in addit. litera A. num. 3. ea ratione, quia nunquam pœna imponi potest, nisi à iure exprimatur. Claud. ad Berrazz. in consil. 237. litera D. versic. primo itaq; sciendum, & vers. seqq. vbi præsertim hanc opinionem procedere affirmat, quando quis libellum famosum inuenit non humi, seu in aliqua domo, sed affixum in aliquo loco, quia tunc ex non laceratione nulla incurritur pœna, vt ibi per eum, qui insuper attestatur ita aliàs fuisse iudicatum, Cæpha. cons. 341. num. 3. & 26. in fine, lib. 3. & num. 27. & seq. vbi amplius ꝙ manifestare quis dicitur, quando pluribus libellum innotescere facit, Iacob. de Graff. decis. 138. num. 16. par. 1. Et videtur de mente Pij V. in eius constitutione 155. de qua in Bullario par. 2. folio mihi 1162. vbi pœnam, de qua ibi imponit ijs ad quos libelli famosi, seu literæ infamatoriæ peruenerint, si eas non corruperint, aut igni tradiderint, antequam earum vim manifestauerint, & sic videtur etiam requirere manifestationem.

464 Quamuis ꝙ sola inuentio libelli famosi, & non laceratio, sufficiat ad incurrendum pœnam, videatur suaderi ex dictis per Cyn. in d. l. 1. in princ. C. de famos. libel. & faciat tex. in cap. qui in alterius, in vltimis verbis 5. quæst. 1.

dum

dum ibi dicitur, *Et qui eũ prius inuenerit rumpat, ſi non vult authoris facti cauſam incurrere*. Et ſic loquitur de ſola inuẽtione,& non corruptione,abſque eo,quòd de manifeſtatione verbum faciat,prout etiam nullo facto verbo de manifeſtatione loquuti ſunt, Archid. in cap. de prima, num. 1.ead. cauſa,& quæſt. Et ibi etiam Præpoſ. Alexandri. in princ. Idem Præpoſ. in d.cap. qui in alterius, in princ. & nu.2. vbi amplius quòd inueniens, & non lacerans, punitur etiam quod authorem libelli vellet denunciare,& hoc quia ex hac ſola culpa in non lacerando,punitur. Turrecr. ibidem in princ. verſ. Et illum inueniens non lacerauit. Et pro hac opinione facit ratio conſiderata per eundem Turrecrem. in cap. ſi quis ad finem, verſ. ſed hic ſurgit quæſtio d. cauſ. 5.q.1. vbi quòd propterea Papa vult libellũ famoſum rumpi,aut comburri, ne inuẽtus ad aliorum manus perueniat, quæ ratio militat etiam quod primus inueniens, non manifeſtauerit, vt ibi per eum, quem videas, quia paulò ſuperius, videtur facere contrariam conſiderationem. Clar. in pract.§.fi. q.68. num.26.ver. libelli famoſi author in fine, vbi teſtatur de communi, Petr. à Plach. in loco præcitato (qui tamen, vt ſupra eum retuli, requirit etiam quòd legens alios certiores fecerit, & ſic facit pro prima opinione) & pro hac opinione faciunt bannimenta generalia edita de anno 1599. cap. 4.

465 SVBLIMITANDO, ſeu potius declarando præcedentem limitationem, iterum aduerte, quòd inueniens libellum famoſum,& illum non corrumpens, tunc demum minimè punitur, ſi illum alijs non manifeſtauerit, quando ipſum libellum in eo loco, in quo inuenit, dereliquit, quòd ſi acceperit,& penès ſe retinuerit, & cum eo inuentus fuerit, præſumitur, quòd ipſe fecerit, & non quòd inuenerit, niſi probet. Ita videtur de mente Iacob. Butrig. in l. 1. C. de famoſ. libell. per l.maiorem.ff.de falſis. Claud. in addit. ad Bertazz.conſ.237. littera D, in fi. Cœpha. cõſ. 341. nu. 29.& ſeqq. quod ſi probauerit ſe inueniſſe,non videtur puniendus, quamuis illum retinuerit, ſi alteri non manifeſtauerit, prout videtur de mente Turrecrem. in c.ſi quis ad finem, verſ. licitè ergo quinta, q.1.& ibi etiam Præpoſ. Alexand. Vbi quod paria ſunt corrumpere rem, vel illam occultè tenere, Iodoch. in pract. crim.c. 125.nu.3. in fi. verſ. ſi tamen, &c.

466 AMPLIA X. & multò magis in componente librũ (prout ſæpe vidi in facto contingere) in alterius infamiã; ſic enim probat tex. in l. lex Cornelia.§.ſi quis librum.ff. de iniur. Azzo in ſumma de iniur. num.4.

Vbi etiam de componente hiſtoriam,& idem per Hoſt. in ſumma de iniur. § quot modis fiat iniuria, num.3. verſ. literis verò. Clar. in pract.§.fi. quæſt. 68. num. 26. verſ. libelli famoſi author. Vbi infert fuiſſe infami cathenæ alligatum quẽdam proxenetam, qui tres libros, in quibus de multis etiã in magiſtratu conſtitutis obloquebatur, materna lingua compoſuerat, quamuis eos non publicaſſet, & quòd libri prædicti fuerunt publicè combuſti.

467 AMPLIA XI. in componente carmina, epigrammata, vel vt alij dicunt cantiones, aut quid ſimile (prout etiã ſæpe contingere ſolet) in detractionem famæ alicuius, l.lex Cornelia.§.fin. & ibi glo. in verbo *Epithetõ*, & in verbo *ſiue ſcripturam*, ff. de iniur. Ang. in d.§. ſi quis librum, num. 2. verſ. caueant igitur illi, qui cantilenas componunt in infamiam alicuius. Eſt tex. in l. item apud Lab. §. hæc aũt, ibi, aut ſi carmen, &c. & ibi gloſſ. in verbo *ſi carmen*, 4. quæſt. 3. Cyn. in l. 1. in princ. C. de famoſ. libell. & ibi Salyc. num. 2. Bellam. in cap. de prima, in princ. 5. quæſt. 1. & ibi etiam Præpoſ. Alexandr. ante num. 1. Archid. in cap. qui in alterius, poſt princ. eadem cauſa,& quæſt. & ibi etiam Præpoſ. Alexandr. in num. 3. & Turrecrem. in verbo *ſcripturã litterarum*, Vbi ampliat, quæcumque lingua carmina ſint compoſita; & ante num. 1. Azzo in ſumma de iniur. num. 4. Hoſtienſ. in ſumma de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. verſ. literis verò. Iodoch. in pract. crim. cap. 125. poſt num. 1. & cap. 138. num. 1. Plot. conſil. crim. diuerſ. 131. num. 2. ubi in propoſito, quòd carmen famoſum vulgariter nuncupatur Paſquinium. Petr. à Plach. in epith. de lict. lib. 1. cap. 3. num. 3. verſ. Nec ſub eadem pœna, &c. Burſat. conſ. 94. vbi loquitur de libello famoſo, facto in forma *Paſſij*, & in forma *Te Deum*.

468 AMPLIA XII. non ſolum, vt dixi in componente carmina, & cantiones in alterius infamiam, ſed etiam in eas cantante. text. expreſſus in l. item apud Labeonem, §. hæc autem ibi, *Vel caueat aliquid, quòd pudorem alicuius lædat*: ff. de iniur. Ang. in l. 1. in princip. verſ. quòd nota cõtra facientes cantilenas famoſas contra aliquem. C. de famoſ. libell. Iodoc. in pract. crim. cap. 125. poſt nu. 1. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 3. num. 3. verſ. nec ſub eadem pœna, liceat cantilenas infamatorias cantare. Claud. in addit. ad Bertazz. conſ. 237. littera B, in fine, faciũt ſcripta per Cœphal. in conſ. 341. num. 7. lib. 3.

Vbi tamen videtur tenere, quòd iſto caſu datur actio iniuriarum.

469 AMPLIA XIII. etiam in ſtercorante fores alicuius, vel eiſdem foribus cornua affigentibus. Decian. lib. 3. cap. 25. num. 53. tomo 2. fol. 119. per text. in l. lex Cornelia §. fin. ff. de iniur. Bertazz. conſ. 237. num. 2. vbi propterea infert, quòd Statuta imponentia pœnam ſtercorizantibus, ſeu apponentibus præputia, aut cornua in oſtijs alienis, procedunt, & habent locum in facientibus libellos famoſos, & num. 3. vbi quòd talia facientes, puniuntur ad inſtar facientis libellum famoſum, vide Conſtit. Marchiæ, lib. 4. cap. 61. vbi iſto caſu imponit pœnam pecuniariam, & etiã perſonalem, arbitrio Iudicis, ſic imminente graui ſcandalo, propter qualitatem perſonæ offenſę. Et vide etiam Vrbis ſtatutum lib. 2. cap. 68. vbi ſtatuitur, quòd qui ſtercora, vel cornua ad alienos domos apponunt, ſeu parietes fœdant, aut quid ſimile faciunt, ſi ignominiam meretricum, & capti ſi ſint viles perſonę, acriter torquẽtur, fuſtigantur, & in perpetuum exilium damnantur, ſi verò capti fuerint nobiles, vel bonæ exiſtimationis, ſimiliter torquentur, & per annum in carceribus detinentur, vel in exiliũ, arbitrio Senatoris, mittuntur. Quòd ſi prædicta patrentur in ignominiam honeſtarum perſonarum, & tunc pœna, erit etiam capitalis arbitrio Senatoris, pro perſonarum delinquentium, & in quas deliquerint qualitate, & demum vide bannimenta generalia Status Eccleſiaſtici, emanata anno 1599 cap. 41. vbi imponitur pœna inciſionis manus, ſi perſona in cuius ignominiam prædicta committuntur, fuerit honeſta, ſi verò fuerit publica meretrix, imponitur pœna ſcutorum centum, & trium ictuum funis.

470 AMPLIA XIIII. etiam in ſcribente ne dum librũ, ſed etiam litteras, ſeu aliam ſcripturam infamatoriam, ſic enim videtur de mente omnium Legiſtarum, & Canoniſtarum, & in ſpecie Turrecrem. in cap. qui in alterius, in verbo *ſcripturam litterarum*, 5. quæſt. 1. Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famoſ. num. 1. & de ſcribente litteras, etiã ſub incerto authore, quas hodie *lettere d'auiſi* nuncupamus, vide Conſtit. Pij V. in ordine 155. fol. mihi 1162. parte ſecunda.

471 AMPLIA XV. vt libelli famoſi crimen incurratur etiam per eum, qui obſcœnas picturas in alterius infamiam in aliquo loco ponit ſecundum Clar. poſt Parid. de Put. quem allegat in pract. crim. §. fin. q. 68. num. 26. verſic. libelli famoſi author.

Vbi propterea affirmat maxima pœna dignum eſſe eum, qui in infamiam poteſtatis in eius Cameræ, aut Palatij ianua virilia membra, aut vuluas muliebres depingit, & ponit etiam de eo, qui honeſtam mulierem, ſibi cõſentire nolentem, cum certo vituperio depinxit, & picturam in locis publicis affixit, dicitq; hunc dignum eſſe pœna triremiũ, ex Parid. in loco præcitato. Bertazz. conſ. 165. nu. 1. & ſeq. lib. 2. Vbi loquitur de eo, qui depinxit plures priapos in quodam folio, quod affixit oſtio ſui creditoris, dicitq; iſto caſu non eſſe locum pœnæ libelli famoſi, quia talis pictura non fuit facta in ignominiam alicuius, ſicut facta eſſet, quando fieret in ignominiam alicuius mulieris, & in caſu Parid. de Put. de quo ſupra. Et vide in propoſito Vrbis ſtatutum, lib. 2. cap. 68.

Vbi de affigente picturas quem poſſe etiam capitali pœna puniri arbitrio Senatoris, iuxta perſonarum qualitatem ibi ſtatuitur.

AM-

472 AMPLIA XVI. multò magis in eo, qui libellum famosum facit non sub nomine suo, sed sub nomine alterius; Is enim magis delinquere videtur, cum & alium de huiusmodi crimine, vt se exculpet, falsò inculpare intendit, l. lex Cornelia, §. si quis librum, ibi, *etiam si alterius nomine*, & ibi glo. in verbo *alterius*, ff. de iniur. & ibi Alber. in princ. Azzo in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. vers. nec distinguitur, Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famos. num. 1. vers. & hoc siue suo nomine, siue alterius fecerit, Iodoch. in pract. crim. cap. 138. post num. 3.

473 AMPLIA XVII. Etiam in faciente libellum famosum sine nomine, l. lex Cornelia, §. si quis librum, ibi, *vel sine nomine*, Et ibi glos. ff. de iniur. Et ibi Ang. num. 3. Idem Ang. in l. 1. in fine. C. de libell. famos. Summa Armilla in rubr. de libell. num. 1. vers. &, pertinet ad detractionem, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 68. num. 26. vers. libelli famosi author. vbi refert Ang. in locis præcitatis.

474 Quod & idem erit si libellus nec etiam contineat nomen illius, cui infamia irrogatur, dummodo aliunde constet, de quo libellans voluit intelligere, ad ea, quæ generaliter de iniuria dicta sunt supra num. 170. & voluit glo. in terminis libelli famosi in l. lex Cornelia, §. si quis librum in verbo, *sine nomine*. ff. de iniur. Salyc. in l. 1. num. 5. C. de famos. libell. Vbi loquitur siue persona infamata sit certa, siue non. Azzo in summa de iniur. post num. 4. Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. vers. nec distinguitur, Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famos. num. 2. Iodoch. in pract. crim. cap. 138. post nu. 3. Bertazz. cons. 237. num. 5. vers. secundo quia.

475 Vbi, quòd quando in libello famoso non est specificata aliqua certa persona, licet possit suspicari, de quo libellās intellexit; Attamen minor pœna imponenda est, quia minor sit iniuria, quando in genere fit, quam quando nominatim, & in specie infertur, vt dixi supra num. 12. Addo ad præmissa Claud. in addit. ad Bertaz. d. cons. 237. littera D, vers. primo itaq; requiritur. Vbi benè loquitur in materia, Cæphal. cons. 341. num. 2. vers. 2. quia.

476 Et isto casu, quando ignoratur persona contra quam libellus fuerit directus, propter non adiectionem nominis deuenitur ad torturam contra reum, & illum indicet, Azzo in summa de iniur. num. 4. vers. Nam & si nomen, quòd si nullo pacto constiterit ad cuius iniuriam factus sit libellus, & ille, qui fecit etiam nesciet ad cuius iniuriam fecerit (quòd mihi videtur de raro contingentibus.) tunc non habet locum pœna libelli famosi, secundum Baiard. in addit. ad Clar. q. 68. num. 62.

477 AMPLIA XVIII. multo magis in ponente, seu affigente libellos famosos palatio Principis, aut Communitatis, secundum Ang. in l. lex Cornelia, §. si quis librum, num. 3. ff. de iniur. Vbi refert ita tempore suo de facto contigisse, quod & idem refert in l. 1. in fin. C. de famos. libell. & Ang. sic dicentem refert Clar. in pract. §. fin. q. 68. num. 26. vers. libelli famosi author, vbi etiam de ponente in ianua palatij obscœnas picturas in infamiam Potestatis, quòd maxima pœna dignus est ex Parid. de Put. in loco per eum relato.

478 AMPLIA XIX. multo magis in faciente libellos famosos contra Magistratum, Iudices, aut officiales per ea quæ generaliter dicta sunt in materia iniuriarum supra numer. 198. & in specie aduertit. Ang. in l. lex Cornelia, §. si quis librum, num. 2. in fin. ff. de iniur. & in l. 1. in fine, C. de famos. libell. vbi refert tempore suo quendam Massum de Plancambis de Bononia posuisse quandam schedulam diffamatoriam super altari palatij Bononiæ contra regimen Bononiense; Et quòd licèt debuisset pœna capitis puniri, fuit tamen talis pœna sibi indulta, & in pœnam pecuniariam duorum millium ducatorum commutata. Refert Clar. in pract. §. fina. quæst. 68. num. 26. vers. libelli famosi author, vbi etiam ponit de pingente in infamiam Potestatis in porta palatij, vel in Camera ipsius Potestatis membra virilia, aut vuluas muliebres. Dicitque ex Parid. de Put. quem allegat, & in loco per eum relato maxima pœna dignum esse.

479 AMPLIA XX. vt reuelans, & indicans libelli famosi authorem, præmium consequatur si liber sit, arbitrio Iudicis de bonis accusati, si seruus, libertate donatur, & fiscus dat Domino prętium l. lex Cornelia, & fin. & ibi glo. in verbo *præmium*, & in verbo *præstanda*, ff. de iniur. Ang. in d. l. lex Cornelia, §. si quis librum, num. 1. & 5. in fi. ff. eod. Turrecrem. in cap. si qui post num. 1. 5. q. 1. Et ibi etiam Præpos. Alexandrin. post num. 1. Azzo in summ. de iniur. num. 5. vers. accusatori etiam, & in summ. de famos. libell. num. 2. vers. laudem vero. Host. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. vers. & potest hoc casu, Bonif. de Vitallin. tit. de libell. famos. num. 6. Petr. à Plach. in epitom. delictor. lib. 1. cap. 3. num. 3. vers. & reuelanti hoc delictum.

480 Indicare autem in proposito videtur is, non qui extra iudicialiter reuelat, sed qui iudicialiter accusat, secundum Iacob. de Aren. in d. §. si quis librum, in vltimis verbis, & ibi etiam Alber. per text. in verbo *indicasse*, ff. de verb. significat. Vbi dicitur indicasse reum est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse. Et ibi glos. 1. & 2. inferens ad casum nostrum propriè dicit, Indicaui crimen libelli famosi, quando defertur in publicam notionem, Barto. in d. §. si quis librum, num. 1. & ibi Alex. in addit. littera B, Vbi expressè dicit, quod non sufficit ire ad Iudicem, vel ad notarium, sed debet iudicialiter accusare, & hoc admonet esse menti tenendum propter multa Statuta indicantibus, seu reuelātibus præmium constituentia, & est de mente Bonif. de Vital. in tit. de libell. famos. num. 6.

481 LIMITA I. propositam huius xj. inspectionis regulam, vt non habeat locum pœna libelli famosi, nisi dolus interuenerit. Sic enim iura, & Doctores in materia loquentes dolum præsupponunt, vt videre est in l. lex Cornelia, §. si quis librum, ibi, *doloùe malo fecerit*, ff. de iniur. Turrecrem. in cap. si quis, sub num. 1. 5. q. 1. Vbi de publicante, seu manifestante libellum famosum dolosè, & ibi etiam Præpos. Alexandri. in summario, Azzo in summa de iniur. num. 4. Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. vers. litteris verò, ibi, *vel dolo malo fecit*, Sūma Angel. in verbo *libellus famosus*, vers. quæ pœna, ibi *seu dolosè manifestauerit*.

482 AMPLIA hanc primam limitationem, & quidem illatiue ex ea, quòd si ioco, vel sine dolo, & non causa infamandi quis faciat, & multo magis si legat, seu manifester, vel etiam retineat libellum famosum non punitur, prout in specie adnotauit Præpos. Alexandrin. in cap. qui in alterius, num. 3. ad med. 5. q. 1. Turrecrem. in cap. si quis, num. 1. in verbo *dolosè*, eadem causa 5. q. 1.

Vbi aduertit hoc verbum *dolosè*, non esse appositum in lege, vnde ille canon sumptus est, sed quòd debet intelligi. Vnde secus dicit, quando quis non dolosè, sed ex simplicitate manifestaret libellum famosum, Iodoch. in pract. crimin. cap. 138. num. 1. Summa Siluestr. in rubr. de libello, num. 5. post med. vers. aduertendum est 3. Plot. cons. criminum diuers. 131. num. 7. & seqq. lib. 1. Vbi benè comprobat hanc limitationem. Refert Baiard. in addit. ad Clar. q. 68. n. 62. vers. itē adde, Burs. cons. 94. nu. 8. & seqq. & nu. 17. & seqq. & n. 34. Vbi de accipiēte, retinente, & legente libellū famosum sine dolo, & animo iniuriandi, Claud. in addit. ad Bertazz. cons. 137. littera D, vers. secundo requiritur, & vers. secundo, vt pœna incurratur, Cœphal. cons. 341. num. 23. lib. 3.

483 SVBLIMITA eandem primam limitationem, vt dolus malus in hoc crimine semper præsumatur, nisi contrarium probetur in libello famoso, ad ea, quæ generaliter de iniuria dicta sunt supra num. 113. & in specie de libello famoso, col. 96. Bursat. cons. 94. num. 2. & 3. vbi de inueniēte libellum famosum, & non lacerante, faciunt scripta per Cœphal. in cons. 341. nu. 10. & seqq. lib. 3.

484 Quamuis contrarium, quòd immò in ista materia dolus non præsumatur, nisi probetur, voluisse videatur idem Bursat. d. cons. 94. num. 8. in fin. & seqq. & num. 35. aut saltem ex contrarijs præsumptionibus doli præsumptionem tolli verius forsan dixerit, vt ibi per eum, qui multa adducit ad exclusionem doli cuiusdam, qui libellum famosum acceperat, legerat, & retinuerat, & num. 17. & sequentibus &

& per totum consilium in discursu.

485 LIMITA II. eandem regulam non procedere quādo componens libellum famosum illum non publicauit, quia tunc non videtur pęna capitis puniendus per ea, quę dicta sunt infra num. 487. & videtur de mente Iodoc. practic. crim. cap. 138. num. 3. in fine, sumpto ex eius dictis argumento à contrario sensu, ibi, *Et ad alterius peruenire posset*, facit diffinitio libelli famosi, de qua supra num. 421. vbi ad essentiam libelli famosi videtur requiri, quòd fuerit positus in publico, vel in loco vbi inueniatur. Et faciunt scripta per Nauar. sumpto pariter ex eius verbis argumento à contrario sensu in cap. sacerdos, num. 6. de pœn. dist. 6. vbi de faciente libellum famosum, & illum eijciente in locum publicum eò animo, vt res non maneat secreta, sed palam fiat, Bursat. conf. 94. num. 17. vbi de accipiente, retinente, & legente libellum famosum, quem tamen non pluribus, sed vni tantum manifestauerat, & publicauerat, Cæphal. conf. 341. num. 15. ad med. & num. 17. vers. verum, quia, & num. 18. & seqq.

486 Contrarium dixisse videntur addentes ad Bonif. de Vitalin. in tit. de libell. famos. littera A, vbi dixerunt libelli famosi pœnam habere locum etiam, quòd libellus non peruenerit ad bonos, & graues viros ex Barto. Ang. Castrens. Aret. & Alexan. in l. Turpia, ff. de legat. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 68. num. 26. vers. libelli famosi author, in fin. Vbi refert fuisse infami cathenæ alligatum quendam, qui libros in aliorum infamiam composuerat, quamuis eos non publicasset, & sic hæc contraria opinio potest habere locum quoad pœnam extraordinariam, prima autem quoad ordinariam.

487 LIMITA III. vt pœna libelli famosi locum non habeat, nisi libellus omnibus videndus, & legendus in aliquo loco publico ponatur. Sic enim præsupponere videtur Doctores in materia loquentes, vt videre est apud Angel. in l. lex Cornelia, §. si quis librum, num. 2. ff. de iniur. vbi ponit exemplum, quando libellus ponitur, & affigitur in vna columna in platea, & in l. 1. in princ. C. de famos. libell. vbi de facientibus cantilenas famosas contra aliquem in publico, tex. in c. 1. incip qui in alterius, ibi, *publicè, &c.* 5. q. 1. & ibi glos. in verbo *publicè*, declarat, idest in publico loco Bellamer. in cap. de prima, in princ. ibi, *Et occultè ponit in loco publico*, eadem causa, & q. Et ibi etiam Archid. num. 1. Præpos. Alexand. ante nu. 1. Idē Bellam. in dict. cap. qui in alterius, in princ. eadem causa, & q. & ibi etiam Archid. pariter in princip. Præpos. Alexandr. in fine, Turrecrem. in princ. vers. qui scripturam, & ante num. 1. tex. in cap. 2. ibi *in publico, &c.* eadem causa quinta, & quæst. 1. Hostien. in summa de iniur. §. quot modis fiat iniuria, num. 3. post vers. litteris vero, vbi de eo, qui facit cadere scripturam in platea, Iodoch. in pract. crim. cap. 125. rubr. de diffama. per libell. num. 1. vbi de spargente, vel cantante libellos famosos *plateatim*, Summa Armilla in rubr. de libell. in princ. vbi de appendente libellum famosum in publicum, Nauarr. in cap. sacerdos, nume. 6. de pœnit. dist. 6. Vbi de faciente libellum, & illum eijciente in locum publicum. Et facit pro hac declaratione diffinitio libelli famosi, de qua supra num. 425. iuxta quam de essentia libelli famosi videtur requiri, quòd fuerit positus in publico, vel in loco inueniatur.

488 LIMITA IIII. in eo, qui facit libellum famosum contra aliquem, à quo prius fuerit prouocatus per alium libellum famosum. Hunc enim minimè teneri pœna capitali comprobat Plot. cons. crim. diuers. 131. num. 15. & sequentib. lib. 1. Refert, & sequitur Bertaz. conf. 237. nu. 5. Vbi tamen, quòd isto casu mitior imponitur pœna.

489 Verùm licet non absurdum sit dicere, quòd prouocatio isto casu excuset à pœna ordinaria libelli famosi, non tamen crederem excusandum à pœna extraordinaria, per ea, quæ generaliter dicta sunt supra num. 397. prout etiam loquitur Bertazz. in loco præcitato, & ibi Claud. in addit. littera C, Plot. repræhendit eo, quia sicut ex interuallo nō licet armis illatam vim vlcisci, ita nec etiam ex interuallo licet vlcisci illatam iniuriam.

490 LIMITA V. quando is, qui libellum famosum fecit, reuocaret per alium libellum famosum ea, quæ in diffamatione alterius in libello per ipsum composito proposuerat asserens, puta illa non esse vera, & ex calore iracundiæ dicta; per ea, quæ generaliter in materia iniuriarum dicta sunt supra num. 151. Et in specie voluit Rota consil. crim. diuers. 131. num. 17. & seq. lib. 1. allegat Summam Angel. in verbo *libellus famosus*, in fine, num. 2. (qui tamen nō dicit, quòd sic reuocando excusetur, sed tm̄, q reuocare teneatur) & voluit idē Plor. in tract. de in lit. iu. §. 46. n. 4. in fi. Vbi amplius, quòd sufficit reuocatio viua voce ne dum per alium libellum famosum, Bursat. conf. 94. nu. 26. & seqq.

491 LIMITA VI. quando non est sequutus effectus, & delictum non fuit consummatum, quia tunc non intrat pœna ordinaria libelli famosi, secundum Bursat. in consil. 94. num. 30. in fine, & seqq. lib. 1.

492 LIMITA VII. propositam regulam, vt procedat prout loquitur, & prout loquuntur omnia iura, & Doctores materiam pertractantes, quando scilicet libellus famosus contineat aliquid, quòd respiciat alterius iniuriam, & infamiam, secus si in eo contineantur verba non infamatoria, & non pungentia, prout in casu quo consuluit Bertazol. conf. 137. num. 3. Cæphal. conf. 341. nu. 20. lib. 3.

Absoluta fuit hæc quæstio die 20. Maij. 1601.

ARGVMENTVM.

Pactum de quota litis de iure communi reprobatū, & punibile est; Quando hoc verum sit, quando non, & generaliter de materia.

SVMMARIVM.

Pactum de quota litis, quando propriè dicatur, num. 1. in fine.

Pactum de quota litis factum inter Aduocatum, & clientulum in casu victoria improbatum est à iure; num. 1. & 2. Vbi ponitur ratio huius conclusionis.

Aduocati facientes pacta de quota litis priuantur officio aduocationis, num. 3. Sed an priuētur ipso iure absq; alia sententia iudicis. Dic, quòd sic, num. 4. Contra, num. 5. Resolue, vt num. 6.

Aduocatus faciens pactum de quota litis tenetur ad duplum, vel ad quadruplum. & insuper est perpetuo infamis, & alias, prout in num. 7. & 8.

Aduocatus faciens pactum de quota litis si fecerit de suo expensas in lite non potest eas repetere, sed perdit actionem mandati, num. 9. Declara, vt num. 61. & seqq.

Iuramentum in litem super expensis, damnis, & interesse datur contra facientes pactum de quota litis, num. 10.

Pacta de quota litis facientes an teneantur pœna falsi, num. 11.

Aduocati facientes pacta de quota litis reputantur à iure crudeles, & depredatores, num. 12.

Pacta de quota litis facientes dicuntur redemptores litium, & conspiratores, num. 13. & 14.

Pactum de quota litis dicitur esse contra bonos mores, num. 15.

Procuratores facientes pactum de quota litis puniuntur, sicut Aduocati, num. 16. Declara, vt hoc procedat in Procuratore ad lites, secus in procuratore ad negotia, num. 17.

Pactum de quota litis punibile est etiam in Aduocatis, seu procuratoribus illiteratis, & non existentibus in matricula num. 18.

Fiscus etiam prohibetur facere pactum de quota litis num. 19.

Procurator, seu Aduocatus etiam consors litis, & habens interesse in causa, prohibetur facere pactum de quota litis, num. 20.

Procurator, seu Aduocatus consanguineus non excusatur propter consanguinitatem à pœna pacti de quota litis, num. 21.

Pactum de quota litis, etiam quòd fuerit iuratum nullam producit actionem, num. 22.

Pactum de quota litis non valet etiam factum sub nomine salarij, seu honorarij, num. 23. Declara, vt nu. 24.

Pactum de quota litis est improbatum, etiam quòd contineat summā moderatam respectu debiti salarij, nu. 25. Licèt alij cōtra, nu. 26.

Pactum

Pactum de quota litis est improbatum, etiam quòd fiat de minima quota, num.27. Licèt alij contra, num.28.

Pactum de quota litis est improbatum, etiã quòd fiat de minima quota, sed de certa re in litem deducta, nu.29. Licèt alij contra, num.30. Et etiam quòd fiat de certa re in litem non deducta, num.31. Licèt alij contra, num.32.

Pactum de dando certam quantitatem pecuniarum Aduocato, seu Procuratori in casu victoriæ est improbatum à iure, num.33. & 37. Contra num.34. Et quid si pecunia, quæ promittitur est deducta in litem, vel non, n.35. & seqq. Resolue, vt nu. 38. & seqq.

Pactum de dando Aduocato, seu Procuratori si vincat tantum, si non vincat nihil dicitur illicitum, & improbatum, num.38. Etiam quid promissa quantitas sit moderata, num. 39. Quamuis alij contra, num. 40.

Pactum de dando Aduocato, vel Procuratori tantum siue vincat, siue non, est, licitum, & approbatum à iure, num.41. Declara dummodo promissa quantitas sit moderata, alias secus, num.42.

Pactum de dando Aduocato, vel Procuratori certam pecuniarũ quãtitatem, siue lis vincatur, siue perdatur sed in casu victoriæ aliquid plus, reputatur illicitum, & reprobatum, num.43. Contra num.44. Distingue, vt num 45.

Pactum per quòd promittitur aduocato, vel procuratori certa pecuniarum quantitas in casu victoriæ simpliciter absque eo, quòd aliquid dicatur in casu non victoriæ, non est illicitum, nec reprobatum, dummodo promissa quantitas sit moderata, nu.46.

Pactum de quota litis est improbatum etiam factum cum vxore aduoti, seu alia tertia persona, num.47.

Pactum de quota litis non est illicitum, quando aliquid promittitur aduocato in casu victoriæ sub nomine palmarij, num. 48. Contra num.49. Resolue, vt num.50. & seqq.

Salarium aduocato seu procuratori debitum quando dicatur moderatum, & quando excessiuum, num. 53.

Aduocati, qui fecerunt pactum de quota litis non puniuntur, si non perseuerant vsq; ad finem litis, num.54. Declara, vt num.55.

Pactum de quota litis non procedit in alio, quam in Aduocato, seu Procuratore, num.56. Declara, vt num.58.

Cessio iurium facta procuratori, vel aduocato, an & quando sit reprobata à iure, num.57.

Pactum de quota litis factum post litem finitam non improbatur à iure, num. 59.

Pactum de quota litis nullum; pœnam non meretur, nu. 60.

Aduocatus, seu Procurator non prohibetur expendere de suo in lite, cum pacto, quòd expensa quantitas cum licitis vsuris restituatur. Et quid si fuit conuentum, vt in casu victoriæ reficiantur maiores sumptus, quam fuerint facti, num.62. & 63. Et quid si fuerit conuentum, vt loco expensarum factarum detur aliqua quantitas, num. 64.

Aduocatus, seu procurator an vltra pœnam priuationis possit aliqua alia pœna puniri, & qua, num.65.

Pactum de quota litis non est punibilis in clientulo, num. 66. Declara, vt num.67.

QVÆSTIO CVI.

1 REGVLA sit, quòd pactum de quota litis factum inter Aduocatum, & clientulum in casu victoriæ est improbatum à Iure, text. in l. qui aduocatorum, C. de postul. & ibi glo. in verbo *si quis*, & ibi Butrig. in summario. Bellapert. in princ. Odofred. nu.1. vers. sed si Aduocatus, alius text. ad litteram in l. sumptus, in fin. & ibi glo. & communiter Doctores omnes in summario. ff. de pact. & ibi præcipuè Fulgos. in princ. dicit, quod quando ipse fuit factus Doctor, & erat nouus, & ignarus illius legis fecit contra eum pactum de quota litis, sed postea conscius iuris, restituit totum illud, quod acceperat, alius text. in l. si remunerandi, §. Maurus, & ibi gloss. in verbo *certam quantitatem*, ff mandati, Alberic. in summario. Odofred. col.1. ante fin. & col. 2. in fin. vers. vnde nota glos. in l. litem in 1. glo. in fin. C. de procuratoribus, & ibi Butrig. in summario. Bellapert. in princ. Cyn. num.1. in fin. vers. licèt enim. Bart. in princ. ver. nota, quod pactum de quota litis. Salyc. nu.1. Bart. in l. salarium. ff. mandat, & ibi etiam Bal. in summario. Odofred. colum.1. in princ. Fulgos. & Alber. etiam in summario, alius text. in l.1. §. si cui. ff. de var. & extraord. cognit. & Bart. in 2. notab. text. in c. infames, §. arceantur 3. q.7. & ibi glo. in verbo *partis*, & præsertim Turrecrem. num.1. & seqq. vbi proponit contraria, & illis respondet Io. de Amic. cons. 148. num.7. Guid. Pap. decis. 102. num.1. Natt. cons. 145. num. 15. Plot. de lit. iuran. §. 16. num. 8. Franc. Marc. decis. 19. nu. 1. par. 1. & decis. 470. num. 1. par. 2. Bertaz. cons. 91. num. 39. lib. 1. Nauarr. cons. 4. num. 2. rubr. de pact. lib. 1. & in Manual. c. 25. rub. de peccat. aduocat. & procurat. num. 30. ad fin. Refert, & sequitur Iacob. de Graff. decis. cas. consc. lib. 3. cap. 8. rubr. de aduocat. & procurat. num. 12. par. 1. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 9. art. 4. vers. vnum autem. Alphons. Villagut. in pract. crim. canon. lib. 9. tit. de aduoc. rubr. fin. con clus. 14. in princ. Summa Siluestr. in verbo *aduocatus*, num. 12. in princ. Summa Armill. in tit. de aduocato, num. 14. in princ. Summa Ang. in verbo *aduocatus*, nu. 14. post princip. vers. aduerte hic. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 47. vers. sexto pacta de quota litis non valent. Menoch. post hæc scripta habitus de arbitr. quæst. lib. 2. cent. 6. casu 522. num. 1. vbi alijs relatis hanc sententiam dixit receptissimam, & nu. 5. vbi tunc propriè ex communi mẽte Doctorum præallegatorum, dicit esse pactum de quota litis, quando per modum quotæ promittitur certa pars rei de qua est lis, vel contentio.

2 Ratio regulæ est, quia sic paciscendo aduocati inuitantur ad delictum calumniæ, & scientes se nihil habituros, nisi in casu victoriæ, facient quicquid poterunt per fas, & nefas, vt litem vincant, secundum Addentes ad glos. in l. si qui aduocatorum, in verbo *immensa*, & ratio C. de postu lã. & ibi Bar. in vers. nam sicut reprobatur, Alber. post nu. 2. vers. quia præsumptio est, Paul. de Castr. n. 2. vers. & ista fuit causa. Cuman. nume. 2. vers. nam in euentum victoriq;. Bart. in l. sumptus, num. 2. vers. vt igitur. ff. de pactis, & ibi etiam Paul. de Castr. num. 2. ad fin. vers. quoniam datur sibi materia calumniandi, Fulgos. num. 1. vet. præsumptio enim. Bellapert. in l. litem. col. 2. versic. præsumitur enim. C. de procurat. & ibi etiam Cyn. n. 2. in fin. vers. licet enim. Alex. nu. 2. vers. & huius ratio est. Ias. nu. 1. vers. ratio huius prohibitionis. Fulgos. col. 2. vers. suspectum enim habuit lex, & Io. Sicard. num. 1. vers. ratio autem legis, Gozzadin. cõs. 3. num. 25. ad med. vers. ergo in fortioribus. Plot. de in lit. iur. §. 16. num. 8. vers. Ne detur eis materia delinquendi. Franc. Boer. cons. 49. num. 2. Nauarr. cons. 4. sub num. 3. tit. de pact. lib. 1. & in Manuali confess. c. 25. rubr. de peccat. aduocat. & procurat. num. 30. ad fi. sequitur Iacob. de Graff. in decis. cas. consc. lib. 3. c. 8. nu. 12. par. 1. Vinc. de Franc. decis. 265. num. 2. par. 2. Alphons. Villagut. in pract. crim. canon. lib. 9. rubr. de aduocatis, tit. 2. concl. 14. in fin. vers. probatur & tertio. Summa Siluestr. in verbo *aduocatus*, num. 12. vers. & ratio prohibitionis. Sot. de iust. & iur. lib. 5. q. 9. art. 4. vers. vnum autem. Virg. Boccac. in tract. de pactis par. 3. num. 25. Marcabrun. ab Anguill. cons. 45. nu. 6. Vinc. Mancin. post hæc scripta impressus, in tracta. de iuram. effectu, 253. num. 4 Menoch. d. casu 522. nu. 4. vbi & aliam affert rationem.

3 AMPLIA I. propositam regulam, quia aduocati facientes huiuscemodi pacta de quota litis, aduocationis officio priuantur, text. in d. l. si qui aduocatorum, in fi. in illis verbis: *Ab hac professione penitus arceantur*. C. de postulan. & ibi glo. in verbo *si quis*, in fin. Bart. in summario. Bal. nu. 1. Ang. in summario, Paul. de Cast. in summario. Cuman. ante nu. 1. Salyc. in princ. & in figuratione casus. Aret. ante numer. 1. Paul. de Castr. in l. sumptus, num. 2. vers. & debet sibi interdici, &c. ff. de pactis. Alius text. in l. si remunerandi. §. Maurus. ff. mandat. in illis verbis: *Aduocationibus eisdem Saturninus interdixerat*, & ibi glo in verbo *interdixerat*. Fulgos. nu. 1. Odofr. col. 2. in princ. & d. col. 2. ad med. in verbo *interdixerat*, glo. in l. litem in glo. fin. C. de procurat. text. in c. infames §. arceantur, & ibi Canonistæ 3. q. 7. Grammat. de cis. 73. num. 16. Peregr. de iure fisci, lib. 4. tit. 7. nu. 16. vbi de communi. Rolan. cons. 36. num. 21. lib. 3. Franc. Marc. decis. 19. nu. 1. vers. & ex pœna priuationis, par. 1. & decis. 470. nu. 1. par. 2. Bertaz. cõs. 91. nu. 38. lib. 1. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. nu. 47. in prin. & vers. quinto priuatur.

Et fa-

Et facit Statutum Vrbis lib.1.ca.118. vbi, quòd faciẽs pactum de quota litis perpetuo infamis eſt. Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediol. cap. 429. littera O, & voluit Guid. Pap. deciſ. 102. num. 2. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 522. num. 11. vbi ꝙ hæc pœna eſt etiã canonizata in c. infames, §. arcentur, 3. q. 7. & num. 13. in fine, vbi, quòd hæc pœna non cenſetur ſublata à Statuto alias pœnas infligente.

4 AMPLIA II. Quia aduocatus ſic paciſcens officio aduocationis priuatur ipſo iure abſque alia ſententia Iudicis, ſecundum gloſ. in l. ſi qui aduocatorum, in verbo *arceantur*, C. de poſtulan. vbi allegat concordantia iura. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 8. verſ. & priuantur ipſo iure. Virgil. Boccac. in tract. de pact. par. 3. ſub num. 60.

5 Contra, quòd non ipſo iure, ſed per ſententiam incurratur priuatio officij, voluerunt Alber. in l. ſi qui aduocatorum, nu. 3. in fi. C. de poſtul. Turrecrem. in c. infames. §. arcentur, in princ. in verbo *arcentur*, 3. q. 7. Vbi, quod ita tenent Doct.

6 Pro ſolutione dicas, quod eſt neceſſaria ſententia non ſuper priuatione, ſed ſuper declaratione delicti, ſequuta autẽ declaratione, ipſo iure venit priuatio, ſecundum Salyc. in d. l. ſi qui aduocatorum, col. fin. verſ. quæro, an hæc priuatio fiat ipſo iure. C. de poſtulan. Et voluit Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediolan. cap. 431. littera H, poſt num. 6.

7 AMPLIA III. Vt etiam aduocatus tale pactum faciens teneatur ad duplum, vel ad quadruplum, ſecundum Aret. in l. ſi aduocatorum, num. 3. C. de poſtulan. qui tamẽ loquitur dubitatiuè per verbum *fortè*, nec dicit, cui applicetur iſtud duplum, vel quadruplum; Sequitur Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 47. verſ. quarto puniuntur. Et vide Vrbis Statutum, lib. 1. c. 118.

8 Vbi habetur, quòd faciens pactum de quota litis perpetuo infamis ſit, & omne lucrum, & commodum, quòd exinde prouenerit turpe, & illicitum cenſeatur, & ab eo auferatur, & illud ac tantundem de ſuo fiſco applicetur, prout pariter rem, & prætium in pacto deductum fiſco applicari debere diſponitur in bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici cap. 78. Et etiam in bannimentis Gubernatoris Vrbis, cap. 50.

9 AMPLIA IIII. quia aduocatus faciens pactum de quota litis, ſi fecerit de ſuo expenſas in lite, non poteſt eas repetere, ſed & perdit actionem mandati, ſecundum Paul. de Caſtr. in l. ſumptus, poſt num. 12. verſ. & vltra hoc ff. de pact. per text. in l. ſi remunerandi. §. Maurus. ff. Mandat. vbi glo. & communiter oẽs per illum text. concludunt, quod non ſolum aduocatus, ſeu procurator faciens pactum de quota litis, amittit expenſas per ipſum factas in lite, ſed ẽt omne aliud, quòd actione mandati potuiſſet prætendere pro facta fideiuſſione, vel alias ad fauorem ipſius clientuli, & quòd ſtante pacto de quota litis nõ poſſit procurator repetere expẽſas, etiam bona fide in lite factas, probat tex. in l. ſi contra. C. mandati, & glo. in verbo *fruſtra petis*, licet vt ibi per glo. quidam voluerint, non obſtante pacto de quota litis, poſſe procuratorem actione negotiorum geſtorum expenſam vtiliter factam repetere, immo ſecundum Petr. de Bellaperr. ibi quem etiam ſequitur Cyn. datur iſto caſu pro dictis expenſis actio mandati, & ſic contra gloſſam. verum pro opinione gloſſæ addo Bal. ibi in ſummario, & Salyc. etiam in ſummario, & num. 1. per totũ vbi defendit opinionem gloſſæ contra opin. Petr. de Bellapert. Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. num. 47. in fin. & num. 54. in fine. Et vide ad materiam huius limitationis, quæ latius dixi infra in 5. limitat. nu. 61. & ſeqq.

10 AMPLIA V. quia contra paciſcentes de quota litis iuratur in litem per partem aduerſam, ſuper expenſis, dãnis, & intereſſe paſſis, & hoc, quia ſic paciſcendo dicuntur eſſe in dolo. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 8. in fin. verſ. Ergo contra ipſos. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. nu. 39. & num. 47. verſ. ſeptimo ſunt doloſi.

11 AMPLIA VI. quia vlterius facientes huiuſmodi pacta tenentur pœna falſi, ſi credendum eſt Peregr. in tractat. de iur. fiſci, lib. 4. tit. 7. nu. 16. Vbi dixit ita communiter teneri per Doct. in d. l. ſumptus, & in d. l. litẽ (quos tamen hoc dicentes non inueni) benè verum eſt, quòd hoc dicit Rol. per ipſum allegatus in conſ. 36. num. 71. lib. 3. allegans glo. & Bar. in d. l. ſumptus (qui pariter in libro meo nihil dicunt de pœna falſi) Rolandumq; & Pellegrinum referẽdo ſeguitur Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. num. 46. vbi amplius allegat glo. in l. ex Senatuſconſulto. ff. de vi priuata, & in l. 1. §. 1. & §. fi. ff. ad l. Cornel. de falſ. Quæ quidem gloſſæ nec iudicio meo faciunt ad propoſitum.

12 AMPLIA VII. quia ſic paciſcentes aduocati reputantur crudeles, & deprędatores, prout eos ſic vocat, text. in l. ſi qui aduocatorum, ibi, *cum graui damno litigatoris, & deprędatione*. Et paulo infra, ibi, *ĩ huiuſcemodi ſæuitate permanſerint, &c.* C. de poſtulan. & ibi etiam Bald. poſt n. 1. Alber. nu. 2. verſ. Nota prędam. Cuman. nu. 1. & 2. notab. Aretin. nu. 3. in 2. notab. Iacob. de S. Georg. in l. ſumptus, nu. 3. in 2. nota vlterius. ff. de pact. Præpoſ. in c. Infames. §. arcentur, nu. 1. uerſ. nota quod aduocatus dicitur deprædari cliẽtulum 3. q. 7. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 8. verſ. Et dicuntur eſſe deprædatores, Virg. Bocc. in tract. de pact. part. 3. nu. 23. & nu. 47. verſ. tertio paciſcentes, & nu. 48. ubi, quod pactum de quota litis dicitur derobatio, & furtum.

13 AMPLIA VIII. quia facientes huiuſmodi pacta de quota litis dicuntur litium redemptores. Odofred in l. ſi q̃ aduocatorũ, nu. 1. verſ. ſed ſi aduocatus. C. de poſtulan. Odofr. in l. ſumptus, nu. 1. verſ. ſed ponamus. ff. de pact. vbi ẽt eos uocat Racattores, & d. nu. 1. in fi. in verbo *Non licet*. Et ibi etiam Paul. de Caſtr. nu. 2. Eſt text. in l. ſi remunerandi §. Maurus in illis verbis; *Et quaſi Redemptor litis extitiſſe*: Et paulo infra, ibi *Ad talem redemptionem*; Et ibi glo. in uerbo *redemptionem*, ff. mandat. Alius tex. in l. litem redemiſſe, vbi glo. in verbo *redemiſſe*; C. de procurat. & ibi Bal. in fin. verſ. 3. nota. Paul. de Caſt. num. 1. verſ. & quando dicatur litem redimere. Salyc. num. 2. Fulg. num. 3. in 3. notab. & Io. Sicar. num. 1. verſ. ſed is appellatur redemptor litis. tex. in l. ſalarium in vltimis verbis. ff. mandat. tex. in l. ſi contra in verbo *redemiſti*, C. mandat. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 31. & 32. vbi amplius, quod vocantur conſpiratores.

15 AMPLIA IX. quia pactum de quota litis dicitur etiã eſſe contra bonos mores, tex. in l. 1. §. ſi cui. ff. de var. & extraord. cognit. Et ibi glo. in verbo *more*, Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 8. verſ. & tales faciẽtes, &c. Borgni. deciſ. 41 nu. 43. par. 1. Horat. Carp. in comment. ad Statuta Mediolani, cap. 429. littera O, num. 30.

16 AMPLIA X. prædicta oĩa procedere, non ſolũ in aduocatis, prout loquitur tex. in l. qui aduocatorũ. C. de poſtulan. ſed ẽt in procuratoribus, in quibus non ſolũ tale pactũ improbari, ſed ẽt in eos locũ habere pœnã priuationis, voluerunt Bal. in d. l. ſi qui aduocatorũ, nu. 2. verſ. quęro q̃d de procuratore. & ibi ẽt Alber. nu. 2. in fi. verſ. & idẽ uř dicendũ de procuratoribus, vbi tamẽ, quòd cũ procuratoribus mitius agitur quoad infamiã. Paul. de Caſt. nu. 1. in fin. Salyc. col. 2. verſ. quæro, an idẽ ſit in procuratore glo. in l. ſũptus, in verbo *litiganti*, ff. de pact. & ibi ẽt Iac. de S. Geor. nu. 3. verſ. ſimiliter nõ eſt licitũ procuratori, ff. de pact. Bellap. in l. litẽ. C. de procur. Vbi, ꝙ attinet ad pœnã priuationis, arguit pro, & cõtra, & poſtea cõcludit affirmatiue niſi procuratorẽ peccaſſe pœniteret, vt ibi per eũ. Et ibi ẽt Bar. in ſumm. Alber. in princ. & nu. 1. in diſcurſu. Vbi relatis argumentis pro, & cõtra uidetur cõcludere, ꝙ propoſita regula habet locũ in procuratore, ẽt quoad pœnã, Ang. num. 2. in vlt. notab. Paul. de Caſt. in ſumm. Alex. nu. 1. Odof. nu. 2. Iaſ. in ſumm. Fulg. ante nu. 1. & 3. Iac. de S. Geor. nu. 1. & Io. Sic. nu. 4. tex. expreſſus in l. ſalariũ. ff. mandat, & ibi cõiter notãt oẽs, Saly. in l. ſi contra in 1. notab. C. mandat. Turrecrem. in c. infames, §. arcentur, nu. 2. uerſ. & eadẽ concluſio 3. q. 7. Guid. Pap. deciſ. 102. nu. 2. in fi. Gramm. deciſ. 73. nu. 16. verſ. tñ idem erit in procuratore, Franc. Marc. deciſ. 19. nu. 1. verſ. & idẽ eſt in procuratore, ubi pariter ſecundũ Alber. vbi ſupra, quòd quoad infamiam mitius agitur cũ procuratore, q̃ cum aduocato, & deciſ. 470. nu. 1. par. 2. Nauar. conſ. 4. nu. 2. in fi. tit. de pact. lib. 1. vbi quod ita tenent omnes Marcab. ab Anguill. conſ. 45. nu. 1.

17 LIMITA ampliationem procedere in procuratore ad lites, vel vt alij dicunt, in causidico defendente suũ principalẽ in iudicio, secus autẽ in Procuratore ad negotia secundum Bertran. conf. 160. nu. 1. per tot. lib. 4. Horat. Carpan. in comment. ad Stat. Mediol. c. 429. littera B, vbi benè hanc declarationem comprobat, & littera C, & expressè ẽt videtur declarari in banninentis Vrbis, c. 50. & in bannimentis generalibus status Ecclesiastici, c. 78. quæloquuntur de causidicis, & sic de ijs, qui causas dicunt in iudicijs, non autem de ijs, qui aliena negotia gerunt.

18 AMPLIA XI. etiam in Aduocatis, seu Procuratoribus illiteratis, & non existentibus in matricula. Bal. in l. si qui Aduocatorum in fin. C. de postulan. Iaf. in l. sumptus, in princ. ff. de Pact. Ang. in l. litem, nu. 2. in vlt. notab. C. de Procuratorib. Gram. decis. 73. nu. 16. vers. & idem dicit ipse in Aduocatis illiteratis. Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. nu. 14. Marcabrun. ab Anguill. conf. 45. nu. 1. nec dissentit Menoch. post hæc scripta habitus, de arbit. quæst. lib. 2. casu 522. num. 2.

19 AMPLIA XII. etiam in fisco, qui nec etiam potest pacisci cum aliquo de quota litis parte, & illius defensionẽ suscipere l. 2. & l. fi. C. ne fiscus &c. Pereg. de iure fisci lib. 4. tit. 7. num. 17. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. nu. 62.

20 AMPLIA XIII. etiã in Procuratore, seu Aduocato litis consorte, & habente interesse in causa, qui si fecerit pactũ de quota litis, cum alijs collitigantibus punitur, ac si esset extraneus, secundum Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 33. & seqq. vbi respondet contrarijs, vide tamẽ in hoc contrarium consulentem Marcabrun. ab Anguill. conf. 45. per totum, quem referendo sequitur Menoch. d. casu 522. post num. 10.

21 AMPLIA XIIII. etiam in Procuratore, seu aduocato consanguineo, secundum Virg. Boccac. in tract. de pac. par. 3. num. 33. in fin. 35. & 42.

22 AMPLIA XV. quia pactum de quota litis est illicitum, & improbatum, etiam quod fuerit iuratum, ita quòd ex eo agi non potest secundum Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 123. nu. 6. vbi testatur ita bis fuisse apud eum iudicatum in illo cons. sequitur Viu. opin. 38. nu. 2. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. nu. 60. & seqq vbi benè respondet cõtrarijs. Quamuis Guid. Pap. decis. 102. & 190. & cons. 205. num. 25. & Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 170. quos refert, & sequitur Vincent. Mãcin. in tract. de iuram. effectu 253. nu. 2. dixerint, quod ex tali pacto si interuenit iuramẽtum, dabitur actio tam de iure ciuili, quã canonico.

23 AMPLIA XVI. vt nec pactum de quota litis valeat, q̃uis sub nomine salarij, quòd in iure appellatur honorariũ. text. in l. si qui aduocatorum, ibi *sub nomine honorariorium, &c.* & ibi glo. in verbo *honorariorum*, Odofred. post nu. 1. Alber. ante nu. 1. C. de postulan. Archid. in c. infames §. arcentur in verbo *honorariorum*, 3. q. 7. & ibi etiam Turrecr. ante nu. 1. Alphons. Villagut. in pract. crim. canon. lib. 9. titul. de aduocatis, rubr. fin. concl. 14. in princ. vers. neque poterit pacisci de mercede. Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. num. 41.

24 Verum aduerte, quòd hæc ampliatio procedit, quando sub nomine honorarij, seu salarij fieret pactum de quota litis, videlicet rei, seu quantitatis in litem deductæ, & in casu victoriæ tantum, secus si promitteretur salarium in certa quantitate, seu etiam re non deducta in litem moderata & siue vincatur, siue perdatur lis, quia tunc sine dubio valet tale pactum, & conuentio salatij, prout par. 2. & expressè declarat Franc. Marc. decis. 19 num. 2. quod & idem repetijt in decis. 470. num. 3. par. 2. & dicam infra, num. 41.

25 AMPLIA XVII. vt pactum de quota litis sit à iure improbatum, ẽt quod contineat summam moderatam respectu debiti salarij secundum Bal. in l. sumptus in fin. vers. tu dic ff. de pact. vbi generaliter dicit, quod oĩa pacta sub nomine quotæ sunt illicita, ẽt in centesima quota; & ibi ẽt Alber. post nu. 1. vt reprobato Iacob. de Rauẽn. contrariũ dicente, testatur ita tenere cõiter Doct. & est de mẽte Bar. in l. litem in princ. C. de procurat. vbi quòd põt procurator pacisci de honesto salario sibi tradendo, sed non põt facere pactũ de quota litis, & sic vr̃ sentire quòd moderatum salariũ non tollit illam qualitatẽ quotæ litis, & idem dixit ibi Alber. nu. 4. vers. licet ergo procuratori. Pręposi. in c. infames §. arcentur in vltimis verbis 3. q. 7. vbi dixit aduocatum non esse defraudandũ suo honesto salario, dũ tñ ad litẽ non habeatur respectus, & sic vr̃ secundum eum, quòd non sufficit honestas salatij, sed illud fiat cum pacto de quota litis. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 30. vbi videtur testari, quod ita tenent omnes Doctores.

26 Quamuis contrarium, quod immo si quota litis in pacto deducta sit moderata non excedens debitum salarium minime reddat dictũ pactũ illicitum voluisse videatur Bellap. in l. si qui aduocatorũ in fin. C. de procurat. vbi ad inualiditatem huius pacti, non solum requirit, quòd sit de quota litis, sed ẽt quòd contineat salarium immoderatum.

27 AMPLIA XVIII. etiam quòd sit pactum de minima quota litis, glo. in d. l. si qui aduocatorũ in verbo *immensa*, C. de postulan. & ibi etiã Cyn. n. 1. vers. circa legẽ istã Bellap. post princ. vbi quòd ita Doctores intelligũt (quãuis ipse postea in vers. sed considerandum, contrariũ tenere videatur.) Bal. nu. 1. vers. quærit glo. Odofr. nu. 1. vers. sed quæro pone, & num. 2. Alber. post num. 2. Cuman. post nu. 2. vbi quòd ita communiter dicunt Doctores. Salyc. n. 1. Ioan. Fab. in verbo *immensa*, glos. in l. sumptus, in verbo *datum*, ff. de pact. & ibi etiam Bal. in princ. Bal. ante fin. vers. iudic. Odofred. col. 1. in verbo *pars dimidia*, Fulg. nu. 1. glos. in l. si contra in verbo *redemisti*, C. mandat. Plot. de in lit. iuran. §. 16. nu. 9. Rolan. cons. 36. nu. 21. ad med. lib. 3. Summa Siluestrin. in verbo *aduocatus*, num. 12. post med. vers. ex his sequitur Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediol. cap. 429. littera G, in princ.

28 Quamuis contrarium suaderi videatur ex text. in d. l. si quis aduocatorum in verbo *immensa*, sumpto ibidem argumento à contrario sensu, & ibi Butrig. in vers. quærit glos. Bellapert. in fin. in vers. sed considerandum, vbi quòd si quantitas super qua fit conuentio sit moderata respectu salarij debiti, valet conuentio, etiam quod fiat sub nomine quotæ partis, de quo dixi supra, num. 26 Batt. in princ. vers. quærit glossa, C. de postulan.

29 AMPLIA XIX. etiam si pactum, non fiat de quota litis, sed de certa re in litem deducta, vt puta, si dicat quòd in casu victoriæ detur aduocato vna domus ex hæreditate, quæ litigatur, isto .n. casu viget etiam ratio prohibitiua pacti de quota litis, ideo &c. sicut probari videtur in d. l. si quis aduocatorum, ibi *certæ partis, &c.* C. de postulan. & fuit opinio Azonis quam defendit Additio ad glossam in d. l. si qui aduocatorum in verbo *immensa*, vbi quòd ita cõmuniter tenetur, reprobata glos. in contrarium tenente, & ibi etiam Cyn. in fi. vers. secundo quæro. Odofr. num. 2. vers. & idem dicit iuncto vers. vel potest dici Ang. nu. 1. vers. in glos. 2. vbi testatur de æquiori opinione. Paul. de Cast nu. 2. Alber. nu. 2. vers. opinio tamen Azonis, vbi quòd hæc opinio communiter reprobatur. Cuman. nu. 2. vers. in eadem glo. vbi quòd ita communiter tenent Doctores; sequuntur opinionem Azonis Io. Fab. in vers. quid si non per modum quotæ. Adden. ad Bart. in l. sumptus litis post n. 2 vers. pro concordia ff. de Pact. Alex. in l. litem, num. 2. versic. pro concordia. ff. de pactis Alex. in l. litem, num. 2. vers. ex qua ratione C. de procurat. vbi de communi, & ibi etiam Fulgos. sub num. 5. ad med. & Io. Sicar. num. 1. vers. & ideo inspecta illa ratione. Præpos. in cap. infames §. arcentur, num. 1. tertia q. 7. vbi refert Bart. in d. l. sumptus, & in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur Gozzad. cons. 3. num. 25. vbi de communi. Guid. Pap. decis. 102. nu. 1. vers. Nec etiam de re certa. Plo. de in lit. iuran. §. 16. num. 9. Pereg. de iure fisci, lib. 4. tit. 7. num. 16. Franc. Marc. decis. 19. nu. 1. vers. & pariter part. 1. vbi quòd ita communiter tenent Doctores, & decis. 470. num. 2. par. 2. Summa Armill. tit. de aduoc. num. 14. in princip. Summa Ang. in verbo *aduocatus*, num. 15. vers. Aduerte hic. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 28. Marcabrun. ab Anguill. cons. 4 num. 1.

30 Quamuis contrarium, quòd valeat pactum de certa re hæreditatis in litem deducta tradenda aduocato in casu victoriæ, voluerit gloss. in l. si qui aduocatorum in verbo *immen-*

immensa, C. de poſtulan. reprobata opinione Azonis contrarium tenentis, & ibi etiam Butrig. verſ. item quid ſi de vna re. Bellap. in verſic. ſed pone clientulus iuncto verſ. ſed conſiderandum, vbi loquitur, dummodo illa certa res in pactum deducta non ſit exceſſiua reſpectu debiti ſalarij. videtur etiam de mente gloſſæ, in cap. infames, §. arceantur in verbo *partis*, in fine, tertia, q.7. & ibi Archid. in fine, verſic. Adde differentia eſt, Turrecrem. num.3. verſ. ſecunda concluſio.

31 AMPLIA XX. vt nec valeat pactum, non ſolum de re in litem deducta; ſed etiam de re in litē non deducta, quando eſt factum in caſu victoriæ, tunc enim etiam videtur militare ratio, propter quam improbatur pactum, de quota litis ideo, &c. ſecundum Paul. de Caſt. in dict. l. ſi qui aduocatorum in 2. verſic. ſed ſalua reuerentia C. de poſtulan. vbi reprehendit Bal. contrarium dicentem. Aret. ibidem poſt num.1. vbi falſam dicit Baldi ſententiam. Odofred. in l. ſumptus in fine, verſic. ſed quæro pone ff. de pact. Adden. ad Summam Angel. in verbo *aduocatus*, nume. 15. litera A. Vrſill. in addit. ad Afflict. deciſ. 123. num.6. vbi quòd ita alias tempore ſuo bis fuit iudicatum in illo conſilio. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num.27. Horat. Carpan. in comment. ad ſtatuta Mediolan. cap.431. littera G, nu.4. & 5. Menoch. qui alios refert, in tract. de arb. quæſt. lib.2. caſu 522. nu.7. quem poſt hæc ſcripta impreſſum habui.

32 Quamuis contrarium quod valeat pactum de certa re in litem non deducta ſimplicit er ſic affirmauerint. Bald. in l. ſi qui aduocatorum, num.2. verſ. credo contrarium. C. de poſtulan. Bart. in l. ſumptus litis, num.2. verſ. ſed vbi promitteretur ff. de pactis. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 10. Peregr. de iure fiſci, lib.4. tit.7. num.16. Rolan. conſ.49. nu.21. verſ. ſecus vbi promitteretur &c. lib.3. Vinc. de Frã. deciſ.265. ſub num.1. par.2. Borgnin. deciſ.41. num.45. par. 1. Horat. Carp in comment. ad Statut. Mediolan. cap.429. littera G, verſ. Non habet tamen locum.

33 AMPLIA XXI. Quia nec etiam valet pactum de dando certam quantitatem pecuniarum aduocato, ſeu procuratori in caſu victoriæ, ſic mihi probare videtur text. in l. ſi remunerandi §. Maurus, ibi *certam quantitatem &c.* ff. mandat. vbi improbari videtur pactum factum ab Aduocato, quòd in caſu victoriæ ſibi detur certa quantitas ſub nomine alterius (Quamuis gloſ. vt modo eam referam, quantitatem exponat, pro *quotitate*, quæ expoſitio, ni fallor, videtur multum extranea, & irrationabilis) & ibidem hoc adnotauit Fulgoſ. num.2. vbi expreſſe reprehendit prædictam expoſitionem gloſſæ, Cyn. in l. litem in fine, verſ. & eo dem modo C. de procur. & ibi etiam Alber. num.4. vbi refert, & ſequitur Cyn. in loco præcitato. Alex. num. 2. verſ. ex qua ratione vbi de communi. Fulgoſ. col. 2. in fin. verſic. idem ergo dicit: Iacobin. de S. Georg. ſub nu. 5. ad med. & Io. Sicard. num.1. ad med. verſic. & ideo inſpecta illa ratione. Fulgoſ. in l. ſalarium, in princ. ff. mandat. vbi ita cõprobat de iure, licet communem afferat eſſe in contrarium (vt modo eum referam) Gozad. conſ.3. num.5. vbi de communi Nauarr. in ſuo Manuali confeſſ. cap. 25. rub. de peccat. Aduoc. & Procur. num.30. ad finem, verſ. idem ſi paciſcatur, refert, & ſequitur Iacob. de Graff. in deciſ. caſ. conſc. lib. 3. cap.8. rubr. de Aduocat. & procurat num.12. Sot. de iuſt. & iur. lib.5. q.9. artic.4. verſ. vnum autem. Vincent. de Frã. deciſ.265. num.2. verſ. quę ratio, par.2. vbi teſtatur de tutiori opinione. Summa Silueſtr. in verbo *Aduocatus*, num. 12. in princ. verſ. Nec ſimiliter, & ante med. uerſ. & non licet, vbi de communi, Summa Armill. in tit. de Aduocat. in princ. Summa Angel. in verbo, *Aduocatus*, num.15. uerſic. Aduerte hic. Marcabrun. ab Anguill. conſ.45. num. 1.

34 Contra quod tale pactum valeat, videtur voluiſſe Odofred. in l. ſi qui Aduocatorum, nu.2. uerſ. ſed quid erit. C. de poſtulan. vbi dixit quod licet non ualeat pactum de quota parte litis: valet tamen pactum ſuper quantitate, quæ facit quotam partem litis. Iacob. de S. Georg. in l. ſumptus, num. 4. verſ. aut Clientulus dicit, & num.5. & videtur de mente gloſſæ §. Maurus in verbo, *certam quantitatem*, ff. mandat. vbi exponit illa verba, *certam quantitatem, pro quotitate*, tacite ſentiēs, quòd promiſſio certę quantitatis in caſu victoriæ non ſit illicita, & gloſam ſequutus fuit ibidem Alber. poſt num.8. Odofred. col.2. in verbo *certam quantitatem*, Fulg. in l. ſalarium in princ. ff. mãdat. vbi teſtatur de communi opinione (Quamuis eam nõ ſequatur, vt ſupra eum retuli) Ioan. de Amic. conſil. 148. num.9. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num.10. Rolan. conſ.36. num. 21. verſ. ſecus, vbi promitteretur quantitas ſimpliciter. Horat. Carpan. in cõment. ad Statuta Mediol. cap.429. littera G, verſ. Non habet tamen locum, & voluit. Guid. Pap. deciſ. 102. nu.2. ver. tamen poteſt Aduocatus.

35 In hac contrarietate reperio diſtinguentes Doctores, qui dicunt primam opinionem procedere, quando quantitas in pactum deducta eſt de ea, quæ litigatur; tunc enim tale pactum reprobatum eſſe ſcripſerunt glo. in l. ſumptus in glo. fin. in fine, ff. de pact. licet Ioan. contrarium dixerit, vt ibi per Accur. & ibi Bart. num.1. & in addit. ad Bart. littera B, & ſeq. addit. vbi quod ita communiter tenent Doctores. Bal. ante finem verſ. tu dic. Paul. de Caſtr. num. 2. verſ. in gloſſa ibi *pactus, &c.* Iaſ. col. 1. in fine, ubi teſtatur de cõmuni opinione. Fulgoſ. num. 1. verſ. ſed prima pars Iacob. de S. Georg. nu.4. vbi quòd Doctores communiter ſequuntur opiniones gloſſæ ibi, & num. 5. glo. in l. ſi contra in gloſſ. 1. C. mandat. Præpoſ. in cap. infam. §. arceantur, num.1. in fine, 3 q.7. vbi tunc exemplificat promiſſionem certæ quantitatis reſpectu cauſæ, quando ſcilicet promittitur tantum pro centenario. Plot. de in lit. iuran. §. 16. nu. 9. ad med. Rolan. conſ.49. num. 21. lib.3. Summa Silueſtr. in verbo *Aduocatus*, num. 12. ad finem. Horat. Carpan. in comment. ad Statut. Mediol. cap.429. littera G, uerſ. procedit autem hæc diſpoſitio. Menoch. de arb. quæſt. lib.2. caſu 522. num. 6.

36 Secus ſi promittatur dari Aduocato aliqua pecuniarum quantitas non habito reſpectu ad eam, quę litigatur, tunc enim pactum videtur valere, & procedit ſecunda opinio ſecundum Bart. in d. l. ſumptus, num. 2. verſ. ſed ibi promitteretur quantitas ſimpliciter. ff. de pact. & ibi in addit. noua, quæ incipit, pro concordia verſ. quid ſi paciſcitur, vbi arguit pro, & contra, & poſtea reſoluit, & ibi etiam Fulg. num.1. in fine, verſ. vbi autem. Iacobin. de S. Geor. num.4. verſ. aut Clientulus dicit, & num. 5. verſ. ſecus ſi facient ſibi promitti. Guid. Pap. deciſ. 102. num. 2. verſ. tamen poteſt Aduocatus, vbi de communi. Plot. de in lit. iuran. §. 16. nu.10. Rolan. conſ.36. nu.21. lib.3.

37 Verum hanc differentiam ego credo potius verbalem, quam ſubſtantialem, & propterea, non valere pactum de tradendo Aduocato in caſu victoriæ certam quantitatem, etiam extra eam, quæ litigatur dixit Alex. in l. litem, num. 1, in fine, verſ. ſed iſta opinio non placet, vbi teſtatur de tutiori opinione C. de procurat. refert, & ſequitur Summ. Silueſtrin. in verbo, *Aduocatus*, num. 12. ad fin. Addendo ad Summam Angel. in verbo, *Aduocatus*, num. 15. littera A,

Vbi pariter refert, & ſequitur Alex. in loco præcit. nec diſſentit Menoch. d. caſu 522. nu.7.

Ideo pro ſolutione diſtinguendo plures caſus facias plures concluſiones quarum.

38 PRIMA ſit concluſio, quòd ſi promittatur Aduocato, ſeu Procuratori certa pecuniarum quantitas in caſu victoriæ tantum, & prout dicunt Doctores, *ſi veniat tantũ, ſi non veniat nihil*, talis promiſſio ſic in pactum deducta, dicitur illicita, & reprobata ſecundum Paul. de Caſtr. in l. ſi qui Aduocatorum, num. 2. verſ. dic ergo C. de poſtulan. vbi facit generalem concluſionem ſemper eſſe illicitum, & reprobatum pactum, in quo Aduocatus conueniat, ſe velle habere tantum in caſu Victoriæ, & ſi cauſa non vincatur, nihil ſequatur, ibi Salyc. num.3. verſ. & hoc modo infero, & uerſ. ego reſpondeo, & Aret. num. 1. uerſic. eſt autem paciſci, Adden. ad Barto. in l. ſumptus. ff. de pact. in vlt. addition. ſecundum ultimam impreſſionem, & ibi etiam Paul. de Caſtr. num.2. uerſ. idem ſi non dixiſſet &c. Fulg. num. 1. uerſ. Præſumptum enim. Idem Caſtren. in l. litem num. 1. uerſ. ſed quando dicatur. C. de procurat. & ibi etiam Alexand. num.2. uerſ. unde concludit.

dit. Fulg. num. 5. ad finem, vers. & nota. Iacob. de Sanct. Geor. num. 6. vers. quia aut ego promitto. Ioan. de Amic. cons. 148. num. 9. vers. Nisi fuisset in pacto adiectum. Gozadin. cons. 3. num. 25. vers. sed hic solum, & vers. aut promittit procurator iuncto vers. ego in fortioribus. Nauarr. cons. 4. sub num. 3. tit. de pact. lib. 1. virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 27. vers. Nam vbicumque, nec ab ista conclusione discedere videtur Vincent. Mancin. in tractat. de iuram. effectu 253. nu. 3. & seqq.

39 Et procedit hæc conclusio, etiam quòd sit promissa certa quantitas moderata; si enim, vt præfertur, fuerit promissa in casu victoriæ tantum, adhuc nihil valet secundum Paul. de Cast. in d. l. si qui Aduocatorum, num. 3. C. de postulan. & est de mente gloss. in l. salarium in verbo, *si extra ordinem*, ante finem, vers. & hoc quando, non in euentum litis ff. mandat. Ioann. de Amic. d. cons. 148. num. 6. iuncto num. 9. vers. nisi fuisset in pacto adiectum.

40 Quamuis contrarium suaderi videatur ex text. in d. l. salarium, ff. mandat. ibi. *An euentum litium maioris pecuniæ præmio contra bonos mores procurator redemerit*, ex quibus verbis datur intelligi, non simpliciter improbari constitutionem salarij factam procuratori in casu victoriæ, sed ita demum si fuerit constituta maior pecunia ea, quæ iure deberetur. Ergo secus si moderatum constituatur salarium, prout etiam videtur de mente Vincent. Mancin. in loco præcitato, sub eod. nu. 3. & seqq.

41 SECVNDA sit conclusio, quòd si promittatur Aduocato, vel procuratori certa pecuniarum quantitas vniformiter soluenda, tam in casu victoriæ, quam in casu nō victoriæ, & sic siue vincat, siue perdat tantum, talis promissio sic in pactum deducta, valet, & tenet secundum Paul. de Castr. in d. l. si qui Aduocatorum, num. 3. & ibi etiā Salyc. colum. 1. num. 3. vers. aut paciscitur Aret. num. 1. in fine, vers. tunc autem licitum est pactum. C. de postulan. Odofred. in l. sumptus post num. 1. ff. de pact. & ibi etiam Fulgos. num. 1. vers. secus autem. Alexan. in l. litem, num. 2. vers. quod intellige. C. de procurat. & ibi etiam Iacobin. de Sanc. Georg. num. quinto, in fine, vers. & nota. Gozzadin. consil. 3. num. 25. vers. quòd intelligitur. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 10. in fine, vers. & hoc intelligo. Franc. Marc. decis. 19. num. 2. par. 1. Nauarr. in Manual. confess. cap. 25. rubr. de peccat. Aduoc. & procurator. num. 30. ad finem, vers. Quamuis sine peccato, vbi de communi. sequitur Iacobin. de Graff. in decisio. cas. conscien. par. 1. lib. 3. cap. 8. rubr. de Aduocat. & procurato. num. 12. Sot. de iust. & iur. lib. 5. quæst. 9. articulo quarto; vers. vnum autem. Alphons. Villagut. in practic. crimin. canon. libro nono, tit. de Aduocatis rubr. final. conclus. 14. in princ. vers. poterit tamen pacisci. Summa Siluestr. in verbo *Aduocatus*, num. 12. ad medium versic. secus autem si promittatur absolutè, iuncto vers. & licet pacisci. Summ. Armill. in tit. de Aduocat. num. 4. vers. licet tamen. Vinc. Mancin. in tract. de iuram. effectu 253. num. 8.

42 Verum hæc secunda conclusio procedit, quando promissa quantitas est moderata habito respectu ad salarium sibi debitum, secus si excessiua secundum Paul. de Castr. in l. si qui Aduocatorum, num. 3. C. de postulan. Bal. in l. sumptus in fin. uersic. sed vbi, ff. de pact. ubi quòd quando certa quantitas est promissa, non sub nomine quotæ si illa sit excessiua præsumitur fraus; aliter non, & ibi etiam dicit, quòd de excessiuitate statur arbitrio Iudicis, attenta qualitate litis, & facundia Aduocati iuxta tex. in l. salarium ff. mandat. Bellapert. in l. litem, columna secunda, in fine, C. de procurat. ubi pariter facit conclusionem generalem, quòd ubi procurator conuenit de dando salario moderato lex non præsumit machinationem, seu fraudem secus ubi conuenit de immoderato salario de quota parte litis. Paul. de Castr. ibidem, num. 1. uersic. sed si in omnem euentum. Ias. num. 1. in fine, uers. & per hoc apparet, & Ioan. Sicard. num. 1. in fine, uers. si autem. Ioann. de Amic. cons. 148. num. 8. & seq. uide quæ in simili de promissione, sub nomine palmarij dixi infra, num. 52. & seq. & 45.

43 TERTIA sit conclusio, quòd si Aduocato, uel procuratori promittatur certa pecuniarum quantitas, siue lis uincatur, siue perdatur, sed in casu uictoriæ aliquid plus, talis promissio sic in pactum deducta est illicita, & reprobata, secundum Aret. in l. si qui Aduocatorum, num. 1. in fine, uers. unde si ultra, & ibi etiam Paul. de Castr. num. 3. uersic. & si ultra hoc C. de postulan. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 9. ante finem.

44 Contrarium uoluerunt Salyc. in d. l. si qui Aduocatorum, columna prima, num. 3. uers. aut paciscitur, & uidetur de mente Odofred. in l. sumptus, colum. prima, ante finem, uers. sed benè pacisci ff. de pact. & ibi etiam Paul. de Castr. in fine, uers. aut promitto certum. Iacob. de Sancto Georg. num. 6. uersic. aut ego promitto. Gozzadin. consil. 3. num. 25. uersic. aut promitto certum quid. Summa Siluestr. in uerbo, *Aduocatus*, num. 12. ante finem uersic. Quantum uero. Summ. Armill. in tit. de Aduocato, num. 16. ubi post Specul. quem allegat, dixit ualere pactum, quando litigator promittit centum, si uincat: si uero non uincat quinquaginta. Marcabrun. ab Anguill. cons. 45. num. 7.

45 Quid dicendum? uide pro resolutione, quæ dixi infra num. 47. & seqq. ubi posui materiam promissionis, sub nomine palmarij, quæ uidetur eadem cum ista, licet per diuersa uerba à Doctoribus explicetur, & pro nunc distingue, ut prima opinio procedat, quando illud plus, quòd daretur in casu uictoriæ esset in magno excessu, secus autem si non esset in magno excessu; Sic enim doctrina Paul. de Castr. supra pro prima opinione allegati in d. l. si quis aduocatorum declaratur, per Adden. ad Battol. in l. sumptus in ultima additione, uers. secus si pactus esset secundum ultimam impressionem ff. de pact. & expressè etiam declarat idem Paul. de Castr. in d. l. sumptus in ultimis uerbis Alexand. in l. litem, num. 2. in fine, uers. quæ tamen uidetur limitanda. C. de procurat. & ibi etiam Iacobin. de Sanct. Georg. num. 6. in fine, vers. quòd intellige Nauarr. cons. 4. num. 4. tit. de pact. libr. primo, & in suo Manuali confess. cap. 25. rubr. de peccat. Aduocat. & Procurato. num. 30. in fine, refert, & sequitur Iacobin. de Graff. in decis. cas. conscien. par. 1. lib. 3 cap. 8. rubr. de Aduoc. & Procurat. num. 12. Alphons. Villagut. in pract. crimi. canon. libro 9. tit. de Aduocat. rubr. final. concl. 14. in princ. vers. poterit tamen pacisci, vbi loquitur, quando in casu victoriæ promittitur Aduocato aliqua paruula quantitas pecuniæ vltra mercedem. Summa Siluestr. in verbo, *Aduocatus*, num. 12. ad finem vers. quæ tamen videtur limitanda, vbi loquitur, quando vltra mercedem promittitur Aduocato aliquid plus, sed modicum. Summa Armill. in rubr. de Aduocatis, num. 14. in fine, ubi loquitur quando promittitur Aduocato in casu victoriæ aliquod paruum munusculum, Summ. Angel. in verbo, *Aduocatus*, num. 15. versic. sed quando simpliciter promittitur, vbi pariter loquitur, quando in casu victoriæ promittitur aliquid modicum plus nomine palmarij, & pro hac distinctione, vide quæ dixi infra, num. 52. & seqq. & supra num. 42.

46 QVARTA est conclusio. Quòd si Aduocato, vel Procuratori promittatur certa pecuniarum quantitas in casu victoriæ simpliciter absque eo, quòd nihil dicatur, in casu non victoriæ talis promissio sic in pactum deducta, non est illicita, nec reprobata (dummodo tamen sit moderata secundum præallegata) quia adhuc in casu non victoriæ potest Aduocatus, vel Procurator petere suum salarium debitum secundum Marcabrun. ab Anguill. cōsil. 45. num. 8. fuit doctrin. Salyc. in l. si qui Aduocatorum, colum. prima, in fine, vers. aut simpliciter paciscitur. C. de postulan. sequitur in specie Ioan. de Amic. in consil. 148. num. 9. vers. etiam si fuisset dictum.

Et in istis terminis potest procedere opinio Vincent. Mancin, in loco relato per me supra, num. 40.

47 AMPLIA XXII. etiam quòd fuerit promissum dare quotam litis non ipsi Aduocato, seu Procuratori, sed alteri personæ, vt puta, eius vxori, ex suppositione enim personæ maior arguitur fraus, vt suo loco dixi, & in specie

cie probat text. vbi notant omnes in l. si remunerandi §. Maurus, ibi, *& sub nomine alterius, &c.* ff. mandat. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 3. num. 29. Marcabrun. ab Anguill. consl. 45. num. 10.

48 LIMITA I. propositam regulam, quando aliquid paciscitur in casu victoriæ nomine palmarij (Palmariũ. n. aliud non est, nisi uictoria, prout dicunt Doctores) tale enim pactum valere scripserunt gloss. in l. si qui Aduocatorum in verbo, *immensa*, in fine, vers. præterea nomine palmarij C. de postulan. & ibi etiam Butrig. vers. item quarto, vbi quòd in casu palmarij potest pacisci de certa quantitate, licet non de quota, & hoc quia non reperitur prohibitum Cuman. num. 2. colum. prima in fine, vers. communis tamen sententia, vbi videtur testari communem esse Doctorum sententiam, quòd valeat pactum lite pendente factum sub nomine palmarij, licet ipse videatur fuisse contrariæ opinionis, quòd scilicet tale pactum non valeat, nisi post litem finitam, prout eum retuli infra num. 49. & ibi intelligit idem esse pactum palmarij, & pactum certæ quantitatis pecuniarum. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. sumptus, num. 5. vers. secus si faciant ff. de pact. vbi tamen, quòd ipse consulit procuratores, & Aduocatos se abstinere ab hoc pacto, sub nomine palmarij, quia licet sit licitum, non tamen est honestum, vt ibi per eum Iacobin. de Sanct. Georg. in l. litem, num. 6. C. de procurat. Ioann. de Amic. consil. 148. num. nono, vers. & sic in casu palmarij. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 123. num. sexto. Nauarr. consilio quarto, num. primo, titu. de pact. libro primo, Summa Siluestr. in verbo *Aduocatus*, num. 12. post med. vers. quantum vero. Adden. ad Summam Angel. in verbo, *Aduocatus*, num. 15. littera B, in princ. Menoch. post hæc scripta habitus; de arb. quæst. lib. 2. casu 522. num. 8.

49 Et licet, vt vides, hæc limitatio sit communiter recepta, contrarium tamen videtur voluisse Bar. in d. l. si qui Aduocatorum in fine.

Vbi tamen loquitur, quando quis paciscitur, sub nomine palmarij, non de certa quantitate, non habito respectu ad litem prout videntur termini dictæ propositæ limitationis, sed de quota litis. Fulgos. in l. sumptus, nu. 3. versic. quanquam &c. ff. de pact. vbi improbat opinionem eorum, qui dixerunt ante causam finitam valere pactum palmarij, dummodo non fuerit factum sub nomine quotæ litis.

50 Ideo pro resolutione vide, quæ dixi supra num. 43. & seqq. vbi videtur eadem materia, licet à Doctoribus per diuersa verba replicetur, & non recedendo a proposita limitatione, declara illam procedere, dummodo pactum sub nomine palmarij, fiat post litem finitam; secus autem si lite pendente, sic enim huiusmodi pactum post litem finitam valere probat text. in l. 1. §. si cui in vers. si vero post causam ff. de var. & extraord. cognit. & ibi in glo. in verbo, *summa*, & in verbo, *nomine palmarij*, Paul. de Castr. in l. si qui Aduocatorum in fine, C. de postulan. & ante eum hoc ibidem voluit Cuman. num. 2. colum. prima vers. sed ego respondeo (Quamuis ni fallor videatur testari communem esse Doctorum sententiam, vt tale pactum valeat, etiam ante litem finitam) Fulgos. in l. sumptus, num. 3. ff. de pact. vbi quòd post causam peractam, & perfectè completã non est improbatum pactum de quota lite, nec pactum palmarium, Alexand. in l. litem, num. secundo, vers. sed prædictis obstat. C. de procurat. & ibi etiam Fulgos. colum. 2. in fine, Gozzadin. consf. 3. num. 25. vers. Nec obstat textus &c. Vincen. de Franch. decis. 265. sub numer. 2. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 49.

Vbi tamen ex Nauarr. quem allegat in constit. Grego. num. 19. 21. & 31. vers. sed ijs non obstantibus, videtur declarare valere pactum sub nomine palmarij, post finitam litem in modica, & honesta quantitate, alias secus, de quo mox dicam, & faciunt, pro hac declaratione, quæ dixi infra num. 59.

51 Verũ circa præmissam declarationẽ aduerte quòd Doctores prædicti bene dicunt valere pactum palmarij post litem finitam, sed quòd illud non valeat, si fuerit factum lite pendente, non sic explicite dicunt. immo quòd valeat etiam factum lite pendente præsupponunt omnes Doct. allegati supra, num. 48.

52 Declara rursus hanc primam limitationem (& pro hac declaratione, vide etiam quæ dixi supra num. 42. & 45.) vt procedat, quando id quod promittitur non est in magno excessu ad debitum salarium, secus autem si esset in magno excessu, quia tunc promissio non valeret etiam sub nomine palmarij, prout voluerunt Addentes ad Bartol. in l. sumptus in vltima additione secundum vltimam impressionem vers. secus si pactus esset ff. de pact. & ibi etiam Paul. de Castr. in vltimis verbis. Idem Paul. de Cast. in l. litem. num. 1. vers. sed si in omnem euentum, C. de procurat. & ibi etiam Ioan. Sicard. num. 2. est text. in l. 1. §. si cui, in versic. si vero post causam ff. de var. & extraordin. cognition.

Vbi amplius post causam actam text. videtur admittere hanc promissionem certæ quantitatis (sub nomine honorarij, seu palmarij) dummodo non excedat probabilem quantitatem, & cum computatione eius, quòd prius datum fuerit, & non vlterius, & sic eo iure non videtur approbari promissio palmarij excedens in aliquo, (licet in non magno excessu) debitum salarium, prout videtur de mente præcitatorum Doctorum, sed quòd immò admittatur promissio sub nomine palmarij excedens in aliquo debitum salarium, dummodo excessus sit temperatus, & moderatus, pro personarum qualitate; aliter secus voluit Nauarr. consil. 4. num. primo, & 4. rubr. de pact. libro primo, vbi testatur de tutiori opinione.

53 Et isto casu salarium dicitur moderatum, si non excedit summam centum aureorum. Fulgos. in l. litem colum. 2. in fine, vers. & istud palmarium. C. de procurat. glo. in l. salarium in glo. final. in fine, ff. mandat. vbi loquitur tam in Aduocato quam in procuratore text. in l. 1. §. si cui in fine, & ibi glos. in verbo, *aureos*, ff. de var. ac extraord. cognition. & ibi Alexand. in addit. vbi declarat hoc non procedere in causa criminali, in quo salarium potest excedere centum aureos, quod & idem dixit Ioann. de amic. cons. 148. num. 8.

Vbi quòd isto casu, quando causa est capitalis, potest salarium ascendere quantum partes volunt, summa Angelica in verbo *Aduocatus*, num. 15. in fine, vers. item nota. Viu. opin. 38. num. 3. & 4.

Vbi quòd salarium potest excedere centum aureos in causa criminali, & in causa status. Vincen. Mancin. in tract. de iuram. effect. 253. num. 5. & 6.

Vbi pariter, quod in causis criminalibus, & Prælatorum potest salarium excedere aureos centum.

Et postea concludit, in hac materia non posse dari præcisam taxationem mercedis, sed illam esse commensurandam laboribus in causa sustinendis, ex Bald. Soci. Tiraq. & Menoch in locis ibi per eum relatis.

54 LIMITA II. quia ad hoc, vt Aduocati pœnas a lege inflictas subeant, necesse est, vt in tali sententia perseuerent vsque ad finem litis, & ideo si non perseuerent eo vsque puniendi non sunt; ita videtur probare text. in d. l. si qui Aduocatorum, arguendo ab illo verbo, *permanserint*, C. de postuland. & ibi Cuman. num. primo in tertio notab.

Vbi tamen quòd hoc non audet firmare.

55 Et quidem hæc limitatio poterit procedere, si ante litem finitam Aduocatus pœnitentia ductus, aut recedit à pacto, aut amplius litem non prosequitur, contrarium credo verius; quando a pacto non recedendo, & litem prosequendo fuerit ab accusatore, seu fisco præuentus etiã ante litem finitam, quia tunc sine dubio erit locus pœnæ nec poterit Aduocatus opponere, quòd non perseuerauit vsque ad finem litis, & ita seruatur, & voluit Aretin. in dict. l. si qui Aduocatorum, numero tertio, C. de postulan.

56 LIMITA III. vt eadem proposita regula procedat, prout loquitur, in Aduocato, & etiam in Procuratore, prout

prout dixi supra in 10. ampliat. num. 16. Vnde secus in alio, qui non sit Aduocatus, vel Procurator Parisi. conf. 19. num. 53. lib. 3. Natt. conf. 145. num. 15. vers. præterea præ dicta iura in procuratoribus, & aduocatis, loquuntur lib. 1. Bertran. conf. 160 num. 1. in princ. & in fin. lib. 4. Vbi quod pœna pacti de quota litis, non habet locum in eo, qui litem exercet, non sicut aduocatus, aut procurator in causa. Plot. de in lit. iuran. §. 16. num. 11.

Vbi refert, & sequitur Parisi. in loco præcitato. Peregr. de iure fisci, lib. 4. titul. 7. num. 16. in fine. Franc. Becc. consil. 49. num. 2. Borgnin. decis. 41. num. 44. par. 1. Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediol. cap. 429. littera E, vers. de iure communi. Ioan. Petr. Sur. cons. 306. num. 10. lib. 3. nec dissentit Vincen. Mancin. in tract. de iuram. effectu 253. num. 91. ex quibus non credo errare, ita communiter esse à Doctoribus receptum. Quãuis contrarium affirmauerit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 522. num. 3.

57 Et hinc est, quòd cessio facta alicui procuratori, vel aduocato, nõ est reprobata a iure, licet ipse ĩ ea constituatur procurator in rem suam, tunc enim non dicitur tractari de pacto de quota lit. sed solum est tractandum, an cessio sit permissa, vel prohibita, secundum Parisi. in d. conf. 19. eod. num. 53. lib. 3. post Paul. de Castr. & alios, quos allegat, refert, & sequitur Plot. de in lit. iuran. d. §. 16. eod. nu. 11. Vbi tamen dicit se laudare, vt quilibet procurator pro saluanda anima sua, & pro conseruando bono nomine, abstineat se ab huiusmodi cessionibus, & alia prout ad materiam, ad quam vide etiam Franc. Marc. decis. 19. sub num. 4 par. 1.

Vbi refert fuisse condemnatum in priuationem procurationis, & etiam in certam pœnam pecuniariam quendam procuratorem, qui tempore suo sibi fieri fecerat quandam cessionem, & remissionem à suo clientulo de re de qua lis pendebat, quòd & idem repetit decis. 470. par. 2. refert, & sequitur Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. nu. 3. & 38. & Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediol. cap. 429. littera B, in fine, Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 522. num. 10. vbi refert Castren. Parisi. & Plot. in locis præcitatis.

58 Vide tamen Vrbis Statutum lib. 1. cap. 118. Vbi nulla facta mentione de Aduocatis, seu procuratoribus, simpliciter loquitur de facientibus pactum de quota litis bannimẽta autem Gubernatoris Vrbis, cap. 50. expressè loquuntur non solum de Aduocatis, & causidicis, sed etiam de notarijs, sollicitatoribus, & alijs facientibus huiusmodi pacta, Item bannimenta generalia status Ecclesiastici, sub c. 78. loquuntur de Aduocatis, causidicis, notarijs, & sollicitatoribus.

9 LIMITA IIII. in pacto de quota litis facto, post litẽ finitam, tunc enim non videtur improbatum, quia cessat ratio prohibitionis huiusmodi pacti, ad ea, quæ dicta sunt supra num. 50. Vbi de pacto certæ quantitatis facto sub nomine palmarij post litem acquisitam, & voluit gloss. in l. si remunerandi, §. Maurus, in verbo *certam quantitatem*, in fine, vers. Et hoc nisi post litem finitam, ff. mandat. Bart. in l. 1. §. si cui cautum in 3. notab. ff. de var. & extraord. cognit. Vinc. de Franch. decis. 265. sub num. 2. par. 2. Vbi quod ita apud eum fuit seruatum in consilio regio, & testatur de æquiori opinione. Borgnin. decis. 41. num. 44. par. 1. Horat. Carpan. in Comment. ad Statuta Mediolan. c. 429. littera G, in fin. nu. 23. & faciunt pro hac limitatione, quæ dixi supra, num. 50.

60 LIMITA V. in pacto de quota litis nullo, ex quo nullam incurrit pœnam in specie scripsit Horat. Carpan. in Comment. ad Statut. Mediol. c. 429. littera N, n. 28. post Bartol. Aret. Alciat. & Iaf. in locis per eum relatis, qui generaliter probant illam regulam, quòd ex actu nullo quis pœnam non incurrit, & idem repetit in c. 431. num. 7. & quidem licet crediderim, veritatem huius limitationis pẽdere à veritate, & declaratione prædictæ regulæ, an scilicet, & quando ex actu nullo pœna incurratur, attamen ad eiusdem limitationis comprobationem, vide quæ latius dixi in meo cons. 70. nu. 28. & seqq. lib. 1.

61 LIMITA VI. quia licet Aduocatus, seu Procurator faciẽs pactum de quota litis perdat actionem mandati & omne id, quod ipse soluerit vel pro expensis factis in lite, vel pro fideiussione, quàm fecerit prout dixi supra, nu. 9. in 4. ampliat. non tamen cessante pacto, de quota litis prohibetur Aduocatus, vel procurator expendere de suo in lite, ac etiam paci sci, quòd quantitas expensa cum licitis vsuris restituatur text. ad litteram in l. sumptus, & ibi gloss. Bart. Bald. Odofred. Alber. Castren. Iaf. Iacobin. de S. Georg. & Fulgos. in summario. ff. de pact. & ibi præsertim Iacob. de Sanct. Geor. nu. 2.

Vbi etiam an aduocatus, seu procurator possit retinere processum, donec sibi satisfaciat de sumptibus factis, alius text. in l. si remunerandi, §. Maurus, in fine, ff. mandat.

Vbi probatur quòd aduocatus, seu procurator si non fecit pactum de quota litis, potest repetere à suo Clientulo, non solum sumptus, & expensas in lite factas, sed etiam, omne id, ad quod condemnatus fuit, tanquam eius fideiussor & ibi Bart. ante num. 1. vers. secus si de quota litis pactũ non fecerit, Bald. in summario Alber. num. 8. in fine. Fulgos. in summario. Odofred. in fine vers. sed si paciscatur tex. in l. si contra. C. mandat.

Vbi quòd si procurator gratuitum mandatum suscepit potest repetere sumptus bona fide factos in lite, etiã quòd non adsit pactum de restituendo, & ibi Iacobin. Butrigar. in summario. Cyn. num. 1. in 2. notab. Guid. Pap. decis. 201 nu. 2. vers. & potest aduocatus.

62 Immò valere pactum quòd in casu victoriæ reficiantur procuratori, vel aduocato maiores sumptus, quam fuerint per ipsos facti remunerandi causa, voluit Odofred. in l. sumptus, colum. 1. ante finem, vers. sed bene pacisci, ff. de pactis Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 21. vbi de communi.

63 Sed quòd immò non valeat pactum, quòd sumptus, & expensæ reficiantur procuratori, seu aduocato in casu victoriæ tantum expressè consuluit Gozzadin. in conf. 3. nu. 25. vers. Immò ipsi magister. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 19. in fine, & num. 20. & dixit Vincent. Mancin. in tract. de iuram. effectu 253. num. 9. & sequen. quòd à tali pacto de prosequendo litem suis sumptibus debeant Aduocati, & procuratores cauere sicut à peste, ex rationibus, ibi per eum allegatis.

64 Et quòd pariter valeat pactum, vt loco expensarum, & sumptum factorum in casu victoriæ detur aduocato, vel procuratori, qui fecit dictas expensas aliqua quota. Nam tunc color expensarum, & sumptuum non suffragatur, & pactum remanet illicitum pariter ad litteram probat tex. in d. l. sumptus, & ibi gloss. & communiter omnes Doctores, ff. de pact. & in l. si contra C. mandat. & ibi glos. in verbo *frustra petis*, Virg. Boccac. in tractat. de pact. par. 3. num. 21.

Vbi de promissione facta Aduocato scutorum mille pro salario, in casu victoriæ litis, dummodo faciat sumptus de suo, Horat. Carpan. in comment. ad Statuta Mediol. cap. 429. littera G, num. 22. vers. fallit hoc.

Vbi pariter loquitur de promissione certæ quantitatis in casu victoriæ, dummodo tamen Aduocatus, vel procurator faciat de suo sumptus litis.

65 LIMITA VII. quia vltra pœnam priuationis ab officio aduocationis, seu procurationis, non potest Aduocatus, seu procurator faciens pactum de quota litis puniri aliqua alia pœna pecuniaria, quamuis secundum Franc. Marc. decis. 19. num. 3. & 4. par. 1. & licet alias apud eum contrarium fuisse seruatum testetur in quodam procuratore, qui vltra priuationem fuit etiam condemnatus in certa pœna pecuniaria.

Adhuc tamen condemnationem prædictam rigorosam reputat, vltra quòd ille procurator non fuit punitus propter pactum de quota litis, sed propter procuratam cessionem lite pendente de quo dixi supra num. 56. & idem repetijt in decision. 470. parte secunda. Et licet Horat. Carpan. in Comment. ad Statuta Mediolani, capitolo 429. littera O, num. 29. in fine dixerit facientem pactum

ctum de quota litis vltra priuationem officij, & dignitatis puniri arbitrio Iudicis ex Borgni. decif.4. parte 1. Non tamen vidi quòd Borgn. hoc dicat.

66 LIMITA VIII. in clientulo, qui non videtur puniendus faciens pactum de quota litis cum fuo procuratore, vel aduocato. Non enim in iure ipfi aliqua pœna impofita reperitur, immo iura videntur de ipfo mifericordiam habere, poftquam confiderant graue damnum quod ipfi ab Aduocato cum tali pacto infertur, illudque deprædationi æquiparant prout in d.l.fi qui Aduocatorũ ibi, *cum graui damno litigatoris, & depradationis, &c.* C. de poftulan. vbi etiam [illegible] aduocatos fæuos appellant, *vt ibidem bu iufcedomi fauitate, &c.* & dixi fupra, num. 12. pactum de quota litis reputari derobationem, & furtum clientuli, ergo abfurdum videtur, quòd is, qui furtum patitur, puniatur, faciunt fcripta per Aret. ibidem num. 3.

Vbi dicit quòd ifto cafu Aduocatus poteft conuenire vt ad duplũ, vel ad quadruplum applicetur; Nihilominus aut velimus dicere, quod applicetur clientulo, & tunc abfurdum eft dicere, quòd clientulus aliam patiatur pœnam, poftquam fibi pœna acquiritur, aut volumus dicere, quòd applicetur fifco, & tunc videtur quod fifcus debeat effe cõtentus pœna exigenda ab Aduocato abfque eo, quòd aliam exigat à clientulo, & pro hac eadem fententia facit etiam optimè tex. in l. fi remunerandi. §. Maurus, ff. mandat. per quem tex. notatur ibi per gloff. & Doct. quòd aduocatus faciens pactum de quota litis cum fuo clientulo nõ poteft ab eo repetere fumptus per ipfum factos in lite, aut aliquid aliud pro quo potuiffet fine dicto pacto contra eundem clientulum agere actione mandati; Et fic fi iura volunt, quòd ipfe clientulus ex tali pacto lucretur expenfas factas, non eft credendum, quòd voluerint ipfum aliqua pœna grauare.

67 Vide tamen Vrbis Statutum lib. 1. cap. 118. Vbi fimpliciter pœnam imponit ei, qui facit pactum de quota litis, & fic videtur compræhendere etiam clientulum pacifcentem, cum pactum fit duorum, in idem confenfus, nifi dixeris, quòd dictum Statutum debet recipere interpretationem paffiuam à iure communi, fecundum quòd clientulus non punitur vtfupra. Vltra quòd pœna Statuti, quæ eft amiffionis dupli, & commodi, quòd inde prouenerit, videtur folum applicari Aduocato, & Procuratori, non autem clientulo, qui vtfupra probaui, non nifi damnum, & deprædationem patitur, cogita, quia hodie hæc dubitatio pendet in facto, & fub Iudice lis eft, & in propofito vide bannimenta generalia Vrbis cap. 50. Vbi non folum aduocatis, caufidicis, notarijs, & follicitatoribus, fed etiam alijs facientibus pactum de quota litis imponunt pœnam pecuniariam, & etiam corporalem arbitrio Iudicis, vltra amiffionem rei, aut pretij; Quod quidem verbum *alijs*, videtur compræhendere etiam clientulum, prout pariter, & amiffio rei, vel prætij, quod litigatur, refpicit ipfum clientulum, nedum aduocatum, & procuratorem, in quo etiam concordat dictum Vrbis Statutum volens fifco applicari lucrum, feu commodum, quòd Aduocato prouenerit, & etiam concordant bannimenta generali ftatus ecclefiaftici, cap. 78. in quibus fifco applicatur res, feu prętium in pactum deductum, ergo non poteft negari, quin faltem refpectu iftius pœnæ clientulus puniatur vigore Statuti, & bannimentorum prædictorum, & vide etiam quæ dixi in meo conf. vltimo num. 1. & feqq. & num. 22. & feqq. Abfoluta eft hæc quæftio die 1. Iulij. 1601.

ARGVMENTVM.

Pax quid, & quotuplex fit. Quid concordia, Quid tregua, vel induciæ. Quid etiam affecuratio, feu cautio, vel promiffio de non offendendo, quomodo inter fe omnia prædicta differant. Et ad faciendum pacem an, & quando quis cogi poffit.

SVMMARIVM.



Rdo propofita quæftionis materiam pacis, & cautionis de non offendendo refpicientis per authorem feruatus in illius difcuffione, num. 1.
Pax quid, & quotuplex fit. q. 107. num. 2.
Concordia quid fit, num. 2.
Tregua, vel induciæ, quid fit, num. 2.
Affecuratio, cautio, vel promiffio de non offendendo quid fit, nu. 2.
Pacem facere nemo cogi poteft, q. 107. num. 3. licet alij contra, nu. 4.
Pacem facere cogi quis poteft, quando ex ea Ciuitatis, & Reipublicæ quies, & ftatus conferuatur, & fine ea maximè turbaretur, nu. 6. & 7. Vbi declaratur hæc conclufio.
Pacem facere licet quis cogi non poffit à Iudice, bene tamen cogi poteft ab Imperatore, & Principe, num. 8.
Pacem fecere poteft cogi quis, poftquam eius aduerfarius offenfor fuit à iudice punitus. nu. 9.
Treguam facere vnufquifq; cogi poteft, num. 10.

QVÆST. CVII. ART. I.



1 VM inter varia, ac diuerfa crimina Pacis, & fecuritatis violationem numerari poffe facile crediderim, & quia, vt mox infra dicam, huius criminis reos arbitrariè, & extra ordinem iuxta facti, & perfonarum qualitatem forè puniendos iura ftatuerunt, ideo hanc materiam quotidianam in tres partes, & quamlibet partem per plures articulos, & quæftiones, prout etiam fecerunt alij Antiquiores, qui eam ex profeffo tractarnut, illifque fuas particulares conclufiones, vel ampliationes, & limitationes (prout pro faciliori intelligentia magis expediens erit) explicare intendens, vt in hac re tanti ponderis aliquis ordo feruetur Lectorem amicum admoneo, quòd in prima propofitę quæftionis parte duodecim formatis, & refolutis quæftionibus pertractabo infrafcriptos articulos videlicet. Quid & quotuplex fit pax, quid concordia, quid tregua, vel induciæ. Quid etiam affecuratio, feu cautio, vel promiffio de non offendendo. Quid inter fe differant, & ad faciendum pacem, feu præftandum cautionem an, & quando, pro quibus, per quantum tempus, & quando quis cogi poffit. Quæ fit pœna frangentis pacem, feu cautionem de non offendẽdo, cui applicetur, & an femel exacta amplius exigi poffit. An ad eam vnus pro alia teneatur. Et an infolidum, vel pro virili. Quomodo probetur pacem, feu cautionem effe fractam, & an per fubfequentem pacem præcedens cautio dicatur caffa, & extincta. In fecunda verò parte etiam 19. quæftionibus formatis percurram plures, & contingẽtes cafus, in quibus dubitari folet tã refpectu perfonarum, quam refpectu fubfequentiarum offenfionum. An pax, feu cautio de non offendendo dicatur rupta, vel non ad effectum incurfus pœnæ, tam legalis, quàm conuentionalis. In tertia verò pariter quatuor refolutis quæftionibus erit etiam refoluta illa practicabilis dubitatio, an fcilicet, & quando ex noua caufa pax, feu cautio de non offendendo rupta dicatur. Ex ijs omnibus abfolutis erit etiam, ni fallor, perfectè abfoluta fub vnica tantum generali quæftione tota materia fractæ pacis, & cautionis, de non offendendo, quæ hodie præfertim in ftatu Ecclefiaftico in criminalibus fubfellijs, frequentiffime controuertitur.

2 Et antequam vlterius progrediar; effet loco præmifforum vtfupra prępofui, difcutiendum quid, & quotuplex fit pax, quid concordia, quid tregua, vel induciæ, quid etiam affecuratio, feu cautio, vel promiffio de non offendendo, & quomodo hæc inter fe differant, quandoue lex, feu Statutum de vno loquens habeat locum in alio.

Verum quia hæc potius ad terminorum cognitionem, quam ad rei fubftantiam, iudicialiumq; contrauerfiarum decifionem pertinent, iccircò fufficiat lectorem remittere ad Goffred. & Hoftien. in fumma. Specul. Abb. & Fe-

lyn.in Rubr.& titulo de treg. & pace. Io. Andr. ad Spec. in d.rubr.in 2.addit.in verf.ergo patet. Præposit. Mediol. in cap.1.tit.de pace iuramen.firman.Felyn.in cap. significauit.extr.de iudicijs,& ibi gloss.& Doctores ponunt etiam an tregua magis accedat bello,quam paci. Bart. conf. 200. Bal. conf.195. num.3.lib.2. Iaf. in l.cum proponas,la 2. nu. 6.C.de pact.& in l.1.num. 13.ff.eod. Dec.in cap.nouit,nu. 51. de iudic. Diu. Aug. in lib.de Ciuit. Dei,lib. 12. cap. 4. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu.1. & feqq. & 44. & nu. 114. Beninten. decif. Bononien. 65.nu. 15.& feqq. Petrin. Bel.in tract.de re militar.par.5.tit.1.nu.2.& 3. & tit. 2. nu. 2.par.10. tit.1.num. 10. & tit.2. num. 26. in fine, verf. Immo etiam si effet. Vulpell. in tract. de pace q. 1.& 71.& cōsil.9.nu. 1.& feqq. Hercul.in tract.de caut.de non offen. c. 15.num.1. & feqq. Mascard.de probat.lib.3.conclu. 1157. num.5. Hier. de Monte q. 7. nu.3. 8.& feq. Eugen. consil. 82.nu.41.Simon. de Præt.conf. 187.nu.9. & feqq. & conf. 188. nu.19.verf.Non refragatur. Vide quæ dixi infra artic. 7. in vltima conclusione, vbi posui an,& quæ in iure, aut Statutis dispofita sunt de pace,& treg. procedant etiam in cautione de non offendendo.

His ita præmissis pro expeditione huius primi articuli propositi.

3 Quæro,an quis cogi possit ad faciendum pacem.

REGVLA sit negatiua, quòd scilicet pacem facere nemo cogi potest,sic enim argumento text. in l. furti, §. qui iussu,ff.de his,qui not. infam. & in Auth. vt litigan.iurēt. § quis verò collat.9.& in cap.fin. de rescript.in specie scripserunt Bart.in l. furti,§. qui iussu,num.2.ff.de ijs qui not. infam. Bald. in l.1.§. qui es,ff. de offic. præfect. vrb. Alex. ad Bart.in l æquissimum,ff.de vsufr. Idem Bald. in l. ex stipulatione, C. de sentent.& in c. 1. §. final. de pac. tenen. in usib.feud. Felyn.in rubr.de treg.& pac. num.1.& feqq. Vbi alios refert Antiquiores.Diaz reg.101.in princ. Marf.conf. 98.per totum,vbi late comprobat,& testatur de communi, reprobato Bart. contrarium tenente,vt mox eum referam Petr.à Plach.in epith.delict. lib. 1. cap.7. num.3. verf. itaque suadere poterit, folio mihi 112. Vbi hanc sententiam frequentiori Doctorum calculo receptam esse testatur ex Marf. in loco præcitato,Nouell. in pract.crim.cap.fin.nu. 19. & 57. Clar in pract.crim.§.fin.q.58.in fi num.40. verf. pro complemento,vbi de communi ex Marsil.in loco præcitato. Vulpell.in tract.de pac.q.103.vbi respondet omnibus iuribus per Bart. allegatis pro contraria opinione.

4 Quamuis contrarium voluerit idem Bart.sibi contrarius in d.l.congruit,nu.4. ff.de offic. præsid. sequitur Abb. in rubr.de treg.& pac. nu. 1.Petrin Bel. de re milit.par.10. tit. 2.num.71.& feqq. per text. in cap. placuit 90. distinct. Vbi quod partes possunt cogi ad faciendum pacem etiam per excommunicationis pœnam, & ex Cardinale, quem allegat in Clementina 2. de re iudicat. & in c nouit, de iudic. Vbi dixit,quòd Papa cogit Principes ad faciendum pacem,alij verò coguntur à suis Iudicibus Idem Nouell.in pract.d.c.fin. nu.28. per text.in l. æquissimum, ff.de vsufr. & nu.58. Viui.opin. 424. nu.4. verf.& quemadmodum.

5 Vbi tamen loquitur,quando inimicitia diu durauit.

6 LIMITA I. quando nisi inimici ad pacem cogerētur,Ciuitatis,seu Reipublicæ quies, & status maximè turbaretur,& in ea maximum scandalum oriretur;tunc enim eosdem inimicos cogi posse ad faciendum pacem, scripserunt Cataldin. in tract. de sindicat. num.25. Bald.in l. cum affirmes,C.de liberal.cauf.& in d. l.æquissimum, ff. de vsufruct.& in l.1.d.§.quies.ff.de offic. præfect. vrb. Bart. in l. ambitiosa, col.4. verf.declaramus istas regulas, ff.de decre. ab ord.facien. & in l.furti,§.qui iussu, num. 2. ff.de infam. Martin. Lauden. in tract. de confederatione Principum, q.12. qui tamen loquitur in guerra exorta inter duas Ciuitates, & Principe iubente, Felyn.in d. rubr. de treg. & pace,num.3.& 6. Ang.in d. l. æquissimum, & in d. l. furti, §. qui iussu,ff.de infam. Marf. conf.98. num.5. Petr. à Plach. in epith.delict.lib.1.cap.7. num. 3. Petrin. Bel. de re militar.par.10. tit. 2.num.22. verf.maximè si propterea. Nouell. in pract. crim.cap. fin.num.13. 19. & 62. Viui opin. 424. num. 4. verf. Nec non iudex.

7 Vbi tamen quòd hoc nunquam vidit seruari per Iudices ordinarios, sed tantum per Principem,refert, & sequitur Baiard. in addit. ad Clar.d.q.58.num.75. Vulpell.de pace,q.3.num.1. verf. idem,& docuisse videtur, & num.3.in princ.& num.10.

8 LIMITA II. in Imperatore,& Principe,qui sine dubio possunt cogere suos subditos ad faciendum pacem Felyn.in rubr.de treg. & pac. numer. 3. in fin. & feq. in 2 fallent.

Vbi etiam de materia. Martin. Lauden. in tract. de confederat. Principum, quæst. 12.

Vbi loquitur de duabus Ciuitatibus [illegible] bus.Iaf. in l. quidam existimauerunt,num.4.col. 3.in fine, in 3. fallen.& per text.in cap.cum inter R. Seniorem,extr. de election. post Butr. Castren. & Alexan.in locis per eum relatis. Marf.conf.96. num.7. Restaur. Castaldin. in tract. de Imperatore, quæst. 100. colum. 7.verf. 41. Petr.à Plac. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. num. 3. post med. verf. nihilominus Rex. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. numer. 72.

Vbi quòd Papa etiam Principes cogere potest ad faciendum pacem Nouell.in pract. crimin.cap.fin.nu.59.

Vbi alios refert, & remissiuè declarat. Viu. opinio.424. num. 4. verf. Nec non iudex. Barthol. à Capua super Cōstitutione Regni, in tit. de cultu pacis, & licet Vulpell. in tract. de pace,quæst. 3.num.4. & feqq. arbitretur, nec etiam Principem posse cogere partes ad faciendum pacem.

Hoc tamen declarat procedere, quando Princeps hoc vellēt facere sine causa, secus si cum causa, prout est,quādo damnum Reipublicæ, vel Ciuitatis tranquillitati verisimiliter immineret, quando in cautionibus de non offendendo,non posset tutè prouideri, aut quando pax saluo vtriusque partis honore fieri posset, & illa recusaretur fieri,ijs inquam casibus,inquit Vulpell. Principem posse compellere partes ad faciendum pacem,non quidem præcisè, & per carcerationem, sed eijciendo, & banniendo à Ciuitate magis suspectos, & principaliores, donec tedio affecti ipsimet spontè pacem exoptent; sed quia hoc remedium Vulpell. quandoque potest esse eidem Reipublicæ damnosum, iccirco dicas illud remissum esse prudentis Principis arbitrio.

9 LIMITA III. propositam regulam procedere, antequam is,qui offendit,& qui iniuriam intulit, sit punitus, tunc enim qui iniuriam, & offensionem recepit,cogi non potest ad faciendum pacem, & remittendum iniuriam, benè tamen videtur cogi posse, quando offendens debita pœna fuit punitus,ad gloss.Bald.& Salyc.in locis relatis per Matth. Gribald. in suis regulis crim. insertis inter commun. opin. diuerf. folio mihi 344. colum. 2. versic. licet in ciuilibus, & licet Doctores præallegati non loquantur affirmatiuè, sed tantum negatiuè, dicentes non posse quem cogi ad faciendum pacem, quando offendens aduersarius nō fuit punitus,& propterea non videatur permissum in dictis Doctorum sumere argumentum à contrario sensu, attamen hæc declaratio multum mihi iuridica videtur, cum implacabilis, & iniquus dignoscatur animus in eo, qui post receptæ iniuriæ punitionem petitam reconciliationem recusat,& magis explicitè Iacobin. de Sancto Georg. in l. transigere, in fin. C. de transact. quem refert, & sequitur Hier. Giaccar. in addit. ad Clar. dict. q. 58. in fin. litera I, in verbo, *nunquid Iudex*.

10 LIMITA IIII. quia licet pacem facere, quis cogi non possit, bene tamen cogi potest ad faciendum treguam, & multò magis ad eam cogi poterit in casu, in quo quis potest compelli ad faciendum pacem. Felyn. in rubr.de treg.& pac. num.9. & ante eum hoc idem voluit Abb. ibidem num. 2. Nouell. in pract. crim. cap. fin. nu. 64. Baiard. in addit. ad Clar. d.q. 58. num.75.Vulpell. de pace,q.3. num.13. & de hac re vide quæ dixi in sequenti articulo. Vbi materia videtur eadem.

QVAE-

ARGVMENTVM.

Ad cauendum de nõ offendendo quando, quomodo, & coram quo Iudice quis cogi possit.

SVMMARIVM.

IVdex quando videt imminere periculum, ne partes se ad inuicem offendant, potest illas cogere etiam non petentes ad præstandum cautionem de non offendendo, nu. 11.

Iudex potest cogere partes ad præstandum cautionem, de non offendendo, pluribus medijs, de quibus in num. 12.

Præceptum, seu monitorium ad cauendum de non offendendo cum clausula, quòd interim cautio habeatur pro præstita valet, & tenet, num. 13.

Timens se offendi potest petere à Iudice, vt eum, de quo timet, præstet sibi cautionem de non offendendo, & si Iudex requisitus hoc non fecerit, dicitur facere iniustitiam, & tenetur in sindicatu de omni scandalo, & damno sequuto, nu. 14. & 15.

Iudex non potest cogere partes ad præstandum cautionem, de non offendendo, nisi ex iusta causa, & ex iuste timore, & qui in proposito dicatur timor iustus, quomodo probandus, & an sufficiat timentis iuramentum, num. 16.

Iudicis arbitrio remittitur an, & quando cogi quis possit ad præstandum cautionem de non offendendo. num. 17.

Iudex non potest cogere partes ad cauendum, de non offendendo sine cautione, & causa cognitione, num. 18. Declara nisi esset periculum in mora imminentis offensionis, vel quòd pars, de qua timetur, aufugeret, vel nisi inimicitiæ essent notoriæ, num. 19.

Potest tamen Iudex interim, quòd discutitur, an cautio sit præstanda, facere pœnale præceptum Partibus ne se inuicem offendant, num. 20. Quòd si Iudex sine cognitione causæ, & indebitè aliquem coegerit ad præstandum hanc cautionem, dicitur facere iniustitiam, tenetur parti ad interesse, potest illi resisti, & is, qui cautionem præstitit semper poterit opponere de inualiditate cautionis, num. 21.

Iudex potest cogere ad cauendum de non offendendo, tam offendentem, quam offensum, num. 22.

Iudex non potest vnam solam partem cogere ad præstandum cautionē, quando præsertim altera pars etiam iustè timens petit sibi recaueri, & an isto casu cautio præstita per vnam solam partem sit valida, & de materia, num. 23.

Iudex incompetens non potest cogere partes ad cauendum de nõ offendendo, & cautio coram ipso præstita est nulla, num. 24.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. II.

11 PRO resolutione propositi secundi articuli constituendæ sunt plures conclusiones. Quarum

PRIMA est, quòd Iudex quando videt imminere periculum, ne partes se ad inuicem offendant, potest easdem partes etiam nõ petentes, & inuitas cogere ad præstandum cautionem de se inuicem non offendendo, secundum Bart. & Doct. in l. congruit, ff. de offic. præsid. & melius in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. eod. Alber. in l. æquissimum, ff. de vsufruct. Beninten. decis. Bonon. 65. num. 15. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. in fine, vers. & qui iudicandi munus habent; & nu. 3. fol. mihi 100. & seq. Melch. de Facin. cons. crim. diuers. 78. num. 15. & plurib. seqq. lib. 1. in 4. Vbi latissimè, & pluribus fundamentis hanc conclusionē comprobat. Ant. Gomez. de delict. c. 8. rubr. de crimin. stellionat. n. 16. ad med. vers. extende. Clar. in pract. §. fi. q. 47. nu. 3. vers. sed nũquid. Vbi de seruata apud eũ opinione, & ibi Baiard. in addit. n. 17. Vbi amplius quod potest Iudex, si ita sibi videbitur, iusta causa existente absolutum condemnare ad præstandum cautionem de non offendendo accusatorem, aut testes in processu examinatos ex Vinc. Franc. quem allegat in decis. 259. Et ita apud nos indifferẽter practicatur, Vulpell. in tract. de pac. q. 73. n. 3. Hier. de Monte, q. 7. nu. 1. & seqq.

12 SECVNDA sit conclusio, quòd hæc cõpulsio partiũ ad præstandum cautionē fieri potest per mulctam, per captionē pignorũ per capturam, per bannum, seu exilium, per carcerationem, alijsq; pœnis Iudicis arbitrio infligendis, iuxta facti, & personarum qualitatem, de quibus, & de modo procedendi isto casu latissimè per Hercul. de caut. de nõ offen. c. 5. per tot. & c. 44. nu. 1, & seqq. & c. 50. nu. 29. Vbi amplius, quòd recusans cauere potest priuari feudo, & iurisdictione, si quã habet. Moton. de fide, &c. q. 170. nu. 4. & 5. Aliquid per Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 7. nu. 9. folio 118. & per Clar. in pract. §. fin. q. 47. vers. sed nunquid. Melch. de Facin. cons. crim. diuers. 78. nu. 24. & seqq. lib. 1. in 4. Vbi multa de impositione, & exactione mulctæ impositæ, in præcepto de cauendo. Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. cap. 3. num. 7.

13 TERTIA sit conclusio, quòd quãdo iudex procedit per viam monitorij, seu præcepti ad præstandũ cautionem sub aliqua pœna, practica est, vt interim in eodem monitorio idem Iudex declaret cautionem habere pro præstita, & in casu contrauentionis comminari eiusdē pœnæ exactionem, & illam postea effectualiter exigere super cuius præcepti materia vide omnino eundē Hercul. d. c. 5. nu. 1. vers. & sit præceptum iuncto nu. 1. per totũ, & 6. & c. 9. nu. 21. & aliquid per Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. nu. 21. in fi. & per Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. c. 2. nu. 16. & per Vulpell. in tract. de promiss. de non offen. q. 81. in fine.

14 QVARTA est conclusio, quòd Iudex non solũ ex officio, sed multo magis ad instantiam partis tenetur cogere alteram partem ad cauendum de non offendendo partem instantem, qui enim timet ab aliquo offendi, potest officium iudicis implorare, vt eum, de quo timet compellat ad præstandam cautionem prædictam. Bar. in l. illicitè, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. & in l. Sanctum, ff. de rer. diuis. & in l. denunciamus, C. de his qui ad ecclesiam confug. Floria. in l. æquissimum, in princ. ff. de vsufruct. Bal. in l. fin. ff. de offic. præfect. Vrbis, & i Aut. habita col. 5. vers. ex quo diligenter nota. C. ne filius pro patre, post Abb. in rubr. de treg. & pac. nu. 10. Hercul. qui alios refert in tract. de caut. de non offen. c. 3. n. 1. Pract. Conrad. §. 1. n. 10. ad med. vers. Vbi verò pace fol. mihi 112. col. 2. in fin. Pet. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 7. nu. 1. Vbi testatur de cõmuni, & receptissima oium opinione, & alios plures refert concordant. Ant. Gomez. tit. de iniur. nu. 16. Vbi latè comprobat hanc conclusionem, & pro illius cõprobatione plura adducit, & ponderat iura. Andr. Gayl. de pac. publica lib. 1. c. 2. nu. 1. & seqq. Vulpell. in tract. de pac. q. 73. nu. 3. latissimè comprobat. Melchior de Facin. cons. crim. diuer. 78. nu. 15. & seqq. lib. 1. in 4. Hier. de Monte q. 7. sub nu. 2. & uide in proposito Vrbis statutum lib. 2. c. 29.

15 QVINTA sit conclusio, quòd si iudex requisitus ab eo, qui timet se offendi, non coegerit eum, de quo timetur ad præstandum hanc cautionem dicitur iniustitiam facere, & in sindicatu tenetur de omni scandalo, & damno sequuto, secundum Hercul. post Paris. quem allegat in tract. de cau. de non offend. c. 3. nu. 5. & c. 50. nu. 32. ex Rip. quem allegat in respon. 9. de rescrip. & vide in proposito Vrbis statutum lib. 2 cap. 29. in fin.

16 SEXTA est conclusio, quòd non ad simplicem partis instantiam debet Iudex statim se mouere ad faciendum præstare istam cautionem, sed ita demum, si præcedat iusta causa, iustus ve timor, & non alias. Quando autem dicatur timor iustus, & quando non, quomodove probandus sit iste timor, & an sufficiat solum timentis iuramentum, & de materia vide Bart. in l. capitulum, § ad status, ff. de pœn. Felyn. in rubr. de treg. & pac. nu. 10. vers. & nota quòd solæ minæ, Alex. cons. 98. lib. 3. & cons. 156. lib. 5. Ab. in cap. final. nu. 7. de eo, quòd metus causa. Paris. cons. 168. lib. 4. idem Bar. Alex. & Salyc. in l. denunciamus, C. de his, qui ad eccles. confugi. Rip. in rubr. ff. de dam. infect. num. 17. Paris cons. 168. num. 6. & seqq. in discursu, lib. 4 Hercul. de caut. de non offend. cap. 1. num. 8. & seqq. & cap. 3. num. 9. & ex Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 1. in fi. Andr. Gayl. de pac. pub. lib. 1. c. 2. nu. 3. & seqq. omnibus in discursu. Vulpell. in tract. de pace, q. 74. nu. 3. Masc. de

de probat. lib. 3. conclus. 1370. num. 1. & omnibus seqq. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 140. num. 1.

17 SEPTIMA est conclusio, quod an metus iustus præcedat nec ne, & consequenter, an simus in casu, in quo sit præstanda cautio, vel non, id totum Iudicis arbitrio remissum est, sicut post Bart. & Imol. quos allegat, scripsit Fely. in rubr. de treg. & pac. post num. 10. vers. & nota, Hercul. vbi supra d. cap. 1. num. 19. & cap. 3. num. 5. in fine & 10. in fine. Petr. à Plach. d. cap. 7. num. 1. vers. & primo illud, vbi quòd ita apud omnes receptum est, fol. mihi 109. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 140 num. 4. And. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 5. num. 12. & 15. vbi propterea aduertit maximè in hoc spectandam esse personarum qualitatem. Vulpell. in tract. de pac. d. q. 74. num. 4. Mascard. de probat. d. concl. 1370. num. 3. Baiard. in addit. ad Clar. d. q. 47. num. 15. & in proposito vide Statutum Vrbis libro 2. cap. 29. Menoch. d. casu 140. num. 2. Melch. de Facin. in cons. crim. diuers. 78. num. 20. lib. 1. in 4. Andr. Gayl. de pac. publ lib. 1. cap. 3. num. 6.

18 OCTAVA sit conclusio, quòd licèt, vt supra Iudex, tam ad partis instantiam, quàm ex officio possit, & debeat cogere partes ad præstandum cautionem de se inuicem non offendendo, non tamen potest hoc facere ex abrupto, parte non citata, & sine causæ cognitione, quia immò aliqualis causæ cognitio præcedere debet, cum homines cogere ad fideiubendum, & cauendum, sit quid onerosum, & laboriosum l. 2. § si dubitetur. ff. de iudic. & in specie scripsit Barto. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præsid. Imol. in l. 2. §. 1. in fin. ff. solut. matr. reprobando Dyn. qui dixit non esse opus cognitione causæ, qñ iudex mouetur ex officio, sequitur Felyn. in rubr. de treg. & pac. nu. 10. in princ. vers. prima declaratio. Paris. cons. 168. num. 4. & 10. lib. 4. vbi de communi, Hercul. de caut. c. 3. nu. 6. & seqq. vbi pluribus hanc conclusionem exornat, & declarat, in quibus consistat huiusmodi causæ cognitio, & cap. 4. num. 14. vers. postremò aduertendum. Paris. cons. 168. num. 10. libr. 4. vbi de cõi. vt illum refert, & sequitur Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. num. 1. in fin. vers. & qui iudicā di munus habent. Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 140. n. 4. in fin Vulpell. de pac. q. 74. num. 2. post Bart. Alb. Salyc. & Ias. in locis per eum relatis, & ibi etiam testatur de communi ex Paris. in loco præcitato, licèt non exactam causæ cognitionem, ne interim dum Romæ consulitur, Saguntum expugnetur, sed aliqualem summariè tantum præcedere debere iure existimet, & licet Baiard. in additio. ad Clar. d. q. 47. num. 16. testetur in statu Ecclesiastico passim, & indistinctè nulla facta probatione de causa timoris, partes cogi ad præstandum dictam cautionem, data prius simili cautione per partem hoc petentem. Est tamen aduertendum, vt eius protestatio vera sit, non vt statim Iudex, & ex abrupto cauere eum, de quo asseritur timere ad cauendum, sed tantum, vt faciat illum citare ad cauendum vel ad faciendum ipsi præceptum de non offendendo, vt paulo infra dicam, & tunc citatus, seu præceptatus, comparendo allegabit quicquid sibi videbitur ad sui defensionem, & consequenter ad hoc antequam cautionem præstet aliqualis præcedet causæ cognitio, & ita benè apud nos seruatur, & practicatur. Et in proposito vide Vrbis statutum lib. 2. cap. 29. vers. & si pars conuenta. Et adde etiam pro hac conclusione Moron. de fide, &c. q. 169. nu. 8. in fi. Hier. de Monte, q. 7. nu. 2. vers. ista tamen cautio, & Simō de Præt. cons. 188. num. 16.

19 NONA sit conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quod qñ periculum est in mora imminētis offensionis, aut ne pars de qua timetur, aufugiat, vel etiam notoriæ essent inimicitiæ, & causæ, propter quas conuenit prouidere cum cautionibus, aut generaliter si Iudex videt, q̄ adhibendo causæ cognitionem datur occasio calumniæ, ijs (inquam) & similibus casibus non est prohibitum Iudici partes ad cauendum cogere, nulla præcedente citatione & causæ cognitione, secundum Hercul. d. cap. 3. num. 10. vers. Nisi de ea constaret, & num. 11. & c. 42. num. 28. Nec dissentit Clar. in pract. §. fin. d. q. 47. vers. sed numquid, ibi *Ego tamen plerumq; &c.*

20 Et si Iudex interim, quod discutitur, an cautio sit præstanda, nec ne, existimat benè esse facere pænale præceptum de non offendendo parti, de qua timetur, Non est dubium, quod absque alia citatione, & causæ cognitione poterit relaxare tale præceptum, quòd non nisi bonum opus operari potest, prout in specie aduertit Andr. Gayl. de pac. publ. lib. 1. d. c. 2. num. 16. & c. 3. num. 6. faciunt, quæ dixi supra num. 13. & voluit etiam Fely. in rubr. de treg. & pac. num 10. col. 2. in fin. Idem est, quando iudex non requirit fideiussorem, sed nudam, & iuratoriam cautionem.

21 DECIMA sit conclusio propositæ octauæ conclusionis declaratiua, quòd si nulla præcedente causæ cognitione, & indebitè Iudex coegerit partem ad præstandum istā cautionem, non solum facit iniustitiam. Paris. cons. 168. n. 8. & 9. lib. 4. propterea tenetur parti ad interesse, secundū Hercul. in tract. de caut. d. c. 3. nu. 5. vers. sed nonne Iudici, vbi amplius, quod isto casu Iudici iniustè, & de facto procedenti resisti pōt. & num. 8. sed etiam is, qui cautionem præstitit poterit semper opponere cautionem fuisse metu extortam ab ipso iudice, & propterea inde non oriri actionem ad pœnæ conuentionalis exactionem. Sed moneo, caueant oēs hanc cautionem præstare, & si fuerint grauati, appellent, seu recurrant ad Superiores, quia alias adueniente contrauentione, talis exceptio, credo, ipsi parum suffragabitur.

22 VNDECIMA sit conclusio, quòd Iudex tam ex officio, quàm ad instantiam partis potest cogere ad cauendū de non offendendo non solum eum, qui offendit, vt caueat amplius non offendere offensum, sed etiam ipsum offensū, ne reoffendat eum, à quo offensionem recepit, seu alias inimicitiæ causam dedit, secundum Bart. Alex. Imol. in l. qui bona §. si quis iusta. ff. de damn. infect. Abb. in cap. litteras de restit. spoliat. & in cap. 1. in 6. notab. extr. vt lit. non contest. Felyn. in rubr. de treg. & pac. col. pen. in 8. declaratione, vbi respondet contrarijs Rip. in rubr. de iudic. post num. 14. vers. præmissa etiam Vbi testatur de communi, & in rubr. ff. de damn infect. num. 20. & seq.

Vbi proponit contraria, & illis respondet. Paris. cons. 168. col. fin. lib. 4. plenè, Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 6. nu. 14. & seqq. reprobatis Ang. Roma. & Castren. contrarium tenentibus in d. §. si quis iusta, & ibi pariter contrarijs respondet. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 7. c. 1. post num. 8. Ant. Gomez. de delict. cap. 6. rubr. de iniur. num. 16. vers. quòd notabiliter ostende, Clar. in practic. §. fin. q. 47. vers. sed pone, vbi etiam de communi, ex Rip. in loco præcitato, Moron. de fide, &c. q. 170. num. 7. Vulpell. in tract. de pac. q 75. vbi testatur de receptiori Doctorum opinione, cum temperamento tamen, vt iudex in hoc mitius semper agat cum offenso, quàm cum offendente, præsertim si offendens fuerit diues, & nobilis, offensus autem pauper, & ignobilis, & in proposito vide Vrbis statutum lib. 2. cap. 29. in principio.

23 DVODECIMA conclusio, quod Iudex non potest cogere vnam solam partem ad præstādum cautionem, qñ altera pars etiam iustè timens petit sibi recaueri, secundū Bar. in l. qui bona. §. si quis circa, in fi. ff. de damn. infec. refert, & sequitur Fely. in rub. de treg. & pac. col. pen. in 6. declar. & Rip. in rubr. ff de dam. inf. n. 19. Moron. de fide, &c. q. 169. n. 5. & seqq. & q. 170. nu. 2. in qua materia, quæ quotidiana est, & vario modo antiqui loquuti sunt, vide tradita per Hercul. in trac. de caut. de nō offen. c. 31. n. 1. & seqq. vbi alijs antiquiorib. relatis, facit cōclusionē, q̄ si Iudex iussit uni ex partib. dari cautionē de nō offend. alia uerò pars cautionē non dedit, nō ualebit obligatio illius, qui cautionē pstitit, & cōtraueniendo nō tenetur, quia talis obligatio intelligi debet prout de iure, & si adhuc non cauit, nec ēt tenetur cauere nō præstita prius p aduersariū cautione. Nō .n. iustū videtur contractū claudicare, ut ibi per eū usque ad nu. 7 11. & seq. vbi amplius, q̄ is, qui dedit cautionē pōt petere illā cassari, & reuocari aduersario existente cōtumace; vel recusante similē cautionē præstare. Verū præmissa omnia declarat ibidem nu. 7. & seqq. non procedere, qñ Iudex causa cognita videt ex parte vnius adesse iustum timorē, ex parte verò alterius nō, quia tunc nihil est q̄ impediat

diat, vt ad cauendum cogere poſſit eum ſolum, de quo iuſtè timetur, & talis cautio, & obligatio ſine dubio valebit, quòd & idem voluit Moron. de fide, &c. q. 170. nu. 1. vbi quòd decipiuntur contrarium tenentes, & hanc eandem declarationem latius comprobat idem Hercul. in eod. tractat. c. 6. nu. 1. & ſeqq. Addito rurſus, ꝙ ét in caſu, in quo ex vtraque parte adſit iuſtus timor, ſi vnus fuerit diues, alter verò pauper, poterit admittere eundē pauperem ad cauēdum pro minori ſumma, quam ſit ea, pro qua diues cauebit, vel etiam ſi prorſus impotens erit eundem admittet ad iuratoriam cautionem. Nec à prædictis per Hercul. vt ſup. traditis diſſentire videntur Bertaz. in conſ. 18. nu. 7. & ſeq. lib. 1. & Vulpell. cōſ. 2. nu. 36. & conſ. 3. nu. 30. vbi quod iſto caſu etiam inter contrahētes aliquo modo ſeruari poteſt inæqualitas, ſi ita iudici viſum fuerit. Quibus adde omnino Vulpell. in tract. de promiſſ. de non offend. q. 79. vbi multum magiſtraliter loquendo apertè demonſtrat, & etiā exemplificat in iſta materia cautionis de non offendendo, poſſe contractum claudicare, tàm reſpectu præſtandæ, vel non præſtandæ cautionis, quàm etiam reſpectu ſummæ, ꝓ qua cauendū eſt arbitrio Iudicis iuxta exiſtentiam, & non exiſtentiam timoris illius, qualitatem, & quantitatem, ac etiā iuxta qualitatē perſonarum, quæ pauere debent, & q. 81. firmiter concludit, quòd ſi vna tantum pars cautionem præſtiterit, fueritq; illi contrauentum, locus eſt exactioni pœnæ conuentionalis, etiam quòd altera pars non cauerit. Et ſi quis proteſtatus fuerit non ualere cautionē, donec ꝑ alteram partem fuerit præſtita reciproca cautio, inquit ibi Vulpell. quod Iudex talem pręſtationem admittere non debet ſequitur Bertazz. conſ. 183. num. 13. lib. 1. præſertim, quando proteſtatio non fuit parti notificata, vt ibi per eū. Et quidem Vulpellus eo loci verum dicit, quando Iudex dictam proteſtationem (prout ipſe loqui videtur) non admiſit, ꝙ ſi eam admiſerat, prout admiſiſſe cenſebitur tacendo, & aliud non interloquendo ad trad. per Curt. in l. pacta nouiſſima, nu. 14. C. de pact. Et tunc ſi cautio fuerit pręſtita ſub conditione, vt non teneatur fideiuſſor, donec aduerſarius cauerit, addita præſertim clauſula, *Non aliter, alias, nec alio modo*. poſſet dici conditionem ſtipulationi adiectam eſſe attendendam, ad trad. per Grat. reſpon. 138. lib. 1. quē in propoſito omninò videas: Et quid ſi cautio fuerit præſtita etiam ab altera parte, ſed non in ea forma, in qua fuit proteſtatum, vt puta ſi pro minori ſumma, an ſaltem in dicta minori ſumma; & in eo, in quo cautiones ſunt concordes, non obſtante proteſtatione prædicta firma, & efficax remaneret prima cautio. Videtur dicendum, quòd ſic, ex allegatis per Laur. Abocc. in conſ. crim. diuerſ. 66. lib. ſecundo. Cuius contrarium, & credo verius, in eadem facti ſpecie conſuluit Io. Ronchagalli cōſil. 68. eod. lib. 2. & eſt de mente Grati in d. conſ. 138. nu. 5. verſ. melius verò conſiderando. Nec iſto caſu crederem, prout dicit Bertazz. in d. conſ. 183. in fin. Proteſtationē eſſe parti intimandam, tum quia eadem proteſtatio facit obligationem conditionalem, & conſequenter ante conditionis euentum impedit ortum obligationis abſq; alia intimatione, tū etiā, quia huiuſmodi cautiones præſtantur ad inſtantiam fiſci, vel ex Iudicis officio in actis, quæ quidem acta inter Iudices, & partes rem notoriam faciunt abſque alia intimatione. Et demum vide in propoſito ſtatutum Vrbis lib. 7. cap. 29. verſ. & ſi pars, & Hercul. Siluestr. conſ. crim. diuer. 97. nu. 13. tom. 2. vbi dixit ad validitatem promiſſionum de non offendendo non requiri, ꝙ ſint reciprocæ maxime, quando ab altera parte non fuerit petita; Iudicis enim arbitrio reſidet, an cogi poſſit is, à quo petitur cautio ad illam præſtandam.

24 DECIMATERTIA concluſio, quòd Iudex incōpetens non poteſt cogere partes ad cauendum inter ſe de non offendendo, & ſi partes coactæ cauerint abſque eo, ꝙ declinatoriam exceptionem oppoſuerint, non per hoc cenſentur Iudicis iuriſdictionem prorogaſſe, argumento tex. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi quis ex his. ff. ſi quis caut. & quia talis promiſſio, ſeu cautio videtur habere in ſe tacitam conditionem, quatenus ſcilicet coram illo Iudice ſic præſtita valeat, & non alias, ſecundum Cyn. Bart. Bald. & Alex. in locis relatis per Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 47. num. 1. & ſeqq. vbi huius concluſionis affert tres declarationes, quas ibi per eum videas.

ARGVMENTVM.

Cogi ad præſtandum cautionem an poſſit quis non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis conſanguineis, & quibus, & an etiam de non offendendo conſanguineos petentes cautionem, & quos.

SVMMARIVM.

Cogitur quis ad cauendum de non offendēdo non ſolum principalem petentem cautionem, ſed etiam de non offendendo eius filios, familiares, affines, conſanguineos, complices, adhærentes, amicos, ſequaces, & ſimiles, num. 25.

Cogi poteſt quis ad cauendum non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis amicis, familiaribus, conſanguineis, affinibus, adhærentibus, & ſequacibus, num. 26. Contra, num. 27.

Cauere licet quis cogi poſſit pro ſe, ſuis amicis, & conſanguineis, non tamen poterit cogi pro amicis amicorum, aut pro conſanguineis conſanguineorum, num. 28.

Cautio hodie in ſtatu Eccleſiaſtico non præſtatur pro amicis, adhærentibus, & ſequacibus, ſed tantum pro affinibus, & conſanguineis vſq; in tertium gradum ſecundum ius canonicum computandum, num. 29. Declara, vt num. 30.

Cauere quis non cogitur pro ſuis conſanguineis non beneuolis, ſed inimicis, num. 31. Item nec pro conſanguineis rixoſis, & diſcolis, & nihil habentibus in bonis, num. 32.

Cauere non cogitur quis pro conſanguineo, qui ſit rixæ author, & principalis, num. 33. Contrarium ſeruatur de facto, num. 34.

Cauens de non offendendo pro ſuis conſanguineis, ſi pœnam ſoluat pro contrauentione vnius conſanguinei habet regreſſum pro ſua releuatione contra offendentem, & contrauenientem, num. 35.

QVÆST. CVII. PARTE I. ARTIC. III.

25 PRIMA ſit cōcluſio in hoc 3. articulo, quod cogi ad cauendum poteſt quis non ſolum de non offendendo principalem petentem cautionem, ſed etiā eius filios, familiares, affines, conſanguineos, complices, adhærentes, amicos, ſequaces, & ſimiles, ſecundum Bar. qui tantum de amicis loquitur, & multo magis de alijs conſanguineis, & affinibus in l. illicitas. §. ne potentiores, nu. 5. ff de offic. præſid. Felyn. in rub. de treg. & pac. nu. 10. in fin. & ſeq. in 5. declarat. vbi in propoſito etiam declarat, qui dicantur familiares, adhærentes, complices, & conſortes. Rip. in rub. ff. de damn. infect. num. 12. & ſeq. vbi arguit pro, & contra, & poſtea cum Bar. concludit, quòd ſic, quando petens cautionem dubitat de ſuis amicis, ne offendātur amore ſui, & ex eadē cauſa, propter quam ipſe dubitat, ſecus ſi ex alia, & benè dicit, quia tunc debet amicus ille ex ſeipſo, & ex propria cautionem petere, ſequitur Petr. à Placi. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. nu. 8. fol. mihi 116. & latiſſimè explicat Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 7. per totum.

Vbi etiam idem pro tutoribus, & curatoribus; pro Clericis, & religioſis, ne dum pro laicis, & tam pro maſculis, quam pro fœminis, & benè etiam declarat, qui dicantur complices, conſortes, ſequaces, adhærentes, & de familia.

26 SECVNDA concluſio, quòd cogi poteſt quis ad cauendum non ſolum pro ſe, ſed etiam pro ſuis amicis, familiaribus, conſanguineis, affinibus, adhærentibus, ſequacibus, & ſimilibus, ſecundum Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, n. 5. verſ. ſed nunquid. ff. de off. præſid vbi loquitur tātum pro ſe, familiaribus, & cōplicibus, Fely. in rubr. de treg. & pac. nu. 10. in fi. & ſeq. in 5. declarat. vbi loquitur magis generaliter de complicibus, & adhærentibus. Bal. in l. 1. in fin. C. de Epiſc. & Cler. à quibus nec diſſentire

videtur Hercul. in tract. de caut. de non offen. cap. 8. nu. 1. & seq. Moron. de fid. &c. q. 170. nu. 8.

27 Contrarium quod quis cauere non teneatur, nisi pro filijs, aut alijs descendentibus, quos in potestate habet, aut pro illis tantum de familia, quibus quis prohibere potest ne delinquant, & sic pro sibi subditis non pro alijs apertè voluit Rip. in rub. ff. de dam. infect. num. 16. versic. ego crederem, prout in filijs, & familiaribus sibi subiectis loquitur. Salyc. in l. denunciamus, num. 2. C. de his, qui ad Eccles. confugiunt. Et ita etiam sensisse videntur Abb. & Curt. in locis relatis per Hercul. vbi supra dict. cap. 8. nu. 2. Vbi hanc contrariam opinionem ponit sub colore declarationis ad precedentem opinionem, & expressè firmat Vulpell. in tract. de promiss. de non offen. q. 87. Vbi hanc opinionem credidit veriorem circumscripto stylo, de quo mox dicam, & pluribus comprobat, & exornat Lader. Imolens. cons. 208. num. 2. & seqq. Vbi dixit constantissimam esse omnium sententiam, quod nemo teneatur cauere pro altero, nisi ei subiectus sit, ita vt valeat prohibere, quamuis malè agat: Nec ab hac contraria opinione dissentit Cephal. cons. 587. num. 37. & seq. lib. 4.

28 TERTIA conclusio, quòd quando quis pro se, & suis amicis, & consanguineis cauere cogitur, de non offendendo amicos, & consanguineos petentis cautionem, iuxta tradita supra in præcedentibus conclusionibus. Tūc inquam non intelligitur, vt talis cautio tam actiuè, quàm passiuè præstari debeat pro amicis amicorū, seu consanguineis consanguineorum per regulam, quod socij mei socius socius meus non est, sed tantum erit talis cautio danda, aut pro omnibus consanguineis, & affinibus vsque ad decimū gradū, vel potius pro illis, qui sunt successibiles, nisi adsint aliqui de eadem domo, vel casata, qui licet non sint in gradu consanguinitatis, iustè non possunt timere, & ex eadem causa, quia tūc etiam pro illis cauendum est, colligitur hæc conclusio ex trad. per Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 7. num. 4. ante fi. & 7. vers. dubitari tamen potest, & num. 8.

29 Verum quicquid sit de iure, hodie de cōsuetudine apud nos in Statu Ecclesiastico receptum est, vt quis non caueat pro amicis, adhærentibus, & sequacibus, nec pro omnibus consanguineis, & affinibus, sed tantum pro se, suisq; affinibus, & consanguineis, vsque in tertium gradum secundū ius canonicum computandum de non offendendo aduersarium, eiusq; affines, & consanguineos pariter vsque in tertium gradum, vt supra, prout de hac consuetudine in prouincia Vmbriæ, & Picæni testatur etiam Vulpell. in tract. de promiss. de non offen. q. 83. num. 2. Et facit Bulla Pij IIII. 128. in 2. par. Bullar. in vers. Et quia in cautionibus, vbi prouidet Notariorum quorumdam errori, qui in stipulatione harum cautionum volentes dicere *pro se, & suis consanguineis, &c.* dicebant *pro se, suisq; consanguineis, &c.* Et in proposito vide Vrbis Statutum lib. 2. c. 29.

30 Benè verum est, quod si adsint aliqui amici rixantium, vel etiam consanguinei in remotiori gradu, de quibus iustè timetur ne ab aduersa parte offendantur, tunc Iudex facit illos exprimere in cautione, nec pmittere debet, ut ueniant sub generali clausula amicorum, adhærentium, seu sequacium. Hoc enim esset aperire viam dubitationibus, & disputationibus.

31 QVARTA conclusio, quòd multi sunt casus, in quibus quis cogi non potest ad præstandum cautionem de nō offendendo pro suis affinibus, & consanguineis. Quorum primus est, quando affines, seu consanguinei essent inimici illius, qui ad cauendum cogitur; Bona enim fides non patitur, vt quis pro facto suorum inimicorum promittere teneatur l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & videtur de mente Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores, num. 5. ff. de offic. præsid. prout illum in proposito refert, & inducit Hercul. de caut. de non offend. d. c. 8. nu. 2. & 3. Vbi idem pro illis, qui desierunt esse coniuncti, seu affines, vel qui non reputātur coniuncti. Lader. Imol. cons. 208. sub num. 3. Vbi, quòd quis non teneatur cauere pro suis familiaribus inimicis.

32 Secūdus est casus in consanguineis, & affinibus rixosis, & discolis, qui nihil habent in bonis, ex quibus pro eis promittens releuari indemnis non potest; tunc enim non videtur quis ponendus in manifesto discrimine; si credendum est Hercul. in tract. de caut. de non offen. cap. 49. nu. 11. Cuius tamen sententia vix credo in practica reciperetur, nisi etiam esset bannitus vbi sudo.

33 Tertius est casus, qñ consanguineus est rixæ author, & principalis, quia tunc pro eo non potest alter consanguineus in rixa, & in causa inimicitiæ nullam partem habens cogi ad præstandum cautionem pro eo, quæ enim supradicta sunt intelliguntur de principali inimico, & rixante, q̄ debet cauere pro alijs suis consanguineis. Vnde secus de consanguineo extra rixam, & causam rixę existente, quem vt dixi, iniquum videtur cogi posse ad præstandum cautionē pro principali, cum satis sit, q̄ pro seipso eam præstet, secundum Hercul. vbi supra d. c. 8. nu. 4. & seqq. vbi arguit pro, & contra. Et in hac opinione postea residet, eamq; ēt videtur ampliare in patre, quòd non teneatur cauere pro filio (quod vltimū non credo verum pereat quæ dixi sup. nu. 26. & seq.) Addo pro hac eadē cōclusione Lader. Imol. nuper in luce editū in consi. 208. per tot. ubi pluribus illam comprobat, & exornat.

34 Quamuis, ut verum fatear, quandoq; etiā uiderim contrarium seruatum Principe tamen consultore: Idq; propter publicam Ciuitatis quietem.

35 QVINTA cōclusio, quod promittens non offendere pro se, & suis cōsanguineis, si un⁹ ex d. cōsanguineis pro quibus promissū fuit cōtraueniat, & propterea pmittēs pœnā soluat, habet regressū contra ipsū consanguineū contrauenientē pro releuatione suæ indemnitatis. Quod q̄ verum sit, & de materia vide tradita per Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 33. nu. 23. & cap. 42. nu. 26. & seq. Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pac. par. 2. q. 19. num. 2. & q. 40. nu. 1. & 4. & q. 32. & 39. per totā in discursu fol. 205. & seqq. secundum primam impressionem, & secundum vltimam impressionem q. 151. num. 2. & q. 152. 153. & seq. in discursu fol. 339. & seqq. Vulpell. de pac. q. 57. num. 4. & q. 63. nu. 2. Ex quorum dictis multa colliguntur in proposito, & quidem erit conclusio, quod consanguineus, pro quo fuit promissum, & qui cōtrauenit, tenetur releuare indemnem eum, qui promisit pro eo in tribus casibus. Primo si ita expressè se obligauit. Secundò si promissionem pro eo factam ratificauit, quamuis non expressè promisit releuare indemnem promissorem. Tertiò, quando promissionem factam pro eo sciens illam dolo fregit, & contrauenit, vt faceret incidere in pœnam promissorem, secus verò videtur si ignorans, & non ratificans sine dolo contrauenerit, vt ibi per eos, qui alia ponunt in materia, de qua etiam vide infra art. 21. nu. 272. & seqq. vbi latè posui an, & quando non ratificans offendens teneatur ad pœnam, & qualis debeat esse talis ratificatio.

In qua quidem materia notabiliter aduerte, quòd quamuis Hercul. & Vulpell. in locis præallegatis videantur concludere, q̄ si cōsanguinei, pro quibus fuit promissum de aliquē non offendendo, promissioni prædictę contrauenerit; teneantur promissorē releuare indemnem à pœna pro eis promissa, quamuis expressè dictam promissionem non ratificauerint, si non iure actionis saltem ex Iudicis officio, & ex quadam æquitate, volente, vt quis alteri damnum resarcire teneatur, quod culpa, & facto suo præstatur. ad tex. in l. 2. §. item si in facto, ubi præsertim Alciat. nu. 4. ff. de verbor. obl. & ēt ex regula c. fi. de iniur. q̄. f. qui causam damni dat, damnum ipsum dedisse uidetur. Idq; præsertim procedere dixerit Moron. in d. q. 154. qñ quis promittit pro suis consanguineis coactus uigore alicuius constitutionis, seu Statuti, volentis, q̄ cautio præstanda sit, non solū pro se, sed etiā pro cōsanguineis, quia tunc datur repetitio pœnæ solutæ in casu contrauentionis, etiam à consanguineis non ratificantibus, vt ibi per eum. Aduerte inquam, quod præmissa sic simpliciter firmata minimè uera videntur. Nā si consanguineus, pro quo fuit promissum, omnino ignorat pœnalē promissionem pro eo factam, iniquum videtur vt pœnam resarcire teneatur promissori, cum etiam & isto casu nulla videatur culpa uera, aut præsūpta, ex quo ignorantia illā omnino excludit, & hoc credo nō habeat difficulta-

cultatem, vt probaui infra num. 294. Si verò conſanguineus dictæ promiſſionis pro eo factæ notitiam habuit, & illam ratificauit, tunc benè crederem contraueniendo teneri ad pœnam,& contra ipſum dari actionem mandat. cum ratificatio mandato comparetur, prout benè voluit,& loquitur Hercul.d.c.33.num. 23. Sic & pariter idē iuris cenſerem, quando conſanguineus ſciens dictam promiſſionem, illi contrauenerit dolo, & animo damnificandi promiſſorem, vt pœnam ſolueret, quia tunc etiam, ꝙ expreſsè non ratificauerit debet ipſi promiſſori reſarcire damnum, ꝙ ſuo dolo patitur, & in iis terminis poſſent procedere tradita per præallegatos Doct. Verum ſi ceſſet expreſſa ratificatio, & etiam ceſſet dolus, & mala intentio inferendi damnum promiſſori, ſi conſanguineus, pro quo fuit promiſſum, etiam ꝙ promiſſionem ſciuerit, & non contradixerit ex ſua particulari inimicitia, & cauſa, contrauenendo dictæ promiſſioni offenderit inimicum ſuum; & tūc ipſum offendentem ad pœnam conuentionalem pro eo promiſſam, nec principaliter fiſco, nec etiam releuando promiſſorem, ſi pro eo ſoluerit, vllo pacto teneri multo verius crediderim, per ea, quæ latius dixi infra art. 21.nu. 293. Nec moueat te declaratio Moroni in d.q.154.quoniam vltra ꝙ non reperio aliquam conſtitutionem in ſtatu Eccleſiaſtico(prout præſupponit Moron.) cogentem aliquem ad cauendum pro ſe, & conſanguineis, cum ad id hodie Iudex ſubditos cogat non in vim conſtitutionis, ſed vigore, aut iuris communis,aut ſtili, & conſuetudinis, prout dixi ſupra num.26.& ſeq. Adhuc tamen etiam, ꝙ talis coactio fieret, ſic mandante aliqua conſtitutione, ſeu Statuto, neſcio videre rationē diuerſitatis, cur non idem dicendum ſit in eo, ꝙ dicitur, quando Iudex cogit ex vi legis, aut conſuetudinis, ſtante veritate illius concluſionis, ꝙ omnia Statuta, & conſtitutiones recipiunt interpretationem paſſiuam a iure communi, & etiam à conſuetudine ad trad. per Rolan. poſt alios, quos allegat in conſ.37.num.2.lib.2. & conſ.62.num.6.& ſeq.& conſ.72. num. 28.32. & ſeqq.lib.3.Cæphal.conſ. 25. num. 27.& ſeqq. lib.1.& conſ.257. num.9.lib.2. Ex quibus concludo, ꝙ ſiue quis cogatur ad cauendum pro conſanguineis vigore iuris communis, aut ſtyli, ſiue etiam vigore alicuius particularis Statuti, vel conſtitutionis, nunquam conſanguineus pro quo promiſſum fuit teneatur ad pœnā, niſi aut expreſsè promiſſionem ratificauerit, aut dolo cōtrauenerit, vt promiſſor pœnam ſolueret, & ita me patrocinante, de præſenti anno 1601. fuit reſolutum in Camera Apoſt. in vna Aſculana pœnæ conuentionalis pro Bruto Odoardo contra Mutium Miglianum, & fuit magna reſolutio, quia, vt verum fateat, res non tranſibat ſine difficultate.

ARGVMENTVM.

Cautio de non offendendo an; & quando præſtanda ſit cum fideiuſſore, vel ſine.

SVMMARIVM.



Cautio de non offendendo regulariter præſtari debet cum fideiuſſore, & non ſine, num. 36. Licèt alij contra, num. 37.

Pauper non inueniens fideiuſſorem admittitur ad iuratoriam cautionem, num. 38. Niſi contrarium Iudici ex aliqua iuſta cauſa viſum fuerit, num. 39.

Iudicis arbitrio remiſſum eſt, an cautio de non offendendo præſtanda ſit cum fideiuſſione, vel ſine, num. 39.

Cautio de non offendendo, quando præſtatur Iudicis officio, tunc fideiuſſorem non habens admittitur ad iuratoriam cautionem, ſecus ſi cautio præſtetur ad inſtantiam partis, nu. 40.

Cautio de non offendendo ſi requiratur à perſona rixoſa, malæ conditionis & famæ, tunc ſi is fideiuſſorem non habet, non admittitur ad iuratoriam cautionem, ſecus ſi ſit perſona bonæ famæ, & talis, vt de ea non multum timeri poſſit, num. 41.

Forenſes non inuenientes fideiuſſorem an, & quando admittantur ad iuratoriam cautionem, num. 42.

Fideiuſſorem præſtare non tenetur is, qui ſine fideiuſſione ſoluendo eſt, num. 43. Contra, num. 44.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. IIII.

36 EGVLARITER cautionem de non offendendo præſtandam eſſe cum fideiuſſore ſcripſerunt Bar. poſt Guliel. de Cun. quem allegat in l. illicitas §. ne potentiores, num. 4.ff. de offic. præſid. vbi arguit pro, & contra,& poſtea ita tenet. Sequitur Salyc.in l.denunciamus, num.2.C.de his, qui ad Eccleſ. confug. Alb. in l. non eſt veriſimile,in prin. verſ.ſed vide dubitari.ff.quòd metus cauſa. vbi teſtatur ita ſeruari de conſuetudine. Fely. in rubr.de treg.& pac.num.10.in 2.declarat. Rip.in rub.ff.de dam.infect. num.9. in fin. & ſeq.per tex.in c.literas, ibi, *ſufficienti ſecuritate promiſſa.* Et in c. ex tranſmiſſa,ibi, *ſufficienti cautione recepta*, de reſtit. ſpoliat. quæ iura loquuntur in ſimili cautione de non offendendo vxorem alicuius, probantq́; talem cautionem eſſe præſtandam cum fideiuſſore duplici ratione. Primo, quia verbum *cautio*, adiunctum verbo *ſufficienti*, intelligitur cum fideiuſſione,ſecundum glo.in c.ad noſtram de iur. iuran.& in c.quanquā fideiuſſionē l. ſi cuius, & l.ſeq. ff. de vſufruct.Petr.à Plach. in epitho. delict. lib. 1. cap.7.num.2. Vbi, ꝙ hæc concluſio communi Doctorū conſenſu approbata eſt. Clar.in pract. §.fin.q.47.n.5. verſ.ſed quæro. vbi, ꝙ ita vidit ſeruari.Hercul.de caut.de non offen. cap. 4. num.3.verſ. ſed in contrarium,& nu.4.& 5. vbi, ꝙ ita ſeruat conſuetudo, & num. 6.vbi amplius, quòd non ſufficit dare fideiuſſorem,niſi is fuerit idoneus,& approbatus, prout Peruſiæ ſeruatur, & num.10. 13. & 14. verſ. poſtremo aduertendum. Vulpell. de promiſſ. de non offen.q. 76.concordat Vrbis ſtatutum, lib. 2. cap.29.

37 Quamuis contrarium ſuaderi videatur ex trad.per Rip. in rub.ff. de dam. infect.num.9. in princ. & per Herculan. in tract. de non offend. cap.4.num.1. & ſeq.

38 Verum, quia hæc regula patitur aliquas declarationes, ideò pro illius reſolutione facias infraſcriptas concluſiones.Quarū prima ſit, ꝙ ſi is,qui cauere debet ꝓpter paupertatem fideiuſſorem non inueniat, admittitur etiam regulariter ad iuratoriam cautionem,Clar.in pract.§.fin.quæſt. 47. num. 5. verſic. ſed quæro, Hercul. de caut. cap. 5. num. 11.& ſeq. Vulpell. in tract.de promiſ. de non offend. quæſt.77.num.1.& 2.

39 SECVNDA ſit concluſio præcedentis primæ concluſionis declaratiua, ꝙ licèt regulariter fideiuſſorem non inueniens admitti debeat ad iuratoriam cautionem, hoc tamen fallit, niſi ex aliqua iuſta cauſa contrarium Iudici viſum fuerit,& ſic arbitrio Iudicis remiſſum eſt,an cum fideiuſſore, an verò ſine, caueri debeat, ſecundum Anton. Gomez. de delict. cap. 6. num. 17. Vbi, ꝙ iſto caſu Iudex hoc arbitrabitur ſecundum qualitatem perſonarum, quā veriſimiliter exiſtimauerit poſſe, vel non poſſe fideiuſſorem inuenire. Nicol.Moron.de fide,treg &pac.q.170.nu. 3.Menoc. de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 140.il 1.nu. 2. & caſu 140.il 2.nu.6.Hercul.de caut.de non offen. c. 4. num.5. in princ.& d.nu.5.in fi. verſ. Et hæc conſuetudo, & nu.7. ad med.& c.5.nu.13. Vulpell. in tract.de promiſs. de non offen.quæſt. 77. num. 3. Quomodo autem iſto caſu Iudex arbitrium ſuum regulare debeat ex infraſcriptis concluſionib.facilè perſpicies.

40 TERTIA ſit concluſio, ꝙ qñ Iudex ex officio cogit aliquem ad præſtandum cautionem, ſi is,qui cogitur, fideiuſſorem non habeat, admitti debet ad iuratoriam cautionem; ſecus ſi procedat Iudex ad partis inſtantiam, Felyn. in rubr.de treg. & pac. nu.10.in 2.declarat. & Felyn.refer. Petr.à Plach.in epith. delict.lib.1.cap.7.nu.2 .in fi.Hercul. de caut.de non offen.cp.7.nu.16.verſ.quinto declaratur. Verum de hac concluſione dubitat, & non ſine ratione Rip.

Rip.in rub.ff.de damn.infect.num.11.in fin.

41 QVARTA conclusio, quod si is, à quo petitur cautio, est persona multum suspecta, puta, quia sit rixosa, malæ conditionis, & famæ, & talis, quod valde timendum esset ne offenderet, non obstante sua obligatione, & iuramento, & tunc Iudex non debet istum admittere ad iuratoriam cautionem, secus autem si esset persona bonæ famæ, & talis, vt de ea non multum timeri posset. Rip. in rub. ff. de dam. infect. sub num. 11. vers. præterea, vbi persona est suspecta. Clar. in pract. §. fina. q.47. num.5. vers. sed quæro, in fin. vbi, quòd isto casu, & istas personas paupertas non excusat, eo quia homines malæ vitæ, & conditionis, quanto sunt pauperiores, tanto etiam sunt promptiores ad delinquendum, cum non timeat confiscationem bonorum, quæ non habent. Et propterea mittuntur in exilium; donec cautionem inuenerint. Hercul. de caut. de non offen. cap.4. num.4. & 13. in fi. vers. sexto declaratur. Vulpell. in tract. de promiss. de non offen. q. 77. num. 3. & 4. vbi pariter, quod huiusmodi scandalosi, & rixosi homines fideiussorem non inuenientes in exilium mittuntur, & relegantur, nedum propter Reipublicæ quietem, sed etiam, vt eorum animi ad pacem, & honestè viuendum deflectantur.

42 QVINTA conclusio sit, quòd forenses non inuenientes fideiussorem debent admitti ad iuratoriam cautionem, quod an verum sit, & quando, vide Bart. Bald. & Ang. in l. sed, & si susceperit. §. fin. ff. de iudic. quorum dicta reassumit Fely. in rubr. de treg. & pac. nu. 4 declarat. 3. & ex illis videtur concludere, quòd si forensis est vagabundus, & de eo timetur, ne alium offendat, sine dubio poterit cogi ad cauendum, si verò non est vagabundus, & tunc aut ille forensis est solum in itinere, & non solitus conuersari in loco, vbi de eo timetur, & tunc non potest cogi ad cauendum in eo loco, quia actor debet sequi forum rei, & is, qui timet potest tàm diù latere, quàm diù durat transitus, si verò est solitus ibidem conuersari, & tunc si de eo quis suspicatur, poterit ad cauendum cogi, quia ex facto suo oritur in eo loco suspitio, à quibus nec dissentire videtu r Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. num. 6. fol. mihi 115. Et isto casu secundum Bald. in loco præcitato videtur posse cogi ad satis dandum de non offendendo, & sic cum fideiussore, cuius contrarium voluisse videtur Anton. Gomez. de delict. cap. 6. num. 17. vbi dixit Aduenam non recipientem fideiussorem, admitti ad iuratoriam cautionem, nec dissentire videtur Hercul. de caut. de non offend. cap. 11. num. 1. Vbi relatis dictis Antiquorū prædictorum, An scilicet forensis possit cogi, vel non cogi, ad præstandum hanc cautionem, concludit, quòd in casu, in quo cogi potest, secundum distinctionem prædictam, & vbi iusta timoris causa vigebat, si cautionem non inueniat, ad iuratoriam admittetur arbitrio tamen Iudicis.

43 SEXTA sit conclusio, quòd fideiussorem præstare non tenetur is, qui sine fideiussione idoneus, & soluendo est, & immobilia possidet Bart. post Guliel. de Cun. quem allegat in l. illicitas. §. ne potentiores, num. 4. ff. de offic. præsid. sequitur Salyc. in l. denunciamus, num. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. num. 2. in fine. Hercul. de caut. cap. 4. num. 4. vbi refert Gul. de Cun. & Barr. in d. §. ne potentiores, & num. 8. & 14. versic. aduertendum præterea, Vulpell. in tract. de promiss. de non offenden. quæst. 76. num. 1. versic. verum mihi. Vbi hanc sententiam iustiorem, & æquiorem credidit.

44 Contrarium, quòd immò etiam diues, & immobilia possidens cogi possit ad præstandum fideiussores, voluit Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 9. versic. mihi autem videtur indistinctè. Clar. in pract. §. fin quæst. 47. num. 5. vers. sed quæro. Vbi quòd ita apud eum seruatur, & ita in Vmbria, & Piceno seruari testatur. Vulpell. in tracta. de promiss. de non offendend. quæst. 76. num. 2.

ARGVMENTVM.

Cautio de non offendendo quanto tempore duret, & per quantum tempus dari debeat.

SVMMARIVM.

Cautio de non offendendo non debet præstari in perpetuū, sed ad tempus, num. 45.

Cautio de non offendendo quanto tempore duratura sit, Iudicis arbitrio remissum est, num. 46.

Cautio de non offendendo non debet præstari, vt duret vltra decem annos, num. 47.

Cautio de non offendendo potest præstari, vt duret in perpetuum, quādo Iudex ita arbitretur ex aliqua iusta causa, num. 48.

Cautiones de non offendendo in Vrbe præstantur sine præfixione termini, num. 49.

Cautio præstita sine tempore durat in perpetuum, num. 50.

Ius agendi ex præstita cautione de non offendendo, præscribitur spatio viginti annorum, num. 51.

Cautio de non offendendo finito tempore, pro quo præstita fuit, debet renouari, num. 52.

Cautio de non offendendo, pro quanto tempore præstari debeat, attenditur stilus, & consuetudo, num. 53.

Cautio de non offendendo præstita, durante tempore Prætoris, & post duos menses finito dicto tempore, expirat absque alia declaratione, num. 54. Et quid si idem Prætor confirmetur in officio, num. 55. & seq.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. [illegible]

45 PRIMA sit conclusio, quòd cautio de non offendendo, non debet præstari in perpetuū, sed ad tempus, sic enim communiter concludunt omnes Doctores infra allegati in secunda conclusione, quos hic repetere superfluum est, & hæc conclusio sine dubio communiter recepta est.

46 SECVNDA est conclusio, quòd Iudicis arbitrio remissum est, quanto tempore duratura sit hæc cautio. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, num. 7. ff. de offic. Præsid. reprobata opinione eorum, qui dixerunt hanc cautionem durare debere per 30. dies, argum. tex. in §. sed neque, in Auth. de mandat. Princip. & ante Barr. hoc idem voluit Guliel. de Cun. in l. denunciamus, num. 35. C. de his, qui ad Eccles. confug. & post istos Ang. in l. dies cautioni, & ibi etiam Alex. num. 5. ff. de damn. infect. Idem Ang. & Imol. in l. qui bona. §. cæterum. ff. eod. Felyn. in rubr. de treg. & pac. num. 10. in tertia declarat. Rip. in rubr. ff. de damn. infect. nu. 23. in fi. Vbi non inficiatur hanc esse communem opinionem (licèt eam declaret, & ex declaratione tollatur conclusio) Aufrer. in addit. ad decis. Tolos. 489. Ant. Gomez. in tit. de iniur. nu. 16. post med. vers. vnum tamen est. Vbi testatur de communi Doctorum opinione, Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 7. num. 4. Vbi pariter testatur de communi, reprobato Alber. de contraria communi testante in d. l. illicitas. §. ne potentiores, num. 10. ff. de off. præsid. Clar. in pract. §. fin. q. 47. num. 6. vers. Item quæro. Vbi pariter testatur de communi, & ab ea non esse recedendum admonet, adhuc affirmans opinionem Alber. de triginta diebus non seruari in practica, Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 141. nu. 2. Vbi testatur de vera, & recepta opinione. Hercul. de caut. c. 9. n. 6. & 8. vbi amplius, quòd isto casu arbitrium Iudicis regulari debet ex modo duraturæ inimicitiæ, & ex eo curandum, ne quotidie huius cautionis renouatio fieri contingat. Vulpell. in tract. de promiss. de non offend. q. 78. nu. 1. vbi quòd hanc opinionem communi voto sequuntur Doctores.

47 TERTIA conclusio, quòd istud Iudicis arbitrium poterit extendi vsque ad decem annos, non autem vlterius, secundum Ange. Imol. & Castren. in l. penult. per illū text. in verbo *longum tempus*, ff. de prætor. stipulat. Aufrer. & Fe-

& Felyn. in locis præcitatis. Alex. in d. l. dies cautionis, nu. 6. ff. de damn. infect. Marſ. in l. 1. §. præterea, n. 8. ff. de quæſtio. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 7. num. 4. in fin. Menoch. d. caſu 141. nu. 3. Hercul. de caut. de non offend. cap. 9. ſub num. 6. & 8. in fin. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. quæſt. 188. num. 7.

48 QVARTA eſt concluſio, quòd quandoque Iudex ex cauſa poteſt ſtatuere, vt cautio præſtetur in perpetuũ, & cauſa erit iuſta, quando inimicitia procedit capitalis, & talis, vt illatæ iniuriæ nec etiam longo tempore obliuio inducenda ſit, vt puta, ſi fuiſſet alicui occiſus filius, aut pater, ſecundum Vulpell. in tracta. de promiſſ. de non offend. quæſt. 78. num. 2. & 3.

49 QVINTA eſt concluſio, ſecundum quam apud nos in Vrbe practicatur, quòd Iudex in cautione nullum facere debet præfigere terminum, ſed ſimpliciter eam præſtari mandat, ſecundum Rip. in rubr. ff. de damn. infect. num. 23. Vbi declarando communem opinionem, de qua ſupra in prima, & ſecunda concluſione dixit, diſtinguenda eſſe duo tempora, vnũ ante cautionẽ præſtitã, & aliud poſt cautionẽ. In primo caſu affirmat pſtandã eſſe cautionẽ ſimpliciter, ne detur occaſio differendi offenſionem. In ſecundo caſu præſtita cautio tantum durabit, quantum durabit inimicitia, & cauſa timoris; Iudicis arbitrio, & ita declarat intelligendam eſſe communem opinionem Doctorũ, de qua ſupra in ſecunda concluſione volentium præſtitam cautionem durare arbitrio Iudicis, & quidem hæc Ripæ diſtinctio, & declaratio & rationabilis, & iuridica videtur, quamuis non placeat Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 9. num. 7.

50 SEXTA eſt concluſio, quòd iſto caſu ſi cautio ſit ſimpliciter præſtita durat in perpetuum, ſecundum Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 9. num. 22. & 23. vbi poſt alias relatas opiniones in hac videtur reſidere ſententia, ex Ang. Pariſ. & Ferret. in locis per eum relatis, & potiſſimum motus ratione, quia quando tempus eſt incertum, & dubitatur, an ſit perpetuum, in dubio perpetuum iudicatur, ex Iaſ. quem allegat in l. ſufficit, per illum text. ff. de condit. indeb. cum alijs per Tiraq. de retractu conuentio. §. ſecundo, gloſſ. 1. num. 39. Quamuis contrarium ſenſiſſe videatur Eugen. in conſ. 82. num. 8.

51 SEPTIMA eſt concluſio, ꝙ licèt cautio ſimpliciter præſtita dicatur vt ſupra, in perpetuum durare; ius tamen agendi ex ea præſcribitur, aut ſpatio triginta annorum, aut quadraginta, aut verius viginti, argumen. text. in l. querelam. C. de falſis. quod, & magis placere videtur Hercul. d. cap. 9. num. 24. vbi vide.

52 OCTAVA concluſio, quòd finito tempore præfixo in cautione præſtita. poteſt Iudex cogere partes ad illam renouandam ex cauſa, quæ quidem cauſa ſatis ſubeſſe dicetur, ſi idem Iudex arbitratus fuerit in inimicitiæ rancore durare, & non ceſſaſſe periculum futuri ſcandali, prout videtur de mente Clar. in d. quæſt. 47. ſub eod. verſ. Item quæro, & in practica nullam habet difficultatem, prout etiam aduertit Hercul. de caut. d. cap. 9. nu. 19. vbi amplius dixit, quòd licet partes iſto caſu poſſint cogi ad recauendum. Non tamen poteſt fideiuſſor cogi ad iterum fideiubendum per l. nec emere. C. de inre deliber. cum ſimil. & num. 21. verſ. Et aduerte. Vbi quòd in dubio præſumitur ſubeſſe eadem cauſa timoris ad renouandum.

53 NONA concluſio, quòd in iſta materia præſtandi cautiones, & per quantum tempus præſtari debeat, attendi debet loci ſtilus, & conſuetudo, & hoc non habet difficultatem in practica, & eſt de mente Clar. in pract. crim. quæſt. 47. num. 6. verſic. Item quæro. in vltimis verbis, & voluit Hercul. de caut. de non offend. cap. 9. num. 25. Vbi dixit, quòd tempus de conſuetudine apponi ſolitus in iſtis cautionibus de non offendendo habetur pro appoſito, ſi appoſitum non eſt, & num. 16. vbi affirmat communem eſſe obſeruantiam, quòd iſtæ cautiones dentur per totum tempus ius dicentis officij, & per aliquos dies poſtea arbitrio Iudicis. Vulpell. in tract. de promiſſ. de non offend. quæſt. 78. num. 1. in fine. Vbi quòd iſtæ cautiones dantur, aut durante Prætoris officio, aut ſimpliciter, aut in perpetuum, iuxta curiarum ſtylum, qui attendendus eſt.

54 DECIMA ſit concluſio, quòd ſtante ſtylo præſtandi cautiones durante tempore Prætoris, & per duos menſes poſtea ſtatim, abſque alia declaratione finito dicto tempore, cautio expirat per id, quod in ſimili dicitur de banno dato ad beneplacitum officialis, quòd finiatur abſq; alia declaratione finito officio, ad notata per Doctores in l. centeſimis. §. fin. ff. de verb. obligat. cum alijs in propoſito allegatis per Hercul. in tract. de caut. de non offenden. cap. 31. num. 14. & 15. & per regulam, quòd prohibitum ad tempus, poſt tempus cenſetur permiſſum. l. Imperator. ff. de poſtul. & propterea ſint diligentes Prætores, in principio eorum officij ad faciendum renouare cautiones de non offendendo præſtitas tempore ſui anteceſſoris, ne ob eorum negligentiam offenſiones ſequantur, prout admonet Clar. in pract. queſt. 41. num. 6. ſub verſ. Item quęro.

55 VNDECIMA eſt concluſio, quòd pariter pręſtita vt ſupra, cautione duratura durante officio Prętoris, ſi idem Prętor confirmetur, adhuc cautio expirat, ſecundũ Hercul. vbi ſupra d. cap. 9. num. 15. verſ. quęro ſi Iudex. Nec diſſentit Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pac. quęſt. 188. num. 1. 5. & 6.

56 Verum in propoſito aduertendum videtur, vtrum promittatur Iudici, ſub nomine dignitatis, an verò ſub nomine proprio, iuxta notata in l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & voluit Hercul. de caut. d. cap. 9. num. 24. in fine.

ARGVMENTVM.

De pœna frangentis, & violantis pacem.

SVMMARIVM.



Pacem, ſeu treguam frangens occidendo hominem, capite punitur, niſi ad ſui defenſionem feciſſe probauerit, ſi fuerit captus. Si vero aufugerit, confiſcantur bona. Quòd ſi non occiderit, ſed vulnerauerit, manus amputatur. Si verò ſine ſanguinis effuſione percuſſerit, vel abſque percuſſione inuaſerit, pœna pecuniaria puniendus eſt, num. 57.

Ciuitates, Duces, Marchiones, & Comites, ſeu alij inferiores, pacem violantes puniuntur pęna pecuniaria, num. 68.

Pacem frangens an teneatur pœna criminis læſæ Maieſtatis, nu. 59.

Pacem frangens an, & quando pœna capitis puniatur, & de materia, num. 60.

Pacis publicæ, ſeu priuatæ violator an, & quas aliàs pœnas incurrat, num. 59. & ſeqq.

Miles publicæ pacis violatur quomodo puniatur, num. 60. & quid ſi fregerit pacem priuatam, num. 72.

Pacem priuatam frangens quomodo puniatur, num. 63. & ſeq.

Pacem non iuratam rumpens an, & quomodo puniatur, num. 64.

Pacis violatores quomodo puniantur, vigore Conſtitutionis Marchiæ, num. 65. & ſeqq. Et an eadem conſtitutio ſit ſeruanda in toto ſtatu Eccleſiaſtico num. 66. Et an habeat locum etiam in pacibus factis non in conſpectu Prætoris prout loquitur Conſtitutio, num. 67. & ſeq.

Pacis fractores quomodo puniantur vigore bannimentorum ſtatus Eccleſiaſtici, & Vrbis, num. 69. & ſeq.

Pacis fractores quomodo puniantur, vigore ſtatuti Vrbis, num. 70. & ſeq.

Pacem frangens non per ſe, ſed per alium quomodo puniatur, num. 71.

Clericus violator pacis quomodo puniatur, num. 73.

Pacis violantium pœna de iure communi, vel ſtatutario impoſitæ an ceſſent per pœnas conuentionales, num. 74.

Fideiuſſor in pace, vel promittens vnus pro alio pro obſeruatione pacis non tenetur ad pœnas corporales, & capitales, num. 75.

Pacis violantium ſtatutariæ ſeu bannimentales pœnæ derogant pœnis iuris communis, num. 76.

QVÆST.

QVÆST. CVII. PAR. I.
ARTIC. VI.

57 POENA frangentis, seu violantis pacem, vel treguam, quæ sit, vt dignoscamus, occurrit in primis text. qui communiter ad id allegari solet, in cap. 1. de pace tenend. in vsib. feud. Vbi Bal. in princ. in hunc modum summat, quòd qui hominem sub pace occiderit, capite punitur, nisi ad sui defensionem fecisse probauerit, quando cōparet, aut captus fuerit, si autem aufugerit, bona mobilia publicantur, immobilia autem relinquuntur hæredibus, prius iuramento delato, vt nullum emolumentum delinquenti præstent: quòd si non occiderit, sed vulnerauerit, manus amputatur, si verò sine sanguinis effusione percusserit, vel absque percussione inuaserit, pœna pecuniaria puniendus est. Verum, & nisi fallor, magis perfectè eundem text. summauit Vulpell. in tract. de pac. quæst. 51. num. 1. vbi dixit eo iure occidenti imponi capitalem pœnam, vulneranti pœnam amputationis manus, fustibus percutienti, barbam, vel crines expilanti, pœnam decem librarum, manu autem vacua percutienti pœnam quinq; librarum, & ibidem num. 9. declarat, quomodo intelligatur libra, ibi per Imperatorem loco pœnę imposita, & ex text. prædicto in d. cap. 1. de pace tenen. aduertit Bero. in consil. 114. num. 38. & seq. lib. 1. Quòd pro violata pace bona mobilia non publicantur, sed filijs reseruantur.

58 Succedit deinde text. in cap. 1. §. si quis verò, de pace iuramen. firman. Vbi Ciuitati pacem violanti pœnam centum librarum auri, Oppido triginta. Ducibum, Marchionibus, & Comitibus quinquaginta, Capitaneis viginti, alijs verò inferioribus trium earundem librarum pœna imponitur, prout sic illum text. benè pariter summat idē Vulpell. d. q. 51. num. 1. iuncto num. 9. vbi pariter declarat quantitatem prædictarum librarum auri.

59 Immo Bart. in l. 1. num. 6. ff. ad l. iul. maiest. videtur sentire per illum tex. quòd violator pacis incidit in crimen læsæ maiestatis. Et loquitur Bart. in publica pace facta per duas Ciuitates, & quando offenditur aliquis de vna Ciuitate, cum qua est facta pax, sed quòd immo text. ille intelligatur non de violatore pacis, sed de frangente securitatem datam a Populo Romano, non autem de frangente securitatem datam ab alijs Ciuitatibus recognoscentibus superiorem, cum tunc non illa læsæ Maiestatis grauis pœna, sed mitior, & extra ordinē imponi debeat, scripsit Vulpell. in tract. de pac. d. q. 51. num. 3. & de hac re alibi diximus in materia salui conductus, in qua in specie explicauimus, An scilicet, & quando saluiconductus violator teneatur pœna criminis læsæ maiestatis; Et de qua pœna vide in prima parte titul. de carcer. & carcer. quæst. 29. num. 12. & seqq. & vide etiam Decian. in tractatib. crimin. lib. 2. cap. 16. num. 1. vbi simpliciter dixit, quòd frangentes, seu turbantes publicam pacem, & securitatem incidunt in crimen læsæ maiestatis. Testaturque nōn solùm, quòd ita intelligunt omnes Scribentes, sed etiam quòd hoc est indubitatum. Hæc autem Deciani attestatio apud me multum dubitabilis est, cum pœna criminis læsæ maiestatis sit mortis, & cōfiscationis bonorū, & tamen text. in d. cap. 1. de pac. tenend. & in cap. 1. de pac. iuram. firman. non semper, & indistinctè publicæ pacis violatoribus, & disturbatoribus pœnam prædictam imponunt.

60 Albericus autem de Statutis parte 1. quæst. 51. in princ. dixit simpliciter fractorem pacis capite puniri, & Albericum sic dicentem, refert Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. in 29. quæst. num. 243. versic. contrariam tamen partem. Quòd tu intelligas secundū text. quem allegat in l. vnic. ff. de re milit. & iuxta tradita infra num. 72. scilicet in milite pacis publicæ violatore, non autem in alio, & dixit idē Alber. in eod. tract. de Statutis part. 3. quæst. 18. num. 14. in fine, quòd violatoribus pacis bona publicantur, & quandoque etiam deuastantur, & Alber. sic dicentem, refert, & sequitur Nouel. in pract. crimin. cap. fin. num. 107. quòd pariter intelligas secundum text. quem allegat, & cum declarationibus ibi positis in cap. primo (quem supra retuli) de pac. tenend. in vsibus feudorum.

61 Addo Iodoc. in pract. crimin. cap. 108. in rubr. de pacis ac induciarum violatione, vbi secundum iura benè loquendo dixit, quòd publicæ pacis, seu induciarum non bellis indictarum violator punitur hoc modo; quia si quis aduersarios grassari præsumpserit, restitutione quadrupli, publica infamia, tanquàm publico munere indignus puniendus est, qui verò læserit, amputatione pugni, aut aliàs arbitraria pœna, iuxta facti, & personarum qualitatem, qui verò occiderit, capite plectitur, quòd si quocumque alio modo pacem publicam, aut publicas inducias violauerit, extra ordinem punietur. Addo etiam Melch. de Facin. in causa crimin. diuers. 78. num. 38. iuncto num. 42. lib. 1. in 4. Vbi per tex. in d. cap. 1. de pac. tenen. & in eod. cap. 1. de pac. iuram. firman. quorum iurium dispositionem referendo, videtur cōcludere, ruptæ pacis pœnā esse Iudicis arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem imponendam.

62 REGVLA igitur ex præmissis formari potest sic in genere, quòd pacis, & treguæ violatores puniuntur, vt supra.

63 AMPLIA I. propositam regulam, quia licèt text. in d. cap. 1. de pace tenen. & in cap. 1. de pace iuramen. firman. cum omnibus allegatis supra loqui videantur de violatoribus pacis publicæ, vt puta, inter duas Ciuitates, aut inter duo Castra, attamen idem esse in violatoribus pacis initæ inter singulares personas expressè voluit Bald. in d. cap. 1. num. 1. in fine, de pac. tenend. sequitur Vulpell. in tract. de pac. quæst. 51. num. 2. vbi pariter quòd dictæ Constitutiones locum habent in pace, quę hodiè subsequitur post illatas iniurias, & quæ reconciliatio appellatur; licèt
64 benè videatur requirere, quòd eadem pax sit iuramento firmata, aliàs secus, prout etiam requirere videtur, Viu. opin. 567. num. 1. Et est de mente Alberici in tract. de statut. part. 1. quæst. 51. quem refert Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. sub quæst. 29. num. 243. dum disputant, An fideiussor pro obseruatione pacis datus teneatur ad pœnas, de quibus tenetur principalis. Iuxta tex. in l. fin. ff. de re milit. & in cap. 1. de pac. tenenda in vsibus feudorum sentientes dictas pœnas procedere etiam in pacibus priuatorum; sic & iura prædicta ad priuatæ pacis violationis pœnam ponderat Melch. de Facin. consil. crimin. diuers. 78. num. 38. iuncto num. 42. lib. 1. in 4.

65 AMPLIA II. vt vigore Constitutionum Marchiæ lib. 4. cap. 76. & 77. pacis violatores puniuntur hoc modo, videlicet, quòd violator, & turbator pacis factæ inter Ciuitates, Castra, villas, & Terras authoritate Prætoris proditor, rebellis, & S. R. E. hostis reputatur, eius domus diruuntur, & alia bona fisco applicantur. qui verò pacem priuatam ex causa homicidij, vel vulneris pariter violauerit, vltra pœnas prædictas capite posteriori, & pedibus superioribus, si apprehendi non potuerit, depingitur cum inscriptione eius nominis, cognominis, & patriæ, tanquàm pacis violator. Et sic constitutio Ægidiana, de qua in d. cap. 76. quæ loquitur in violantibus paces factas inter Ciuitates, & Castra, extenditur per Carpen. in d. c. 77. etiam ad violantes paces priuatas.

66 LIMITA I. hanc ij. ampliationem, quia prædicta Carpensis Constitutio non est seruanda in toto statu Ecclesiastico, sed tantum in Prouincia Marchiæ, in qua solùm, & generaliter omnes Carpenses Constitutiones seruandas esse, statuit Paulus III. in eius Bulla Perusij emanata, sub die x. Septembris 1544. Et cum casus euenisset de fractore pacis in Ciuitate Vrbis veteris, quem partes offensæ instabant declarari incidisse in pœnas dictæ Carpensis Constitutionis, causa proposita in Sacra Consulta obtinui in illa ciuitate non habere locum præfatam Carpensem Constitutionem.

67 LIMITA II. eandem ij. ampliationem, & hoc est magis notandum, quòd nec eadem Carpensis Constitutio locum habet in omnibus pacibus priuatis, sed tantum in illis, quæ sunt factæ per Prætorem, aut cum illius authoritate, quæ particulariter videtur offensa per violationem pacis, prout loquitur Ægidiana præcedens in

cap.

cap. 76. Cum enim prædicta Carpensis Constitutio veniat ampliatiuè ad præcedentem Constitutionem Ægidianam debet intelligi secundum terminos, & qualitates expressas in dicta Ægidiana Constitutione, ex vulgari regula, quòd in Constitutione extensiua, & ampliatiua censentur repetita omnia ea, quæ in Constitutione extensa, & ampliata apposita reperiuntur, l. nihil interest. C. de Coniugib. cum emancip. liberis, Dec. cons. 19. num. 3. colum. 3. versic. Nam quamuis Statutum, Decian. cons. 26. num. 73. lib. 2. vbi alia adducit concordantia iura, Hier. Gabriel. cons. 178. num. 41. & 44. lib. 2. Vbi loquitur in terminis Constitutionis Pij IV. contra Duellantes ampliatiuę Constitutionis Leonis, dicitq; dictam Pij IV. Constitutionem omnino intelligendam, & interpretandam esse, secundū formam eiusdem Leoninæ Constitutionis: Quod potissimum in casu præsenti dicendum videtur, cum Carpensis Constitutio referat se ad Ægidianam Constitutionem, vt patet, ibi, *supradictam constitutionem, &c.* Per hanc enim dictionem *supradictam*, dicitur facta relatio præcedentium, l. 1. §. eum qui. ff. de postulan. Bart. in l. talis scriptura, in fi. ff. de leg. 1. Aret. consil. 21. colum. 1. num. 1. vers. Nam ista dictio, quare subintrat alia conclusio, quòd omnes qualitates, & clausulæ appositæ in Constitutione relata censentur repetitæ in referente. Dec. cons. 19. num. 3. colum. 3. vers. Et quoniam cum Statutum, Bero. cons. 31. num. 27. lib. 1. Quòd si Carpensem Constitutionem non ampliatiuè, seu relatiuè (prout se veritas habet) sed tantum interpretatiuè ad Ægidianam Constitutionem stare dicere velimus. Adhuc fiscus effugere non potest, quin secundum terminos dictæ Ægidianæ Constitutionis interpretari debeat. Ibi enim noua constitutio superuenit ad interpretationem antiquæ Constitutionis. Tunc omnia dicta in Constitutione interpretata præsumuntur repetita in interpretante. Bart. in l. Prætor. §. eritque, num. 2. in fin. ff. de vi bon. rapt. & in Auth. de filijs ante dotal. instrum. Natta num. 1. Dec. cons. 19. num. 3. colum. 3. vers. statutum verò. Cæpha. cons. 177. num. 14. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 7. num. 10.

68 Et propterea ad tollendum istam difficultatem in bannimentis generalibus Status ecclesiastici emanatis anno 1599. cap. 42. statuitur, pœnas, de quibus ibi, locum habere, etiam quòd paces fuerint factæ sine interuentu alicuius magistratus, vel alterius personæ publicæ.

69 AMPLIA III. eandem propositam regulā, quia vigore bannimentorum status ecclesiastici editorum de anno 1599. cap. 42. frangens, aut frangere faciens pacem, treguam, aut verbum datum de non offendendo, si capiatur, pœna mortis, demolitionis domus, & confiscationis bonorum punitur; si verò in contumaciam condemnatur vltra pœnas prædictas capite posteriori, cum vno pede appensus addito eius nomine, cognomine, & patria depingitur. Et hæc bannimenta sunt magis generalia, quam Constitutio Marchiæ, in ea enim licèt imponatur eadem pœna; non tamen imponitur, nisi in casu, in quo pax violatur per vulnus, aut per homicidium, in istis verò bannimentis pœnæ prædictæ habent locum, quomodocunque pax, tregua, seu verbum datum violetur.

70 Et in Vrbe habemus simile bannimentum editum de mense Iunij anni 1591. cap. 45. & postea ab alijs Gubernatoribus successiuè confirmatum, quo cauetur, quòd frangens pacem, fidem, verbum, aut treguam, etiam quòd pro obseruatione non sit data aliqua fideiussio, vel apposita aliqua pœna, incurrat pœnam vitæ, & confiscationis bonorum.

71 AMPLIA IIII. quia punitur etiam frangens pacem per se, vel per alium mortis pœna, si capi potest, vigore Statuti Vrbis lib. 2. cap. 25. si autem capi non poterit, condemnatur in contumaciam, in pœnam mortis, & confiscationis bonorum, dummodo tamen pax fuerit facta per publicum instrumentum; si verò fuerit tantum facta per osculum, aut per alium actum reconciliationis, sine instrumento, tunc illam frangens, punitur in quadruplum eius pœnæ, quæ pro admisso delicto imponenda veniret, si pax, aut reconciliatio facta non esset, ex eodem Vrbis statuto, cap. 28. d. lib. 2. Quæ quidem statuta erant etiam tempore Innocentij VIII. & quo ad hāc pœnam in specie fuerunt confirmata per illum Pontificem. Vt patet in eius Constitutione in ordine quinta, in fine, vers. ac districtius inhibentes, in prima parte Bullarij. Et quòd attinet ad probationem pacis, an requiratur de necessitate scriptura, vide quæ dixi in prima parte in tit. de inquisit. quæst. 5. num. 13. vers. sublimita primo.

72 AMPLIA V. In milite l. fina. ff. de re militar. vbi dicit, *miles turbator pacis capite punitur*, & ibi gloss. 1. in fin. Item glo. in cap. 1. §. si quis hominem, in verbo *capitalem*, de pac. tenend. Alber. in tract. de statut. par. 1. quæst. 51 in prin. Ioann. Berber. in viat. iuris par. 1. cap. 33. rubr. de violator. immunit. num. 5. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 51. num. 5. & 6. Vbi quòd milites, qui publicas inducias temerè violant, vel publicæ pacis turbatores existunt, vt qui commilitonem ad singulare certamen prouocant, aut capitali pœna puniendi sunt, iuxta text. in d. l. fin. §. miles. ff. de re militar. vel saltem iuxta constitutionem Frideric. de pace tenenda, 20. librarum auri plectuntur, ex Alciat. quem allegat in consil. post tract. de singul. certam. colum. 2. Iodoc. in pract. crimin. cap. 108. rubr. de pacis, ac induciarum violatione, num. 4. vbi dixit, quòd si milites authorati, ij scilicet, qui militiæ sacramento adstricti sunt, publicasque inducias malitiosè violauerint, capitali pœna puniendi sunt, cæteri verò milites à militiæ sacramēto liberi, arbitraria pœna à Iudice plectuntur. Decia. in tract. criminal. lib. 7. cap. 16. num. 5.

73 AMPLIA VI. etiam in Clerico pacis violatore, prout est tex. in cap. 1. §. Clericus, de pace tenen in vsibus feudorum. Vbi habetur, quòd Clericus conuictus de violatione pacis, seu de receptatione violatoris pacis, si præsens fuerit, pœna viginti librarum punitur, si verò aufugerit, & inobediens extiterit beneficio Ecclesiastico priuetur, & tanquàm proscriptus habeatur, & ibi Bald. num. 1. adnotauit Clerico prædicto non comparenti, etiam bona publicari, & vide in proposito Ioann. Berber. in viatorio iuris, rubr. 39. num. 3. vbi quòd Clericus pacis violator excommunicatur per cap. illi, qui 24 quæst. 3. & etiam beneficijs priuatur per cap. primo, in fine, de treg. & pac. Si enim isto casu Episcopus negligens in puniendo Clericum priuatur, vt in dicto c. primo, multo magis priuari debet ipse Clericus delinquens, quod, & idē scriptum reliquit Iodoc. in pract. crimin. rubr. de pacis, ac induciarum violat. num. 7. loquens tamen in Clerico violant. pacem, & inducias publicas tempore belli indictas, & vide etiam Fab. à Monteleon. in praxi abitrar fol. mihi 282. num. 882. Vbi per text. in cap. qui contra 24 quæst. prima, dixit quòd turbantes pacem Ecclesiæ, si sunt in dignitate constituti illa orbandi sunt, si verò sint nobiles, bonis priuantur, si ignobiles fustibus cæsi perpetuò relegantur, & idem in perturbantibus pacem publicam, cum vniuersitas, & Ecclesia æquiparentur, vt ibi per eum, & de Clerico rumpente treguam publicam, quòd sit excommunicatus, in specie probat tex. in cap. 1. de fid. treg. & cap.

74 AMPLIA VII. vt pœnæ violantium pacem à iure statutæ nec etiam cessant per pœnas à pacificentibus positas in contractu pacis. secundum Cyn. in l. qui sepulchra, num. 3. C. de sepulchr. violat. Vbi testatur de magis communi, Bart. in l. 1. ff. de vi bonorum rapt. Vbi declarat nisi contrarium expressè, vel præsumptiuè conuentum fuerit, prout hos refert Vulpell. in tract. de pace. quæst. 52. vbi licèt etiam referat Bald. Alberic. Ange. Castren. & alios plures contrarium tenentes, & etiam forsan restantes, prout asserit de seruata opinione, qui si rectè inspiciantur, loquuntur potius in pœnis Statutarijs, quam in conuentionalibus; ipse tamen à prima sententia non discedit, quo ad pœnas conuentionales per paciscentes in contractibus appositas, sicut enim, inquit ipse, partes condendæ legis potestatem non habent ita nec etiam abrogandæ, argumento text. in l. eius est. de reg. iur. in sexto, & in l. 1 e ro potest. ff. de leg. 3. cum similibus, concordat Vrbis statutū lib. 4. cap. 25. vbi quòd frangens pacem vltra illius statuti pœnam, punitur in pœna conuentionali exigenda à fideiussoribus

iussoribus,& diuidenda,iuxta formam instrumenti, & voluit Innocentius VIII. in eius constitutione quinta, incipiente, & si de cunctarum Ciuitatum, &c. in fine, versic. ac districtius inhibentes in prima parte Bullarij.

75 LIMITA I. hanc eandem regulam in fideiussoribus datis in contractu pacis pro illius obseruatione. Quamuis enim promiserint, quòd paciscentes pacem seruabunt; & quamuis etiam vnus ex paciscentibus promittat, quòd alij seruabunt pacem, non tamen per hoc dictus fideiussor,& vnus pro alio promittens, tenetur pro violatore pacis ad pœnam corporalem, seu capitalem (in casu in quo ea de iure imponi debet) secundum Alber. in tract. de statutis, parte prima, quæst. 51. per totam, vbi relatis hincinde antiquiorum opinionibus, & rationibus. Ita dicit communiter seruari, quamuis forsan contraria opinio de stricto iure, magis procederet, sequitur Marsil. in rubr. de fideiuss. in quæst. 29. num. 240. & seqq. Vbi pluribus probat etiam,& generaliter, quòd fideiussio, in qua fideiussor obligat se ad pœnam corporalem, minimè valet, & ibi concordantes allegat, & propterea, quòd faciens pacem pro se, & alijs absentibus, cum promissione de non contrauenniendo, sub pœnis contentis in Constitutionibus Marchiæ, si vnus ex dictis absentibus pacem franget, talis promissor non teneatur ad pœnam capitalem, de qua in dictis Constitutionibus, consuluit Honded. consil. 89. num. 37. & seqq. lib. 2. & faciunt scripta per Vulpell. in cons. 2. num. 6. vers. & eo magis,& num. 7. Vbi quòd isto casu principalis promissor sub pœna in Constitutionibus Marchiæ contenta non potest, nec se ipsum, nec eos, pro quibus promittit in causa eorum contrauentionis obligare, sed nunquid per obligationem prædictam saltem teneatur ad pœnam confiscationis bonorum pro fractura pacis facta per absentem, pro quo de rato promisit aliàs de suo, & sub dictis pęnis in casu contrauentionis. Vide eundem Honded. ibidem nu. 5. & seqq. sub d. num. 34. & seqq. Vbi partem negatiuam amplectitur, & latissimè comprobat.

76 LIMITA II. vt quando locum habent contra pacis violatores istæ particulares,& statutariæ pœnæ non habēt locum pœnæ iuris communis, quibus per illas derogatū esse dubitandum non est, secundum communem, & magis seruatam opinionem, de qua testatur relati per Vulpel. in tract. de pac. quæst. 52. generaliter volentes per statutarias pœnas esse derogatum pœnis iuris communis, & licèt ibi dubitatur, an hoc etiam procedat, quando pœna statutaria est minor, quàm pęna legalis? Tu tamen dicas hoc etiam procedere, quando dicta statutaria pœna esset minor, secundum magis communem Doctorum opinionem, de qua alijs relatis testantur Bursat. cons. 94. num. 5. lib. 1. & Bertazz. cons. 237. num. 1. & ibi etiam in additio. litera A. libro. 1.

ARGVMENTVM.

Pœna frangentis cautionem de non offendendo quæ sit.

SVMMARIVM.



Cautionem de non offendendo frangens secundum vnam opinionem tenetur crimine læsæ Maiestatis. Secundum aliam tenetur pœna pacis ruptæ. Secundū aliā punitur abscissione manus. Secundum aliam punitur tanquam proditor. Et secundum aliam pœna est arbitraria, num. 77. & seq.

Treguam priuatam, seu inducias violans pœna arbitraria punitur, num. 79.

Pœna conuentionalis debita propter violationem cautionis de non offendendo non confunditur cum pœna principalis delicti, n. 80.

Pœna conuentionalis in cautione de non offendendo applicata parti in casu contrauentionis confunditur cum damnis, & interesse passis per offensum, num. 81. contra num. 82.

Pœna frangentis cautionem de non offendendo, vbi à partibus est expressa, & conuenta in instrumento confunditur cum alia pœna iuris communis, seu statutaria. Nec vtriusque pœnæ exactioni locus est, num. 83. & 85. licet alij contra, num. 84.

Pœna frangentis cautionem de non offendendo, quæ arbitraria est, quandoque extendi potest vsque ad mortem, num. 86. Declara, vt num. 87. & seq.

Pœna frangentis cautionem de non offendendo vigore statuti Vrbis, & Constitutionis Innocentij VIII. an possit extendi vsque ad mortem, num. 88.

Pœna à iure, à statutis, aut bannimentis imposita violantibus pacem non procedunt, nec locum habent contra violantes cautionem de non offendendo, num. 89.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. VII.

77 PRIMA fit conclusio, quòd quamuis plures referantur opiniones circa pœnam frangentis cautionem de non offendendo; Vna enim fuit opinio quòd teneatur pœna criminis læsæ maiestatis, alij autem dixerunt hunc offendentem tradendum esse puniendum offenso, alij existimarunt teneri pœna pacis ruptæ, iuxta tex. in cap. 1. de pac. tenend. alij pœna manus abscissionis teneri existimarunt, & alij tanquam proditorem esse puniendum arbitrati sunt, prout has diuersas Doctorum sententias relatas reperies apud Bart. & Alber. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. præsid. & per Hercul. in tract. de cautione, cap. 10. num. 1. & seqq. & cap. 15. sub num. 1. & seqq. & cap. 15. sub num. 1. vers. quòd ex quo dictum est. Vbi in specie dixit fractorem cautionis præstitæ sine temporis præfinitione pœna pacis ruptæ puniendum esse, & per Petr. à Plac. in epit. delictor. cap. 7. num. 10.

78 In hac tamen opinionum diuersitate ea videtur præualuisse sententia, vt talis pęna sit arbitraria, & iuxta facti,& personarum qualitatem extra ordinem iudicis arbitrio imponenda, sic enim post Bart. & Alberic. in d. §. ne potentiores,& Commens. in cons. 32. quos allegat; scriptū relinquit. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 335. num. 3. Nec dissentit Hercul. in tract. de caut. d. cap. 10. num. 3. & 4. post princ. vers. aut simpliciter promissum est non offendi. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. quæst. 170. num. 7.

79 Sic & arbitrariam esse pœnam in violantes inducias, & treguas priuatas scripsit Vulpell. in tracta. de pace, quæst. 70.

80 SECVNDA fit conclusio, quòd pœna conuentionalis, quæ frangenti cautionem de non offendendo imponi debet iuxta formam conuentionis, & instrumenti, non confunditur cum pœna principalis delicti, cum quo cautio fracta est, & propterea si quis alterum percusserit, aut vulnerauerit, vltra pœnam prædictam tenetur etiam de dicta percussione, & vulnere,& sic etiam si occiderit, tenetur amplius de homicidio, & hoc nō habet difficultatem in practica, & in specie est de mente Rip. in rub. ff. de damn. infect. num. 24. Vbi dixi quòd offendens etiam sine cautione tenetur ad pœnam legalem,& propterea cum cautione propter violatam fidem, vltra dictam pęnam grauius puniendus est. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. cap. 10. num. 4. & cap. 14. num. 8. & seq. & cap. 36. num. 4. & seq. & cap. 45. num. 1. & seqq.

81 TERTIA fit conclusio, quòd si pœna conuentionalis apposita in cautione de non offendendo est applicata in totum aut pro parte ipsi parti, & tunc illa confunditur cum damnis, & interesse, quæ eadem pars offensa, posset prætendere propter receptam offensionem, secus si pœna fuisset in totum fisco applicata, quia tunc vltra pęnam prædictam tenetur offendens etiam ad damna, & interesse parti offensæ, sic enim videtur colligi ex trad. per Hercul. de caut. d. cap. 10. num. 4. in fin. vers. 2. ex prædicta ratione, & cap. 31. num. 19. Vbi & idem quando est promissum non offendere nulla adiecta pœna, quia tunc offendens

fendens etiam tenetur ad damna, & intereſſe, vt ibi per
82 eum. Sed quòd immò indiſtinctè damna, & intereſſe de-
beant quamuis pœna conuentionalis parti ſoluta fuerit,
tenet Vulpell. in tract. de pace, quæſt. 64. ea motus ratione,
quia pœna prædicta non propter intereſſe, ſed propter de-
lictum debetur, & potius ratione contemptus, quam ra-
tione intereſſe appoſita cenſetur, & propterea poteſt peti
etiam vltra intereſſe ex generali, & magis communi Do-
ctorum opinione admittente de iure pontificio, & tuta
conſcientia pœnæ conuentionalis exactionem. Vltra id quod
intereſt. Vide in materia Rip. in rub. ff. de damn. infect. nu.
24. Vbi quòd offendens etiam ſine cautione tenetur of-
fenſo ad damna, & intereſſe.
83 QVARTA ſit concluſio, quòd pœna, quæ vt dixi,
arbitraria eſt in frangente cautionem de nõ offendendo,
tunc demum habet locum quando partes ſimpliciter pro-
miſerunt non offendere nulla adiecta pœna, quòd ſi pœ-
nam adiecerunt, tunc non videtur aliam iuris, & arbitra-
riam pœnam frangenti cautionem imponi poſſe, ſecun-
dum Hercul. in tract. de caut. de non offenden. c. 10. num.
4. ea ratione motus, quia ſolutio pœnæ habetur pro obſer-
uatione contractus, etiam quòd illa ſoluatur per tertiũ ex
Bar. Bald. Iaſ. & aliis in locis per eum relatis, & expreſsè
voluit Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. caſu 355. num. 1. &
ſeq. Vbi declarat, niſi pœna conuentionalis fuerit ſolum
promiſſa ad commodum partis, & illi ſolum applicata; nõ
autem fiſco, quia tunc vltra dictam conuentionalem pœ-
nam iudicis arbitrio punitur, ex Gig. de crim. læſæ maieſt.
in loco per eum relato, & eſt de mente Hercul. d. c. 10. nu.
4. in fin. verſ. hæc videntur eſſe vera.
84 Et licèt contra prædictam concluſionem facere videan
tur ea, quæ in ſimili dixi de pace rupta ſupra num. 74. Vbi
probaui per pœnas conuentionales in pacibus appoſitas, nõ
eſſe derogatum pœnis iuris pacem frangentibus inflictas,
& pro hac contraria opinione faciunt etiam ſcripta per
eundem Hercul. ſibi in hoc (ni fallor) contrarium, in eodẽ
tract. de caut. de non offen. cap. 45. num. 1. & ſeqq. Vbi di-
xit quòd, licèt is qui cautionem præſtare debet; poteſt re-
cuſare ſe velle cauere ſub alia pœna, cum per pœnas legales
ſatis timenti ſe offendi conſultum ſit. Nihilominus ſi ad-
huc aliam conuentionalem pœnam promiſerit; non per
hoc legali pœnæ derogaſſe cenſetur ex Bart. quem allegat
in l. non impoſſibile, ff. de pact. & pro hac contraria opi-
nione maximè etiam vrget vrbis Statutum, lib. 4. cap. 26.
Vbi expreſsè cauetur pœnam, de qua ibi, locum habere vl-
tra exactionem pœnæ conuentionalis, quæ quidem Statu-
ta erant ẽt tẽpore Innocentij VIII. & in hac parte fuerũt
ab ipſo confirmata, vt in eius conſtitutione in ordine 5.
incip. & ſi de cunctarum Ciuitatum, &c. in fine, verſ. ac di-
ſtrictius inhibentes folio mihi 112. in 2. par. Bullarij.
85 Ego tamen in occurrenti caſu à prima opinione tanquã
magis ſeruata non recederem, numquam. n. vidi vltra pœ-
nas conuentionales, ac vltra pœnam delicti principalis,
cum quo cautio fracta eſt, frangenti aliam iuris pœnam
impoſitam fuiſſe, niſi forſan in contractu expreſsè fuerit
contrarium conuentum. Nec facit exemplum de pace,
quia pax fit ex mera voluntate contendentium, nec iudi-
cis iuſſu, aut coactè, & propterea partiũ conuentiones, &
pœnæ conuentionales non poſſunt derogare pœnis iuris,
ſecus in cautione de non offendendo, quæ iuſſu iudicis
præſtatur, & non ſponte, & in qua iudex ſtatuendo pœ-
nam, ſub qua partes in caſu contrauẽtionis teneri voluit,
quodammodo videtur illam loco pœnæ in contingenti
caſu fractionis ipſius cautionis poni, & quòd attinet ad
Statutum Vrbis vide quæ dixi infra num. 88.
86 QVINTA concluſio, quòd pœna frangentis cautionem
de non offendendo, quæ de iure, vt dixi eſt arbitraria, quã-
doq; etiam extendi poteſt vſque ad mortem ſi offenſionis
qualitas hoc ſuadeat ſecundum Hercul. de caut. de non
offen. d. cap. 10. num. 4. poſt prin. verſ. aut ſimpliciter pro-
miſſum eſt, ad trad. per Doct. in §. in ſumma Inſtit. de in-
iur. & c. 39. num. 9. & 10. Vbi in ſpecie de eo, qui ſæpius
fregit cautionem de non offenden. ad no. per Bar. in l. 1. C.
de ſuperexactoribus lib. 10. quando tamen de prima fra-
ctione fuerit offendens condemnatus, & non aliàs vt ibi
per eum. Immò ſecundum Maſcard. in pract. in tit. de aſ-
ſecuramen. num. 4. ſi ſecuritas fuerit facta cum lætali vul-
nere, & membri mutilatione pœna eſt capitalis, & vlti-
mi ſupplicij.
87 Verum de prædicta Herculani ſententia valde dubito,
eſt enim valde controuerſa illa quæſtio de qua Doct. in
§. in ſumma inſtit. de iniur. an ſcilicet, & quando arbitra-
ria pœna extendi poſſit vſque ad mortem de qua late dixi
in par. 1. quæſt. 17. num. 34. & ſeqq. & rurſus doctrina Barr.
in l. 1. C. de ſuperexactorib. lib. 10. volentis delictum non
capitale propter reiterationem effici capitale licet forſan
de iure procedat, de conſuetudine tamen non ſeruatur,
prout teſtatur Iul. Clar. in pract. §. fina. quæſt. 74. verſ. ſed
hic incidenter, & pariter dixi in 1. par. tit. de delict. & pœn.
quæſt. 24. num. 7. & propterea vt veritatem fatear, non
memini in vrbe propter fractam cautionem de non offen-
dendo, morte non ſequuta, vllo vnquam tempore mor-
tis pœnam inflictam fuiſſe.
88 Et quamuis ex vrbis ſtatuto lib. 2. c. 26. caueatur, quòd
frangens ſecuritatem perpetuam, vel ad tempus, pœna
capitis ad mortem condemnari debeat, ſi de ſecuritate
conſtet per publicum inſtrumentum, vltra pœnas conuen
tionales in dicto inſtrumento contentas, & ſtatuta præ-
dicta, quæ erant etiam tempore Innocentij VIII. videan-
tur confirmata ab eodem Innocentio in eius conſtitutio-
ne 5. in ordine incipiente, & ſi de Cunctarum Ciuitatem,
&c. in fine verſ. ac diſtrictius inhibentes fol. mihi 112. in
2. parte Bullarij, ego tamen vt ſupra dixi, nunquam vidi
huiuſmodi Statutum vſu receptum, & vt credo ea ratio-
ne, quia Statutum prædictum intelligi debet non de ſe-
curitate, ſeu cautione quam quis à iudice, & eius officio
coactus præſtat (de qua nos loquimur) ſed de voluntaria
ſecuritate, & cautione, quam quis de partium conſenſu
præſtat, aut in pace, aut alio modo, quo caſu non dicitur
quis ſimpliciter frangere cautionem, ſed pacem, & ſecu-
ritatem ſpontè datam aduerſatio.
89 SEXTA & vltima concluſio eſt quòd pœnæ, quæ à
iure, vel à ſtatutis, aut bannimentis impoſitæ ſunt frangen-
tibus pacem, ſeu treguam, non habent locum in frangen-
tibus cautionem de non offendendo, eſt enim cautio de
non offendendo quædam tertia ſpecies diuerſa à pace, &
à tregua. Nam pax eſt finis diſcordiæ, perpetua, ac inuio-
labilis concordia, tregua vero non, perpetua, ſed ad tem-
pus, tantummodo dicitur præſtita ſecuritas rebus, & per-
ſonis, cautio vero de non offendendo eſt ſecuritas officio
iudicis data vt occurratur ſcandalis, & poteſt etiam con-
currere cum pace, & tregua, ſecundum Benintend. de-
ciſ. Bononien. 16. & ſeq. & Vulpell. in tract. de promiſſ. de
non offen. q. 73. Vbi generaliter dixit non valere argu-
mentum de pace, ſeu tregua ad cautionem de non offen-
dendo. Ita per hanc rationem concludit Franc. Hercul. in
tract. de caut. de non offen. c. 15. num. 4. licet enim aliqui
relati per eundum Hercul. & Petr. à Plach. in locis citatis,
ſupra num. 77. dixerint frangentem cautionem de non
offendendo teneri pœna pacis ruptæ, quod & idem etiam
affirmaſſe videtur idem Hercul. c. 31. num. 19. loquens in
promiſſione de non offendendo nulla adiecta pœna, quaſi
ex hoc ſentiant pariter & ècontra, leges, & Statuta punien
tia fractores pacis locum habere in fractoribus cautio-
nis de non offendendo. Harum tamen opinio, vt ibidem
dixi, non recipitur, & propterea verius crediderim leges
& Statuta prædicta de pace rupta loquentia non procede-
re, nec locum habere, in cautione de non offendendo, ni-
ſi forſan in pace, aut tregua eſſet etiam præſtita talis cau-
tio, quia tunc non poteſt cautio frangi, quin frangatur
pax, & propterea pro fracta cautione intrat etiam pœna
pacis ruptæ, aliter ſecus, nec diſſentit Cartar. de exequut.
ſententiæ, cap. 1. num. 309. vide ad materiam quæ dixi ſu-
pra num. 2.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Conuentionalis pœna fractæ pacis, seu cautionis de non offendendo cui applicetur.

SVMMARIVM.

POENA conuentionalis applicatur illi, cui partes in instrumento expressè applicari voluerunt, num. 90.

Pœna conuentionalis pro fracta cautione de non offendendo vigore Bullæ Pij IV. applicatur Cameræ Apostolicæ, & non alteri, num. 91.

Pœna conuentionalis pro contrauentione cautionis de non offendendo, si partes non expresserunt, cui sit applicanda, applicatur non fisco, sed parti offensæ extra statum Ecclesiasticum, num. 92. *Contrarium videtur seruari de consuetudine, num.* 93.

Notarius qui omisit in instrumento cautionis de non offendendo exprimere personam, cui conuentionalis pœna applicanda sit, quia puta, dixerit sub pœna, &c. *non potest partibus absentibus declarare, cui pœna applicanda sit, num.* 94.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. VIII.

90 PRIMA conclusio, quòd si contrahentes expresserunt, cui veniat applicanda pœna conuenta tunc illi applicanda est, de quo partes conuenerunt, pacta enim seruanda ait Prætor, & hoc credo de iure non habere difficultatem, & in terminis videtur de mente Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 10. num. 8. vbi post Castren. quem allegat dixit hanc pœnam esse applicandam parti, quando non apparet ex stipulatione, cui veniat applicanda, ergo si ex stipulatione hoc apparet, illud vtique seruandum est, consuluit Ant. Galeaz. Malua. cons. 33. num. 1. & seqq. Vbi loquitur in casu, in quo partes fisco non nominato, sibi ipsis pœnam applicarunt, & num. 11. & seqq.

91 Verum hæc conclusio benè procedit de iure communi. Nō sic vigore Bullæ Pij IV. in ordine 128. in 2. par. Bullarij, fol. 169. in vers. & insuper, &c. In qua statuitur quòd pœnæ conuentionales pacis, treguæ, & cautionis de non offendendo ruptæ stipulentur per notarios in fauorem Cameræ Appostolicæ, non autem Communitatum, vel alterius, & si aliter factæ fuerint in ipsius Cameræ fauorem stipulatæ censeantur.

92 SECVNDA conclusio, quòd extra statum ecclesiasticum, (in quo vt dixi Bulla predicta seruanda est,) si nō fuit expressum in cautione, cui nam pœna sit applicanda, illa vtiq; applicanda est parti offensæ, & non contrauenienti, non autem fisco, secundum Paul. de Castr. in l. non impossibile, ff. de pace, quem in proposito refert & sequitur Rip. in rub. ff. de damn. infect. num. 26. per regulam generalem, quòd omnis pœna conuentionalis parti applicatur, nisi expressè fisco fuerit cautum de qua in l. 1. ff. de iure fisci, & per Bart. in l. si quis maior. C. de transact. Nec dissentit Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 10. num. 8. Vbi respondet dubitationi motæ per Rip. in loco precitato dicentem, quòd ex quo ista cautio præstatur iussu iudicis, iccircò pœna videtur iudicialis, & consequenter fisco applicanda.

93 TERTIA conclusio, quòd quid sit de iure, hodie de consuetudine ista pœna conuentionalis non parti, sed fisco applicanda est, si credendum est Hercul. sic testanti in tract. de caut. de non offend. d. c. 10. num. 8. in fin. & seq. Vbi idem dicit procedere in præceptis pœnalibus, quæ hodie ex communi practica fuerint à iudicibus seruanda. Nā & in illis pœna apposita fisco applicanda est, etiam quòd nihil fuerit dictum, vt ibi per eum qui veritatem dicit: de pœnis conuentis in cautionibus præstitis in statu ecclesiastico vigore Bullæ prædictæ, sed extra statum ecclesiasticum serua illius loci consuetudinem.

94 QVARTA conclusio, quòd si notarius in stipulatione cautionis, & fideiussionis per eum receptæ non expresserit, cui nam pœna esset applicanda, sed dixerit puta, *sub pœna, & cætera,* non potest postea partibus absentibus vigore dictæ clausulæ, *& cætera*, apponere, seu declarare, quòd pœna applicetur aut fisco, aut parti, aut vtriq; & si hoc faceret, falsum committeret, prout in his terminis declarat Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 47. num. 15. & seqq. Vbi hanc conclusionem declarat, non procedere nisi contrarium suaderetur, vel consuetudine notarij extendendi similem clausulam in similibus instrumentis, vel ex consuetudine loci applicandi silicet huiusmodi pœnas, potius fisco, quā parti, velècontra, tūc enim potest notarius secundum prædictas consuetudines dictam clausulam *& cætera*, extendere, cum semper præsumatur rogatus in instrumentis apponendi clausulas solitas, & consuetas ex Bar. Bald. & Paride in locis per eum relatis.

ARGVMENTVM.

Pœna conuentionalis semel soluta propter semel fractam pacem, seu cautionem an possit iterum exigi propter aliam fractionem, & contrauentionem.

SVMMARIVM.

POENA conuentionalis in cautione de non offendendo apposita semel commissa vnica tantum vice exigi potest, num. 95.

Pœna commissa in cautione de non offendendo potest pluries exigi, stante clausula rato manente pacto, num. 95.

Pœna conuentionalis semel commissa potest iterum exigi stante clausula toties, quoties, &c. num. 95.

Iuramentum habet vim clausulæ rato manente pacto, num. 95.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. IX.

95 PRO resolutione propositi articuli, vide omnino quæ dixi infra hac ead. quæst. par. 3. artic. 3. nu. 411. & seqq. quibus in locis magis ex professo hanc dubitationem proposui, & pro nunc facias vnicam conclusionem, quòd scilicet pœna semel commissa per contrauentionem præstitæ cautioni de non offendendo, vnica tantum vice exigi potest, & non pluries; talis enim cautio, seu promissio, non nisi de sequuta offensione, prima vice intelligitur argumento text. in l. breues, §. sermone, ff. de verb. signif. nisi in eadem cautione apposita fuisset clausula rato manente pacto, &c. vel clausula toties, quoties, &c. vel etiam iuramentum, quod habet vim prædictæ clausulæ rato manente pacto, probantur hæc omnia respectiuè per Alex. in consil. 115. num. 7. in fine, & seqq. lib. 4. Ferret. in titul. de ferijs, num. 101. Hercul. in tract. de caution. de non offenden. cap. 31. num. 20. & cap. 36. num. 27. & per Cæphal. consil. 35. num. 26. lib. 1. Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 75.

ARGVMENTVM.

An, si plures fuerint promissores de non offendendo, vnus teneatur pro alio, in casu contrauentionis, & an insolidum, an vero pro virili.

SVM-

SVMMARIVM.



Ace facta inter plures, seu cautione præstita pariter inter plures, qui promiserunt non offendere alios plures, si vnus ex promissoribus offendat vnum ex illis, quem non offendere promiserat; Solus ille qui offendit tenetur ad pœnam conuentam, alij autem non tenentur pro eo, nec insolidum, nec pro virili, nu. 96. & 98. licet alij contra, nu. 97.

Cautione de non offendendo præstita inter plures si vnus ex pluribus quibus est promissum non offendi, offendatur, an ille solus offensus agat ad totam pœnam, an vero alij consocij non offensi possint, & ipsi agere ad pœnam, & quomodo, nu. 99.

Pace facta, seu præstita cautione de non offendendo inter plures, non vt singulos, sed tanquam vnum corpus, vtputà alicuius Vniuersitatis, vel factionis, data contrauentione per offensionem illatā ab vno, an ille solus, qui offendit cōueniri possit ad totam pœnam, an vero omnes, & quomodo, nu. 100.

Cautione de non offendendo præstita inter plures data contrauentione vnius; alij etiam tenentur pro eo, quando expressè dictum est, vt vnus teneatur pro alio. num. 101.

Cautione præstita à pluribus de non offendēdo vnam solam personam, vtputa, Titium, si vnus ex dictis pluribus Titium offendat, omnes insolidum tenentur pro eo, nu. 102. contra nu. 103.

Pœna conuentionalis in cautione de non offendendo apposita in casu contrauentionis an possit exigi ab omnibus hæredibus promissoris, & de materia, num. 104.

QVÆST. CVII. PARTE I.
ARTIC. X.



96 RIMA fit conclusio, quòd si plures in pace, seu cautione de non offendendo promiserūt non offenderè alios plures, vnusq; ex promissoribus contraueniat, offendendo alium vnū ex dictis pluribus, quem non offendere promiserat, tunc ille solus qui offendit, tenetur ad pœnam cōuentam; alij autem non tenentur pro eo, nec insolidum, nec pro virili portione ad trad. per Bar. in l. fin. in 2. quæst. vers. Tertio dico, & ibi etiam Ang. & Aret. ff. de duobus reis. Idem Ang. in l. si seruus, §. plurium seruorum, nu. 6. ff. si quis cautionib. Corn. conf. 167. incip. Videtur in hac. co lum. 1. nu. 4. lib. 3. & conf. 248. incip. Decisionem quidem factam, col. 3. nu 8. lib. 4. prout hos omnes sic in specie refert, & sequitur Thob. Non. conf. 108. nu. 23. & inter conf. crim. diuersor. conf. 152. num. 16. lib. 1. & inter eadem cōf. Ludo. Senf. Perusin. conf. 155. num. 12. & Raynald. de Rodulph. in conf. 156. nu. 8. eodem lib. 1. Vulpell. de pac. q. 57. nu. 1. & seqq. Vbi alios plures referr concordantes. Nicol. Moron. de fid treg. & pac. par. 2. q. 27. & 29. vbi alia ad materiam, sed obscurè & confusè more suo secundum primam impressionem, &c. Andr. Gayl. de pace public. lib. 1. cap. 3. num. 17.

97 Et quamuis contrarium in eodem casu, in quo consuluerunt prædicti Doctores sensisse videatur Collegium Aduocatorum Prouinciæ Marchiæ, inter eadem consilia conf. 150. nu. 72. & seq. credentes pœnam conuentam non posse totam peti ab offensore, sed pro virili portione ab omnibus promissoribus, quòd & idem voluisse etiā videtur Nouell. in pract. crim. c. fin. nu. 76. & pro hac contraria opinione faciunt scripta per Hippo. Riminal. in conf. 306. num. 1. lib. 3. Vbi facit generalem conclusionē, quòd quando plures simpliciter se obligarunt, censentur singuli se obligasse viriliter, & æqualiter.

98 Non tamen per hoc recedendum crederem à præcedēti opinione, nisi talis promissio fuisset facta à pluribus, non vt singulis, sed prout vnum corpus, prout in specie videtur loqui Alex. in conf. 116. lib. 4. per præfatos Doct. allegatus, & mox dicam in seq. conclusione, ac etiam declarat Baiar. in addit. ad Clar. q. 47. num. 33.

99 Sed an vno ex pluribus quibus promissum est non offendi offenso, an inquam ille solus offensus ad totam pœnam, an vero alij consocij non offensi possint agere ad pœnam, vide Hercul. de caut. de non offen. c. 18. nu. 14. Vbi videtur tenere, quod omnes possunt agere pro virili portione, quòd forsan posset procedere, iudicio meo, quando est promissum illis pluribus, non vt singulis, sed tanquam vnum corpus iuxta terminos sequentis conclusionis, aliàs vix crederem pœnam applicari debere alteri, quàm ipsi offenso, quod & idem, ni fallor, magis placuit Hippol. Riminal. in conf. 306. lib. 3. Vbi pluribus hoc probat, respondet contrarijs, & sequitur, quando ex pluribus hæredibus, quibus promissum fuit non offendere, vnus tantum fuerit offensus, de qua re dixi etiam infra artic. 27. par. 2. Vbi tradita conferunt etiam ad propositam dubitationem.

100 SECVNDA fit conclusio, quod si plures fecerunt inter se pacem, & promiserunt de se inuicem non offendendo, non vt singuli, sed tanquam vnū corpus, prout contingit, quando paces fiūt inter duas Vniuersitates, aut inter duas partes, seu factiones, & tunc data contrauentione per offensionem illatam ab vno, non ille solus, qui offendit, & contrauenit conueniri potest ad totam pœnam conuentā, sed omnes pro virili portione, prout benè declarat Thob. Non. in d. conf. 108. nu. 20. iuncto n. 24. & inter conf. crim. diuers. d. conf. 152. nu. 14. iuncto nu. 17. lib. 1. & est de mente Vulpell. in tract. de pac. q. 57. nu. 3. & q. 63. Vbi latius de materia huius conclusionis, de qua etiā per Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. par. 2. q. 28. nu. 1. secundum primam impressionem.

101 TERTIA fit conclusio, quod si plures promiserunt non offendere alios plures cum expressa obligatione, quod vnus teneatur pro altero, & omnes insolidum, & tunc nulla est dubitatio, quin pęna exigi possit ab omnibus, & insolidum, hoc est ab vno quoque eorum ad libitum offensi ad pœnā agentis, sic enim voluerunt Doctores allegati supra in prima conclusione expressè loquentes, quando promissio est simplex & non insolidum, ergo secus si fuit insolidum, prout etiam latius declarat Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. par. 2. q. 27. nu. 2. in fine, & q. 28. num. 2. secundum primam impressionem. Hercul. de caut. c. 18. num. 19. Vbi remissiuè.

102 QVARTA conclusio, quod si plures promiserunt non offendere vnam solam personam, puta, Titium, tunc, sicut iste Titius, qui contrauenisset, & offendisset vnum ex aduersarijs, teneretur ad totam pęnam cōuentam. Ita pariter ratione æqualitatis seruandæ si vnus ex aduersarijs ipsum Titium offendat, videtur, aut quod omnes debeant insolidum teneri, & ab eorum vnoquoque pœnā exigi posse, aut saltem ille contrauenienś ad totam pœnam teneatur, prout consuluit idem Collegium Aduocatorum Prouinciæ Marchiæ, in d. conf. 150. nu. 73. vers. Tamen in casu, de quo agitur, & num. 74. d. lib. 1.

103 Quamuis supradicti Perusini in eodem casu consulentes, vt supra eos retuli, contrarium sensisse videantur, ea ratione, quia siue plures promittant pluribus, siue vni tantum, promissio censetur in dubio facta pro virili portione, & non insolidum, ideo cogita.

104 Quid autē de pluribus hæredibus promissoris, an pœna conuentionalis possit exigi ab vno tantum ex dictis hæredibus an vero pluribus, & quomodo, & de materia, vide infra art. 27. num. 352. & seqq.

ARGVMENTVM.

An fractio pacis, seu cautionis de non offendendo probetur ex fuga, & contumacia offendentis in præiudicium fideiussoris.

SVMMARIVM.



Acem, seu cautionem de non offendendo ruptam esse, ad hoc vt pœna exactioni locus sit, constare debet concludenter per testes, non autem per solam contumaciam offensoris, nu. 105. & seq. Vbi ampliatur, etiam quod contumacialis sententia esset fundata in depositione vnius testis de visu.

Pacem esse ruptam non probatur ex sola confessione offensoris, n. 107. licet alij contra nu. 108.

Pacis, seu cautionis de non offendendo fractio, & contrauentio, licet non probetur ex contumacia offendentis, talis tamen contumacia multum coadiuuat alias probationes, nu. 109.

Pacis, seu cautionis contrauentio probatur ex sola contumacia principalis delinquentis, qui soluendo est, potestque fideiussorem releuare, num. 110.

Pacis, seu cautionis de non offendendo contrauentio, & fractio probatur ex contumaciali condemnatione principalis delinquentis ex statuto Vrbis, & ex Bulla Pij Quarti, num. 111. Amplia etiam quòd contumax non citetur personaliter nu. 112. Amplia 2. tam in fideiussore de non offendendo, quàm in fideiussore pacis, n. 113. Limita, dummodo tractetur de pœna conuentionali fisco applicanda, secus si de pœna applicanda parti, nu. 114. contra nu. 115. Resolue, vt num. 116.

QVÆST. CVII. PAR. I. ARTIC. XI.

105 REGVLA sit, quòd pacis, seu cautionis ruptæ pœna conuentionalis ad hoc, vt exigi possit à fideiussore, debet de fractura constare certè, & concludenter per testes, non autem per solam contumaciam, seu contumacialem condemnationem principalis delinquentis. Vnius enim contumacia, & inde ficta confessio resultans alteri non nocet, sententiaque contra principalem absentem, & contumacem lata fideiussori non præiudicat. Bar. & omnes in l. cũ filiusfamilias, ff. de verbor. oblig. cum alijs in simili per me adductis, in 1. par. in tit. de delict. & pœnis, quæst. 24. num. 173. & seqq. Maiorq; probatio regulariter requiritur contra fideiussores, quàm contra principales. Bero. consi. 199. num. 15. & consi. 200. num. 6. lib. 3. Ex qua ratione, & alijs precipuè in terminis hanc conclusionem firmarunt Corn. consi. 211. num. 5. lib. 3. Idem Bero. consi. 197. num. 2. lib. 3. Gozzadin. consi. 31. num. 10. Foller. in pract. crim. in 4. par. 3. part. principalis in verbo *& si confitebuntur*, num. 37 & in fragmentis, num. 263. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. cap. 29. nu. 1. & seqq. Moron. in tract. & de fid. treg. & pac. quæst. 182. num. 1. & seqq. Rolan. consi. 94. num. 23. & seq. lib. 3. Vulpell. in tract. de promiss. de nõ offen. quæst. 104. Bertazz. consi. 18. num. 14. lib. 1. & consi. 280. num. 3. lib. 2. Cartar. in tract. de exequut. sententiæ, cap. 1. num. 304. & 305. quorum plerique testantur de communi, & recepta opinione. Plot. consi. crimin. diuersor. 130. num. 22. lib. 1.

106 Vbi videtur hoc ampliari etiam quòd contumacialis sententia esset fundata in dicto vnius testis de visu deponentis, refert Baiard. in addit. ad Clar. d. quæst. 47. num. 26. Vbi ampliat generaliter, etiam quòd contumacia sit adminiculata alijs indicijs, & præsumptionibus, ex Bero. quem allegat in cõs. 203. per totum lib. 3. & aduertè quòd licèt idem Baiard. ibidem num. 27. parum sibi constans dixerit isto casu sufficere, quòd per publicam vocem, & famam probetur, pacem esse ruptam, concurrente condemnatione principalis, & delicto de nocte commisso ex Iustin. Bonden. in consi. crim. diuersor. 54. num. 34. lib. 2. Qui in id allegat Alex. in consi. 115. viso themate, colum. 3. num. 24. vers. Quinimmò lib. 4. Non tamen recedas à proposita conclusione, quæ sine dubio communiter recepta est. Nec curandum est de opinione d. Iustin. Bonden. contra dictam communem loquentis, & eo præsertim quia Alexan. per ipsum allegatus in d. consi. 115. non loquitur ad effectum incurrendi pœnam, sed ad effectum excusandi à pœna eum qui ex noua causa offendit illum, quem non offendere promiserat, dicitque istam nouam causam ad effectum prædictum sufficienter dici probatam, per publicam vocem, & famam, qui termini sunt longe diuersi a proposita conclusione.

107 AMPLIA in tantum esse veram propositam regulam, vt nec sufficere videatur propria confessio delinquentis, sed necesse est, quòd de contrauentione constet per testes idoneos, & parte citata examinatos per regulam, quòd vnius confessio alteri non nocet, ita in terminis post Alber. quem allegat in l. cum procurator ff. de fideiussor. voluit Foller. vbi supra in fragmen. d. num. 263. Hercul. de caut. cap. 29. num. 3. in fine, & seqq. Hippol. Riminal. consi. 299. num. 17. lib. 3. vbi quòd ad effectum, vt legalis, seu conuentionalis pœna committatur, requiritur liquidissima probatio, nec sufficit suspitio, aut coniectura.

108 Quamuis contrarium, quòd sufficiat probatio, aut per testes, aut per cofessionem oris proprij principalis, pro quo fuit fideiussum scripserit Rolan. in consi. 94. num. 24. lib. 3. & est de mente Cartar. in tractat. de exequut. sent. cap. 1. num. 305.

109 LIMITA I. eandem regulam, quòd licèt ex contumacia offendentis non probetur plene offensio; talis tamen contumacialis condemnatio coadiuuat alias probationes contra fideiussorem factas, & sic operatur, quòd probatio prædicta insufficiens perficiatur, & adminiculetur ex contumacia prædicta secundum Vulpell. in tract. de promiss. de non offend. d. quæst. 104. num. 5. per ea, quæ in simili tradiderunt Alexan. consil. 65. num. 10. libro 1. Gram. decis. 11. num. 14. & decis. 42. num. 13. & consil. 58. num. 20.

110 LIMITA II. quando principalis delinquens est soluendo: & habet modum releuandi fideiussorem a solutione pœnæ: quia tunc sola contumacia prædicta ipsi fideiussori nocet, ex quo habet regressum contra bona principalis, & sic cessat ratio præiuditij per Doctores considerata ad ea, quæ in simili scripserunt Bal. in l. 1. nũ. 5. vers. Præterea, & ibi etiam Alciat. num. 20. vers. sed quid si lege municipum ff. si cert. petat. & Alber. in tract. de stat. par. 1. q. 180. De qua tamen conclusione, non sine ratione dubitat Vulpell. d. q. 104. ante num. 5.

111 LIMITA III. vt quicquid sit de iure habemus Vrbis statutum lib. 4. cap. 25. (Quòd tamen loquitur solum in pace fracta) in quo cauetur, quòd sententia, seu diffidatio lata contra delinquentem ipso iure noceat fideiussori, & pariter habemus Bullam Pij Quarti in ordine 128. fol. 870. in 1. par. Bullar. vbi dicitur. *Quòd data contrauentione alicuius comprahensi in stipulatione, si contingat talem contrauenientem vere, & realiter confiteri, vel ficte propter contumaciam in non comparendo pœna cõuẽtionalis committatur, & exigi possit à fideiussoribus nulla excusatione, vel exceptione penitus admissa, immo habeantur crimen, & contrauentio, ac si per testes, vel alias legitimè probatum, vel probata fuissent.*

112 AMPLIA I. hanc III. limitationem, quòd licet Hercul. in tracta. de caut. d. cap. 29. num. 11. ad finem dixerit, illum non habere locum, nisi quando contumax est personaliter citatus, eius tamen sententia minime recipitur in practica quia sufficit delinquentem fuisse citatum, eo modo quo contumaces citari solent, & si aliter diceremus idem motus proprius redderetur elusorius, quia nũquam delinquentes, qui timentes capi aufugiunt, possent personaliter citari.

113 AMPLIA II. quòd idem motus proprius Pij Quarti procedit, & habet locum non solum in fideiussore cautionis de non offendendo, sed etiam in fideiussore pacis, quamuis enim de hoc alias fuerit dubitatum in Curia Maceratensi ex rationibus per Cartar. deductis in tracta. de exeq. senten. cap. 1. num. 308. & sequentibus. Veritas tamen est, quòd etiam in fideiussore pacis locum habet, prout bene demonstrat idem Cartar. ibidem num. 321. & seqentibus, & hoc in practica nullam habet difficultatem.

114 SVBLIMITA eandem III. limitationem, vt dictus motus proprius locum habeat solum, quando tractatur de pœna conuentionali fisco applicanda; non autem quando eadem pœna applicatur parti; sicut pluribus demonstrat Cartar. de exeq. senten. cap. 1. num. 396. & seqq. iuncto num. 330. & seqq. vbi præsertim quod non habet locum quoad damna, & interesse ex Bertazz. in consil. 18. num. 15.

115 Sed contrarium, reprobato Cartario, defendere conatur

tur Baiard. ad Clar. quæst. 2. num. 12. & sequenti.

116 Pro resolutione vide quæ dixi in 1. par. in quæst. 11. secundum tertiam impressionem, vbi explicaui illum articulum (ex cuius resolutione pendet resolutio præsentis dubitationis) an scilicet ficta confessio operetur quoad interesse ciuile partis.

ARGVMENTVM.

Pace sequuta, an cautio præcedens censeatur cassa, & extincta, & an saltem iudex eam cassare teneatur; & de materia.

SVMMARIVM.

Cautio de non offendendo censetur cassa, & extincta, per subsequentem pacem, num. 117. & seqq. contra num. 123. & seqq. & secunda opinio est verior, num. 128. & seqq. vbi respondetur contrarijs.

Nouatio inducitur per secundam cautionem præstitam pro longiori tempore, quam fuerit præstita prima cautio, nu. 118. declara, vt num. 129.

Nouatio inducitur per secundam obligationem, quæ sit incompatibilis cum prima, nu. 119. declara, vt nu. 130.

Pax, & inimicitia an sint inter se contraria, & incompatibiles, numero 130.

Pax, & cautio de non offendendo an dicantur inter se contraria, & incompatibiles, num. 120.

Causa cessante alicuius dispositionis cessat etiam ipsa dispositio, num. 120. Declara, vt nu. 131.

Principali sublato, censetur etiam sublatum accessorium, nu. 120. Declara, vt num. 131.

Ius in spe consistens tertio acquisitum ex aliquo actu, tollitur ex contrario actu etiam ipso tertio non consentiente, nu. 131. Declara vt num. 132.

Cautio de non offendendo censetur cassa, per pacem subsequutã, quando partes in eadem pace expresse eandem cautionem cassarunt, nu. 122. Declara, vt nu. 127. 138. & 141.

Nouatio non censetur facta, per subsequentem contractum, nisi expresse dicatur, nu. 124.

Ius fisco quæsitum sine fisci consensu tolli non potest, nu. 125.

Cautio de non offendendo non censetur cassa, per subsequutam pacem absque alio iudicis decreto, num. 133.

Offensio sequuta post pacem censetur facta ex noua causa, non autem ex prima, num. 134.

Pace sequuta post cautionem præstitam potest iudex si sibi videbitur eandem cautionem cassare, num. 135. & si iudex requisitus cautionem cassare recusauerit, sine iusta causa habetur, pro cassa, num. 136.

Iudex non potest ex officio, & parte non petente cassare cautionem propter subsequutam pacem, num. 137.

Iudex non debet cassare cautionem de non offendendo præstitam pace non sequuta, num. 138.

Pax secunda an tollat primam, nu. 140.

Cautio de non offendendo secunda an tollat primam, nu. 140.

Pax an possit cassari de partium consensu ante commissam pœnam, num. 141.

QVÆST. CVII. PAR. I.
ARTIC. XII.

117 IN proposita huius XII. articuli dubitatione, vna fuit opinio affirmatiua, quòd scilicet, per pacem subsequutam cautio de non offendendo præstita censeatur abolita, & extincta, & hanc opinionem consulendo tenuit Bero. in cons. 205. nu. 13. & seq. lib. 3. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace q. vltima, vbi in fine, dixit ita videri de consuetudine seruari, latissime defendit Hier. de Monte q. 189. per totam in discursu, & sequitur Marc. Anton. Eugen. cons. 82. num. 9. & 35.

118 Adducitur primo, pro hac opinione tex. in l. Valerianus

ff. de prætor. stipulation. vbi probatur ope exceptionis inductam esse nouationem, quando prætor primo loco iussit caueri, per aliquod tempus determinatum, & postea in longius tempus caueri iubet, sic in casu nostro videtur dicendum, quòd ex quo pax continet promissionem de non offendendo perpetuam; cautio autem præcedens, non nisi ad tempus, ideo &c.

119 Adducitur II. Quia quando secunda obligatio est incõpatibilis cum prima, tunc per secundam inducitur nouatio, etiam quòd non sit expresse dictum l. qui vsum fructũ ff. de verbor. oblig. l. omnes ff. de nouat. sed sic est, quòd contractus pacis non compatitur cum cautione de non offendendo, quia pax præsupponit inimicitiam finitam, eamque non extare, cautio autem illam præsupponit ergo &c.

120 Adducitur III. quia inimicitia est causa principalis, vt cautio præstita fuerit, per pacem est extincta inimicitia, ergo etiam debet esse extincta cautio, quæ propter inimicitiam data fuerit, per regulam, quòd cessante causa &c. & per aliam regulã, quòd sublato principali, censeatur etiam sublatum accessorium.

121 Adducitur IIII. Quia quando ex dispositione contrahentium ius aliquod tertio quæritur, quòd consistit in spe, & pendet a futuro euentu, tunc illud idem ius potest ipsi tertio tolli ex contrario consensu eorundem contrahentium a contractu recedentium, etiam ipso tertio, non consentiente Ias. in l. 2. nu. 66. vers. in glo. verbo triennij, & nu. 207. vers. secundo pro hac parte C. de iur. emphiteot. Alex. cons. 204. n. 3. & 4. lib. 7. ita & ius fisco quæsitũ facto, & contractu cauentium inter se, de non offendendo ante sequutam offensionem eorundem cauentium consensu tolli, & reuocari potest.

122 Et præsertim hæc opinio eo magis procedere videtur, quando partes expresse in instrumento pacis cassarunt, & annullarunt præcedentem cautionem de non offendendo, prout in specie voluit Hier. de Monte d. q. 25. nu. 8. vers. & pro hac opinione, & nu. 12. in fine, & 29. vers. ideo fideiussio cassari potuit, & num. 30.

123 CONTRARIA fuit opinio negatiua, quòd scilicet cautio de non offendendo sublata minime censeatur per subsequutam pacem, nisi interueniente fisci consensu, aut iudicis decreto mandante illam cassari, aut declarante illam censeri cassam, & hanc opinionem expresse tenuit Hercul. in tract. de caut. de non offen. cap. 9 num 9. & seqq. Vulpell. in tract de pace cap. 30. quæst. 30. Quamuis vt ipse asserit contrarium alias consuluerit Collegium Maceratense, & alius multi nominis Auditor Illustrissimi Vrbini Ducis.

124 Adducitur præcipue pro hac contraria opinione vulgata regula legis finalis C. de nouation. quòd scilicet per subsequentem contractum non censeatur facta nouatio, nisi expresse dicatur.

125 Adducitur II. quia per præstitam cautionem est ius fisco quæsitum, ideo sine eius consensu illud ius tolli non potest ad trad. per Alexan. Aret. Socin. & Ias. in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verbor. oblig. & facit vulgaris regula, quòd ius nostrum sine facto nostro nobis tolli non potest.

126 Et ex hac ratione hæc contraria opinio procedere videtur, non solum, quando in contractu pacis partes expresse non annullarunt, & cassarunt præcedentem cautionem de non offendendo, quo casu illa eo magis videtur in suo robore permanere, quia si partes voluissent cassare, hoc vtique dixissent ad l. 1. §. fin autem C. de caducis tollendis c. ad audientiam in fine, de decimis.

127 Sed etiam quòd expresse in ipsa pace fuerit derogatum dictæ cautioni; Non enim partes, cum istis priuatis conuẽtionibus possunt iuribus fisci præiudicare, prout in specie ampliauit idẽ Vulpell. d. q. 30. nu. 3. vbi hanc conclusionem inconcussam existimat.

128 QVID DICENDVM, existimo hanc secundam opinionem esse de iure veriorem, rationesque, pro eo adductæ licet pauciores, sint, magis tamen de iure stringere videntur, & dum hæc quæstio de facto contigisset tempore

quo eram Locumtenens in Criminalibus Illustrissimi D. Camilli Burghesij A. C. & nunc Cardinalis amplissimi, in quadam causa Perusina fractæ pacis; ego hanc partem sustinui, & pro fisco pronunciaui, quamuis postea fideiussor cum fisco composuerit, seu potius si rectè memini gratiam ex magna parte habuerit Greg. XIIII. tunc summo Pontifice, & si hanc sententiam sequi volueris, facilè erit ad contraria respondere.

129 Textus enim in d. l. Valerianus, ff. de prætorijs stipulatio. non facit ad propositum, primo, quia ibi concurrunt duo, quæ minimè concurrunt in casu nostro. Primum est quòd secunda cautio fuit præstita iussu iudicis sicut prima; Secundum, quia secunda cautio differt à prima, nisi in tēpore, non sic in casu nostro, in quo pax inter contrahentes inita fuit ex partium conuentione, non autem iussu iudicis, prout præstita fuit cautio præcedens, & pariter promissio de non offendendo, aut tacita, aut expressa in pace non habet fideiussores, sicut prima cautio de non offendēdo, & propterea non inferēdum aliquo pacto ex illo textu, prout è contra inferri posset si prima cautio fuisset præstita non iussu iudicis, sed de sola partium voluntate, partesque eadem postea pacem faciendo, aut ab illa expressè recessissent, aut aliam perpetuam cautionem præstitissent, tunc enim benè intraret ratio, & argumentum illius legis, prout & idem esset si secunda pax, cum simili cautione perpetua fuisset facta iussu iudicis, quia tunc & pariter videretur idem iudex à prima recessisse.

130 Ad secundam rationem de incompatibilitate pacis, & inimicitiæ responsio est facilis, licet enim pax, & inimicitia sint inter se contrariæ, non tamen sequitur, quòd prima cautio, & obligatio sit incompatibilis cum subsequuta obligatione pacis, immò quod sit compatibilis apparet manifestè, quia per pacis obligationem confirmatur, & magis ampliatur præcedens cautio, & bene aduertit Vulpell. d. q. 30. num. 1. in fine, num. 2. Nec dissentit Hercul. de caut. d. cap. 9. num. 14. vers. & stante hæc simul, & è contra præcedens cautio magis etiam firmat subsequutam pacem, & vt notum est, quandoque etiam fiūt paces etiam cum cautionibus de non offendendo.

131 Ad tertium argumentum, sumptum ex regula cessante caussa, &c. & ex alia regula sublato principali &c. Respondetur illud non procedere, quando consideratur diuersa ratio, diuersitas autem rationis in casu nostro est euidens, quia prima cautio fuit præstita iussu iudicis, pax autem subsequens non; ideo non potest priuatus per solam conuentionem facere cessare id, quod iudicis decreto firmatū fuit, & propterea quia per cautionem fuit ius fisco quæsitum, ideo sine illius pacto ab eo auferri non potest, vt supra.

132 Ad quartum, quòd scilicet ius tertio quęsitum in spe, ex sola partium conuentione possit etiam ex sola cōtraria conuentione ipsi auferri Respondetur in casu de quo agitur, per præstitam cautionem de non offendendo esse acquisitum ius fisco, non ex sola voluntate, & conuentione partium, sed ex iudicis authoritate, & iussu, sine quo nunquam partes, ita cauissent, ideo non potuit sine eodem iussu, & authoritate tolli, eo præsertim, quia vt mox dicam, etiam sequuta pace poterit Iudex arbitrari nō prorsus cessasse periculi, & offensionis timorem, & propterea tutius existimabit non obstante pace, cautionem in suo robore manere, & propterea hodie etiam videmus, quandoq; fieri paces, vt dicunt pœnatas, & cum cautionibus prædictis.

133 PRIMA itaque ex prædictis colligitur conclusio, quòd per solam pacem absque alio iudicis iussu, aut decreto præcedens præstita cautio de non offendendo sublata non censeatur, & hæc prima conclusio ampliatur, & declaratur, vt supra, nu. 122. 126. 127. & 129.

134 SECVNDA sit conclusio, quòd licet, per pacem non sit sublata cautio, si tamen post pacem vna pars offendat aliam præsumitur offensio facta non ex antiqua, quæ iam per pacem sopita est, sed ex noua causa, secundum Hercul. in tract. de caut. de non offend. d. capit. 9. num. 12. & etiam voluit Marc. Anton. Engen. d. consil. 82. numero 35. & seq. Vbi ampliat etiam stante constitutione quòd noua causa allegari non possit, & ita sæpius apud ipsum seruatum fuisse testatur.

135 TERTIA conclusio, quòd licet pariter cautio non censeatur sublata per subsequentem pacem, potest tamen iudex stante pace mandare, vt ipsa cautio cassetur, vel habeatur, pro cassa, si ita sibi videbitur, & in proposito, tunc demum arbitrabitur cautionem esse cassandam, si odij, & inimicitiæ rancorem cessasse existimauerit, secus si aliter, ita colligitur ex traditis per Hercul. de caut. de non offenden. d. cap. 9. num. 9. 10. & 14. vers. Quamobrem, vbi amplius quòd in dubio facta pace, præsumitur cessare timor scandali.

136 QVARTA conclusio, quòd si iudex requisitus cassare cautionem recusaret illam cassare, sine iusta causa adhuc habetur pro cassa quoad partem, si credendum est Hercul. de caut. de non offend. d. cap. 9. num. 14. in fine, vers. planè; de cuius dicto valde dubito, & verius crederem, tutius etiam à tali denegatione, seu recusatione esse appellandum.

137 QVINTA conclusio, quòd iudex, non potest ex officio, & parte non petente cautionem cassare, quamuis pax sequuta sit, sed necesse est, vt petatur, & non sufficit vnius partis instantia, altera recusante, sed necessarius est vtriusque partis consensus, secundum Hercul. in tract. de caut. de non offend. d. cap. 9. num. 11. vers. iudex autem & num. 14. vbi huius conclusionis rationes affert.

138 SEXTA conclusio, quòd non sequuta pace iudex non potest, nec debet mandare cassari cautionem præstitam, quamuis ambæ partes illius cassationi consentiant, tunc enim magis timendum esset de scandalo, magisque partes dicuntur suspectæ de se inuicē offendendo sm Hercul. in tract. de caut. de non offen. d. c. 9. nu. 13. vbi bene reprobat hanc conclusionem.

139 SEPTIMA conclusio, quòd per secundam pacem censetur recessum à prima, & sic in casu contrauentionis non potest exigi pœna apposita in primo instrumento pacis, quòd an verum sit, & quando, vide Rimin. Sen. in cons. 22. num. 1. & 7. in fine, vers. vltimo prædicta probantur, & seqq. & num. 10. vers. 3. respondetur lib. 1. vbi probat, quòd per secundum instrumentum pacis censetur nouatum primum, quando in secundo instrumento pax fuit facta de omnibus præteritis iniurijs ex quacumq; causa, & vsque ad diem celebrationis instrumenti, quod & iure, & rationibus comprobat, & contrarijs respondet.

140 Sed an per secundam cautionem de non offendendo censeatur excessum à prima, vide Hippol. Rim. cons. 306. num. 1. lib. 3.

141 OCTAVA conclusio, quòd partes possunt de consuetudine recedere ante commissam pœnam à contractu pacis, etiam sine Principis consensu, si credendum est. Bertaz. in cons. 147. num. 4. vide, an allegati per ipsum probent id, ad quòd allegantur, quia contrarium expressè tenuit Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. q. 117. nu. 12. secundū vltimam impressionem, dicens expressè concedi non posse, vt partes à pacis contractu recedant, nedum tacitè ex Bart. Ias. & alijs in locis, ibi per eum relatis; Nec dissentire videtur. Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. num. 55. in fine, vb. dixit, quòd partes non possunt remittere in præiudicium fisci pœnam appositam in pace fisco applicatam; ad quod vide etiam Hippol. Rim. consil. 704. num. 69. & seqq. lib. 5. vbi quòd principales paciscentes non possunt in præiuditium compræhensorum in pace consentire cassationi, & annullationi instrumenti pacis quando dictis compræhensis esset ius quæsitum.

ARGVMENTVM.

Offensionis appellatione quid veniat ad effectum, vt ex ea censeatur rupta pax, vel cautio.

SVM-

SVMMARIVM.



Offenſio dicitur omne id, quod ad iracundiam prouocat, num. 142.

Offenſio oritur ex facto ad iracundiam prouocante, dummodo ex illo facto competat offenſo actio iniuriarum nomine proprio, alias ſecus, nu. 143.

Offenſio oritur ex facto prouocante ad iniuriam, dummodo illud factum ſit iniuſtum; & punibile aliter ſecus num. 144. & 145. vbi declaratur.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta ex noua cauſa orta ex facto aduerſarij ad iracundiam prouocante, etiam quod illud non ſit illicitum, nec pœnam mereatur, numero 146.

Offenſio dicitur omne factum, quod pœnam meretur, nu. 147.

Offenſio in perſonam dicitur, quando corpus tangitur principaliter, ac læditur, ſi verò non tangatur, nec lædatur, non dicitur offenſio facta in perſonam, num. 147.

Offenſio in perſonam non dicitur, niſi corpus tangatur, quando agitur de odio irrationabili, ſi verò agitur de odio rationabili, & tunc dicitur offenſio in perſonam, etiam quòd non tangatur corpus, ſed tangatur res corpori coherens, prout ſunt veſtimenta, num. 148.

Offenſio dicitur in perſonam, quando tangitur res corpori coherens inſeparabiliter, prout ſunt pili, vnguis, & capilli, num. 149.

Offenſio perſonæ, ſeu perſonaliter dicitur etiam, quòd corpus non tangatur, & in quo differat ab offenſione in perſonam, numero 150.

Pax, ſeu cautio de non offendendo in perſonam ex qua offenſione rupta dicatur, num. 151.

Pax, ſeu cautio de non offendendo perſonam, ſeu perſonaliter, ex qua offenſione rupta dicatur, nu. 152.

Pax, ſeu cautio ſimpliciter præſtita de non offendendo ex qua offenſione rupta dicatur, num. 153. & ſeqq.

Promittens non offendere directè, aut indirectè quocunque modo, aut ſub alijs vniuerſalibus verbis ex qua offenſione dicatur ſuæ promiſſioni contrauenire, num. 157.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XIII.



NVNC ingredior ſecundam partem propoſitæ quæſtionis, in qua præcipue agitur, quando, & quibus modis pax, ſeu cautio de non offendendo fracta dicatur, & pro reſolutione propoſiti articuli, in quo in genere tractatur quid, & quotuplex ſit offenſio, & ex qua offenſione pax, ſeu cautio rumpatur, proponendæ pariter ſunt infraſcriptæ concluſiones.

142 PRIMA ſit concluſio, quòd offenſio dicitur omne id, quod ad iracundiam prouocat Bar. in l. licitatio §. quòd illicite num. 4. ff. de public. & vectigal. per text. in extrauag. de pace conſtan. circa princ. Florian. in l. 1. §. hæc autem verba num. 2. ff. de his qui deiec. vel effud. Aret. in l. ſtita ſtipulatus §. Chriſogonus, nu. 12. in fine, ff. de verbor. oblig. vbi quòd verbum *offenſa* poſitum in ſtipulatione complectitur omnem perturbationem, quæ iniuſte oritur ex facto alterius. Bero. conſ. 202. num. 1. lib. 3. Gozzadin. conſ. 31. num. 13. Ruyn. conſ. 81. nu. 1. lib. 4. Pariſ. conſ. 165. num. 4. lib. 5. Hercul. de caut. de non offen. c. 25. num. 1. Vulpell. conſ. 51. nu. 9. & conſ. 82. nu. 3. Thob. Non. conſ. 111. nu. 8. Claud. in addit. ad Bertazz. conſ. 176. littera B. Surd. deciſ. Mantua. 79. nu. 1. Cæphal. conſ. 549. nu. 106. lib. 4. Honded. conſ. 103. num. 13. lib. 1.

143 SECVNDA eſt concluſio præcedentis concluſionis declaratiua, quòd tunc demum dicitur oriri offenſio ex facto ad iracundiam prouocante, dummodo ex illo facto competat offenſo actio iniuriarum nomine proprio; alias ſecus, prout exemplificat Bero. in conſ. 202. num. 8. & 25. verſ. non obſtat ſecundum, & num. 29. verſ. Proprie capitur lib. 3. Nec diſſentit Cæphal. conſ. 190. num. 2. lib. 3. vbi dixit eam proprie eſſe offenſionem, pro qua datur offenſo actio iniuriarum ex Bar. & Alex. in locis per eum relatis, & voluit etiam Auguſtin. ad Ang. de malef. in verbo *Che hai adulterato la mia donna*, poſt nu. 6. ex Bar. & Bal. pariter in locis relatis per eum, & præcipue Bal. in c. 1. §. ſimiliter, nu. 4. quib. mod. feu. amitta. quibus addo eundem Cæpha. cōſ. 549. nu. 18. lib. 4. & conſ. 587. nu. 39. eodem lib. 4. Simon de Præt. conſ. 190. num. 9.

144 TERTIA eſt concluſio eiuſdem primę concluſionis declaratiua, vt tunc demum ex facto ad iracundiam prouocante oriatur offenſio, dummodo illud factum ſit iniuſtum, & punibile; aliter ſecus Bar. in d. §. quòd illicite eod. nu. 4. verſ. intellige quod prouocet iniuſte &c. per tex. in l. teſtamento ff. de manum. teſtam. cum alijs ibi per eum allegatis. Aret. in d. §. Chriſogonus nu. 14. Roman. in d. §. quod illicite, nu. 3. Corn. 51. num. 6. lib. 1. Bero. conſ. 202. num. 1. verſ. ſecundo ille dicitur offendere lib. 3. Pariſ. d. conſ. 165. eod. num. 4. lib. 3. Vulpell. de pace, quæſt. 90. vbi teſtatur de receptiori ſententia. Claud. ad Bertazz. conſ. 248. littera B. verſic. ſecundo caſu, & verſic. ſeq. vbi alios refert, & teſtatur de veriori opinione. Cæphal. d. conſilio 549. num. 107. libro 4.

145 QVARTA eſt concluſio præcedentis III. concluſionis declaratiua, quòd licet verè, & propriè nō dicatur offenſio illa, quæ oritur ex facto ad iracundiam prouocante, non tamen illicito, & punibili, largè tamen, & impropriè etiam quòd factum ad iracundiam prouocans pœnam non mereatur, dicitur offenſio ſecundum Corn. d. conſ. 51. poſt nu. 6. lib. 3. & Bero. d. conſ. 202. nu. 25. & 29. lib. 3. vbi quòd iſto caſu ſi ex facto pœna imponitur dicitur oriri offenſio longiſſimè, & impropriſſimè. Claud ad Bertazz. d. conſ. 248. littera B. in vltimo verſ.

146 Et propterea licet ad incurrendum pęnam fractæ pacis, vel cautionis requiratur factum non impliciter prouocās ad iram, ſed etiam illicitum, & punibile, attamen ad effectum excuſandi a fractura pacis, vel cautionis propter præcedentem offenſionem, & ſic ex noua cauſa ſufficit ſecundum hanc largam ſignificationem offenſionem oriri ex facto ad iracundiam prouocante, quamuis pœnam non mereatur, ſcripſerunt Hercul. de caut. de non offen. c. 24. num. 9. Thob. Non. conſil. 111. num. 9. 10. & 28. Claud. in addit. ad Bertazz. conſ. 176. littera B. vbi alia ad materiam, de qua etiam dixi art. 34. concluſ. 2. nu. 458. & ſeqq.

147 QVINTA eſt concluſio, quòd offenſio dicitur omne factum, quòd pęnam meretur, Bar. in l. licitatio §. quod illicitè, nu. 3. in fine, & ibi etiam Roman. nu. 7. verſ. primo ex regula &c. ff. de publ. & vectig. per tex. in l. teſtamento ff. de manum. teſtam. Florian. in l. 1. §. hæc autem verba, nu. 2. ff. de ijs, qui deiec. vel effud. Ruyn. conſ. 43. num. 19. lib. 4. Bero. conſ. 202. num. 29. lib. 3. (vbi tamen quod iſto caſu verbum *offenſio* dicitur capi non in ſtricta, & propria, ſed impropria, & larga ſignificatione, niſi ei, cui ſit offenſio competat etiam actio iniuriarum nomine proprio; quia tunc ex facto ad iracundiam prouocante, & punibili propriè dicitur naſci offenſio; aliter ſecus, iuxta tradita ſupra in tertia concluſione. Hercul. de caut. de non offend. cap. 24. numero 9. Vulpell. conſilio 51. num. 9. & conſ. 82. numero 4. Claud. ad Bertazz. conſil. 147. littera B. verſic. ſecundo ibi promiſſum fuerat. Surd. deciſ. Mantua. 79. num. 2.

147 SEXTA concluſio, quòd offenſio in perſonam dicitur, quando corpus tangitur principaliter, ac læditur, ſi vero non tangatur, nec lædatur, non dicitur offenſio facta in perſonam. Bart. in l. licitatio §. quòd illicitè, numero quinto, ff. de public. & vectig. per tex. in l. prima § hæc autem verba ff. de his, qui deiect. vbi præſertim Bal. & Florian. notant dictionem *in*, *adiectam perſonæ* denotare eiuſdem perſonæ coherētiam idem Bal. in rubr. ff. ſolut. matrimon. columna prima, in fine, vbi quòd iniuria non dicitur facta in perſonam niſi cum corpus ſentiat. Dec. conſilio 406. per totum in diſcurſu, libro ſecundo. Bero. conſilio 202. numero 23. libro tertio. Benintend. deciſ. 65. numero 19. vbi amplius infert, quòd

quando fuit promissum non offendere in personam, non dicitur promissioni contrauentum per offensionem personę. refert, & sequitur Hercul.de caut. de non offenden. cap.24. num. 4. & 6. in fine, ad quæ vide etiam eundem Hercul.ibidem, cap.25.num.6.& seqq.& cap.27.num.3.& cap.35.num.1.versic.quòd requiratur, vbi quòd tunc corpus dicitur sentire offensionem, quando ex percussione patitur dolorem, liuorem, tumorem, aut sanguinis effusionem. Nicol.Moron.in tract.de fide treg.& pac.quæst.173. num. 3. & 7. secundum vltimam impressionem Vulpell. cons.82.num.9. & in tract.de promiss.de non offen.quæst. 91. num. 8. & 17. vbi testatur de communi sensu Doctorum, & quæst.101.num.10.Bertazz.cons.247.num.27.in fine, Cæphal.cons.190.num. 8.lib.2.& cons.549.num.108. & seqq.lib.4. Laderch.Imolen.cons.200.num.1.versic.in qua re Ludou. Peguer.decis.crim. 21.nu.1.vers. confirmatur prædicta.Honded.cons.103.nu.17.& seqq.lib.1.vbi pluribus hanc conclusionem probat.

148 SEPTIMA conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd quando agitur de odio irrationabili, prout est quòd vnus teneatur pro delicto alterius, quando puta, promisit, pro alijs de sua domo, quòd non offendent, tunc inquam, non dicitur offensio in personam, nisi corpus tangatur, & lædatur, secus si agatur de odio rationabili, vt scilicet quis teneatur de suo proprio delicto, quia tunc verbum, *in personam*, non accipitur, ita strictè, sed in personam offensio dicitur illata, siue corpus tangatur, siue etiam res corpori cohærens, prout sunt vestimenta, secundum Bart.in d.§ quòd illicite, nu.5.& 6. & dixi infra, nu. 183.hic non repeto,

149 OCTAVA est conclusio eiusdem sextæ conclusionis declaratiua, quòd offensio dicitur in personam, non solum, quando tangitur, aut læditur corpus, sed etiam quando tangitur res corpori cohærens inseparabiliter, prout sunt pili, vngues, & capilli, secundum Bart.in d.l.licitatio § quòd illicitè, num.5. vers.quandoque offensa in personā ff.de public.& vectig. Hercul. de caut.de non offend.cap. 24.numero 8. & cap.25. nume.7. Vulpell. de promiss. de non offend. quæst. 91.numero quarto, Viui.decis.368. nu. 1.versic.contrariæ sententiæ, quamuis contrarium suaderi videatur ex allegatis per Ludou. Peguer. decis. crimin. 21.num.1.

150 NONA est conclusio, quòd offensio dicitur fieri personæ, seu personaliter, etiam quòd corpus non tangatur, nec eam corpus sentiat, & sic erit differentia inter offensionem in personam, & offensionem personalem, seu personę, vt primo casu requiratur tactus corporis, vt dixi supra in sexta conclusione, secundo autem casu non; Secundum Bal. in rubr. ff. solut. matrim. colum.1.ad finem, & in l.si qua, per calumniam, nu.1.in fine, vers.item dicit hic Gail. C.de Episc.& Cler. Nec dissentit Dec.in cons.406 nu.4.in fine, lib.2.Hercul.de caut.de non offend.c.24.nu.4.& c.25. num.6.& seqq. Vulpell.cons.82.num. 5. Cæphal.cons.190. num. 10.& seq.lib.2.Multa autem exempla offensionis personalis, seu personæ, quibus dubitatur an pax, seu cautio dicatur rupta, ponentur in sequenti articulo, vbi præsertim de iniuria verbali; de percussione super vestibus, & de insultu.

151 HIS sic firmis conclusionibus, & rem omnem ad practicam reducendo, si scire volueris, ex qua offensione pax, seu cautio rupta dicatur, dicas, quòd si fuit promissum, non offendere *in personam*, tunc pax siue cautio non dicitur rupta nisi ex offensione de qua supra in 6.7.& 8. conclusione.

152 Si vero fuit promissum non offendere *personaliter*, aut non offendere personam; tunc dic pacem, seu cautionem rumpi etiam ex offensione, quæ non tangat corpus, vt supra in 9.conclusione.

153 Quòd si fuit promissum simpliciter, *non offendere*, nulla adiecta qualitate *personæ*, seu *personaliter*, seu *in personam*, tunc vna fuit opinio, quòd ad effectum prædictū offensio intelligatur, non solum de offensione, quę fit in personam, sed etiam de ea quæ fit personæ, aut personaliter, secundum Bero. in cons. 202. num. 22. & 29. libro 3. Laderch. Imolen. in consil.200.nu. 1. Vbi quòd promittens non offendere simpliciter, intelligitur promittere, vt non offendat personam. Vulpell.cons.82.nu.4.& 5.

154 Vbi amplius, quòd in simplici promissione de non offendendo venit omnis offensio proueniens ex actu ad iracundiā prouocante, & punibili, iuxta tradita supra nu.142.& 146.& idem repetijt in tract. de promiss.de non offenden. quæst.91.num.1. vers. Vnde nodus iste, quod & idem voluit Bertazz.cons.147.post num.29. Et ibi Claud. in additione littera B.versic.secundo, ibi promissum fuerat. Surd. decis. Mantuan.79. in princip. Vbi amplius in proposito quòd offensæ appellatio intelligitur de quacumque offensione.

155 Altera fuit contraria opinio, vt ad effectum, vt pax, seu cautio dicatur rupta in simplici promissione de non offendendo, requiratur offensio in personam, & non alia, secundum Herculan.de caut.de non offend.c.25.nu.1.post Bertran.& Castren.in locis per eum relatis, & c.27.sub nu. 18.fol.mihi 78. facie secunda, ad med. vers. & sic offensa propriè in personam, & c.& c.35.num.1.Vbi in proposito, quòd offensio erit in personam, quando ex percussione prouenit dolor, tumor, liuor, vel sanguis. Nec dissentire videtur Simon de Prætis, cons.188.num.1.iuncto num.9. & seqq.23.& seqq.

156 In hac contrarietate distingue, prout dixi infra artic. seq.in octauo casu, nu.183. videlicet, quòd quando agitur de odio rationabili, vt puta in eo, qui promisit pro se tantum non offendere, & offendit, & tunc procedit prima opinio, quòd scilicet promissioni dicatur contrauentum per offensionem personæ, seu personaliter, vt supra, secus autem in eo, qui promittit pro alijs, quia tunc cum tractetur de odio irrationabili, videtur, quòd offendere quis nō dicatur, nisi offensio fiat in personam, & videtur de mente Simon.de Præt. cons.188. sub nu. 9.& seqq. Quicquid in contrarium, & generaliter loquendo dixerit. Bero.in loco præcitato.

157 Benè verum est, quòd quando quis promisit non offendere, sub verbis vniuersalibus, vt puta *directè, & indirectè quocumq. modo*, aut ijs similibus. Tunc crederem offensionis appellatione venire quamcunque offensionem, & sic nedum eam, quæ in personam, sed etiam eam, quæ personæ, seu personaliter illata est, & sic omnem offensionem prouenientem ex actu prouocante ad iracundiam, & punibili, prout in secunda opinione, & iuxta tradita supra in prima, & secunda conclusione, & hoc tum, vt verba prædicta aliquid operentur, tum etiam propter proprietatem ipsorum verborum vniuersalium, quæ apta sunt comprehendere omnes casus, qui sub nomine offensionis continentur, tàm strictè, quam largè, & tàm propriè, quàm impropriè, vt latè dixi in meis quæstionibus ciuilibus, sub titulo de verborum significatione, & in ijs terminis benè considerat, & concordantes adducit Claud. in addit. ad Bertazz. cons.147.littera B. in fine additionis, & Lud.Peguer.decis.crim.21.num.6.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an dicatur rupta ex insulta, seu offensione non tacto corpore, & sine illius læsione.

SVMMARIVM.

Pax, seu cautio de non offendendo dicitur rupta propter insultum cum armis, vel sine, num.158. Contra, num. 159. Distingue, vt num.160.& quid vigore Statuti vrbis, nu. 161.& quid si fuerit promissum non offendere in personam, num. 162.

Pax, seu cautio de non offendendo censetur rupta per insultum factum ad domum alicuius animo offendendi, licèt offensio non fuerit sequuta

ſequuta, nu.163.vbi etiam quid vigore Statuti vrbis, & num. 164.vbi quid ſi domus nullo iure ſpectat ad inſultatum.

Pax, ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta per inſultum factum cum armis euaginatis, & admenatione ictuum, quamuis nullus remanſerit vulneratus, num.165.& 166.vbi declaratur, niſi fuerit promiſſum offendere in perſonam, quia tunc ſola admenatio cum armis, nec pacem, nec cautionem rumpit, niſi corpus lædatur.

Cautio de non offendendo ad hoc, vt fracta dicatur, conatus, & attentatio non ſufficit, effectu non ſequuto, nu.167.

Pax, ſeu cautio de non offendenda cenſetur rupta per proiectionem teli, aut lapidis, etiam quòd nemo ex ea fuerit offenſus, numero 168. fallit niſi fuerit promiſſum non offendere in perſonam, num.169.

Pax non dicitur rupta per conſputationem in faciem, quando fuit promiſſum non offendere in perſonam, ſecus ſi fuerit promiſſum ſimpliciter non offendere, num.170.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per violentam ereptionem rei alicuius ex manibus alterius, nu.171.Contra, num. 172.Diſtingue, vt num.173.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per exonerationem archibuſij, etiam quòd ex eo, nemo fuerit offenſus, nu.174.fallit ſi fuit promiſſum non offendere in perſonam, nu.175.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta, ex eo quòd quis alterum per mantellum trahat ſine alia percuſſione, num. 176. Contra, num.177.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta ex percuſſione facta ſuper veſtibus, quando corpus non eſt læſum, etiam quòd veſtimenta ſint tacta, & inciſa, num.178.vbi præſertim quando fuit promiſſum non offendere in perſonam, & num. 179. vbi idem, quando equus, quem quis equitabat, fuit oppreſſus, abſque læſione equitantis contra prædicta, vide ibidem num.180. & ſeqq. Diſtingue, vt num.183.

Offenſio oritur ex ſola iniuria verbali, num.184.

Offenſio perſonalis, ſeu perſonæ, dicitur oriri ex iniuria verbali, ſed non offenſio in perſonam, numero 185. quamuis alij contra, num.186.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per verbalem iniuriã, quando ſimpliciter fuit promiſſum non offendere, num.187.licèt alij contra, num.188.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per verbalem iniuriam, etiam quòd fuerit promiſſum non offendere perſonam, ſeu perſonaliter, num.189. Licèt alij contra, num.190. Diſtingue, vt num.191.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta per verbalem iniuriam, quando fuit promiſſum non offendere in perſonam, num. 192. & quid ſi fuit promiſſum de non offendendo facto tantum, num. 293. & quid ſi fuit promiſſum non offendere in ære, ſeu in bonis, num.194.

Pax, ſeu cautio de non offendendo hodie vigore Statuti vrbis non cenſetur rupta per verbalem iniuriam, nu. 195.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per illationem metus, numero 196. Declara, dummodo metus fuerit deductus ad aliquem actum extrinſecum; aliter ſecus, num.197.& ſeqq. Declara ſecundo, niſi fuerit promiſſum non offendere in perſonam, quia tunc non dicitur rupta pax, ſeu cautio per ſolam illationem metus, num. 200.

Pax, ſeu cautio de non offendẽdo cenſetur rupta per ſolas minas, quod quando verum ſit, & quando non, num. 201. & ſeq. vbi, num. 204. an dicatur rupta ex eo, quòd quis alium ad dimicandum inuitat.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non cenſetur rupta ex ſolo mandato ad offendendum offenſione non ſequuta, num. 205. & an per conſilium, ſeu perſuaſionem de non offendendo, num.206.& an per ſolam aſſiſtentiam cum armis, num.207. Immo ſequuta offenſione nec etiam mandans tenetur ad pœnam cõuentionalem, quando fuit ſimpliciter promiſſum non offendere, num.208.& quid ſi t mandatarius promiſerat non offendere, mandans autem non, num.209.

QVÆST. CVII. PARTE II.
ARTIC. XIIII.

PRO reſolutione propoſiti articuli proponam etiam nonnullos caſus, quibus reſolutis, erit etiam reſoluta omnis dubitatio.

158 PRIMVS ſit caſus in inſultu cum armis, vel ſine, in quo vna fuit opinio affirmatiua, quòd ſcilicet pax, ſeu cautio de non offendendo dicatur rupta ex inſultu, licèt inſultatus non fuerit vulneratus, Corn.conſ.51.nu.6.lib.1.Qui tamen loquitur de inſultu, cum proiectione teli, fuerunt pro hac opinione conſiderata per Dec.(qui tamen, vt mox referam, eam non ſequitur) in conſ.406.in princ.& num.1.& 2.Nicol.Moron. in tract. de fid.treg.& pac.q.46. num.8. par. 2. ſecundum antiquam impreſſionem, vbi refert, & ſequitur Corn. in loco precitato. Vulpell.conſ.51.& 82.in diſcurſu, & in tracta.de pace quęſt.101.num.8.vbi loquitur de inſultu facto fugando, & in ſequendo fugientem; dicitque ita alias in prouincia Montis Ferratti obtinuiſſe, Lud. Peguer.deciſ. crimin.21.per totam 1582.ſed loquitur in inſultu facto ad domum, & quando fuit promiſſum, ſub verbis generalibus directè, aut indirectè quoquomodo, & quomodolibet.

159 Altera huic contraria ſuccedit negatiua opinio, quam conſulendo tenuit Dec. in conſil.406.lib.2 per totum, loquens in promiſſione de non offendendo perſonaliter, et cum verbis vniuerſalibus aliquo modo; ea motus ratione, quia inſultus non eſt offenſio perſonalis, ſed medium ad perſonalem offenſionem, & licèt largo modo poſſit dici offenſio perſonalis, ſeu in perſonam ſtrictè tamen, & propriè, prout in his pœnalibus ſtipulationibus verba accipienda ſunt, non dicitur offenſio perſonalis, vt ibi per eũ, & faciunt ſcripta per Vulpell.in conſ.67.nu. 5. vbi dixit ex ſimplici inſultu, abſq; admenatione, vel rotæ archibuſij exoneratione, ſi archibuſium inſultans habebat non cenſeri contrauentum promiſſioni de non offendendo. Cæph. conſ.587.num.41.lib.4.Honded.conſ.103.num. 8. iuncto num.42.lib.1.Simon de Præt.conſ.188.num.1. iuncto nu. 9.& ſeqq.23.& ſeqq.

160 In hac contrariatate poteſt diſtingui cum Vulpell. in tract.de pac q.102. inter pacem, & cautionem de non offendendo, ex ſolo enim inſultu cum armorum euaginatione dici poterit pacem eſſe ruptam ex Pariſ. in d. conſ.165. nu.22.lib.4.& Grat.d.conſ.73.nu.5.lib.2.ſecus autem quoad cautionem, ſeu promiſſionem de non offendendo, reſpectu pęnæ conuentionalis, ſeu prætoriæ, quę ſtrictius interpretatur, & non ſic facile rumpitur; ſicut pax, vt ibi per eum: vel verius, & generaliter poteſt diſtingui, prout in alio propoſito diſtinxi ſupra nu. 148. & 156. & infra num. 183.vt videlicet per ſimplicem inſultum etiam ſine percuſſione pax, ſeu cautio dicatur rupta, quando agitur de exigenda pœna ab ipſo offendente, ſecus ſi ab alio, qui non offendit, ſed pro alijs ſe obligauit, prout in ſpecie videtur declarare Simon.de Præt.in conſ. 188.ſub num.9.& ſeqq.

161 Verum apud nos Statuti Vrbis vigore c. 27. lib. 2. tam pax, quam cautio de non offendendo cenſetur rupta per ſolam violentam, & iniurioſam aggreſſionem, item per ſolam fugationem cum armis, vel ſine armis.

162 Benè verum eſt, quòd ſi in pace, ſeu cautione fuerit promiſſum non offendere *in perſonam*, tunc abſque dubio negatiua opinio videtur omnino amplectenda, quòd ſcilicet per inſultum non dicatur illi contrauentum inſultato non percuſſo, & tacto, ſic enim declarat Vulpell.dicto conſilio 82. numero 9. dicens cum iſta declaratione poſſe procedere opinionem Dec. in dicto conſilio 406. & ita etiam declarat in tracta.de pac.quæſt.41.poſt numerum 4. nec diſſentit Herculan. de cautione de non offenden.cap. 24. numero 3. quamuis quòd per inſultum dicatur fieri offenſam in perſonam, videatur voluiſſe Ludou.Peguer. deciſ.crimin.21. numero 3. ſed pro prima opinione vide Honded. conſilio 103. numero 8. & 42. libro primo, & Vulpell. conſilio 36. numero 14. Simon de Præt. conſilio

188. sub num. 11. Nec isto credo obstabit Statutum Vrbis prædictum, quia cum loquatur simpliciter, debet propterea recipere interpretationem à iure communi passiuam.

163 SECVNDVS sit casus insultu facto ad domum, in quo sit conclusio, quòd pax dicatur rupta per insultum factum ad domum alicuius animo offendendi, licèt offensio non fuerit sequuta, secundum Marsil. in cons. 83. per totum, qui tamen loquitur, quando præsertim insultans ingressus fuit domum cum fractura parietis. Nicol. Moron. in tracta. de fide, tregua, & pace, parte 2. quæst. 46. num. 25. Vbi refert, & sequitur Marsil. in loco præcitato, secundum antiquam impressionem, & secundum vltimam impressionem, quæst. 172. num. 12. Ludou. Peguer. decis. crimin. 21. per totum, vbi testatur ita apud eum fuisse iudicatum de anno 1582. & apud nos res caret difficultate Stat. Vrbis lib. 2. cap. 27. vbi statuitur pacem, & cautionem de non offendendo censeri ruptam per quamcunque violentam inuasionem ad domum iniurioso animo fa-
164 ctam. Vulpell. cons. 67. post num. 2. Vbi declarat hoc procedere, quando domus spectat ad insultatum, aut ratione dominij; aut ratione habitationis, quo casu dixit procedere leges municipales grauiori pœna punientes insultus ad domum factos, secus si domus ipsa nullo iure ad insultatum spectet, quia tunc non potest dici insultus ad eius domum factus.

165 TERTIVS sit casus in insultu facto cum admenatione, in quo pariter facias conclusionem affirmatiuam, videlicet, quòd pax, seu cautio de non offendendo censetur rupta per insultum factum cum armis euaginatis, & admenatione ictuum eisdem armis, quamuis nemo vulneratus remanserit, secundum Paris. in cons. 165. num. 22. libro 4. Vulpell. cons. 51. per totum, vbi latius, & cons. 82. num. 12. & cons. 63. sub num. 5. & cons. 88. num. 6. & sequenti. vbi quòd ita millies in statu Vrbini fuit iudicatum, & cons. 36. nu. 13. & in tracta. de pac. quæst. 91. post nu. 4. ex Barbar. quem allegat in consilio 11. num. 12. libro 4. & in quæst. 101. numero 7. vbi testatur ita pluries ex facto respondisse, & obtinuisse, & in Vrbe habemus Statutum libro secundo, cap. 27. Vbi habetur quòd pax, seu fideiussio de non offendendo censeatur fracta non solùm per admenationem cum quocumque genere armorum, sed etiam per solam euaginationem gladij, licèt persona non tangatur.

166 Nisi fuerit promissum non offendere in personam, quia tunc sola admenatio cum armis nec pacem, nec cautionem rumpit, nisi corpus lædatur, secundum Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 25. num. 10. & faciunt dicta supra num. 162. Vulpell. cons. 48. nu. 2. & 3. Vbi idem tenet, quando fuit promissum in personam, sed non quando fuit promissum offendere personaliter, hoc enim vltimo casu pax, & cautio erit rupta ex insultu, cum admenatione, vt ibi per eum, & ex hac declaratione (circumscripto Statuto prædicto) satis dubitabilis redditur præcedēs conclusio, quia vt dixi supra, num. 155. etiam quòd non sit dictum in personam, simplex tamen promissio de non offendendo non verificatur, nisi in ea offensione, quam corpus sentit, vel ex dolore, vel ex tumore, vel ex liuore, vel ex sanguinis effusione, & quæ non verificatur in admenatione, non sequuta percussione, cum non dicatur quis personam offendisse, qui solum offendere voluit, sed non offendit, ex ijs, quæ in proposito adducit Herculan. in tracta. de caut. de non offenden. cap. 35. numero 1. & sequen-
167 tibus. Vbi probat ad effectum, vt cautio dicatur fracta, conatum, & attentationem non sufficere non sequuto effectu, refert, & sequitur Laderch. Imol. in cons. 202. in fine principij.

168 QVARTVS sit casus in insultu facto cum proiectione lapidis, seu teli, in quo facias conclusionem affirmatiuam, quòd scilicet pax censetur rupta per proiectionem teli, etiam quòd is, contra quem fuit proiectum, non fuerit vulneratus, secundum Corn. in cons. 51. num. 6. lib. 1. ea motus, ratione, quia talis proiectio pœnam meretur, ergo offensionis appellatione comprehenditur, Vulpell. in tract. de pac. quæst. 91. sub num. 7. Vbi quando iaculatio, & saxi proiectio, quamuis corpus non tangatur, aut persona, inducit personalem offensionem, ex qua propterea rumpitur cautio, & promissio de non offendendo personam, seu personaliter, ergo multo magis, quando simpliciter fuit promissum non offendere, vt ibi per eum d. num. 7. & 15.

169 Sed si fuerit promissum non offendere in personam, tunc per proiectionem lapidis, ligni, guanti, aut quid simile, non dicitur rupta pax, seu cautio, secundum Herculan. de caut. de non offenden. c. 25. num. 10. & voluit Vulpell. d. q. 91. nu. 7. & dixi supra in secundo & tertio casu, nu. 163. & seqq. quid si fuit ex proiectione sequuta percussio, vide infra num. 214.

170 QVINTVS sit casus in consputatione in faciem, in quo dicas non dici ruptam pacem per consputationem in faciem, quando fuit promissum non offendere in personam, secundum Herculan. in tract. de cautio. de non offenden. c. 20. num. 10. Vnde secus si fuerit promissum non offendere simpliciter.

171 SEXTVS est casus in violenta exceptione rei ex manibus alicuius, in quo dicas, per eam pacem, seu cautionem de non offendendo esse ruptam, secundum Claud. in addit. ad Bertazz. in consilio 147. littera B. in fine principij, & in versic. secundo ibi promissum fuerat, &c. Vbi præsertim quando fuit promissum, aut simpliciter non offendere, aut sub verbis vniuersalibus directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè palàm, vel alio quocumque modo, & forma, aut similibus verbis, ex Bart. quem allegat in l. licitatio. §. quòd illicitæ. ff. de public. & vectigal.

172 Sed quòd immò per violentam ablationem alicuius rei ex manibus alicuius non dicatur rupta pax, seu cautio de non offendendo, defendit Herculan. de caut. de non offenden. c. 35. num. 1. & seqq. vbi eam reddit rationem, quia in huiusmodi pœnalibus stipulationibus offensionis appellatione venit offensio propriè, ea scilicet quę infertur in personam, prout dixi supra num. 155. in fine, & in personam non dicitur quis offendi per simplicem ablationem rei in manibus, cum ex ea corpus nec dolorem sentiat, nec tumorem, nec liuorem, vt pariter ibidem dixi supra num. 147.

173 Potes in hac controuersia distinguere, vt prima opinio procedat, quando agitur contra eum, qui non deliquit, & qui promisit non offendere, secunda autem, quando agitur contra eum, qui non deliquit, & tenetur pro alijs, pro quibus promisit, prout dixi supra num. 148.

174 SEPTIMVS casus erit in exoneratione archibusij, ex qua pacem, seu cautionem de non offendendo dici ruptam, quamuis nemo ex ea fuerit vulneratus, scripsit Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, parte secunda, quæst. 46. num. 25. in fine. Vbi quando ita semel ipse iudicauit in nobili ciuitate Firmana, secundum antiquam impressionem, & secundum vltimam impressionem, quæst. 172. nu.
175 13. Vulpell. cons. 82. per totum. Vbi tamen hoc declarat non procedere, quando fuit promissum non offendere in personam. Tunc enim non dicitur promissioni contrauentum, ex sola archibusij exoneratione, nisi ipsa persona tangatur. Idem Vulpell. cons. 17. sub numer. 5. & cons. 88. numer. quint. in fine, & seqq. & in tracta. de pace, quæst. 91. numero 7. in fine, & 16. & quæst. 101. numero 10. Vbi declarat eodem modo, prout declarauit, in dicto cons. 82. quam declarationem propositis, & reprobatis contrarijs defendit Honded. in cons. 103. num. 1. & seqq. lib. 1. vbi ponit casum, quando ex archibusij exoneratione fuit vulneratus equus, & non equitans. Adhuc enim dicit non esse locum solutioni pœnæ, quando fuit promissum non offendere facto tantum, & in personam, quòd si non fuerit dictum in personam, & tunc sine dubio ex sola rotæ, nedum archibusij exoneratione, pax, seu cautio dicitur rupta, fecit enim insultans hoc casu quãtum in se fuit, vt aduersarium offenderet, & sic nocendo potentia ad actum fuit producta, secundum eundem Vulpell. in tract.

de pace

de pace d. quæſt. 101. numero 9. vbi teſtatur ita aliàs Piſauri obtinuiſſe. Viui. deciſ. 368. in fine, num. 13. Ad quæ vide etiam Baiard. in addit. ad Clar. quæſt. 47. num. 44. & ſeq.

176 OCTAVVS caſus erit in inſultu ſuper veſtibus, qui quandoque contingit cum percuſſione, quandoque ſine percuſſione, ſi contingerit ſine percuſſione, vt in eo, qui alium per mantellum trahit, & tunc vna fuit opinio negatiua, pacem ſcilicet non dici ruptam ex eo, quòd quis alterum per mantellum trahat ſine alia percuſſione, ſecũdum Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, quæſt. 173. num. 4. & 7. Vbi pariter, quòd per tactum veſtis non committitur vapulatio, ſeu iniuria. ex cap. nuper de ſentent. excommunic. Bald. Anchar. & Guid. Pap. in locis per eum relatis.

177 Altera fuit opinio affirmatiua, quòd immò capiens aliquem per pannos cenſeatur cepiſſe in perſonam, & propterea dicatur controueniſſe promiſſioni factæ de non offendendo, videtur de mente Claudij ad Bertazz. in conſil. 147. littera B. in princip. verſiculo, & hanc eandem Bartoli opinionem, &c. poſt Bald. & Aretin. in locis per eum relatis, & cum hac contraria opinione concordat Statutum Vrbis, libro ſecundo, cap. 27. vbi ſtatuitur pacem, & cautionem eſſe fractam ab eo, qui alterius pallium iniurioſè appræhenderit, vel æquitantem per frænum ceperit.

178 Si verò inſultus ſuper veſtibus contingat cum percuſſione, & tunc vna pariter fuit opinio negatiua, pacem ſcilicet, ſeu cautionem de non offendendo, non dici ruptam ex percuſsione facta ſuper veſtibus, quãdo corpus non eſt læſum etiam quòd veſtimenta ſint tacta, vel inciſa, licèt enim iſto caſu dicatur inferri iniuria perſonalis, prout dixi ſupra quæſt. 105. num. 183. inſpectione quarta, in 4. concluſione, non tamen dicitur offenſio perſonalis, ſecundum Herculan. qui tamen loquitur in promiſſione de non offenden. facto tantum, & non in perſonam, in tract. de caut. de non offenden. cap. 24. num. 3. & ſeqq. vbi de materia, & cap. 26. num. 6. & ſeqq. & cap. 27. num. 18. fol. mihi 78. in fine. vbi quòd ſciſſio veſtium non dicitur offenſio in perſonam, quia perſonæ non nocet, licèt enim ex percuſſione ſuper veſtibus tangatur corpus, non tamen per hoc dicitur perſonalis læſio, quia corpus non læditur. Bertazz. conſ. 145. in principio, iuncto num. 18. & ſeqq. vbi ponit exemplum in percuſſione facta cum ſtocco in pallio alicuius. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 2. in fine. vbi refert, & ſequitur Bertazz. loco præcitato, & pro hac ſententia faciunt ſcripta per Viui. deciſ. 368. num. 1. verſ. Contrariæ verò ſententiæ, & num. 2. & ſeqq. in diſcurſu, vſque ad num. 13. qui tamen loquitur in promiſſione de non offendendo in perſonam. Et in propoſito ad huius opinionis comprobationem alio modo inducit verba. Innoc. in cap. ſuper, de ſenten. excommunic. quàm ego infra pro contraria opinione induxerim, dicitque ex illius doctrina colligi, quòd non dicatur offenſio facta in perſonã, niſi tangatur res cohærens perſonæ, videlicet pili, capilli, vngues, & ſimilia, ergo ſecus, vbi ſola veſtimenta tangantur, Honded. conſ. 102. num. 1. & ſeqq. iuncto num. 10. & ſeqq. pluribus, vbi relatis, & reprobatis contrarijs, probat ad ſaturitatem, offenſionem non dici factam in perſonam, ſi ſolum veſtes offendantur, corpore non tacto, licèt benè poſſet dici offenſio perſonalis; & quòd propterea opinio Innocentij, & ſequatium, volentium dici offenſionem in perſonam, quando offenduntur res cohærentes ipſi perſo-

179 næ non eſt tuta, nec iure probatur. Et loquitur Honded. etiam quando fuit offenſus equus, quem quis equitabat. Nam, nec tunc dicitur commiſſa offenſa in perſonam, vt ibi per eum.

180 Alia fuit opinio affirmatiua, quòd immò ex percuſſione facta ſuper veſtibus, cenſeatur rupta pax, ſeu cautio, quæ in primis videtur probari ex eo, quòd dicunt Doctores, quòd licèt ex tali percuſſione quando veſtes ſunt inciſæ, non poſſit dici facta offenſio in perſonam, benè tamen dicitur facta offenſio perſonalis, ſeu perſonæ, ſecundum Bart. in l. licitatio. §. quòd illicitè, num. 5. ff. de public. & vectig. Florian. in l. 1. §. hæc autem verba, num. 1. ff. de his, qui deiect. vel effuder. Dec. conſ. 406. num. 4. & 5. lib. 2. ex Bald. quem allegat in rub. ff. ſolut. matrim. colum. 1. in fine, verſ. ſi perſona. Vulpell. de pace quæſt. 91. num. 12. Herculan. de cautione de non oſtendendo, cap. 24. numero 3. Bertazz. conſ. 147. numero 27. in fine, libro primo. Ludou. Peguer. deciſ. crimin. 21. numero primo, verſ. Confirmantur prædicta.

181 Immò, quòd dicatur offenſio in perſonam ea, quæ oritur ex percuſſione facta in veſtibus, cum ſciſſione earum, quamuis corpus tactum non ſit, videtur de mente Innoc. in cap. ſuper, numero 1. in fine, de ſent. excommunic. prout illum refert Bart. in d. §. quòd illicitè eod. num. 5. dicens, quòd ſiue tangatur perſona, ſiue res cohærens perſonæ, vtroque caſu dicitur offenſa in perſonam, & licèt Innocen. eo loci non ſic explicitè dicat id, ad quòd per Bart. allegatur, adhuc tamen ex eius verbis videtur æquiparari violentia in perſonam, & violentia in rebus, quas quis corpore ſuo tenet, vel quæ ſibi inhærent; refert, & ſequitur Rom. in d. § quòd illicitè, numero 4. & Innocentij doctrinam communiter receptam teſtatur Claud. in addit. ad Bertazz. in conſ. 147. littera B. in principio, vbi, & alios in idem refert concordantes, nec diſſentire videtur Alex. in addit. ad Bart. in d. §. quòd illicitè, numero 5. litera E. Herculan. de cautione de non offenden. cap. 24. numero 8. iuncto numero 6. vbi præſertim, quando ex percuſſione facta in veſtibus, in corpore ſuperuenerit dolor, tumor, vel liuor.

182 Ex quibus ex percuſſione prædicta in veſtibus illata, pacem, ſeu cautionem de non offendendo dici ruptam facilè concludi poteſt, prout hodie apud nos hæc contraria opinio tranſit ſine difficultate, ex Statuto vrbis, lib. 2. c. 27. vbi dicitur, quòd pax, ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta ab eo, qui alium percuſſit, & ſic non requirit corporis, ſeu carnis tactum, & læſionem; Item ab eo, qui alterum per pallium iniurioſè appræhenderit, vt ſupra iterum dixi, ergo multo magis ſi percuſſit ſuper veſtibus, licèt non reuulnerauerit. Et etiam circumſcripto Statuto ex iuris communis diſpoſitione in hanc eandem ſententiam in pace inclinare videtur, poſt multa in contrarium adducta Viui. deciſ. 368. in princ. num. 13.

183 Verum in hac contrarietate vide diſtinguentem Bart. in l. licitatio. §. quòd illicitè, numero 5. & 6 ff. de public. & vectig. vbi dixit, quòd aut agitur de exactione pœnæ ab ipſo offendente, propter offenſionem ab ipſomet factam, aut de exactione pœnæ à non offendente, qui puta, promiſit pro alijs de ſua domo. Primo caſu concludit per acceptionem alicuius rei de manibus alterius, vel per ſciſſionem veſtium dici factam offenſam in perſonam: Secundo autem caſu, non, niſi corpus tangatur, & hoc, quia tunc tractatur de odio irrationabili, vt ſcilicet vnus teneatur pro delicto alterius, quæ verba Bart. ſunt maximè notanda, quia magiſtralia, & ab illis non diſſentit: Vulpell. in tracta. de pace, quæſt. 91. num. 1. in fine, 9. 13. 14. & 18. & latius probat Honded. conſilio 103. numero 26. & ſequentibus, libro 1. & faciunt quæ dixi ſupra numero 148. & 156.

184 NONVS caſus in iniuria verbali, in quo an per eam cenſeatur rupta pax, ſeu cautio de non offendendo, eſt in primis videndum, nunquid verbalis iniuria dicatur offenſio, & quæ, & quidem quòd ex ea reſultet offenſio, omnes admittunt, & in ſpecie benè deduxit Cœpha. in conſ. 190. num. 1. & ſeqq.

185 Verum an dicatur offenſio perſonalis, ſeu perſonæ, an verò in perſonam communiter receptum videtur, quòd non dicatur offenſio in perſonam, quia per eam corpus non tangitur, aut percutitur, ſed benè dicatur offenſio perſonalis, ſeu perſonæ, ſecundum Bald. in l. ſi qua per calumniam, colum. 2. in princ. num. 1. in fine. C. de Epiſc. & Cler. poſt Guliel. de Cun. quem allegat, & in rubr. ff. ſolut. matrim. colum. 1. ad finem, verſic. & ideo nulla iniuria verbalis eſt in perſonam, Rom. in l. licitatio. §. quod illicitè nu. 6. ff. de public. & vectig. Bero. conſ. 202. num. 22. lib. 3. Vulpell. in tracta. de promiſſ. de non offend. quæſt. 91. nu. 2. & ſeqq.

2.& seqq. Ceph. cons. 190. per totum in discursu lib. 2. & cons. 549. nu. 109. & nu. 134. & seq. lib 4. Honded. cons. 103. num. 14. & seq.

186 Quamuis per verbalem iniuriam, non induci offensionem personæ, nec personalem, faciant scripta per eundem Vulpell. d. quæst. 91. numero 7. vers. aut personaliter, & nu. 10. & 17. & quamuis etiam Paul. de Castr. in l. licitatio §. quòd illicitè, num. 4. ad finem ff. de public. & vectig. videatur sensisse, quòd verbalis offensio dicatur offensio in personam.

187 His stantibus pro resolutione propositi casus dic, quòd si fuit promissum simpliciter non offendere, tunc videtur, quòd per verbalem iniuriam censeatur rupta pax, seu cautio de non offendēdo, per ea quæ dixi supra in primo, vers. & in specie admittit, Cæpha. in d. cons. 190. num. 1. & seq. iuncto num. 11. & expressè voluit Vulpell. d. q. 91. num. 4. in fine, & seq. & num. 9. in fine. vbi declarat dummodo verba iniuriosa sint grauia, & talia, quę pœnam mereantur, & ante istos Bero. in d. cons. 202. num. 22. & 23. lib. 3. Bertaz. consil. 147. num. 29. versic. cum itaque lib. 1. & ibi in addit. litera B. versic. secundo ibi promissum fuerat, & consilio 176. numero 5. eod. libro 1. Claud. ad Bertazz. consil. 248. litera B. vers. secundo casu, vbi refert, & sequitur Vulpell. in loco præcitato. Honded. cons. 103. num. 15. lib. 1. nec dissentit Brunor. à Sole in compend. iuris, vers. pax non dicitur rumpi fol. 150. colum. 4. Declarans tamen nisi verbalis iniuria proueniat ex noua causa, & ibi alijs relatis testatur de communi.

188 Quamuis contrarium voluisse videatur Gulielm. de Cun. in l denunciamus, num. 39. & 40. C. de his qui ad Eccles. confugiunt, vbi loquēs in securitate, cōcludit eam solis verbis non rūpi, nisi ēt quis fecerit quicquid potuerit, vt facto impleret. Iodoc. in pract. crim. qui tñ loquitur in pace, seu securitate publica, c. 107. Vbi pariter dixit, pacē, seu securitatem verbis non infringi, sed facto. Melch. de Facin. cons. cri. diuers. 78. nu. 34. in fine. lib. 1. in paruis. Vbi quòd ad hoc, vt pax rumpatur, requiritur actus facti, non verbi solum, ad tex. quem ad propositum benè ponderat, in §. si quis alium, in tit. de pace tenen. & in tit. de pace iuram. firman. in princ. Quę tamen iura pariter loquuntur in publica, nō autem in priuata. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1131. post nu. 40. vbi quòd per verbalem iniuriā non dicitur contrauentum cautioni de non offendendo, nisi fuerit expressè dictum.

189 Sic pariter per verbalem iniuriam ruptam dici pacem, seu cautionem, in qua fuit promissum non offendere personam, seu personaliter, suadetur, ex traditis supra nu. 185. & expressè voluit Bero. dicto cons. 202. nu 22. & 23. lib. 3. & Cæpha. d. cons. 190. nu. 4. iuncto nu. 10. lib. 2. Honded. d. cons. 103. num. 15. lib. 1.

190 Quamuis contrarium voluisse videatur idem Vulpell. d. quæst. 91. numero 7. versic. aut personaliter, & numero 10. & sequitur Claud. ad Bertazz. consil. 248. littera B. in princ.

191 Nisi pro concordia dixeris, prout in simili de percussione in vestibus dictum est supra nu. 183. & in terminis aduertit Vulpell. dicta quæst. 91. num. 9. & 18. Quòd quando agitur de exactione pœnæ ab ipsomet, qui iniuriam intulit; & non offendere promisit, & tunc per verbalem iniuriam censeatur contrauentum promissioni de non offendendo generaliter, seu simpliciter præstitæ, vel etiam de non offendendo personam, seu personaliter, secus verò si agatur de exactione pœnæ, non ab ipso offendente, sed ab eo puta, qui pro alijs promisit. Tunc enim is non tenetur ad pœnam pro simplici verbali iniuria, cum tractetur de odio irrationabili, vt scilicet vnus teneatur pro delicto alterius.

192 Si vero fuit promissum non offendere in personam, tunc omnes admittunt per verbalem iniuriam tali promissioni non dici controuentum per ea, quæ generaliter dixi supra versic. 2. & est de mente Bero. in dicto consilio 202. sub numero 22. & 23 lib. 3. Vulpell. d. quæst. 91. numero 10. & 17. Cæpha. d. consil. 190. numero 6. & seqq. libro 2. Bertazz. consilio 147. num. 27. libro 1. Mascard. d. conclus. 1131. num. 40. Honded. dicto consil. 103. num. 15. & 17. libro 1.

193 Prout pariter per verbalem iniuriam non dici contrauentum promissioni de non offendendo facto, tantum, voluit Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. q. 38. num. 4. secundum antiquam impressionem, nec dissentit Herculan. de caut. de non offendend. c. 24. nu. 11. in fine, in vltimis verbis.

194 Et ita nec cautionem ruptam esse per verbalē iniuriam, quando fuit promissum non offendere in ære, seu in bonis, consuluit Cæphal. dicto consil. 190. in discursu, libro 2.

195 Hodie autem omnes prædictæ difficultates, & distinctiones apud nos videntur sublatæ ex Vrbis statuto lib. 2. c. 27. vbi expressè declaratur ex verbis iniuriosis, vel contumeliosis non intelligi fractam pacem, seu cautionem de non offendendo, sed tantum pro illis agi posse ciuiliter, & criminaliter ad iniuriarum æstimationem, & ad pœnam, de qua ibi.

196 DECIMVS est casus in illatione metus in quo facias conclusionem affirmatiuam, pacem scilicet, & cautionem ruptam esse per metus illationem, secundum Ang. in l. si cum exceptione, §. satis enim, num. 2. ff. quòd met. caus. quem sic dicentem referendo sequuti sunt Marsil. singul. 337. incipiente, sequutis homicidijs, nu. 5. in fin. & in l. 1. in princ. nu. 71. ff. de quæst. & in pract. §. expedita, nu. 7. & §. diligenter, nu. 90. & in l. is qui cum telo, nu. 21. C. de sicar. Paris. cons. 165. nu. 3. lib. 4. Petr. Belus de re milit. par. 10. tit. 2. nu. 52. in fine. Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pace par. 2. q 46. nu. 25. in fin. secundum antiquam impressionē, & secundum vltimam impressionem, q. 172. nu. 13. Ludou. Peguer. decis. crim. 21. nu. 4. Viu. decis. 368. nu. 13. Thob. Non. cons. 111. num. 18.

197 Recipit autem hæc conclusio huius decimi casus duas declarationes, quarum prima est, vt procedat, quando metus fuit deductus ad aliquem actum, ex quo verisimiliter quis potuit timere, secus nullo sequuto actu, & est notabilis declaratio, quæ sumitur ex verbis Bald. cuius dictum Doct. communiter referunt, licèt in alio proposito in consil. 195. incipiente laudari nos, nu. 6. vers. immò nec etiam lib. 2. Vbi dixit, quòd nec etiam per grauem suspitionem pax publica, seu priuata rumpitur, nisi in actum deducta sit, argumen. tex. in c. 1. §. si quis enim, in tit. in quibus caus. feud. amitt. cum alijs ibi per eum allegatis, & in specie aduertit Vulpell. in tract. de pac. q. 101. num. 4. & Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 27. & latius Marsil. cons. 21. num. 36. & seqq. Vbi, quòd simplex tenor armorum ex eo, quòd quis videat suum inimicum armatum, dicitur stipinus, & inconsiderabilis, nisi appareant præcedentia signa, & manifesti actus, quòd ille armatus volebat offendere, nec dissentit idem Vulpell. consil. 67. in princ. Vbi de eo, qui habuit simplicem suspicionem sui inimici venientis post ipsius terga cum Archibusio armati. Ex hoc enim solo metu ad aliquem actum non producto, consuluit non esse contrauentum promissioni de non offendendo. Lader. Imolen. cons. 200. num. 1. vers. & tanto magis, vbi post Barbat. quem allegat in cons. 11. lib. 4. loquitur de eo, qui inclinata hasta dixit alteri, *vuoi tu nulla*, quòd non per hoc censeatur violata promissio de non offendendo, nisi aliquo

198 ictu inimicum terruerit, ad quæ vide etiam eundem Hercula. de caut. de non offendendo, c. 29. num. 12. vbi videtur tenere pacem frangi non solum ex offensione actu sequuta, sed etiam ex potentia offendendi actui proxima, prout est insultus cum armis, licèt non euaginatis, vel alius armorum tenor.

199 Sed quòd in ista materia non puniatur affectus sine aliquo exteriore actu ad delictum ordinato, ponit Cæphal. in cons. 549. nu. 117. lib. 4.

200 Secunda est declaratio, quando fuit promissum non offendere in personam, tunc enim nec etiam per metus illationem, crederem pacem, seu cautionem rumpi, etiam quòd quis fecerit aliquod signum offendendi, si non offendit, vt per Hercul. in tit. de caut. de non offend. cap. 25. nu. 10. vbi loquitur de leuatione manus, & dixi in simili supra

pra in ſecundo,& tertio caſu,nu.163.& ſeqq.& optimè faciunt dicta per Cæphal. conſ.549. num.117.128.& ſeqq. libro quarto.

201 VNDECIMVS eſt caſus in minis,in quo facias pariter concluſionem affirmatiuam, pacem ſcilicet cenſeri ruptam per ſolas minas, etiam quòd non ſit ſequutus effectus minarum, ſecundum Pariſ.in conſ.195.nu.4.lib.4.ex Ang.& Marſil.in locis per eum relatis,qui tamen, vt mox eos referam,non de minis præcisè loquuntur,ſed de illatione metus. Quamuis eadem ſit ratio,Nouell.in pract.crim. c.fin.num.68.Franc.Herculan.in tract.de caut.de non of-

202 fenden.cap.26.num. 14. (Vbi tamen hanc concluſionem benè admittere videtur in pace, ſecus autem in cautione de non offendendo,quæ difficilius rumpitur,quam pax,vt ibi per eum.)Maſcard.de probat.lib.3.concluſ.1157.num. 118. Thob. Non. conſil. 111. num. 18. Bertazz. conſ.248. num.1.& 2.

203 Quamuis,quòd immò per verba minatoria pax,nedum cautio non rumpatur, voluerit Melchior de Facin. conſ. crim.diuerſ.78.nu.43.lib.1.in paruis, & pro iſta contraria opinione faciunt latius deducta per eundem Melchior. de Facin.d.conſ.78.nu.34.& pluribus ſeqq.vſque ad num.45.

204 Vbi pluribus probat, quòd pax,ſeu cautio de non offendẽdo non dicitur rupta ex eo, quòd alium ad dimicandum inuitat,ſeu diſfidat,proponit contraria, & illis reſpondet, quod & idem voluerunt Vulpell. conſ.67. nu.3, & 5.in fine, & nouiſſimè Laderch. Imolen.conſ.200.num.1.verſ.& tanto magis, in fin.

205 DVODECIMVS eſt caſus in mãdato ad offendendum,in quo facias cõcluſionem negatiuam, videlicet pacem, ſeu cautionem de nõ offendendo minimè ruptã dici ex mandato de offendendo, ſeu occidendo, ſi offenſio ſequuta non ſit,ſecũdum Bero.in conſ.201.lib.3.per totum, vbi relatis,& reprobatis contrarijs pluribus,hanc defendir concluſionem,& loquitur,quando quis promiſit non offendere,aut offendi facere,aut conſentire,vt quis offendatur,re,verbo,aut opera,contendens,quòd per mandatum,non ſequuto effectu, in nulla parte dicatur huic promiſſioni contrauentum, Lader. Imolen.conſ.200.in fine, vbi refert, & ſequitur Bero.in loco præcitato.

206 Sic & per conſilium, ſeu perſuaſionem de offendendo non ſequuta offenſa, minimè dici contrauentum promiſſioni prædictæ credidit Bero.d.conſ.201.lib.3.in diſcurſu, Herculan.de caut.c.36.num.19.

207 Per aſſiſtentiam autem cum armis non dicitur rupta pax,ſeu cautio,quãdo eſt promiſſum non offendere in perſonam, ſecundum Hercul. in tract.de caut. de non offenden.c.25.nu.10.& c.36.num.19.

208 Si verò offenſio ſequuta eſt,tunc nec etiam mandans tenetur ad pęnam fractæ cautionis conuentionalem, quando ſimpliciter fuit promiſſum non offendere, quia in materia ſtrictè intelligenda qui per alium facit, per ſeipſum feciſſe non videtur, ſecus ſi fuerit promiſſum de non offendendo per ſe,vel alium, aut de non offendendo, vel offendere faciẽdo, prout communiter in hiſce cautionibus dici ſolet,aut quid ſimile, quia tunc etiam mandans tenetur mandato exequuto,ſecundum Gozzad.conſ.31.nu.11, melius per Herculan. qui hæc omnia comprobat in tract. de caut.de non offenden. cap.36. num.17.& latius cap.26. num.1.& ſeqq.

209 Et in hac materia aduertas, quòd ſi mandans non promiſit non offendere,ſed tantum mandatarius, tunc licèt mandatarius teneatur ad pœnam conuentionalem,non tamen ad eã tenetur mandans,qui nihil promiſit, ſecundum Herculan.d.c.26.nu.4.& idem affirmat de præſtãte opem, & aſſiſtente frangenti cautionem,qui licèt teneatur ad pœnam iuris communis, non tamen tenetur ad pœnam conuentionalem ex Bal.Marſil.& Ferret. in locis per eum relatis, Lader.Imolen.conſ.200.nu.1.in fin.vbi refert,& ſequitur Herculan.in loco præcitato.

ARGVMENTVM.

An pax,ſeu cautio de non offendendo rumpatur ex modica offenſione, ſeu percuſſione.

SVMMARIVM.



Ax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta per modicam offenſionem, nu.210. Etiam quòd fuerit concepta per verba vniuerſalia, quoquo modo, *&* quomodocumque, *num. 215. Contrarium verius, num. 216. & num.226. Præſertim ſi fuerit concepta per verba vniuerſalia, num.218.*

Pax,ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta ex modico vulnere,nu.211.Contra,nu.216.& ſeqq.

Pax ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta ex cubitali vrtata,nu.212.Contra.nu.217.Declara, vt nu.225.

Pax,ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta propter pugnum, nu.213.Contra,nu.216.& ſeqq Declara, vt nu.223.

Pax,ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta ex percuſſione facta cum lapide ſine effuſione ſanguinis, nu 214 Contra,nu.216.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta propter impulſum, num.217. Declara,vt nu.225.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta etiam ex modica offenſione,quando dolo, & malo animo illata fuit, ſecus ſi aliter, num.219.& ſeqq.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta per offendentem ſine dolo,& animo offendendi,num.220.

Pax,ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta,etiam ex modica offenſione, quando dicta pax fuit facta, ſeu cautio præſtita ex leui occaſione, num.222.

Pax,ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta, etiam ex modica offenſione,quando offenſus paſſus eſt dolorem, liuorem, aut tumorem, num.224.

QVÆST. CVII. PARTE II.
ARTIC. XV.

210 NA fuit opinio negatiua, quòd ſcilicet pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta per modicam offenſionem,pro qua adducitur originaliter Bald.in conſ.195.Laudate vos,num.6.lib.2. Vbi dicitur, ꝙ per quamlibet leuem occaſionem pax non rumpitur. Marſil. conſil. 80.num.11. & pluribus ſeqq. Vbi etiam pluribus exornat, modicam offenſionem non haberi pro offenſione, nec ſtipulationem de non offendendo compræhendere leuem offenſam, quod & idem facit Moron.de fide,treg.& pace,q. 173.num.1.& ſeqq.& q.174.pariter num.1.& ſeqq.Herculan.de caut.de non offend.cap.26.num.10.& ſeqq. & latius cap.27.per totum. vbi ſub num.18.referendo Bald.Pariſ.& Marſil.in locis præcitatis, dicit ab hac opinione tanquam communi,non eſſe recedendum,& cap 43.num.1.& ſeqq. vbi quid ſi leuis offenſa tractu temporis efficiatur maior. Bertazz.conſ.4.num.7.in fi.& ſeqq.in diſcurſu lib.1.& cõſ. 147.num.18.& conſ.248.num.5.Hippol.Riminal.conſ.61. num.10.& ſeq.lib.1. Maſcard.de probat.lib.3.num.2. Vbi etiam de communi ex Herculan. in loco præcitato. Vulpell.conſ.67.nu.5.Vbi apertis literis teſtatur hanc eſſe vulgarem omnium ſententiam, & ab ea in iudicando recedi non poſſe, quamuis(vt ipſe aſſerit)contrariam ſententiam vti veriorem in tract. de pace ſuſtinuerit, Laderch. Imolen. conſ. 200. num.1.in fin.princ.vbi de communi.

211 Hinc pacem, & cautionem nec ruptam eſſe ex modico vulnere,vel vt dicunt Doctores ex vulnuſculo ſcripſerunt Marſil. d.conſ. 80. num. 15. & ſeqq. vbi pluribus probat vulnuſculum, ſeu paruum vulnus pro non vulnere reputari, ſequitur Pariſ.d.conſ.165. num.16.lib.4. Nicol.Moron.in tract.de fide,treg.& pace,q.174.num.1.& 4.Herculan.de caut.de non offenden.cap.26.num.10.c.27.num.10. & ſeqq.& 18.in diſcurſu,& cap.43.nu.1.& ſeq. Vbi quid ſi paruum

paruum vulnus à principio tractu temporis efficiatur magnum, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 2. ante finem.

212 Hinc etiam, nec pacem, seu cautionem dici ruptam ex cubitali vrtata, pluribus probat, & contrarijs respondet Paris. d. cons. 165. ferè per totum lib. 4. vbi præsertim nu. 10. hoc procedere affirmat, quando non constat plenè quis primo loco vrtauerit; Nec dissentit Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pace, q. 172. num. 3. Herculan. de caut. de non offenden. c. 24. sub num. 3. c. 25. num. 10. Vbi tamen loquitur in promissione de non offendendo, vbi etiam testatur cum Paris. transire communem Doctorum opinionem, & ab ea in consulendo, & iudicando non esse recedendum. Viu. decis. 368. nu. 6. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1131. sub num. 2.

213 Hinc etiam propter pugnum, pacem non esse ruptam facilè sentire videtur Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pace, quæst. 57. num. 1. & seqq. ea ductus ratione, quia ex pugno non dicitur inferri nec grauis iniuria, nec grauis offensa, nec damnũ, de quo dixi in specie supra quæst. 105. num. 212. in 16. conclus. latè comprobat, proponit contraria, & illis respondet Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 27. per totum, & præsertim num. 18. vers. in quibus forsan, vbi testatur de communi opinione, & in vers. & sic conclusio est, vbi, quòd ab eadem opinione in consulendo, & iudicando non est recedendum, & loquitur ibi Herculan. in princ. dicti capituli in promissione de non offendendo facto tantum, & in personam, & in percussione facta pugno, aut etiam manu vacua, & aperta non solum in pectore, vt in dicto num. 1. sed etiam in maxilla, vt ibidem num. 18. vers. & indiuiduo fol. mihi 77. in fine, & inter alias rationes eam pariter & ipse adducit, quia scilicet licèt percussio cum pugno, seu alapa sit iniuria personalis, non tamen ex ea infertur notabilis læsio, & offensio, quòd in specie de alapa, an verum sit, dixi supra dicta quæst. 105. num. 207. & seqq. in 15. conclusione, & propterea non venit in promissione de non offendẽdo, quæ nõ nisi de graui offensione intelligitur, vt suo loco dictum est. Viui. decis. 46. num. 3. vbi de percussione facta manu vacua, & aperta in faciem alicuius. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1131. numero 3. Vbi refert, & sequitur Herculan. in loco præcitato.

214 Et hinc etiam, & in specie nec pacem, nec cautionem ruptam dici ex percussione facta cum lapide, sine sanguinis effusione ex eo, quòd talis percussio modicam præseferat offensionem in terminis consuluit Marsil. dicto consil. 80. num. 31. & seqq. sequitur Herculan. de caut. de non offend. cap. 26. num. 11. & c. 27. in fine, sub num. 18. Vbi cum Marsil. in loco præcitato testatur transire communem opinionem, a qua etiam dicit in consulendo, & iudicando non esse recedendum, & dicto num. 18. ante finem, in versic. minus obstat si dicatur fol. mihi 80. Vbi loquitur, quando lapides fuerunt reparati cum cappis. Viui. decis. 368. num. 5. & 6.

215 Et omnia prædicta ampliantur procedere, etiam quòd promissio de non offendendo fuerit concepta per verba vniuersalia, vt puta si fuerit dictum *quoquomodo*, vel *quomodocumque*, in specie etiam consuluit idem Marsil. dicto consil. 80. num. 36. & sequentibus, vsque, & post num. 46. vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, sequitur Paris. dicto consilio 165. numero 8. in princip. iuncto num. 18. & sequentibus lib. 4. Vbi loquitur in eo, qui promisit non offendere directè, seu indirectè, aut alio quoquo modo. Viu. decis. 368. numero 6. Bertazz. consilio 4. numero 8. 11. & sequentibus. Vbi pariter proponit contraria, & illis respondet; & consilio 147. numero 18. & sequentibus. Vbi testatur de veriori opinione, & in hac opinione tanquam communi, contrarijs relatis residere videtur Mascard. de probat. libro 3. conclus. 1131. numero 16. & sequentibus, quamuis etiam ibi referat contrarios, Ludouic. Peguer. decis. criminal. 21. numero 6. vers. nec obstat.

216 CONTRARIA fuit opinio aliorum, & apud me quidem verior, quòd scilicet tàm pax, quàm cautio de non offendendo censeatur rupta etiam ex modica offensione, & pro ea præcipuè inducuntur verba eiusdem Bal. qui pro prima opinione originaliter allegatur in dicto cons. 195. numero 6. libro 2. dum dicit, quòd per grauem suspitionem pax non dicitur rupta, nisi fuerit in actum deducta, ergo à contrario sensu vbi suspicio fuit deducta in actum, pax rupta dicitur. Grat. consilio 44. numero 13. libro secundo, ea ratione motus, quia tales cautiones, & promissiones habent in se conditionem tacitam, videlicet si sequatur offensio, quo casu dicit conditionem prædictam verificari etiam in minimo, ad trad. per Bald. & Oldrad. in locis per eum relatis, quod & idem repetit in cons. 273. numero 11. eodem lib. 2. Vulpel. cons. 51. per totum, vbi benè respondet Bald. Hippol. & Marsil. contrarium tenentibus, & latius in tract. de promiss. de non offenden. quæst. 101. per totam, vbi amplius testatur ita sæpius in practica obtinuisse, & cons. 36. num. 12. & cons. 92. num. 19.

217 Sic & pacem, seu cautionem de non offendẽdo ruptam omnino dici propter impulsum, consuluit Grat. in cons. 44. post numer. 5. & seqq. libro 2. Vbi probat hunc impulsum, non solum dici offensam, sed eam quidem personalem, & grauem, & idem consuluit in cons. 73. numero 2. & seqq. quod & idem reprobat Paris. quando impulsus, seu vrtata fuit data ex proposito, voluit Petrin. Bel. in tractat. de re militar. par. 10. titu. 2. num. 39. in fine, vers. & propterea, & num. 4. Vulpell. cons. 51. per totum, vbi benè respondet contrarijs Doctorum authoritatibus, & rationibus, vt latius in tractat. de promiss. de non offenden. quæst. 101.

218 Et quicquid secus dicatur numero 215. procedit hæc contraria opinio, quando fuit promissum non offendere sub verbis vniuersalibus, vt puta, aliqua ratione, causa, & modo, vel si fuerit dictum, quomodocumque, aut qualitercumque, ijs enim, aut similibus verbis vniuersalibus, adiectis ex modica offensione pacem, seu cautionem ruptam esse expressè consuluit Grat. in consilio 44. num. 11. in fine, & sequentibus, & consilio 73. num. 10. lib. 2. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 27. num. 25. Quamuis Paris. ibidem dicto num. 25. & 18. in princip. per eum relatus contrarium dixerit, Claud. ad Bertazzo. consilio 147. littera B, in fine, vers. tertio promissum fuerat, & in hac opinione residere videtur Mascard. de proba. lib. 3. conclus. 1157. num. 94. & sequentibus, quamuis ibi etiam referat contrarium tenentes Hippol. Riminald. cõsilio 101. num. 14. & sequentibus libro 1. & consilio 61. num. 12. & seqq. libro 1. vbi latè hanc sententiam comprobat, reprobatque Marsil. & Paris. contrarium tenentes, Cæphal. cons. 549. num. 123. lib. 4. vbi & ipse hanc opinionem admittit, quando offensio minima est talis, vt pœnam mereatur, & pro ea detur offenso actio nomine proprio.

219 Et nihilominus potes in hac materia, & secundum veritatem sic distinguere, aut offensio leuis illata fuit malo animo, & dolosè, aut sine malo animo, & sine dolo. Secundo casu, quando cessat dolus, potest procedere prima opinio, prout loquitur Paris. dicto consil. 165. num. 13. libro 4. Vbi ponit exemplum in vrtata, quæ potuit contingere sine dolo, & animo offendendi, & iniuriandi, scilicet casualiter, & inaduertenter pertranseundo, prout quotidie euenit in personis deambulantibus in via, in Ecclesia, & alijs locis pijs.

220 Sine enim dolo pacem, seu cautionem de non offendendo, minimè rumpi scripserunt idem Paris. dicto cons. 165. num. 13. lib. 4. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 34. num. 4. & omnibus seqq. Vbi amplius, quòd nõ sufficit lata culpa, ibique infert, & exemplificat plures offensas culposas, & non dolosas, quibus cautio non rumpitur. Bar. cons. 198. num. 8. libro 3. vbi amplius, quòd requiritur verus dolus, Bertazzol. consilio 4. num. 5. & 7. & Alexand. & Bero. in locis per eum relatis, & melius numero 21. Vbi ampliat etiam, quod promissio de non offendendo esset concepta per verba generalissima. Mascard. de probat. libro 3. conclus. 1131. numero 21. Vbi ponit exem-

exemplum in eo, qui per iocum, aut ebrius exiſtens alterum offendat, & concluſ. 1157. num. 8. & ſeqq. Melchior. de Facin. conſil. criminal. diuerſor. 78. num. 34. in fine, & 36. etiam in fine libro primo, in paruis, nec diſſentit Vrbis Statum lib. 2. cap. 27. in princip. vbi ſtudioſè, &c. & paulò infra ibi, iniurioſo animo, &c. Hippol. Riminald. conſil. 101. num. 5. lib. 1. Minſing. obſeruat. 98. cenſetur. 3. Thob. Non. conſilio 111. num. 33. Bertazzol. conſil. 245. num. 5. libro primo. Vbi infert ad offenſionem factam per iocum, vel per ebrietatem, & conſil. 282. num. 13. lib. 2. Cæphal. conſ. 587. num. 9. & ſeq. lib. 4.

221 Primo autem caſu, quando offenſio, quamuis minima, fuit illata malo animo, & doloſè poteſt procedere ſecunda affirmatiua opinio, ſecundum Grat. in conſil. 44. num. 5. poſt medium. Vbi loquitur de eo, qui alterum impulit doloſè, ex quo impulſu omnino pacem ruptam eſſe credit, prout etiam credidit Petrin. Bel. de re militar. par. 10. num. 39. in fine, & 40. vbi expreſsè reprobat Pariſ. contrarium tenentem in dicto conſil. 165. & declarat Vulpell. dicto conſil. 51. num. 4. & in tractat. de promiſſ. de non offenden. quæſt. 101. num. 6. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1157. num. 78. & ſequentibus. Vbi num. 81. & ſequentibus, concordando opiniones, expreſsè dixit pacem, & cautionem de non offendendo, quæ fuit præſtita, & facta, eſſe ruptam ex leui offenſione dolo, & malo animo illata, ſecus ſi ſine dolo.

222 Immo etiam data veritate primæ opinionis, vtique illa non procedet, quando cautio de non offendendo fuit præſtita, & facta ex aliqua præcedente leui occaſione: Talis enim conuentio tacitè relationem habet ad offenſas præteritas remiſſas, cum relatum contineatur in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. Ideò non eſt mirum, ſi ex ſubſequenti leui occaſione eidem conuentioni dicatur contrauentum, prout admittit idem Pariſ. in d. conſ. 165. num. 8. verſic. item quia, & num. 20. verſic. nec obſtabit lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 6. & 7. vbi ex Nicol. Moron. in tract. de fide, treg. & pac. cap. 159. in princip. facit etiam generalem concluſionē, quòd pax ſemper rupta cenſetur ex ea cauſa, quæ præceſſit, & concluſ. 1157. num. 101.

223 Et quòd attinet ad offenſionem illatam cum pugno, ſeu alapa, pariter eadem prima opinio procedet, quando pugnus, ſeu alapa infertur in aliquam perſonam nobilem; tunc enim iniuria non reputatur leuis, ſed grauis, & conſequenter rupta dicetur pax, ſicut tacitè ſenſiſſe videtur Nicol. Moron. de fide, treg. & pac. quæſt. 173. n. 9. Herculan. de caut. de nō offenden. cap. 27. ſub nu. 18. folio mihi 178. in princip. Vbi loquitur de alapa data Superiori, vel alteri notabili perſonæ, & dicto num. 18. in fine, iuncto num. 21. folio mihi 81. Vbi propterea diſtinguit inter pugnum, ſeu maxillatam datam alicui militi, vel ruſtico, refert, & ſequitur Maſcar. de probat. lib. 3 concluſ. 1131. num. 4.

224 Prout nec etiam procedet, quando ex leui offenſione, ſeu percuſſione offenſus paſſus eſt dolorem, liuorem, aut tumorem, tunc enim, & pacem, & cautionem dici ruptā, quamuis offenſio, & percuſſio fuerit leuis, voluit idem Herculan. in tract. de caut. de non offen. cap. 26. num. 6. & ſeqq. vbi loquitur cum ictu, cum armis, cum ſciſſione veſtimentorum, vel in percuſſione ſuper galea, quæ carnem repercutiendo dolorem offenſo incuſſit, & multo magis in percuſſo cum ſagitta, cum fuſte, aut alio ſimili inſtrumento dolorem inferente. & ibidem num. 9. declarat, quo modo cognoſcatur, quòd percuſſio dolorem iniecerit, nempè ex iudicio peritorum, ex liuore, ex clamoribus, ex qualitate percuſſionis inſtrumenti, cum quo fuit illata percuſſio, & alijs ſimilibus coniecturis Iudicis arbitrio, & cap. 27. num. 19. ad fin. fol. mihi. 80. pariter in fine, & fol. 81. vbi loquitur in percuſſione facta cum pugno, cum tumore, aut conſiderabili damno, vel tumore, & num. 22. vbi, quòd Iudicis arbitrio remittitur, quando corpus conſiderabiliter doleat ex illato buffeto.

225 Sicut & pariter, qn̄ ex vrtata, ſeu impulſione quis pateretur grauē offenſionem, vt puta, ſi in flumē proijceretur, vel ad lapidē collideretur, vel aliquem non modicum dolorem pateretur, tunc ſine dubio rupta dicetur, & pax, & cautio de non offendendo ſecundum Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 25. num. 10. in fine.

226 Verum, vt ſupra admonui, num. 219. & ſeq. verius eſt indiſtinctè, ex leui offenſione perſonæ, & corporis, ſi dolo illata fuit, rumpi cautionem, & pacē ēt, quòd non ſit facta pax, ſeu præſtita cautio, ex præcedenti leui offenſione, etiā quòd non fuerit promiſſum non offendere per verba vniuerſalia, etiam quòd offenſus non ſit nobilis, etiam quòd percuſſio fuerit facta ſine dolore, tumore, aut liuore, & etiam quòd ex percuſſione non ſequatur grauis offenſa, & ita ſemper practicari vidi.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo an cenſeatur rupta propter adulterium, vel ſtuprum commiſſum cum vxore, vel filia illius, quem quis non offendere promiſit.

SVMMARIVM.

Pax, tregua, ſeu cautio de non offendendo non cenſetur rupta propter adulterium, ſeu ſtuprum, num. 227. Licèt contrarium in pace voluerint aliqui relati, num. 228. & 229. vbi præſertim, quando eſt facta promiſſio de non offendendo in perſonam, nec in rem.

Pax cenſetur rupta propter lenocinium, num. 229.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non cenſetur rupta propter adulterium, ſeu ſtuprum, etiam cum raptu & violentia, num. 230.

Pax ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta propter adulterium, ſeu ſtuprum commiſſum, non propter libidinem, ſed propter vindictam, num. 231.

Pax, ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta propter ſtuprum, & adulterium, quando præcedens inimicitia orta fuit ex ſimili cauſa, num. 232.

Adulterium, ſeu ſtuprum præſumitur potius commiſſum cauſa vindictæ, quam propter libidinem, num. 233. Contra, num. 234.

Adulterium, ſeu ſtuprum an fuerit commiſſum potius propter vindictam, quam propter libidinem, probatur coniecturis, & quibus, num. 235. & ſeq.

Pax, ſeu cautio de non offendendo, an dicatur rupta propter ſodomiam, num. 237.

QVÆST. CVII. PARTE II.
ARTIC. XVI.

227 REGVLA ſit in propoſito xvj. articulo negatiua, quòd ſcilicet pax, tregua, ſeu cautio de non offendendo non cenſetur rupta per adulterium, ſeu ſtuprum commiſſum cum vxore, ſeu filia eius, quem quis non offendere promiſit, fuit originalis opinio Ioan. Andr. in c. fruſtra, num. 5. in fine, verſic. ſecunda quæſtio, & ſeqq. Vbi relatis contrarijs rationibus, & argumentis in hac reſidet ſententia tribus fulcita fundamentis, quæ iudicio meo, aut nihil, aut parum ſtringunt, Bart. in l. verum, num. 4. ff. de furt. vbi benè reſpondet ad text. in §. præterea, & §. ſeq. in titulo, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. vbi vaſſallus perdit feudum propter adulterium commiſſum cum vxore, vel cum filia ſui Domini, inquit enim ibi Bart. hoc ideò eſſe in vaſſallo, quia promittunt Domino fidelitatē, quam facientes pacem ſibi inuicem non promittunt, ſed tantum ad non offendendum occaſione præcedentis brighæ ſe adſtringunt. Nec diſſentit Ang. in dicta l. verum, num. 10. Vbi facit generalem concluſionē, quòd pax facta cum inimicis non cenſetur rupta per actum libidinis. Idem Ang. in l. qui ſeruum mihi, num. 3. ff. de verb. obligat. Angel. de maleſic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, num. 6. verſic. quid autem ſi pax, & ibi in addit. lit. C.

litera C. & Augustin. de Arim. in alia sequenti additione, vbi testatur de communi (licèt eam non sequatur, vt mox eum referam) Rom. in consi. 183. num. 1. versic. huic etiam sententiæ, & ibi Mandos. in addit. litera B. vbi testatur de magis communi opinione, & in consil. 258. num. 3. & in l. semel mora, colum. 2. versic. secunda sumitur. ff. solut. matrimon. Anton. Corsett. in tract. de priuileg. pacis. versic. 31 Gozzadin. consil. 31. num. 14. Alexand. consil. 113. lib. 2. vbi latè. Corn. consil 42. num. 7. lib. 2. vbi expressè loquuntur non solum in pace, sed etiam in tregua, & consil. 51. num. 3. lib. 1. & consil. 44. num. 12. lib. 4. Marsf. consil. 21. num. 4. Melchior. de Facin. consil. criminal. diuersor. 78. num. 25. & seq. lib. 1. in paruis. Nouell. in practic. criminal. cap. fina. num. 29. & 43. Ias. post Paul. de Castr. in l. quæ seruum, nu. 4. ff. de verbor. obligat. Florian. in l. si quis testamentum. §. interdum, num. secundo, ff. ad leg. Aquil. Petrin. Bel. in tractat. de re militar. par. 10. titulo secundo, num. 37. & 42. Vbi testatur de communi opinione, de qua etiam testatur num. 51. subdens amplius ab ea non esse recedendũ. Quamuis in contrarium aliquas adducat rationes, Carer. in pract. in tractat. de homicid. §. decimo excusat lasciuia, num. 4. Gomez in §. ex malefic. column. secunda, num. 3. Instit. de actio. Herculan. in tractat. de caut. de non offenden. cap. 17. num. 6. Vbi pariter testatur de communi opinione, ex Alciat. quem allegat in cons. 169. columna tertia, & ibi ad huius regulæ comprobationem adducit tres rationes. Prima est, quia semper attenditur, quod principaliter agitur. Secunda, quia animus, & voluntas distinguunt maleficia. Tertia, quia amoris furori parcendum est, & num. 9. in fine. vbi aliã adducit rationem, quia scilicet nolenti non fit iniuria. Nicol. Moron. in tractat. de fide, tregua, & pace, quæst. 157. num. primo, & seqq. secundum vltimam impressionem. Vulpell. in tract. de pac. quæst. 43. num. primo, & seqq. vbi relatis contrarijs hanc receptiorem fatetur sententiam. Clar. in pract. §. fina. quæst. 47. num. 12. versiculo sed quid si vnus, vbi Ludouic. Cat. in consil. criminal. diuersor. 99. num. 13. libro primo, in paruis, dixit dictum Bart. in dicta l. verum communiter teneri à consulentibus. Baiard. in additione ad Clar. quæst. 47. num. 65. in fine, vbi de magis communi. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 17. numero 39. parte prima. Mascard. de probat. lib. 3. conclusio. 1157. num. 83. vbi de communi, Laderch. Imolen. consil. 200. num. primo, vbi etiam de communi. Viui. opin. 566. num. quinto, vbi de magis communi. Bettazzol. consil. 185. num. 13. Cæphal. cons. 587. num. 18. vbi de communi, & num. 22. libro quarto.

228 Quamuis contrarium in pace sensisse videantur Roman. in l. licitatio. §. quòd illicitè, num. 8. ff. de public. & vectigal. Augustin. de Arimin. in additio. ad Angel. de malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, num. 60. (Quamuis vt supra eum retuli contrariam sententiam dixerit communem) motus ex ijs, quæ scripserunt Bart. in l. item stipulatus, §. Chrisogonus. ff. de verb. obligat. & Bald. in cap. 1. §. similiter, quibus. mod. feudum amittatur, dicens pacem esse ruptam pro offensionem facta illi, ex qua competit proprio nomine actio iniuriarum alteri, quem quis non offendere promisit, sed ex adulterio commisso in vxorem competit actio iniuriarum marito proprio nomine, per text. in l. prima, § fina. ff. de iniur. ergo, &c. Ioann. Fabr. in l. denunciamus, num. 8. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, vbi, quòd isto casu stupratæ, seu, raptæ consensus non excusat ad l. raptores, C. de rapt. virgin. cum alijs ibi per eum allegatis, & faciunt etiam benè considerata per Petr. Bel in tract. de re militar. part. 10. titulo secundo, num. 53. Petr. à Plach. in epithom. delict. libr. primo, cap. 7. n. 10. versicul. & isthæc securitas, & ante istos Lucas de Penn. in l. vnica, num. 54. C. publicæ lætitiæ, vel consult. lib. 12. Vbi loquitur, quando promis-

229 sio est facta de non offendendo in personam, nec in rem, & num. 55. ampliat, quòd etiam ex lenocinio censetur rupta pax.

230 AMPLIA regulam etiam, quòd mulieri ad effectum explendæ libidinis, fuerit vis illata, prout contigit in crimine raptus. Adhuc enim nec pax rupta dicetur, si credendum est Alexan. in cons. 113. Vbi pluribus hanc probat ampliationem, & loquitur in casu, in quo puella fuit ex vno territorio in aliud transducta, & renitens percussa, cum huiusmodi vis non causa offendendi, sed libidinis illata videatur, & Alexand. sic dicentem sequuti sunt Ias. in l. qui seruum, num. 4. ff. de verbor. obligat. & in l. prima, num. 4. C. ad leg. Cornel. de sicar. Nouell. in pract. criminal cap. fina. num. 109. Carer. in practic. in tractat. de homicid §. decimo excusat lasciuia, num. quinto. Baiard. in additio. ad Clar. quæst. 47. num. 62. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 83. & 132. & licet Alexãd. eo loci pessimè consuluisse affirmauerit additionator ad eum ibidem litera A, nec dissentiat Hercula. in tractat. de caut. de non offenden. cap. 17. num. 7. versicul. quòd etiam intelligo, & expressè etiam Alexandrum reprobat Vulpell. in tractat. de pace, quæst. 43. num. 4. in fine, negari tamen non potest, quin Doctores, vt ex præallegatis apparet, magis communiter eundem Alexand. sequantur.

231 LIMITA I. propositam regulam non procedere, quando quis adulterium commisisset non causa libidinis, sed causa se vindicandi, & dolosè, in iniuriam eius, quem non offendere promiserat: tunc enim sine dubio, & pax, & cautio de non offendendo rupta dicetur, secundum eundem Bart. in dicta l. verum, num. 4. versic. sed si faceret causa vindicandi, ff. de furtis. Roman. in l. licitatio. §. quòd illicitè. num. 8. ff. de public. & vectigal. Gozzadin. consil. 31. num. 14. quem in proposito refert, & sequitur Mandos. in addit. ad Roman. in consil. 183. litera B. in fin. Melchior. de Facin. consil. criminal. diuersor. 78. num. 35. in fine, libro primo, in paruis. Ias. in l. si seruum, post num. 4. ff. de verbor. obligat. Florian. in l. si quis testamentum. §. interdum, num. 2. versic. idem si constaret. ff. ad l. Aquil. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. num. 42. versicul. quòd ego crederem posse verum esse, Carer. in pract. in tractat. de homicid. §. decimo. excusat lasciuia, num. 5 versic. & ideò si constaret animo offendendi, & iniuriandi. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. cap. 17. nu. 17. Vulpell. consil. 51. num. 7. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 83. Viui. opin. 566. num. 5. versic. sed idem.

232 LIMITA II. quando pax, seu cautio fuit facta, & præstita ex causa præcedentis adulterij, nam tunc per aliud subsequens adulterium pariter rupta censetur, cum omnis promissio regulatur à præcedentibus causis, pro quibus promissum fuit, sic enim videtur de mente eiusdem Bart. in dicta l. verum, sub num. 4. ff. de furt. Vbi propterea dixit, quòd si vnus ex paciscentibus passus est iniuriam ex causa adulterij, & facta pace ipse idem committat aliud adulterium, censetur fecisse animo vindicandi. Petrin. Bel. in tract. de re militar. par. 10. titul. secundo, num. 42. versic. quòd ego crederem. Nicol. Moron. in tractat. de fid. treg. & pace, quæst. 157. num. 5. & sequentibus secundum vltimam impressionem, & quæst. 158. num. 4. & 15. Vbi amplius, quòd si cautio de non offendendo fuit præstita propter actus impudicos, censetur rupta ob solam deosculationem, etiam non sequuto adulterio, vel stupro, & ita aliàs ipse testatur respondisse in quadam causa Nursina contra alios graues viros contrarium tenentes, & consulentes, Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 64. Viu. opin. 566. in fine.

233 LIMITA III. (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad primam propositam limitationem,) quia in dubio adulterium præsumitur potius commissum causa vindictæ, quam causa libidinis, & ideò adulteranti contrarium dicenti incumbit onus probandi, si credendum est Ang. in dicta l. verum, num. 10. ff. de furt. ea ratione, quia vbi actus ad plura delicta se habere potest, odio delinquentis, semper fit interpretatio contra eum in duriorem partem, ad trad. per Dyn. in cap. in obscuris, de regul. iur. in sexto, & hanc Ange. opinionem sequuti sunt Alexand. in addit. ad Bart. in eadem l. verum, litera E. Augustin. de Angel. de malefic. in verbo, *Che hai adulterato la mia donna*, num. 60. in principio additionis. Marsil. consil. 83. num. 19. &

19. & 10. Florian. in l. ſi quis teſtamentum, num. 2. verſ. ſed tu intellige. ff. ad l. Aquil. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 17. num. 7. verſic. iuxta prædicta. Vulpell. in tracta. de pace, quæſt. 43. num. 4. & quæſt. 91. poſt num. 7.

234 Verum hæc Angeli opinio apud me dubitabilis videtur, retorquendo rationem per ipſum ad ſuam ſententiam comprobandam conſideratam, licèt enim generalis ſit regula, quòd in odium delinquentis, & in delictis fit interpretatio in duriorem partem, attamen pariter, & in delictis, & magis in ſpecie communiter receptum eſt, quòd actus, qui poteſt ſanare duo delicta, quorum vnum ſit maius, & aliud minus, ſemper fit interpretatio pro exclusione maioris delicti, ſecundum eundem Dyn. qui ab eodem Angelo allegatur in eadem regula in obſcuris, nu. 17. de regul. iur. in ſexto. Vbi amplius dixit, quòd eſt potius præſumenda qualitas exgrauans delictum, quam illud aggrauans, ſequendo Florian. de Sancto Petro in l. item mella. §. ſed ſi plures, num. 5. poſt medium, verſic. vno modo. ff. ad l. Aquil. & alios plures in idem retuli ſupra in titulo de reo confeſſ. & conuict. num. 26. & propterea, quòd in dubio adulterium præſumatur commiſſum ex cauſa libidinis, niſi huic præſumptioni aliqua ſpecialis coniectura reſiſtat. Fuit de mente Mandoſ. in addit. ad Roman. dicto conſil. 183. litera B. verſic. prior tamen opinio, Marſil. ſibi contrarius conſil. 21. num. quarto, & conſ. 83. num. tertio, & videtur etiam de mente Petrini Beli in tractat. de re militar. num. 42. Vbi, ni fallor, teſtatur de communi opinione, quando pax non fuit facta ex præcedenti ſimili cauſa adulterij, Carer. in pract. in tract. de homicid. §. decimo excuſat laſciuia, num. quinto, verſiculo, & ideo ſi conſtaret. Nec ab iſta opinione diſſentit Vulpell. in tractat. de pace dicta queſtio. 43. numero quarto, quando agitur de odio irrationabili, hoc eſt de exactione pœnæ non à delinquente, ſed ab eius fideiuſſore. Et quidem ſi benè ponderentur verba Bart. in l. verum. ff. de furt. de illius mente videtur, quòd hæc ideò ex adulterio pax non rumpatur, quia in dubio præſumitur animus non iniuriandi, ſed explendi libidinem, pro vt illum refert Clar. in practic. §. fin. quæſt. 47. num. 12. verſ. ſed quid ſi vnus. Vbi amplius teſtatur propoſitum dictum Bart. communiter à conſulentibus teneri, & propterea hanc ſecundam opinionem contra Angelum veriorem crediderim, quam etiam ſequutus fuit Baiard. in additione ad Clar. quæſtio. 47. num. 65. in fine. Vbi teſtatur de magis communi ex Bertaz. in conſ. 26. (quem tamen eo loci inuenire non potui.)

235 Hoc vnum eſt, quòd an quis adulterium committat cauſa luxuriæ, ſeu animo ſe vindicandi, & offendendi coniecturis probatur, ſecundum Mandoſ. in additio. ad Roman. conſil. 183. litera B. verſiculo prior tamen opinio. Petrin. Bel. in tract. de re militar. par. 10. titulo ſecundo, num. 42. verſic. de cauſa vero. Herculan. in tractat. de caut. de non offenden. cap. 17. num. octauo.

236 Vbi amplius pro coniectura, quod adulterium, ſeu ſtuprum fuerit commiſſum cauſa libidinis; conſideratur pulchritudo mulieris, & amor adulterantis, ſeu ſtuprantis ſaltem probatus per famam. Vulpell. in tractat. de promiſſion. de non offenden. quæſt. 91. num. ſeptimo. Vbi videtur requirere euidentiſſima argumenta, Clar. in practic. §. final. quæſt. 47. num. 12. verſiculo, ſed quid ſeruus. Vbi èконтra, quòd adulterium non videtur cauſa libidinis commiſſum, quando mulier adulterata erat vetula, & deformis. Baiard. ibidem poſt num. 65.

237 LIMITA IIII. in commiſſa ſodomia, per quam rumpi cautionem de non offendendo, quamuis cauſa libidinis commiſſa ſit expreſsè voluit Herculan. in tractat. de caut. de non offendendo, cap. 17. num. ſeptimo, verſiculo. excuſationem hanc, &c. propter tanti criminis immanitatem, & execrabilitatem, cuius opinionem minimè veram credo; cum immanitas criminis non faciat rumpere pacem, & cautionem, ſed animus iniuriandi, & offendendi, qui nec in iſto crimine conſiderari poteſt, & propterea illud committens debitas, & vltimi ſupplicij luat pœnas abſque eo, quòd conuentionalem pœnam pro fracta pace, vel cautione ſoluere teneatur.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo an cenſeatur rupta propter furtum.

SVMMARIVM.



Pax, ſeu cautio de non offendendo non rumpitur propter furtum, num. 238. licet alij contra, num. 239.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non dicitur rupta propter offenſionem illatam in bonis, num. 240. Contra, num. 241.

Pax, ſeu cautio de non offendendo rumpitur propter furtum commiſſum non cauſa lucri, ſed propter vindictam, num. 242. & num. 244. & ſequentibus, vbi de materia.

Pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta propter furtum, quando præcedens inimicitia cauſam habuit ab aliquo furto, num. 243.

Furtum præſumitur in dubio factum ab inimico, non cauſa lucri, ſed propter vindictam, num. 244. contra, num. 245.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XVII.

238 EGVLA ſit in hoc xvij. articulo, quòd pax, ſeu cautio de non offendendo, non rumpitur per furtum factum ei, cum quo quis pacem fecit, & non offendere promiſit. Bart. in l. verum, num. quinto, ff. de furtis. Vbi etiam reddit rationem, quia ſcilicet fur non animo ſe vindicandi, ſed animo lucrandi furtum facit, & Bart. ſic dicentem ſequuti ſunt Angel. in eadem l. verum, num. 12. Paul. de Caſtr. in l. licitatio. §. quòd illicitè, num. 4. ff. de publican. & vectig. Vbi refert, & reprobat contraria. Roman. conſil. 183. num. 1. verſ. Cæterum eadem concluſio, & conſ. 258. num. 3. Corn. conſ. 51. num. 3. lib. 1. & conſil. 44. nu. 12. lib. . . & conſ. 42. num 7. lib. 2. Ludouic. Cacher. conſil. crimin. diuerſor. 99. num. 13. lib. 1. in paruis. Vbi quòd hoc dictum Bart. in d. l. verum, à conſulentibus communiter approbatur. Nouell. in pract. crimin. cap. final. num. 29. in fin. & 112. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. titul. 2. num. 42. Vbi teſtatur de communi opinione. Herculan. de caution. de non offenden. cap. 25. num. 2. Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, quæſt. 35. ſecundum primam impreſſionem, & quæſt. 158. in fine, num. 17. ſecundum vltimam impreſſionem. Vulpell. de promiſſ. de non offenden. quæſt. 43. Vbi videtur teſtari de communi Doctorum opinione, Baiard. ad Clar. in pract. §. final. quæſt. 47. num. 65. Viui. opin. 566. num. 5. vbi de magis communi. Honded. conſil. 103. num. 16. lib. 1.

239 Quamuis contrarium affirmauerit idē Bart. in l. licitatio. §. quòd licite, num. ſecundo, ff. de public. & vectigal. vbi diſtinguit tres caſus.

Primus eſt, quando quis promiſit, non offendere in re, vel in perſona, ſecundus quando quis promiſit non offendere in perſona, tertius quando quis promiſit non offendere ſimpliciter. In primo, & in vltimo caſu pax dicitur rupta; licet ſecus in ſecundo, & Bart. eo loci ſic dicentem refert, & ſequitur Roman. numero ſeptimo, ex Bal. inſuper quem allegat in capitulo primo, §. final. de pace tenenda, nec diſſentit Gozzad. in conſil. 31. numero duodecimo, & ſequentibus, Vbi poſt contrarias opiniones relatas inhæret diſtinctioni Bart. in d. §. quòd illicite, quem etiam referendo ſequitur Vulpell. de promiſſ. de non offenden. quæſt. 91. num. 7. verſic. & in hac promiſſione.

240 AMPLIA & generaliter huius XVII. articuli regulam, quòd sicut per furtum pax, seu cautio rupta non dicitur; ita pariter neque per aliam offensionem illatam in bonis illius, quem quis non offendere promisit, ea ratione, quia scilicet promittens simpliciter non offendere censetur promisisse non offendere personam, vel in personam vt dixi supra colum. 58. in fine, non autem in bonis, nisi expresse fuerit dictum, secundum Bart. in d. l. verum numero quinto, versic. pro hac facit, ff. de furt. Paul. Castren. in l. licitatio. §. quòd illicitè, numero quarto, ff. de publican. & vectigal. vbi magistraliter loquendo, dixit offensionem personalem duobus modis considerari, vno modo, quando merè est in personam, prout est offensa verbalis. vel percussio, alterò modo quando non merè est in personam, sed propter rem, prout est violentia ablatiua, vel expulsiua, quæ committitur in personam, occasione tamen rei, verba autem pacis intelliguntur de prima offensa, quæ mere est in personam, & non de secunda, quæ non est merè in personam. Corn. consilio 44. num. 12. libro quarto, vbi generaliter loquitur de rapina, & robbaria. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 25. numero primo, post Castren. in d. §. quòd illicitè, & Bertran. quem allegat in cons. 274. colum. fin. lib. 1.

241 Contrarium in hac ampliatione sensisse videntur Luc. de Pœnn. in l. prima, num. 51. versic. vnde qui facit, C. publicæ letitiæ, libro duodecimo, quem videas, quia magistraliter more suo loquitur. Bar. sibi contrarius in d. l. licitatio. §. quòd illicitè, numero secundo, ff. de publican. & vectigal. Marsil. consilio. 80. num. 46. versic. secundo respondeo, & sequenti, qui tamen loquitur in promissione facta per verba vniuersalia videlicet de non offendendo *quoquomodo*, & ponit exemplum in eo, qui boues immisit in alienum agrum ad comedendum fœnum incisum, & sic alium in sua possessione turbauit, Gozzad. qui loquitur in simplici promissione de non offendendo, & in comburente fenile alicuius in consil. 31. numero duodecimo, & sequentibus Nouell. in pract. crimin. capitulo finali, numero 80. post Aluarot. quem allegat, & loquitur generaliter in danre damnum in bonis illius, cum quo est facta pax, nec dissentit Vulpell. quando in offensione reali interuenit violentia in tract. de pace quæst. 43. in fine; Surd. decis. Mantuan. 79. num. tertio, vbi de inferente graue damnum in bonis, ex quibus præpositam ampliationem valde dubitabilem reddi negari non potest.

242 LIMITA I. eandem regulam, non procedere, quando quis facit furtum non causa lucri, sed causa offendendi, & se vendicandi per ea, quæ in simili dixi supra num. 231. & in specie sic declarando in crimine facti scripserunt Gozzad. consilio 31. numero. 14. & Viui. opin. 565. numero quinto, versic. sed idem.

243 LIMITA II. quado pax fuit inita, seu cautio præstita causa furti, aut alterius offensionis illatæ in bonis: tunc enim pariter per furtum illi contrauentum esse suadent scripta in simili supra num. 232. & in specie scripserunt Petrin. Bel. de re milit. par. decima, titulo secundo, num. 29. & num. 42. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace, quæst. 155. per totam, & quæst. 158. in fine, num. 17. secundum vltimam impressionem.

244 LIMITA III. (& hæc limitatio venit ampliatiuè ad primam præpositam limitationem) quia indubio præsumitur furtum factum fuisse, non causa lucri, sed causa offendendi, & se vindicandi per ea, quæ in simili de adulterio dixi supra num. 233. & in specie scripserunt Florian. in l. si quis testamentum. §. finali de pace tenenda, dixit opinionem Bart. esse veram in casu certo, quando scilicet constat, vel ex coniecturis potest percipi, quòd solum fecit ad finem lucri, alias in dubio erit verior opinio Bal. quòd scilicet pax intelligatur rupta per furtum, cum in delictis posito maleficio, pro constanti, semper præsumitur contra delinquentem, ad tradit. per Dyn. in reg. in obscuris, de regul. iur. in sexto, & expresse etiam voluit Vulpell. in tractatu de pace, quæst. 43. numero. 3. libro 4. in fine. versic. ego autem, &c. quæst. nonagesimaprima, num. 7.

245 Contrarium credo verius per ea, quæ dixi supra num. 234. & videtur de mente Roma. in dicto consil. 183. post numerum primum, & consil. 258. num. 3. & Corn. consil. 51. numero 3. libro primo, & consilio 44. numero 12. libro quarto, & consilio 42. numero 7. libro secundo, qui ex mente Bart. in dicta l. verum. ff. de furt. dicunt furtum communiter fieri causa lucri, & auaritiæ, & non animo offendendi; & in hoc Bart. dictum communiter à consulentibus approbari, dixit Ludou. Cat. consil. criminal. diuersorum 99. num. 13. libro primo, in paruis, nec dissentiunt Nouell. in pract. capitulo finali, numero 29. in fine, & numero 11. Petrin. Beli. de re milit. par. 10. titul. secundo, numero 42. versic. Quod ego crederem. Baiard. in addit. ad Clar. in pract. §. final. q. 47. num. 65.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an rupta censeatur per accusationem, seu testificationem in causa Criminali, vel Ciuili.

SVMMARIVM.

Pax, seu cautio de non offendendo, an quando rupta censeatur propter accusationem, seu testificationem in causa crimin. vel ciuili, & generaliter de materia; & remissiuè, num. 246.

Pax, seu cautio de non offendendo censetur rupta propter falsum testimonium, num. 247.

Pax, seu cautio de non offendendo censetur rupta propter falsam depositionem tam in causa criminali, quàm ciuili, num. 248.

Pax, seu cautio de non offendendo rumpitur propter falsum testimonium, censetur rupta etiam, quod fuerit promissum non offendere, quibusdam specificatis modis num. 249.

Pax, seu cautio de non offendendo non dicitur rupta propter falsum testimonium dictum non sponte, sed coactè num. 250.

Pax, seu cautio de non offendendo non dicitur rupta propter attestationem in causa ciuili, siue sponte, siue coactè factam, num. 251.

Pax, seu cautio de non offendendo censetur rupta propter attestationem sponte factam in causa crimin. & præsertim capitali; secus si quis non sponte, sed coactè deposuerit, num. 252. sed quòd immo etiam quòd quis sponte deposuerit falsitatem non dicatur rupta pax, seu cautio, verius videtur, num. 243.

Pax, seu cautio de non offendendo dicitur rupta propter falsam, & calumniosam accusationem, quando accusator est in vera calumnia, num. 254.

Pax, seu cautio de non offendendo an dicatur rupta propter calumniosam accusationem, quando accusans est in præsumpta calumnia, num. 255. & sequenti.

Pax, seu cautio de non offendendo non dicitur rupta propter accusationem criminalem, quando accusator accusationem probauit, num. 257. declara, vt num. 258.

QVÆST. CVII. PAR. II.

ARTIC. XVIII.

246 PRO solutione propositi articuli vide Luc. de Penn. in l. vnica quæst. 21. num. 51. circa fin. C. vt publ. letit. lib. 12. & ibidē quæst. 17. num. 43. in fin. Iul. Ferret. in tract. de fer. num. 185. 186. 189. & seq. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 25. num. 2. in fine,

fine, Moron. de fid. treg. & pace, quæſt. 160. ſecundum vltimam impreſſionem, & nouiſſimè Ioann. Petr. Surd. deciſ. Mantuan. 79. per totum, ex quorum dictis, & ſecundum veritatem facias infraſcriptas concluſiones.

247 PRIMA ſit concluſio, quæ teſtificationem reſpicit, quòd pax, ſed cautio de non offendendo indiſtinctè rupta dicitur per falſum teſtimonium; deponens enim falſum, dicitur iniuria afficere illum contra quem deponit. Aym. conſ. 13. num. 3. & conſequenter inde offenſionem naſci dubitandum non eſt, ad tradita ſupra, num. 143. & in ijs terminis voluit Surd. d. deciſ. Mant. 79. in fin. vbi teſtatur, ita apud eum per illum Senatum fuiſſe iudicatum.

248 SECVNDA ſit concluſio ampliatiua præcedentis concluſionis, quòd pax, ſeu cautio de non offendendo dicitur rupta per falſum teſtimoniũ emanatum, tam in cauſa criminali, quam in cauſa ciuili, in qua licet non tractetur niſi de damno, & intereſſe pecuniario, ſeu bonorum, & ſic propter realem offenſionem non videatur rupta pax ad trad. ſupra num. 141. tamen quia ex falſitate oritur præſumptio animi iniuriandi, & ſe vindicandi, idcirco etiam iſto caſu ex reali offenſione oriẽte ex falſo teſtimonio in cauſa ciuili pacem fractam eſſe omnino credi derim ex ijs, quæ dixi ſupra, nu. 142.

249 TERTIA ſit concluſio præcedentis pariter ampliatiua, ꝙ pax, ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta ex falſo teſtimonio, etiam quòd fuerit dictum pacem non rumpi, nec pœnam incurri niſi ex inſultu ſtudioſè commiſſo cum ſanguinis effuſione ex morte hominis, vel mem brorum debilitatione, ex combuſtione frumentorum, & domorum, vel ex amputatione vinearum, aut arborum, adhuc enim ex maioritate rationis; & quia ſi paciſcentes interrogati fuiſſent, idem etiam reſpondiſſent de falſa depoſitione, & pacem rumpi, & pœnam incurri pluribus comprobat Iacob. Port. Imolen. conſil. 213. per totum, de cuius tamen conſilij veritate maxime cogitandum relinquo per ea, quæ dixi infra art. 31. in 4. concluſ.

250 QVARTA ſit concluſio præcedentium declaratiua, quòd pax, & cautio de non offendendo non dicitur rupta per falſum teſtimonium, quando teſtis falſum dixit non ſponte, ſed coactè blanditijs, & fraudibus, miniſque, & terroribus commotus, & præſertim ſi idem teſtis ruſticus ſit, ſeu talis, qui facile decipi potuerit ſecundum Iacob. Port. Imolen. in d. conſil. 213. num. 13. in fine, & ſeqq.

251 QVINTA ſit concluſio, quòd quando teſtimonium non eſt falſum, & ſi emanauit in cauſa ciuili, ſiue coactè, ſiue etiam ſponte quis depoſuerit, nunquam ex eo cenſebitur rupta pax, ſeu cautio de non offendendo; Non enim ex huiuſmodi depoſitione malus offendendi animus pręſumi poteſt in eo, qui veritatem dicit, ideo ceſſat pœna ruptæ pacis, & cautionis, quæ ſine dolo, & malo animo nunquam committitur, prout dixi ſupra, nu. 220. vltra quòd iſta realis offenſio, quæ aliquando poſſet conſiderari in depoſitione in cauſa ciuili non facit rumpere pacem, ſeu cautionem, per ea quæ dixi ſupra, num. 241. & in ijs terminis intelligendus eſt Herculan. in tract. de caut. de non offenden. d. cap. 25. num. 2. in fine, dum poſt Ferrettum in loco per eum relato dixit ſimpliciter ex teſtificatione cautionem de non offendendo minimè rumpi.

252 SEXTA ſit concluſio in teſte, qui in cauſa criminali, & præſertim capitali contra aliquem teſtimonium dixit non tamen falſum; tunc enim, aut coactus depoſuit, aut ſponte. Primo caſu non dicitur rupta pax, aut cautio, ſecundo autem caſu ſic, & eſt ratio, quia primo caſu, non poteſt dici teſtem deponere ex odio, & mala voluntate, ſecundo autem caſu, & ex odio, & ex præcedenti inimicitia ad ſe examinandum acceſſiſſe preſumendum eſt, cũ, etiam quòd nulla præceſſerit inimicitia, ex eo ſolum, quòd quis ſponte in cauſa criminali contra alium ſe examini ſubijciat, inimicus præſumatur ſecundum Blancum in tract. de indi. num. 152. & 154. & Decian. in tract. crimin. libro tertio, cap. 25. num. 62. & 63. par. 1. & latius dixi in prima par. in tit. de indic. & tortu. quæſt. 49. num. 76. & ſeq. & in ijs terminis, poſt Ferrett. quem allegat in tract. de ferijs, num. 190. voluit idem Surd. d. deciſ. 74. num. 4. in fine, & ſeq. Quamuis vt verum fatear, propter publicam vtilitatem, & ne delicta maneant impunita, vix crederem hanc concluſionem in praxi recipiendam, quicquid dicant Doct. prædicti, & propterea quando teſtis dicit verum, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, & ſiue coactè, ſiue ſponte deponat ex tali teſtimonio pacem non rũpi, verius ſeu ſaltem in practica magis receptum, aſſero.

253

254 SEPTIMA ſit conluſio reſpiciens accuſationem, qòud ſi accuſatio eſt falſa, ita quòd accuſans dici poſſit in vera calumnia, tunc indiſtinctè per eam pax, & cautio rupta dicetur, & hoc non credo habere difficultatem per ea, quæ dicta ſunt ſupra hac eadem quæſtione in prima concluſione; tunc enim videtur accuſatio porrecta ex odio, & malignitate accuſantis, & etiam liuore vindictæ; ideo, quin ex ea, & pax & cautio rupta dicatur, dubitandum non eſt, prout in ſpecie voluerunt Moro. d. quæſt. 160. & magis explicitè Surd. d. deciſ. 79. num. 4. & ante iſtos Luc. de Pœn. in d. l. vnica, num. 43. ad finem, & 51. verſ. item hoc verum, C. public. lætit. lib. 12.

255 OCTAVA ſit concluſio, quòd ſi accuſator non ſit in vera calumnia, ſed in præſumpta, vt quia accuſationem non probauerit, & accuſatus fuit abſolutus, tunc pariter ex eadem accuſatione ruptam fuiſſe ſcripſit idem Luc. de Peu. in d. l. vnica d. num. 43. verſic. primo caſu, & d. num. 51. verſic. aut non probauit iuncto verſ. ſeq. incip. quòd

256 autem pœna, vbi ampliat etiam in pœna conuentionali appoſita in pace. refert, & ſequitur Surd. in d. deciſ. 79. num. 3. Quod vtique ego verum intelligerem, niſi accuſans proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam, aliquam iuſtam habuerit cauſam, ex qua veniret excuſandus à præſumpta calumnia, tunc enim non videtur accuſatione non probata per eius accuſationem pacem fractam eſſe, ad ea, quæ latius ſcripſi ſupra in prima par. in tit. de accuſ. quæ. 16. num. 33. & ſeqq. pluribus, & præſertim num. 66. & ſeqq. & ſi bene conſiderentur ſcripta per Luc. de Pen. in d. l. vnica num. 43. caſum proponit in eo, qui accuſando non proſequitur ſuam, vel ſuorum iniuriam.

257 NONA, & vltima ſit concluſio, quòd ſi accuſator ſuam accuſationem probauit, tunc videtur ex ea pacem non rumpi ſecundum Herculan. in tract. de caut. de non offenden. d. cap. 25. num. 2. in fine. Quando ſcilicet accuſatio prouenit ex zelo iuſtitiæ, & non liuore vindictæ, hoc enim vltimo caſu etiam probata accuſatione pax videtur rupta, niſi accuſatio contineat crimen hæreſis, aut læſæ maieſtatis, pout diſtinguendo voluit idem, Luc. de Pen. d. l. vnica num. 43. verſ. è contra, & num. 51. in fine, verſ. 22. &c. & eum refert, & ſequitur Surd. d. deciſ. Mant. 79. num. 3. & 4. De qua tamen concluſione valde dubito

258 in pract. per ea, quæ dixi ſupra, num. 253. An autem in dubio accuſator præſumatur mouere ſe ad accuſandum zelo iuſtitiæ, an vero liuore vindictæ, vide in ijs terminis eundèm. Luc. de Pen. in d. l. vnica, num. 43. in fin. verſ. in dubio vero, & num. 51. ad finen. C. publicæ lætitiæ lib. 12. &c.

ARGVMENTVM.

Cautio de non offendendo an dicatur rupta per offenſionem factam extra Territorium.

SVMMARIVM.



Cautio de non offendendo, ſeu etiam pax cenſetur rupta per offenſionem illatam extra Territorium illius loci, vel iudicis coram quo cautio prædicta præſtita fuit, et à quo paciſcentes ſic ad promittendum, & paciſcendum coacti fuerunt num. 259. quamuis, aliqui contradixerint, nu. 261.

verum enim est, quòd Iudex loci Territorij, vbi offensio fuit illata, puniet offendentem pœna iuris communis; Iudex autem coram quo fuit facta promissio de non offendendo exiget pœnam conuentionalem, num. 260.

QVÆST. CVII. PAR. II.

ARTIC. XIX.

259 VERIOR in proposito articulo videtur opinio affirmatiua, quòd scilicet cautio de non offendendo, seu etiam pax, in qua quis promisit, vel satis dedit non offendere suum aduersarium teneatur rupta per offensionem illatam extra Territorium loci illius, vel Iudicis, coram quo fuit præstita cautio prædicta, & à quo paciscentes de sic promittendo de se inuicem non offendendo coacti fuerunt, quam præcipue defendit Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores, numero sexto, ff. de off. præsid. post Guliel. de Cun. ibi afferens plures rationes, inter quas duæ videntur principaliores. Vna scilicet, quia promittens non offendere, seu damnum non inferre censetur generaliter promisisse, nec se ad vnum potius, quam ad alium locum adstrixisse l. omnem. ff. de iudic. Altera est ratio, quia eadem promissio, & obligatio respicit personam, vnde eum sequitur, quocunque vadat l. fina. C. de præscript. long. temp.
260 nec dissentit Alberic. in d. §. ne potentiores, num. 10. vbi tamen videtur tenere, quòd Iudex loci Territorij, vbi offensio fuit illata, puniet offendentem pœna iuris communis, Iudex autem, coram quo fuit facta promissio de non offendendo exiget pœnam conuentionalem. Nec absurdum tibi videatur inquit Alber. quem à duobus Iudicibus puniri, hoc enim iura permittunt, vt in §. si vero crimen. Auth. de san ctis. Episc. & in l. placet. in fine, C. de sacrosanct. Eccles. & Bart. & Alberic. sic dicentes referendo sequuti sunt Ias. in l. fin. num. 12. in sexta fallen. ff. de iurisd. omni. iudic. Mars. sing. 532. incipien. superioribus diebus, & in d. l. fina. num. 20. ff. de iurisd. omn. iudic. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 47. num. 37. & latius capitulo nono, numero primo, & seqq. qui omnes allegat Ang. in consil. 113. Magnifici Domini Antiani (quem tamen in libro meo inuenire non potui) Mascard. de probat.
261 libro tertio, conclus. 1131. num. octauo, & seq. Et licet idem Gulielm. de Cun. in l. denunciamus, num. 38. versic. sed quæro qualiter C. de his qui ad Eccles. confug. contrariam opinionem amplexus fuerit ex generali regula d. l. fin. ff. de iurisd. omnium iudic. & ex alijs iuribus ibi per eum allegatis, vide tamen Vulpell. in tract. de promiss. de non offenden. quæst. 89. Vbi singulariter respondet omnibus iuribus ibi per eum allegatis, ac rationibus, per eundem Guli. de Cun. eo loci consideratis, subdens amplius; quòd si alias diceretur, facile huiusmodi promissionibus de non offendendo fraus inueniretur, nec dissentit Hier. de Monte quæst. septima, num. 2. ad fin.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an rupta dicatur ex eo, quòd vnus ex pascentibus contra conditionem in pace appositam ingrediatur in Ciuitatem, in qua permanet pars offensa.

SVMMARIVM.



Pactum oppositum in pace, quòd vnus ex pacis centibus non possit venire, stare, & habitare in sua Ciuitate, & patria est, nullum, nec attendi debet, numero 262.

Amplia, vt præterea ex tali pacto, seu conditione non impeditur beneficium Principis concessum alicui, quòd possit redire ad patriam habita pace, num. 262.

Amplia, vt stante nullitate pacti prædicti, si paciscens contrauemat, pœna non exigitur, nec fideiussores tenentur, num. 264.

Amplia, vt nec valeat conditio apposita in pace, quòd quis non possit transire ante domum offensi, licet bene Iudex ad vitanda scandala possit hoc præcipere, num. 265. licet alij contra, num. 266.

Amplia, vt etiam data validitate pacti prædicti, non impeditur quis per transitum stare, & commorari in loco prohibito, num. 267. Amplia, vt bannitus ab aliquo loco non incurrat pœnam, si transeundo reperiatur in illo loco, num. 268. Amplia, vt procurator constitutus ad faciendum pacem non censetur habere mandatum ad acceptandam commissionem prædictam, num. 269.

Limita prædicta procedere, quando talis conditio est perpetua; secus si ad tempus, num. 270.

Limita secundo in foro honoris, quia sic promittens, & non obseruans suam famam, & opinionem apud bonos viros grauat, num. 271.

QVÆST. CVII. PAR. II.

ARTIC. XX.

262 REGVLA sit, quòd pactum in pace appositum, quòd vnus ex paciscentibus non possit venire, stare & habitare, in sua Ciuitate, & Patria est nullum, nec attendi debet secundum Ancharan. in d. consil. 75. num. 3. vers. quantum ergo ad hoc num. 4. Vbi huius conclusionis duas videtur afferre rationes, vna scilicet, quia priuare homines sua Ciuitate non videtur pertinere ad priuatas pactiones, sed ad habentes merum Imperium, l. non distinguemus, §. delibetati, ff. de arbitr. & facit text. in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. alteram affert rationem, quia pacta, quæ non respiciunt publicam, aut priuatam vtilitatem sunt inualida, l. iurisgentium, §. si paciscat, ff. de pact. l. penult. ff. eodem l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de Verbor. obligat. pacisci verò, quòd non liceat alicui intrare in Ciuitatem, & in ea habitare, non solum non respicit publicam Ciuitatis vtilitatem, sed etiam eam lædi, quia Ciuitatis interest hominum copiam habere, l. 1. ff. solut. matrimon. l. cum ratio. ff. de bon. damna. Prout etiam nec videtur interesse partis pacem dantis, vt alter paciscens in Ciuitatem, & domum suam non intret, & si dixeris, quòd immò satis interest ab oculis suis remouere inimicum, qui puta, patrem occidit. Respondeo, quòd qui pacem facit, non videtur hoc posse honestè dicere, cum sic dicendo adhuc in animo retinere videatur duritiem, & odium contra naturam pacis. l. seruus, ff. de seru. exportan. & Instit. de iniur. in fine, & consequenter adiectio contra naturam actus reijcienda est ab actu, l. cum præcario, ff. de præcar. l. 1. §. pen. ff. depos. cum alijs adductis per Alciat. resp. 134. tom. 2. lib. 4. num. 3.
263 Vbi propterea infert, quòd ex tali conditione in pace adiecta non debet impediri beneficium Principis concessum alicui, quòd possit ad patriam redire habita pace, &c. non dissentit Vulpell. in tract. de pace, quæst. 55. num. 1. & seqq. Viu. opin. 574. per totum, vbi pluribus hanc probat sententiam, testaturq; ita fuisse decisum in Concilio Neapolitano apud eum.
264 AMPLIA I. propositam regulam, vt stante nullitate pacti prædicti sequitur quòd si paciscens contraueniat, nec pœna in pace apposita exigi possit, nec fideiussores, qui promissioni accesserunt ad illam soluendam de iure cogantur, secundum Anchar. d. cons. 75. num. 4. vers. ex prædictis etiã. Vbi ampliat etiam q fideiussores se,

& sua

& ſua principaliter obligauerint, ac ſe facturos, & curaturos, &c. cum n. principalis obligatio, vt ſupra dictum eſt, non ſubſiſtat, vtique nec etiam ſubſiſtere poteſt obligatio fideiuſſoria, quæ eſt acceſſoria, l. fideiuſſor obligari, & l. Marcellus, ff. de fideiuſſo. etiam quòd fuerit iuramento vallata, cap. ſi diligenti de for. compet. l. non dubium, C. de legi. nec diſſentit Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, q. 1187. num. 1.

265 AMPLIA II. vt nec etiam valeat conditio appoſita in pace, quod quis non poſſit tranſire ante domum offenſi, licet enim poſſit iudex ad euitanda ſcandala hoc præcipere, ex gloſſ. Bart. Alexand. & Iaſ. in l. quàm iuſſit, ff. de re iudic. cum alijs per Petr. à Plach. in epit. delict. libro 1. cap. 7. num. 3. verſ. hinc etiam deduci videtur fol. mihi 114. & per Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, quæſt. 187. num. 2. ſecundam vltimam impreſſionem, non tamen hæc poſſunt partes inſtrumento, & concordia pacis facere, & prohibere, ſecundum eundem Moron. ibidem, num. 1. & Anchar. Marſil. & Alciat. in locis præcitatis.

266 Sed quòd immò valeat pactū penale, quòd vnus ex paciſcentibus non poſſit tranſire per aliquem locum, & in caſu tranſitus poſſit exigi pœna conuenta defendit Corn. in conſ. 118. num. 6 lib. 2.

267 AMPLIA III. quòd etiam data validitate pacti prædicti, ſeu conditionis in pace appoſitæ, quòd quis non poſſit venire, ſeu ſtare in Ciuitate, non tamen per hoc cenſetur prohibitum, vt idem paciſcens, & hanc conditionem acceptans, non poſſit per eandem Ciuitatem ad alia loca proficiſcendo tranſire, per regulam, quòd non videtur veniſſe, qui non ſtetit cap. 1. de iudic. & per aliam regulam, quòd non dicitur fuiſſe in loco, qui per breue tempus in eo ſtetit, l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. l. ſeruis Vrbanis, ff. de leg. 3. cum ſimilibus, & eſt de mente eiuſdē Anchar. in d. conſ. 75. num. 6. & latius, num. 4. verſ. venio ad ſecundum dubium. Vbi amplius, quòd ſi in inſtrumēto pacis eſt prohibitus ingreſſus in Ciuitatem, præterq̄ per trāſitum, licet verbum *tranſitus* motum perſonæ ſignificet, ita quòd tranſiens non videatur poſſe ſe in loco figere, vel dormire. Attamē verius eſt, quòd immò poſſit tranſeundo hoſpitari, quieſcere, & dormire, non ſolum per diem, & noctem, ſed etiam per quatuor dies, vt ibi per eum (qui iudicio meo, nimis largo ore, quam forſan iuris eſt, pro defenſione ſui clientuli conſulendo loquitur) & Anchar. ſic dicentem refert, & ſequitur Marſil. in conſil. 121. num. 8.

268 Simile eſt in bannito ab aliqua Ciuitate, vel territorio, in quo ſit ei prohibitum habitare, vel ſtare ſub pœna capitis, aut alia, quòd talis pœna non incurratur, ſi ibidem tranſeundo ſolum captus fuerit, voluit Nell. de bannit. in 2. par. 2. tempor. quæſt. 58. verſ. alia dubitatio eſt vbi ita altas teſtatur de facto ſeruari vidiſſe, refert eum, & ſequitur Marſ. conſ. 122. num. 7. & pract. crimin. §. aggredior, num. 42. Foller. in Pragm. de exul. la 1. num. 45. vbi loquitur, quando Princeps gratiam facit alicui bannito cum conditione non accedendi ad locum, vbi habitant partes offenſæ, niſi ab ipſis habita pace, non omnino dicitur idem bannitus indultui contrauenire per ſolum tranſitum, eo quia tranſiens nec ſtare, nec habitare, dicitur l. hæres, §. abſens, §. 1. cum ibi notat. ff. de iudic. l. 1. C. de verbor. ſignificat. & inſuper ad idem allegat Gandin. in tit. de bannit. q. 8.

269 AMPLIA IIII. vt procurator conſtitutus ab aliquo ad faciendum pacem, non cenſetur habere mandatum de acceptando conditionem in pace appoſitam, quòd ſuus principalis, non poſſit habitare, ſtare, ac venire in Ciuitate, & patria, ſecundum Anchar. in conſ. 75. in 1. dubio, num. 1. & ſeqq. vbi pluribus hanc exornat concluſionem, & potiſſimum, qui amittere propriè Ciuitatem, & patriam dicitur pœna, & illa quidem capitalis, quia qui Ciuitatem perdit, dicitur capite diminutus, media capitis diminutione, Inſtit. de capit. diminut. in princ. procurator autem per quodcunque generale mandatum non cenſetur habere mādatū faciendi Dominū ſuū incidere in pœnam, niſi ſpecificis, & expreſſis verbis talis facultas ei concedatur, & ſicut per generale, & liberum mandatum non poteſt procurator partem grauare ad exhæredationem filij, cap. Quintauallis, de iureiur. item nec etiam poterit ſic paciſcendo ſuum principalem Ciuem patria ſua, & Ciuitate priuare, & exhæredare, vt ibi per eum, qui loquitur etiam quod procurator habeat facultatem apponendi in inſtrumento pacis, & pro illius obſeruatione, omnem pœnam ac ad præſtandum quoſcunque fideiuſſores.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo an cenſeatur rupta per offenſionem ſequutam inter abſentes, quorum nomine fuit facta pax, & præſtita cautio, ſed eam non ratificarunt.

SVMMARIVM.

Pax inter abſentes an, & quomodo fieri poſſit, num. 272.

Pax an poſſit fieri per procuratorem generalem, an vero requiratur ſpeciale mandatum, num. 273.

Pax non cenſetur rupta, niſi fuerit ratificata tam ex parte offendentium, quam ex parte offenſorum, qui tempore pacis eorum nomine facta erant abſentes, num. 274.

Pax non cenſetur rupta, quando is, qui illam non ratificauit, offendit aliquem ex principalibus paciſcentibus, ſeu pacem ratificantibus, & multo magis ſi offenderit aliquem comprahenſum in pace, qui illam non ratificauit, num. 275. & 277. licet aliqui contra num. 276.

Pax non dicitur rupta per offenſionem illatam alicui, qui pacem non ratificauit in tantum, vt ſi offenſus poſt offenſionem voluerit ratificare pacem, talis ratificatio non retrotrahitur, num. 278.

Pax non dicitur rupta per offenſionem factam abſenti non ratificanti, etiam quòd notarius pro illo abſente ſtipulatus fuerit, num. 279. licet alij contra, num. 280.

Pax non cenſetur rupta per offenſionem illatam in alium, qui pacem non ratificauit, etiā quòd offenſus fuerit vnus ex paciſcentibus, ſeu pacem ratificantibus, num. 281. contra, num. 282.

Pax cenſetur rupta etiam per offenſionem factam illi, qui pacem non ratificauit, quando ita in aliquo loco adeſt conſuetudo, vt rupta cenſeatur etiam ſine ratificatione, num. 283. declara, vt num. 284.

Pax cenſetur rupta per offenſionem illatam etiam non ſequuta ratificatione quoad pœnam fiſco applicādā, nu. 285. contra n. 286.

Pax facta in iudicio, vel coram Iudice cenſetur rupta per offenſionem, etiam non ſequuta ratificatione, num 287. contra nu. 288.

Pacis ratificatio ſufficit non ſolum expreſſa verbis, ſed etiam tacitare, aut facto, nu. 289. & 290. Vbi quòd filius adeundo hæreditatem patris cenſetur ratificaſſe pacem ab eodem Patre pro ipſis abſentibus factam, & num. 291. Vbi quòd immò ſola ſcientia facta pacis, & non contradictio inducit ratificationem, & num. 292. vbi ponitur cautela ad inducendam ratificationem, vt pax intimetur, & ratificetur abſentib. quia ſi non contradixerint, cenſentur ratificaſſe, ſed quòd immo per ſolam ſcientiam, & taciturnitatem non inducatur ratificatio pacis, nu. 293.

Pax non cenſetur rupta per offenſionem factam ab abſente, qui ignorantiam habuit pacis factæ ſuo nomine, num. 294. vbi amplius, quòd in dubio ignorantia præſumitur.

Pax cenſetur rupta per offenſam ſequutam inter abſentes comprahenſos in pace, & non ratificantes quoad principales paciſcentes, & fideiuſſores, qui pro abſentibus promiſerunt, num. 295. licet alij contra, num. 296.

Pax cenſetur rupta ex offenſa ſequuta inter abſentes, qui pacem non ratificarunt quoad principales paciſcentes, qui expreſsè promiſerunt, quòd abſentes pacē obſeruabūt, et nō cōtrauenīēt. n. 297.

Pax cenſetur rupta ex offenſione ſequuta inter abſentes, qui illam non ratificarunt quoad principales paciſcentes, qui promiſerunt pro abſentibus de rato, vel quod ratificabūt, vel ſe facturos, & curaturos, &c. num. 298.

Promittens pro abſentibus comprehenſis in pace, quòd illam ratificabunt,

cabunt, vel se facturum, & curaturum, &c. tenentur absque alia interpellatione, & quam primum poterit procurare eorum ratificationem, alias si interim sequatur offensio tenetur ad pœnam, num. 299. & seqq. vbi etiam, quomodo intelligatur istud quamptimum poterit, *sed contra, quòd interpellatio non requiratur, num. 300. & quid si fuit promissum facere ratificare ad omnen requisitionem partis aduersæ, num. 303. & seq. & quid si fuit promissum de faciendo ratificare infra certum tempus, num. 305. & seq.*

Promittens facere ratificare absentem, si fecit omnem diligentiam, & possibile, non tenetur ad aliquid, si absens ratificare noluit, num. 307. contra num. 308 declara, ut num. 309. & quid si quis expresse promisit se velle teneri de suo proprio, etiam quòd absens non ratificet, num. 310 & seqq. & quid si fuerit dictum, itaquòd faciendo possibile, non excusetur, *vel promiserit facere cum offensa, num. 313. & seqq.*

Absentes qui pacem ratificarunt, si illam rumpunt tenentur tam ad pœnam legalem, quàm ad conuentionalem, ac si à principio pacem fecissent, num. 316.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XXI.

272 PRO resolutione propositi articuli esset in primis videndum an, & quomodo pax possit fieri inter absentes, de qua materia omissis alijs antiquioribus, remitto lectorem ad Nouell. in pract. crim. cap. fin. num. 77. & 85. Clar. in pract. §. fin. quæst. 56. num. 3. vers. dictum est. Vulpell. de pace, quæst. 7.

273 Et an possit fieri per procuratorem generalem, an vero requiratur speciale mandatum, vide Rom. singul. 466. Carauit. super rit. Magnæ Curiæ, 75. num. 7. Clar. d. quæst. 58. nu. 27. versicul. Sed an procurator. Vulpell. de pace, quæst. 4.

274 His præmissis. REGVLA sit negatiua, quòd scilicet pax non censetur rupta, nisi fuerit ratificata, tam ex parte offendentium, quam ex parte offensorum, qui tempore pacis eorũ nomine factę erãt absentes, colligitur hęc regula sic gñaliter & simpliciter posita ex Bar. in l. si vxor, §. si quis vxorem, nu. 12. ff. ad l. Iul. de adult. Bald. in l. fin. nu. 2. C. ad Macedon. & ibi etiam Salycet. colum. 2. in princ. num. 1. ad med. versi. ex his infertur. Paris. cons. 78. num. 49. lib. 1. Marsil. singul. 337. ante Ciuem, vers. quid aiunt, si facto pacem. Socin. iunior. consil. 103. nu. 15. lib. 3. Bero. cons. 199. num. 2. in fine, & seqq. liq. 3. & cons. 206. num. 14. & seq. eodem lib. 3. Anton. Cocapan. consil. crimin. diuersor. 93. num. 3. lib. 2. Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. diuersor. 94. num. 1. & 18. tom. 2. & inter eadem consil. Bertazz. consil. 95. num. 5. d. tom. 2. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 15. num. 15. & seqq. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, quæst 22. num. 1. & seqq. cap. 2. secundum antiquam impræssionem, & quæst. 132. num. 1. & seqq. secũdum vltimam impressionem. Hieron. de Monte, quæst. 25. num. 1. Hieron. Magon. decis. 100. num. 26. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 25. & conclus. 1157. num. 104. & ad comprobationem huius regulæ faciunt etiam omnes alij Doctores relati infra in quarta ampliatione, num. 281.

275 AMPLIA I. regulam sic generaliter etiam in abstracto positam, vt potissimum procedat, quando offensio fuit facta ab eo, qui pacem non ratificauit, aut in aliquem ex principalibus paciscentibus, seu pacem ratificantibus, aut & multo magis in aliquem ex compræhensis in pace absentem, qui non adhuc ratificauit ea ratione, quia principales paciscentes non possunt absentes inuitos, seu ignorantes obligare. Lodou. de Alpherijs cons. crimin. diuersor. 145. in princ. & num. 1. & inter eadem consil. Ioan. Anton. Conca. cons. 148. num. 1. & Ioan. Bapt. Venturin. cons. 149. num. 4 lib. 1. Hippol. Riminal. cons. 103. num. 1. & seqq. vsque ad num. 12. lib. 1. in discursu. Vbi pluribus hanc probant conclusionem, reprobato Marsil. (quem mox allegabo) contrarium tenente, quòd & idem repetit in cons. 470. num. 1. & seqq. libro 4. Herculan. de caut. cap. 6. num. 16. Nicol. Moron. in tracta. de fide treg. & pace. par. 2. quæstio. 20. num. 1. & seq. secundum antiquam impressionem, & quæst. 22. num. 2. Vbi loquitur etiam quòd ij, qui non ratificarunt, & offenderunt, essent filij principalium paciscentium, & quæst. 132. num. 1 & seqq. & quæst. 135. num. 1. & 2. secundum vltimam impressionem. Hierony. Magon. decis. Lucen. 100. ante num. 1. in figuratione casus illius decisionis iuncto num. 25. & seqq. & 33. Honded. consil. 97. num. 1. & 9. versi. ego tamen libr. 1. Honden. consil. 89. num. 9. lib. 2.

276 Et quamuis contrarium pluribus verbis demonstrare contendat Mars. cons. 9. num. 47. ad med. 48. & seqq. Vbi dixit, ꝙ pax facta pro affinibus, adhęrentibus, & complicibus censetur rupta per offensam factam ab aliquo ex adhærentibus; etiam quòd non dederit mandatum ad faciendum pacem, aut illam non ratificauerit, & quòd si aliter diceretur, raro, vel nunquam pœna pacis ruptæ committeretur, cum communiter fiant paces inter partes, quę pro se, & suis promittunt de rato, & tamen raro deuenitur ad specialem ratificationem omnium prædictorum suorum, quod & idem defendere conatur Hierony. de Monte, quæst. 25. in princ. in figuratione casus illius quæstionis iuncto num. 18. & seq. & 95. loquens in offensione facta inter filios paciscentium, pro quibus partes promittunt, & pacem fecerunt, & latius in quæst. 27. num. 7. & seqq. Bertazz. consil. 49. num. 3. & 23. in fine. Vbi refert, & sequitur Marsil. in loco præcitato.

277 Non tamen recedas à proposita ampliatione, sicut vides magis communiter recepta, cum ratio per Marsil. & sequaces adducta bene concludat quoad principalem promittentem, & paciscentem, de quo dicam infra in 5. limitatione, num. 195. non autem quoad alios absentes, qui nihil promiserunt, & propterea absurdum est dicere, quòd ex aliorum contractu, & obligatione obligentur.

278 AMPLIA II. vt post offensionem factam si offensus vult pacem ratificare, talis ratificatio non trahitur retro ad effectum, vt offendens dicatur pacem, seu cautionem fregisse, secundum Bart. in d. l. si vxor. §. si quis vxorem, num. 4. ff. ad l. Iul. de adult. quem referendo sequuti sunt, Angel. ibidem, num. 3. Bald. in l. fin. num. 2. C. ad Macedon. Salycet. ibidem colum. 2. in princ. num. 1. vers. ex his infertur. idem Bald. in l. nuci, §. satisdatio, num. 9. versic. 6. quæro. ff. de adoptio. Paris. cons. 78. nume. 49. & 50. lib. 1. & cons. 12. num. 111. lib. 2. & consil. 131. nume. 17. lib. 4. Socin. Iun. cons. 103. num. 15. in fin. vers. & si post ratificasset lib. 3. Curt. Iun. consil. 52. num. 13. & cons. 74. nume 9. Gozzadin. consil. 31. num. 7. in fine, vers. Quinto nec etiam, & num. 8. & seq. Dec. in cons. 226. num. 7. lib. 2. & in l. contractus, num. 21. ff. de reg. iur. Iacob. Por. Imol. cons. 176. num. 12. vers. Nec post huiusmodi offensionem. Ant. Cocapan. cons. crimin. diuers. 93. num. 1. vers. & ratificatio debuit fieri re integra. Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. diuersor. 94. num. 2. vers. adeo quòd re non integra, & num. 5. tom. 2. & inter eadem consilia Bertazzol. consil. 95. num. 4. vers. & tamen, eodem tom. 2. Boss. in tit. de pac. sub num. 27. Plot. de in lit. iuran. §. 1. nu. 8. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 15. num. 12. Nicol. Moron. in tract. de fide treg. & pace, par. 2. quæst. 20. num. 4. Vbi ob plures referuntur concordantes secundum primam impressionem, & quæst. 132. post num. 3. & seq. secundum antiquam impressionem. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 26. & conclus. 1157. num. 11. & seqq. Vbi testatur de communi opinione. Honded. cons. 97. num. 11. lib. 2. Marcabrun. ab Anguill. consil. 51. num. 144. Quamuis contrarium consuluerit Herculan. de Siluestr. consil. crimin. diuersor. 91. num. 14. in fine princip. tom. 2.

279 AMPLIA III. etiam quòd notarius fuerit stipulatus pro absente offenso, prout loquuntur, & præsupponunt Doctores allegati in regula, & in specie Bald. in l. nec ei, §. satisdatio. num. 9. vers. Sexto quæro, ff. de adoptio. Paris. cons. 78. num. 49. lib. 1. Bero. consil. 199. num. 2. in fin. & seq. lib. 3. Vbi latè hanc probat conclusionem,

etiam

etiam pœna iuramento interueniente, Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. diuers. 94. num. 3. & pluribus seqq. tom. 2. Vbi latissimè hanc ampliationem comprobat, contrarijs respondet, & testatur de communi, & inter eadem cons. Bertazzol. cons. 95. num. 3. & seqq. Vbi testatur de magis communi Doctorum sententia, & Lodou. Siluest. cons. 96. num 8. & seqq. Vbi testatur de veriori opinione, & secundum hanc opinionem fuit alias iudicatum prout in fine Consilij Hercul. de Siluest. inter ead. cons. crimin. consil. ... tom. 2. Hercul. de caut. de non offend. cap. 15. num. 56. & 57. Hierony. de Monte quæst. 25. num. 28. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1157. nu. 108. & seqq. Vbi relatis & reprobatis contrarijs testatur de magis communi Doctorum opinione Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 37.

280 Quamuis contrarium suaderi videatur ex trad. per Anton. Cocapan. cons. crimin. diuers. 93. num. 2. & seqq. lib. 2. & inter eadem consil. Hercul. Siluestr. cons. 97. num. 1. & seqq. Vbi testatur magis communem opinionem esse, ex stipulatione Notarij acquiri ius absenti etiam ante illius ratificationem.

281 AMPLIA IV. etiam quòd vnus ex pacifcentibus, seu pacē ratificantibus offendat alium absentem comprahensum in pace, antequam ratificet; sic enim videtur de mente Bart. post Dyn. in l. si vxor. §. si quis vxorem, num. 4. ff. ad l. Iul. de adulter. Vbi (licet non se firmet) nulla tamen distinctione habita, an offensio, proueniat ab vno ex pacifcentibus, an verò ab alio non ratificante, simpliciter dixit, quòd si quis facit pacem pro se, & suis complicibus, & sequacibus, pax non dicitur rupta, si vnus ex dictis complicibus fuerit offensus, antequam pacem ratam habuerit, & Bartol. sic dicentem referendo sequuti sunt Bald. in leg. final. num. 2. C. ad Macedonian. Vbi etiam reddit rationem, quia scilicet absentes, qui pacem non ratificarunt, & offensi non erant in pace actualiter comprahensi, sed tantum potentialiter. Nec dissentit Salycet. ibidem columm. 2. in princip. num. 1. ad med. vers. ex his infertur. Socin. cons. 87. post num. 13. post vers. Item & secundo ibi, *quia si alius, &c.* lib. 3. Vbi dixit ita concludi per Bartol. Imol. & alios in l. stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verbor. obligat. Paris. consil. 78. num. 49. lib. 1. Marsil. singul. 337. incipien. sequutis homicidijs ante finem versicul. Quid autem si facio pacem. Socin. Iunior. consil. 103. num. 15. in fine, versic. & si post ratificasset, lib. 3. Curt. iunior. consil. 52. num. 13. & cons. 74. num. 9. Gozzad. consil. 31. num. 9. Bero. consil. 199. num. 2. & seqq. vsque ad num. 8. lib. 3. Vbi reprobato Paul. de Castr. contrarium tenente, (prout mox eum allegabo) in l. bonorum. ff. rem ratam haberi, testatur de magis communi Doctorum opinione, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum affirmat, & idem atteftatur in cons. 206. num. 14. & seqq. eodem lib. 3. Iacob. Port. Imolen. in cons. 76. num. 8. & 12. Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. decis. 94. num. 18. & seqq. tom. 2. & inter eadem Consilia Bertazzol. cons. 95. sub num. 4. Hippol. Riminald. cons. 103. num. 9. lib. 1. & cons. 470. num. 19. lib. 4. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 15. num. 5. 6. & 7. Vbi generaliter loquitur, quando is, qui non ratificauit fuit offensus ab alio non ratificāte, vel ab ipso promittente. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, par. 2. quæst. 20. num. 3. in fine, & seq. secundum antiquam impressionem, & pro hac ampliatione facit ratio considerata per Hieron. de Monte, quæst. 25. num. 8. vers. Vnde si quis mihi pacem fecit. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 25. & conclus. 1157. nu. 104. Honded. cons. 97. nu. 10. & seq. lib. 1. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 37. Ant. Galeaz. Maluas. cons. 33. num. 23.

282 Contrarium in hac ampliatione credo verius; quia, si vt dixi in sequenti colum. par. 1. principalis pacifcens comprahensum offenderit, multo magis dicendum est, quòd teneatur si ipsemet offendat; prima.n. opinio bene procedere pōt, (nec aliter intelligendi sunt Doctores ꝑ ea allegati, qui simpliciter loquunt) qñ qui pacē nō ratificauit, offensus est ab alio, qui pariter nō ratificauit pacē, iuxta ea, q̃ dicta sunt supra num. 275. Verum quòd non ratificans possit offendi à principali pacifcente, & qui principaliter pacem fecit etiam cum absentibus, videtur iudicio meo, & durum, & iniquum, & non solum contra rationem prædictam, sed etiam contra aliam consideratam, per Bald. in l. fin. num. 2. vers. in contrarium videtur, C. ad Macedonia. Quia scilicet licet absentes non ratificau erint pacem, eorum tamen status est implicitus in pace. Vnde non debuerunt temere offendi, nec præcipiti festinantia inuadi, argumento tex. in l. final. ff. si ex noxa. causa. cum alijs ibi per eum allegatis, & faciunt magistralia verba Paul. de Castr. (quicquid contra eum dicat Bero. in d. consil. 199. lib. 3.) in l. bonorum, num. 5. & 6. ff. rem ratam haberi. Vbi expressè dixit, quòd offendens eum, qui pacem non ratificauit, sed ratificandi potestatem habebat, dicitur omnino pacem fregisse, quia pendente potestate ratificandi, nihil debet innouari, nisi requisitus ad ratificandum expressè, aut tacitè ratificare recusasset, vtputa, non ratificando, quamprimum poterat; cessante autem huiusmodi requisitione, & sic durante potestate ratificandi pacem ruptam esse per offensam factam absenti in pace comprahenso, licet pacem non ratificauerit, magistraliter affirmat, & hanc Pauli Castr. opinionem dixit veriorem Petrin. Bel. de re milit. par. 10. titul. 2. num. 45. & seq reprobato Corn. contrarium tenente in consil. 218. lib. 2 prout illum allegat. cuius rationes leues existimat Bertazz. cons. 149. num. 6. in fine lib. 1. Vbi refert, & sequitur Bald. in d. l. fin. C. ad Macedon.

283 LIMITA I. huius xxj. articuli propositam regulam, nisi incontrarium adsit loci consuetudo, quòd scilicet absque alia ratificatione pax, seu promissio, de non offendendo censeatur rupta, per offensionem factam ab absente, seu absenti. Hanc enim consuetudinem valere in ijs terminis consuluit Herculan. de Siluestr. cons. crim. diuersor. 97. num. 9. tom. 2. Vbi amplius, quòd de hac consuetudine poterit Iudex etiam ea non probata, se extra iudicialiter informare, & dixit Hieron. de Monte in quæst. 27. num. 11. quod in pluribus Oppidis status Ecclesiæ vidit obseruari, paces, & treguas ab absentibus non ratificari, & nihilominus earum violatores ad pœnæ solutionem cogi Bertazzol. cons. 149. num. 1. & seqq. & per totum in discursu. Vbi hanc consuetudinem vigere in prouincia Romandiolæ, & alias testibus concludenter probatum fuisse testatur, illamque rationabilem, & æquissimam existimat, multaque ponit in materia huius consuetudinis notanda. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 149. num. 117. Honden. cons. 67. num. 2. vers. Nisi aliter Statuto, vel consuetudine, lib. 1.

284 Verum hanc consuetudinem ego benè admitterem, quando is, qui offendit, esset aliquis ex principalibus pacifcentibus, per ea, quæ dicta sunt supra colum. 3. versic. contrarium, &c.

Vbi amplius probaui etiam circumscripta consuetudine de iure communi, hunc principalem pacifcentem teneri ad pœnam, offendendo absentem comprahensum in pace, quamuis non ratificauerit eam. ergo multo magis tenebitur, si concurrit consuetudo, quòd si is, qui offendit est aliquis ex absentibus, qui pacem non ratificauit, & multo magis si eam reprobauit, valdè dubito, quòd consuetudo possit facere, vt ipse, qui ad nihil se obligauit, teneatur dictæ paci stare, & pœnam pacis ruptæ subire, cum pacem non fecerit, nec eam ratificauerit. Videtur enim irrationabilis hæc consuetudo, quòd vnus possit alium inuitum, seu ignorantem obligare. Ideò non attendenda, quamuis non negem ipsum teneri pœna iuris communis, iuxta qualitatem iniuriæ, seu offensæ illatæ, & quamuis etiam Bertazzol. in d. cons. 149. consuetudinem hanc valere existimet, etiam quòd offensio prouenerit ex parte eorum, qui pacem non ratificauerint, multasque adducat subtiles rationes, quæ in caput meum intrare non possunt, & si Iudex essem, nunquam ad fisci fauorem isto casu prununciarem, quicquid alias apud eum fuerit pronunciatum, vt in fine illius consilij.

285 LIMITA II. regulam non procedere, quoad pœnam fisco appliandam, & Cameræ Principis stipula-

tam ad cuius incursum sequuta offensione, non requiri aliam ratificationem, si Notarius stipulatus est pro fisco, & maximè coram Iudice acceptante nomine fisci, videtur fuisse de mente Anto. Cocapan. cons. crimin. diuers. 93.num.10. in fine, versic. etiam proculdubio tom.2. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg.& pace, part.secunda, quæstio. 20. num.5. versic. Et maximè in fisco, secundum primam impressionem

286 Contrarium quòd etiam respectu pœnæ fisco applicandæ sit necessaria ratificatio comprehensi in pace offensi, seu etiam offendentis consuluit Marcabrun. ab Anguill. consil. criminal. diuersor.94. num. 13. & seqq. Vbi etiam alia ad materiam tom.2. & inter eadem consilia Bertazz. cons.95.num. 6. versic.& in quantum dicitur,& num. 8, & seqq. Vbi bene hanc contrariam opinionem, quæ ét apud me verior est, comprobat. Nicol. Moron.in tract.de fid.treg. & pace quæst.132.num. 5. vers. Nec fiscus secundum vltimam impressionem. Honded. consil. 97. num, 12.& seq. lib. 1.

287 LIMITA III. regulam non procedere, quando pax fuit facta in iudicio, & coram Iudice illam recipiente,& stipulante pro absentibus, quia tunc videtur etiam non sequuta ratificatione eorumdem absentium, eam rumpi, per offensionem huiusmodi inde sequutam ex allegat. per Paris. consil. 69 num. 149.& seq. lib. 3. & per Anton.Cocapan. consil.crimin. diuersor.93.nu.9. & seqq. lib.2.& inter eadem cons. per Hercul. de Siluest. cons. 97. num.9. vers. secunda obiectio, & seq.

288 Contrarium suaderi videtur ex tradit. supra in 3. ampl. num.179. Vbi probaui secundum veriorem opinionem, regulam procedere etiam quòd Notarius expresse stipuletur pro absente. ergo erit idem dicendum in Iudice cuius stipulatio non potest plus operari, quàm operetur stipulatio notarij, licet bene verum sit, quòd Iudice sic stipulante, non potest paciscens, & promittens promissionem reuocare, non autem quòd non requiratur ratificatio, prout expresse consulendo tradidit Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. diuers. 94. num.11. & seq. Vbi de materia, tom.2.etiam inter eadem consilia Bertazz. cons. 95.num.2.& seqq.

289 LIMITA IV. quia ad effectum, de quo agitur, sufficit non solum expressa verbis, sed etiam tacita ratificatio re, aut facto, secundum Hercul. qui concordantes allegat in tract. de caut. de non offenden.cap. 18. nu. 8. Nicol. Moron. in tractatu de fide treg. & pace, quæst. 132. num. 7. secundum vltimam impressionem, Mascard. de

290 probat.lib.3.conclus. 1157. num.116. Et faciunt scripta per Honded. in cons. 89. num. 2. & seqq. iuncto num. 57. lib. 2. Vbi quòd filij adeundo hæreditatem patris censentur tacitè ratificasse pacem ab eodem patre pro ipsis absentibus factam.

291 Immò sufficit sola scientia absentium, quorum nomine facta est pax,& non contradictio, quæ habetur pro ratificatione secundum Hercul. in tract. de caut. de non offend cap. 15. post num.8. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg.& pace, quæst.132 num.7.& quæst.138,num.9.secundum vltimam impressionem. Vbi in proposito dicit ex cohabitatione scientiam iudicari Mascard. de probat. lib. 3.conclus.1157.num.115.

292 Et propterea datur cautela,vt pax,seu promissio,pro absentibus facta illis intimetur, & notificetur, quia si non contradixerint, videntur tacitè ratificasse, secundum Hercul. in tract.de caut. de non offenden.cap.15.num.13. versic.hæc autem ratificatio. Vbi amplius, quòd talis intimatio fieri potest à quacunque persona nomine eius,cuius interest.Mascad.de probat.libro 3.concl. 1157.nu.114. vers. & secundo animaduerto. Honded. cons. 97. num, 5. libro. 1.

293 Sed quòd immò per solam scientiam, & taciturnitatem non censeatur inducta ratificatio in præiudicium ipsius tacentis,si taciturnitas fuit per non breue tempus, consulendo scripsit Corn. in cons.243.num.6.lib.4.Paris.consil. 109. num. 17. lib. 1.& ante istos voluit Paul.de Castr.in l.bonorum, num.5. & 6. ff. rem ratam haberi. Vbi expresse dixit, quòd requisitus ad ratificandum pacem cum termini præfixione, aut etiam sine termino, censetur recusasse,si tacendo illam non ratificet, quamprimum potest, & in hoc non dissentit à Paulo de Castro. Bero.in d.cons. 199. num. 7.lib.3.& in cons. 206. num.14. vers. & hæc ratificatio, & num.16. eod.lib. 3. Ludou.de Alpher. in cons. crimin.diuers. 147. num.2. vers. & ratio potest esse. lib. 1. Vbi quod si qs habita notitia de pace, seu promissione pro ea facta, quam primum eam non ratificat,censetur dissentire, & improbare ex Corn.d.cons.148.& ita de præsenti anno 1601. partibus aduersis, hincinde informantib. fuit resolutum in Camera Apostolica ad fauorem Bruti Odoardi cuius ego fui Aduocatus contra Mutium Mighanum omnes de Asculo,in vna Asculana fractæ cautionis,seu pœnæ conuentionalis,in qua fuit dictum, quòd licet Brutus fuerit præsens instrumento cautionis, & promissionis præstitæ, & factæ ab ipso Mutio pro se,& suis consanguineis, &c. (quorum nomine veniebat ipse Brutus)de non offendendo Equitem Acucciarellum, quia tamen expresse dictam promissionem, pro eo factam non ratificauerat,idcirco non censebatur ex sola præsentia, scientia,& nō cōtradictione dictā promissionē ratificasse, & consequenter quod nō tenebatur ad pœnā conuentionalē, nec fisco principaliter, nec Mutio,quòd pro eo dictam pœnam soluit ex eo. quòd postea interfecerit dictum. Equitem: ea potissimum ratione, quia præsens, & non contradicens, etiam quòd posset cōtradicere,nō censetur,cōsentire,aut ratificare, quasi ex tali taciturnitate, & non contradictione inducitur ipsius tacentis obligatio,l.filiusfamilias,§.inuitus,& ibi glos. in verbo probetur. ff. de procuratoribus. Bald.in l.si fine, num. 4.vers. 4. quæro, C. ad Roman. in l.quæ dotis, num. 52. ff.solut.matrimon. Alexand.consil. 152.numero nono, & consilio 180. numero quarto libro septimo, quæ quidem conclusio eo magis procedit, quando is,qui tacet nō poterat contradicendo actum impedire,prout contingit, quandoquis à Iudice cogitur ad cauendum pro se,& consanguineis. Tunc enim eo minus consentire videtur ad glos.in l. Caius in verbo *non obesse* vers. Tu autem dicas, & ibi Salycet.& Castrens. ff.de pignorat. action. Felin.in c.nonne, num.21.extr.de præsumpt. Alexan. consil.131.in causa numero quinto,versic. Item quia extat regula lib.2. Tiraq.de retrac. Ligna.§.1.glos.9.nu.149.

294 Vbi enim offensor,qui pacem non ratificauit,factæ pacis ignorantiam habuit, prout in dubio præsumitur, & præsertim si fuerit absens tempore factæ pacis:tunc quod eo minus possit contra ipsum tractare de aliqua pœna, res non habet difficultatem, & expresse voluit Hippolyt. Riminal.cons.470. num.16.& seqq. iuncto num.23. & seqq. lib.4.Inciuile enim esset ignorantem teneri l. si defunctus, ff.de procura. cum aliis per Decian.respons.57. colum. 1. lib.3.Cum aliis alegatis supra nu.275.

295 LIMITA V. & vltimo, quia licet per offensionem sequutam inter absentes comprehensos in pace,qui nondum pacem retificarunt, non videatur rupta pax quo ad pœnam,quæ debetur ipsi absenti offenso. Non tamen, sic est quo ad pœnam,quæ paciscenti debetur,cum per offensam factam ipsi complici censeatur rupta pax, ac si ipsi offensa facta fuisset, secundum Angel.in d.l.si vxor.§. si quis vxorem in fine,ff.& C. ad l.Iuli.de adulter. de qua re scilicet an per offensam factam complici, seu adherenti paciscentis censeatur rupta pax latius infra particulariter dicetur. Et ex hac Angel. doctrina generaliter Gozzadin. in consil, 31. numero 16.& numero 17.&74. in fine, infert, quòd quo ad paciscentes, pax censetur rupta, & pœna debetur per offensam sequutam inter absentes comprehensos in pace, & non ratificantes non aliter, ac si vnusquisque eorum offendisset, cum ab illis fuerit promissum, & conuentum etiam pro absentibus, alias inquit ibi Gozzadin. de rato tenerentur pœna pacis ruptæ, cum communiter vnaquæque pars promittat pro se, & suis etiam de rato, & quasi nunquam deuenitur ad specificam ratificationem omnium suorum, & hoc dicere est valde absurdum, vt ibi per eum, & dicta per Gozzadin. latius reassumit,& ponderat Hippolyt. Rimin-

Riminald. in consil. 103. num. 1. 2. 8. 10. & seqq. libr. 1. Vbi pluribus hanc limitationem comprobat, & reprobando Marsil. (quem mox allegabo.) contrarium tenentem expresse dicit, quod licet non ratificantes pacem non teneantur ad pœnam, & quia ipsi nihil promiserunt, nec in pace conuenerunt, tenebitur tamen principalis paciscens, qui pro illis promisit, & eorum nomine pacem fecit, etiam quod de rato non promiserit, stante iuramento, quod operetur, vt actus valeat, omni meliori modo, & per illud censeatur promisisse se facturum, & curaturum, quod non offendent, & pacem ratificabunt, vt ibi per eum numero 12. & seqq. Et quamuis si recte ponderentur verba Angel. non bene ex illis videtur fundari hæc declaratio Gozzadini. & Riminald. non tamen ab ea vllo pacto recedendum est, quia in naturali ratione fundata est, si enim dicti paciscentes nolebant pro absentibus teneri, non debebant pro illis pacem facere, & propterea hanc eandem declarationem amplexi sunt Corn. consil. 40. num. 11. libro secundo, Socin. consil. 87. numero 23. versic. circa primam libro tertio. Petrin. Bel. de re milit. part. 10. tit. 2. n. 43. 47. & seq. Herculan. de cautione de non offenden. cap. 15. num. 9. ad finem, versic. sed iterum, & num. 13. versic. ex parte tamen promittentis. Nicol. Moron. in tractat. de fid. treg. & pace parte secunda, q. 22. numero primo, & num. tertio, secundum primam impressionem, & quæst. 26. num. 3. secundum eandem impressionem, & quæst. 135. num. 1. & 3. secundum vltimam impressionem: Vulpell. in tractat. de pace, quæst. 53. num. 2. versic. memini, me alias, & numero 3. Vbi hoc præsertim procedere affirmat stante iuramento, & de iure Canonico, & d. num. 3. versic. aut loquimur respectu promittentium. Vbi refert, & sequitur Gozzadin. & Rimin. in locis præcitatis, dicitque hanc esse claram conclusionem, & quæst. 61. num. 1. & seq. Hieron. de Monte quæst. 27. post num. 7. Ibi *sed principales promissores, &c.* & num. 13. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 37. in fine & faciunt pro hac limitatione scripta per Honded. cons. 89. num. 2. & seqq. vsque ad num. 9. lib. 2. Vbi loquitur tam de principali paciscente, quam de illius hæred. Anton. Galeat. Malua. cons. 33. num. 23. verf. nec dicatur.

296 Quamuis contrarium, quod nec principalis paciscens teneatur pro alijs absentibus, qui pacem non ratificantes aliquem ex comprehensis in pace offenderunt, consulendo scripserit. Lud. de Alpher. consil. crimin. diuersor. 145. lib. 1. in figuratione casus, & num. 3. & omnibus seqq. in discursu, à quo dissentire non videntur alij plures Doctores, qui subsequenter illi consilio se subscripserunt, & Flor. de in lit. iuran. §. 1. num. 7. Laderch. Imolen. consil. 77. num. 9.

297 AMPLIA I. hanc quintam limitationem, vt multo magis procedat, quando principalis expresse promisit, quod absentes pacem obseruabunt, & non contrauenient. Tunc enim non videtur dubium, quod teneatur pro absente, cuius nomine pacem fecit, si ille absens pacem non ratificauerit, sed fregerit, secundum Corn. in cons. 40. sub num. 6. & 11. lib. 2. Socin. cons. 87. num. 23. versic. Item & 2. lib. 3. Parif. consil. 109. num. 1. & seqq. iuncto num. 11. 21. 23. 26. & seqq. lib. 1. Vbi pluribus probauit, quod licet promissio facti alieni etiam cum pœna videatur nulla ex iuris dispositione, attamen quando est appositum in ea iuramentum, saltem de æquitate canonica sustinetur, & valet. Herculan. de Siluestr. consil. crimin. diuersor. consil 95. num. 14. vers. sed & alio. tom. 2. Vulpell. in tract. de pace quæst. 61. num. 1. & seq. & quæst. 62. num. 2. versic. nisi tamen, Hierony. Magon. decis. 100. in princip. iuncto num. 28. vers. & dato, & num. 29. & 33. vers. sed quia. Honded. consil. 89. num. 8. libro 2. Nec dissentire videtur Bero. quæst. 73. num. 2. versic. promissor, ad hæc non promisit, &c. Addo eundem Vulpell. consil. 81. per totum in discursu. Vbi præsertim, num. 6. loquitur non solum in expressa promissione, quod talis non offendet, &c. sed etiam in promissione se facturum, & curaturum, quod quis alium non offendet. Adhuc enim sequuta offensione tenebitur, quamuis fecerit suam diligentiam, & suum posse, ne is, pro quo promisit offendat, vt ibi per eum, qui hoc multo magis procedere affirmat, quando in promissione fuerit apposita clausula *de effectu*, vel clausula, *quod faciendo possibilia nō excusetur*, de quibus clausulis dixi infra nu. 310. & seqq.

298 AMPLIA II. eandem quintam limitationem, vt multo magis teneatur principalis paciscēs pro absentibus, quorum nomine fecit pacem, quando promisit, pro illis de rato, vel quod ratificabunt, vel se facturum, & curaturum, &c. Tunc enim talis promissio, quamuis sit facti alieni, valet, & si ratificatio non sequatur, tenebitur promittens ad pœnam conuentam in casu contrauentionis, secundum Parif. in consil. 109. numero primo, & pluribus seqq. in discursu libro primo, Hippol. Riminal. cons. 103. num. 15. lib. 1. Vbi alios refert concordantes. Vulpell. in tractat. de pace quæst. 53. num. 6. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 37. vers. sed si principales. Nec dissentire videtur Ber. in quæst. 73. quamuis in casu suo propter specialem rationem contrarium concludat.

299 AMPLIA rursus præcedentem secundam ampliationem, vt promittens pro absentibus comprehensis in pace, quod illam ratificabunt, vel se facturum, & curaturum, quod ratificabunt, tenetur absque alia interpellatione, & quamprimum poterit procurare eorum ratificationem secundum Corn. in consil. 248. num. 6. lib. 4. Vbi præsertim loquitur quando quis promisit pro filijs, vel consanguineis, cum quibus habitat in eadem domo. Soc. consil. 87. num. 23. vers. Ex quibus defendit se lib. 3. Parif. cons. 109. num. 17. & 25. lib. 1. Gozadin. consil. 31. nu. 7. Vbi præsertim loquitur quando adest iuramentum, quod obligat præcise absque alia interpellatione, ex Butr. Imol. Ioann. Andr. Bart. Specul. & Alexand. in locis per eum relatis. Hercul. de Siluestr. consil. crimin. diuers. 97. num. 14. tom. 2. & si recte perpendantur verba Nicolai (quem mox pro contraria opinione allegabo) in tract. de fide, tregua, & pace par. 2. quæst. 26. num. 2. versic. ideo crederem, & num. 3. secundum primam impressionem, videtur quod hanc eandem sententiam sequatur, dum distinguendo dicit, quod si agitur ad pœnam contra illū, qui promisit facere ratificare, propter non factam ratificationem, & tunc concludit, quod non teneatur, nisi fuerit interpellatus, si vero agitur ad pœnam propter sequutam offensionem, & contrauentionem, & tunc ad illam teneatur etiam, quod non fuerit interpellatus ex rationibus ibi per eum allegatis, & credo, quod verum dicat ex trad. supra num. 295. dum dixi absolute, quod ad principales paciscentes ad hoc, vt ipsi teneantur, non requiri ratificationem absentium pro quibus pacem fecerunt. Nec dissentit Vulpell. in tractat. de pace, quæst. 53. numero tertio, versic. videtur tamen vsque ad num. 4. Vbi refert, & reprobat contrarium tenentes. Hierony. Magon. decis. Lucens. 100. num. 38. Vbi refert, & sequitur distinctionem Nicol. Moron. in loco præcitato, quibus etiam generaliter addo, Carell. Cot. cum cumulatis per eum in memoral. in vers. Promissio de faciendo fol. mihi 568 Nec non etiam relatos per Rolan. in consil. 58. num. 41. & seqq. Vbi loquitur, quando adest iuramentum, & per Anchar. Regien. quæst. 54. num. 15. par. 1. & per Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 220. num. 10. & per Viu. opin. 670. num. 4. Vilalob. in communi opinione litera P. num. 347. Vbi de communi ex Curt. Iun. in consil. 74. num. sexto, quem etiā refert, & sequitur Eman. Soarez. in communi opinione litera F. num. 11.

300 Quod autem quam primum teneatur facere ratificare intelligitur, cum aliquo temporis spatio, quod nec minimum sit, nec maximum, prout videtur casus in l. ratam, & ibi Doctores ff. de solut. & in l. quoniā §. 1. ff. rem ratam haberi, per quæ iura sic consulendo affirmauit Ludouic. Siluestr. consil. crimin. diuers. 96. numero quinto, tom. 2.

301 Vbi etiam numero sexto, dixit hoc tempus faciendi ratificare absentem positum esse Iudicis arbitrio. Et propterea bene dixit Nicol. Moron. in tract. de fid. tregua, & pace par. 2. q. 24. nume. 18. vers. Ideo pace inita, secundum primam impressionem, quod si consanguinei, pro quibus quis

quis promisit de rato starent in longinquis partibus, non tenebitur is, qui pro illis promisit, si offensio fuit sequuta ante tempus, in quo verisimiliter dicti absentes non potuerunt certiorari de pace facta.

302 Contra, quod sic promittens quod absentes ratificabunt, &c. non constituantur in mora absque interpellatione partis, voluit Dec. in consil. 2. prout illum refert Paris. in d. consil. 109. num. 14. lib. 1. Idem Gozzadin. in d. consil. 31. nu. 18. versic. Octauo si præfatus. Marcabrun. ab Anguill. consil. crimin. diuers. 94. numero 21. tom. 2. & inter eadem consil. Bertazzol. consil. 95. num. 7. & Ludou. Siluest. consil. 96. num. 4. Vbi relatis contrarijs opinionibus, distinguendo dicit, quòd prima opinio potest procedere ad hoc, vt promittens teneatur ad interesse, hæc autem contraria procedit, quando tractatur de pœna. Primo enim casu non requiritur interpellatio, secundo autem sic, ex Socin. Gozzadin. & Aym. in locis per eum relatis, & ita etiam distinguendo concordare videntur contraria, Nicol. Moran. in tract. de fide treg. & pace quæst. 26. num. 1. & seq. Roland. d. consil. 57. num. 45. in fine lib. 1. Ancharan. Regien. d. quæst. 54. num. 15. in fine par. 1. Menoch. d. casu 220. numero 20. in fine. Quamuis de predicta distinctione afferat Marcus Anton. Bauer. in loco per eum relato dubitasse, prout, & idem asserit Viu. d. opin. 670. num. 4. in fine.

303 Et hæc contraria opinio maximè procedit, quando quis promisisset facere ratificare ad omnem requisitionem partis aduersæ, tunc enim eo magis videtur necessaria requisitio & interpellatio secundum Cornel. in consil. 40. sub numero 14. lib. 2. Vbi facit vnam oppositionem, & eam soluit. Marcabrun. ab Anguill. cons. crimin. diuers. 94. nu. 22. tom. 2.

304 Quamuis contrarium, quòd nec requiratur interpellatio, licet fuerit promissum facere ratificare ad omnem instantiam siue requisitionem, &c. ex Ruin in cons. 162. num. 2. libro primo, consulendo scripsit Hercul. de Siluestr. cons. crimin. diuers. 97. num. 14. tom. 2.

305 Quod si fuit promissum de faciendo ratificare infra certum tempus, tunc quia dies interpellat pro homine, idcirco promittens videtur teneri ad pœnam, si infra dictum tempus pax non fuerit ratificata absque alia interpellatione, secundum Gozzadin. in cons. 31. in princip. numero primo, & seqq. Et aduerte in proposito quod licet Honded. in cons. 97. post num. 9. & seqq. pluribus in discursu à pœna conuentionali defendere contendat eũ, qui promisit pro absentibus, quod pacem ratificabunt infra quindecim dies, & quod interim non venient contra, &c. alias de suo, &c. quamuis non sequuta ratificatione infra dictum tempus, ij, qui ratificare debebant, illinc ad tres annos offenderunt, & contrauenerunt, ego tamen in proposito casu contrarium omninò verius existimarem. Nam si secundum allegatos supra num. 299. is, qui promisit facere ratificare, simpliciter tenetur ad pœnam conuentam sequuta contrauentione absque alia interpellatione, si quam primum potuit facere ratificare, non fecit. ergo multo magis tenebitur, si non simpliciter, sed infra certum tempus promisit, quòd absentes ratificabunt, alias de suo, & non ratificarunt, cum vt supra dixi, tunc dies interpellat pro homine, nec alia requiratur requisitio, aut instantia partis, præsertim accedente iuramento, prout in specie, de qua agitur, expressè etiam probauit Bonau. quæst. 73. per totam.

306 Vbi quamuis etiam ipse hoc non admittat, quando tempus infrà quod fuit promissum facere ratificare, erat diuturnum, vt puta, decem, aut quindecim annorum, quia tunc propter præsumptam obliuionem videatur dicendum promissorem excusari debere, si in dicto tempore non fecit ratificare, & Bero. sic dicentem referendo sequatur Laderch. Imol. consil. 77. num. 9. Ego tamen indistinctè crederem promissorem teneri, siue tempus infrà quod fuit promissa ratificatio, fuerit breue, siue etiam fuerit longum, immo quanto longius est tempus, tantum minus videtur excusandus promissor propter maiorem negligantiam, & hoc in practica non credo habere difficultatem.

307 LIMITA præcedentem secundam ampliationem sic vt supra iterum ampliatam, vt non procedat, quando is, qui promisit de rato, vel de faciendo ratificare, fecit omnem diligentiam, & possibile quod illi, pro quibus promisit ratificassent, & ratificare noluerunt. Tunc enim non videtur teneri ad aliquam pœnam, etiam in casu controuentionis ex allegatis per Paris. consil. 109. numero 6. & 22. libro primo. Vbi alijs relatis testatur de communi opinione. Viu. opin. 670. numero secundo. Vbi etiam de communi, de qua pariter per Lodouic. de Alpher. in consilio crimin. diuersor. 145. numero decimo, & seqq. & 20. & seqq. libro primo, vbi latissimè hanc conclusionem exornat, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum affirmat.

Et inter eadem consilia hoc idem voluerunt Franc. Vict. consilio 146. numero primo, & seq. Vbi etiam de communi Lauren. de Presbyt. consilio 145. numero primo, & seqq. Ioan. Anton. Conca. consilio 148. numero tertio, & seqq. & Ioann. Bapt. Venturin. consilio 149. numero septimo, & seqq. Vbi pariter de communi, & præsertim, quando ille, pro quo est promissum, erat talis, vt promittens poterat de eo confidere, quod esset ratificaturus. Vulpell. in tractat. de pace quæst. 53. num. tertio, versic. aut promissum fuit. Vbi alijs relatis testatur de communi scribentium voto, & consilio 81. num. primo.

Quibus generaliter addo etiam extra terminos pacis Cæphal. consilio 164. numero 25. & 26. libro secundo. Vbi ampliat etiam accedente iuramento, Catell. Cotta in memora. in vers. promissio de faciendo, in fine. Viu. d. opinione 670. num. 1. Vbi etiam testatur de practicata opinione, & num. 3. Vbi etiam ampliat si fuerit iurata.

308 SVBLIMITANDO I. præcedentem limitationem aduerte, quòd contra eum fortiter vrgent scripta per eundem Paris. d. consilio 109. num. 16. & seqq. pluribus concludentem, quòd si quis promisit facere absentes ratificare, & in casu non ratificationis expresè ad pœnam obligauit, teneatur omnino ad illam, etiam quod fecerit omnem diligentiam, & possibilitatem, de obtinendo dictam ratificationem, quod & idem sensisse videntur plures alij relati per Lodouic. de Alpher. in d. consilio crimin. diuers. 145. numero octauo, Emanuel Soarez. in commun. opinion. in verbo *facti alieni promissor* nu. septimo.

Vbi alijs relatis testatur, receptissimum esse, quòd promissor facti alieni, si expresè se ad pœnam obliget præcise ad pœnam teneatur, si promissum factum non præstiterit, & ad contrarium tenentes respondet, vt intelligi 309
debeant, quando quis promittit se facturum, & curaturum, &c. non autem quando simpliciter promittit alienum factum, vt puta, quando quis ratificabit, & in casu non ratificationis ad pœnam. Primo enim casu inquit ipse *secundum receptiorem sententiam* adhibita diligentia pœnam excludit, secundo autem casu non. Quamuis Paris. Afflict. & Viui ibi per eum relati contrarium perperam senserint. Immo subdit, quòd sufficit ex contrahentium mente colligi, vt sic ad pœnam promittens teneatur in casu non præstiti promissi facti alieni, & ita testatur de equiori, & magis communi Doctorum opinione, & Dec. Alciat. Gomez. Rip. & Couar. in locis per eum citatis, & propterea dixit inutilem esse cautelam Viu. & aliorum, de qua infra num. 313. vt silicet promittens factum alienum expresè obliget se ad pœnam non obstante quacunque adhibita diligentia. Quoniam etiam sine tali clausula promittens factum alienum, tenetur ad pœnam vt ibi per eum.

310 SVBLIMITA II. si promittens de rato promiserit etiam expresè in casu non ratificationis se velle teneri ad pœnam, vel interesse de *suo proprio*: tunc enim non excusatur faciendo diligentiam, & suum posse secundum Paris. qui pluribus hanc declarationem probat in d. consilio 109. numero vigesimosexto, & seqq. vsque ad numerum trigesimumsecundũ, libro primo, Ludou. de Alpher.

Alpher.conf.crimin.diuerf.145.num.7.& 19.lib.1.& inter eadem confilia Ioan.Baptifta Venturin.conf.149.num.11.
311 & feqq.d.lib.1.Vbi tamen quod talis claufula, *& cætera* nihil operatur nifi fi exprefsè dicatur *alias de fuo* & Hercul. de Silueftr.conf.97.num.14. verf.fed & ex alia tom.2.Vulpell.de pace quæft.53.num.5.Hierony.de Monte quęft.25.num.5.Honded.conf.97.num.7.lib.1.

312 Contrarium quòd immo facta diligentia de faciendo ratificare, quod non incurratur pœna etiam quod fuerit promiffum,cum claufula *alias de fuo &c.* inter eadem confilia crimin.confuluerunt Ludouic. de Alpher. d. confilio 145.numero 12.& omnibus feqq.Vbi etiam contratijs refpondere conatur Ludouic. Silueftr. confilio 96. numero 1.& feq.libro 2.Ancha.Regien.quæftio.54.num.12.& feq. par.1.poft Aretin. quem allegat in confilio 142. columna 3.verfic.Venit igitur ad primum Viu.opinio.670. numero 1.in fine poft Ruin. Maran. & Ferret. in locis per eum relatis Honded.confilio 89.num.30.& feqq. lib. 2. Vbi generaliter dixit quod difficultas impedit moram,& excufat eum,qui promifit de rato etiam cum claufula alias, de fuo proprio.

313 SVBLIMITA III. nifi exprefsè fuerit dictum quod promittens teneatur,*ita quòd faciendo poffibile non excufetur*, tunc enim quælibet adhibita diligentia de faciendo ratificari fic pœnitentem non excufat per Ludouic. de Alpher. dict. confil. crimin.diuerf.145.numero 11.& 23. libro primo. Vbi amplius dicit quòd fi claufula, *& cætera*, eft appofita poft claufulam *cum effectu*,talis claufula *et cætera*, de ftylo notariorum extenditur, ita quòd faciendo poffibilia non excufetur, & inter eadem confilia Herculan. de Syluestr. confilio 97. numero 16. tom. 2. Vbi alij referuntur concordantes Hieronym. de Monte quæftio. vigefimaquinta, numero quinto, Viu. opinio.670. numero quinto. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus teftatur de communi opinione, & quod ita alias ipfe in facto obtinuit contra opinionem Afflicti in loco per eum relato. Vulpell. confilio 81. per totum, vbi de magis communi.

314 Quamuis contrarium quòd immo adhibita diligentia excufet, etiam quòd promittens exprefse dixerit, fe nolle excufari faciendo poffibilia, voluerunt Afflict.& Parif.in locis relatis per Vulpell. d. confilio 81. numero 2. in fine, & confuluit idem Ludouic. de Alpher. d. confilio crimin. 145. numero 23. Vbi amplius teftatur de communi opinione, licet in puncto iuris eam non tranfire fine difficultate affirmet, & ab hac communi non effe recedendum fuadeat, & inter eadem confilia Ioan.Anton.Conca conf. 148. num. 3. & Ioan. Baptifta Venturin. conf. 149. num. 10. & fecundum hanc contrariam opinionem videtur alias fuiffe iudicatum, vt in conf.crimin.diuerf.97.num. 16. iuncta refolutione, de qua ibi poft fubfcriptionem confultoris, to. 2.

315 SVBLIMITA IV. quando quis promififfet facere ratificare abfentes cum effectu. Nec enim claufula, *cum effectu* excludit excufationem adhibitæ diligentiæ, & factæ poffibilitatis ex trad. per Ludou.de Alpher.d.confil. crim.diuerf.145.num.4.6.9.& 11.Vulpell.conf.81.nu.3.& in tract.de pace, q.53.num.4.

316 ADDE præmiffis omnibus, & pro complemento propofiti articuli, quòd quando abfentes, pro quibus fuit promiffum, pacem ratificarunt, fi contrauenerint pro rupta pace tenentur ad legalem conuentionalem pœnam, ac fi a principio pacem feciffent, principalis autem pacifcens, & qui pro illis promifit non nifi ad conditionalem tenetur, fecundum Vulpell. in tracta. de pace, quæftio. 53. num. 3. verfic. nifi tamen, & quæftio. 62. num. 1. & feq. Honded. confil. 97. num. 3. 6. & 14. in fine, libro 1.

ARGVMENTVM.

Pax, feu cautio de non offendendo an cenfeatur rupta per offenfionem factam fratri, feu confanguineo pacifcentis,aut illius, quem quis non offendere promifit.

SVMMARIVM.



Ax facta cum Titio non cenfetur rupta per offenfionem factam fratri.feu confanguineo ipfius Titij, nu.317. & feq. contra nu.319.diftingue,& declara,vt num.320.

Promiffio de non offendendo Titium fub pœna, non intelligitur rupta per offenfionem factam fratri, feu cõfanguinco ipfius Titij, num. 317. & feq.contra num.319.declara,& diftingue, vt num 320.

Pax facta pro fe, et pro tota parte fua cenfetur rupta per offenfionem factam fratri.feu confanguineo pacifcentis, num.318.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XXII.

317 

NA fuit in propofito articulo opinio negatiua, quòd fcilicet pax facta cum Tirio, feu promiffio de non offendendo Titium fub pęna non intelligitur rupta per offenfionem factam confanguineo, vtputa, fratri ipfius Titij fecundum Bal.in c.1.§.fimiliter num.4.quib.mod.feud. amit. Vbi teftatur quòd ita communiter dicũt Doctores, & reddit rationem, quia illa dicitur propriè offenfa, ex qua alicui competit actio iniuriarum proprio nomine,fed fratri,non competit talis actio nomine proprio pro offenfa facta fuo fratri,ergo ex ea non dicitur offendi,& confequenter non dicitur contrauentum promiffioni de non offendendo (de qua ratione ego latius dixi fupra nu.143.) & allegat Bar.in l.fi ita ftipulatus,§.Chrifogonus, num.16. ff.de verb.oblig. vbi poft Dyn.ibi,loquitur in pace, cum promiffione de non offendendo pęnata, & reddit aliam rationem, quia fcilicet perfona fratris non intelligitur nifi exprimatur,& Bart.fic dicentem fequuti funt ibi Paul.Caftren.poft num.12. verf.item.Imol. num.14. Vbi reprobat Angel.contrarium dicentem (vt mox eum allegabo) & retorquet text. ab ipfo allegatum in d.cap.an ille qui interficit fratrem, &c. & propterea dixit opinionem Dyni, &
318 Bart. fibi magis placere. Nifi pax fuiffet facta non folum pro fe,fed etiam pro tota parte fua,quia tunc per offenfam factam fratri pacifcentis cenfebitur rupta; aliter fecus, & Imol.fic dicentem pariter ibi refert, & fequitur Alexand. num.10.& Iaf.nu.52. nec diffentit Aret.num.13.in fine. Quòd & idem voluit idem Aret.in l.4.§.Cato,nu.33 ff.eodem.vbi etiam proponit contraria, & illis refpondet Bal. in conf.195.laudate reos,num.15.lib.2.Tiraquel.de ll.con nub.gloff.2.num. 67. & ante iftos poft longam difputationem fic concludere videtur Ioann.And. in c. fruftra, 1.q. num.2.& feqq.de reg.iur.in 6.Io.Crot.in l.4.§.Cato,num. 79.in 2.repet. ff. de verb.oblig. Iacob.Port.Imolen.confil. 213.num.8.Cæphal.conf.587.num.2.& feqq. iuncto num. 19.43.& 44.lib.4. Vbi de communi.Hercul.de caut.de non offen.cap.19.num. 1. in princ. & poft num. 2. Vbi teftatur de communi opinione, & ab ea dicit non effe tecedendũ, præfertim fi fuit promiffum non offendere facto tantum, & in perfonam,& nu.3.& 4. verf. non veniunt.reddit rationem quia fcilicet in cautione de non offendendo,ij tantum veniunt, qui in ftipulatione exprimuntur,& non alij. argumento text.in d.§.Chrifogonus, & in l. quicquid adftringendæ,ff.de verborum oblig.Nicol.Moron.in tractatu de fide treg.& pac.quæft.35.num.4. fecundum primam impreffionem Vulpell.in tract.de pace,queft.40.Vbi nu.1. videtur

videtur testari de communi opinione,& quæst.80.num.1. & seqq. Vbi ampliat hanc conclusionem, etiam quòd quis promiserit pacem obseruare pro se, & suis consanguineis, cum tunc ipsi consanguinei,non passiuè, sed tantum actiuè censeantur compræhensi, quod & idem consulendo scripsit in cons.2.num.15.& seq.& cons.3. num.1. & seqq. vbi reprobat Ias. & Marsil. contrarium tenentes Clar. in pract. §.fi.q.47.num.11.vers.quæro etiam, vbi de communi ex Alex.in d.§.Chrisogonus, nu.20.& seq. Mascard.de probat. lib. 3. conclus. 1131. num.40. Claud. in addit. ad Bertazz. cons.248.litera B.

319 Altera fuit præcedenti contraria opinio eorum,qui dixerunt pacem censeri ruptam per offensionem factam fratri,seu alteri consanguineo paciscenti, & hanc contrariam opinionem tenuerunt Ang. Luc. de Penn. Io. Andr. Ancha. Socin. Fely. & Ias. in locis relatis per Tiraquel. de pen.temperan.caus.51.nu.76.Mars.sing.331.pacem faciēs Iacob.Nouell.in pract.crim.cap.fin.num.39.& 79. Ang.in d.§.Chrisogonus, num.6.in fi. dicens de hoc esse casum in c.1.in tit.an ille qui interfecit fratrem,&c.& hanc contrariam opinionem (quamuis dubitatiuè loquatur) amplecti videtur Hercul. vbi supra d.c.19.num.2.vers.quid dicendum. num.4.vel quando sumus in pace,quam quis frangere dicitur non solum per offensionem in personam, sed et per iniuriā, stante conclusione,quòd iniuria facta vni non solum censetur facta illius fratri, sed etiam omnibus alijs de eadem consanguinitate,& familia. Vel etiam quando sumus in cautione de non offendendo, in qua simpliciter fuit promissum non offendere. Menoch.de arbitrar.quæst. lib.2.casu 335.num.4. vbi alios refert concordantes. Hippol.Riminal.cons.101.num. 13. lib. 1. Bertazz. cons. 248. num.2.

320 In hac contrarietate potes distinguere, quòd aut offensa facta fratri, aut consanguineo pacem facientis,& quem quis non offendere promisit, fuit facta ex causa præcedētis inimicitiæ,propter quam fuit inita pax.& præstita cautio, & tunc per talem offensam dicatur & paci, & cautioni contrauentum, & habeat locum hæc secunda contraria opinio; secus verò si ex alia causa offensio sequuta fuerit,sic enim post multa confuso ordine, & more suo deducta hinc inde concludere videtur Nicol. Moron. in tract.de fid. treg. & pace par. 2. quæst.21.in discursu, & presertim post principium,& in fine questionis,secundum primam impressionem, quod & idem contract.de pace,q. 40.ad finem & cons.3.sub num.6. & declarat Clar.d.q.47. num.11.vers.quæro etiam in fine. vbi facit conclusionem negatiuam,& illam limitat,nisi manifestè appareat, quod quis offendisset fratrem illius, quem non offendere promisit,animo ipsum principalem offendendi, vtputa si nullam aliam causam inimicitiæ haberet cum ipso fratre offensi, nam eo casu non solum dicitur contrauenisse promissioni,sed etiam grauius puniendus est, propter vindictam transuersalem, nec dissentit Cæphal.d.cons.587.nu. 9.& seq.26.41,& 44.lib.4. Numquid autem offensio præsumatur potius facta ex antiqua, quam ex noua causa dicam infra in 3. parte hac eadem q.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo pro se, & consanguineis, &c. an compræhendat consanguineos vtrinque coniunctos.

SVMMARIVM.



Ax,seu cautio de non offendendo,sub pœna pro se, & consanguineis regulariter non comprahendit actiuè, aut passiuè consanguineos vtriusque partis, & propterea non dicitur illi contrauentum per offensionem factam ab vno ex dictis consanguineis vtriq; parti coniuncto, siue etiam factam alicui consanguineo pariter ex vtraque parte coniuncto, & attinenti in eodem gradu, num.321. & 323. licet alij contra, num. 322.

Amplia, etiam quòd coniunctus vtrique parti esset magis beneuolus vni parti, quam alteri, num. 324. & seq. Vbi etiam quid si coniunctio est in pari gradu,sed respectu vnius partis adesset agnatio; respectu verò alterius cognatio. Limita 1. quando is, qui rumpit pacem, vel is, qui offenditur, non est coniunctus vtrique parti in pari gradu,sed magis attinet vni, quam alteri, tunc enim reputatur coniunctus illius partis, cui magis attinet, nu.326.licet alij contra num.327.

Limita secundo, quando inter promittentes de se inuicem, & eorum consanguineos non offendendo, non adsunt alij coniuncti, quam vtriusque partis, tunc enim comprahenduntur sub tali promissione, num.328.

QVÆST. CVII. PARTE II. ARTIC. XXIII.

321 REGVLA sit in hoc xxiij. articulo, quòd pax, seu cautio de non offendendo,sub pęna etiam facta,seu præstita pro se, & consanguineis,nō compræhendit actiuè, aut passiuè consanguineos vtriusque partis, & propterea non dicitur illi contrauentum per offensionem factam ab vno ex dictis consanguineis vtrique parti coniuncto & attinenti in eodem gradu, & est ratio quia in pœnalibus, & odiosis casus mixtus non compræhenditur sub simplici, secundū Doctores communiter in l.2.in princ.& ibi in terminis pacis ruptæ, Vincen.Hercul.num.2. ff. de verbor. oblig. Socin. Iun.qui tamen loquitur in caut. de non offenden. in cons.103.nu.1.& seqq.lib.3. Hercul.de caut. de non offen. c.17.nu.1.& seq.& cap. 34. num. 7. vers. æqualiter vero. Nicol.Moron.in tract.de fid.treg. & pace, quæst.47.nu.1. & seqq.secundum primam impressionem,& quæst.176.pariter num.1.& seqq.secundum vltimam impressionem, & ibidem num.8. Vbi amplius quòd consanguineus vtrinque coniunctus non potest compelli ad cauendum, quòd vltimum pro nunc non firmo. Vulpell.in tracta.de pace q.34. num 1.& seqq.vsque ad num.9.& num.15. & seqq.vbi benè exornat hanc conclusionem, præsertimque illam procedere affirmat, quando quis pro suis consanguineis promisisset, vel etiam si fuerat dictum, quòd Titius promittit pro se,& eius consanguineis, vtroque enim casu non compræhenduntur coniuncti vtrique parti, & idem,& multo magis si fuerit promissum pro se, & eius consanguineis ex vna parte,& pro se, & consanguineis eius ex altera parte, per ista enim verba communis sanguinis coniunctio penitus excluditur, vt ibi per eū. Et in cons.2.nu.11.& seqq. & nu.17.& seqq.& nu.26.& seqq. Bertazz.cons.30.nu.16. lib.1.Laderch.Imolen.cons.20.num.9.

322 Contrarium in pace (quamuis in cautione de non offendendo non dissentiat) consuluit Grat.in cons.114.num.1. & seqq.lib.2.duplici ratione motus. Primò, quia propter pacem multa specialiter conceduntur, & permittuntur contra iuris regulas. Secundò, quia pax non dicitur odiosa, sed fauorabilis,& propterea non strictè, sed largè, & secundum æquitatem interpretari debet, quo casu succedit conclusio, ꝙ vbicumque propter æquitatem, & de iure ex aliqua ratione fieri debet larga interpretatio, tunc casus mixtus sub simplicibus continetur, ex Bar. Alber. Salyc.& Ias.in locis per eum relatis, retorquendo rationem prædictam, concludit in pace appellatione consanguineorum comprehendi, etiam consanguineos vtriusque partis. Nec ab opinione Grati dissentire videtur Soc.Iun.in cons.103. post num.4.lib.3.

323 Verumetiam ratio per Gratum adducta me nullatenus moueret ad recedendum à prima opinione, quòd enim propter pacem multa sint concedenda contra iuris regulas,& quòd propterea reputetur fauorabilis,& non odiosa, credo verissimum, antequam sit facta, & nisi agatur de pœna incurrenda. At vbi iam est facta, agiturque de illius

fractione,

fractione,& pœnæ incurſu dicitur agi de odio.Et in dubio
iudicandum, quòd non ſit fracta, & quòd non ſit incurſa
pœna, vt infra dicam in fine huius ſecundæ partis. ergo
ceſſante ratione per Gratum conſiderata,prima opinio vi-
detur ſuſtentabilior.
324 AMPLIA propoſitam regulam, quia licèt coniun-
ctus vtrique parti eſſet magis vni parti, quam alij beneuo
lus:iſtud tamen non conſideratur,ſed ſolum attenditur na
turalis coniunctio, an ſcilicet vtrique parti æqualiter atti-
neat,nec ne,ſecundum Socin.Iun.in dicto conſ.103.num.
4.in fine,verſ.& ſi dicatur, & nu.5.& ſeq.lib.3.vbi etiam
adducit rationes, ad quæ vide Hercul.de caut.de non of-
fenden.cap.17.poſt num.4. & ſeq. vbi refert Socin. Iun.in
loco præcitato,ſed tamē videtur de eius concluſione dubi
tare, dicens, quòd quando magis vni parti ſit coniunctus,
& magis ſectetur factionem alterius partis,videtur,quòd
duo vincula magis ſtringere, & præualere debeant,quam
illud vnum coniunctionis,& ſanguinis, & ſic,quòd iſto ca
ſu debeat reputari coniunctus parti magis beneuolæ, licèt
in remotiori gradu illi coniunctus ſit, quam alteri,ad quā
attineat in propinquiori gradu conſanguinitatis, & non
beneuolentiæ, quod & idem annuit in cap. 34. num.7.in
fin.quę quidem Herculani ratio poſſet forſan iudicio meo
militare,quando conſanguinitas eſſet in pari gradu, quòd
ſcilicet tunc data paritate gradus debeat præualere bene-
uolentia, ex eo, quòd duo vincula magis ſtringunt, &c.
prout etiam aduertit ibidem Hercul. ſed ſtante diſparitate
gradus in coniunctione,& conſanguinitate,res non tran-
ſit ſine difficultate,quia licèt ſint duo vincula vnum con
iunctionis,& alterum beneuolētiæ,non tamen perponde-
rabunt vinculo ſanguinis proximiori, cogita,& vide ibi-
325 dem Hercul. Vbi etiam ponit,quid ſi coniunctio eſt in pa-
ri gradu,ſed reſpectu vnius partis adeſt agnatio, reſpectu
verò alterius cognatio.Et vide etiam Vulpell.tract.de pa
ce,q.34.nu.10.& ſeqq. vbi videtur conſentire cum opinio
ne Herculani in loco præcitato, videlicet, quòd ſtante di-
ſparitate graduum,attendi debeat beneuolētia,& affectio,
& illius ratione potius, quam ſanguinis, debeat reputari
magis coniunctus vni parti, quam alteri, quod & latius
comprobat in conſ.2.nu.18.& ſeqq. conſ.3.num.8.de quo
tamen, vt dixi, adhuc dubito.
326 LIMITA I. quando is,qui rumpit pacem,vel is,qui
offenditur non eſt coniunctus in pari gradu vtrique parti,
ſed magis vni attinet, quam alteri, tunc enim reputatur
cōiunctus illius partis,cui magis attinet, & in propinquio
ri gradu coniunctus eſt,& reſpectu illius dicitur compræ-
hendi ſimpliciter inter coniunctos, licèt reſpectu alterius
partis aliquo modo coniunctus ſit, ſecundum Grat. in d.
conſ.114. num. 9. verſ. Præterea in hoc caſu lib.2.Hercul.
in tract.de caut.de non offenden.c.17.num.3.& 4.& c.34.
num.7.verſ.coniunctum tamen. Nicol.Moron.in tractat.
de fide,treg.& pace,quæſt.176.num.3.ſecundum vltimam
impreſſionem. Vulpell. in tractat. de pace, quæſtio. 34.
num.9.& 10.
327 Quamuis in propoſito rupt**æ** pacis,ſeu promiſſionis de
non offendendo,Socin.Iun.in conſ.103.num.6.lib.3.dixe-
rit,quòd ex quo ſumus in pœnalibus,& ſtrictè interpretan
dis. Idcirco mixtum non continetur ſub ſimplicibus,
etiam quòd de vno magis,quàm de alio participare videa-
tur, argumento text.in cap.ſtatutum, & ibi Ioann. Andr.
de electio. in ſexto, & ex Ruin. quem allegat in conſilio
114.num.7.lib. 1.nec diſſentire videtur Vulpell.conſil.2.
num. 24.
328 LIMITA II. quando inter paciſcentes, & promit-
tentes de ſe inuicem, & eorum conſanguineos non offen-
dendo,non adſunt alij coniuncti, ſeu conſanguinei,quam
illi,qui ex vtraque parte coniuncti ſunt,tunc enim ſine du
bio in tali promiſſione,& cautione etiam ipſi compręhen-
duntur ad hoc, vt verba aliquid operentur, & ne cautio
reddatur fruſtratoria ſecundum Hercul. in tract. de non
offend.cap.34.num.7.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu promiſſio de non offendendo an compręhendat conſanguineos, affines, ſeu adhærentes futuros,tam actiuè, quam paſſiuè ad effectum, vt propter contrauentionem locus ſit pœnæ legali, ſeu conuentionali.

SVMMARIVM.



Ax, ſeu promiſſio de non offendendo pro ſe,filijs, conſanguineis,affinibus,& adhærentibus non dicitur rupta per offenſionem factam à conſanguineo, affine, vel adhærente,tempore pacis nondum exiſtente in rerum natura, num.329. & ſeq. quamuis alij contra, num. 331. vbi etiam quòd futuri affines, conſanguinei, & adhærentes non veniunt, nec actiuè, nec paſſiuè.

Pax facta inter vniuerſitates,inter ſocios,vel inter cōfœderatos comprahendit,tam actiuè, quam paſſiuè futuros ſocios, & confœderatos futuros, num.330.

Pax,ſeu promiſſio de non offendendo,pro ſe, & filijs, non comprahendit poſthumos, num. 332. & ſequenti, vbi etiam quid ſi offenſio fuit facta mulieri gerenti in vtero poſthumum conſanguineum.

Pax, ſeu promiſſio de non offendendo facta pro ſe, & conſanguineis, non comprahendit, tam actiuè, quam paſſiuè conſanguineos ignotos ipſi paciſcenti,ſeu promittenti,nu.334.declara, vt nu.335. & 336.vbi quid ſi ille qui erat adhærens, & beneuolus tempore pacis,ſeu promiſſionis deſiit eſſe talis poſt dictam pacem,ſeu promiſſionem.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XXIIII.



329 Ontrouerſus eſt propoſitus articulus apud Do
ctores. Nam quod pax, ſeu promiſſio de non
offendendo facta pro ſe,filijs, conſanguineis,
affinibus,& adhærentibus non dicatur rupta,
per offenſionem factam à conſanguineo,affi-
ne, vel adhærente tempore pacis nondum exiſtente in re-
rum natura,ſed poſt dictam pacem,& cautionem ſuperue-
niente,& ſic,quòd futuri affines, conſanguinei, & adhæ-
rentes non veniant in pace, & cautione ſub nomine con-
ſanguineorum,affinium,& adhærentium,non ſolum acti
uè vt dixi, ſed nec etiam paſſiuè originaliter allegatur Bal.
in cap.inquiſitione, in fine, num.9.extr.de appellat.qui ta-
men loquens in poſthumis (de quibus mox dicam) in ſpe-
cie diſtinguit inter actum fauorabilem, prout eſt emphy-
teuſis,& indulgentia, ſeu gratia, & inter actum odioſum,
prout eſt quando agitur de pœna. Primo caſu inquit ipſe,
appellatione filiorum veniunt etiam poſthumi. Secundo
autem caſu non,& Baldi doctrinam eo loci generaliter ad
affines, ſeu conſanguineos futuros extendendam eſſe arbi
trati ſunt Marſ.in pract.§.aggredior.nu.48.Bero.conſ.198.
num.12.& ſeqq.lib.3.vbi etiam quid ſi coniuncti ſuperue-
nientes poſt pacem ſciuerint pacem antea factam, & quo-
modo probetur ſcientia. Thob. Non. conſ. 100.num.1.&
ſeqq.allegans Corn.in conſ. 167. incipiente videtur in hac
conſultatione, colum.2.ſub num.7.lib.3.vbi dixit, quòd ſi
in pace fuit promiſſum, quòd homines Vniuerſitatis,non
offendent, intelligitur talis promiſſio de hominibus, qui
tunc erant illius Vniuerſitatis tempore initæ pacis, non au
tem de ijs,qui poſt pacem eſſe ceperunt.Hercul.in tract.de
caut.de non offend.cap.8.num.3.ad finem, vbi deducit,ni-
ſi contrarium ex forma ſtipulationis,& pręgnantia verbo-
rum colligeretur, & cap.36. num.6. & 7.vbi tamen refert
330 contrarium tenentes. Quorum opinionem declarat pro-
cedere,quando pax eſt facta inter Vniuerſitates, vel inter
ſocios,

socios, vel inter confœderatos, cum enim Vniuersitas, lega, seu confœderatio recipiat augmentum, & diminutionem, crescatque, & decrescat secundum temporis diuersitatem, & tamen sit semper eadem, icirco in tali pace compræhenduntur etiam personæ futuræ sub eadem Vniuersitate, lega, vel confœderatione, secus autem in pace facta inter particulares personas, non repræsentantes vnum corpus, aut Vniuersitatem, & pro hac opinione multum stringunt rationes, & argumenta deducta per Angelum (licet is, vt modo eam referam, pro contraria opinione allegatur) in cons. 261. incipiente thema prædictum. colum. 2. versic. contrarium, credo verum, num. 2. ante fin. & 5. vsq; ad vers. & prædicta intelligo, quæ si bene considerentur multum faciunt ad propositum, prout & faciunt deducta per Menoch. qui pariter. pro contraria parte allegabitur in cons. 97. nu. 136. & seq. lib. 1. & per Nicol. Moron. in tract. de fid. tregu. & pace q. 180. num. 2. & 3. secundum vltimam impressionem, & demum pro hac eadem opinione vide latissimè comprobantem, & respōdentem omnibus contrarijs rationibus, & argumentis Bertazz. consulentem in eodem casu, in quo consuluit Hippol. Riminal. (prout modo eum referam) in cons. 30. per totum, & 185. num. 1. & seqq. lib. 1. & licet in d. cons. 30. in fine appareat iudicatum fuisse pro contraria opinione. Ego tamen qui diligenter, & secundum veritatem vtriusque partis rationes perpendere volui, nunquam in consulendo, & iudicando recederem ab ista opinione, & æquiori, & etiam rationabiliori præsertim concurrente aliqua ex clausulis, quæ concurrebant in pace, in qua consuluit ipse Bertaz. Addo pro hac eadem opinione eundem Bertazz. in cons. 245. nu. 7. lib. 1. & consil. 282. nu. 1. & seqq. lib. 2. vbi respondet Ioan. Andreæ contrarium tenenti eiusque doctrinam, in quibus terminis loquatur declarat Cæphal. cons. 187. num. 23. lib. 4. Ant. Galeot. Maluas. cōs. 33. nu. 21. & seqq. vbi propterea quòd non sufficit fisco probari affinitatem, seu consanguinitatem, nisi etiam probet, quòd illa fuerit tempore factæ pacis, vel præstitæ cautionis. Laderch. Imol. cons. 20. per totum, vbi latissime hanc defendit conclusionem, & contrarijs bene respondet, & cons. 77. nu. 3. & 8. & hæc opinio apud me, & verior, & magis recepta videtur.

331 Quamuis contrarium, quòd immo pax, seu promissio de non offendendo facta pro se, cōsanguineis, & affinibus, &c. compræhendat nedum præsentes, sed etiam futuros consanguineos, & affines suaderi videatur ex traditis per eundem Ang. in d. cons. 261. num. 2. vsque ad vers. contrarium credo verum, & num. 4. in fine. vers. & prædicta intelligo. Vbi inter alia facit duas conclusiones, quarum prima est, quòd qui promittit per se, suosque familiares alterum non offendere, censetur etiam promisisse, pro noua familia, & pro nouis familiaribus. Et è conuerso, qui stipulatur sibi, suisque familiaribus, virtus stipulationis extenditur etiam ad nouos, & futuros familiares, alteram facit conclusionem, quòd quando obligatio est mutua, & reciproca, prout communiter contingit inter facientes ligas, & confœderationes, tunc in dicta obligatione, siuè tractetur de fauore, siue etiam de odio, verba præsentia trahuntur etiam ad futura, & sub ea etiam futuræ personæ compræhenduntur, & pro hac cōtraria opinione allegatur doctrina Io. Andreæ ad Specul. in rubr. de treg. & pace in 1. additione ad medium in vers. item fuit quæstio. Vbi post Guliel. quem allegat, dixit, quòd pax pœnalis facta inter duas Ciuitates, pro se, & suis subditis extenditur etiam ad futuros subditos, & ita alias ex eod. Guliel. iudicatum fuisse testatur, & Io. And. sic dicentem referendo sequuti sunt Paul. de Castr. in l. qui ædificium, seu in l. seruitus num. 5. ff. de seruitut. Vrb prædio. per illum tex. Alex. in cons. 178. num. 14 lib. 2. Brun. in tractatu de augmento in 5. q. principali. nu. 11. Ferret. cons. 167. nu. 14. Nec dissentit Alciat. in l. verbum erit num. 9. ff. de verb. signific. vbi videtur testari de frequentiori, & recepta opinione. Menoch. d. consil. 97. num. 158. & seqq. lib. 1. vbi pluribus probat nomen familię, liberorum, agnationis, & cognationis dici nomen collectiuum, & propterea quòd eorum appellatione veniunt non solum præsentes, sed etiam futuri; reprobatis Bar. in l. si cognatis, col. 2. vers. quare dico ff. de reb. dub. cōtrarium tenente, & Bald. in d. c. inquisitioni in fine, cuius doctrinæ tribus modis respondit, vt ibi per eum, & Menoch. refert Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace q. 180. num. 45. & 46. secundum vltimam impressionem, ex quibus, & alijs pluribus rationibus hanc sententiam consulendo latè defendit Vulpell. in cons. 84. per totum, vbi præsertim, nu. 11. ad finem duobus modis respondere conatur. Bal. in d. c. inquisitioni, & ita etiam sentit in tractatu de pace q. 31. Hippol. Riminal. cons. 101. per totum, lib. 1. vbi latè comprobat, & respondet contrarijs, & in hac contraria opinione pariter relatis, & reprobatis cōtrarijs residet Marcabrun. ab Anguill. cons. 202. num. 1. & seqq. iuncto num. 68. & seqq. & num. 79. & seqq.

332 Sic pacem cum promissione de non offendendo factam pro se, & filijs non compræhendere posthumos, nec ruptam dici per offensionem à posthumo postea nato, & effecto maiore scripsit Bal. in d. c. inquisitioni. in fine, num. 9. extr. de appellat. vbi eam reddit rationem, quia scilicet in odiosis, & pœnalibus filiorum appellatione non veniunt posthumi; licet secus sit in fauorabilibus. sequitur Marsil. in pract. §. aggredior nu. 48. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace par. 2. q. 51. secundum vltimam impressionem. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 20. num. 1. & seq.

333 Vbi amplius, quòd nec cautio dicitur rupta per offensionem factam mulieri, quę in vtero gerebat posthumum cōsanguineum illius, cuius consanguineos non offendere quis promiserat, tam ante quadragesimum diem conceptionis, quam post. Hippol. Riminal. cons. 101. num. 2. & 5. lib. 1. Bertazz. cons. 30. num. 9. lib. 1. & cons. 282. num.... in fine, & num. 6. & seqq.

334 Sic pacem, cum promissione de nō offendendo factam, pro se, & consanguineis, non compræhendere consanguineos ignotos ipsi paciscenti, nec ruptam dici per offensionem factam consanguineo, quem offendens ignorabat esse talem scripsit Nicol. Moron. in tracta. de fid. tregu. & pace quæst. 180. num. 8. secundum vltimam impressionem. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. q. 39. num. 1. & seq. vbi declarat, quando ignorantia erat probabilis, vt puta quia, is, qui re vera consanguineus erat publicè habebatur, pro non consanguineo, quia tunc communis error excusat, secus si non erat probabilis, vt quia publicè habebatur, pro consanguineo.

336 Quid autem è contra si contingat tempore factæ pacis, seu præstitæ cautionis pro se, & adhærentibus aliquem fuisse adhærentem, & beneuolum, seu sequacem alicuius ex paciscentibus, & postea desierit esse adhærens, beneuolus, & sequax, tempore quo fuit offensus, an per talem offensionem dicatur rupta ipsa pax, seu cautio. vide Marcabrun. ab Anguill. in cons. 102. per totum, vbi disputat ad partes, & postea adhæret negatiuæ opinioni.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an censeatur rupta per offensionem factam filio, seu vxori paciscentis.

SVMMARIVM.



Ax facta cum Titio cum promissione de illum non offendendo censetur rupta per offensionem factam filio Titij, num. 337. contra, num. 339. distingue, quòd si fuit promissum non offendere aliquem in personam, seu personaliter, tunc procedat secunda opinio negatiua, nu. 343. si vero fuit promissum simpliciter non offendere, tunc procedat prima opinio affirmatiua, num. 344.

Pax

Pax facta cum Titio, cum promiſſione de ipſum non offendendo cenſetur rupta per offenſionem factam vxori Titij, num. 338. contra num. 340. diſtingue, quod ſi fuit promiſſum, non offendere Titium in perſonam, aut perſonaliter, tunc procedat ſecunda opinio negatiua, numero 343. ſi vero fuit promiſſum, non offendere ſimpliciter, tunc procedat prima opinio affirmatiua, num. 344.

Promiſſio de non offendendo affines, non comprahendit virum, & vxorem, qui ſunt principium affinitatis, num. 341.

Promittens non offendere conſanguineos Titij; tam maſculos, quam fœminas, non cenſetur promiſiſſe non offendere ſuam ipſius promittentis vxorem, & eiuſdem Titij conſanguineum, numero 342.

Pax, ſeu promiſſio de non offendendo non comprahendit actiuè filios paciſcentis, & propterea, non cenſetur rupta per offenſionem factam à filio eiuſdem paciſcentis, num. 345.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XXV.

337 VNA fuit opinio affirmatiua in hoc propoſito articulo, quòd ſcilicet pax facta cum Titio, cum promiſſione de illum non offendendo cenſetur rupta per offenſionem factam filio Titij, ſic enim videtur de mẽte Bar. Fulg. Caſtr. Imol. Aret. & Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus ad finem ff. de verb. oblig. dum concludunt pacem non rumpi per offenſam factam fratri paciſcentis, eo quia per illius offenſam non dicitur propriè offenſus ipſe paciſcens, cum ipſe frater non ſit de illis, pro quorum iniuria poſſit alter proprio nomine agere ad pœnam, & ſic tacitè ſentiũt pacem, & promiſſionem de non offendendo rumpi per offenſionem factam filio paciſcentis, cum pro eo poſſit pater proprio nomine agere, & conſequenter ex ea offenſus dicatur, & expreſsè voluit ibidem Aret. nu. 14. verſ. veruntamen aduerte, & ante iſtos Luc. de Pœn. in l. 1. num. 50. in 20. q. C. publ. letit. &c. lib. 12. vbi plura hinc inde adducit, & conſiderat, & demum in hac reſidet opinione. Vulpell. in tract. de pace q. 38. poſt num. 3. verſ. ſed in contrariam ſententiam, vbi teſtatur de magis communi opinione, & eam amplectitur quoad pacẽ, licet quoad promiſſionem de non offendendo contrarium verius credat, vt infra eum referam, Io. Crot. in l. 4. §. Cato nu. 80. ff. de verb. oblig. in 2. repetitione. Idem Vulpell. conſ. 85. num. 4. vbi quoad pacem ita fatentur omnes.

338 Sic pacem factam cum Titio cum promiſſione de ipſum non offendendo cenſeri ruptam per offenſionem factam vxori Titij videtur de mente communi Doctorum in d. l. ſi ita ſtipulatus § Chriſogonus ad finem. ff. de verb. oblig. inducendo eorum dicta, prout induxi in præceden. num. 337. & expreſsè voluit Aret. ibidem, num. 14. verſ. veruntñ aduerte, & Io. And. (qui etiam, prout mox eũ referam, originaliter, prò contraria opinione allegatur) in c. fruſtra, num. 17. de reg. iur. in 6. Luc. de Pen. in l. 1. in 20. q num. 50. C. publ. letit. lib. 12. vbi ita in hac reſidet ſententia, poſt lũgam diſputationem. Alciat. in l. 1. num. 5. ad finem. C. de in ius vocando, vbi loquitur in promiſſione ſimplici de non faciendo iniuriam, & in l. 4. §. Cato nu. 2. & 19. ff de verb. obl. in repetitione, vbi loquitur in ſimplici promiſſione de non offendendo, dicitq; quòd offendens vxorem alicuius dicitur verè, & non fictè offendere maritum, & ibi etiam Io. Crot. nu. 80. in 2. repetitione, ad quę vide etiam Tiraq. cũ relatis per eum in ll. connub. gl. 2. nu. 57. & 67. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 335. num. 4. Vulpell. de pace q. 38. poſt num. 3. vbi teſtatur de magis communi quoad pacis violationem, licet non idem teneat, vt infra eum referam, quoad contrauentionem promiſſionis, de non offendendo.

339 Contrarium, quòd immo offendens filium paciſcentis, non iure, ſed fictè dicatur offendere ipſum paciſcentem, & quòd propterea non dicatur contrauenire paci, ſeu promiſſioni de non offendendo voluerunt Rip. in l. 4. §. Cato num. 96. ff. de verb. oblig. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. ca. 19. num. 7. & ſeqq. vbi arguit pro, & contra, & tandem concludit veritatem eſſe, quòd promiſſioni, de non offendendo, non dicitur contrauentum, per offenſionem factam filio, nepoti, ſiue alio deſcendenti, vel etiam aſcendenti ipſius paciſcentis. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace q. 134. num. 1. & ſeqq. & num. 21. verſ. teneas tamen primam partem, ſecundum vltimam impreſſionem, dicẽs hanc opinionem ſibi magis placere, licet ſupra num. 14. & ſeqq. plura pro prima opinione retulerit, & in cautione de non offenden. hanc eandem ſententiam ſequitur. Vulpell. d. q. 38. num. 6. & 7. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 40. Cæphal. conſ. 587. nu. 21. lib. 4. Gabr. conſ. 182. ſub num. 5. lib. 1.

340 Sic & contrariũ, quòd offendens vxorem ſtipulatoris, non dicatur propriè, ſed fictè offendere maritum, & quòd propterea non incidat in pœnam ſtipulatam, allegatur originaliter Io. And. in reg. fruſtra. de reg. iur. in 6. quem ſic pro hac opinione referendo ſequuti ſunt Rip. in l. 4. § Cato nu. 96. ff. de verb. oblig. Aret. in eod. §. Cato num. 32. & 33. vbi proponit contraria, & illis reſpondet; & in l. 2. nu. 13. ff. ſolut. matr. & pro hac contraria opinione vide plures rationes conſideratas, per Tiraq. in ll. connub. vbi ſupra gl. 2. nu. 58. & ſeqq. vſq; ad nu. 67. vbi etiam reſpondet contrarijs. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 6. nu. 29. in princ. iuncto verſ. Supereſt vt nihil deinceps, &c. & verſ. Nec obſtant, &c. vbi pariter rñdet contrarijs. Hercul. in tract. de caut. de nõ offen. c. 20. n. 6 & ſeqq. vbi relatis, & reprobatis 341 cõtrarijs hãc amplectitur opinionẽ, & n. 14. amplius dicit, ꝙ promiſſio de nõ offendendo affines non cõpræhendit virũ, & vxorem, niſi ex alio capite cõpræhendantur, eo quia non idem iudicatur de numero, quòd de principio numeri, & nu. 15. etiam ampliando dicit, quòd promittens non 342 offendere conſanguineos Titij tam maſculos quàm fœminas, non cenſetur promiſiſſe non offendere ſuam ipſius promittentis vxorem, & eiuſdem Titij conſanguineam, ex rationibus, ibi per eum relatis, & hæc contraria opinio magis placet. Nicol. Moron. in tract. de fid. tregu. & pace q. 134. per totam; & præſertim, nu. 21. verſ. teneas tamen primam partem, ſecundum vltimam impreſſionem, licet ſupra nu. 14. & ſeqq. plures adduxerit rationes, pro prima opinione. Vulpell. d. q. 38. nu. 6. & 7. loquens quoad contrauentionem promiſſionis de non offendendo. Maſcar. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. nu. 40. Cæphal. conſ. 587. num. 17. lib. 4.

343 Pro reſolutione diſtingue, quòd ſi fuit promiſſum, non offendere aliquem in perſonam, ſeu perſonaliter, & tunc non cenſetur promiſſioni contrauentum, ſi quis offendat filium, aut vxorem illius, quem ſic offendere non promiſit, ſecundum Aret. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus. in fi. verſ. hoc tamen limitat. ff. de verb. obl. poſt Io. And. quẽ allegat in c. fruſtra. de reg. iur. in 6. Alci. in l. 1. nu. 5. ad finẽ. C. de in ius vocan. & in l. 4. §. Cato n. 219. in fine, ff. de verb. oblig. in repetitione. Tiraq. de ll. connub. gl. 2. nu. 67. ante finem verſic. dicit tamen Alciat. Nec diſſentit Vulpell. in tract. de pace q. 38. nu. 5.

344 Si vero fuit promiſſum non offendere ſimpliciter, & offenſio fuit facta filio, vel vxori paciſcentis ex cauſa præcedentis inimicitiæ, propter quam fuit inita pax, & promiſſum non offendere, tunc per talem offenſam cenſetur rupta & pax, & promiſſio de non offendendo; ſecus ſi offenſio proueniet, non ex veteri cauſa, ſed ex noua; ſic enim relatis contrarijs diſtinguere videtur Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, par. 2. q. 21. ſecundum primam impreſſionem, ſecus ſi ex alia cauſa ex allegatis ſupra num. 339. & ſeq.

345 An autem pax, ſeu promiſſio de non offendendo actiuè, compræhendat filios paciſcentis; dic, quòd non, & propterea paciſcens non tenetur ad pœnam, ſi eius filius alterum paciſcentem offenderit, niſi in offenſione fuerit particeps, & culpabilis ſaltem ſciendo, & non prohibendo, prout colligitur ex trad. per Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. q. 24. ſecundum primam impreſſionem, & q. 138. ſecundum vltimam impreſſionem. Vulpell. in trac. de pace, q. 39. vbi ſimpliciter tenet, quòd per offenſionem factam à filio paciſcentis non cenſeatur pax rupta.

ARGV-

ARGVMENTVM.

An pax, seu cautio de non offendendo rupta censeatur per offensionem factam à filijs spurijs, spiritualibns, siuè adoptiuis.

SVMMARIVM.



Ax, seu promissio de non offendendo pro se, & filijs non comprahendit actiuè filios spurios seu bastardos, num. 346. & seq. vbi quòd nec etiam comprahendit passiuè, & nu. 348. vbi idem quòd non comprahendit filios naturales, illos scilicet, qui nascuntur ex concubina maritali affectione domi retenta, quamuis alij contra, nu. 349.

Filij adoptiui, aut spirituales non comprahendantur nec actiuè, nec passiuè in pace, seu cautione de non offendendo nu. 350.

Pactum non potest cogi ad cauendum de non offendendo, pro filio spurio, nu. 351. vbi declaratur hac conclusio.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XXVI.



Esolutiuè in hoc articulo facias cōclusionem.
346 Quòd pax, seu promissio, de non offendendo facta, seu pręstita, pro se, & filijs non compręhendit filios spurios, seu bastardos; & ideo si spurius filius paciscentis, & promittentis non offendere offendat aliquem ex compræhensis in pace, seu promissione de non offendendo non dicitur pacem, seu cautionem fregisse; & propterea principalis paciscens ad pœnam conuentam non tenetur, secundum Bal. qui loquitur de cautione de non offendendo in l. cum pater § volo. vers. quæro hic. ff. de leg. 2. post Dyn. & Rayner. ibi & Bal. sic dicentem refert, & sequitur Alex. in cons. 60. nu. 13. lib. 2. & in l. ex facto § si quis rogatus, nu. 48. ff. ad trebell. Nec dissentit Alber. in tract. statutor. par. 1. q. 61. & voluit Vulpell. in tract. de pace, q. 84. vbi testatur de communi opinione, & q. 16. nu. 3. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 32. num. 1. & seqq. & per totum discursum, vbi pluribus
347 hanc conclusionem exornat. Et loquitur, iam actiuè, quā passiuè, vt scilicet nullo modo compræhendantur bastardi, sub tali cautione. Nisi aut fuerint legitimati, aut fuerit promissum, *pro suis, sequacibus, pro complicibus*, aut similibus personis, sub quibus, etiam spurij continerentur, & videtur de mente Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. q. 52. secundum primam impressionem, & q. 181. secundum vltimam impressionem, licet multum confusè, & non benè se firmando, more suo loquatur. Honded. cōs. 95. nu. 6. & 93. lib. 1. reprobato Hippol. Rimin. contrarium tenente in loco, per eum relato.

348 Et idem, quòd non dicatur contrauentum cautioni præstitæ, pro se, & filijs de aliquem non offendendo per offensionem factam à filio naturali, illo scilicet, qui nascitur ex concubina diu domi retenta maritali affectione, scripsit Felyn. in c. in præsentia, nu. mihi 21. vers. & adde quòd si pater, extr. de probat. post Cyn. quem allegat in d. l. cum pater, §. volo ff. de leg. 2. sequitur Decian. cons. 88. num. 16. lib. 3. Marsil. sing. 139. dixi tibi superius. Nec dissentit Vulpell. in tract. de pace q. 85. licet bene credat, vt mox eum referam, quòd pro filio naturali possit pater cogi ad cauendum, de non offendendo. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 32. num. 2. & seqq.

349 Quamuis contrarium, quòd immo pax, & cautio censeatur rupta, per offensionem factam à filio spurio dixerit Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. nu. 40. ex Riminal. Iun. quem allegat in cons. 442. lib. 4. vbi pluribus hanc opinionem defendere conatur.

350 Sic nec filios adoptiuos, aut spirituales compræhendi filiorum appellatione, tam actiuè, quam passiuè, sub cautione de non offend. probat idem Hercul. de caut. de non offend. cap. 33. num. 7. & seqq.

351 Sic & patrem non posse cogi cautionem de non offendendo præstare, pro filio spurio communi Doctorum voto traditum esse testatur Vulpell. in tract. de pace, q. 84. nu. 1. & 7. vers. putarem tamen, vbi declarat, nisi contrarium Iudici visum fuerit ex aliqua rationabili causa vt puta, si filius spurius staret in domo patris, & ab eo tractaretur, prout tractantur filij legitimi, & naturales, & præsertim si ipse filius esset non spurius, sed naturalis, vt in quæst. 85. num. 6. & seqq. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 32. in fine, vbi simpliciter dixit Patrem non posse cogi ad cauendum pro filio spurio. Quod & idem ante istos voluit Dyn. in consil. crimin. diuers. 6. lib. 1. in paruis, vbi loquitur in fortioribus terminis videlicet quando Statutum mandat, quòd parentes teneantur dare securitatem de non offendendo pro filijs. Non enim sub hoc Statuto compræhendentur filij spurij, vt ibi per eum. Quamuis contrarium pluribus defendere conetur Hier. de Monte, q. 8. per totam. Non enim à præcedente opinione recedendum esse putarem, nisi vt dixi, ex aliqua causa Iudici contrarium visum fuerit.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an, & quando compręhendat hæredes tam actiuè, quam passiuè ad effectum, vt eadem pax, seu cautio rupta dicatur, & an etiam per offensam factam cadaueri ipsa pax, seu cautio dicatur rupta.

SVMMARIVM.



Acem faciens cum aliquo, promittensq; illum non offendere, non censetur promisisse non offendere eius hæredem, & sic ex parte stipulatoris hæredes in istis stipulationibus non veniunt passiuè, nisi expressè dicatur, nu. 352.

Hæredes ex parte promissoris veniunt actiuè in promissione de non offendendo, & propterea dicta promissio censetur rupta per offensionem factam ab hæredibus promissoris, num. 354. declara, vt num. 358.

Promissio de non offendendo pro se, & hæredibus comprahendit, tam suos, quam extraneos hæredes, nu. 355.

Promissio, pro se, & hæredibus consanguineis, vel affinibus non comprahendit hæredes extraneos, nu. 356.

Hæres ignorans pacem factam, seu promissionem præstitam pro eo defuncto de non offendendo aliquem, nō dicitur rumpere pacem, seu cautionem si contraueniat, quia ignorantia eum excusat, num. 357.

Pax, seu promissio de non offendendo, quando expressè comprahendit hæredes tam actiuè, quam passiuè, tum si vnus ex pluribus hæredibus stipulatoris fuerit offensus à principali promissore conuentionalis pœna tota, & insolidum addicitur offenso, nec eius aliqua pars applicatur cohæredibus, nu. 359. Contra, nu. 360.

Pace facta, seu cautione præstita pro se, & hæredibus, si vnus ex dictis hæredibus offendat, & contraueniat, pœna committitur contra omnes pro portione hæreditaria, & contra omnes per offensum agi potest pro rata, licèt non offendentes habeant contra illum, qui offendit, regressum, n. 361. & 363. Licèt alij contra, nu. 362. Declara, vt nu. 363. & seq.

Pax facta, seu cautio præstita cum pacto, quòd rupta ab vno, & hæredibus censeatur rupta ab alijs, si contingat vnum hæredem illi contrauenisse, tum solus contrauenienis tenetur, & non alij, quia talis iniqua conditio non consentientibus præiudicium afferre non potest, num. 363.

Pax facta, seu cautio præstita pro se, et hæredibus non ex voluntate, sed ex necessitate, vt puta, compellente Statuto edito à Comite, Magistratu, vel Episcopo, si rupta fuerit ab vno ex hæredibus non committitur in totum, nec insolidum, sed tantum pro rata hæredis offendentis, et eius, qui fuit offensus, nu. 364. Licet alij contra, num. 365.

Hæredes

Hæredes vbi expresſè nominati ſunt in pace, ſeu cautione de non offendendo, non intelliguntur de omnibus hæredibus, & ſucceſſoribus in infinitum, ſed tãtum intelliguntur de primo hærede, ſeu de primis hæredibus, ſi plures instituti fuerint, nu. 366.

Hæredis appellatione an veniat bonorum poſſeſſor, ſeu alius, qui loco hæredis ſubrogetur in pace, & cautione de non offendendo, num. 367.

Iniuria facta cadaueri non cenſetur facta defuncto, ſed hæredibus defuncti qui propterea actionem habent contra iniuriam, nu. 368. in materia.

Promiſſores plures de non offendendo an teneantur inſolidum, et vnus pro alio, an verò pro virili. num. 369. vbi remiſſiuè.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XXVII.

352 PRIMA ſit concluſio in hoc propoſito articulo, ꝙ faciens pacem cum aliquo, illumq́ue promittens non offendere, non cenſetur promiſiſſe non offendere eius hæredem, & ſic ex parte ſtipulatoris hæredes non veniunt in iſtis ſtipulationibus paſſiuè, niſi expreſſè dicatur, ſecundũ Bar. in l. 4. §. Cato, nu. 31. verſ. modo in propoſito. ff. de verbor. oblig. quem ibi ſequuti ſunt Rip. nu. 49. in fin. verſ. ex hoc patet. Claud. Seyſell. nu. 36. verſ. in quantum tamen. Bal. Nouell. nu. 17. verſ. aut loquimur. Maria. Soci. poſt nu. 265. verſ. & è contra. Ludou. Bolognin. nu. 149. Tiraq. de ll. connub. glo. 2. nu. 63. ad med. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 6. nu. 19. verſ. hinc etiam conſtabit. Quibus addo idem tenentem Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace q. 134. nu. 5. ſecundum vltimam impreſſionem. Herculan. de caut. de non offend. c. 18. nu. 17.

353 SECVNDA ſit concluſio, ꝙ ex parte promiſſoris hæredes veniunt actiuè in promiſſione de non offendendo, & propterea promittẽs non offendere cenſetur etiam promiſiſſe, ꝙ nec eius hæredes offendent, etiam, quòd de illis non fuerit facta expreſſa mentio, & pęna promiſſa poteſt exigi per offenſionem, & contrauentionem factam ab hærede, ſic enim videtur de mente Bar. in d. l. 4. §. Cato, nu. 32. verſ. licèt enim ex parte ſtipulatoris. ff. de verb. oblig. & Bart. ſic dicentem ibidem ſequuti ſunt Bal. Nouell. in repetit. nu. 17. Hercul. de caut. de non offend. c. 18. nu. 17. vbi reſpondet contrariæ rationi.

354 Contrarium, ꝙ ex parte promiſſionis pęnalis ſtipulatio non tranſeat ad hæredes, & ſic ꝙ in ea non ueniant actiuè ad hæredes, niſi de illis fuerit expreſſè facta mentio, verius iudicio meo credidit Claud. in d. l. 4. §. Cato, poſt num. 36. vbi dicit ſe putare hoc eſſe indubitatum. ff. de verb. oblig. quem ibidem ſequuti ſunt Galliaul. nu. 21. in fi. & nu. 122. verſ. ſed tu aduerte, vbi ni fallor, teſtatur de communi opinione, Hormanot. Det. nu. 516. & ſeq. Maria. Soci. nu. 265. verſ. ſed circa duo aduertendum eſt. Nec diſſentit Vulpel. in trac. de pac. q. 87.

355 TERTIA ſit concluſio, ꝙ ſi quis promittat ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, comprænhenduntur ſub iſta promiſſione non ſolum hæredes ſui, vt puta filij, ſed etiam extranei, & non conſanguinei promiſſoris, eſt doctrina Bar. crebrius recepta in l. Gallus. §. etiam ſi parente. ff. de liber. & poſthu. & ex Alex. Curt. Iun. & Afflict. in locis relatis per

356 Vulpell. in conſ. 2. nu. 10. Si verò fuerit promiſſum *pro ſe, & hæredibus conſanguineis, vel affinibus*, abſq; copula, ſeu puncto inter verbum *hæredibus*, & verbum *conſanguineis*, Et tũc non veniunt ſub hac promiſſione hæredes extranei, ſed ij tantum, qui ſunt conſanguinei, vel affines, & ſic illud verbũ *hæredibus*, reſtringitur, & qualificatur à ſubſequentibus verbis *conſanguineis vel affinibus*, ꝙ maximè aduertendum eſt, quia ſæpè contingit propter notariorum ignorantiam paces, & cautiones hiſce verbis ſtipulari, ſecundum Vulpell. qui pluribus hanc concluſionem comprobat, & reſpõdet contrarijs in conſ. 201. & ſeqq. vſq; ad nu. 11. & in cõſ. 3. nu. 1. ſubdens amplius in d. conſ. 2. nu. 4. ſub eadem promiſſione, nec etiam contineri conſanguineos promiſſoris, niſi fuerint hæredes.

357 QVARTA ſit concluſio, quæ venit declaratiuè ad præcedentes duas concluſiones, ꝙ qñ hæres ignorauit pacem factam à defuncto, & promiſſionẽ ab ipſo factam de non offendendo aliquem, tunc inquam, offendendo eũ, quem defunctus non offendere promiſit, non incurrit pęnam promiſſam, ſecundum Io. Crot. in l. 4. Cato, nu. 146. ff. de verb. oblig. poſt Paul. de Caſtr. in loco per eum relato. Vbi amplius ſubdit, ꝙ in dubio in hærede præſumitur ignorantia, & non ſcientia ad tex. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. cũ alijs ibi per eum allegatis. Refert ẽt, & ſequitur Hormanot. Det. ibid. n. 518. verſ. tertio limita. Nec diſſẽtit Marian. Soci. nu. 265. ad med. verſ. tenendo tñ cũ Bartolo.

358 QVINTA ſit concluſio, ex qua declaratur ſecunda propoſita concluſio, ꝙ licèt hæredes actiuè non veniant in promiſſione de non offendendo, niſi de illis fuerit facta expreſſa mentio, ad hoc, vt ex eorũ offenſione, & contrauentione teneantur ad pęnã promiſſam per defunctum, vt in dicta 2. concluſ. nu. 354. Tenentur tñ ad eandẽ pœnam, tãquam hæredes ex contrauentione, & offenſione facta per promiſſorem viuentẽ, licèt ante mortẽ non fuerit de hoc conuentus. Quamuis. n. pęna legalis non tranſeat ad hæredes, tranſit tñ pœna conuentionalis, ſic. n. relatis, & reprobatis contrarijs concludit. Franc. Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 40. nu. 7. & ſeqq. Nec diſſentit Minſinger. obſer. 98. centur. 1. qui tñ loquitur, qñ hæres agit occaſione fractæ pacis ad reſtitutionem damnorum, & intereſſe.

359 SEXTA ſit concluſio, ꝙ qñ pax expreſſè facta fuit pro ſe, & ſuis hæredibus, & cum promiſſione de non offendendo aduerſarium, & eius hæredes; & ſic, qñ in tali pace, & promiſſione fuit facta mentio hæredum actiuè, & paſſiuè, ſi vnus ex pluribus hæredibus ſtipulatoris fuerit offenſus à principali paciſcente & promiſſore, pœna conuentionalis in promiſſione contenta tota, & inſolidum applicatur ipſi offenſo, nec eius aliqua pars applicatur alijs cohæredibus, ſecundum Bar. in l. 4. §. Cato, nu. 30. & 31. verſ. concludo ergo, iuncto verſ. ſic ergo ille hęres. ff. de verb. oblig. & Bar. ſic dicentem ſequuntur ibi Ang. nu. 16. verſ. ſed ſi vni. Imol. nu. 44. ad med. verſ. vltimo inducitur iſte text. Iaſ. nu. 54. Barthol. Socin. nu. 34. vbi latè hanc Bar. opinionem defendere conatur, ſequuntur omnes Moderni illius tẽporis. Alciat. in repetitione, nu. 208. & ſeqq. vbi nu. 205. hanc Bar. opinionem dixit communem, & cum ea reſidere vř, illam tñ defendendo cum quadam diſtinctione, de qua ibi per eum (quamuis, vt mox eum referam, contrariã opinionem videri magis cõem affirmauerit) Io. Curt. poſt nu. 140. ad med. vbi teſtatur de cõi opinione, licèt vt mox eum referam, contrariam probabiliorem crediderit. Ang. de Perigl. nu. 53. Bal. Nouell. nu. 17. ante fin. vbi teſtatur de cõi, licèt vt mox eum referam eam nõ ſequatur, Galliaul. nu. 121. vbi per relatas contrarietates declarat, quomodo Bar. opinio ſubſtineri poſſit. Marian. Soci. nu. 261. vbi ẽt de cõi, licèt vt mox eum referam contrariam ſñiam probabiliorem exiſtimauerit: Et cum hac Bar. concluſione pertranſire ẽt vř Nicol. Moron. in tract. de treg. fid. & pace q. 134. nu. 7. ſecundum vltimam impreſſionem, licèt contrariam ſñiam dixerit cõem ex Claud. in loco p eũ relato, nec diſſentit Vulpell. in tract. de pace, q. 58. dicens ex Corn. in cõſ. 218. in fi. lib. 2 ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando, quamuis alij per eum relati diſputatiuè aliter ſenſerint. Hercula. de caut. de non offenden. cap. 18. num. 161. vbi de communi. Et hanc concluſionem pluribus comprobat Hippol. Riminal. conſ. 30. lib. 3. per totum. vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet.

360 Contrarium, ꝙ iſto caſu pœna non acquiratur tota, & inſolidum hæredi offenſo, ſed tantum pro portione hæreditaria, & ꝙ propterea diuidenda ſit pro rata inter alios hæredes, defendit Alex. in d. l. 4. §. Cato, nu. 52. & ſeqq. ff. de verb. oblig. Alciat. ibidem in repetitione nu. 208. vbi hanc contrariam opinionem ſibi magis cõem videre teſtatus eſt, licèt vt ſupra eum retuli, primam Bar. ſñiam dixerit cõmunem. Io. Crot. nu. 140. & ſeq. in prima repetitione. Vbi hanc ſñiam contra Bart. dixit probabiliorem, & eam defendit Bal. Nouell. poſt nu. 17. licèt, vt ſupra eum retuli, primam opinionem dixerit cõem. Carol. Ruyn. n. 94. & ſeqq. Hormanot. Det. nu. 500. & pluribus ſeqq. vbi teſtatur de magis

magis cōi opinione. Marian. Soci. n. 261. & pluribus seqq. vbi latè hanc defendit opinionem, & nu. 262. eam ēt dicit cōem, & nu. 264. eam dicit probabiliorem, declarandam tamen, quando in promissione pœnæ fuerit apposita clausula *rato manente pacto*, vel quòd *pœna toties committatur, quoties fuerit contrauentum*, Tūc enim, inquit ipse, videtur, quòd offensus, vel saltem omnes hæredes simul solidam pœnam petere cum effectu possint ex ratione ibi per eum considerata, Ludou. Bolognin. num. 193. & seqq.

361 SEPTIMA conclusio, ꝙ pace facta pro se, & hæredibus cum promissione de non offendendo pariter pro se, & suis hæredibus, si vnus ex hæredibus offendat, & contraueniat, pœna committitur contra omnes pro portione hæreditaria, & contra omnes per offensam agi potest pro rata, licèt hæredes, qui non offenderunt habeant regressū contra illum, qui offendit, secundum Bart. in l. 4. §. Cato, nu. 32. ff. de verb. oblig. & ibi eum sequuntur Ang. nu. 16. Roman. nu. 46. Imol. nu. 44. ad finem, vers. item hæc vera. Ias. nu. 54. in fine, vers. successiuè in quātum Bartolus, &c. Barth. Soc. nu. 35. in princ. Rip. num. 100. in princ. vbi testatur de cōi, & eam declarat. declarationem ibi per eum videas, Alciat. in repetit. nu. 214. Vbi testatur de cōi, licèt vt mox eum referam, cōtrarium de iure verius esse defendat Hiero. Buttigel. num. 174. vbi ꝙ in hoc omnes sequuntur, Bar. Ioan. Crot. nu. 144. in prima repetit. Ang. de Perigl. nu. 54. Galliaul. num. 122. Hormanott. Det. nu. 516. Ludou. Bolognin. nu. 197. Et ita se habere crebriorem omnium sententiam testatus est Vulpell. qui tamen loquitur in pace, non autem in cautione de non offendendo in tract. de pace q. 59. nu. 1. Hercul. de caut. de non offend. c. 18. num. 15. Andr. Gayl. de pace publ. lib. 1. c. 3. num. 18.

362 Et quamuis contrarium, quòd immò etiam isto casu pœna committatur in solidum, & non pro portione hæreditaria, defendere conetur Alciat. in repetit. d. §. Cato, nu. 212. & seqq. Et in alijs locis relatis per Vulpell. in tract. de pace q. 59. nu. 1. vers pro contraria sententia. Nec dissentire videatur Marian. Socin. nu. 265. in prin. iuncto vers. secundo aduertendum est; Et quamuis etiam, quicquid secus dixerit in pace, in cautione tamen de non offendendo Vulpell. in q. 60. apertè sentiat, quòd vno ex hæredibus contraueniente, alij cohæredes nec etiam pro portione hæreditaria conueniri possint.

Ego tàm in pace, quàm in cautione de non offendendo nunquam discederem à communi opinione, quòd scilicet offensus possit, & debeat pro æquali portione agere contra omnes hæredes, & non insolidum contra hæredem offendentē, licèt benè cohæredes, qui non offenderunt habeant pro eorum releuatione regressum contra illum, qui offendit, secundum Bar. vbi supra allegatum, & isto modo culpa tenebit suos authores in effectu, quia licèt hæredes non contrauenientes possint conueniri, nihil tamen perdunt stante regressu prædicto, & sic cessat ratio per Vulpell. ex aduerso considerata in d. q. 60.

363 OCTAVA sit conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd quando offensio fuit facta per vnum ex hæredibus, in casu in quo alij cohæredes incurrerent periculum fractæ pacis, vt puta stante forsan pacto, quòd pax rupta ab vno, censeatur rupta ab alijs, tunc inquam solus offendens debet teneri ad pœnam, non aūt alij cohæredes. Talis enim iniqua conditio per vnum, alijs non consentiētibus inferri non pōt, secundum Ang. in d. l. 4. §. Cato, nu. 18. in fine, vers. Et prædicta intellige. ff. de verbor. oblig. qui quidem Ang. adeò eo loci confusè vel vt alij dicunt ineptè loquitur, vt ipsius verborum sensus vix elici possit. Ideò nescio an eius mens fuerit talis q̄ modo retuli. Vide igitur ad declarationem huius conclusionis in d. §. Cato. Imol. nu. 44. in fi. vers. item intellige. Vbi inter alia dixit, ꝙ Ang. vbi supra ineptè videtur loqui, & eius verba non videntur habere saporem. Aret. nu. 32. ad med. vers. secundo adde. Vbi defendendo Angelum ab impugnatione Imolæ, declarat illius doctrinam procedere in hęredibus coniunctis sanguine, & de consuetudine, & aliàs vbi per eum, quem vide in proposito Socin. post nu. 35. vbi relata declaratione Aretini, & ipse aliam affert declarationem, quam cogitandam reliquit Hotmanott. Det. nu. 518. ad fi. vers. secundo limitat. Ang. Ludou. Bolognin. post nu. 197. vbi refert, & sequitur declarationem Aretini vbi supra, & demum vide etiam declarationem Hercul. de caut. de non offen. c. 18. nu. 15. vers. Hoc tamen declaratur.

364 NONA sit conclusio pariter declaratiua propositæ septimæ conclusionis, quòd quando pax pœnali stipulatione vallata fuit facta non ex voluntate, sed ex necessitate, vt puta compellente statuto edito à Comite, Magistratu, vel Episcopo, tunc cum talis pax censeatur iuris prætorij ex quo descendit à Statuto continente ius prætoris. Idcirco talis pœna huic prætorię stipulationi adiecta non committitur in totum, nec insolidum, sed tantum pro portione contrafacientis contra hæredem offendentem, & pro rata eius, qui fuit offensus, argumento tex. in l. pœnalis. §. Iulianus. ff. ad l. Falcid. & voluit Roma. in d. l. 4. §. Cato, nu. 46. vers. adde illud verum. ff. de verbor. oblig. quem sequuti sunt ibidem Ias. nu. 55. Claud. Seysell. nu. 36. ante fin. Hier. Butigell. post num. 174. Ioan. Crot. nu. 144. & seq. in prima repetitione. Vbi hanc conclusionem declarat procedere, quando constat pacem fuisse factam ex dispositione Statuti sic compellentis, secus si hoc non constet, quia in dubio præsumitur eam fuisse factam ex propria voluntate, & nō compellente Statuto. Bal. nouel. nu. 17. in fine, vers. dicit tamen hic Ang. Hormanott. Det. nu. 518. vers. intellige quando, & versic. & ad illam limitationem. vbi etiam declarat duobus modis Hercul. de caut. de non offend. c. 18. nu. 15. vers. secundo declaratur.

365 Quamuis contrarium, quòd immò & isto casu pœna cōmittatur insolidum, & quòd nulla sit differentia inter pacem factam ex voluntate paciscentium, & eam, quæ fit vigore Statuti, scripserit in d. §. Cato. Rip. nu. 100. ad med. vers. declaratur 2. Alciat. in repet. nu. 216.

366 DECIMA conclusio, quòd licet hæredes tàm actiuè, quàm passiuè veniant in promissione de non offendendo, quando de illis est expressè facta mentio. Hoc tamen sanè intelligendum est, vt procedat non in infinitum ad omnes hæredes, & successores, sed tantum ad primum hæredem, seu ad primos hæredes, si plures fuerint instituti, sic enim relatis, & reprobatis contrarijs benè fundat hanc conclusionem Hercul. in tract. de caut. de non offen. c. 40. num. 1.

367 & seqq. & cap. 42. num. 14. & seqq. Vbi etiam, quòd isto casu hæredis appellatione veniat bonorum possessor, vel alius, qui loco hæredis subrogetur, quod & idem voluit Nicol. Moron. in tract. de treg. fid. & pace q. 134. post nu. 5. secundum vltimam impressionem.

368 VNDECIMA sit conclusio, quòd iniuria facta cadaueri non censetur facta defuncto, quia postquam quis est mortuus non potest plus aliquo modo offendi, sed benè dicitur facta hæredibus, qui propterea suo proprio nomine habent iniuriarum actionem, secūdum Bar. in l. 4. §. Cato, nu. 31. ff. de verb. oblig. ex cuius dictis videtur colligi quòd per offensionem factam cadaueri paciscentis, & stipulatoris, non dicitur contrauentum paci, seu promissioni de non offendendo, nisi fuerit promissum de non offendendo etiam stipulatoris hæredes. Hoc ēnim vltimo casu videtur paci, & promissioni contrauentum per offensionem factam cadaueri, cum vt præfertur, ex ea dicatur ēt facta iniuria ipsis hæredibus. Verum an hæc Bart. conclusio, & illatio, quam ex eius verbis ego facio, vera sit, nec ne; Doctores vario modo loquuti sunt, & ideò pro resolutione singulariter eorumdem Doctorum, qui hanc tangūt difficultatem, verba summatim referre decreui, & præsertim post Bar. in d. §. Cato vide ibidem Ang. num. 16. in fine, vers. & ideò adde vbi dixit, quòd si offensa fit cadaueri, vel illius memoriæ, ex quo vniuersaliter tota domus est lacessita, tunc pœna est commissa, & ad eam datur actio non vni soli hæredi, sed omnibus proportione hæreditaria Imol. num. 44. ante fin. versic. Adde prædictis, vbi refert, & sequitur Ang. in loco præcitato, Aret. num. 32. vbi probat, quòd licet defuncto dicatur inferri iniuria. hoc tamen intelligitur, vt fictè illata dicatur iniuria, non autem propriè; & propterea pœnalis stipulatio censetur commissa, cum illius verba non fictè, sed propriè capienda sint,

Rip.

Rip. num.95.& ſeqq. vbi relatis Bar. Ang.& Aret. opinionibus in locis præcitatis videtur concludere, ſtipulationis verba maximè attendenda eſſe, an ſcilicet loquatur de offenſa perſonali, an verò de iniuria facta defuncto, an verò de iniuria, & ſi de iniuria, an loquatur de iniuria facta defuncto, an verò hæredibus, quaſi tacitè ſentiat, quòd per offenſam factam cadaueri non cenſeatur commiſſa pœnalis ſtipulatio, quando fuit promiſſum non offendere in perſonam, & quando non fuit facta mentio de hæredibus, per tex. in l.1.§. quoties. ff. de iniur. vbi dicitur iniuriam factam cadaueri, *quodammodo* factam hæredibus, ponderando verbum *quodammodo*, quòd importet fictionē, l. j. ff. de rerum diuiſ.& vide etiam ibidem Claud. Seyſell. num.35. vbi conſiderat, quòd licèt perſonalis iniuria mortuo inferri non poſſit, quoad eius perſonā, benè tamen poteſt inferri quoad famam, & honorem iuribus ibi per eum allegatis, Alciat. in repetit. num.217. & ſeqq. vbi facta concluſione, q̄ mortuus non poteſt offendi, niſi fictè, vel reſpectu famæ,& honoris, cōcludit per offenſionem cadaueri factam committi pœnalem ſtipulationem, & pro ea hæredibus defuncti actionem dari, niſi fuerit promiſſum de non offendendo perſonam, quia tunc per offenſionem factam cadaueri non dicitur offenſa perſona defuncti, vt ibi per eum Hier. Buttigell. num. 173. vbi conatur probare non ſolum, quòd mortuo propriè ſit iniuria, ſed etiam quòd illa ſit grauior ea, quæ viuenti infertur. Ioan. Crot. num.138.& ſeq. in prima repetitiōne, vbi contra Aret. tenet, quòd licèt defuncto non verè, ſed fictè iniuria inferatur, attamen per offenſam factam cadaueri commiſſa ſit ſtipulatio pœnalis, quoniam diſpoſitio etiam ſtrictè interpretanda loquens in caſu verò, reſpectu vnius perſonæ, comprætendit etiam caſum fictum reſpectu eiuſdem perſonæ, per tex. in l.3.§. hæc verba. ff. de negot. geſt. cum alijs ibi per eū allegatis, Ang. de Perigl. num.55. vbi tenet, quòd propter offenſam factam cadaueri poſſunt hæredes agere actione iniuriarum, ſed non poſſunt agere ad contrauentionem pœnæ promiſſæ in cautione de non offendendo, Bal. Nouell. num.18. vbi videtur tenere, quòd ſit commiſſa pœnalis ſtipulatio ſi fuerit promiſſum ſimpliciter non offendere, ſecus ſi fuit promiſſum non offendere in perſonam. Hormandott. Det. num.521. & ſeq. vbi refert, & ſequitur. Ang. in loco præcitato, Ludou. Bologni. num.195. verſ. quibus adde, & nu.196. vbi videtur referre, & ſequi dicta per Aret. vbi ſupra, ex quibus omnibus Doctor. relatis opinionibus, quid certi percipi poſſit tu lector amice conſidera, & vide Hercul. in tract. de caut. de non offenden. cap.20. num.22.& ſeqq. vbi partem negatiuam amplecti videtur, eamque communem exiſtimat, licèt etiam alios contrarium tenentes referat. Et etiam ad materiam vide, quæ dixi ſupra quæſt. 103. num.85.& ſeqq.

369 Quid autem de pluribus promiſſoribus de non offendendo, an vnus teneatur pro alio in caſu contrauentionis, & an inſolidum, an verò pro virili dixi ſupra in 10. articulo, num.96.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo an dicatur rupta per offenſionem factam adhærenti principalis paciſcentis, quando de adhærentibus ſpecialis mentio facta non eſt.

SVMMARIVM.



Ax cum pœnali promiſſione de non offendendo facta cum principali non extenditur ad adhærentes, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, & propterea non dicitur rupta per offenſam factam adhærenti, nu.371. Contra, num.372. Prima opinio verior eſt, num.375.& ſeqq.

Pax comprahendit etiam adhærentes actiuè, quamuis de illis non ſit facta mentio, num.373.

Pax cenſetur rupta per offenſam factam familiari paciſcentis, numero 374.

Pax, ſeu promiſſio de non offendendo cenſetur rupta per offenſionem factam adhærenti, quando ille adhærens fuit offenſus in iniuriam principalis paciſcentis, num.376.

Pax, ſeu promiſſio de non offendendo comprahendit etiam adhærentes paſſiuè, quando ſtipulata eſt non in perſonam, ſed in rem, nu.377. & 378. vbi etiam quando pax cenſeatur reſpicere perſonam, ſeu rem.

Pax comprahendit etiam adhærentes, quando ſine illorum comprahenſione inutilis eſſet, nu.379.

De pace, ſeu cautione de non offendendo an dicatur rupta per offenſionem factā adhærēti principalis paciſcentis, quando de adhærentibus ſpecialis mentio facta eſt, num.370. & ſeqq.

Adhærentes qui dicantur, qui complices, qui fautores, & qui ſequaces, num.370.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XXVIII.

370 PRO cognitione propoſitæ dubitationis præmittendum primo loco eſſet, qui dicantur adhærentes, qui complices, qui fautores, & qui etiā ſequaces. De quibus terminis remitto lectorem ad Felyn. in rubr. de fide, treg.& pace, num.11. Iacobin. de Sancto Georg. in tractat. de feudis, in verbo de *adhærentibus*, nu.5.& 6. Hier. de Monte q. 27. num.11. Vulpell. in tract. de pace, q.22. num.2.& 3.

371 Hoc ſic præmiſſo in eodem propoſito articulo, vna fuit opinio negatiua cum pœnalis promiſſio de non offendendo facta cum principali non extenditur ad adhærentes, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, & propterea per offenſam factam adhærenti principalis paciſcentis non dicitur rupta pax, ſeu promiſſio de non offendendo, ſic enim per tex. in c. ad apoſtolicæ ad med. de ſent. & re iudicata in 6. In quo Papa pro ſuis offenſis, & Eccleſię factis Imperatori pacē offert in ea comprætēdendo eius amicos, & adhærētes, quaſi quòd niſi expreſsè ponerentur, non cenſerentur comprætenſi, expreſsè adnotauit ibidem Gemin. num. 10. & Franch. num.5. poſt Anchar. & Dominic. quos allegat, & dixit etiam ibidem per illum tex. Ioann. Andr. poſt Innoc. num.3. valde notandam fidelitatem Eccleſiæ Romanæ, quæ nunquam vult pacem tractare, niſi in ea adhærentes comprætendat. Iacobin. de Sancto Georg. in tracta. de feudis, in verbo de *adhærentibus, & confœderatis*, num. 3. vbi benè comprobat hanc concluſionem. Iacob. Nouell. in pract. crimin. in fi. num.53 Hercul. (qui tamen ſe firmamare non videtur) in tract. de caut. de non offen. cap.19. nu.4. verſ non veniunt itaque. Hippol. Riminal. conſ.103. num. 4. & 18. lib. 1. vbi dixit contrariam opinionem eſſe periculoſam, quod idem voluit, & dixit in conſ.470. nu.1. & ſeqq. iuncto num. 26. & ſeqq. lib. 4. Cephal. conſ. 587. num.6.& ſeqq. iuncto 13.37.& 42. lib.4. Gabriel. conſ.182. nu.5. in fin.& ſeq. lib.1.

372 Alia fuit opinio affirmatiua, quòd immo pax facta cum principali comprætendat etiam illius adhærentes expreſsè voluit Alex. in addit. ad Bar. in l. ſi conuenerit, §. Secunda in prima addit. ante finem, verſ. & facit tex. valde ſingularis. ff. de pignorat. actio. per tex. quem allegat in cap. 1. de poſtulat. Prælat. in quo dicit probari, quòd pax facta cum Rege Franciæ, & terris ſuis comprætendit etiam terras adhærentes, & ad id etiam allegat Innoc. & Ioann. Andr. in d. cap. ad apoſtolicæ de re iudic. in 6. dicentes (prout credidit) quòd pax facta cum Eccleſia Romana videtur etiam facta cum adhærentibus Eccleſiæ, Ang. in l. quæ religioſis. ff. de rei vendicatione, vbi per illum text. in verbo *adhæret*, dixit notandum, quòd pax facta cum principali cenſeatur etiam facta cum adhærentibus, & quòd in ea intelligantur introcluſi virtute adhærentiæ. Idem Ang. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem, in fin. num.5. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi dixit, q̄ pax cenſetur rupta per offenſam factam complici paciſcentis, & Ang. ſic dicentē eo loci, licèt

ad aliud propositum referendo sequuti sunt Ant. Coccapan. & Nicol. Moron. in locis relatis supra nu. 285. Marsi.
373 cons. 9. num. 49. Vbi tenet, quòd etiam actiuè adhærentes veniunt in pace, etiam quòd de illis non sit facta mentio. Alciat. cons. 35. num. 23. tom. 1. lib. 3. Nicol. Moron. in tracta. de fide, treg. & pace, quæst. 27. nu. 2. secundum primam impressionem. Hiero. de Monte q. 27. num. 7. & 10. vbi in hac opinione residere videtur. Quamuis etiam contrarium tenentes referat Marcabru. ab Anguill. consil. 102. num 22. & seqq.

374 Sic & pacem ruptam esse per offensionem factam alicui familiari paciscentis, scripsisse videntur Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 7. sub num. 10. & Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 335. num. 4.

375 Quid dicendum? Prima opinio apud me verior est, text. enim in d. c. 1. de postula. Prælat. qui ad id pro contraria opinione allegatur vers. nec valet, &c. non solum illam nõ probat, verum etiam, ni fallor, probat contrarium. Nam prout adnotauit ibi glo. in verbo *Terram propriam*, non loquitur in pace facta cum Rege Franciæ, & suis terris, prout credidit Alex. qui ad id illum allegat, sed in excommunicatione, & interdicto relaxato contra dictas terras, in quo ex quo de salute animæ agitur, cum larga sit facienda interpretatio, & quia etiam de natura excommunicationis est comprehendere etiam fauorem, & auxilium præstantes. Idcirco interdictum emanatum in terris proprijs ipsius Regis, extenditur etiam ad omnes terras adhærẽtes, quæ scilicet Regi præstando auxilium adhærebant. Vnde non inferendum ad pacem, seu promissionem de non offendendo, in qua pro euitatione pœnæ non larga sed stricta fieri debet interpretatio, sic etiam & Ioann. Andr. post Innocent. in d. cap ad apostolicæ, de sententia, & re iudicata, in sexto. Nec etiam dicunt (prout credidit Alex.) quòd pax facta cum Ecclesia extenditur ad illius adhærentes. Immò expressè dicunt contrarium, prout contrarium eo textu in specie adnotarunt Gemin. & Franc. in locis præcitatis. Nec facit authoritas Angeli in d. l. quæ Religiosis. Nã non simpliciter firmat pacem factam cum principali, censeri etiam factam cum adhærentibus, sed vlterius declarando subdit hoc verum esse, si verba pacis sunt concepta in rem, secus si in personam, & maximè si fuerit vallata cum stipulatione, cuius natura est extensionem non pati, sed cũ hodie vix dari poterit pax, quæ non sit concepta in personam, & quæ non sit stipulata. Idcirco hodie etiam Angeli authoritas, potius pro prima opinione, quam pro contraria facit authoritas eiusdem Angeli in d. §. si quis vxorem, quia in casu, in quo loquitur etiam reprobatur per Marcabrun. ab Anguill. Bertazz. & Honded. in locis relatis supra num. 286. Nec etiam me mouent Marsil. in d. cons. 9. num. 49. & Hier de Monte d. q. 27. num. 7. & 10. quia ipsi allegant tex. in cap 1. de postulat. Innoc. Ioan. Andr. Ang. & Alex. in locis præcitatis. Quibus omnibus singulariter fuit supra responsum, facili etiam modo responderi potest Alciat. d. cons. 35. nu. 23. cum expressè loquatur, quando pax est concepta in rem iuxta tradita infra num. 377. secus si in personam, prout communiter hodie fiunt paces, & ita etiam facili negotio tollitur authoritas Nicolai Moroni d. cap. 27 nu. 2. cum more suo nihil firmet, & contrarium forsan posse attentari crediderit ibidem in versic. licèt forsan, &c.

376 Et ad id, quòd dixerunt Petr. à Plach. & Menoch. in locis præcitatis, rumpi scilicet pacem propter offensionem factam alicui de familia paciscentis, dicas istud posse procedere, quãdo talis offensio fuerit facta in iniuriam ipsius principalis, & propter præcedentem inimicitiam, secus si aliter, prout in fortioribus terminis declaraui supra num. 320. & 344. & secundum istos terminos pariter forsan poterit procedere hæc secunda contraria opinio.

377 LIMITA I. primam opinionem, quæ vt dixi verior est, vt procedat, quando pax est concepta in personam, secus si in rem: Hoc enim vltimo casu sub ea adhærentes comprehendi expressè voluit Ang. in dicta l. quę religiosis. ff. de rei vendicat. quem referendo sequuti sunt Iacobin. de Sancto Georg. in tract. de feudis, in verbo de *adhærentibus, & confœderatis*, nu. 3. vers. addo Angelum. Alciat. cons. 35. num. 23. tomo j. lib. 3. Verum, quando pax dicatur con-
378 cepta in rem, cum semper pax respicere videatur paciscentium personas ignorat. Ideò considera quid dicendum in hac limitatione.

379 LIMITA II. quando pax paciscenti non prodesset sine adhærentibus, quia tũc illos comprehendi dixit idem Angel. in dicta l. quæ religiosis, in fin. ff. de rei vendicat. quem pariter referendo sequuti sunt Iacobin. de Sancto Georg. in tract. de feudis, in verbo de *adhærentibus, & confœderatis*, num. 3. post medium, vers. & ideò dicit Angelus. Vulpel. qui tamen de hac limitatione dubitare videtur in tract. de pac. q. 32. Hippol. Riminal. cons. 101. nu. 12. in fin. lib. 1. cons. 103. num. 6. & 19. eod. lib. 1. Vbi declarat hanc limitationem.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an comprehendat fœminas tàm actiuè quàm passiuè.

SVMMARIVM.

Cautio de non offendendo non comprehendit fœminas, nec actiuè, nec passiuè, nu. 380. Contra, nu. 381. & 385. Prima opinio verior est, num. 382.

Cautio de non offendendo non comprehendit coniunctos, & consanguineos ex linea materna, & ex latere mulieris, numero 383.

Cautio de non offendendo comprehendit etiam fœminas, quando in ea fuit facta mentio de affinibus, nu. 384.

Cautio de non offendendo comprehendit fœminas, quando de illis expressa mentio facta est, nu 386.

Mulier si contra promissionem de non offendendo offendat, restituitur aduersus pœnam conuentionalem, nu. 387.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XXIX.

380 VNA fuit opinio, quòd fœminæ non veniunt in cautione de non offendendo, nec actiuè, nec passiuè, appellatione consanguineorum, vel coniunctorum, & propterea illi non dicitur contrauentum, nec per offensam factam à fœmina, nec per offensam factam fœminæ, secundum Hercul. in tract. de caut. de nõ offen. c. 17. nu. 10 & seq. vbi huius conclusionis plures affert rationes. Primò, quia fœmina inimicitias leuare non potest, nec vindictas facere. Secundo, quia fœmina familiæ finis dicitur. Tertio, quia in contractibus masculinum non concipit fœmininum præsertim vbi agitur de odio irrationabili, prout est, quando vnus tenetur pro delicto alterius, & in materia differente, quæ scilicet non sic conuenit fœminis, sicut masculis, propterea videtur esse materia offensionis inimicorum. Et has omnes rationes ibidem Herculan. & iuribus, & Doctorum authoritatibus comprobat, & ab hac opinione dissentire non videtur Alex. in cons. 113. nu. 7. & 8. lib. 2.

381 Contrarium, quòd immò fœminæ tàm actiuè, quàm passiuè veniant in cautione de non offendendo suadetur ex consideratis per eundem Herculan. d. cap. 17. num. 13. vers. sed verior. Vbi dixit se vereri quòd si amplectamur primam negatiuam opinionem detur materia delinquendi, & calumniandi, cum ea successerit iniquitas hominũ, vt sint qui audeant, vel fœminas trucidare, & è contra, adeo quædam malæ reperiantur fœminæ, vt nihil non infandum audeant, & quando alio modo non possunt, ex fenestra transeuntem cum lapidibus percutiunt. Et in pace quòd fœminæ comprehendantur, voluit Nicol. Moron. in tracta. de fide, tregua, & pace, quæst. 179. secundum vltimam impressionem, aliàs quæst. 50. par. 2. secundum primam impressionem, ex Marsil. quem allegat (qui

(qui tamen hoc non dicit) in conſ. 80. num. 19. Et ea ratione, quia maſculinum comprædhendit etiam fœmininum, quando ſumus in materia, quæ æquè conuenit fœminis, ſicut maſculis, prout credit eſſe materiam, de qua agitur, & prout etiam credidit Vulpell. in tracta. de pace, q. 33. nu. 6. & 7. Vbi amplius ſubdit, quòd coniunctorum, proximorum, & propinquorum appellatione ex proprietate ſermonis vterque ſexus continetur, ex Ant. de Butr. Alex. & alijs in locis per eum relatis, & faciunt dicta per eundem Vulpell. ibidem q. 14. nu. 4. & ſeqq. Vbi ſatis oſtendit fœminas ad vindictam proniores, quàm maſculos eſſe.

382 Retenta prima opinione quæ apud me ex rationibus in ea deductis rationabilior videtur. Et ea, quæ in contrarium deducuntur per Herculan. facilè tolluntur ex eo, quòd licèt non intret pœna conuentionalis, non tamen ex hoc tollitur pœna iuris communis, & conſequenter non eſt verum ex eadem prima opinione, dari materiam calumniandi, & delinquendi, & licèt non negetur, fœminas quandoque etiam ad vindictam animum habere, negari tamen non poteſt, quin à communiter accidentibus maſculi, ſaltem cum effectu magis ad vindictam inclinent, quàm fœminæ, & ſic re vera materia non eſt ita conueniens, & pro-

383 portionata fœminis, quàm maſculis. Illam amplia, vt procedat etiam in coniunctis, & conſanguineis ex linea materna, & ſic vt vulgo dicitur, ex latere mulieris. Nam & ij in cautione de non offendendo nec actiuè, nec paſſiuè veniunt, quamuis maſculi ſint, ſi credendum eſt Dec. in conſ. 531. num. 5. & ſeqq. quem tamen in propoſito comprobat Vulpell. de pace, quæſt. 33.

384 Verum eadem prima opinio declaratur duobus modis. Primo, vt non procedat, quando cautio fuiſſet præſtita pro ſe, & affinibus, vel de non offendendo Titium, & eius affines, verbum enim *Affinis*, non dicitur generis maſculini, ſed generis communis. Commune autem verbum de ſui proprietate comprehendit ſub ſe & maſculum, & fœminam, ſecundum Bart. in l. 1. ff. de verbor. ſignif. Ita per hanc rationem declarat idem Hercula. de caut. de non of-

385 fend. d. cap. 17. in fine, & eſt bona declaratio. Et ex hac ratione facilè poſſet dici (quicquid ſecus dixerit idem Herculan. in d. cap. 17. num. 10. & ſeqq.) quòd fœminæ veniant in hac cautione actiuè. Quia dum quis promittit pro ſe, & ſuis conſanguineis, vel propinquis ille caſus ablatiuus eſt communis, tàm maſculis, quàm fœminis; Ideo ſub eo comprædhenduntur.

386 Declaratur ſecundò eadem opinio, vt non procedat, quando de fœminis fuit facta expreſſa mentio. Tunc enim ſine dubio comprædhenditur ſub cautione de non offen-

387 dendo, & hoc nullam habet difficultatem. Immo iſto caſu ſi fœmina offendat nullo pacto reſtituitur aduerſus pœnã hanc conuentionalem commiſſam ex contrauentione cautionis, ſecundum eundem Herculan. de caut. de non offend. c. 42. nu. 1. & ſeqq. Vbi arguit pro, & contra, & in hac reſidet ſententia.

ARGVMENTVM.

Pax an cenſeatur rupta per offenſionem factam ſocio itineris.

SVMMARIVM.



Ax cenſetur rupta per offenſionem factam ſocio itineris, etiam quod principalis paciſcens non fuerit principaliter offenſus, num. 388. Contra, nu. 393. Reſolue, vt nu. 394.

Iniuria facta ſocio itineris cenſetur facta alteri ſocio, nu. 388. Contra, num. 393.

Pax cenſetur rupta per offenſionem factam habitanti cum principali paciſcente, num. 389.

Socius itineris ſi quis offenſorem ſui conſocij offendat volentem offendere dictum ſuum conſocium, cum quo vel prius fecerat pacem, non dicitur illam rumpere, nu. 390.

Auxilium præſtans rumpenti pacem, ſeu illum aſſocians tenetur de pace rupta, nu. 391. Contra, num. 392.

Qualitas principalis delinquentis ignorata per auxiliatorem non auget pœnam in ipſo auxiliatore, nu. 392.

Socius non poteſt agere pro iniuria illata ſuo ſocio, nu. 393.

Socius poteſt eſſe teſtis iniuria illata ſuo ſocio, num. 393.

Pax cenſetur rupta per iniuriam factam ſocio itineris, quando principalis paciſcens illam ad animum reuocauit; aliter ſecus, nu. 394. vbi de veritate huius concluſionis.

Pax per offenſionem factam ſocio itineris, licèt cenſeatur rupta, quoad pœnam legalem, non tamen cenſetur rupta quoad pœnam conuentionalem, num. 395.

QVÆST. CVII. PAR. II. ARTIC. XXX.



IDE ad materiam propoſiti articuli, ea quæ dixi in tracta. de teſtibus, quæſt. 60. num. 402. & ſeqq. & ſupra in materia iniuriarũ, quæſt. 105. num. 286.

388 REGVLA ſit, quòd pax cenſetur rupta per offenſionẽ factam ſocio itineris, etiam quòd principalis paciſcens non fuerit principaliter offenſus, per regulam, quòd iniuria facta ſocio itineris, cẽſetur ẽt facta alteri ſocio, de qua per glo. in l. item apud Labeonẽ. §. ſi quis virginẽ, verſ. tenetur hoc edicto, in verbo *eorum*, ff. de iniur. cũ alijs per me allegatis ſupra q. 106. nu. 286. Vulpell. in tract. de pace q. 41. nu. 1. & ſeqq. Vbi, num. 5. hanc concluſionem dixit ſe putare eſſe indubitatam, non ſolum ex ratione prædicta, ſed etiam quia qui aggreditur illum, qui mihi comes eſt, me ipſum aggredi videtur. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. & quia etiam ſicut licet pro ſui corporis neceſſaria defenſione offendere aggreſſorem, ita etiam licèt hoc facere pro defenſione ſocij in itinere, ad trad. per Bart. & alios in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. & ante Vulpell. hanc eandẽ concluſionem communiter firmarunt Doctores in l. 4. §. Cato, & ibi præcipuè Crot. in ſecunda lectura, num. 79. Ang. de Perigl. num. 55. in fine, & Bald. Nouell. numero 18. pariter in fine, poſt Ange. de Peruſ. quem allegant.

389 AMPLIA I. vt idem ſit in offendente habitantem cum illo, cum quo offenſor pacem facit. Talis enim cohabitans ad effectum fractæ pacis æquiparatur ſocio itineris, & propterea per talem offenſionem dicetur rupta pax, ſecundum Felyn. in cap. repellantur poſt num. 7. de accuſat. Blanc. in tract. de indit. ad l. fin. ff. de quæſtion. num. 165. quos in propoſito refert, & ſequitur Vulpell. in tract. de pace, quæſt. 41. num. 4. vbi declarat procedere, quando offenſio infertur in domo habitationis, aliter ſecus, nec ab iſta ampliatione diſſentire videtur Hercula. in tract. de caut. de non offend. cap. 19. ſub num. 10 poſt med. fol. mihi 58. à tergo, dum refert, & ſequitur Felyn. in d. cap. repellantur.

390 AMPLIA II. in tantum procedere propoſitam regulam, vt ſi ſocius, & principalis paciſcens offendat pro defenſione ſui conſocij offenſorem alterum principalem paciſcentem non dicatur rumpere vllo pacto pacem cum excuſetur ex offenſione ſui conſocij, tanquam ex noua cauſa, ſecundum Vulpell. de pace d. quæſt. 41. num. 6. in fine.

391 AMPLIA III. & è contra, vt pax cenſeatur rupta, non ſolum per principalem paciſcentem offenſorem, ſed etiam per alium extraneum, qui ad rumpendum pacem aſſociat ipſum principalem paciſcentem, ſeu alio modo opem, & auxilium ſuum ipſi præſtat, ſecundum Ange. de Perigl. in l. 4. §. Cato, num. 55. in fine, & ibi etiam Bald. Nouell. nu. 18. in fine, poſt Ang. de Peruſ. quem allegant. ff. de verborum obligat. & ante iſtos ex profeſſo Idẽ tenuit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de tregua, & pace, in fine, in verbo *portauerat*, vbi alijs relatis antiquioribus etiam contrarium tenentibus in hac reſidet ſententia ea, præcipuè motus ratione, quia qualitas pœnæ aggrauans in principali delinquente aggrauat etiam in ipſo auxilium,

auxilium, & opem præstante: & ampliat etiam, quòd is qualitatem prædictam, videlicet fractionis pacis ignorauerit, ex rationibus ibi per eum relatis, quæ ampliatio sicut non est vera: Ita nec etiam placuit Vulpell. in tracta. de pace, quæst.42.cum communis sit opinio, secundū Clar.in pract. crimin.§.fin. quæst. 90. in princ. quòd qualitas delinquentis, per auxiliatorem ignorata non auget pœnam in ipso
392 auxiliatore. Et vide in proposito Thob. Non. consil. 111. num.16.& seqq. Vbi declarando Ioan. Andr. in loco præcitato, dixit pœnam ruptæ pacis extendi etiam ad auxiliatorem legalem scilicet, non autem conuentionalem, quæ non comprehendit, nisi eos, qui illam expressè promiserunt, vt ibi per eum.

393 LIMITANDO I. hanc conclusionem aduerte, quòd contra eam faciunt dicta per Alberic. in l.lex Cornelia.§.illud,nu.4.ad finem.ff.de iniur. Vbi generaliter dixit, quòd socius non potest agere pro iniuria illata suo socio, si non potest agere, & hoc ideo est, quia ex ea non potest dici offensus, ergo nec & erit rupta pax, quæ sine offensione non rumpitur. Item faciunt scripta per Bal.Salyc.& Ioan. Sicard.in l.quoniam liberi. C.de testib. quos retuli in trac. de test.q.60.nu.402.dicentes, quòd socius potest esse testis pro iniuria illata socio itineris, ex quo significatur nullam alteri consocio fuisse illatam iniuriam, seu offensionē. Si enim inde fuisset illata iniuria, seu offensio. Non vtique posset esse testis, prout dicunt Doctores prædicti, & propterea per offensionem factam socio, seu comiti illius, quem quis promisit non offendere, quòd non dicatur promissioni cōtrauentum, consuluit Cœpha.conf.587.num.1 iuncto nu. 13.& seq.lib.4.

394 Ideo pro solutione crederē posse distingui, prout etiam in materia testimonij ferendi, dixi in d.q 60.nu.403.quòd aut socius, cum quo iniuriam, & inferens offensionem, pacem fecit iniuriam consocio itineris illatam ad animum reuocauit, aut non: Primo casu procedat proposita regula, seu conclusio; secundò autem casu secus, sed certè quia in hac materia attendi debet potius animus offendentis. quàm animus offensi. Idcirco verius existimo, vt si offensa illata fuit socio principalis paciscentis, seu alterius in pace comprehensi in contumeliam, & iniuriam dicti principalis, seu comprahensi, & tunc pax dicatur rupta, secus autem si talis animus offendentis non adest, sed ex alia causa offenderit, secundum Cœpha. qui ita declarat in d.consil. num.9.seq.& 26.lib.4.

395 LIMITA II. eandem regulam procedere, quoad pacem, & illius fractionem, & pœnam de iure communi, secus quoad pœnam conuentionalem, cum stipulatio pœnalis propriè accipienda sit, & offensio facta socio alteri socio facta censeatur non verè, & propriè, sed fictè. Ita per hanc rationem propositam regulam declarauit idem Vulpell. d. quæst. 41. numero 5. & 6. & quæst. 42. num. 3. in fine. Vbi idem in extraneo, qui associat, seu auxilium affert principali paciscenti, & pacem rumpenti.

ARGVMENTVM.

Pax, seu cautio de non offendendo an dicatur fauorabilis, vel odiosa, an latam, vel strictam recipiat interpretationem, & quomodo in dubio iudicandum sit in causa fractæ pacis.

SVMMARIVM.


Ax, & pacis materia in genere considerata fauorabilis reputatur, num.396.
Pax amanda, Pax seruanda, multaq; specialia pro conseruatione pacis, num.396.
Pax multa bona operatur, num.396.
Pax, & cautio de nō offendendo reputatur fauorabilis à principio, & ante quam fiat, & præstetur, secus autē post illius celebrationem, & præstationem, quando sequuta offensa dubitatur an sit fracta, nec ne, quia tunc reputatur odiosa, num.397.
Pacem, seu cautionem de non offendendo in dubio ruptam non esse iudicandum est, num.398.
Verba pacis, & cautionis de non offendendo, quando agitur de incursu pœna, & illius contrauentione interpretanda sunt propriè, & strictè, et contra fundantem se in illis, nu.399. Licet alij contra, nu.400. Declara, vt num.401.
Argumentum de pace ad cautionem de non offendendo, quādo agitur de illius contrauentione, valet negatiuè, affirmatiuè autem non, num.402.
Pax facilius rumpitur, quàm cautio de non offendendo, num.402.

QVÆST. CVII. PAR. II.
ARTIC. XXXI.

396 RIMA sit conclusio in hoc xxxj. articulo. Quòd pax, & pacis materia sic in genere considerata fauorabilis reputatur. Pacem enim amandam. Pacem seruandam, multaque pro conseruatione pacis admitti, quæ alias non admitterentur, secundum iuris regulas, omnes exclamāt, multaque pacis priuilegia, & specialia à iure introducta esse, & ijs similia scripta reperiuntur per Bald. in titulo de pace constantiæ, vers. & hæc sunt nomina, in verbo *pax*, Grat. in conf. 114. num. 4. & seqq. lib. 2. post Bald. Alex. & alios in locis per eum relatis. Nouell. in pract. crim. c. fi. nu. 41. vbi ex Bal. in loco præcitato dixit, quòd pax multa bona inducit, discordias remouet, tranquillam quietem introducit, statum personarum, ac Ciuitatum augumentat, honestatem affert, diuitias præparat, Dei, ac Regum gratiam tribuit, superbiam vniuscuiusque excludit, auaritiam omnem repellit, honorem honoratis adiungit, nondum honoratis præparat, Deo ad seruiendum animum cuiusque incitat, fructum affectat, affectatumque acquiescere facit. Catell. Cotta in memoral. in verbo *pax seruari debet*, fol. mihi 329. Vbi pluribus hanc exornat conclusionem. Vulpell. in tract. de pace, vbi remissiuè ex Barbat. Corset. & Alciat. in locis per eum relatis ponit specialia, & priuilegia pacis. Hippol. Riminald. conf. 103. numero 7. lib. 1. vbi pariter quòd pro conseruanda pace receditur à communibus regulis legum, Canonum, & iuris diuini. Petrin. Bel. in tract. de re militar. par. 10. tit. 1. num. 5. & seqq. Viu. opin. 564. num. 3. & seq. Brunor. à Sole in quæstion. legal. quæst. 19. num. 57. & sequenti.

397 SECVNDA sit conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd tàm pax, quàm cautio de non offendendo fauorabilis reputatur à principio, hoc est, antequam fiat, & præstetur, secus autem post illius celebrationem, & præstationem, quando est sequuta offensa, & etiam dubitatur an sit fracta, nec ne, quia tunc reputatur odiosa. Hercula. in tracta. de caut. de non offenden. cap. 1. numero 31. & seq. vbi in specie dixit odiosum esse vnum pro altero obligari etiam patrem, pro filio, ex Dec. & Alex. ibi per eum alleg. & numero 33. & seqq. vbi dixit, quòd quamuis materia præstandæ cautionis de non offendendo dici possit fauorabilis respectu finis, quia scilicet per eam occurritur maleficijs, hoc tamen intelligitur, vt procedat, quando agitur de dando hanc cautionem, secus quando iam est data, & agitur de infligendo pœnam, quia tunc reputatur odiosa, & non extendenda, præsertim de persona ad personam, cum pœna suos tenere debeat authores, l. sancimus. C. de pœnis, cum alijs per eum allegatis, quod, & idem in substantia dixisse, videtur, in cap. 20. & seq. & cap. 33. num. 1. & seqq. Vbi amplius, quòd ante offensam sequutam etiam quòd præstita sit cautio, in dubio debet fieri declaratio ad fauorem cautionis, & etiam quòd sit dubium, an aliqua persona sub ea cōprehendatur, quia vt præcidatur via ad delinquendum, in dubio declarandum est tales personas comprahēdi, secus si iam offensa fuisset sequuta, vt ibi per

per eum, & credo non malè dicat, & pro hac eadem diſtinctione, vide benè loquentem Vulpell. in tracta. de pace quæſt. 56. num. 3. & ſeqq. & conſ. 2. num. 30. & ſeqq. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 12. Honded. conſil. 103. num. 7. & 41. lib. 1. Andr. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 9.

398 TERTIA concluſio, quæ ex præcedenti concluſione infertur, eſt, quòd in dubio nec pacem eſſe fractam, nec cautioni de non offendendo contrauentum iudicandum eſt. Alex. conſ. 19. num. 2. in fine, lib. 1. Corn. conſ. 167. numero 8. verſ. Item quoniam agitur de pœna. lib. 3. & conſ. 40 num. 5. lib. 2. Hercula. in tract. de caut. de non offend. cap. 33. num. 1. & ſeqq. vbi pluribus regulis hanc firmat concluſionem. Thob. Non. conſ. 111. numero 25. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. numero 11. in fine, & concluſ. 1157. num. 3. Iacob. Port. Imolen. conſil. 213. num. 6. Hippol. Riminal. conſilio 299. numero 18. Honded. conſil. 103. num. 23. & conſilio 89. num. 53. & ſeq. lib. 2. Vulpell. conſ. 2. num. 33.

399 QVARTA ſit concluſio, quòd verba pacis, & cautionis de non offendendo, quando agitur de incurſu pœnæ, & illius fractione, ac contrauentione interpretanda ſunt propriè, & ſtrictè, & contra fundantē ſe in illis, & ſic non latam, ſed ſtrictam recipiunt interpretationem ad excluſionem contrauentionis, & pœnæ, argumento tex. in l. veteribus. ff. de pac. & in l. ſi præſes, & in l. interpretatione. ff. de pœn. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verbor. obligat. in cap. inter dilectos, de fid. inſtrum. & in cap. ex litteris, de probat. cum ſimilibus, per quæ iura ſic in ſpecie noſtra ſcriptum reliquerunt Bald. conſilio 145. Laudare vos, num. 7. in fine, & ſeq. lib. 2. vbi propterea quòd omiſſum habetur pro omiſſo. Corn. conſil. 167. nu. 7. in fine, verſic. & quoniam verba pactorum, lib. 3. & conſil. 40. num. 4. lib. 2. & conſ. 218. nu. 10. lib. 2. & conſ. 248. num. 3. lib. 4. Dec. conſ. 406. numero 7. Siluan. conſ. 74. numero 14. poſt Bal. & Socin. in locis per eum relatis, Ioan. Anton. Conca. inter conſ. crimin. diuerſ. conſ. 148. numero 12. & inter eadem conſ. Ioan. Bapt. Venturin. conſ. 149. numero 13. libro 1. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 33. num. 3. verſic. ſecunda regula ſit. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. titu. 2. numero 2. vbi pariter, quòd in pace omiſſum habetur pro omiſſo, ſicut in tranſactione, & alijs contractibus, qui ſunt ſtricti iuris. Nicol. Moron. in tracta. de fid. treg. & pace, quæſt. 129. numero 1. & ſeqq. vbi etiam, quòd in contractu pacis ad effectum incurrendi pœnam conuentionalem perſona non nominata extrinſecus non intelligitur, & hanc concluſionem, & Iuribus, & Doctorum authoritatibus exornat, ſecundum vltimam impreſſionem, & quæſt. 42. num. 1. & ſeq. ſecundum primam impreſſionem. Vbi quòd in ſtipulationibus de non offendendo non ſit extenſio de perſona ad perſonam, aut de tempore ad tempus. Bertazz. conſil. 245. numero 8. libro 1. & conſ. 282. numero 4. lib. 2. Iacob. Port. Imolen. conſ. 213. num. 2. & ſeqq.
400 Vbi pluribus hanc concluſionem exornat; quamuis num. 10. & ſeqq. plura alia in contrarium adducat. Gabr. conſil. 182. ſub numero 5. & 6. libro 1. Vbi quòd in iſtis ſtipulationibus nunquam ſubintelligitur perſona non expreſſa. Honded. conſil. 103. numero 38. & ſeqq. libro 1. Gherard. Mazzon. conſil. 20. numero 13. & ſeqq. vbi exornat, & ampliat, tàm de iure ciuili, quàm etiam de iure canonico. Vulpell. in tracta. de pace, quæſt. 56. numero 2. & conſ. 2. numero 1. & ſeqq. Hippol. Rimin. conſ. 101. num. 3. & ſeq.
401 libro 1. ibidem num. 11. Vbi declarat, quòd licèt hæc materia ſit odioſa, & ſtrictè interpretanda, non tamen ſequitur illa interpretatio, quàm patitur ius, & proprietas verborum, ex Calder. Ange. Dec. & Aymo. in locis per eum relatis, & conſil. 299. num. 15. 20. & 25. Vbi amplius, quòd promiſſio facta pro vno non cenſetur facta pro alio, & conſ. 300. numero 7. & ſeqq. & 54. libro. 3. & conſ. 470. num. 11. & ſeqq. lib. 4. Cæpha. conſ. 587. num. 12. & ſeqq. lib. 4. vbi de extenſione facienda de vna perſona ad aliam Honded. conſ. 97. num. 19. & ſeqq lib. 1. vbi inter alios quos refert, allegat Bertazz. in conſ. 98. num. 13. & in conſ. 30. num 13. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 11. & concluſ. 1157. num. 89. & ſeqq. Burſat. conſilio 141. numero 48. & 50.

402 QVINTA ſit concluſio, quòd argumentum de pace ad cautionem de non offendendo, quando agitur de illius fractione, & contrauentione valet negatiuè, affirmatiuè non, quia facilius rūpitur pax, quàm cautio. Ideo ſi in aliquo caſu detur pacem non eſſe ruptam, ſequitur quòd multo minus erit rupta cautio, ſed rupta pace, non ſequitur in eodem caſu eſſe ruptam cautionem, ſic è contra, data fractura cautionis, dabitur etiam, & multo magis in eodem caſu fractura pacis: ſed non ſequitur, cautio non eſt rupta, ergo non eſt rupta pax, ſic enim communiter videtur de mente omnium Doctorum, qui hanc tractant materiam, & in ſpecie aduertit Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 26. num. 14.

ARGVMENTVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo an rupta dicatur per offenſionem illatam ex noua cauſa.

SVMMARIVM.

Pax, ſeu cautio de non offendendo non cenſetur rupta ex offenſione ſequuta ex noua cauſa, nu. 403.

Pacem, ſeu cautionem de non offendendo rumpenti impunè eadem pax ſeu cautio, rumpi poteſt, num. 404. Amplia etiam, quòd prima offenſio, & noua cauſa proueniat non ab ipſo offenſo, ſed ab aliquo alio comprehenſo in pace, ſeu cautione, num. 405.

Tregua, nec etiam dicitur rupta propter offenſionem ſequutam ex noua cauſa, num. 406. & ſeq. vbi præſertim, quando ipſa tregua durat, tantummodo durante gubernio officialis, contra, num. 408. Reſolue, vt num. 409.

Cautio de non offendendo non cenſetur rupta propter offenſionem ſequutam ex aliqua antiqua cauſa, num. 410. Vbi declaratur hæc concluſio.

Pacem rumpenti impunè rumpi poteſt pax, etiam quòd in inſtrumento pacis fuerit appoſitum iuramentum, nu. 411.

Iuramentum ſemper habet in ſe tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniente, nu. 411.

Pax ſemel rupta amplius rumpi non poteſt, quando in ea eſt appoſita clauſula, rato manente pacto, *numero 412. Declara hoc procedere in fauorem obſeruantis, non in fauorem contrauenientis, numero 413. & ſeq. vbi idem, ſi adeſt in pace, clauſula* quandocumque *declara, vt numero 415. Licèt alij contra, num. 416.*

Pacem rumpenti & pax etiam rumpi poteſt, quamuis in inſtrumento pacis adſit clauſula, quòd pœna toties committatur, quoties rumpitur pax, num. 417. & ſeq. vbi quòd talis clauſula operatur in fauorem obſeruantis, non in fauorem contrauenientis, quamuis quoad pœnam fiſco applicandam, aliqui contrarium dixerint, num. 419.

Pacem, ſeu cautionem rumpenti non poteſt impunè rumpi pax, ſeu cautio, quando primus offendens, ſoluit pœnam, num. 420. Contra, nu. 421. Diſtingue, vt num. 422. & ſeqq. vbi nu. 425. datur reſolutio quæſtionis, & 426. vbi quòd ſi pœna non fuit ſoluta, tunc indubitanter ſecundus offenſor non tenetur, etiam quòd inſtrumento adſit clauſula, quod contractus remaneat firmus pœna ſoluta, vel non.

Pax, ſeu cautio de non offendendo licèt non cenſeatur rupta per offenſionem ſequutam ex noua cauſa, hoc tamen intelligitur quoad pœnam conuentionalem, non autem quoad pœnam iuris ordinariam, ſeu extraordinariam, nu. 427.

Pax, ſeu cautio de non offendendo cenſetur rupta etiam ex offenſione ſequuta ex noua cauſa, quoad pœnam fiſco applicandam, num. 428. Contra, nu. 429. & quid ſi pœna eſt partim applicata parti, & partim fiſco, num. 430.

Pax, seu cautio de non offendendo, licèt non censeatur rupta propter offensionem illatam ex noua causa, nō tamen potest secundus offensor, à primo offendente pœnam exigere, quia pœnæ prædictæ mutua compensatione tolluntur, num. 431.

QVÆST. CVII. PAR. III.
ARTIC. XXXII.

403 REGVLA sit negatiua in hoc proposito xxxij. articulo (& nunc ingredior tertiam partem quæstionis) quòd scilicet pax, seu cautio de non offendendo, non censetur rupta per offensionem, sequutam non ex veteri causa, pp quam fuit facta pax, vel præstita cautio, sed ex noua & hæc conclusio non solùm communiter recepta est, sed vix certè habet contradictorem, solus enim Rom. qui ni fallor, illi contradicere videtur in l. licitatio. §. quòd illicitè, sub num. 7. ff. de publican. & vectigal. communiter reprobatur, teste Thob. Non. in cons. 111. nu. 10. & 26. & adhuc si eius dicta perpendantur, & illam admittit, quando cā noua est iusta (de quo particulariter dicam infra.) Idcirco ab ea, tanquā cōi in consulendo, & iudicando recedendū non esse colligitur ex traditis originaliter per Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. Socin. in l. mulieri, & Titio, num. 10. ff. de cognit. & demonstrat. notant communiter omnes in l. qui seruum mihi, per illum Text. ff. de verb. obligat. Bald. in c. 1. in princ. num. 2. de pace tenenda. Vbi quòd ita tenent cōmuniter Doctores, Alex. cons. 19. num. 1. & seqq. lib. 1. & cons. 115. num. 4. lib. 4. Marsil. cons. 76. num. 30. & seq. & cons. 119. num. 1. & 2. & in l. 1. §. fin. num. 25. ff. de quæstion. & in rubr. ff. de fideiussoribus, nu. 152. & sing. 503. incip. ex pace, &c. & cons. 119. num. 1. & seqq. Grat. cons. 114. nu. 9. & cons. 73. num. 28. & 29. lib. 2. Socin. iun. cons. 103. nu. 7. lib. 3. vbi dixit doctrinam Bartoli in d. l. aut facta. §. causa, ab omnibus esse approbatam. Corn. cons. 51. num. 2. & seqq. lib. 1. & Roman. cons. 183. num. 1. & seqq. vbi pluribus exornat hanc conclusionem, & ibi Mandos. in addit. littera A. vbi plures alios refert concordantes, & in cons. 258. num. 1. & seq. Riminal. sen. cons. 22. num. ... in fine, & seqq. lib. 1. Paris. cons. 164. num. 14. lib. 4. Colleg. Aduocator. Marchiæ cons. crim. diuers. 150. num. 44. & seqq. lib. 1. vbi, num. 46. in fine, ex Socin. in loco per eum relato, dixit hanc sententiam ab omnibus recipi, & neminem esse, qui ab ea recedat, Thob. Non. cons. 108. num. 17. Duen. reg. 16. in 2. limitat. Bero. cons. 198. nu. 1. lib. 3. vbi de communi. Nouell. in pract. crimin. cap. fin. num. 4. & 29. Decis. Bononien. 65. num. 2. vbi alij plures referuntur concordantes, & num. 15. vbi quòd ita omnes tenent. Iacob. Port. Imolen. cons. 71. num. 1. & seqq. omnibus per totum. Vbi pluribus exornat hanc conclusionem, quam post num. 25. dicit ab omnibus receptam, nemine prorsus reclamante, tum dicendo, tum etiam consulendo, induxitque propterea contra quendam Siculum Iudicem, qui contrarium iudicare voluit, Barthol. Tæg. in pract. crimin. cap. 13. num. 6. in fine. Clar. in pract. §. fina. quæst. 47. num. 9. vers. quæro nunc, vbi alijs relatis testatur de communi, Petr. Bel. de re militar. par. 10. titu. 2. num. 27. & 30. Cœph. cons. 55. num. 6. Eman. Soarez. in commun. opin. littera P. num. 62. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. num. 1. & seqq. vbi latè, testaturque de magis communi ab omnibus approbata, & obseruata opinione, Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace, par. 2. quæst. 9. num. 1. & seq. secundum primam impressionem, & ibidem quæst. 14. per totam, & quæst. 112. num. 4. & seqq. Vulpell. de pace quæst. 45. vbi num. 4. dixit hanc sententiam communi voto ab omnibus approbari, & cons. 67. num. 6. vbi de receptissima Doctorum sententia, & cons. 2. num. 37. & seqq. & & cons. 7. num. 13. & cons. 53. num. 1. & seqq. vbi etiam de receptissima Doctorum sententia, & cons. 77. num. 1. & seqq. Viu. opin. 566. num. 1. Hier. de Monte quæst. 7. num. 4. vbi de communi. Thob. Non. cons. 96. num. 15. vbi testatur de communi, & recepta opinione, & cons. 110. num. 8. & cons. 111. nu. 1. vbi de veriori, & magis recepta opinione, Mascard. de probatio. lib. 3. conclus. 1131. num. 27. vbi alijs relatis testatur de magis communi, & de consuetudine seruata opinione, & conclus. 1157. num. 6. & seqq. Vbi alijs pluribus testatur de magis communi, & receptissima Doctorum opinione, Bertazz. cons. 4. num.... & consil. 147. post num. 20. & 22. & consil. 151. num. 10. & 11. vbi quòd ita tenent omnes, & cons. 185. num. 20. & consil. 245. sub num. 10. Decian. cons. 4. num. 22. lib. 3. Eugen. consil. 82. num. 10. & seqq. Honded. consil. 97. num. 24. & seqq. lib. 1. & consil. 111. num. 31. eodem lib. 1. & consil. 89. num. 24. & seqq. lib. 2. Hippol. Riminal. cons. 299. num. 32. & seqq. libro 3. & consil. 300. num. 34. Cæpha. cons. 587. num. 19. lib. 4. Brunor. à Sole in quæstion. legalibus, quæst. 41. num. 18. & seq. vbi quòd in hoc omnes consentiunt. Andr. Gayl. de pace publ. lib. 1. cap. 3. num. 16. Anton. Galeat. Maluas. consil. 33. num. 23. in fine, & seqq. Simon de Præt. consil. 187. num. 12. & seqq. & consilio 188. num. 20. & seqq.

404 AMPLIA I. (& quidem illatiuè ex regula) vt rumpenti pacem seu cautionem de non offendendo impunè eadem pax rumpi potest, & ideo si vnus paciscens alterum vulnerauerit, vulneratus occidendo vulnerantem, seu aliàs offendentem, & pacem rumpentem, non tenetur pœna pacis seu cautionis ruptæ, siue incontinenti, siue ex interuallo id fiat, sic enim notant communiter omnes Doctores in l. qui seruum mihi. ff. de verbor. oblig. & ibi præsertim Paul. de Castr. num. 4. versic. & adde quòd aliter, & Ias. num. 2. ante fin. in versic. Item ad prædictam decisionem, Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de tregu. & pace, in prima additione in fine, versic. ad materiam facit. Alex. consilio 115. numero 7. libro 4. vbi de magis communi Doctorum opin. Corn. consilio. 51. numero 4. libro 1. & consilio 40. numero 8. libro 2. & consil. 218. numero 1. in fin. & seqq. eod. libro 2. & consil. 248. numero 1. libro 4. Marsil. sing. 337. sequutis homicidijs in principio. Roman. consil. 183. num. 1. versic. hoc primo manifestè probatur, & in consil. 258. numero 1. Riminald. sen. consil. 22. num. 6. ad finem, versic. secundo prædicta comprobantur, & numero 7. libro 1. vbi testatur de magis communi Doctorum opinione. Paris. consilio. 164. num. 21. in fine, versiculo, & quòd per istos, libro 4. & numero 22. & seqq. vbi dixit hanc conclusionem esse communem, & ab omnibus teneri, & consilio 165. numero 22. & seqq. eodem libro 4. & numero 26. vbi pariter de communi, & numero 30. Matthe. Philician. consilio crimin. diuersor. 38. num. 10. libro 2. in paruis. Iacob. Port. Imolen. consilio 71. numero 18. & seqq. vbi post numerum 25. dixit hanc conclusionem, quam pluribus similibus exornat ab omnibus, tàm docendo, quàm consulendo nemine penitus reclamante receptam fuisse, Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 47. num. 7. versic. sed quoniam plerumque. Vbi etiam alijs relatis, dixit ita communiter concludi, & in hoc omnes concordare, Anton. Galeat. Maluas. consilio 25. numero 7. & consilio 33. num. 27. Simon. de Præt. consilio 187. numero 10. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 13. numero 11. ad med. versic. ex quibus etiam ex interuallo, &c. & cap. 18. numero 1. vbi de communi, & cap 45. numero 4. versic. quæro dixi, Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, par. secunda, quæst. 15. numero 1. & seqq. secundum primam impressionem, & ibidem quæst. 39. numero 1. & seqq. & quæst. 132. numero 1. & seqq. secundum vltimam impressionem, & ibi quæst. 119. numero 92. & sequentibus, & quæst. 126. numero 1. & sequentibus. Vulpell. consilio 89. numero 1. vbi quòd ita cum hac conclusione communi calculo transeunt Doctores, & consil. 8. numero 1. & seq. vbi quòd ita omnium consensu admissum videtur, & in tract. de pace, quæst. 103. numero 1. vbi pariter, quòd ita omnium consensu receptum est. Hier. de Monte, quæst. 7. numero 19. Thob. Non. consilio 110. numero 3. & seq. Mascard. de probat. libro 3. conclus. 1131. num. 28. & seq. vbi quòd ita communiter tenent Doctores conclus. 1157. numero 27. Bertazz. consilio 151. numero 1. & cons. 245. numero 10.

AM-

405 AMPLIA II. vt rumpenti pacem, seu cautionem possit impunè rumpi eadem pax, seu cautio, etiam, quòd offensio proueniat, non ab ipso prius offenso, sed ab aliquo alio compræhenso in pace, vel cautione. Thob. Non. consil. 110. num. 3. & seq. Honded. cons. 89. num. 18. & seqq. & num. 60. in fine, & seq. lib. 2. pluribus contendens, quòd pax facta inter duas partes dicitur rupta per offensionem factam ab vno alicuius partis, & quòd propterea non dicitur iterum rumpi, si alter ex alia parte offendat vnum ex compræhensis in pace, quamuis is non fuerit ille, qui primo loco offensus fuit, & quamuis etiam is, quem offendit, non fuerit primus offendens, cuius tamen contrarium consuluit Vulpell. consilio 8. in fine, sed loquitur quando in instrumento pacis, seu cautionis adest clausula. *rato manente pacto*, & clausula. *toties quoties*, respectu pœnæ fisco applicatæ, de quibus dixi infra suo loco.

406 AMPLIA III. in tregua, quam non dici ruptam, si offensio sequatur ex noua superueniente causa, & quòd rumpenti treguam impunè possit eadem tregua rumpi, cōtra Vincen. quem mox pro contraria opinione allegabo; scripserunt Imol. in d. l. qui seruum, num. 2. ff. de verbor. obligat. dicens opinionem Vincentij procedere potius de consuetudine, quam de iure communi. Aret. ibidem post num. 1. vers. in tregua autem, vbi respondet contrarijs. Clar. in pract. §. fin. quæst. 47. num. 8. vers. sed hic incidenter quæro, vbi relatis, & reprobatis, contrarijs testatur de veriori, & obseruata opinione, quam etiam, & Doctorum auctoritatibus, & rationibus, adhibitisque responsionibus ad contraria latè comprobat idem Nicol. Moron. de fid. treg. & pace quæst. 12. num. 1. & seqq. omnibus secundum primam impressionem, vbi num. 2. dixit hanc sententiam reputandam esse crebriorem, licet num. 3. & seqq. affirmare videatur in hoc opinionum conflictu bonum esse habere Iudicem fauorabilem, quia est casus pro amico, & quòd Iudex optimè faciet Principem consulere, sed nu. 7. dixit expressè, quòd opinio Vincentij non habet pro se legem, & propterea securè potest contra illam iudicari, & num. 35. subdit, quòd licet opinio Vincentij suo tempore fuit recepta in Hispania, nihil tamen ad nos, nec ad nostras partes extendenda est, & quæst. 118. 119. 120. & 121. secundum vltimam impressionem, quibus in locis idem repetitur. Ruin. reg. 16. in quarta ampliatione. Beninten. d. decis. 65. num. 4. & seqq. vbi pluribus hanc probat, & defendit opinionem, & respondet contrarijs, dicitque ex Claud. in l. cum proponatur ff. de pact. ita vbique seruari, & practicari præterquam in Hispania. Eman. Soarez. in commun. opin. littera P. num. 63. Hercul. de caut. de non offend. cap. 13. num. 1. & seqq. vbi latè respondet contrarijs, refert concordantes, testaturque, de magis communi, & seruata opinione. Viu. opin. 566. num. 2. vbi de veriori, & magis communi opinione. Hier. de Monte d. quæst. 7. num. 5. iuncto num. 16. & seqq. vbi hanc opinionem tanquam æquiorem amplectitur, quando noua causa iuxta, & oriens ex verbis iniuriosis, vel ex facto aduersarij prouocatorio plenè probaretur (quamuis, vt supra eum retuli, contrariam opinionem dixerit magis communem) Thob. Non. cons. 96. nu. 15. vbi quòd opinio contra Vincentium est communis, & recepta. Hier. Magon. decis. Lucen. 100. num. 4. & seqq. vbi de veriori, & magis recepta opinione. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 74. & seqq. vbi etiam de crebriori, & magis communi Doctorū opinione. Eugen. cons. 82. num. 11. & seq. vbi de veriori, & magis communi opinione. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 49. vbi quòd hanc opinionem, tanquam verissimam semper seruauit, & seruari vidit. Honded. cons. 97. num. 3. & seq. lib. 1. vbi quòd opinio Vincentij non est vera. Hippol. Rimin. consil. 299. post num. 30. lib. 3. & cons. 300. num. 35. & seq.

407 Et hæc quidem opinio contra Vincentium potissimum procedit in cautionibus, quæ secūdum antiquum morem dabantur pro tempore tantum durantis gubernij ipsius officialis, licet enim huiusmodi cautiones videantur potius treguæ nomen accipere, quàm pacis, & quia non in perpetuum durent, iccirco etiam ex superueniente noua causa minimè rumpi, nec pœnæ conuentionalis exactioni locum esse, in specie dixerunt Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace, par. 2. q. 12. nu. 32. secundum primam impressionem, & q. 121. num. 140. & seqq. secundum vltimam impressionem, quòd & idem voluit. Hier. de Monte q. 7. num. 18. & q. 27. num. 4. vers. & quamuis.

408 Contrarium quòd immo rumpatur tregua quamuis offensio sequatur ex noua causa, & propterea rumpenti treguam adhuc seruanda est fides data, nec secundo rumpens excusatur, secundum Io. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de tregu. & pace, in prima addit. in princ. ex Vinc. Hispan. quem allegat, ita testanto apud eum de consuetudine seruari in Hispania, & hanc opinionem sequuti sunt Archid. in c. illi 24. q. 3. Ang. in l. qui seruum mihi, num. 1. ff. de verbor. oblig. & ibi etiam Paul. de Castr. num. 4. Cuman. nu. 2. in fine, Ias. num. 3. & Corn. cons. 218. num. 7. lib. 2. vbi dixit hanc opinionem in practica seruari ex Imol. in d. l. qui seruum (prout mox infra eum referam) Minsinger. obser. 7. centur. 4. vbi alijs relatis dixit secundum hanc opinionem, quam saniorem, & æquiorem existimauit, fuisse in Camera Imperiali iudicatum. Viu. opin. 567. num. 1. vers. in contrariam vero partem, vbi dixit reprobatis contrarijs, per eum relatis ab hac sententia tanquam æquiori, & saniori non esse recedendum in consulendo, & iudicando, (quamuis, vt mox eum referam) in quæst. 166. post num. 2. contrariam sententiam tanquam veriorem, & magis communem amplecti videatur; & hanc eandem opinionem cum Vincentio sequuti sunt plures Relati per Beninten. decis. Bononien. 65. num. 3. & per Clar. in pract. §. fin. quæst. 47. num. 8. vers. sed hic incidenter quæro. qui etiam testatur de communi, & per Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. quæst. 11. & seqq. per totam secundum primam impressionem, vbi & authoritates adducit, & etiam rationes, & q. 12. num. 26. vers. At si quis vellet, & num. 27. & seqq. & quæst. 117. num. 1. & omnibus seqq. secundum vltimam impressionem, & ibidem, q. 120. num. 119. & seqq. Hier. de Monte q. 7. per totam, vbi num. 6 in fine, quòd ab ea in iudicando, & consulendo recedendum non est & num. 8. & seqq. vbi respondet contrarijs, & q. 27. num. 1. & seqq. vsque ad nu. 7. vbi idem repetit, & idem testatur.

409 In hac contrarietate Vulpell. in tract. de pace, q. 72. distinguendo dixit, nouam causam etiam in tregua excusare; quando illa prouenit ex aliqua offensione, ex qua ipsa tregua primo loco fracta fuit, tunc enim nihil videtur impedire, quin etiam possit, qui primo treguam rupit, offendi; secus autem si noua causa proueniat ex aliquo actu iusto, & ad iram prouocante, non autem treguam rumpente, quæ quidem distinctio apud me insipida videtur, cum inter vnum, & alium casum non afferat Vulpel congruam diuersitatis rationem, prout bene aduertunt Doctores allegati, pro prima opinione contra Vincentium à qua in iudicando nunquam recederem.

410 AMPLIA IV. vt cautio de non offendendo non censeatur rupta non solum ex offensione sequuta ex noua causa, sed ēt ex offensione illata non ex ea causa, ob quam fuit præstita cautio, sed ob aliam antiquiorem secundum Bal. in l. si prædium, num. 17. ad finem, vers. facit ad quęstionem de edilit. action. vbi dixit, quòd pœna apposita in pace, pro se, & adhærentibus de non offendendo aliquem nō extenditur ad adhærentes extra casum inimicitię, propter quam fit pax, sed ex alia sua causa particulari, & Bal. sic dicentem sequitur Felyn. in c. Petrus num. 10. in fine, vers. similiter adduci potest, extr. de homicid. & Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 37. vers. & propterea dixit Bald. &c. & magis expresè Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 8. num. 3. & c. 28. num. 7. facit quòd voluit Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, q. 171. num. 4. secundum vltimam impressionem, vbi dixit promissionem, de non offendendo semper intelligi respectu primæ causæ. Addo pro hac eadem ampliatione Cæphal. cons. 587. num. 18. & 32. lib. 4. Simon de Præt. cons. 187. num. 18 & 23. vbi de communi.

Declaranda tamen videtur præcedens ampliatio, vt procedat, quando cautio expressè est data propter vnam causam, tunc enim verum est, quòd non rumpitur, si ex aliqua antiquiori causa sequatur offensio; secus autem si cautio simpliciter præstetur de non offendendo, hæc enim generalis, seu indefinita oratio ad omnes causas trahetur, secundum Hercul. de caut. de non offend. d.c.8.num.3. vers. nisi indistinctè, & c.18.num.9.& seqq. vbi amplius, quòd in dubio cautio generaliter data censetur pro quacunque causa præterita, & indistinctè prouenit, vide tamen quæ contra hanc declarationem adnotauit Mascard. de probat. lib.3. conclus. 1131. num. 11. & seqq. & quæ dixi in meo consilio 62. lib. 1.

411 AMPLIA V. vt rumpenti pacem impunè & ipsi pax rumpi possit, etiam quòd in instrumento fuerit appositum iuramentum, cum & in eo semper tacitè inesse censeatur clausula, *rebus sic stantibus, & aliquo de nouo non superueniente* cap. quemadmodum, de iure iuran. cap. cum inter, de renunciat. & in ijs terminis scripserunt Paris. cons. 165. num.28. lib.4. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, par.2. quæst.16. nu.3. versic. & iuramentum, secundum primam impressionem, & quæst.112. post num.1. & 2. secundum vltimam impressionem, & ibidem quæst.120. num.108. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 32. & conclus. 1157. num.30. & seq. Honded. consil. 97. num. 25. vide supra, num.95.

412 AMPLIA VI. etiam quòd in contractu pacis, seu cautionis de non offendendo esset apposita clausula, *rato manente pacto*; licet enim per hanc clausulam videatur inferri, quòd quamuis pax semel rumpatur; adhuc tamen firma remanet, & iterum rumpi non potest sine incursu pœnæ, secundum Io. Andr. in reg. frustra, de reg. iur. in 6. quẽ in proposito refert Corn. in cons. 51. col.1. in fine, nu.1. post med. vers. & hoc maxime, lib.1.

413 Hoc tamen procedit in fauorem obseruantis, non autem in fauorem contrauenientis, & sic operatur talis clausula, vt primus contrauenens, quoties pacem, seu cautionem rumpit, toties pœnam soluet, non autem vt eam soluere teneatur secundus offendens, secundum Paul. de Castr. in d. l. qui seruum mihi, post num.41. ff. de verbor. obligat. & ibi etiam Aret. post num. 1. & Ias. num.2. ante finem Alex. cons. 115. num.7. in fine, versic. & hoc verum, & num.8. & seq. lib.4. Corn. in cons. 51. sub num.5. colum. 3. in princ. versic. Nec obstat si est adiecta clausula, *rato manente pacto*, lib.1. & cons. 218. post num.2. lib.2. & consilio 248. num. 11. libro 4. vbi de communi. Marsil. sing. 337. post princ. Paris. consil.165. num.25. libro 4 Petrin. Bel. de re militat. par.10. titu.2. num.45. 51. & seq. vbi de communi. Hercul. de caut. de non offend. cap.18. num. 5. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace, par. 3. quæst. 16. num. 1. & seqq. secundum primam impressionem, & quæst. 127. num. 1. secundum vltimam impressionem, & ibidem, num.10. & seqq. & 14. vbi idem, si adest clausula, *quandocunque*,

414 quæ habet vim clausulæ, *rato manente pacto*. Vulpell. in tract. de pace, quæst.103. Anton. Galeat. Maluas. consil.33. num.28. Mascard. de probat. lib.3. conclus. 1131. num.35. & conclus. 1157. num.36. & seq Bertazz. consil. 151. num. 10. & consil.248. num.4 Baiard. in addit. ad Clar. quæst.47. num.56. versic. Adde quòd procedit. Hippol. Riminal. con

415 sil.704. num.67. & seqq. lib. 5. Honded. consil. 89. num.67. & seqq. libro secundo, vbi loquitur, & declarat præmissa procedere, quando per primam offensionem est resoluta pax, & sic quando prima offensio est talis, vt pacem resoluat, tunc enim secundus offendens non tenetur ad pœnam, quamuis in instrumento ad sit dicta clausula, *rato manente pacto*, quasi secus sentiens, quando prima offensio, non erat talis, vt per eam fuisset pax rupta.

416 Quamuis & etiam respectu secundi offendentis hanc eandem clausulam operari quoad pœnam fisco applicandã contendat Vulpell. in cons.8. & 9. per totum in discursu, & dixi latius infra, num. 428. vbi vide, & vide etiam supra num 95.

417 AMPLIA VII. idem si in instrumento pacis, seu cautionis de non offendendo ad clausulam, *quòd pœna toties committatur quoties fuerit contrauentum*. Nec enim clausula, licet operetur in fauorem obseruantis secundum Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubr. de tregu. & pace, in prima addit. in fine, versic. nisi dictum fuisset. Corn. consil. 51. colum. 1. num. 1. vers. tamen videtur, & iterum infra versic. & maxime propter clausulam, quòd *pœna toties &c.* lib.1. ex Bal. & Imol. quem allegat in l. semel mora. ff. solut. matrim. & ex Salycet. in l. cum proponas. C. de pactis, & per eundem Corn. in cons 167. num.3. lib.3. Riminal. Sen. consil.22. post numerum 2. libro primo, & dixi supra, num.45.

418 Non tamen dicta inquam clausula operatur in fauorem contrauenientis, & primi offendentis secundum Aret. in d. l. qui seruum, post numerum primum ff. de verbor. obligat. & ibi etiam Ias. num. 2. in fine, Alex. consil. 115. num.7. in fine, versic. & hoc verum, & num.8. & 9. & ibi in addit. littera C. lib. 4. Corn. consilio 51. numero 5. ante finem versic. & hoc verum, & num 8. & 9. & eadem ratio militat lib. 1. idem Riminal. Sen. d. cons. 22. num. 12. eod. lib. 1. Paris. consil. 165. numero 25. lib. 4. Clar. in pract. § fina. quæst. 47. num. 7. versic. sed quoniam plerunque, in fine, vbi de communi. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 151. & seq. vbi de communi. Herculan. de caut. de non offend. cap. 18. num. 6. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, quæst. 128. num. 2. secundum vltimam impressionem, Vulpell. in tracta. de pace, quæst. 103. num. 3. Thob. Non. consil. 110. num. 5. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 36. & conclus. 1157 num. 39 Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 56. vers. Adde quòd hoc procedit. Hippol. Riminal. cons. 704. num. 67. & seqq. lib. 5. Honded. consil. 111. num. 32.

419 Quamuis quòd talis clausula operetur etiam ad fauorem primi offendentis contra secundum offendentem ex interuallo, quoad pœnam fisco applicandam consuluerit Vulpell. consilio 8. & 9. per totum in discursu; de qua re dixi infra, numero 428. & ad ibi tradita me remitto.

420 AMPLIA VIII. seu potius limitando præmissa aduerte, quòd quando primus offendens, & pacem frangens soluit pœnam fractæ pacis, tunc contractus videtur remanere firmus, & propterea secundus contrauenens non excusatur à pœna fractæ pacis secundum Bald. & Imol. in l. semel mora. ff. solut. matrim. & eundem Bal. Cuman. & Paul. de Castr. in l. cum proponas, C. de pactis, & ante eos Cyn. in l. petens. C. eodem, prout hos refert, sed non sequitur Corn. in consilio 51. post num. 5. colum. mihi 3. in principio versic. nec obstat, quòd dicit Imol. libro primo, & hanc opinionem forte veriorem, & equiorem reputauit Petrin. Bel. de remilitar. par. 10. tit. 2. num. 52. versic. Baldus tamen, & hanc opinionem dixit communem Hercul. in tract. caut. de non offend. cap. 36. numero tertio, (licet contrarium videatur asserere veriorem) Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace par. 2. quæst. 40. num. 1. & seqq. secundum primam impressionem.

421 Contrarium, & verius, quòd immo solutio pœnæ factę per primum offendentem non faciat incurrere in pœnam fractæ pacis secundum offendentem magis placere Salyc. in d. l. cum proponas. C. de pact. dixit Corn. in d. consil. 51. post num. 5. colum. 3. in princ. vers. tamen non multum placet, lib. 1. & consil. 167. num. 4. iuncto num. 11. in fine, vers. Præterea illa ratio, lib. 3. vbi latius reassumit hãc sententiam, & respondet Bal. contrarium tenenti Hercul. de caut. de non offend. cap. 18. num. 3. & 4. & cap. 36. num. 3. vbi hanc opinionem veriorem esse testari videtur (Quamuis, vt supra eum retuli, contrariam dixerit communiorem) & cap. 45. num. 5. & 6. vbi relatis contrarium tenentibus, in hac opinione residere videtur. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, q. 127. num. 16. & seq. secundum vltimam impressionem.

422 In hac contrarietate vna fuit distinctio Doctorum, quòd scilicet prima opinio procedit, quando pœna exigitur loco interesse, secunda autem qñ pœna exigitur propter contrauentionem secundum Bal. in l. qui fidem, in secunda

cunda lectura, cum ibi notatis per scribentes omnes ff. de transact. refert, & sequitur Petrin. Beld. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 52. post med. vers. vel dic. Nec dissentit Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, quæst. 127. num. 17. in fine, secundum vltimam impressionem, verum ex hac distinctione videtur comprobari omnino secunda opinio, quia pœnæ in pacib. seu cautionibus de non offendendo apponuntur potius propter contemptum, & contrauentionem quam propter interesse.

423 Alia est distinctio, quòd eadem prima opinio procedat, quando in contractu pacis, seu cautionis adest clausula, quòd *pœna toties committatur quoties fuerit contrauentum*, & sic quando duo concurrunt, solutio scilicet pœnæ, & clausula prædicta, tunc Baldi opinionem in d. l. semel mora, veram esse dixit Salyc. in d. l. cum proponas. C. depactis, prout illum refert Corn. in d. consil. 51. post num. 5. column. quinta, in princip. versic. & Salycetus, libro primo.

424 Sed quòd immo, etiam quòd in contractu pacis adsit clausula, *toties, quoties*, aut etiam clausula, *rato manente pacto*, non per hoc solutio pœnæ primi offendentis faciat incidere in pœnam secundum offendentem bene demonstrat idem Corn. in consil. 167. num. quarto, & sexto, versic. Nec obstat clausula, quòd pœna toties committatur, & nu. 11. in fine, versic. Præterea illa ratio, lib. 3. Riminal. Sen. cons. 22. num. 2. & 12. lib. 1. Hercul. de caut. de non offend. cap. 18. num. 3. iuncto num. 6. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, part. 2. quæst. 16. num. 4. secundum primam impressionem.

425 Quid dicendum? credo secundum veritatem posse dici, quòd si primus contraueniens soluit pœnam pacis ruptæ parti offensæ, illamque offensa pars sponte recipit, tunc procedat prima opinio, quòd per solutionem, & illius receptionem censeatur ratificatus contractus, ita quòd non potest pœnam recipiens primum offendentem reoffendere, absque eo, quòd pœnam soluat, licet bene si pœnam non recepisset, potuisset contrauenire, & pœnam non soluere, & sic habebat electionem, aut contrauenicndi, aut pœnam exigendi, quòd si primus contraueniens soluit pœnam, non parti, sed fisco, prout in casu, quando fisco fuit applicata, tunc crederem, quòd secundus offendens non tenebitur ad pœnam, quamuis illam soluerit, cum solutio vni facta alteri præiudicare non possit. Sic enim hanc materiam declarare videtur Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace. par. secunda, quæst. 40. num. tertio, & seq. secundum primam impressionem ex Bald. Paul. de Castr. Aret. & Corn. in locis, per eum relatis, & apud me ista declaratio redditur verissima.

426 Et in materia aduerte ad vnum, quòd si pœna non est soluta, tunc indubitanter secundus offensor non tenetur pœna fractæ pacis, etiam quòd in instrumento adsit clausula. *Quòd pœna soluta, vel non, contractus remaneat firmus*, cum pariter talis clausula nunquam operetur nisi in fauorem eorum, qui contractum obseruant, non autem eorum, qui contrauenirunt secundum Corn. in cons. 51. nu. 5. post med. col. 3. vers. & ego anno Domini lib. 1. vbi respondet Imol. contrarium tenenti, in l. semel mora. ff. solut. matrim. & consil. 40. num. 10. lib. 2. & cons. 218. num. 5. eod. lib. 2. & cons. 248. num. 11. lib. 4. Riminal. Sen. cons. 22. post num. 2. iuncto num. 12. lib. 1. Petrin. Bel. de re militar. par. 10. tit. 2. num. 52. in fine.

427 LIMITA I. huius xxxij. propositam regulam, quia licet secundus offendēs non teneatur pœna pacis ruptæ, quia iam per primam offensam pax rupta fuit, non tamen euitabit pœnam iuris communis, vel statutariam (quæ erit ordinaria, si offendat ex interuallo, & extraordinaria, si offendat incontinenti, excedendo modum necessariæ defensionis.) secundum Io. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de treg. & pace, in prima addit. versic. fatetur tamen. Imol. in l. qui seruum mihi, num. 2. in med. ff. de verb. oblig. Hercul. in tract. de caut. de nō offenden. cap. 36. nu. 3. in fine, & 4. & 5. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, par. 2. quæst. 41. num. 5. secundum primam impressionem, & quæst. 113. num. 15. secundum vltimam impressionem, & ibidem quæst. 125. num. 1. & seqq. Vulpell. cons. 89. num. 7. Honded. cons. 89. num. 10. & seqq. iuncto num. 16. 65. & 72. lib. 2.

428 LIMITA II. eandem regulam quia pace rupta ab vno ex paciscentibus, licet secundus contraueniens non teneatur ad pœnam conuentionalem, parti applicandam, quia iam contrauenit, bene tamen tenetur ad illam, si fuerit applicata fisco, secundum Bald. Imol. & Roman. in l. semel mora. ff. solut. matrim. quos in proposito refert, & sequitur Corn. in consil. 51. colum. prima, ad finem, num. 1. vers. & præsertim, hæc videntur dicenda. Hercul. de caut. de non offen. cap. 13. nu. 9. ad med. vers. item præsumptio hæc. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, parr. 2. quæst. 16. num. 5. secundum primam impressionem, & quæst. 127. num. 2. 18. & seq. secundum aliam impressionem, allegans Parisin cons. 165. num. 5. voluit dicere 25. lib. 4. Qui tamē, vt mox dicam, loquitur respectu pœnæ exigendæ à primo contrauenicnte, non autem à secundo. Vulpell. cons. 89. post num. 2. 3. & seqq. vbi latè hanc conclusionem probare contendit, reprobato Corn. contrarium tenente in cons. 51. (prout mox eum allegabo) & latius in quæst. 103. num. 4. & seqq. vbi pariter reprobat Roman. & Corn. contrarium tenentes. & in fine, quæst. num. 9. testatur ita Eugubij obtinuisse aduersus præstantissimos Doctores, quòd & idem altius consulendo scriptū relinquit in consil. 8. per totum, & cons. 9. pariter per totum, vbi num. 4. loquens, quando in instrumento adest clausula *toties quoties*, &c. & quando secunda offensio sequuta est ex interuallo post primam, ita omnes fateri testatur Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1157. num. 78. & seq. & pro hac limitatione faciunt scripta per Honded. cons. 89. num. 10. & seqq. libro 2.

429 Contrarium consuluit Corn. in d. consil. 51. num. 1. & seqq. lib. 1. & magis explicitè in consil. 167. num. 4. & post num. 11. lib. 3. dicens Bal. Imol. & Roman. in d. l. semel mora, volentes, per primam contrauentionem non fieri præiudicium pœnæ applicandæ Reipublicæ, intelligi debere de pœna iuris communis (de quo suo loco dixi) non autem de pœna conuentionali, quæ ex contractu proficiscitur, & quidem si percurrantur Doctores, & præsertim Consulentes allegati supra, num. 404. facile erit, quòd aut expresè loquantur, quando pœna conuentionalis est applicata fisco, vel saltem simpliciter, quo casu credendum est, pœnam prædictam fisco applicatam esse, quia sic communiter applicari solet, & ita etiam videtur de mente Nicol. Moron. de fid. treg. & pace quæst. 15. num. 6. secundum primā impressionem, vbi dixit, quòd per secundam contrauentionem fisco nullum affertur præiudicium, quoad pœnam primi offendentis: ergo secus videtur sentire quoad pœnam secundi offendentis, & ita respectu pœnæ exigendæ a primo offendente, quòd per secundam contrauentionem præiuditium non fiat fisco; non autem quoad pœnam exigendam à secundo contraueniente loquitur, Paris. in consil. 165. num. 25. lib. 4. allegatus pro contraria opinione per Nicol. Moron. vbi supra in quæst. 16. num. 5. & pro hac veriori, & contraria opinione vide Honded. in d. cons. 89. num. 62. & seqq. lib. 2. vbi respondet omnibus contrarijs, per ipsum primo loco adductis d. num. 10. & seqq. declaratque, quòd allegata per Cæphal. Hercul. & Mascard. ex aduerso allegatos in locis præcitatis, sunt intelligenda, quando per primam offensam non est rupta pax, tunc enim, inquit ipse, potest esse, quòd stante clausula *rato manente pacto* secundus contraueniens teneatur ad pœnam fisco applicandam, secus autem quando prima offensio resoluit contractum, quia tunc secundus offendens etiam ex interuallo non tenetur ad pœnam eidem fisco applicatam, vt ibi per eum.

430 Et hæc contraria opinio præsertim procedere videtur, quando pœna non est in totum applicata fisco, sed partim fisco, & partim parti obseruanti, secundum Corn. in d. cons. 51. num. 5. col. 1. ad med. vers. & ego qui fui vltimus. lib. 1. cuius contrarium voluit Vulpell. in tract. de pace d. quæst. 107. num. 5. & 6. vbi isto casu dixit pœnam parti applicandam non exigi: fisco vero applicandam exigi. nec absurdum

absurdum esse, quòd ex quo pœnæ pars fuit promissa fisco, & altera pars fuit promissa parti obseruanti, debeat diuerso iure censeri ex ratione ibi per eum allegata. Quod & idem voluit in cons. 9. num. 9. verùm pro prima opinione vide Thob. Non. cons. 110. num. 6.

431 LIMITA III. quia licet secundus offendens non teneatur pœna ruptæ pacis, seu cautionis, non tamen ipse potest exigere pœnam à primo offendente, cum pœnæ prædictæ mutua compẽsatione tollantur, secundum Bal. Alex. & Roman. in l. semel mora, ff. solut. matrim. quos in proposito refert, & sequitur Hercul de caut. de non offend. cap. 36. num. primo, (reprobato eod. Alex. contrarium tenente in l. cum proponas, la 2. C. de pact.) Nicol. Moron. de fid. tregu. & pace, par. secunda, quæst. 15. num. 6. 7. & 8. secundum primam impressionem, & ibidem quæst. 39. num. 4. & quæst. 126. num. 11. & seqq. secundum vltimam impressionem.

ARGVMENTVM.

Quomodo probetur, seu præsumatur noua causa offensionis ad excludendum fracturam pacis, seu cautionis de non offendendo.

SVMMARIVM.



Causa noua præsumitur in offensione facta illi, quem quis offendere non promisit num. 432. licet alij contra, num. 433.

Offensio præsumitur facta ex noua causa, quando præcedit aliquod factum, aut dictum offensi, ex quo offendens ad offendendum moueri potuerit potius, quam ex antiqua causa, secus autem si non constet de prædictis, num. 434.

Offensio, quòd fuerit illata ex noua causa probatur per præsumptiones, & imperfectas probationes, num. 435. licet alij contra, num. 439. & 437. vbi quòd sufficit semiplena probatio, & vnicus testis, & num. 454. vbi quòd de istis præsumptionibus statur arbitrio iudicis, & num. 455. Vbi quomodo isto casu Iudex suum arbitrium regulare debeat.

Offensio, quòd fuerit illata ex noua causa, sufficit publica vox, & fama, num. 438. & seq. vbi etiam quòd sufficiunt testes de auditu.

Assertioni iurata offendentis creditur, quòd ex noua causa offenderit, num. 440. contra, num. 441. distingue duobus modis, num. 442. & seq.

Offensio, quòd fuerit facta ex noua causa, maximè attenduntur verba prolata per offendentem in actu offensionis nume. 444. contra num. 445. Resolue, vt num. 446.

Offensio, quòd fuerit illata ex noua causa, probatur ex confessione extraiudiciali ipsius offensi, num. 447.

Offensio præsumitur, & non præsumitur illata ex noua causa iuxta personarum qualitatem, declara num. 448.

Offensio præsumitur illata ex noua causa, & non ex veteri; quando illata fuit per paucos dies post ortam nouam causam, num. 449.

Offensio præsumitur facta ex noua causa, & non ex antiqua, quando fuit illata diu, & per multos annos post initam pacem, & è contra, num. 450.

Offensio an dicatur facta ex noua, vel antiqua causa, attenditur qualitas offensionis, an scilicet correspondeat antiqua causæ, nec ne, num. 451.

Offensio præsumitur facta ex noua causa, quando post pacem paciscentes amicabiliter conuersati fuerunt, num. 452.

Causa noua præsumitur in offensione proueniente ab eo, qui primo loco offenderit, num. 453.

Offensio an fuerit sequuta ex noua, vel ex antiqua causa statur arbitrio Iudicis, num. 454. & seq. vbi quomodo Iudex isto casu regulare debeat suum arbitrium.

Rixantibus duobus ad inuicem, & se inuicem offendentibus, si nescitur, quis fuerit primus aggressor, & fractor pacis, nemo punitur, num. 456. & seq. vbi declaratur hac conclusio, vt non procedat, quando præsumptiones potius vrgeant contra vnam partem, quam contra aliam, & num. 458. vbi secundo loco declaratur eadem conclusio, vt procedat, si agatur solummodo de pœna applicanda parti; secus si de pœna applicanda fisco, verum contra hanc secundam declarationem vide ibidem, nu. 459.

QVÆST. CVII. PARTE III.

ARTIC. XXXIII.

432 PRIMA sit conclusio in hoc proposito xxxiij. articulo, quòd in dubio noua causa præsumitur. Bal. in l. penult. colum. fin. num. 17. in fine, versic. sed si mihi apparet, C. de ædilit. actio. Ias. in l. qui seruum mihi, nu. secũdo, ver. & aduerte diligenter, ff. de verbor. obligat. Grat. consil. 73. num. 19. lib. 2. Socin. Iun. consil. 102. nu. 14. lib. 3. Alex. cons. 115. num. 6. vers. ita in proposito. lib. 4. Marsil. sing. 503. incip. ex pace vers. & tene menti, & in pract. §. aggredior, num. 85. & in rubr. ff. de fideiussor. num. 151. Roman. consil. 183. in fine. Riminal. Sen. cons. 22. nu. 5. lib. 1. Paris. consil. 165. num. 26. in fine, libro 4. & ibidem, nu. 28. vers. nam dictus. Thob. Non. cons. 108. num. 19. & inter cõsil. crimin. diuersor. 152. post num. 13. versic. Nec etiam dicatur. Bero. cons. 198. num. 14. lib. 3. Beninten. decis. 65. post num. 20. versic. & quatenus essemus in dubio. Iacob. Port. Imolen. consil. 71. num. 11. & seqq. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. num. 7. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, quæst. 113. num. 3. secundum vltimam impressionem. Vulpell. cons. 3. num. 14. vbi quòd doctrina, Bald. tin loco præcitato communiter recepta est. Viu. opin. 566. post. num. 3. Catell. Cotta in memoral. in vers. offensio an in dubio præsumatur. Thob. Non. cons. 96. nu. 16. & cons. 110. num. 8. & consil. 111. nu. 7. & 17. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 38. vbi de communi. Bertazz. consil. 4. num. 9. & consil. 147. num. 23. vbi quòd ita ferè omnes Doctores tenent, & consil. 185. num. 20. & ibi Claud. in addit. litera C. sub vers. illa vero opinio ibi, *sed contia facit, &c.* & consil. 245. sub num. 10. & cons. 282. num. 18. Eugen. consil. 82. num. 15. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 50. Hippol. Riminal. consil. 300. nu. 38. libro tertio, & ibidem, num. 45. vbi propterea, quòd stante hac præsumptione nouæ causæ, is qui contrarium prætendit, debet illud probare per fortiores, & validiores probationes. Cæphal. cons. 587. num. 33. & seq. lib. 4. vbi dicit ita fuisse iudicatum Ferrariæ ex Rimin. quem allegat in l. cũ proponas la 2. ad finem, C. de pact. & ex Grat. in cons. 93. num. 19. lib. 2. Brun. à Sole in quęst. legal. quęst. 41. num. 18. in fine, vers. quòd autem præsumendum sit, & nu. 10. Anton. Galeat. Maluas. cons. 33. num. 25. Simon. de Præti. cons. 188. num. 19. ante finem.

433 Quamuis contrarium, quòd in dubio noua causa non præsumatur, & quòd per allegantem probari debeat, consuluisse videatur Colleg. Aduoc. Marchiæ in cons. crimin. diuers. 150. num. 57. versic. Præterea aduertendum est, & num. 58. & seq. iuncto num. 47. lib. 1.

434 SECVNDA sit conclusio præcedentis primæ conclusionis declaratiua, quòd tunc demum offensio præsumitur facta ex noua causa, quando scilicet constat de aliquo facto, aut dicto offensi, ex quo offendens ad offendendum moueri potuerit potius, quam ex antiqua causa, secus autem si nihil constet, vnde offendens irritatus fuerit ad offendendum eum, quem quis per pacem, aut per cautionem non offendere promisit, tunc enim ridiculum videtur, quòd noua præsumatur causa ex nullo præexistenti actu, sic enim aliquod præexistens nouæ causæ productiuum præsupponunt. Bald. in d. l. si prædium, & omnes alij præcitati Doctores in prima conclusione; aliter secus, & expresè voluerunt Mand. in addit. ad Roman. in consil. 83. in fine, in vltima additione. Vbi dixit ita fuisse declaratum in Rota in vna causa Parmen. censurarum prout attestari affirmat. Tholom. decis. 115. incipiente Parmen. censurarum in manuscrip. Cæphal. cons. 35. num. 4. & seqq. lib. 1. Idem Herculan. de caut. de non offendendo, cap. 13. num. 9. & cap. 47. num. 27. Idem Nicol. Moron. de fid. tregua, & pace, quæst, 113. num.

113. num. 4. 5. 8. & ſeqq. ſecundum vltimam impreſſionem. Vbi bene hanc declarationem comprobat. Vulpell. in tract. de pace, quæſt. 47. num. 1. Vbi quod * hæc declaratio eſt communiter recepta, & conſil. 9. num. 10. & conſi. 53. num. 5. Viu. opin. 566. num. 3. Vbi refert, & ſequitur Mandoſ. in loco præcitato. Claud. ad Bertazz. conſ. 185. in vltima additione verſic. Itaque probata noua cauſa. Honded. conſil. 97. num. 30. lib. 1. & conſ. 89. num. 75. lib. 2.

435 TERTIA ſit concluſio, quòd ad probandum nouam cauſam, & quod quis ad offendendum motus fuerit ex noua cauſa, ſufficiunt præſumptiones, ſic enim colligitur ex Alexand. in conſ. 19. num. 2. lib. 1. Vbi amplius plures enumerat imperfectas probationes nouæ cauſæ, & eas coniungit ad inducendum plenam probationem, quod & idem voluit in conſ. 115. num. 9. in fine, & ſeqq. & num. 15. lib. 4. ſubdens amplius generaliter, quòd noua cauſa excuſat etiam, quòd non fuerit plenè probata, idque pluribus ſimilibus comprobat, & ibidem num. 17. verſ. fortius videtur. Vbi pariter facit aliam concluſionem, quòd ad effectum euadendi pœnam pacis ruptæ, ſufficit conſtare de noua cauſa per præſumptiones, & inditia, faciunt ſcripta per Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. quæſt. 10. num. 2. ſecundum vltimam impreſſionem, Vbi quod ſufficit probatio vera, vel præſumptiua. Vulpell. in tract. de pace, quæſt. 46. num. 4. Vbi videtur admittere præſumptiuam probationem, cum iuramento offendentis, de quo particulariter dixi infra num. 440. & ſeqq. & conſ. 77. num. 10. & 16. in fine, & 17. etiam in fine. Vbi etiam refert nonnullas alias præſumptiones, & coniecturas nouæ cauſæ vltra infraſcriptas. Maſcard. de probat. lib. 3. conſil. 1131. num. 71. Claud. ad Bertazz. in conſil. 185. litera C. ſub verſ. Illa verò opinio. Vbi relata, & reprobata contraria ratione, dixit iſto caſu præſumptiuam probationem haberi pro liquida, & euidenti probatione. Hippol. Riminald. conſil. 299. num. 38. lib. 3. Vbi quòd iſto caſu præſumptiones diuerſæ ſpeciei coniunguntur. Cæphal. conſil. 587. num. 35. & ſeq. lib. 4. Simon. de Præt. conſil. 188. num. 19. & faciunt in ſimili Doctores allegati in materia probationis cauſæ iniuſtæ, an, & quando excuſet à dolo ſupra, quæſtio. 90. num. 84. & ſeq.

436 Contrarium, quòd immo probatio debeat eſſe concludens, & plena, videtur de mente Aduocatorum Marchiæ in conſil. crimin. diuerſor. 150. num. 57. in fine lib. 1. & faciunt ſcripta per eundem Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace par. 2. quæſt. 10. num. 5. in fine, & 6. Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 100. num. 8.

437 QVARTA ſit concluſio, quòd ſufficit ſemiplena probatio, & per vnum Teſtem, quòd quis motus fuerit ex noua cauſa ad offendendum, & ad probandum ipſam nouam cauſam ſecundum Alex. (qui tamen loquitur alijs concurrentibus) in conſ. 19. num. 2. verſ. quod autem ſit lib. 1. Herculan. de caut. de non offendend. cap. 13. num. 12. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace, quæſt. 113. num. 3. ſecundam vltimam impreſſionem. Hierony. Magon. deciſ. Lucen. 100. num. 8. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1131. num. 38. in fine, & concluſ. 1157. num. 72. Honded. conſ. 97. num. 29. lib. 1. & conſ. 89. num. 74. libro 2. Simon. de Præt. conſil. 188. ſub num. 19. & vide in ſimili tradita de probatione cauſæ iniuſtæ ſupra q. 90. num. 83.

438 QVINTA ſit concluſio, quòd publica vox, & fama probat offenſionem fuiſſe ſequutam ex noua cauſa, & non ex antiqua, item probat ipſam nouam cauſam. Alexand. conſ. 19. num. 2. verſ. ſubſequenter probatum eſt lib. 1. & conſil. 115. num. 10. verſic. Item eſt probatum de publica voce, & fama lib. 4. Nicol. Moron. de fide treg. & pace, quæſt. 113. num. 3. ſecundum vltimam impreſſionem. Thob. Non. conſil. 116. num. 4. in fine, & ſeq. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1157. num. 73. Eugen. conſil. 82. nu. 22. Quamuis contrariũ conſulendo ſcripſerit Cæphal. in conſil. 35. num. 2. iuncto numero 14. in principio, libro primo.

439 SEXTA ſit concluſio, quòd ſufficiunt teſtes de auditu ad probandum, quòd offendens motus fuerit ad offendendum ex noua cauſa, ſecundum Hippol. Riminald. conſ. 299. num. 35. & ſeqq. lib. 3. Vbi huius concluſionis eam reddit rationem, quia ſcilicet dicti Teſtes faciunt præſumptionem, præſumptionibus autem probatur noua cauſa, vt ſupra dixi.

440 SEPTIMA ſit concluſio, quòd aſſertioni iuratæ ipſius offendentis, quòd ſcilicet offenderit ex noua cauſa, & non ex antiqua, credendum eſt, ſecundum Alexãd. in conſil. 19. num. 2. poſt med. verſ. accedit, quia, libro 1. Marſil. in pract. §. diligenter, num. 44. & 100. Arnon. ſing. 44. & cautel. 1. Riminal. Senior. conſil. 22. num. 6. verſic. ad prędictorum confirmationem lib. 1. Bertaz. cõſ. 4. nu. 13. infi. & 14. lib. 1. & conſ. 185. num. 17. & ſeqq.

441 Contrarium conſulendo ſcripſit Cęphal. in conſil. 35. poſt num. 10. lib. 1. quem refert Hercul. de caut. de non offenden. cap. 13. poſt num. 9. & 12. verſ. puto tamen & cap. 47. num. 28.

442 In hac contrarietate Vulpell. in tract. de pace, quęſt. 46. diſtinguendo dixit primam opinionem procedere, quando cum iuramento concurrunt aliquę coniecturę, quòd quis offenderit ex noua cauſa, non autem ex antiqua, ſi verò nulla concurrat coniectura, tunc procedat ſecunda opinio, & ita in ſpecie concordando contraria diſtinguit Maſcard. de probation. libro 3. concluſ. 1157. num. 64. & ſeq.

443 Pro ſolutione diſtinguas primam opinionem eſſe veriſſimam, preſuppoſito aliquo facto, ex quo offenſa noua potuerit veriſimiliter prouenire, aliter ſecus, ſecundum ea, quę dicta ſunt. num. 435. & vide in ſimili dicta ſupra, q. 90. num. 87. & ſeqq.

444 OCTAVA ſit concluſio, quòd an quis motus fuerit ex noua cauſa, nec ne, ad offendendum, attenditur maximè aſſertio ipſius offendentis in actu offenſionis ſecundum Alexand. in conſil. 19. ſub num. 2. ad med. lib. 1. Herculan. in tract de cautíon. de non offenden. cap. 13. num. 12. ante finem. Vbi refert, & ſequitur Alexand. in loco præcitato. Eugen. conſil. 82. num. 17. in fine, 18. & ſeqq. Vbi benè reſpondet Cęphalo contrarium tenenti.

445 Contrarium conſulendo ſcripſit Cęphal. conſil. 35. nu. 9. verſic. nec in aſſerta delinquentis confeſſione, & num. 17. in fine verſic. quicquid agitur. Vbi tamen loquitur in aſſertione eius, qui offendit, facta ante offenſionem, dicitque ex ea non probari, quòd offendens motus fuerit ex noua cauſa, ſecus ſentiens, quando talis aſſertio emanauit in actu ipſius offenſionis ſecundum Alexãd. in d. conſ. 19. à quo non videtur diſcedere Cęphal. in d. conſ. 35. poſt num. 14. & verſic. & in re certa. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 13. num. 9. verſic. partibus aſſerentibus. Hippolyt. Riminald. conſil. 300. num. 45. verſic. Nec veriſimile. lib. 3. Vbi refert, & ſequitur Cæphal. in loco præcitato.

446 Verum quicquid præfati Doctores dicant reſolutio dependet ex traditis ſupra num. 434. par. 2. quia ſi conſtat de aliquo facto, ex quo potuit oriri noua cauſa, tunc indiſtinctè ſtatur tali aſſertioni ipſius offendentis, ſiue in actu offenſionis, ſiue etiam antea talis aſſertio habeat pro ſe præſumptionem iuris, ſi verò non conſtat de aliquo facto producente nouam cauſam, tunc ridiculum eſt dicere, quòd aſſertioni prædictæ ſit credendum, ad effugiendum pœnam contrauentionis, cum omnes ad ſe excuſandum poſſent ſic aſſerere, & iſta eſt veritas.

447 NONA ſit concluſio, quòd noua offendendi cauſa probatur etiam ex confeſſione extraiudiciali ipſius offenſi, qui puta, faſſus eſt offenſionis in ipſum illatæ nouam cauſam dediſſe. Alexand. conſil. 115. num. 9. in fine, & 11. libro quarto, ſed in caſu Alexandri alia concurrebant vltra confeſſionem extraiudicialem. Simon. de Præt. conſ. 187. num. 3. & 24. Vbi loquitur de confeſſione offenſi iurata, & exculpata offendentis; eo quia ad ſui defenſionem, & prouocatus exculpantem offenderat.

448 DECIMA ſit concluſio, quòd noua cauſa præſumitur, & non præſumitur, iuxta perſonarum qualitatem ſecundum Vulpell. in tract. de pace, quæſt. 47. num. 4. qui diſtinguit inter promiſſionem de non offendendo, & pacem, in promiſſione de non offendendo pœnali magis præſumen-

præsumendum est, quòd vilis persona illam fregerit ex noua causa, quam alia persona non vilis, & honori incumbens, & sic honorem pecuniæ anteponens, in pace verò magis præsumatur pro nobili, & honorem profitẽte, quòd scilicet illam fregisse non dicatur, nisi ex noua causa, quã pro vili persona non sic honorem extimanti, vt ibi per eum, qui & pariter distinguit inter comprehensum in pace, seu cautione, & inter principalem paciscentem. Quæ omnia licet colorata videantur, parui tamen apud me sunt momenti, quia aut constat in processu de noua causa, propter quam offendens ad offendendum moueri potuit, aut non constat; Primo casu, quicumque is sit, ex noua causa offendisse præsumitur; secundo autem casu pariter qualiscumque fuerit persona offendentis, noua causa non præsumetur, & ista est veritas.

Non tamen per hoc Vulpell. distinctionẽ omnino spernas. Verum ad hanc conclusionem generaliter, quòd scilicet in proposito sit maximè attendenda qualitas personarum, adeas Hippolyt. Riminald. consil. 300. num. 48. lib. 3.

449 VNDECIMA sit conclusio, quòd offensio præsumitur facta ex noua causa, & non ex veteri, quando illata fuit per paucos dies post ortam nouam causam; semper enim in hac materia attendenda potius est causa proxima, & immediata, quam antiquior, secundum Alexand. in cons. 115. num. 6. lib. 4. Riminald. Sen. consil. 22. num. 5. & post num. 6. lib. 1. Vbi propterea dixit offensionem præsumi factã ex causa proxima. Vulpell. cons. 3. post num. 14. Vbi de offendente sequenti die post nouam receptam iniuriam, Thob. Non. cons. 111. nu. 18. in fine, Baiard. quæst. 47. num. 54. Hippolyt. Riminald. cons. 300. numero 50. libro 3.

450 DVODECIMA sit conclusio, quòd offensio præsumitur facta ex noua causa, & non ex antiqua, quando fuit illata diu, & per multos annos post initam pacem, & è contra, præsumitur ex antiqua causa, quando non diu illata fuit post pacem factam. Alex. in consil. 115. post nu. 6. lib. 4. Vbi exẽplificat, quãdo pax erat facta per annos 92. ante sequutam offensionem. Herculan. in tractatu de caut. de non offenden. cap. 13. num. 8. Vbi loquitur in offensione sequuta per decem annos post pacem factam, seu cautionem præstitam. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, quæst. 115. in fine, num. 6. secundum vltimam impressionem. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 47. num. 3. & consil. 7. in fine, & 53. num. 8. Vbi de offensione sequuta per octo annos post primam rixam. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131. num. 38. post. med. vers. & noua causa. Honded. consil. 97. num. 34. vers. & prædictis non obstant, lib. 1. Vbi de offensione sequuta per tres annos post pacem factam.

451 DECIMATERTIA sit conclusio, quòd offensio præsumitur facta ex noua, vel ex antiqua causa iuxta illius qualitatem, si enim correspondet antiquæ offensæ, propter quam pax fuit facta, & non setuandæ offensæ post pacem illatæ, & tunc præsumitur non ex noua causa, sed ex antiqua causa processisse, & è contra secundum Bald. in l. si prædium, num. 17. post med. C. de ædilit. action. quẽ sic originaliter dicentem referendo sequuti sunt Riminal. Sen. consil. 22. num. 5. versic. & tanto magis lib. 1. Decis. Bononien. 65. post. num. 20. vers. ad quam cognoscendum Colleg. Aduocat. Marchiæ consil. crimin. diuersor. 150. post. num. 59. lib. 1. Petrin. Bel. de re militar. part. 10. tit. 2. num. 38. Vbi bene declarat dictum Bald. in d. l. si prædium. Cæphal. consil. 35. num. 5. 9. in fine, & 14. ad med. lib. 1. Hercul. de caut. de non offendendo, cap. 13. num. 9. versic. Item inspicitur. Nicol. Moron. in tractat. de fid. tregua, & pace part. 2. quæst. 10. num. 7. secundum primam impressionem in tractatu de pace, quæst. 47. num. 2. Thob. Non. consil. 111. num. 15. Mascard. de probat. lib. 3. cõclus. 1157. num. 12. vers. & tanto magis. Claud. ad Bertazz. in consil. 185. litera C. sub vltimo versic. Vbi etiam de communi. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 52. Hippol. Riminal. consil. 300. num. 47. lib. 3.

452 DECIMAQVARTA sit conclusio, quòd noua præsumitur causa, quando paciscentes se inuicem non offendere post pacem factam & cautionem præstitam insimul amicabiliter conuersati fuerint, secundum Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 36. num. 21. Vbi ampliat etiam quod non probetur factum aliquod, ex quo possit præsumi noua causa, & num. 23. Vbi ponit, quid, si post reconciliationem paciscentes facti sunt iterum inimici. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 47. num. quinto, & consilio tertio, num. 20. & consil. 67. num. 9. & consil. 53. num. 67. Mascar. de probat. libro tertio, conclus. 1131. num. 38. ante finem versic. & maximè si aderat amicitia. Bertazz. consil. 147. num. 21. libro primo. Eugen. consil. 82. post num. 33. Hippol. Riminald. consil. 299. sub num. 36. 37. & 43. in fine lib. 3.

453 DECIMAQVINTA sit conclusio, quòd causa noua præsumitur, quando offensio prouenit ab eo, qui etiam primo loco offenderat, nõ enim præsumitur, quòd qui semel offendit, alio non superueniente, iterum offendere velit. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 13. num. 9. in fine, versic. maximè autem, & num. 10. etiam in fine, vers. & quod primus offensor. Vbi alios refert concordantes. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 47. num. 6. Honded. cons. 97. nu. 33. in fine, & num. 34.

454 DECIMASEXTA sit conclusio, quòd an quis offenderit ex noua causa, standum est arbitrio Iudicis secundum Heculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 13. num. 12. versic. circa, quæ. Vulpell. in tractatu de pace, quæst. 47. num. 6. in fine. Vbi alios refert. Hierony. Magon. decis. Lucen. 100. num. 9. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1154. num. 66. Claud. in addit. ad Bertazz. in consil. 185. in vltima additione ad finem versic. Iudicis tamen arbitrium. Vulpell. consil. 77. num. 17. in fine. Vbi tamen quod Iudex non quibuscumque præsumptionibus, sed ijs tantum, quæ à iure approbatæ sunt, fidem adhibere debet.

455

456 DECIMASEPTIMA sit conclusio, quòd de duobus rixantibus, & se inuicem offendentibus, si nescitur, quis fuerit primus aggressor, & fractor pacis, nemo punitur ex doctr. Glos. & Bart. in l. 1. §. cum arietes, ff. si quadr. paup. fecisse dica, & in l. cum Pater, §. libertis, in fine, num. 7. & ibi etiam Imol. ff. de leg. 2. Bal. Imol. & Roman. in l. semel mora, ff. solut. matrim. prout hos sic referendo sequitur. Corn. in consil. 51. num. 5. in princip. lib. 1. Matth. Philician. consil. crimin. diuers. 38. num. 10. ad med. vers. ad quod facit lib. 2. in paruis. Bero. cons. 198. nu. 3. lib. 3. Vbi de communi. Nouell. in pract. crimin. cap. fin. num. 47. Et hæc conclusio communiter approbatur sicut ex Alexand. Ias. Boer. & Grat. in locis per eum relatis testatur Clar. in pract. §. fin. quæst. 47. num. 10. vers. sed hic quæro. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 30. nu. 1. & seqq. Nicol. Moron. de fid. treg. & pace par. 2. quæst. 41. num. 1. & seqq. secundum primam impressionem. Vulpell. in tractatu de pace, quæst. 106. num. 1. Viu. opi. 84. numero quarto. Hippol. de Riminal. cons. 361. num. 20. lib. 4. Honded. consil. 89. num. 11. & 13. Ant. Galeat.

457 Maluas. cons. 25. num. 6. Vbi declarat procedere, quando non constat, quis ex duobus rixantibus sit aggressor, vtputa, quia præsumptiones sint hinc inde pares, secus autẽ si præsumptiones vrgeant potius contra vnam partem, quam contra aliam, quia tunc illa pars, contra quam præsumptiones vrgent, soluit pœnam, vt ibi per eum, nec dissentit. Vulpell. de pace, d. quæst. 106. num. 1. vers. sed ea certior. Ibi. *Nisi saltem probabilibus coniecturis, &c.* & nu. 4. Ibi. *Si saltem probabilibus argumentis de aggressore, non liqueret.* Verum in proposito, quomodo, & quibus coniecturis probetur, quòd quis fuerit author rixæ, & aggressor, & in quam pœnam possit quis ex istis coniecturis condemnari, & latius de materia dixi in tit. de homicid. & ad ibi tradita me remitto.

458 DECIMAOCTAVA sit conclusio; præcedentis conclusionis declaratiua, quòd tunc demum ex duobus rixantibus, & se inuicem offendentibus nemo punitur, si nescitur, quis fuerit primus aggressor, & fractor pacis, quando scilicet agitur solummodo de pœna applicanda parti

parti propter ruptam pacem, seu cautionem de non offendendo, sed si in instrumento esset applicata aliqua pœna fisco, tunc ambo essent condemnandi secundum Clar, qui tamen loquitur per verbum *fortè*, in pract. crimin §. fin. quæst.47. num. 10. vers. sed hic quæro, in fine, ea motus ratione, quia licet ratione incertitudinis regulariter oēs debeant absolui; hoc tamen locum habet, quando agitur de pœna corporali; secus si de pecuniaria, quia tunc, vt delictum non remaneat impunitum, omnes puniuntur, prout scripsit idem Clar. in quæstio. 60. num. 27. vers. vidi ego, & alibi dicetur (si dicendi tempus Dei benignitas nobis largietur,) & videtur de mente Cagnol. in l. si quis maior, num. 94. C. de transact. Vbi dixit incertitudinem aggressoris non impedire impositionem pœnę respectu fisci, & magis explicitè declarat Vulpell. in tractatu de pace, quæst. 106. num. 1. vers. sed ea certior est sententia. Vbi pluribus hanc declarationem comprobare nititur, attestans insuper ita pluries fuisse iudicatum in Ducali auditorio Vrbini, & consil. 50. num. primo, & seqq. & cons. 86. Vbi latius, & distinguit. plures casus. Baiard. in addit. ad Clar. quæst. 47. num. 47. & 56. vers. Adde quod hoc procedit, & Vulpell. eo loci refert Honded. in consil. 89. num. 12. lib. 2.

459 Verum ad præmissa vide Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 30. num. 10. vbi dixit stante incertitudine aggressoris non esse locum exactioni pœnæ conuentionalis, siue fuerit applicata parti, siue etiam fisco (licet bene verum sit, quòd pœna iuris communis pro aggressione, & insultu: de qua forsan Doctores contrarium tenentes intelligere voluerunt, locum habet etiam quod ignoretur, quis fuerit primus insultans ex Bald. Alexand. & alijs in locis ibi per eum relatis;) nec ab ista opinione, quæ apud me verior est, dissentit Nicol. Moron. in tract. de fide, tregua, & pace, quæst. 41. par. secunda, num 2. vers. hæc omnia procedunt, & numero tertio, & numero quinto, secundum primam impressionem, & rationes, ac considerationes Vulpelli. si bene considerentur, non multum stringunt, & si, prout idem Vulpellus ibidem numero quarto fatetur, stante incertitudine prædicta, nemo potest reputari fidei, ac pacis fractor; Cur quæso postea volumus ambos teneri pro pace fracta ad pœnam conuentam? & propterea hanc contrariam partem declarando sic Clar. in loco præcitato amplexus est. Baiard. ad eundem Clar. d. quæstio. 47. num. 56. in fine, nec dissentit. Hippol. Rimin. cons. 361. num. 23. & seqq. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Causa noua qualis debeat esse ad hoc, vt ex ea offendens excusetur a pœna pacis, seu cautionis ruptæ.

SVMMARIVM.



Causa noua etiam leuis, & iniusta excusat à pœna pacis, seu cautionis de non offendendo rupta, numero 460. contra num. 462. & seq. vbi plura ad materiam.

Causa noua etiam proueniens ex ludo, & ebrietate excusat à pœna pacis, seu cautionis rupta, num 461.

Causa iusta offendendi dicitur omnis ea, qua prouenit ex facto aduersarij prouocante offendentem ad iracundiam, num. 464. & seq. vbi declaratur, dummodo iracundia proueniat ex iusta causa; alter secus, & num. 466. vbi ampliatur etiam, quod causa proueniat ex facto aduersarij non illicito, & punibili, licet alij contra, nu. 467.

Causa noua, & iusta excusans à pœna pacis, seu cautionis rupta est ea qua nascitur ex rumore populi, vel ex publica fama, num. 468. Contra num. 469.

Causa noua, & iusta offendendi inducitur ex relatione alicuius viri fide digni asserentis, quod suus aduersarius sibi aliquid mali fecit. vel dixit etiam, quod postea illa relatio reperiatur non vera, numero 470.

Causa noua fracta pacis, vel cautionis dicitur, quando quis offendit prouocantem, seu insultantem, etiam cum excessu moderata defensionis, num. 471. contra num. 472.

Causa noua procurata, & affectata per offendentem ipsum non excusat à pœna pacis, seu cautionis rupta, num. 473. & seq. vbi tamen quod in dubio causa non præsumitur affectata, & procurata.

Causam nouam offendendi allegare non potest author rixa, num. 475. offendens eum, qui post pacem, seu cautionem præstitam adulterauit vxorem offendentis non tenetur pœna pacis, seu cautionis rupta, num. 476.

Causa noua, & iusta offendendi oritur ex actu commisso ab aduersario offenso ex eo, quod non rumpatur pax, seu cautio, num. 477.

Offendens eum, qui ex agro offendentis expulit, seu percussit ipsius animal, excusatur à pœna pacis rupta, num. 478.

Offendens comprehensum in pace, qui immoderatè verberauit suam vxorem consanguineam ipsius offendentis, excusatur à pœna pacis, seu cautionis rupta, numero 479. vbi etiam de illo, qui offendit eum, qui dixit verba iniuriosa vxori offendentis.

Offendens eum, qui suscepit causam, & defensionem inimici ipsius offendentis: vel cum eo continuè conuersatur, excusatur à pœna cautiones, seu pacis rupta, num 480.

Causa noua, & iusta offendentis oritur ex mentita offendenti data num. 481.

Causa noua, & iusta an excuset à pęna pacis, seu cautionis rupta eum, qui mentitur iniuriantem, & vltra mentitam ipsum offendit, num 482. & seq.

Offendens eum, qui cum curia ingressus est ipsius offendentis domum ad perquirendum bannitos, an excusetur à pœna pacis, seu cautionis rupta, num. 484.

Offendens eos, à quibus prius fuerat insultatus maximè cum armis excusatur à pœna pacis, seu cautionis ruptę. num. 485.

Causa noua, & iusta offendendi oritur ex eo, quod quis in domo offendentis contra illius voluntatem tripudium impediuit, nu. 486.

Causa noua, et iusta an oriatur ex graui suspitione, quod offensus volebat offendentem offendere, quamuis, non offenderit, & num. 487. & seq. vbi etiam an sufficiat potentia offendendi actus proxima, quamuis ad actum non fuerit perducta.

Causa noua, & iusta offendendi oritur ex verbis altercatorijs, iniuriosis, & diffamatorijs inter offensum, & offendentem & etiam in absentia partis, num. 489.

Causa noua, & iusta oritur ex eo quòd quis alteri dixit, quòd suo Principi erat inobediens subditus, num 490.

Offendens minantem dicitur offendere ex noua causa, num. 491.

Causa noua, & iusta offendendi oritur, quando offensus deficit in fide, & non obseruat promissa, numero 492. & seq. vbi multo magis, si post inobseruantiam promissorum illorum deridet, & deludit.

Causa iusta, & noua oritur ex eo, quod quis offendentem dannificauit in bonis, num. 494.

Causa noua, & iusta an oriatur ex eo, qui alteri dixit, se m'ho da'rouinare, mi rouinerò per qualche cosa, *& ille alter sic dicenti respondit,* pigliala come voi, *num. 495.*

Causa iusta, & noua oritur ex eo, quod quis ab offendente prætensum debitum petit coram multitudine hominum indiscretè, et inciuiliter, et impertinentibus verbis. nu. 496.

Causa iusta, & noua offendendi oritur ex vrtata cubitali, nu 497.

Causa noua, et iusta offendendi, et excusantes à pœna pacis, seu cautionis rupta remissiuè, num. 498.

QVÆST. CVII. PAR. III.

ARTIC. XXXVI.

460 PRIMA fit conclusio, in hoc xxxiiij. articulo, quòd à pœna pacis, seu cautionis ruptæ sufficit quælibet offendendi noua causa, etiam leuis, & iniusta. Alexand. consil. 19. nu. 2. vers. non obstat si diceretur lib. 1. Ias. in l. qui seruum, num. 2. vers. & mirabiliter ampliat, ff. de verb. obligat.

oblig. Socin.Iun. conf. 103. num. 10. lib.3. Marsil. singu. 303. incip. ex pace vers. & tene menti, & consilio. 119. num.2.& seqq. Thob. Non. conf. 108. nu. 18. & conf.111 num. 10. 11. 17. & 27.

Vbi reprobat Roman.contrarium tenentem,& inter eadem conf.crim. Philipp. de Vbald.conf. 153. num.2. Bero. conf. 198. num. 1. in fine vers. neque referr an noua causa fuerit iusta,vel iniusta,lib. 3. Iacob. Port. Imol. conf. 71. num.16. Cephal.in conf. 190. num.5.lib. 2. Mising.obser. 98. vers. habet itaq; centur. 3. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. num. 10. Vbi loquitur non solum de causa leui,& iniusta, sed etiam de colorata,& num. 11. ad med. vers. quia, & leuis causa. Nicol. Moron. in tract. de fide,treg. & pace,par.2. q.10. num. 1. secundum primam impressionem,& q.113.num. 1.& seq. secundum vltimam impressionem. Vulpell. consil.3.num. 16. & seqq. Viu.opi. 566. num.3. Mascard. de probat. lib.3. conclus. 1131. nu. 34. & conclus. 1157. num. 13.& seqq. Vbi declarat hoc procedere quoad pœnam conuentionalem, non autem quoad legalem, & num. 70. Eugen. conf.81. numer. 13.& seq. Baiard. in addit. ad Clar. q.49.47. num. 55. post med. Honded. consil. 97. num. 32. lib.1. Cæphal. consil. 587. num. 30. lib. 4. Ant. Galeat. Maluas. consil. 33. num.26. Simon.de Præt. consil.188. sub num.19.

461 Et pro hac conclusione maximè facit. Bal. in consilio 195. laudare vos libro 2. Vbi eam dixit iustam offendendi causam, quæ ex ludo, & ebrietate processit, quòd & ante eum voluit Bartol. in l. aut facta, §. causa, ff. de pœn.& Bal. sic dicentem in proposito refert, & sequitur Vulpell. consil.79. nu.14. Et quamuis Vulpell. in locis infra allegandis hanc sententiam non amplectatur, vide tamen ipsum in conf.77.num.5.& 6. Vbi dixit sufficere causam minus iustam,dummodo verisimiliter offendentem ad iram prouocare potuerit,& ibidem num. 10. & seqq. Vbi pariter concludit minus iustam causam sufficere,dummodo appareat quod ex ea,& non ex antiqua quis offenderit.

462 Contra. quod causa leuis, & iniusta non sufficiat, faciunt allegati supra in tit. de pœn. temp. q. 90. nu. 74. Vbi probaui iniustam causam non excusare à pœna conuentionali,& in nostris terminis apertè scripserunt Roman.in l.licitatio,§.quid illicitè,nu.7. in fine, vers. sic vno tamen casu,ff.de publican. & vectigal. Et ni fallor, Doctores hoc idē communiter sentiunt in l.qui seruum mihi per illum text. ff de verbor. oblig. & præsertim ibi Ang. post nu. 1.Imol. post num.2. Aret.num.1.in fine, & num.2. Colleg.Aduoc. Marchiæ consil.crim.diuers.150.nu.45. 51.& seqq. Vbi reprobatis.Alex. Ias.& Soci. contrarium tenentibus,testatur de veriori opinione,declaratq; in quibus terminis possent forsan procedere prædictorum contrarium tenentium opiniones.& declarationem ibi videas. Clar.in pract. cri. § fin.q.47. nu.9. vers. quæro nunc, ante finem. Vbi quod ista causa debet esse verisimilis. Petrin.de re militar.par. 10

463 tit.2. nu.28. Vbi quòd non sufficit causa leuis, etiam oriēs ex graui suspitione nisi fuerit ad actum perducta (de quo particulariter dixi supra,nu.197. Vbi vide)Nec ab hac contraria opinione dissentire videtur Cæphal. allegatus per Clar.vbi supra in conf.35. sub nu.14. & 15. lib. 1. Hercul. de caut.de non offenden.c.13. nu.9.ante med. vers. Item noua causa. Vbi refert Cæphal.in loco præcitato. idem Nicol.Moron.in tract.de fide, tregua,& pac.par.2.d.q.10.nu. 3. secundum primam impressionem,q.114.nu.1. & seqq.secundum vltimam impressionem, vbi generaliter, quòd causa iniusta non excusat in iis,quæ sunt de genere prohibitorum,& ibidem q.123.num. 1.& seq. Vulpell. in tract. de pace,q. 48. num. 1.& seqq.Vbi relatis contrarijs, bene dixit,non quaslibet causas temerè admittendas esse, sed eas tantum, quæ probabiles,& prouocantes sint,& quę etiam percutientem ad iracundiam verisimiliter mouere potuerint,& idem sentijt in conf. 67.num.10. & conf. 88. num, 2. & seqq. Vbi etiam quòd causa non prouocans habetur pro non causa,& conf.36. nu.9.& seq.& conf.53.nu.4.Vbi reprobat Alex. Marsil.& Corn. contrarium tenentes,& cōsil.92.nu. 15.& seqq. Hier. de Monte,q.7.n. 20. Vbi quod leuis prouocatio,seu modica offensio non inducit iustam nouam causam reoffendendi sine fractione pacis,seu cautionis. Hieron. Magon. decis. Lucen. 100. num. 9. Vbi quòd non sufficit causa fatua, vana,& ex ira iniusta proueniens,& nu.17. Vbi quòd noua causa ratione carens pro non causa dici debet, faciunt dicta per eundem Mascard. d.concl. 1157. num. 21. Vbi pariter dixit,quod in ijs, quæ sunt de genere prohibitorum, causa iniusta nō excusat (de qua re latius dixi supra suo loco) Claud. ad Bertaz.in consil. 185. littera C, vbi quòd noua causa debet esse iusta, & quod contraria opinio non est vera. Honded. conf.97.nu. 28. Vbi quod causa noua debet esse verisimilis secundum Clar. in loco præcitato.

464 SECVNDA sit cōclusio,quòd causa iusta dicitur omnis ea, quæ prouenit ex facto aduersarij prouocante offendentem ad iracundiam,prout etiam dixi supra in tit. de pœn. temp.q.91.nu.12.& seqq. Vbi etiam declaraui, & expressè etiam sic voluerunt. Hercul. in tract.de caut. de nō offend.c. 13.nu.11.post med. vers.simplex autem calor ira

465 cundiæ. Vbi tamen declarat, quando iracundia venit ex iusta causa;alias secus. Nicol. Moron.de fid.treg.& pac. q. 122. num.24. secundum vltimam impressionem. Vulpell. in tract.de pac.q.48.nu.2. Vbi tamen loquitur quando iracundia fuit iusta,& non temeraria,& conf.3. nu.16.& cōs. 67. nu.10. Thob. Non.conf.111.nu.8. Idem Vulpell. conf. 7.n. 12.in fine,& conf.53. nu.4.& conf.77. nu 5. & nu.19.

466 Et procedit hæc conclusio,etiam quòd tale factum non sit illicitum,& punibile secundum Socin.Iun.in conf.103. nu.3.lib.3. Rom. conf.183. num. 2. Nicol. Moron. de fid. treg.& pac.q.116. nu.1.& 2.secundum vltimam impressionem nec dissentit. Vulpell.in tract.de pac. q. 48. num. 7. & seq. & conf.67.nu.10.Thob. Non. conf. 111. num.28.Hōded. conf. 97. num.33. lib. 1.

467 Quamuis contrarium,quòd noua causa non excuset proueniens ex actu licito, & impunibili defendat. Colleg. Aduoc. March. conf.crim. diuers. 150. nu.49. & seqq.lib.1.idem Nicol.Moron.de fide,treg. & pac. q.13. num.1.ad med. vers.quod tamen declara secundum primam impressionem,& q.123.nu.3. & seqq. secundum vltimam impressionem,vide quæ dixi supra,q.91. nu.12.& seqq.& hac eadem q.nu.146.

468 TERTIA sit conclusio,quòd causa noua, & iusta excusans à pœna pacis,seu cautionis ruptæ est ea, quæ nascitur ex rumore populi,vel ex publica fama,vt puta,quod is, cum quo pacem feci,& non offendere promisi, intulerit aliquam iniuriam mihi,vel meis cōsanguineis, etiam quòd vera non sit,secundum Alex.in conf.115.nu.14.vers.quinimò dato,& nu.16. & seqq.lib.4. Paris.conf. 165. nu. 28. in fine vers. Nam rumor,& clamor,& nu.29. lib.4. Nicol. Moron. de fid. treg.& pac.par.2. q.10.nu.2. secundum primam impressionem. Vulpell. in tract. de pac.q.49. post nu. 2. Vbi & hanc conclusionem admittit,quando rumor, & fama esset vehemens. Honded. conf.97. sub nu. 29. lib. 1. & conf. 89. nu. 74. lib. 2.

469 Quamuis contrarium consulendo scripserit. Cephal. in conf 35.n.3.iuncto nu.14.in fine,& seqq.lib.1. Qui tamen loquitur in vano,& fatuo rumore, cui offendens non debeat credere, sed debeat se informare de veritate in re tāti ponderis,& vbi agitur de præiuditio tertij, & faciunt pro hac contraria opinione dicta per eundem Nicol. Moron.ead.q.11.nu.3.in fine,vers. Vnde non videtur excusandus n.4.& 5. dicens rumorem,& famam non excusare in ijs,quæ de sui natura prohibita sunt, & in culpa reputari eum,qui non cogitat rumorem,& famam potuisse esse falsam. Masc.de probar.lib.3.concl.1157. nu.24. Vbi pariter, quod rumor vanus,& fatuus non excusat.

470 QVARTA sit conclusio, quòd noua etiam causa inducitur ex relatione alicuius viri fide digni asserentis, vni ex paciscentibus,quòd alter paciscens sibi,aut suis,aliquid mali fecerat,vel dixerat, etiam quòd postea illa relatio non reperiatur vera. Paris.conf. 165.nu.29.lib. 4. Cœph. conf. 35.nu. 14. in fine. lib. 1. Hercul. de cautione de non offendendo, cap. 18. num.7. & 8. Vulpell. in tract. de pace, quæst. 49.

Vbi,& hanc Parisij sententiam admittit tribus concurrentibus,& non alias. Primo, vt is, qui refert offendenti aliquid,

aliquid, per quod noua producatur causa, non vulgaris, sed spectatæ fidei sit; secundo, quòd de visu attestetur, tertio, quòd offendatur is ad quem refertur, offensioni causam dedisse, non autem alter ex transuersali vindicta, prout in casu, in quo consuluit Paris. in quo ait Vulpell. & benè q. contrarium iudicasset propter atrocitatem vindictæ transuersalis, quæ nec quidem à brutis animalibus perpetratur. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1131. num. 30. & seq. & concl. 1157. nu. 25. 32. & seqq. Vulpell. cons. 77. nu. 13. vbi refert Paris. in loco præcitato.

471 QVINTA sit conclusio, quòd noua causa fractæ pacis, vel cautionis dicitur, quando quis offendit prouocantem seu insultantem, etiam cum excessu moderatę defensionis, secundum Bero. in cons. 198. num. 7. lib. 3. vbi dicit ita esse de mente omnium scribentium. Nec dissentit Hercul. in tract. de caut. de non offendendo, cap. 38. num. 12. & seq. Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. num. 42. ex Afflict. & Foller. in locis per eum relatis, & dixi infra, nu. 482.

472 Quamuis contrarium videatur de mente Vulpelli in cōsil. 36. nu. 3. & seqq. loquens in eo, qui ad propulsandum iniuriam vltra mentitam, iniuriantem percusserat; de quo dixi infra, num. 482. & seq.

473 SEXTA sit conclusio, quòd causa noua procurata, & affectata per offendentem ipsum non excusat à pœna fractæ pacis, vel cautionis, secundum Clar. in pract. §. fin. quæst. 47. nu. 9. vers. quæro nunc in fine. Vbi testatur ita vidisse pluries iudicari. Hercula. in tract. de caut. de non offenden. cap. 13. num. 9. in fine vers. affectata tamen causa noua, & c. 47. nu. 26. & seq.

474 Vbi etiam ponit vnum exemplum causæ affectatæ, subditq; quod in dubio causa non præsumitur affectata. Nicol. Moron. de fid. treg. & pac. par. 2. q. 13. num. 11. in fine, vers. vltimo, si alias diceremus, & num. 12. & seq. secundum primam impressionem, & q. 123. nu. 6. in fine. & seqq. Vulpell. in tract. de pace, q. 48. nu. 4. vers. & inde mendicatis, & procuratis causis. Hiero. Magon. decis. Lucens. 100. nu. 9. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1157. n. 20. 24. & 25. Honded. cons. 97. nu. 22. in fine.

475 SEPTIMA sit conclusio, quæ ex præcedenti conclusione infertur, quod noua causa allegari non potest per authorem rixæ, pluribus exornat Iacob. Por. Imolen. consil. 71. nu. 18. & seqq. Clar. in §. fin. q. 47. num. 9. vers. quæro nunc, in fine, vbi dixit ita vidisse se pluries iudicari. Hercula. de caut. de non offend. cap. 47. nu. 26. Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, par. 2. q. 13. num. 1. & seqq. omnibus in discursu, secundum primam impressionem. Vbi latè hanc opinionem comprobat, & ibidem n. 10. ponit exemplum, quando quis deueniens ad verba altercatoria, aut iniuriosa, dedit causam fracturæ pacis, is enim non potest nouam causam allegare, vt ibi per eum, & q. 116. num. 3. & q. 122. nu. 1. & omnibus seqq. secundum vltimam impressionem Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. nu. 53.

HIS sic, vt supra firmatis in genere conclusionibus nouam causam includentibus, & excludentibus, non ab re erit ponere nonnulla particularia exempla eiusdem nouæ causæ, per plures, & distinctos casus.

476 PRIMVS itaque casus contigit in eo, qui offendit alium, cum quo pacem fecit ex eo, quòd dictus offensus adulterauerat vxorem offendentis secundum Paul. de Cast. in l qui seruum mihi, num. 3. ff. de verb. oblig. vbi dixit, quod licet ex hoc adulterio, non facto animo iniuriandi, non dicatur rupta pax, vt suo loco dictum est. Negari tamen non potest, quin ex eo dicatur superuenire noua, & iusta offendendi causa.

477 Et ex hoc exemplo posito per Paul. de Castr. in loco præcitato inferri potest ad generalem conclusionem, quòd noua, & iusta offendendi causa ex actu commisso ab offenso, etiam ex eo, quod pax, seu cautio non rumpatur, & est verissima conclusio cum, prout suo loco dictum est, noua, & iusta offendendi causa oriatur ex quolibet actu verisimiliter ad iracundiam prouocante, quamuis pœnam non mereatur.

478 SECVNDVS casus cōtingit in illa muliere, quæ fuit offensa ex eo, quod ex agro offendentis bouem expulerat, seu percusserat, secundum Alex. in cons. 19. nu. 2. lib. 1. quæ quidem causa, licet leuis, & minus iusta videatur. Attamen inquit ibi Alex. sufficit ad excusandum à pœna conuentionali, & inde generaliter Doctores dixerunt in hac materiá, causam etiam leuem, & iniustam excusare, quod an verum sit suo loco dixi.

479 TERTIVS casus cōtingit in eo, qui offendit comprehensum in pace, propterea quod immoderatè verberauerat suam vxorem, consanguineam tamen ipsius offendentis secundum eundem Alex. in cons. 115. num. 1. & seqq. lib. 4. Nec dissentit Roma. in cons. 183. vbi in simili de offendente eum, qui verba iniuriosa dixerat ipsius offendentis vxori, & generaliter, quòd noua oriatur causa, ex percussionibus illatis in vxorem discipulos, famulos, & etiam amicos offendentis, voluit Hercul. de caut. de non offend. d. cap. 13. sub num. 11.

480 QVARTVS casus contingit in eo, qui suscepit curam, & defensionem alicuius inimici ipsius offendentis, secundum Soc. iun. in consil. 103. nu. 8. lib. 3. & idem in eo, qui suscipit defensionem aduersarij alicuius, vel in eo, qui continuè conuersatur cum inimico alicuius, scripsit Hercula. in tract. de caut. de non offend. c. 13. sub num. 11. Verum hoc de simplici conuersatione cum inimico dubitabile redditur ex ijs, quæ scripsit Ioan. de Monte Sperello in consilio 197.

481 QVINTVS contingit casus in eo, qui offendit illum, à quo fuit mentitus, mentita enim tribuit iustam, & nouā offendendi causam, secundum Socin. iun. in d. cons. 103. num. 11. lib. 3. verum de hoc exemplo valde dubito, neq; illud verum credo. Nisi in casu in quo mentita si punibilis, & per eam infertur iniuria, secus si impunibilis, prout est, quando datur ad propulsandum iniuriam, hoc enim vltimo casu pacem rumpi crederem, non à mētiente, sed ab eo, qui mentientem offendit, prout latius dixi in materia iniuriarum, supra q. 105. nu. 306. & seqq. & expresiè voluit Herculan. in tract. de cautione de nō offendendo, cap. 51. num. 24. vers. casum hunc.

482 SEXTVS contingit casus non admodum à præcedenti dissimilis in eo, cui fuit dictum, quod erat fur, & propterea is, qui iniuriam recepit, iniuriantem non solum mentitus est, sed etiam percussit, quem casum refert Vulpell. in cons. 37. num. 1. & seqq. vbi quamuis ipse contendat non suffragari huic offendenti allegationem nouę causæ ex eo, quod satis sibi erat iniuriantem mentiri absque eo, quòd ipsum percuteret, ex qua percussione videtur excessisse, q. & idem repetijt in tracta. de pace, q. 48. num. 5. & 6. & cōs. 92. num. 12. & seqq.

483 Labitur tamen iudicio meo Vulpellus, cum ex iniuria verbali, satis iustam offendendi causam oriri dubitandum non est. Et licet iniuriatus percutiendo vltra mentitam, dicatur excedere, iste tamen excessus non facit incurrere pęnam conuentionalem, prout dixi supra nu. 465.

484 SEPTIMVS contingit casus in eo, qui offendit alterū ex eo, quòd is vna cum Curia ingressus fuit in domum ipsius offendentis ad inquirendum bannitos, de quo per Colleg. Aduoc. March. in cons. crim. diuers. 130. post nu 47 & seqq. lib. 1. vbi concluditur, hanc causam non fuisse iustā, nec excusabilem, sed quòd immò fuit iusta, & excusabilis, voluit inter ead. cons. Thob. Non. cons. 152. num. 22. in fin. & Philipp. de Vbald. cons. 153. & simile in eo, qui induxit Massarium in domum alicuius ad perquirendum res furatas, consuluit Anton. Galeat. Maluas. consil. 33. numero 24.

485 OCTAVVS figurari potest casus, & generaliter in offendentibus eos, à quibus offendens fuit insultatus, & maximè cum armis, secundum Bero. in cons. 198. num. 2. & 5. lib. 3. Thob. Non. cons. 111. nu. 29. vbi de noua causa proueniente ex insultu euaginato gladio, & vide de hoc infra in decimo casu.

486 NONVS cōtingit casus in eo, qui in aliena domo contra domini voluntatem tripudium impediuit Citharedo, comminando, si sonare non desisteret, & similia faciendo, de quibus per Iacob. Port. Imol. in cons. 71. in principio, concludentes, ex prædictis, quòd si is, qui talia fecit, fuit offensus

sus ab eo, qui non offendere promisit, non incurritur pœna conuentionalis.

487 DECIMVS figurari potest casus in eo, qui alium offendit ex graui suspitione, non tamen ad aliquem actum perducta. Is inquam, licet ex ea suspitione, & non ex antiqua causa offenderit, non tamen per hoc excusatur à pœna conuentionali, secundum Petrin. Bell. in tract. de caut. de non offen. cap. 29. nu. 12. & seq.

488 Vbi dixit sufficere potentiam offendendi actui proximam, quamuis ad actum non fuerit perducta, exemplificans in insultu cum armis non euaginatis, & sic in terrorem armorum. Nec dissentit Nicol. Moron. in q. 122. num. 18. & 22. vbi de offendente illum, qui præparauerat se ad faciendum iniuriam ipsi offendenti, & de solo aduentu cũ armis, quòd inde oriatur noua, & iusta causa, voluit Hercul. d. cap. 13. sub nu. 11. de qua re dixi supra nu. 196. & sequentib. & vide etiam infra in 13. casu.

489 VNDECIMVS datur casus, & ille quidem generalis, in verbis altercatorijs iniuriosis, & diffamatorijs inter offensum, & offendentem, & illis quidem probatis, etiam absente offendente, ex quibus nouam, & iustam offendendi causam oriri, scripsit Nicol. Moron. de fide, treg. & pace, par. 2. q. 15. nu. 10. secundum primam impressionem, & q. 113. nu. 13. secundum vltimam impressionem, & ibidẽ q. 122. nu. 18. & seq. Hercul. in tract. de caut. de non offenden. c. 13. nu. 11. Vbi pariter de verbis altercatorijs, Anto. Galeat. Maluas. cons. 33. num. 23. in fine, & seq. vbi de verbis iniuriosis, & altercatorijs.

490 DVODECIMVS dari potest casus in eo, qui fuit offensus, propterea quòd in publico consilio alteri dixerat, quòd erat subditus inobediens, & maleuolus suo Principi, in quo casu consuluit Vulpell. in cons. 2. & cons. . . . num. 15.

491 DECIMVSTERTIVS, & generalis etiam casus datur in eo, qui offendit minantem, ex minis enim de occidendo iustam oriri causam in offensore ipsius minantis, scripserunt Vulpell. in cons. 67. nu. 8. & Herculan. in tract. de caut. de non offenden. cap. 13. sub num. 11. Vbi amplius pro noua causa considerat solum oculorum eorum aspectum, ad quæ vide quæ dixi supra, num. 201, & supra in 10. casu.

492 DECIMVSQVARTVS contingit casus in offendente illum, qui cùm promisisset offensori fundum suo nomine emere, illum non solum nomine proprio emit, fidem fallendo, sed etiamipsum, cui sic promiserat deridẽdo in quo casu consuluit Vulpell. cons. 53, sub num. 3. Ex hac enim non obseruatione promissorum facilè est nouam offendendi causam oriri, prout in simili exemplificat Hier. Magon. decis. Lucens. 100. post nu. 7. & nu. 18. Vbi de eo, qui contra fidem datam reuelat secreta illius, cum quo pacem fecit, & non offendere promisit. Nec dissimile est, quòd voluit Bertaz. in cons. 147. nu. 28. lib. primo, de eo, qui promisit pro altero fide iubere, promissionemq; non
493 obseruat. Immò illum deridet, & deludit; Immò ex simplici derisione, & delusione nouam oriri causam, est de mẽte Hercul. de cautione de non offend. c. 13. sub num. 11.

494 DECIMVSQVINTVS casus, & ille quidem generalis dari etiam potest in eo, qui alium offendit in bonis ex tali enim dannificatione nouam oriri causam, etiam data modica iactura, scripsit Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. sub nu. 11. & scripsit Vulpell. in cons. 79. nu. 1. & seq. de eo qui alium tuebatur in sua possessione. Thob. Non. cons. 111. in principio. Vbi de incisione arborum, de qua incisione loquitur etiam Eugen. consil. 82. num. 1. Immò secundum Hippol. Riminal. in consil. 289. post num. 37. noua, & iusta oritur causa, etiam ex lite mota super ablatione alicuius fundi.

495 DECIMVSSEXTVS contigit casus, & quidem specialis in eo, qui alteri dixit, *se mi hò da rouinare, mi rouinerò per qualche cosa*, & ille alter sic dicenti respondit, *piglie la come vuoi*. In quo quidem casu consuluit Vulpell. in cõsilio 88. num. 1.

496 DECIMVSSEPTIMVS contingit casus in eo, qui coram multitudine hominum petit ab altero aliquod prætensum debitum indiscretè, inciuiliter, & impertinentibus verbis, prout in casu in quo Vulpell. consuluit cons. 77. num. 1.

497 DECIMVSOCTAVVS contingere potest casus in eo, qui alterum cubitali vitata afficit etiam in pallio animo iniuriandi, secundum Hercul. in tractatu de cautione de non offendendo, cap. 13. sub numero 11. quem refert etiam Hieron. Magon. decis. Lucens. 100. num. nono, & Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1157. num. 66. & sequentibus.

498 Apud quos etiam alios similes casus reperies, ex quibus offendens ad sui excusationem nouam causam allegare potest.

ARGVMENTVM.

De validitate, &, & interpretatione Statutorum, seu Constitutionum, volentium non posse allegari nouam causam in pace, seu cautione de non offendendo rupta.

SVMMARIVM.



Ausa noua allegari non potest per offendentem ad se excusandum à pœna fracta pacis, seu cautionis, quando talis allegatio probibetur ab aliqua constitutione, seu statuto, num. 499. vbi in hoc recensentur Constitutiones Apostolicæ.

Pactum, seu promissio de non offendendo aliquem ex noua causa valet, nu. 500. Licet alij contra, num. 501.

Causa noua an possit allegari per offendentem, qui promisit non offendere, ex quacunq; causa, vel quòd non possit excusari ex noua causa, num. 502.

Causa noua, si fuerit iusta, & plenè probata per offendentem, poterit allegari pro excusatione fracta pacis, seu cautionis, etiam quòd Statutum, seu Constitutio prohibeat allegationem noua causa, numer. 503. Licèt alij contra, num. 504. & seq. vbi etiam quid de pacto, seu conuentione expressa, quòd non possit allegari noua causa, Resolue vt, num. 506. & seqq.

Causa noua proueniens ex necessaria defensione, semper excusat offendentem à pœna fracta pacis, & cautionis, non obstante quocumque statuto, seu cautione probibente allegationem noua causa, numer. 510. & seqq.

Vbi in specie quid si prouocatus, nõ incontinenti, sed ex internallo prouocantem offendat.

Statuta, seu Constitutiones probibentes allegationem noua causa ad excusationem pacis, vel cautionis rupta, habent tantummodo locum in principalibus paciscentibus, non autem in alijs comprehensis in pace, seu cautione, nu. 515.

Constitutio Pij V. volens non posse allegari nouam causam, in pace, seu cautione rupta, non habet locum in Terris mediatè Ecclesiæ subiectis, num. 516.

Constitutio Pij Quarti, volens non posse allegari nouam causam, in cautione de non offendendo rupta, non habet locum in pœnis applicandis parti, num. 517.

Constitutiones, & statuta prohibantia allegationem noua causa, pro excusatione pacis, & cautionis ruptæ reputantur odiosa, & non fauorabilia, num. 518. Quamuis alij contra, num. 519.

QVÆST. CVII. PARTE III.

ARTIC. XXXV.

499 REGVLA sit in hoc 35. articulo, quòd noua causa per offendentem allegari non potest ad se excusandum à pęna fractę pacis, seu cautionis, quando talis allegatio prohibetur ab aliqua cõstitutione, vel Statuto, prout prohibetur in cõstitutione Pij IV. de qua in Bullario par. 1. in ordine 128. in vers. Quodque in causis treguarũ, &c. fol. 870. vbi

vbi dicitur, quòd in cauſis treguarum, & pacis, fractores, vel eorum fideiuſſores allegare non poſſint, quod offenſa ex noua cauſa proceſſerit: nec allegata cuique ſuffragetur, quæ quidem conſtitutio fuit confirmata per Pium V. in eius conſtitutione decima, de qua in eod. Bulla. par. 2. fol. 933. vbi non ſolum prout infra mox dicam, declarat etiā dictam conſtitutionem Pij Quarti, ſed etiam illam ampliat ad fideiuſſionem de non offendendo, de qua in dicta Pij Quarti conſtitutione nullum erat verbum, ſed tantum loquebatur de pace, & tregua: huiuſmodi enim conſtitutiones, & ſtatuta valere dubitandum non eſt, & in ſpecie ſcripſerunt Hercula. in tract. de caut. de non offend. c. 13. num. 5. Vbi etiam in idem refert Breue Leonis, de quo in Conſtitutionibus Marchiæ, & ſtatutum Peruſinum, lib. 3. cap. 112. ſubdens quòd prædictum Breue, & ſtatutum ſunt localia, nec ſeruari debent alio in loco, quàm Peruſiæ & in Prouincia Marchiæ. Idem Herculan. in eod. tract. de caut. de non offend. cap. 51. ſub num. 2. vbi facit mentionem ſupradictæ conſtitutionis Pij Quarti, num. 19. in fine, & ſeq. Vbi quòd hæc eſt magna conſtitutio. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pace, par. 2. q. 12. num. 40. ſecundum primam impreſſionem. Vbi pariter facit mentionem de ſupradicto Pontificis motu proprio. Vulpell. in tract. de pace, q. 45. in fine, vbi refert Conſtitutionem Marchiæ, & alias Summorum Pontificum in ſtatu Eccleſiaſtico prohibentes allegationem nouę cauſæ. Thob. No. conſ. 110. num. 9. vbi facit mentionem de motu proprio Pij Quarti. Hier. Magon deciſ. Lucenſ. 100. num. 8. verſ. ſed dubium faciebat. Vbi refert in propoſito Decretum Lucenſe, Eugen. conſil. 81. num. 1. vbi in hoc refert Decretum Ducis Vrbini, Baiard. in additio. ad Clar. q. 47. num. 55. vbi pariter refert conſtitutionem Pij Quarti, & Pij V. Hippol. Rimin. conſ. 300. num. 37. Vbi refert Decretum Ducale Ferrariæ.

500 AMPLIA, Quia ſicut valet ſtatutum, vel conſtitutio mandans, non poſſe allegari nouam cauſam; Ita etiam valet expreſſum pactum, ſeu promiſſio de non offendendo aliquem ex noua cauſa. Bertaz. conſ. 4. num. 9. in fine, libr. 1. conſil. 147. nu. 23. verſ. ſed tota difficultas. Hippol. Rim. conſ. 101. in fine, num. 32. verſ. & ita ceſſant, lib. 1. Quam

501 uis contrarium videtur de mente Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 42. num. 50.

502 Et quòd fuerit promiſſum non offendere ex quacumq; cauſa, vel quod non poſſit offendens ſe excuſare ex nulla cauſa. An tunc adhuc poſſit idem offendens allegare nouā cauſam, videtur quod ſic, ſecundum Hercul. d. cap. 42. eo dem num. 50. Vbi quòd per hoc non cenſentur excluſę cauſæ à lege permiſſæ. Bertazz. conſ. 185. num. 20. vbi idem ſi fuerit promiſſum non offendere ex quacunque cauſa. Hippol. Riminal. in loco infra mox allegando contrarium tenentem. Quamuis contrarium conſuluerit Hippol. Rimi. conſ. 101. num. 18. & 23. lib. 1. & contrarium etiam, & malè conſuluerit Vulpell. in conſ. 92. num. 1. & ſeq. Volens non poſſe allegari nouam cauſam ab eo, qui promiſerat nō offendere exceptione remota.

503 LIMITA I. Quando noua cauſa allegata eſſet iuſta, & plenè probata, operantur huiuſmodi Statuta, & conſtitutiones, vt non poſſit dici, & allegari cauſa friuola, & iniuſta, ad ea, quæ dicunt Doctores ſupra, num. 454. Item vt nec etiam poſſit dici nō eſſe neceſſariam probationem nouæ cauſæ, quin illa in dubio præſumatur, prout pariter dicunt Doctores ſup. num. 432. Non autem quin poſſit probari, & deduci ea cauſa, quæ iuſta, & probabilis fuerit ſecundum Bero. in cōſ. 198. nu. 16. lib. 3. Hercul. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. nu. 5. verſ. ſecunda declaratio, & cap. 51. nu. 24. vbi exemplificat quando cauſa dicatur iuſta. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1131. nu. 37. vbi loquitur etiam, quando per pactum expreſſum fuit renunciatum allegationi nouæ cauſæ, & concl. 1157. num. 43. & ſequentib. nu. 51. & ſeqq. 57. & 58. Bertaz conſ. 4. num. 10. lib. 1. & conſ. 147. num. 24. vbi pariter loquitur de pacto renunciatiuo allegationi nouæ cauſæ, dicitq; in propoſito valere argumentum de pacto ad ſtatutum, & conſil. 151. poſt nu. 12. & ſeqq. Baiard. in addit. ad Clar. q. 47. poſt num. 55. Hond. conſ. 97. nu. 38. lib. 1. & conſ. 89. nu. 73. lib. 2. vbi quando conſtat notoriè de noua cauſa. Hippol. Rimin. cōſil. 300. num. 38. & ſeq. lib. 3.

504 Contrarium ſenſiſſe videtur Hier. Magon. deciſ. Lucen 100. nu. 19. in fin. & ſeqq. vbi præſertim quando conſtitutio prohibens allegationem nouæ cauſæ, exciperet aliquos caſus particulares, quia tunc extra illos caſus exceptos cenſentur per eandem conſtitutionem, excluſi omnes alij caſus in quibus de iure permiſſum eſt allegare nouam cauſam, & conſequenter ſecundum eum, ſtante conſtitutione prædicta; nec etiam poteſt allegari aliqua noua cauſa iuſta, & probata.

505 Quod & idem ſenſiſſe videtur Maſcard. qui tamen cogitandum reliquit de probatio. lib. 3. concl. 1157 nu. 47. & ſeqq. loquens in pacto expreſſo, quòd non poſſit allegari noua cauſa, quòd ſcilicet iſto caſu, nec etiam ſuffragetur noua cauſa, iuſta, & probata, cum excipienti de noua cauſa poſſit replicari *pacto conuenisti mecum*.

506 Et licèt, vt vides, propoſita limitatio magis communiter à modernis recepta videatur, ſa[illegible] tamen dubitabilis ea reddi videtur, tum ex præmiſſis, tum etiam ex deductis per Hippol. Rimin. in d. conſ. 300. num. 40. & ſeqq. lib. 3. vbi dixit, quòd quando Statutum, ſeu decretum vtitur verbis reſiſtentibus potentiæ, & actui allegandi, & probandi nouam cauſam; tunc videtur quòd illa non poſſit allegari, aut probari, etiam parte non opponente, & quòd propterea omnis allegatio, & probatio ſit ipſo iure nulla, præſertim in criminalibus, & Bald. Alex. Vant. & alijs ibi relatis per eum, ex eius dictis, videtur poſſe elici declarationem ad prædictam limitationem, quòd non obſtante decreto, ſeu Statuto prohibente allegationem, & probationem nouæ cauſæ, poſſit eadem noua cauſa allegari, & probari fiſco non opponente, ſecus autem illo opponente. Immo quando pœna non parti, ſed fiſco applicatur; tunc videtur ſentire, quòd etiam fiſco non opponente, non debeat quis admitti ad probationem iſtius nouæ cauſę, licet ſecus credat, quando pœna, aut tota applicaretur parti, aut partim fiſco, & partim parti. Adeo quòd ſtante declaratione prædicta hodie cum apud nos omnes pœnæ iſtæ conuentionales applicentur fiſco, qui etiam ſemper ſi opponat, ſtantibus Bullis Pij Quarti, & Quinti allegationi, & probationi nouæ cauſæ, ſequitur etiam quòd vix daretur caſus in quo limitatio prædicta locum haberet.

507 Præterquam in duobus caſibus. Primus eſt, quando idem fiſcus per teſtes pro Curiæ informatione examinatos, probaſſet ipſam nouam cauſam, quia tunc nihil erit, quòd iure impedire poſſit eiuſdem nouæ cauſæ per fiſcum probatæ allegationem; Et iſte caſus plerumqne contingere ſolet.

Secundus erit caſus, quando quis vellet probare nouam cauſam dependentem à neceſſaria defenſione, ad ea, quæ dicam infra nu. 510. Quia tunc pariter, niſi talem probationem admitteremus, redargueremus etiam ſtatuētes de iniquitate, & in iſtis duobus caſibus ſæpius vidi à iudicibus fuiſſe factam bonam allegationem nouæ cauſæ.

508 In alijs uerò caſibus, vt verum fatear, diuerſimodè Iudices ſeruaſſe, affirmare poſſum, & ſic bonum erat habere Iudicem fauorabilem, qui in dubio non credo errabit, ſi nouæ cauſæ allegationem, & probationem admittet, quando eam viderit iuſtam, & ex iuſta iracundia prouenientem vt puta ex grauibus verbis iniurioſis, vel ex percuſſionib^9, aut inſultu animo percutiendi facto, & inde incontinenti ſequuta offenſione, ſecus autem ſi ex interuallo, prout dixi infra in ſublimitatione ſequentis limitationis, & ad ibi tradita me refero.

509 Et in propoſito vide Eugen. in conſ. 81. num. 1. & pluribus ſeqq. vbi in terminis decreti prohibentis allegationem nouæ cauſæ, niſi de ea, vel per euidentiam facti, vel legitimis probationibus conſtiterit, diſputat an, & quando, & quomodo ad prædictum effectum dicatur de eadē noua cauſa conſtare euidenter, & legitimè, & an præſumtiones ſufficiant, & quæ.

510 LIMITA II. Et illatiuè ex præcedenti limitatione, propoſitam huius 35. articuli regulam, nō procedere in noua

noua causa prouenientе,ex necessaria defensione. Nunquã enim illa censetur exclusa à constitutione, vel à partium consensu,cum nec statuta, nec partium voluntates possint necessariam defensionem tollere,& si hoc expressè dicerent non valerent, probatur hæc limitatio in cap. 1.§.si quis alium,& ibi gloss. in verbo *vitam suam defendendo*, de pace tenenda in vsibus feudorum,& expressè voluit Bero.in cons.198.num.15.lib.3. Herculan. in tract. de caut. de non offend.cap.13.nu.11.in fine,& cap.42.num.30.vbi pariter de promittente non offendere ex noua causa, ac etiam renunciante cuilibet excusationi,ex quacumque causa,quòd non per hoc censetur renunciasse causis à lege permissis, & quibus nec nominatim renunciari potest,& præsertim causis grauioribus procedentibus non ex verbis, sed ex aliquo facto. Hier. Magon.decis.Lucen. 100. num. 8.in fine. Vbi in proposito refert decretum Lucense. Mascard.de probat. lib. 3. concl. 1157. num. 54. & seq. & numer.58. & sequent. Addo ad præmissa Eugen.consil.82. num.40.

511 SVBLIMITA hanc secundam limitationem, secundum Masc.d. conclus. 1157. num.58. & seq. vbi dixit, quod quando prouocatus ex noua causa incontinenti prouocantem offendit; tunc inquam,non obstante qualibet prohibitiua constitutione allegari potest noua causa,& illa quidem probari,si fuerit iusta: Non enim præsumitur, quod eadem constitutio velit tollere defensionem, quæ in continenti,post receptam offensionem,& ex iusta prouocatione sequitur,secus autem si procatus ex interuallo offendat dãtem nouam causam,quia tunc non videtur aufugere pœnam conuentionalem fractæ pacis,vel cautionis, stante dicta constitutione, vt ibi per eum.

512 Contrarium afferere videtur idem Mascard. ead.conclus.1157. num. 60. & sequenti. videlicet quod siue, incontinenti,siue ex interuallo prouocatus offendat, semper possit allegare nouam causam,non obstantibus constitutionibus,& statutis prædictis, & ita etiam contrarium tenet Bertazz.in cons.151. num.10.& seqq. expressè dicẽs,quòd quando pax fuit rupta ab vno ex paciscentibus,tunc alteri paciscenti sine metu fractutæ pacis licet offendere eum, qui prius pacem fregerat,etiam ex interuallo, vt ibi per eũ, qui loquitur in terminis Decreti Ducalis volentis non posse allegari offensam processisse ex noua causa, & sic apertè tenet, quòd quando ex noua causa rumpitur pax, tunc licitum est offendere eum,qui primo loco pacem fregit,etiam ex interuallo,non obstante Statuto prohibente allegationem nouæ causæ,& ita etiam declarat,& explicat Honde. cons.89. num.72. vers. quòd verò, vltimo loco dicitur, lib.2.

513 Verum dicant Doctores quicquid velint, apud nos nõ memini vnquam admissam allegationem,& probationem nouæ causæ, quando offensio sequuta est ex interuallo,siue per primam offensionem, & nouam causam non fuerit rupta pax,siue etiam rupta fuerit. Debebat enim prouocatus, & primo loco offensus, iudicem adire; & non ex se vindictam sumere,& offendentem reoffendere,& sic credo fuisse principalem mentem Statuentium prouidere, ne homines ex interuallo,& iracundiæ calore sedato tueri se possint, sub clipeo assertæ nouæ causæ à solutione pœnæ conuentionalis, & consequenter proposita limitatio locũ habebit,quando allegatur, & probatur noua, & iusta causa ab eo,qui incontinenti ex eadem noua causa offendit, non autem si ex interuallo.

514 Quamuis vt verum fatear deducta per Bertazz.& Honded. in locis præcitatis,maximè stringunt, quando per nouam causam fuit primo loco rupta pax,quia, tunc vt ipsi dicunt secundus offendens, non dicitur allegare nouam causam,sed quod ipse pacem non fregit, quia iam rupta erat per primam offensionem, in quibus terminis non videntur loqui,nec videntur applicari posse constitutiones prohibentes allegationem nouæ causæ.

515 LIMITA III. Constitutiones,& Statuta prædicta locum habere tantum in principalibus paciscentibus, non autem in alijs comprehensis in pace, vel cautione, qui nihil promiserunt. Ex eorum enim offensa facta ex noua causa,non est locus exactioni pœnæ conuentionalis,secundum Hercula. in tract. de cautione de non offendendo, cap.13. num.5. vers.Tertia declaratio: & expressè cauetur in constitutione Pij Quinti,de qua in Bullar. parte secunda,decima in ordine, fol. 933. prout aduerterunt Thob. Non. cons. 111. num. 14. Mascard. de probat.lib.3.conc. 1157. num. 56. Bertaz.cons.151. post num. 15. & sequentibus. Honded. cons. 97. num. 37. lib. 1.

516 LIMITA IIII. Quia motus proprius Pij Quinti volens non posse allegari nouam causam, non habet locũ in terris mediatè Ecclesiæ subiectis. Et illis quorum gubernium,& administrationem Ecclesia à se abdicauit,secũdum Vulpell. in consil.2.num.40. & cons.3.num. 21. Vbi ponit exemplum de Terra Bari: & in omnem euentum ibidem non afficere,nisi specifica declaratio, & intimatio interuenerit, de quibus omnibus valde dubito; tum quia motus proprius ille videtur generalis,tum etiam quia forma publicationis illius constitutionis est in ea præscripta, & ea seruata sufficit,absque alia intimatione,cogita tamen quia pro nunc nihil resoluo,& ad materiam vide,quæ consulendo scripsit Hippol. Riminal. cons.300. sub num. primo,in fine,& num.5. & 13. & seq. lib.3. Vbi vnà cum Cœphal.in cons.35. num.34. & seqq. discutit, an simile Decretum Ferrariæ liget omnes subditos, & mediatè subiectos, & in toto Dominio Ducis existentes, an verò eos tantum qui immediatè subiecti sunt,& contra Cœphal.in loco præcitato videtur concludere,quòd non nisi subditos immediatè subiectos comprehendit.

517 LIMITA V. prædictam constitutionem Pij Quarti,procedere in instrumentis pacis,seu cautionis,in quibus pœna est applicata fisco Cameræ Apostolicæ, vt patet ibi in illis verbis, *Fiscum,& Cameram Apostolicam,quomodolibet concurrentibus.* Vnde secus quando pœnæ sunt applicatæ partibus, secundum Thob.Non.cons.110. num.9.

518 LIMITA VI. Quia prædictæ Constitutiones, & Statuta volentia non posse allegari nouam causam ad effugiendum pœnam conuentionalem fractæ pacis, & cautionis,tanquam correctoria iuris communis, & exorbitantia reputari debent odiosa,& non fauorabilia, & consequenter non extendenda, sed restringenda, quantum fieri potest, secundum Herculan.in tract. de cautione de non offendendo, cap.51.num.2. Vbi amplius,quòd talis restrictio fieri debet etiam per impropriationem verborum, & nu. 3. Vbi quòd eadem statuta & constitutiones recipiunt interpretationem à iure communi, & num. 5. Vbi quòd cessante ratione ipsius constitutionis, vel statuti, cessare etiam debet dispositio,& num. 19. in fine,& seqq.

Vbi pariter declarat quomodo huiusmodi Constitutiones,& statuta corrigant ius commune. Bertaz. cons.151. num.7. 13.& seqq. Vbi reprobat Cœphal. contrarium tenentem,in consil. 35. num. 35. pluribus explicat huiusmodi constitutiones,tanquam odiosas, correctorias, & pœnales non extendẽdas ad casus non expressos, sed restringendas esse. Eugen.consil.82. num. 32. Hippol.Riminal. consil.300. num. 17. lib.3. vbi benè declarat respondendo contrarijs,quamuis contrarium sensisse videatur, Hier. Magon. decis.Lucen.100. num.25. & Cæph. quem allegat in cons.35. & num.35.

Absoluta fuit hæc quæstio ad laudem Dei, die vltima Decembris 1601.

ARGVMENTVM.

De prohibitione delationis armorum, & illius pœna, quando habeat locum,& quando non.

SVMMARIVM.

Armorum appellatione quid veniat, q. 108. num. 1.
Telorum appellatione quid veniat, & quæ sit differentia inter

nec ipsi, nec eorum famuli possunt deferre arma, num. 102.
Arma deferre sine licentia an possint Magistratus Ciuitatum, & Uniuersitatum, qui aliquam habent iurisdictionem nu. 103.
Archibusia pugiones, & alia similia arma prohibita, nec etiam officiales, & exequutores iustitiæ possunt deferre, num. 104.
Arma deferre extra Ciuitatem, & in itinere impunè quis potest, nu. 105. Etiam quod illa deferens transeundo per ciuitatem aliquo temporis interuallo se in ea firmaret, num. 106. Nec valet Statutum prohibens delationem armorum ad sui defensionem in itinere, & per loca periculosa, num. 107. Quamuis alij contra, num. 108.
Arma deferre etiam sine licentia vnusquisque potest nauigando per mare, num. 109.
Arma etiam Clericis deferre licitum est, quando illa deferunt pro sui corporis defensione transeundo per loca periculosa. nu. 110.
Arma deferre licitum est etiam, quando quis proficiscitur ad suum agrum, & suam possessionem, num. 111.
Arma etiam non ligata deferre licitum est in itinere, & nauigatione num. 112.
Archibusetta deferre non licet, nec etiam in itinere, nu. 113.
Arma retinere, & deferre licitum est ex causa donationis num. 114. Et quid quoad pœnam statutariam, num. 115.
Arma deferre licitum est pro occidendis bannitis, num. 116. Dummodo illa non deferantur simulatè ad alium finem, num. 117. Et an isto casu sit licitum deferre archibusetta. nu. 119. et seq.
Arma deferre vnusquisque potest in societate officialium, & pro seruitio iustitiæ, num. 118.
Arma deferendi licentiam ex iusta causa concedunt non solum Principes, sed etiam Præsides prouinciarum, & Gubernatores terrarum, num. 121. & num. 123. Ubi quid de licentia deferendi archibusetta.
Arma deferenti cum licentia Superioris an licitum sit resistere Officialibus volentibus eum capere, num. 122.
Arma deferendi licentia dari potest, & tacitè conniuentibus oculis, & etiam expressè, & de modo concedendi istas licentias, numer. 124 & seqq.
Arma deferens sciente, & tolerante Superiore an possit pro eorum delatione puniri, num. 125. & seqq.
Arma deferendi licentia an concedi debeat non data fideiussione de illis non abutendo. num. 128.
Arma deferendi licentiam suis subditis concedere possunt Domini castrorum, et terrarum, num. 129.
Arma deferendi licentia concedi non debet sine iusta causa, & quæ in proposito dicatur iusta causa, num. 130.
Arma deferendi licentia non suffragatur illi, qui armis abutendo deliquit, num. 131.
Arma deferens inuentus sed non captus, an possit puniri pœna Statutorum, seu bannimentorum, vide pro, & contra, & plures Doctorum distinctiones, num. 132. & seqq.
Statutum puniens mulierem inuentam cum perlis, & sericis vestibus, an comprehendat illam mulierem, quæ sic cum perlis, & vestibus sericis inuenta fuit, sed non capta, num. 135.
Statutum puniens inuentum de nocte sine lumine an comprehendat eum, qui sine lumine fuit inuentus, sed non captus, num. 136.
Statutum puniens inuentum ludere an comprehendat eum, qui in ludo fuit inuentus, sed non captus, num. 137.
Arma deferens non punitur pœna corporali, quando in deferente cessat dolus, num. 144. & seq. Ubi etiam isto casu quòd à dolo qualibet causa etiam iniusta excusat.
Armorum deferendi consuetudo excusat à pœna, num. 146. Declara dummodo consuetudo sit generalis, & discreta quoad omnes, alias secus, num. 147. Item declara, vt non excuset in delatione archibusettorum. num. 148.
Arma deferens puniri non potest, nisi sit confessus, aut conuictus, nu. 149. Sed an Birroarij plenè conuincant de delatione armorum num. 150 et seqq.
Armorum delatio dicitur leue delictum, num. 150.
Denunciatori, seu Officiali deputato ad perquirendum plenè creditur in leuibus. num. 151. Licèt alij contra. num. 152. & 153. vbi, quòd præsertim illis creditur sic volente Statuto.
Birroarijs an et quando credatur in delictis grauibus, & pro quibus grauis pœna imponitur, num. 154. et seqq.
Arma si reperiantur in terram proiecta pœnes aliquem an, quando, & qualem faciant contra ipsum præsumptionem, seu probationẽ et quid si dicta arma reperirentur penes plures, num. 158. et seqq. Ubi etiam an, et quomodo possit isto casu procedi ad torturam, vel ad pœnam ordinariam, seu extraordinariam.
Vulnerans aliquem cum armis, punitur tantummodo pœna vulneris, & non pœna delationis armorum, num. 166. Declara primo procedere, dummodo vulnerans sic arma detulerit animo vulnerandi, alias secus, num. 167. Declara secundo, dummodo pœna vulneris sit maior pœna delationis armorum, secus si è contra num. 168. Declara tertio vigore bannimentorum generalium Status Ecclesiastici. num. 169.
Arma deferens pluribus vicibus, & sic pluries detulisse confessus, an vnica, an pluribus pœnis puniri possit, num. 170.
Arma deferens, & captus, an debeat cum fideiussore relaxari, num. 171. et seqq.

QVÆSTIO CVIII.

1 PRO faciliori huius quæstionis resolutione esse: præmittendum, quid nam veniat appellatione armorum, ex quo præmisso non modica oritur vtilitas ad interpretationem Statutorum punientium vim, seu insultum factũ cum armis, aut quid simile. Verum de hoc contentus sũ remittere lectorem ad text. in l. armatos, & ibi præcipuè Ang. & in l. hi qui ædes, vers. telorum autem appellatione, & ibi etiam Bart. & Alexand. ff. ad l. Iulia. de vi public. tex. in l. armorum, & ibi gloss. & Docto. ac præcipuè Alciat. & Cæpoll. ff. de verb. signif. glo. in clem. 1. §. quia vero nonnulli, in fin. verbo *arma*, & ibi etiam Doctor. de stat. Monach. Io. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. col. 2. vers. & adde, quòd armorum appellatio, Inst. de publ. iudic. Ias. in §. ex maleficijs, num. 84. Instit. de actio. Ang. de malef. in verbo *vno stocco ferreo*, num. 1. & ibi August. in addit. Afflict. in constit. Intentionis, num. 22. de illicit. port. arm. Marsil. in pract. §. pro complemento, num. 13. & seqq. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. in tex. ibi itemq; eorum, &c. num. 18. vers. Nam propriè appellatione armorum, & num. 19. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. num. 2. & seqq. Iodoch. in pract. cap. 97. num. 11. Cyrill. in summa crim. rubr. de publ. iud. § 5. nu. 12. fol. mihi 115. colum. 2. in fi. Barbat. de Card. legat. q. 5. num. 20. & seq. & 27. vers. & adde etiam. & num. 28. Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 2. casu 394. num. 76. & seq. Bonacoss. in quæst. cri. in verbo *de armis*, in discursu, fol. mihi 16. à tergo. Decia. in tract. crim. lib. 8. cap. 2. num. 5. & omnibus seqq. quem omnino videas, quia generaliter, & particulariter omnem

2 explicat materiam. Et præsertim, num. 4. & seqq. benè declarat quæ sit differentia inter arma, & tela, & quid telorum appellatione veniat, Nauarr. in cap. ita quorundam, in quinto notab. num. 1. & omnibus seqq. in discursu de Iudæis. Baiard. ad Clar. q. 82. num 67. & seqq.

3 REGVLA sit, quòd armorum delatio omni iure prohibita est, primo scilicet iure Digestorum, vt in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. secundo iure Codicis, vt in rubr. & in l. 1. C. vt armorum vsus, lib. 11. tertio iure Authenticorum, vt in Authen. de armis. §. penult. quarto iure nouissimo feudorum, vt in ca. 1. §. si quis rusticus, de pace tenenda. Adde in Regnicola, & Regni Constitutione, de qua in cap. intentionis de illicit. port. arm. & per ista iura armorum vsum, & delationem iure prohibitam esse omnes admittunt, vt videre est apud Bart. in d. l. 1. num. 1. & ibi etiam Ang. nume. 3. glo. in d. l. 1. C. vt armor. vsus, in verbo *mouendorum*, & ibi etiam Luc. de Penn. num. 20. in fin. vers. in secunda gloss. Ang. num. 1. & Io. de Platea, num. 2. vers. & est regula negatiua, lib. 11. Afflict. in cap. 1. §. si quis rusticus, nu. 4. in fin. vers. de iure autem Romano de pace tenenda in vsib. feudor. Alber. in tract. statutor. par. 2. q. 115, numer. 2. August. ad Ang. de malef. in verbo *dictus Andreas*, num. 8. in fine, uers. Adde tamen. Paris. de Put. de sindica. in verbo *captura*, c. 1. n. 15. in fi. fol. mihi 136. Rom. sing. 267. inc. Prohibitũ est. Soc. reg. 30. in prin. Io. Fräc. Scagliõ. super 1, prag. de duello, nu. 58. Marsil in pract. §. pro complemento num.

num. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 69. Duen. reg. 55. in princ. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. verbo *Des iustices*, fol. 21. num. 109. Rolan. conf. 3. num. 17. lib. 2. Petrus à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. in princ. Parif. cõsil. 171. num. 17. lib. 4. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. nu. 18. ante finem, verf. Nam regulariter. Catell. Cotta in memoral. in verbo *armorum*, verf. & notabis. Barbat. de Cardin. legat. de latere, q. 5. post num. 18. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 394, num. 18. & seqq. Scappa de iure nõ script. lib. 5. cap. 161. num. 7. Viui. decif. 287. num. 3. Decian. in tract. crimin lib. 8. c. 3. num. 1. & seqq. vbi probat armorum delationem etiam antiquo Romanorum iure interdictam fuisse. Bertazz. conf. 46. num. 1. lib. 1. Franc. Bec. conf. 4. num. 3. Brunor. à Sole in suis quæst. legal. q. 35. nu. 16. Nauarr. in c. ita quorundam. in 5. notab. num. 24. de Iudæis. Ioan. Petr. Surd. conf. 152. nu. 33. lib. 2.

4 AMPLIA I. propositam regulam, quia deferens arma contra iuris prohibitionem tenetur pœna l. Iul. de vi pub. text. in d. l. 1. & ibi glo. 1. aduertit esse mirabile, quòd vis publica committatur ex solo armorum vsu habendo, vel deferendo arma. Iaf. in §. ex maleficijs, num. 81. Instit. de actio. Marsil. in pract. in 1. tracta. de appellat. §. in text. ibi, Itemq; eorum, &c. nu. 2. Cyrill. in summa crim. in rubr. de publ. iud. §. 5. num. 1. & 13. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 394. num. 18. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 2. nu. 2. in princ. & in fine.

5 Pœna autem l. Iul. de vi publica, quæ sit, Dic arbitrariã esse, sicuti ex Grammat. Iodoch. Claro, & Ofasch. in locis per eum relatis benè voluit Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 394. nu. 1. & in ijs terminis aduertit Decian. in tra. crim. lib. 8. cap. 4. nu. 22.

6 Quæ quidem arbitraria pœna potest esse non solum pecuniaria, sed etiam corporalis, arbitrio Iudicis, si credendum est Ioan. de Platea in l. 1. C. vt armor. vsus, lib. 11. sub num. 2. per tex. in Authen. de arm. §. denunciamus, qui tex. reuera loquitur nõ in defferentibus arma, sed in fabricantibus & de illis mercimonium facientibus contra iuris prohibitionem, prout etiam loquitur ibidem ipse Ioan. de Platea, sed idem Ioan. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. col. 2. verf. sed quæro, quæ sit pœna. Instit. de publ. iud. expressè loquitur etiam in delatione armorum, vtrq; pro ea pœnam posse etiam esse corporalem arbitrio Iudicis.

7 Sed quòd non sit, nisi pecuniaria, vide licet 20. solidorũ probat tex. in c. 1. §. si quis rusticus de pace tenen. in vsib. feud. & ibi Afflict. in summario. Roman. sing. 267. incip. Prohibitum est. Afflict. in Constit. Intentionis, num. 23. de illic. port. arm.

8 Sed hodie non est vlterius de pœna iuris communis inuestigandum; quia vbique locorum prouident statuta, ac etiam bannimenta, quæ sine dubio attendenda sunt, & apud nos bannimenta imponunt pœnam trium ictuum funis, & scutorum viginti quinque si de die quis arma detulerit, si autem de nocte scutorum 50. vltra prædictos funis ictus. Exceptis archibusettis, & alijs armis breuioribus quorum delatio maiori pœna punitur, vt suo loco dictum est infra, num. 51.

9 AMPLIA II. quia deferens arma non solum punitur, vt supra, sed etiam illa perdit, secundum Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 1. littera C, ff. ad l. Iul. de vi publ. Ioan. de Platea in l. 1. C. vt armor. vsus lib. 11. post num. 2. est tex. in cap. 1. §. si quis rusticus de pace tenen. in vsib. feudor. Qui quidem tex. licet videatur loqui alternatiuè, vt scilicet rusticus arma deferens arma amittat, vel soluat viginti solidos, communiter tamen receptum est, vt dictio, vel, stet copulatiuè, & quòd vtraque pœna locum habeat, vt videre est ibidem apud glos. in vltima solutione. Bal. num. 1. in primo notab. & Afflict. in summario, & nu. 10. Ioann. de Platea in §. item lex Iulia, il secondo, col. 2. verf. similiter. Instit. de publ. iud. Iaf. in §. ex maleficijs, num. 81. Institut. de actio. August. in additio. ad Angel. de malef. in verbo *dictus Andreas armatus*, num. 8. in fin. Roman. sing. 267. incip. Prohibitum est, & ibi in addit. Afflict. in Constitu. Intentionis, num. 26. de illicit. portar. arm. vbi amplius, quòd hęc pœna à iure communi imposita delationis armorum imponenda est, quamuis Statuta, seu bannimenta illã non imponant, testatur que quòd ita vidit seruari. Marsil. in pract. §. pro complemento, num. 12. Carer. in pract. in primo tract. de appellat. §. in text. ibi, itemque eorum, &c. num. 20. Perr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 8. nu. 22. vbi quòd ita apud eum in practica receptum est in illis Hispaniæ Regnis, Clar. in pract. §. fin. quæst. 82. Statut. 6. verf. fin. num. 9. Bonacoss. in quæst. criminal. in verbo *de armis*, in fine, folio mihi 18. Scappa de iur. non script. libro 5. cap. 161. num. 17. Viu. decif. 287. num. 4. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 16. & 17. vbi quod talis pœna amissionis armorum habet locum etiam, quòd non exprimatur in Statuto, vel edicto. Baiad. ad Clar. q. 82. nu. 63. vbi idem dicit, & apud nos res non habet difficultatem, quia bannimenta expressè imponunt armorum amissionem.

10 Quæ quidem arma licet de iure communi publicentur, & fisco applicentur, secundum Luc. de Pen. in l. 1. C. vt armor. vsus lib. 11. sub nu. 2. Afflict. in cap. 1. §. si quis rusticus, num. 11. de pace tenen. in vsib. feud. Io. de Platea in §. itẽ lex Iulia, il 2. col. 2. uers. sed quæro, quæ sit pęna. Institut. de publ. iudic. Grammat. in Constit. Intentionis, num. 17. de illicit. port. arm.

11 De consuetudine tamen apud nos, & etiam vigore bannimentorum Barisello, & exequutoribus illa inuenientibus acquiruntur, & ita etiam de hac consuetudine testantur Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 4. nu. 18. & Baiard. ad Clar. q. 82. num. 64.

12 Verum an etiam amittantur arma in præiudicium Domini, qui illa accommodauit deferenti, & an dictus Dominus pro repetitione habeat actionem contra Officiales, & exequutores; an verum solum contra eum, qui arma accõmodauit, vide latè differentem Ioseph. Ludou. decif. Perusin. 31. par. 1. per totam.

13 AMPLIA III. quia quòd attinet ad pœnam delationis armorum, attendenda sunt Statuta, seu bannimenta desuper edita; statutaria enim pœna facit cessare pœnam iuris bannimentalis pœna facit cessare pœnam iuris, & Statutorum; Dominos enim Castrorum, Prætoresq; & Rectores Ciuitatum, & Terrarum posse armorum delationem sub certis pœnis prohibere iuxta temporum qualitatem, sicut in iure non recipit dubitationem, ita etiam vbique passim seruari notorium est, sicut in specie aduertit, & probat Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 3. nu. 17. & seqq.

14 Vbi etiam num. 2. ponit quid de Prioribus, & Deputatis Ciuitatum super bono, & pacifico, eorum statu, an possint huiusmodi pœnas arma deferentibus iniungere, & cõcludit negatiuè, nisi adsit causa multum vrgens: Tu verò dicas, quòd nullo pacto huiusmodi Priores possunt facere tales prohibitiones, cum hoc spectet ad Principem, & Dominum loci, & eius Officiales, non autem ad ipsos. Aym. conf. 314. Illud quæritur, col. 2. verf. licet inferiori, vbi de Dominis Castror. & Principibus inferioribus, pro quibus etiam, & in eodem casu plenè consuluit Rolan. conf. 3. lib. 2. per totum. sequitur Franc. Becc. conf. 4. num. 1. & seqq. vbi latè Bertazz. conf. 46. post num. 2. lib. 1. Baiard. in addit. ad Clar. q. 82. num. 51. vbi simpliciter loquitur de Magistratibus, & testatur de communi, & num. 53. vbi quòd ab edicto hoc prohibitorio non datur appellatio ex Guid. Pap. quem allegat decif. 436. num. 57.

15 AMPLIA IIII. etiam in mulieribus, quas comprehendi sub prohibitione generali delationis armorum scripserunt Bal. in l. sed & si 15. ff. de in ius vocan. & in l. nemo deinceps, C. de Epif. & Cler. Marsil. in pract. §. pro complemento, num. 32. & singul. 248. Curt. Iun. in tract. feudor. par. 3. col. 5. in 7. limitat. quos omnes in proposito sic refert, & sequitur Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 27. Dicens amplius, quòd magis puniendæ sunt fœminæ arma portantes, quam masculi, quia abutuntur fragilitate sexus ad arma non apti, infertq; ad simile Statutũ puniens violentiã cũ armis, sub quo ẽt mulieres comprehenduntur ex Bal. Alex. & Parid. de Put. in locis per eũ relatis. Baiard. in addit. ad Clar. q. 82. num. 55. & seqq. allegat Soarez in commun. opin. verf. Mulieres, nu. 252. & Gabr. lib. 6. tit. de

de verbor. signif. conclus. 6. num. 37. & Viui. opin. 808. num. 7.

16 AMPLIA V. etiam in forensibus, qui adhuc tenentur pœna statutaria, aut bannimentali illius loci, in quo reperti sunt cum armis, nedum pœna iuris communis, secundum Isernium, & Alex. in locis relatis per Afflict. in Constit. Intentionis, num. 24. de illicit. porta. arm. vbi etiam reddit rationem, quia quando forensis intrat in aliquod Regnum debet se informare de Statutis illius Regni, stante præsertim, quòd armorum delatio de generali consuetudine in omnibus locis prohibita est, Marsil. in pratic. § pro complemento, num. 23. Carer. in practic. in 1. tract. de appellat. §. in tex. ibi, item eorum, &c. num. 26. faciunt scripta per Clar. in pract. §. fin. q. 85. num. 2. versic. secundus est casus, vbi relatis aliorum opinionibus concludit secundum æquiorem, & magis communem Doctorum, quos ibi refert, opinionem, quòd in ijs, quæ sunt etiam prohibita à iure communi, forenses subijciuntur pœnis Statutarijs, quamuis illa Statuta ignorent. Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *de armis*, in princip. versi. & nota, quòd non excusantur forenses. Decian. in tracta. crim. tomo 2. lib. 8. cap. 3. num. 26.

17 Verum hæc ampliatio potest procedere, quando pœna delationis armorum, aut est pecuniaria, aut corporalis, nō grauis, prout est pœna ictuum funis, & prout in statu Ecclesiastico communiter imponitur à bannimentis, sed si tractaretur de grauiori pœna prout tractatur in delatione pugionum, & archibusettorum, pro qua apud nos respectiuè vigore bannimentorum, & Constitutionum Apostolicarum imponitur pœna triremium, confiscationis bonorum, & vltimi supplicij; tunc inquam, sub huiusmodi Statutis, & edictis contineri forenses, qui verisimilem haberent ignorantiam tam rigorosæ pœnæ, apud me satis rigidum videtur, & si Iudex essem, nunquam talem pœnam imponerem forensibus, ijs præsertim, qui veniunt ex longinquis partibus, quibus talia Statuta non vigent, & in hoc proposito vide omnino, quæ consulendo scripsit Menoch. consi. 74. lib. 1. vbi etiam quid si proclama expressè comprehendat forenses, qui nam in proposito erunt intelligendi isti forenses in proclamate expressi, & in eodem casu vide etiam consulentem Cœphal. in cons. 350. lib. 3. vbi, an ad hoc, vt forenses ligentur hoc edicto pœnali super delatione archibusettorum, sufficiat scientia, quando vigore eiusdem edicti est necessaria ad incursum pœnæ præcedens monitio, qualis debeat esse ista scientia, & ex quibus inducatur, seu præsumatur, & hoc Cœphali consilium est duplicatum in consil. 720. lib. 5. prout etiam & in eodem casu consuluit Bertazz. consil. 308. lib. 2. vbi præsertim numer. 9. & seqq. maximè forensem excusat ex præsumpta ignorantia, vbi in proclamate est imposita pœna corporalis, ex rationibus ibi per eum adductis, & præcipuè, quia vbi de pœna corporali agitur, requiritur dolus ad hoc, vt deferens arma tali pœna puniatur, qui quidem dolus isto casu non potest considerari in forense ignorante, quòd & idem repetijt in consil. 46. num. 11. & cons. 173. num. 3. & seqq. lib. 1. & faciunt pro excusatione illius, qui huiusmodi rigorosa edicta ignorauit, scripta per Bolognet. cons. 25. num. 9. & seqq. & per eundem Bertazzol. cons. 461. num. 1. & seqq. lib. 2. vbi multa scribit ad fauorem forensis, qui detulit archibusium paruæ mensuræ eum excusando ex præsumpta ignorantia, etiam quòd habitet in loco vicino, in quo prohibitio similium armorum facta reperiatur, & etiam quod proclama excludat excusationem, seu allegationem ignorantiæ.

18 Et in omnem euentum forenses pro armorum delatione mitius puniendos esse voluit Petr. Rauenn. in tract. de consuetud. sub num. 202. prout illum refert, & sequitur Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo, *de armis*, ante med. folio mihi 17. prima facie in fine. Baiard. ad Clar. quæstio. 82. num. 76.

19 Et de viatoribus forensibus venientibus ad forum, quòd non puniantur pœna delationis armorum, voluit Card. in clement. 1. in verbo *forefata*, in 6. quæst. post glos. ibi, de statu. Monach. sicut illum refert, & sequitur Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *de armis*, in princip. Nec dissentit Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 3. num. 34. ante fin. vers. & dicebat Card.

20 Et apud nos in Vrbe, & statu Ecclesiastico videtur requiri ad hoc, vt forenses incurrant pœnam delationis armorū, vt sint de ea certiorati à custodibus portarum, & ab hospitibus, in quorum hospitio hospitantur, qui quidem custodes, & hospites etiam sub pœna tenentur, sicut supra dictos forēses certiorare, & bannimenta super delatione armorum emanata in portis, & hospitijs affixa tenere, sic .n. expressè præcipitur in bannimentis Vrbis emanatis de anno 1591. cap. 17. & in bannimentis generalibus status ecclesiastici emanatis de anno 1599. cap. 25.

21 AMPLIA VI. & multo magis in Clericis, quibus prohibitum esse arma deferre, probat text. in cap. Clerici. de vita, & honest. Cleric. de qua materia, & eius pœna vide Afflict. in d. cap. 1. §. si quis rusticus, num. 13. & 14. de pace tenen. in vsib. feudor. Socin. reg. 30. in princip. Idem Afflict. in Constit. Intentionis, num. 13. in fine, de illicit. portat. arm. Marsil. in pract. §. pro complemento, num. 1. in fine, & 2. Carer. in pract. 1. in tract. de appellat. in §. in text. ibi *item q; eorum, &c.* num. 4. Petr. à Plach. in epith. delictor. lib. 1. cap. 8. num. 1. Catell. Cotta in memoral. in verbo *armorum*, vers. & notabis. Menoch. de arbitr. d. casu 394. num. 31. & seq. Cassan. in consuet. Burgund. folio 52. nu. 89. Viui. decis. 287. post num. 4. Decian. in tracta. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 23. & 24. vbi ampliat, quòd Clericis arma deferre non licet, etiam contra prædones, & Grammat. in vot. 14. nu. 6. in fine, & per text. in c. fin. de Cleric. percussore.

22 Nisi in itinere, & per loca periculosa, prout dixi infra num. 109.

23 An autem Clerici puniri possint pro delatione armorū pœna statutaria, vel bannimentali à laicis emanata, vide Ioann. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. col. 3. vers. item nunquid. Statutum, instit. de publ. iudic. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. num. 26. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 18. ad finem, & Pract. quæst. cap. 33. num. 7. Menoch. de arbitr. d. casu 394. num. 33. & seqq. Clar. in pract. §. fin. quæst. 36. num. 22. vers. vlterius quæro. Cassan. in consuet. Burgund. d. fol. 52. eodem num. 80. Decia. d. lib. 8. c. 3. eod. nu. 23.

24 In qua materia hoc vnum est absolutum, quòd Clericus arma portans non à Iudice sæculari, sed ab Ecclesiastico, cui remittendus est, puniri debet (quicquid secus quoad spoliationem, & ablationem armorum tantum de consuetudine apud eos seruari in præcitatis locis testati fuerint Couar. Plach. Clar. Cassan. & Viu.) & secundum eund. Ioann. de Platea in d. §. item lex Iulia, il 2. col. 3. vers. pœna tamen. Instit. de publ. iudic. Afflict. in Constit. Intentionis, num. 13. ad fin. de illicit. port. arm. Plach. d. cap. 8. num. 26. post vers. & ista declaratio. Couar. & Clar. vbi supra. Menoch. d. casu 394. num. 34. & omnino Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. cap. 55. vers. pro quo etiam, & seqq. vbi, quòd Iudex ecclesiasticus pœnam imponit canonicam arbitrio suo, & non aliam, & vide supra q. 8. num. 69.

25 AMPLIA VII. in nobilibus, & diuitibus, quibus etiā prohibitus est armorum vsus, per tex. in d. l. 1. C. vt arm. vsus, qui loquitur per verbum vniuersale negatiuum, vt pater ibi, *nulli prorsus, &c.* Et ibidem adnotauit glo. 1. & Io. de Plat. num. 5. Afflict. in c. 1. §. si quis rusticus, num. 7. de pace tenenda in vsibus feudor. benè respondet illi textui, qui loquens in rustico, eiq; armorum delationem prohibens videtur à contrario sensu hoc permittere viro nobili, & in Constitut. Intentionis, num. 62. in fine de illicit. portam. armor. Vbi testatur de veriori intellectu l. fina. C. de præpos. sacr. cubic. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 20. nu. 67 & seqq. Vbi pluribus hanc defendit conclusionem reprobatis Luc. de Pen. Ioan. Rayn. Rebuf. & Bon. Curtil. in locis per eum relatis contrarium tenentib. & Tiraq. rationes, ac fundamenta ferè de verbo ad verbum more suo retulit. Petr. a Plac. in Epitho. delict. lib. primo, cap. octauo, num. 15. & seqq. Barbat. de Card. legation. quæstio 5. num.

num. vigeſimotertio, in fine, & num. vigeſimoquarto.
Menoch. de arbitr. quæſtio. libro ſecundo, caſu 394. nu-
mero vigeſimo octauo,& ſeqq. Decian. in tract. criminal.
libro octauo,cap.3. num. 16. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſi.
31. poſt num. 1. parte prima. Et hæc ampliatio apud nos
nullam habet difficultatem ſtantibus Apoſtolicis conſtitu-
tionibus, & reſpectiuè bannimentis Vrbis, & ſtatus Eccle
ſiaſtici volentibus à pœna delationis armorum non excu-
ſare quamlibet nobilitatem, ſeu dignitatem cum compre-
hendant omnes,& quaſcunque perſonas cuiuſcumque gra
dus, dignitatis præminentiæ,& conditionis exiſtant.
26 AMPLIA VIII. In militibus, quibus præterquam
in expeditione belli eſt etiam prohibitum deferre arma, ſi-
ne licentia, ſecundum Afflict. in cap. primo, §.ſi quis Ru-
ſticus, num. ſeptimo, de pace tenen. in vſibus feudor. licet
contrarium diſponatur in Conſtit. Regni Intentionis de
illicita.porta. armor. & ibi Afflict. nu.39.& ſeqq.
27 Vbi ponit materiam. Et præſertim, qui dicantur mi-
lites ad effectum portandi arma vigore d.Conſtitutionis,
& hoc ideo dixi niſi ſint in expeditione belli. Quia tempo-
28 re belli, & etiam illo finito (quando ſunt veri milites) nô
eſt prohibitum ipſis arma deferre, vt colligitur ex trad.
per Duen. in Reg. 55. in quinta limitat. Et per Afflict. in
loco præcitato, qui vt dixi, etiam declarat, qui dicantur
veri milites. Et per Menoch. de arbitr. quæſtio. lib 2.ca-
ſu 394. num. 67. & ſequentibus. Decian. in tract. crimin.
lib.8. cap. 3. num.39. Bertazz. conſil. 192. num. 13. & ibi
Claud. in additio.littera D,
29 Et inter veros milites ad hunc effectum Doctores po-
nunt Equites, quos propterea poſſe arma deferre ſcripſe-
runt. Afflict. in d. conſtitut. intentionis, num. 16. de illic.
porta.armor. vbi exemplificat in equitibus Hieroſolymi-
tanis, & templarijs. Duen. Regg.55. in quarta limitatio-
ne Petr. à Plach. in Epit. delict. lib.1. cap. 8. num.11. Ba-
30 iard. ad Clar.q.82.nu.58. Vbi declarat niſi in banno adeſ-
ſet aliqua dictio vniuerſalis. Vt puta *quicumque, omnis,*
aut ſimilis Decian. num. 8. cap. 3. num. 40. & 41. vbi lo-
quitur non ſolum de equitibus Melitenſibus, ſed etiam de
equitibus, quos nos appellamus aureorum calcarium. Io-
ſeph. Ludou. deciſ. Peruſin. 31. num.2. in fine part. 1.
31 Vbi loquitur de iſtis equitibus, qui militias emunt in
Vrbe,& vocantur equites Sancti Pauli, Sancti Petri Lau-
retani,& Pij dixitque, quòd ex conſtitutione Pij Quinti,
etiam iſtis equitibus eſt interdicta armorum delatio, quã-
uis ex titulo oneroſo has dignitates emerint. Credo vo-
luit intelligere de Conſtitutione Pij Quinti, prohibentis
archibuſetta, quæ ſine dubio, ne dum iſtis equitibus,& qui
buſcunque militibus, ſed etiam alijs dignioribus perſonis
vigore dictæ conſtitutionis, omnino interdicta ſunt. Et
vigore bannimentorum Vrbis, quæ multum vniuerſali-
ter loquuntur etiam iſti equites, emptitij cenſentur prohi-
biti quodcumque armorum genus deferre, ne dum archi-
buſetta,& pugiones à dicta conſtitutione, vt ſupra prohi-
bitos. Excipiunt enim bannimenta prædicta ſolum equi-
tes, alicuius religionis, & ideo ſub prohibitione compre-
hendit alios equites, qui non ſunt alicuius religionis, pro
vt ſunt prædicti emptitij, & aureorum calcarium.
32 AMPLIA IX. Etiam in Ruſticis, qui nec ipſi à pœ-
na delationis armorum excuſantur, pro vt eſt textus ex-
preſſus, in cap. 1. §. ſi quis Ruſticus, & ibi Afflict. in ſum-
mario de pace tenen. in vſibus feud. Roman. ſing. 267. in-
cipiente prohibitum eſt Marſil. in pract. crimin. §. pro cõ-
plemento, num. 11. Catell. Cotta. in memorial. in verbo
armorum, verſ. & notabis. Barbat. de Card. legat. quæſt.
1. num.23. in fine Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. caſu
394. num.28. Viuius deciſ. 287. poſt num. 4. Decian. in
tractatu criminal. lib. 8. cap. 3. num. 15. Bertaz. conſ.46. nu.
2. libro 1. Franc. Becc. conſ.4. poſt num. 3.
33 Quòd vtique procedet in Ruſtico portante arma prin-
cipaliter ad offendendum ordinata, ſecus, ſi deferat aliqua
inſtrumenta ruralia, non principaliter ad offendendum or
dinata, pro vt Accetta, Ronca, Falces, Raſtra, Ligones, Per
tichæ,& ſimilia ſecundum Afflict. in dicto §.ſi quis Ruſti-
cus, num. quarto, in primo notabili;& in conſtitutione in

tentionis, nu.56. de illicit. porta. armor.
34 Vbi etiam in propoſito ponit, quis dicatur Ruſticus, &
quòd alia pœna punitur Ruſticus, & alia nobilis Nauarr.
in cap. ita quorundam in quinto notab. num.28. de Iudę.
Bertazz. conſ. 192. num.6. & 7. Et ibi in additio. littera
A, Et ad materia vide, quæ dixi ſupra, quæſt. 8. numero
39.
35 AMPLIA X. Vt nec etiam liceat arma fabricare,
vendere, aut mercari ſine Principis licentia ſecundum
Bartol. in d. l. 1. num. 3. ff. ad l. Iul. de vi publ. Ioan. de
Plat. in lege prima, num. 2. C. vt armorum vſus lib. 11.
Vbi quòd nemo poteſt emere, vendere arma de illis mer-
cimonium facere, vel fabricare exceptis fabricantibus ad
id deputatis, de quibus in rubrica,& per totum, C. de Fa-
brican. eodem libro,& contrafaciens non ſolum perdit
arma, ſed etiam pecuniariter, & corporaliter punitur ar-
bitrio iudicis ſecundum qualitatem delicti, & de his eſt
textus expreſſus in authent. de armis, in §. prohibemus,&
in §. denunciamus Ioan. de Plath. in §. item lex Iulia. il 2.
colum. 2. verſic. hodie indiſtinctè, inſtituta de publicis
iudicijs Ioan. Franciſcus Scaglion. in prima pragmatica,
de duello, num. 60. Marſil. in pract. §. pro complemento,
num. 20. Duen. Regg. 55. in ſecunda ampliatio. Menoch.
de arbitr. quæſtio. libr. ſecundo, caſu 394. num. 24. Decia.
in tractatu crimin. libr. octauo, cap. 3. num. 6. Nauarr. in
cap. ita quorundam in quinto notab. num. 24. de Iudæis,
vbi de communi ex glo. quam allegat in rubr. C. de fabri-
can. lib. 11.
36 Verum hæc ampliatio, non probatur à conſuetudine,
pro vt teſtatur idem Bartol. in dicta l. prima, eodem num.
3. ff. ad l. Iulia. de vi public. & apud nos talis conſuetudo
non procedendi contra fabricantes, & vendentes arma
eſt notoria præterquam in archibuſettis, & ſtillettis, prop-
ter ſpecialem prohibitionem Bullarum Apoſtolicarum, &
bannimentorum, & de eadem etiam conſuetudine teſta-
tur idem Ioann. de Plath. in §. item lex Iulia. il 2. colum.
2. verſic prædicta tamen,& colum.3. verſ. Et attende in-
ſtitut. de public. iudic. Scappa de iure non ſcripto, libro
5. cap. 161. num. 11. & ſeq.
37 Præterquam in archibuſettis quorum emptio, vendi-
tio, permutatio, datio in ſolutum, in pignus, & quilibet
alius contractus prohibitus eſt à conſtitutione Pij Quar-
ti, quæ quidem conſtitutio, licet à Pio Quinto extenda-
tur etiam ad pugiones, & alia arma breuioris menſuræ
tribus palmis quotidie fabricantur emuntur, & vendun-
tur, niſi fuerint ſtilletti, baleſtrinæ, aut archetti quorum
fabricatio, venditio, & reaptatio à bannimentis Vrbis e-
manatis de anno 1592. cap. 13. ſub pœna vitæ, & confi-
ſcationis bonorum alijſque pœnis contentis in prædicta
conſtitutione Pij Quinti, prohibita eſt. Quamuis vt ve-
rum fatear quo ad ſtillettos pro ſola venditione, & reap-
tatione numquam vidi corporalem pœnam impoſitam.
38 AMPLIA XI. vt puniri debeat non ſolum deferens
arma, ſed etiam illa retinens domi, vel in agro text. ad lit-
teram, in dicta lege prima, & ibi gloſſa, in verbo agro, ff. ad
l. Iulia. de vi publ. Ioann. de Platea, in §. item lex Iulia, il
ſecondo, colum. ſecunda. Quinimò etiam inſtituta de pu.
blic. iudic. Carer. in pract. in primo tractatu de appellatio.
§. in text. ibi. *Itemque eorum, &c.* num. 2. Duen. Reg.
55. in tertia ampliatione Cyrill. in ſumm. crimin. rub. de
publ. iudic. §. quinto, num, 1. folio 113. colu, 4. Menoc.
dicto conſ.394. n.18. & 24.
39 Verum quicquid dicant Doctores hodie apud nos pro
ſola armorum retentione nunquam vidi proceſſum, & de
eadem conſuetudine tempore ſuo teſtari videntur. Bartol.
in lege prima, in fine, ff. ad l. Iulia. de vi publ. Ioann. de Pla-
tea, in §. item lex Iulia. il ſecondo, columna ſecunda, ver-
ſic. prædicta tamen, & columna tertia, verſ. & attende in-
ſtitut. de public. iudic. Clar. in practica, §. fin. quæſt. 82.
ſtatutum vi num. 7. ex Angel. quem allegat. in dicta lege
prima, num. quarto, ff. ad l. Iuliam de vi publ. Decian. in
tractatu crimin. libro octauo, capit. ſecundo, vbi ma-
giſtraliter monſtrat etiam de iure communi, non eſſe
prohibitum retinere domi, aut in agro arma, &

quod text. in d.lege prima,ff. ad l. Iul. de vi public. In quo communiter,sed in aduertenter Doctores simpliciter firmant propositam ampliationem,non loquitur de retinendo domi,seu in agro vnum,seu duo armorum genera, vel etiam plura eiusdem generis arma, pro suæ domus tutela, & defensione, sed in cogente studiosè armorum multitudinem ad aliquod facinus perpetrandum,idem Decian.dicto libro octauo,cap. tertio,nu. 35. vbi testatur,ita etiam concurrere communem vsum per omnes ciuitates Italiæ, & etiã alibi, & inde in practica infert, quod si aliquo statuto, seu constitutione prohibita est delatio aliquorum armorum particulariter, vt puta archibusettorum, quos nos hic vulgo appellamus, talis constitutio, non extenditur ad talia arma simpliciter retinentes domi,nisi in constitutione etiam retentio fuerit expresse prohibita.

Et idem affirmat. Bertazz.consilio 73.num.3. & Afflict. quem allegat in constit. intentionis, num. 35. de illicit. portam. armorum.

40 Et hinc est, quòd stans armatus in sua domo,non incurrit pœnam delationis armorum in terminis. Bursat. cons. 141. num. 35. in fine, & seqq.

Vbi ampliat etiam idem si quis steterit armatus in ostio domus. Immò secundum Bald. Roman. & Ias. in l. plerique,ff.de in ius vocando,quos in proposito refert,& sequitur Baiard. ad Clar. q. 82. num. 62. si quis iniunctus, cum armis aufugiat in domum suam nõ potest à familia ipsum insequente inuitus inde extrahi. Quod vltimum, sicut in iure verum, non credo,ita si casus contingeret,sine dubio non seruaretur in practica, pro nunc non intendo hoc disputare.

41 Bene verum est, quòd ex constitutione Pij Quarti retinens domi suæ archibusetta punitur eadem pœna, ac si detulisset, & licet hæc Pij Quarti constitutio extendatur per Pium Quintum,etiam ad retinentes pugiones,cultellos,& alia arma breuioris mensuræ tribus palmis attamen de communi consuetudine sola retentio pugionum, cultrorum,& aliorum armorum breuiorum non obstante dicta constitutione punibilis, non est. Nisi fuerint stilletti, qui vigore bannimentorum vrbis capitulo 13. de anno 1591.emanatorum,& deinceps à singulis Gubernatoribus confirmatorum,nec etiam possunt domi detineri sub pœna vitæ, & confiscationis bonorum. Et nihilominus,nec etiam vnquam pro sola stillettorum retentione, vidi ad aliquam corporalem pœnam deuentum.

42 Immo etiam in casu,in quo statutum,seu edictum prohibet expresse etiam retentionem armorum,pro vt hodie Apostolicæ constitutiones prohibent retentionem archibusettorum. Huiusmodi statuta,& edicta intelligi debent de retinentibus,iure dominij non autem iure pignoris, si credendum est Bolognet. qui pluribus hanc declarationem comprobare intendit in consil.25. num. 13. & seqq. refert Claud. ad Bertazz. cons. 74. litterra A, Nec dissentit. Bursat. cons. 331. num. 46. & vers. 7. Quicquid dicat, & num. 51. vers. 4. Quicquid dicat. Et hoc ideo dixi si credendum est, quia quod non credi debeat verius puto, cum prohibitionis ratio vrgeat,siue iure Dominij,siue etiam iure pignoris,& siue sua propria,siue etiam aliena archibusetta,quis domi suæ retineat. Et hanc dubitatiõnem tollit nostra constitutio Pij Quarti, prohibens retentionem archibusettorum, & illorum receptionem ex titulo emptionis,venditionis,permutationis,dationis in solutum,pignorationis,vel etiam ex quocunq; alio titulo.

43 Sic nec statuta,nec edicta prædicta expresse prohibentia retentionem archibusettorum extendentur, quando quis paruo temporis momento dicta archibusetta, suæ domi retinuisset pro vt contingere potest, quando aliquis ea deferens in eandem domum ingressus fuisset. Et postea abijsset. Non enim tunc Dominus domus dicitur, Talia arma domi suæ retinuisse,nec de retentione puniri potest per ea,quæ in iis terminis scripsit. Bursat.d.cons. 331. nu. 4. lib.3. Et faciunt,quæ de armorum delatione modici tẽporis scripsit. Bertazol. in cons.217. numer.2. & seqq. & & ibi Claud. in addition.& cons. 219.per totum, & cons. 173.nu.1.& post num. 6.lib.1.

44 Sic etiam,nec talis retentio expresse à statuto prohibita punibilis erit,nisi probetur, quòd Dominus domus scienter domi suę receperit,pro vt in ijs terminis cõsuluit.Bursat. dict.cons. 331.post num.55. vers. 5. additur. Ampliãs, quòd ignorantia excusat à delicto Dominum domus,quãuis ipse Dominus non fuerit diligens in perquirendo, & dicit verum. Non enim potest verisimiliter quærere, quod domi suæ ipso ignorante prohibita arma introducantur,& ego sæpe vidi inimicos Dominorum domus in illa inscio Dño, & vt Dominum morti traderent archibusetta abscondisse, vel in eius cubile, vel in aliqua parte domus, & postea procurasse, vt accedens, circa dicta abscondita arma ibidem inueniret, sed re comperta tali fraude inuentor debitas suæ fraudis luit pœnas.

Memini enim iam pluribus ab hinc elapsis annis furca suspensum esse quemdam filium, qui sub lecto patris septuagenarij archibusettum posuerat. Et postea operatus est, vt Vrbis Gubernator birroarios mitteret ad perquirendũ in domo,arma,sed cum inuerisimile admodum fuisset visum, vt vir ille decrepitæ ætatis huiusmodi arma tractaret,& in suis examinibus dixisset se valde dubitare de sui proprij filij nequitia,capto filio,& ore proprio veritatem confesso iustitia,vt supra suum habuit effectum.

45 AMPLIA XII. multo magis,vt non liceat deferre arma in iudicio,& vbi ius dicitur,seu etiam coram iudice, vel in congregatione, seu hominum conuentu,pro vt textus apertus, in l.qui dolo,§.primo, vers. item, qui cũ telo,ff. ad l. Iulia.de vi public. Afflict. in cap. 1. §. ad palatium,num.1. de pace tenen. in vsibus feudor. Vbi post Afflict. ibi dixit maiorem pœnam iudicis arbitrio infligendã esse illi,qui portat arma ad Palatium, vbi regitur iustitia. Afflict. in constitutionibus intentioni,numer.25. de illicit. portam. armor. Vbi loquitur de Palatio magnæ Curiæ Vicariæ. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 394. num. 38. & seq. Bonacoss. in quæst. crimin.in verbo de armis, vers. item dicto statuto.

46 Immo etiam priuilegiatos à iure, vel habentes à superiore licentiam deferendi arma ea, non posse deferre corã iudice,& in loco iudicij, & congregationibus prædictis scripserunt Ioan.de Plat. in §. item lex Iulia.il 2. col.2. versic.& aduerte instit. de publ. iudic. Ias. in § ex maleficiis, num. 87. instituta de action. Socin. reg. 30. in septima fallentia, vers. adde tamen Marsil. in pract. §. pro complemẽto num. 7. Carer. in pract. in primo tractatu de appellat. §. in rex.ibi itemque eorum,&c. nu. 1. & 79. Tiraq. de nobilit. cap.20. num. 37.& 75.vbi damnat propterea quosdam nobiles,qui in Senatum ingredi solent ensibus accincti, putantque id sibi dedecori futurum esse, si enses relinquãt: ignorantes quid decus,quidue dedecus, sit,& alia, vt ibi per eum Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. primo,cap. octauo,num.21. Barbat. de Card. legat.q. 5.num. 21. vers. dicit etiam Angel. &c. & num. 23. Viuius decis. 287. num. primo;& seq. Decian. in tract. crimin. libro 8. cap. 3. nu. 61. Ioseph.Ludou. decis. Perusin.31.nu.2.par.1.

47 Idem in Palatio Principis,& Domini, quòd non liceat arma deferre in specie probatur in c.1. §. ad palatium, de pace tenenda in vsibus feudor. Et ibi Bald. in summario, & in vltimo notab. Vbi infert ad Palatium communis Florentiæ, quòd asserit in Italia esse magnæ excellentiæ,& Afflict. etiam in summario. Vbi dixit,quòd quando vassallus vadit ad curiam sui Domini, Comitis, vel Baroni, nõ debet arma portare. Marsil. in d.§. pro complemento, nu. 8. Carer. vbi supra eodem,num. 11. Tiraq. d. num.73. versic.sed & de hoc. Petrus à Plach.d.cap.8. num.24. vers.his sanè præmissis. Barbat. d. q. 5. eodem numero 21. in fine.

48 Menoch. de arbitr. dict. casu 394. num.44.& seq. Vbi ampliat etiam quando Princeps abest a palatio (de qua tamen ampliatione vide quæ dixi in sequenti versic.) Viu. decis. 287. numero secundo. Decian. in tract. crimin. libro octauo, cap. 3. num. 61. Vbi amplius, quòd ita seruatur Venetijs.

49 Vide tamen Clar. in pract.§.fin. quest.82.Statutum vi in vers. fin. num.9. in fine. Vbi quòd quicquid sit de iure ipse testatur semper vidisse ab omnibus deferri arma in Palatijs

tijs Imperatorum, & Regum, & idem etiam ſeruari in Pa
latio ſummi Pontificis apud nos eſt notiſſimum.
50 Limita hanc XII. Ampliationem, vt arma deferentes, vel
de licentia ſuperioris, vel quia Priuilegiati à iure, non poſ-
ſint illa deferre in iuditio, vel in loco Congregationis, vt
ſupra, non poſſint inquam, illa deferre durante congrega-
tione. Et quando ius redditur, ergo ſecus finita Congrega-
tione, & (vt nos dicimus) finita audientia Iudicis, quia
tunc, nihil eſt, quòd iſtis priuilegiatis iure impediat armo-
rum delationem, etiam in locis prædictis per id, quòd in
ſimili voluit Bald. in l. 2. ff. de aur. & arg. legat. Vbi dixit,
quòd prohibitus nobilis à Statuto ſub certa pœna intrare
Palatium Poteſtatis, non cenſetur prohibitus intrare quã
do Poteſtas abeſt à Palatio, ſequitur Iaſ. in l. eius, qui in
prouincia, colum. fin. ff. ſi cert. peta. & in ſpecie voluit. Ti-
raquel. de nobilit. d. cap. 20. num. 76. Plach. d. conſ. 6. num.
25. Decian. libro 8. cap. 3. num. 61. Vbi de communi, & re-
probato. Menoch. d. caſ. 394. num. 40. 44. & ſeq. hanc ſequi
tur declarationem vtroque caſu, ſcilicet, vel quando ius
non redditur, quando Princeps non eſt in Palatio, licet
poſtea fædere diſtinctionis vtramque opinionem conci-
liare conetur.
51 AMPLIA XIII. & multo magis in deferentibus ar
ma venenata, nam & hos grauiori pœna puniendos eſſe
dubitandum non eſt, & in ſpecie aduertit. Petr. à Plach. in
epit. delict. libro 1. cap. 8. num. 21. Barbat. in tractatu de
Card. legat. quæſt. 5. num. 26. verſic. pone, Statutum, & nu.
27. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 394. numero 47. &
ſeq. Bonacoſſ. in quæſt. crim. in verbo *de armis*, poſt princ.
verſ. & nota, quòd ſi quis venenat arma. Decian in tracta.
crimin. libro 8. cap. 3. num. 29. Claud. ad Bertazz. conſ. 57.
litera B.
52 AMPLIA XIIII. Et multo magis in deferentibus
quoddam armorum genus cęteris alijs magis inſidioſum,
& magis perniciosum, pro ut ſunt baliſtæ paruæ, & parua
archibuſetta, quæ ſub pallio feruntur; hos enim grauiori
pœna puniendos eſſe expreſsè aduertit. Decian. in tracta.
crimin. lib. 8. cap. 3. num. 29. & de archibuſettis habemus
Bullam Pij Quarti, 65. in prima parte Bullar. & Pij Quinti,
151. parte ſecunda, quibus imponitur illa deferentibus pœ
na criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis, & de paruis bal
liſtis, & archettis habemus bannimenta Vrbis emanata
de anno 1591. cap. 13. Vbi imponitur pœna vitæ, & confi-
ſcationis bonorum, & de alijs armis breuioribus, quæ oc-
cultè deferri ſolent, pro vt ſunt pugiones, & cultelli cum
cuſpide maiores vno palmo & minores tribus palmis, ha-
bemus Bullam prædicti Pij Quinti, quæ imponit eandẽ pę
nam criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis, ſicut impo-
ſuit deferentibus archibuſetta. Et eadem conſtitutio con-
tra deferentes huiuſmodi arma breuiora videtur etiam
renouata, ſeu ſaltem ad hominum memoriam reducta per
bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici emanata de anno 1599.
cap. 30. Quamuis prout alias dixi in alio propoſito, in Vr-
be exceptis ſtilletis, pro delatione pugionum, & aliorum
armorum breuiorum non imponitur pœna mortis, ſed pę
na trium ictuum funis, & triremium per quinquennium,
cum ſic ſtatuatur in dictis bannimentis Vrbis, capit. 14.
Immo in practica pro ſimplici delatione pugionis ra-
riſſime vidi impoſitam pœnam triremium, ſed tantum-
modo trium ictuum funis, aut pecuniariam, quando
præſertim is, qui talia arma deferebat, non conſtat,
quòd haberet animum aliquod delictum cum illis com-
mittendi.
53 Verum ad hoc, vt habeant locum pęnæ delationis par-
uorum archibuſiorum neceſſe eſt, vt pro parte fiſci fuerit
concludenter probata paruitas menſuræ, à Statuto requi-
ſita, pro vt vigore Bullarum Apoſtolicarum Pij Quarti,
& Quinti, ſæpius ſupra relatarum requiritur, quòd talia
archibuſetta ſint minora duobus palmis intelligendo de
55 canna archibuſij. Et hoc non habet difficultatem in iure
per regulam, quod Qualitas pœnam inducens in primis
pro parte fiſci, vel accuſatoris probanda eſt. Et in ijs termi-
nis ſcripſit Bertazz. conſ. 461. num. 10. lib. 10. Vbi propte-
rea dixit, quòd teſtes ſuper dicta parua menſura deponen-
tes per verbum, *circa*, minimè probant. Burſatt. conſ. 331.
57 num. 28. in fine, & ſeqq. lib. 3. Vbi idem ſi teſtes dicant vi-
diſſe aliquem deferentem tormentum breue, vel tormen
ticula breuia, & prohibita. Quòd & idem repetijt eodem
conſ. num. 48. in fine, & ſeq.
58 Sed nunquid Bulla Pij Quinti prædicta comprendat
Barones ſtatus Eccleſiaſtici, ita vt neque ipſi, neq; eorum
ſubditi de ipſorum licẽtia in eorum Terris, & Caſtris poſ-
ſint prædictum armorum genus prohibitum deferre.
Perlege quæſo amantiſſime lector, infraſcriptum votum,
alias in hac materia à me datum tenoris infraſcripti vi-
delicet.
59 Propoſitum dubium in quatuor partes diuido, prima
erit, an Bulla compræhendat Barones, ſecunda an etiam
compræhendat Baronum ſubditos, tertia an trahatur ad
loca eorumdem Baronum, quarta an Barones poſſint
hanc licentiam dare.
60 Prima pars dubij non habet difficultatem. Tum quia
de natura legis, & perpetuæ Conſtitutionis (pro vt eſt Bul-
la noſtra,) eſt omnem hominem, & ſubditum compræhen
dere, § fin. in Auth. de hæred. & falcid. cum alijs per Ma-
rin. Frecciam. in tract. de ſub. feud. Baron. rubr. quis dica-
tur Comes, poſt num. 4. Et lex generaliter loquens genera-
liter etiam compræhendit omnes, & quaſcumque perſo-
nas quantumuis priuilegiatas, dummodo tamen ſpecialia
priuilegia non habeant in materia, de qua agitur. Dec. in
l. 1. num. 8. ff. de regul. iuris, & in lege prima, in tertio no-
tabili. C. de edend. Natt. conſ. 613. num. 6. & 7. Tum etiam
quia verba Bullæ ſatis clara ſunt, vt patet ibi, *nemini cui-
cumque dignitatis, gradus, ordinis, conditionis, aut præminen-
tiæ exiſtant.* Quæ quidem dictio *quicunque, &c.* compræhen
dit omnes perſonas magnas, & paruas, nobiles, & igno-
biles nemine prorſus excluſo, ad latè trad. per Tiraquel.
de retract. Lignag. §. primo, gloſſa ſeptima, numero 20.
& ſeqq.
61 Secunda pars dubij reſoluitur ex prima, quia ſi Bulla
compræhendit omnes Barones ſubditos Pontificis. er-
go etiam compræhendit ſubditos Baronum, licet enim
dici ſoleat, quòd vaſſalli mei vaſſallus, vaſſallus meus non
ſit. gloſ. in l. Modeſtinus, ff. de verbor. ſignificat. Hoc ta-
men intelligitur in vaſſallo vaſſalli mei, non ratione feudi,
in quo dominium habeo, ſed alterius. Dec. in l. conſilij, §.
ſocij, num. 1. verſic. & de hoc vaſſallo. Et ibidem Cagnol.
num. 1. ff. de reg. iur. Et præterea hic ſumus in Conſtitutio-
ne facta pro conſeruanda publica quiete, & ad extirpan-
dum hoc abominabile armorum genus à ſtatu Eccleſiaſti-
co, & ad publicam vtilitatem; quo caſu fauorabilis cen-
ſenda eſt etiam, quòd quo ad pœnam ſit odioſa, & rigoro-
ſa. Bart. in l. quemadmodum, num. 4. C. de agric. & cen-
ſit. libro 11. Boſſ. titu. de pœnis, numero 12. & ſeq. Ideo
compræhendit non ſolum ſubditos immediatè ſubiectos,
ſed etiam mediatè. latè Cæphal. conſilio 35. numero 33. &
ſeqq. lib. 1.
62 Tertia pars pariter affirmatiuè eſt reſoluenda per verba
Bullæ Pij Quinti, ibi in *Vrbe noſtra, ciuitatibus, & locis ſta-
tus noſtri Eccleſiaſtici*, Meum autem, vel noſtrum, tuum,
ſuum, alterius, vel illius, aut ijs ſimilia verba propriè ad
Dominum, ſeu dominium referuntur. l. ſolum, §. meum, ff.
de rei vendicat. l. 2. verſic. ſed hic ſermo, ff. de relig. & ſum
ptib. funer. Bart. in l. 1. numero 3. ff. de ſtatu homin. domi-
nium autem in propria ſignificatione pro directo accipi-
tur, l. 1. verſic. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectig. latè Al-
ber. in dictionar. verbo *meum.* verſic. meum etiam dicitur
ſi ergo Bulla ſeruanda eſt in omnibus locis Eccleſiæ; ne-
ceſſario etiam ſequitur, quòd ſit ſeruanda in locis Baro-
num, in quibus Eccleſia habet directum Dominium, cu-
ius ratione ad Eccleſiam pertinere, & illius eſſe propriè
dicuntur per præallegata. Et magis in terminis, quando
etiam Conſtitutio expreſsè loqueretur, per hæc verba vi-
delicet *noſtra terra, & de dominio noſtro*, licet appellatione
dominij veniat plena proprietas vna cum alienandi fa-
cultate, & ſine vlla diminutione. l. ſeruos ſuos, ff. de
legat. 3. Dec. conſilio 558. numero quinto, & ſic per hoc
prima facie non videretur iſta Conſtitutio trahenda ad
loca

loca immediatè subiecta. Quòd tamen omnino extendatur, tam ad loca immediatè, quam etiam mediatè subiecta bene consuluit idem Cæphal. d. consilio 35. numero 41. & seqq. lib. 1.

63 Quarta, & vltima pars dubij ex præcedētibus negatiuè resoluitur, quia si Bulla compræhendit Barones, & eorum loca, & castra. Vtique absurdum est, quòd ipsi qui pugiones, & Archibusia ferro non possunt in dictis eorum locis possint illa deferendi alijs ibidem licentiam concedere, vulgata regula, Nemo dat, quod non habet. Nec præmissis obstet, quòd Bullæ quandoque exprimant de locis etiam mediatè subiectis, quia, vt ex præallegatis colligitur, hæc est declaratio eius, Quòd tacitè inest, & ita iuris esse censetur, saluo. &c.

64 AMPLIA XV. vt Iudex depræhensum cum armis in fragranti crimine statim possit illum punire etiam absque processu, secundum Afflict. in cap. 1. §. si quis Rusticus, numero 16. in vltimo notabili de pace tenenda in vsibus feudor. ex Bal. quem allegat in l. ad officium, ff. fin. regund. quod & idem voluit. Marsil. in practic. §. pro complemento, numero 44. Vbi reddit rationem, quia scilicet est leue delictum arma deferre, vt suo loco dixi. Nec dissentit Decian. in tractat. crimin. libro 8. cap. 4. numero 4. Baiard. ad Clar. quæstio. 82. numero 65. allegat. Ias. in l. vnica, numero 28. & ibi etiam Cagnol. numero 98. ff. si quis iusdic. non obtemper. Paris. de Put. de sindic. verbo *nuncius*, cap. 2. numero 4. fol. 245. à tergo. Vbi quod deprehensum cum armis potest Iudex absque sententia, mandare torqueri, iuxta formam banni. Carer. in pract. in primo tractatu de appellat. §. in textu. *ibi itemque eorum, &c.* num. 28. Vbi quod captus cum armis in fragranti potest statim per Iudicem puniri ex Bald. quem allegat. in l. si in ruptione, ff. finium regundorum. Decian. in tract. crimin. libro 8. cap. 4. numero 3. Vbi quod iudex videns aliquem deferre arma, potest illum punire absque alia denunciatione, seu relatione Officialis.

65 Contra præmissa vide Afflict. in Constitutionibus Intentionis, numero 28. de illic. portan. armor. Vbi concludit, quòd non potest officialis exigere pœnam à deferente arma, quin prius fecerit super delatione armorum testes, & officiales examinare, aut deferentis confessionem in scriptis receperit. Et faciunt scripta per Bertazz. consilio 219. numero secundo. Vbi dixit, quòd quando delatio armorum negatur, tunc negans debet audiri in suis defensionibus, nec potest dici, quòd sit captus in fragranti.

66 Et vide etiam eundem Afflict. in dicta Constitutione intentionis, numero 59. vbi quod requiritur declaratoria Iudicis, quòd quis inciderit in pœnam illius Constitutionis, & quod & idem voluit Decian. in tractatu crimin. libro 8. cap. 4. numero 21. licet dicat se nunquam ab hac declaratoria vidisse interpositam appellationem, cum Iudices soleant statim exequi pœnam torturæ contra humiles; honestiores vero non sinant à carceribus relaxari, nisi pœnam soluant, adeo quòd melius est soluere, & exire è carceribus, quam appellare, & stare in carceribus, vt ibi per eū. Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 54. Vbi pariter, quòd à declaratoria prædicta datur appellatio præsertim, quando prætenditur licuisse portare arma, licet testetur se nunquam vidisse aliquem appellare.

67 Et etiam ad materiam vide, quæ generaliter de Reo in fragranti reperto, & quomodo contra eum procedi possit; dixi supra parte 1. tit. de delict. & pœnis, quæstio. 21. num. 131. & seqq.

68 LIMITA I. Propositæ quæstionis regulam, in deferente arma offensibilia pro defensione sui corporis, is enim non videtur puniendus ex mente Iurisconsulti in l. penult. in fin. ff. ad l. Iul. de public. Vbi dicitur, quòd telorum appellatione veniunt omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, & propterea qui telum tuendæ salutis suæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare, & ibi per istum text. glos. 1. apertè dixit. Quod qui telum causa se defendendi portat non tenetur, Afflict. in Constit. intentionis, numero 8. de illicit. portan. armor. Vbi dixit, quòd potest impunè quis se cum armis defendere ab aggressore, & numero 9. vbi facit generalem conclusionem, quòd de iure communi potest quis portare arma ad sui defensionem, quia tunc videtur portare causa suæ salutis, & non ad offendendum aliquem. Marsil. in

69 pract. §. pro complemento, numero 4. Vbi ampliat etiam in Clericis, dicitque illis licitum esse arma portare pro defensione personæ, & rerum suarum per text. in cap. dilecto, & ibi glos. de sentent. excommun. in 6. & in c. olim il primo. Et ibi glossa finalis de restit. spoliat. & in cap. 1. 23. quæstio. 1. Immo idem Marsil. in consilio 103. numero 6. dixit, quòd non esset ponere os in cęlum dicere, quòd non valet Statutum, seu edictum prohibens armorum delationem ad sui defensionem. Carer in practic. in primo tracta. de appellat 8. in tex. ibi. *Itemq. eorum, &c.* numero 13 (licet secus credat de iure Regni) Bertazz. consilio 308. numero quinto, libro 2. Vbi alios refert, & ampliat, vt nec Statutum valeat prohibens armorum delationem ad sui defensionem ex Marsil. in d. c. 103. & idem repetijt in cons. 173. num. 6.

70 Verum in hoc dicant Doctores quicquid velint hęc excusatio parum prodesset in practica deferenti arma, quia si dubitat de offensoribus, non ex se ipso, sed de superioris licentia, & non aliter debet illa deferre, vel à suis inimicis cautionem petere, & alias, vt in proposito aduertit. Afflict. in d. Constit. intentionis, d. num. 9. Et ita seruatur, & hæc obseruantia non est contraria iuri cōmuni, per ea, quę magistraliter scripsit Decian. d. lib. 8. c. 3. num. 37. vbi respondet textui in d. l. penult. ff. ad l. Iul. de vi publ. non autem de pœna statutaria, vel bannimentali propter contemptum Statuti, seu banni, & ita etiam defendit, & contrarijs respondet Roland. consil. 3. num. 1. iuncto num. 31. in fine, & sequenti, libro 2. Ioan. Petr. Surd. consil. 152. num. 53. libro 2.

71 Et in omnem euentum, quòd quis arma deferat offensibilia sine animo malo, & pro defensione sui corporis, non præsumitur, nisi probetur per deferentem, quia ex delatione armorum malus deferentis præsumitur animus, secundum Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. litera C. ff. ad legem Iul. de vi publ. Angel. in l. 1. in fine, C. vt armorum vsus, lib. 11. & ibi etiam Ioan. de Platea, etiam in fine, glos. in cap. 1. §. si. quis rusticus, in versic. mercator de pace tenenda in vsibus feudor. & ibi Bal. numero 2. in secundo notabili, & Afflict.

72 numero 8. & 26. declarat hoc non procedere, nisi contrarium suadeatur ex qualitate personæ, & si quis gerat arma in casu permisso, & ita etiam declarat Afflict. in Constit. intentionis, numero 4. de illic. port. armo. & Decian. in tract. crimin. 2. libro 8. cap. 3. numero 22. & 37. in fine. Addo ad comprobationem malæ præsumptionis orientis ex delatione armorum Cæpoll. consilio 32. numero 5. Aret. in §. ex maleficijs, numero 15. Instituta de actio. & ibi etiam Ias. numero 81. Augustin. ad Ang. de malef. in verbo, *dictus Andreas armatus*, numero 80. in fine, Papien. in pract. in forma inquisitionis in verbo, *cum armis*, num. 1. Menoch. d. casu 394. num. 26. Scappa de iure non scripto. libro 5. cap. 161. num. 8. & eundem Decian. d. c. 3. num. 37. in fine, Bertazz. cons. 394 num. 6. lib. 2. Brunor. à Sole in suis quæstion. legal. q. 35. num. 14. & ad materiam, vide, quæ dixi supra in tit. de indic. &c. quæst. 52. num. 69. & seqq.

LIMITA II. in deferente arma defensibilia tantum, prout est lorica, & similia, is enim non punitur, quia talia arma non veniunt appellatione armorum, saltem proprie, secundum Bar. in l. 1. num. 2. vers. nam iste leges ff. ad l. Iul. de vi publ. vbi quòd leges prohibentes arma non loquuntur, nisi de armis aptis ad nocendum, prout est telum, ergo secus in armis defensibilibus, quæ non sunt apta ad nocendum, & propterea non sunt prohibita portari. Alex. ad eundem Bart. in l. fin. §. telorum litera A. vers. item nota ff. eodem, vbi propterea, quòd appellatione armorum non veniunt propriè arma apta ad se defendendum, prout est lorica, & scutum, sed tantum ea, quæ ad offendendum apta sunt. Quod & idem voluit Roman. in l. 1. §. ociosum, nu. 1. in fin. ff. ad Sillan, Aret. in §. ex maleficijs, num. 16.

num.16.inſtit.de action.& ibi etiam Iaſ.num. 82. Gandin. in tit.de multi, quæſt.de pœn.num.6. vbi loquens in panceria reddit duas rationes. primo ſcilicet, quia Panceria fertur pro ſalute hominis, & non pro offenſa facienda. ſecundo, quia Statutum prohibens arma, eſt factum, vt homines amoueantur à rixis, & maleficijs, quæ ratio ceſſat in deferente panceriam; ideo, &c. & pro hac eadem opinione facit doctrina Bar. in l. pediculis §. argento ff. de auro, & argen. legat. vbi loquens in armis, quæ poſſunt offendere, & defendere, dixit eorum delationem eſſe licitam, quando non animo offendendi feruntur. ergo multo magis debet eſſe licita delatio armorum, quę non ad offendendum, ſed ad defendendum tantum apta ſunt. Addo pro hac eadem opinione Iaſ. in §. ex maleficijs, num. 83. in fine, inſtit. de action. Angel. de maleſ. in verbo, *vno flocco ferreo*, num. 5. Amad. de ſindic. num. 88. & 89. in fine principij. Afflict. in Conſtitut. Intentionis, num. 22. de illicit. portan. armor. vbi quòd eſt fortius, in terminis illius Conſtitutionis expreſsè prohibentis delationem armorum defenſibilium dixit eam fore intelligendam, quando illa deferuntur inſimul, cum offenſibilibus armis: vnde ſecus ſi defenſibilia tantum deferantur arma, pro ſui corporis ſalute, & præſertim, quãdo per aliqua inditia conſtaret, quòd illa tantum, pro ſua defenſione deferr. ijs inquam caſibus ipſe putat nullam poſſe imponi pœnam. ſequitur Carer. in pract. in primo tract. de appellat. §. in text. ibi itemque eorum, &c. num. 13. verſic. at ſecus, &c. Duen. reg. 55. in 8. limitat. Petrus de Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. poſt num. 4. vbi licet contendat armarum appellatione etiam proprie, & generaliter venire arma defenſibilia, attamen non ſic eſt, inquit ipſe, in materia delationis armorum, ex coniectura ta mẽte legiſlatorum, & ex ceſſante ratione, propter quam arma deferentibus imponitur pœna l. Iul. de vi publ. quæ non militat in deferente arma defenſibilia, vt ibi per eum, qui etiam, num. 9. in verſic. quòd vero attinent; teſtari videtur de communi opinione, quamuis contra eam faciat regia Conſtitutio, ibi per ipſum relata, & ex eadem ratione, per Placam in loco proxime citato conſiderata, in eandem ſententiam concurrit Nauarr. in cap. ita quorundam in 5. notab. num. 14. 17. 21. & 25. extr. de iud. Scapp. de iure non ſcript. lib. 5. cap. 161. num. 19. & ſeqq. vbi quòd ita ſeruatur de conſuetudine. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 2. num. 7. vbi magiſtraliter loquendo, & fideliter relatis in hoc Doctorum dictis concludit, quòd armorum appellatione veniunt, & non veniunt arma defenſibilia, ſecundum quòd ſubiecta materia patitur, & quòd propterea in prohibitione delationis armorum, quæ fit, ne homines offendant, non veniunt arma defenſibilia, & cap. 3. numero 14. vbi in hac eadem ſnĩa tandem reſidet, licet aliqua in cõtrarium adducat. Niſi quis ſe armaſſet armis defenſibilibus animo aliquem pugnis percutiendi, & ne ipſe eiſdem pugnis poſſet offendi, vt ibi per eum & cap. 4. numero 18. in fine, vbi dicit ſe nunquam vidiſſe obſeruatum, quòd deferens ſola arma defenſiua illa amiſerit. Quod & idem teſtatur Baiard. ad Clar. quæſt. 82. numero 64. & 66. vbi amplius, quòd Statutum prohibens portari arma, comprendit tantum offenſibilia non autem defenſibilia Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 31. numero 3. par. 1. & Iacob. Boulen. quem allegat. in repetitione l. capitalium §. famoſus, num. 131. & ſeq. ff. de pœn. Et quamuis ibi dicat, quòd vigore motus proprij Pij Quinti, ſunt etiam prohibita arma defenſibilia attamen motus proprius Pij Quinti de armis defenſibilibus nullum verbum facit.

74 Contrarium, quòd armorum appellatione veniant arma defenſibilia, licet non appellatione telorum, & conſequenter, quòd Statutum prohibens delationem armorum comprӕhendat etiam deferentem arma defenſibilia, eſt tex. in l. armorum, & ibi præſertim. Alberic. ff. de verbor. ſignif. qui loquitur de ſcutis, & galeis, prout etiam loquitur text. in Auth. de armis §. prohibemus gl. in l. Clementina 1. §. quia vero nonnulli in fine, in verbo *arma*, de ſtatu Monachorum, vbi dixit, quòd appellatione armorum de ſtricta ſignificatione veniunt arma, quibus defendimur. Bart. in l. finali §. telorum ff. ad l. Iul. de vi publ. & in d. l. 1. num. 2. Et hoc de iure digeſtorum, & ibi etiam Angel. numero 2. ff. eodem, vbi quòd contraria opinio procedit, de iure. ff orum, hæc autem procedit de iure Codicis, & Authenticorum, quo iure etiam defenſibilia arma prohibita ſunt, quod etiam dixerunt Ioan. de Plath. in l. 1. in fi. num. 2. verſ. & nota C. vt armorum vſus lib. 11. & in §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. verſ. & adde iuncto verſ. ſtrictè accipitur, & verſ. hodie indiſtinctè inſtit. de publ. iudic. Alber. in tract. Statut. par. 2. quæſt. 115. vbi quòd ita vidit ſeruari. Quamuis de iure contrarium verius eſſe probet. Auguſt. ad Ang. de maleſ. in dicto verbo, *vno flocco ferreo*, poſt numer. 5. vbi refert, & ſequitur Alberic. in tractatu Statutorum. Afflict. in Conſt. intentionis num. 2. ad finem, de illicit. porta. armor. Ioan. Franc. Scaglio. in 1. pragm. de duello, num. 58. iuncto, num. 60. Marſil. in pract. §. pro complemento, num. 19. Duen. reg. 55. in prima ampliat. vbi alij referuntur. Cirill. in ſumm. rubr. de publ. iudic. §. 5. num. 12. & 13. vbi pluribus hanc probat ſententiam, præſertim de iure Codicis. Barbat. in tract. de Card. legat quæſt. 5. nu. 23. verſ. tertium fuit ius. Clarus in pract. §. fin. quæſt. 82. Statutum vi. num. 3. verſ. quæro nunquid, vbi refert, & ſequitur Alberic. in loco præcitato. Addo pro hac contraria opinione Afflict. Pariſ. & Roland. in locis relatis, per Ioſephum Ludou. d. deciſ. Peruſ. 31. numero 4. in fine, parte quarta, & hæc contraria opinio apud nos in Vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico præualuit vigore bannimentorum expreſsè prohibentium, etiam delationem armorum defenſibilium.

75 Armorum autem defenſibilium appellatione quæ nam arma veniant vide Iaſ. in §. ex maleficijs, nu. 83. in fine, inſtit. de action. Ioan. Franc. Scaglion. ſuper 1. pragm. de duello, num. 62. & ſeq. Petrus à Plach. in epith. delictorum, lib. 1. c. 8. num. 9. ad finem, verſ. & quæ arma offenſiua, & quæ defenſiua ſint.

76 LIMITA III. in armis offenſibilibus, & defenſibilibus ſimul, quæ ſi quis deferat, non punitur pœna Statuti, vel bannimentorum arma deferentes punientium, quando ſcilicet eadem arma ex loci conſuetudine ſolent deferri ad defenſionem, & non ad offenſionem; ſecus ſi aliter. ſecundum Bart. in l. pediculis §. argenteo, num. 2. ff. de aur. & argen. legat. vbi ponit exemplum in tabulario, & Bar. ſic dicentem referendo ſequuti ſunt Angel. de maleſ. in verbo, *vno flocco ferreo*, num. 2. & ibi etiam Auguſt. in addit. vbi idem ceſſante conſuetudine, quòd punitur ſi probaretur, quòd quis portaret, hoc tabulatiũ animo offendendi, & per fraudem Amad. de ſindic. nu. 89. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 2. nu. 9. ad finem, vbi exemplificat in clipeo, & ſcuto, dicitque quòd non comprehenditur, ſub prohibita armorum delatione, niſi probaretur, quòd quis deferret animo offendendi.

77 LIMITA IIII. in deferentibus gladium paruulum, qui non eſt in vſu nocendi, & quo milites in prælio non vtuntur, vt puta, in eo qui ad incidendum panem, vel ad temperandum calamos, & ſimilia, aptus eſt ſecundum Bar. in d. l. 1. num. 2. verſ. fallit in gladijs. Ang. num. 2. verſ. eodem modo ff. ad l. Iul. de vi publ. & ibi Alex in addit. litera D. & per eundem Alex. ad eundem Bart. in l. fi. §. telorum ff. eod. & per Roman. in l. 1. §. occiſorum, ſub num. 1. ff. ad Sillan. Angel. in l. ſi pignore §. furem in fi. ff. de furt. Ioan. de Platea, in l. 1. num. 3. C. vt armorum vſus, lib. 11. eſt tex. in Authen. de armis §. prohibemus, & ibi gl. in verbo, *minores*, & Bar. num. 3. Ioan. de Platea. in §. recuperandæ, in fi. verſ. ſecus ſi non ſit res apta. inſtit. de intedict. & in §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. in fine, verſ. dummodo ſcias. inſtit. de publ. indic. & in §. ex maleficijs, colum. 3. in princ. verſ. Adde tamen quòd non dicitur quis armatus inſtit. de action. Aret. in eodem §. ex maleficijs, num. 15. & ibi etiam Iaſ. num. 84. in fin. Ang. de maleſ. in verbo, *vno flocco ferreo*, num. 1. in fi. & ibi Auguſt. in addit. Amad. de ſindic. num. 89. Socin. reg. 30. in 4. fallen. Afflict. in Conſtitution. Regni Intentionis, nu. 17. de illicit. portar. armor. Ioan. Franc. Scaglion. ſuper 1. prag. de duello, poſt num 60. Marſil. in pract. §. pro complemento, num. 17. verſ. item ſtante

ftante Statuto Carer.in pract.in 1. tract. de appellat. §. in text. *ibi itemque eorum &c.* num.9. Petr. à Plac.in epith.delictorum, lib.1.c.8.sub num.6.& 8.Catell. Cotta in memorial. in verbo *armorum*, in princ. Tiraq. in tract. de rebus exig. vers. 21. &c. Barbat. de Card.lega.quæst.5.num.18. vers.idem dicas, il 2.& num.19.vers.& licet communiter. Menoch.de arbitr.quæst.lib. 2. casu 394. num. 72. Viuius opin. 763. num. 10. Decian.in tracta. crimin.lib.8.cap.2.
78 num. 9. Vbi propterea ex Aret.quem allegat, in consil.80. infert, quòd occidens aliquem cum isto gladiolo non videtur habuisse animum occidendi, & cap. 3. num. 54. Nauar.in cap.ita quorundam in 5.notab.num. 6. & 25. de Iudæis.

79 Procedit autem hæc limitatio, prout loquitur in gladio paruo, & apto, vt supra ad incidendum panem, vel ad calamos têperandos, vnde secus in gladio, non paruo, & apto, vt supra, vt probat text.in dicto, §.si quis rusticus, ibi, & gladium &c.de pace tenenda in vsibus feudorum, & voluit Carer.in pract.in 1. tract.de appellat.§.in tex.*ibi itemq; eorum*, num.9. vbi de gladio malitioso, magno, longo, acuto, & potius ad offendendum apto, quam ad incidendum panem, & alia comestibilia. Qualis autem, & quantus debeat esse iste gladiolus excusans à pœna delationis armorum propter præsumptionem, quòd deferatur ad incidendum panem, vel ad temperandum calamos, potius, quam
80 ad offendendum. Dic Iudicis arbitrio remissum iuxta consuetudinem Patriæ, & qualitatem personæ ipsius deferentis secundum Ioan.de Platea, in dicta l.1.eod.num.3.C.vt armorum vsus, lib.11. faciunt relati, per Baiard.ad Clar. quæst.82.post num.68.& faciunt in simili, quæ de qualitate Baculi iudicis arbitrio remissa scripserunt Barbat. in tract.de Card.legat.q.5.num. 28. & seq. & Menoch.de arbitrar.casu 394.num.77. lib.2.& in proposito vide Bullam Pij quinti, in ordine 151. parte 2. vbi Bullam Pij quarti, contra deferentes archibusetta extendit ad deferentes cultellos cum cuspide maiores vno palmo, & minores tribus palmis, & vide etiam bannimenta Vrbis emanata de anno 1591.c. 14. in quibus sub pœna trium ictuum funis, & triremium, per quinquennium prohibet delationem cultellorum aptorum, minorum tribus palmis. Nec non etiam vide bannimenta generalia status Ecclesiastici emanata de anno 1599. cap. 30. in quibus memoriæ subditorum reducitur prædicta Bulla Pij quinti, ex qua, vt dixi expressè declaratur mensura cultellorum ad incidendum panem qualis debeat esse, scilicet, non maior vno palmo, & sine cuspide.

81 Et rursus eadem limitatio procedit, nisi quis gladium prædictum ad incidendum panem, & aptandum pennas aptum, & factum deferet, per fraudem dolo, & malo animo aliquem offendendi, & multo magis si cum effectu offenderit, quia tunc, cum talis fit, qui etiam nocere potest, vtique armorum appellatione venit, & illum deferens puniendus est argumento textus in l.armatos, & in l.penult. §.telorum, ff.ad l.Iul.de vi publ.& voluit Bar.in d.l.1.num. 2.in fi.vers.aduertendum est ff. eod.quem sequitur Iasin. §.ex maleficijs, num.86.instit.de action. Augustin.ad Ang. de malef.in verbo *vno flocco ferreo*, post num.1.Soc.reg.30. in 4.fallen.in fine, Ioan.Franch.Scaglion. super pragm. R. de duello, nu.60.in fine, Marsil.in pract.§.pro complemento, num.18.vers.Bart. tamen &c. Barbat. de Cardin.legat. quæst.5.post num. 18. Decian. d.lib.8.cap.2.num.9.vers.& idem etiam tenet Bart. &c. Nauar. in cap. ita quorundam in 5.notab. num. 25. de Iudæis. Baiard. ad Clar.quæst.82. num.71.

83 LIMITA V. in deferente arma ligata, ita, vt cum illis deferens neminem offendere possit secundum Alex.in addit.ad Bart.in l.1.litera C.ff.ad l. Iul. de vi public. Socin. reg.30.in 3.fallen. Afflict in Constit.intentionis, num.10. de illicit.portat.armor. Carer.in pract.in 1.tractatu de appellat.§.in text.*ibi itemque eorum*, num.15. Petrus à Plach.in epith.delictor.lib.1.cap.8.num.13.Catell Cotta in memorial.verbo *armorum*, ad finem, Barbat.de Card.legat.q.18. vers.idem dicas, il primo. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.3.
84 num.56. Vbi hanc limitationem proprie locum habere credit, quando quis extra Ciuitatem proficisci volens, per Ciuitatem eundo, aut redeundo transiret, alias enim, inquit ipse si ligata arma, per Ciuitatem, quotidie ferret semper in ea manens, non posset propter contemptum prohibitionis pœnam effugere, & non male dicit, saltem iudicio meo extraordinariam, cum animus offendendi pro-
85 pter quem ordinaria pœna imposita fuit, cesset. Et tamen, nec etiam in casu, in quo quis per transitum arma deferês per Ciuitatem ligata pœnam effugeret, nisi illa essent taliter ligata, vt ad offendendum, aut omnino apta non sint, aut cum difficultate, ita quòd non possint ad libitum deferentis dissolui, alioquin crederem esse inuentam fraudem prohibitioni armorum, prout etiam aduertit idem. Decia. vbi supra num. 57.

86 Et ex hac limitatione infertur, quòd retinens domi archibusettum inutile, quod exonerari non possit, vt puta quia sit sine rota non tenetur edicto, siue constitutione puniente retinentem huiusmodi genus armorum, sicut in terminis pluribus comprobat Bolognett.cons.25.nu.15.& seqq. & Bertaz.cons.74.num.12.& seqq.& ibi in addit. lit.C.lib. 1.& ita quandoque seruatum. Quamuis Baiard. ad Clar. quæst.83. num. 79. dixerit se dubitare an hoc in practica obtineretur.

87 LIMITA VI. in deferente saxa, vel fustes, licet enim armorum appellatione lapides, & fustes contineri probet text.in l.armorum, ff.de verbor. signif.& instit.de public. iudic.§.item lex Iulia, & instit.de interdic.§.quòd autem; & ibi Ioan. de Platea in §. recuperandæ colum. fin. versic. item nota, & voluerunt Ang.de malef. in verbo *vno flocco ferreo*, num.4. versic.nota tamen Papien. in forma inquisit.in verbo *cum armis*, Afflict.in Constit.intentionis, nu. 22.in fine, de illicit.portat.armor.Petr.à Plach.in epith.delictor.lib.1.c.8.nu.2.Carauit.super rit.magn.cur.65.num. 4. Cyrillus in summa crimin. rubr. de public. iudic. §. 5. numero 12. Decian. in tracta. crimin. libro 8. cap. 2. numero 3. & 6. vbi amplius relatis, & reprobatis contrarijs tenet, quòd Statutum puniens vim factam, cum armis trahitur etiam ad vim factam cum lapidibus, & fustibus. Nauar. in cap. ita quorundam in 5. notab. in princip. de Iudæis.

88 Hoc tamen est verum impropriè, non autem propriè, cum secundum propriam, & strictam armorum significationem eorum appellatione non veniant nisi ea, quæ principaliter, & secundum ordinationem naturæ nocere possunt, non autem ea, quæ ad alium vsum destinata sunt: item verum est, quòd armorum appellatione veniunt lapides, & fustes post percussionem cum ipsis factam, non autem ante, & propterea ex his duabus declarationibus pœnam delationis armorum non comprehendere deferentem lapides, seu fustes scripserunt Ang.in l.si pignore §.furem, num.1.ff.de furtis. Roman.in l.1.§.occisorem, num.1. ff.ad Silan. Alex.in addit.ad Bart.in l. fin. §. telorum §. ad l. Iul.de vi public. Bar.in Authê.de armis, §.prohibemus, nu. 4.ex glos.quam allegat in rubr. C. de fabricen. Afflict.in c. 1.§.si quis rusticus, num.4.de pace tenen.in vsib.feudor.facit glos.in Clem.1.§. quia vero nonnulli in fine, in verbo *arma*, de statu Monach. Ioan.de Platea in §.item lex Iulia, il 2.col.2.vers.& adde iuncto versic.& hoc casu, non continentur fustes, Instit.de public.iudic. Aret.in §.ex maleficijs, num. 16. vers.& adde glos.inst.de action.& ibi etiam Ias.num.83. Angel.de malef. in verbo, *vno flocco ferreo*, nu. 1. Amad.de sindic.num.88. Ioan.Franch. Scaglion.in prag. 1.duello, num.59. Marf.in pract.§.pro complemento, num. 13.in fi.vers.& scias. Carer.in pract.in 1.tract.de appella.§. in tex.*ibi itemque eorum*, num.18. Plach.d.c.8.num.5.in fi. & 6.vbi licet contendat armorum appellatione etiam proprie lapides, & fustes contineri generaliter, non tamen sic est in materia delationis armorum, ex considerata mente legislatoris, & ex cessante ratione, propter quam punitur delatio armorum, & quæ non sic militat in deferente lapides, & fustes, sicut in deferente alia arma, vt ibi per eum, & num.7.vbi infert ad Statutum puniens inuentum cum armis, quòd non comprehendit inuentum cum baculo, & ex eadem ratione, qua motus fuit Placha in loco præcitato,

to, mouetur etiam, & in eandem ſententiam concurrit Nauar. in cap. quorundam, num. 1. notab. ante num. 5. iuncto, num. 5. 7. & 12. vbi dat notabilem declarationem, quam ibi omnino per eũ videas, extr. de Iudæis. Addo pro hac eadem limit. Barbat. de Card. legat. 95. num. 19. in fine, Clar. in pract. §. fin. q. 82. Statutum Viu. nu. 4. verſ. & ſcias, vbi quòd ita alias Mediolani Senatus reſcripſit. Scapp. de iure non ſcript. lib. 5. c. 161. nu. 17. & ſeq. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 31. nu. 4. parte 1.

89 Quid de portante baculum aptum, & accommodatum ad nocendum; dic, ꝙ punitur ſecundum Barbat. de Card. legat. q. 5. nu. 28. & ſeq. vbi etiam, quòd Iudicis arbitrio remittitur, qui ſit baculus ad nocendum aptus, ſequitur Menoch. de arbitris caſu 394. nu. 70. Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 68. verſ. item adde.

90 Quid de pila plumbea, vide Carer. in loco præcitato, num. 19. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo *de armis*, ad finem, vbi quòd comprehenditur ſub prohibitione armorum ex Anton. quem allegat epith. 46. & idem dixit Decian. tracta. crimin. libro 8. cap. 2. numero 14. & apud nos, hoc non habet difficultatem vigore bannimentorum.

91 Quid de deferente paruum baculum, dic, ꝙ nullo pacto punitur pœna delationis armorum ſecundum Ioan. de Platea in d. §. recuperãdæ in fine, inſtit. de interdict. poſt Ioan. Andr. quem allegat in Clem. 1. in verbo *arma*, de ſtatu Monachorum.

92 Quid de tenente aceruum lapidum, ſuper feneſtra, an dicatur tenere arma, dic, quòd ſic, ſecundum Ioan. de Platea in d. §. recuperandæ in fine, inſtit. de interdict. poſt Ioan. Andr. quem allegat in Clementina 1. in verbo *arma*, de ſtatu Monachorum.

93 Quid de ruſtico portante baculum ſine ferro, dic quòd non punitur, ſecundum Barbat. de Card. legat. quæſt. 5. num. 8. & ſeq.

94 Quid vigore bannimentorum Vrbis, & ſtatus Eccleſiaſtici, quòd deferens de nocte baculum, ſeu lapides punitur, ac ſi alia arma detuliſſet, prout in bannimentis Vrbis emanatis de anno 1591. cap. 2. & in bannimentis generalibus ſtatus Eccleſiaſtici emanatis de anno 1599. cap. 23.

95 LIMITA VII. in Doctoribus, qui ꝙ poſſint arma deferre voluerunt Afflict. in Conſtit. Regni intentionis, num. 19. de illicit. portat. armor. vbi loquitur, in Doctoribus legentibus in ſtudio generali, & ampliat limitationẽ etiam in filijs, & familia Doctoris ex Bar. quem allegat in l. Medicos C. de profeſſ. & Med. Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. in text. *ibi itemque eorum, &c.* num. 5. Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 68. in fine, verſ. & hoc quidem, vbi in idem allegat etiam eundem Bart. in l. Magiſtros C. eod. & Felyn. in rubr. extra de Magiſtr. colum. 2. Duen. reg. 55. in 7. limitat. vbi alij referuntur concordantes, & loquitur, ac declarat limitationem procedere, aut in Doctoribus re ipſa profeſſoribus, aut etiam in Aduocatis, qui, & ipſi militare dicuntur, per textum in l. Aduocati C. de Aduoc. diuer. iud. ſequitur Petrus à Plac. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. num. 20. & Decian. lib. 8. c. 3. nu. 53. vbi quòd ratio huius limitationis magis militat in Aduocatis, quam in alijs Doctoribus propter capitales inimicitias, quas quotidie aduocando contrahunt cum aduerſis partibus. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 394. num. 74. vbi tamen dubitat de hac limit. Bonacoſſ. in quæſt. crim. in verbo *de armis*, poſt princ. Baiard. ad Clar. q. 82. num. 77.

96 Sed hæc limitatio non ſeruatur apud nos in practica, cum non ſint plures anni, quòd vidi publicè tortum quendam Doctorem Medicum, pro delatione armorum de nocte, & male quidem, ni fallor, quia pro pœna ſufficiebat carceratio, vel ad plus poterat pecuniariter puniri, & quidem verba bannimentorum ſunt adeo vniuerſalia, vt comprehendant omnes, & quaſcunque perſonas cuiuſcunque gradus ſtatus, conditionis, & præeminentiæ ſint, ideo non eſt mirum, ſi etiam Doctores comprehendat.

LIMITA VIII. in Curialibus, ſeu familiaribus regis, & eius curia commorantibus ſecundũ Afflict. in Conſtitutionibus intentionis, nu. 34. de illic. portat. armor. vbi loquitur ſecundum diſpoſitionem illius Conſtitutionis, & nu. 35. vbi quid de illis, qui actu, non inſeruiunt, ſed habent tantummodo literas familiaritatis, & nu. 36. vbi quomodo probetur, ꝙ quis ſit Curialis, & familiaris Regis, & nu. 37. vbi etiam idem de Curialibus filij primogeniti ipſius Regis. Duen. reg. 55. in 6. limit. vbi etiam qui dicuntur Curiales, & in 10. limit. vbi de Curialibus, & familiaribus primogeniti Regis. Quibus addo ẽt Petrum à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 8. num. 14. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 394. num. 71. vbi de iis, qui verſantur in Aulis Principis Decian. lib. 8. c. 3. num. 50. 51. & ſeq. vbi idem in Curialibus omnium filiorum Regis, & alia ad præmiſſam materiam, quòd & idem etiam hodie ſeruatur in omnibus familiaribus, & famulis alicuius Domini inferioris, & Baronis.

LIMITA IX. in officialibus, & eius familia, qui poterunt arma portare abſque pœnæ incurſu ſecundum Bal. in l. nam ſalutem in fine, ff. de offic. præfec. vigil. quem ad id allegando ſequuti ſunt Afflict. in c. 1. §. ſi quis ruſticus, nu. 6. qui tamen loquitur in officialibus habentibus merum Imperium, de pace tenen. in vſibus feudor. Amad. de ſindi. num. 91. vbi loquitur de officialibus communis. Socin. in reg. 30. in prima fallen. Afflict. in Conſtitu. intentionis ſub num. 13. & 15. de illic. porta. armor. Marſ. in pract. §. pro complemento, num. 5. Petrus à Plach. in epitho. delictor. lib. 1. cap. 8. poſt num. 18. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 394. num. 64. Decian. lib. 8. c. 3. nu. 44. & 48. Bertaz. conſ. 329. num. 1.

100 Idem in familia, & famulis Epiſcoporũ ex Bald. in loco præcitato ſcripſerunt Afflict. in d. §. ſi quis ruſticus eod. num. 6. Amad. de ſindic. dicto num. 92. vbi propterea reprehendit Poteſtatem Interamnis, qui iuſſit capi officialem, ſeu familiarem Epiſcopi, pro delatione armorum. Socin. reg. 30. in prima fallen. Barbat. de Card. legat. q. 5. num. 17. & voluit etiam idem Afflict. in Conſtit. intentionis, num. 13. de illicito portam. armor. vbi tamen hoc reſtringit (& male) in Epiſcopis, qui habent etiam temporalem iuriſdictionem; ſecus in alijs, qui hanc iuriſdictionem non habent, prout etiam reſtrinxit, & Decian. in tract. crimin. libro 4. cap. 3. num. 47. & de hac reſtrictione alibi latius dicam.

101 Idem etiam, & multo magis procedit in officialibus, famulis, & familiaribus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis. Clem. 2. §. fi. cum ibi notatis, per Doctor. de hæret. Afflict. in dicta Conſtitutione intentionis, num. 12. Duen. reg. 5. in tertia limitat. Petrus à Plach. in epitho. delictor. lib. 1. cap. 8. num. 10. Menoch. d. caſu 394. num. 66. Decian. lib. 8. cap. 3. num. 49.

102 Non ſic quando officialis ſindicatur, quia tunc, nec etiã ipſe, ne dum eius familia poteſt impunè deferre arma ſecũdum Afflict. in dicta Conſtitutione intentionis, nu. 29. vbi amplius, an à Sindicatoribus, an vero à nouo officiali puniri poſſit, & verius eſt, quòd talis punitio ſpectat ad ſucceſſorem, ſecundum Gram. in dicta Conſtitutione intentionis, nu. 8. prout illum refert, & ſequitur Baiard. ad Clar. q. 82. nu. 52. vide tamen in propoſito Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 3. nu. 45. vbi multa hinc inde adducit, & poſtea diſtinguit, ſed eius diſtinctio (ni fallor) non reſoluit in ſpecie propoſitam dubitationem, cum videas, quia potius videtur inclinare in affirmatiuam ſententiam, quòd ſcilicet officialis, etiam in ſindicatu poſſit deferre arma, quàm in negatiuam.

103 Sed quid in Magiſtratibus Ciuitatum, & vniuerſitatum, qui aliquam habent iuriſdictionem, an ipſi, & eius familia poſſint, ſine alia licentia deferre arma, vide Decian. vbi ſupra d. lib. 8. cap. 3. nu. 46. vbi dixit, quòd licet de iure communi etiam ipſi poſſunt arma deferre, vſus tamen obtinuit, vt ab ordinarijs Magiſtratibus Principem repræſentantibus licentiam impetrent, & apud nos in Vrbe Conſeruatores, & eius famuli capita Regionum, & eorũ Prior expreſsè in bannimentis ſunt nominati inter eos, qui poſſunt arma deferre.

104 Quòd vero attinet ad delationem archibuſetiorum, pugionum,

pugionum, & aliorum armorum breuioris mensuræ tribus palmis nec etiam officiales, & executores iustitiæ possunt illa deferre vigore Constitutionum Pij quarti, & quinti, ac etiam vigore bannimentorum Vrbis, cap. 14. quibus sub grauissimis pœnis huiusmodi armorum delatio etiam sub prætextu executionis, & seruitij iustitiæ, & Principis prohibita est. Quamuis quantum in hoc dictæ Constitutiones, & bannimenta seruentur quisque videat.

105 LIMITA X. in deferente arma extra Ciuitatē itineris cā, vt puta, de vna Ciuitate ad aliam, prout faciunt mercatores negotiando, quia tunc pro tuitione sui corporis, & vt quis possit se defendere à latronibus viarum permittunt iura itinerantibus arma deferre, prout est text. in d. l. prima, *ibi vel itineris, &c.* ff. ad l. Iuliam de vi publ. & ibi Bart. num. 1. & 2. vbi quòd licet vigore Authenticorum, non liceat deferre arma etiam in itinere; attamen vsus communis contrarium admittit, quod & idem ibidem dixit Angel. numero 3. Alexan. ad Bart. in d. l. prima litera C. versic. & licitum est L ud. de Pœnn. in l. prima C. vt armor. vsus libro 11. num. 20 in fine, Affliсt. in cap. 1. §. si quis rusticus, num. 5. versic. nisi per loca timorosa de pace tenen. in vsibus feudor. Ioan. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. versic. quinimo etiam institu. de public. iud. August. ad Angel. de malef. in verbo *dictus Andreas armatus*, num. 8. in fine, idem Angel. de malef. in verbo *vno flocco ferreo*, num. 3. & ibi Augustin. in addit. vbi tamen hoc admittunt vigore Statutorum, quæ communiter vigent, & etiam circumscriptis Statutis, quando locus itineris est suspectus propter inimicos, vel latrones. Amad. de sindic. num. 89. versic item de iure digestorum, cuius verba retulit Aret. in dicto verbo *vno flocco ferreo*, eodem numero 3. Afflict. in Constit. intentionis, num. 4. de illic. portat. armor. Ioan. Franch. Scaglion. super pragmat. 1. de duello, num. 58. Carer. in pract. in primo tract. de appellat. §. in textu, *ibi itemque eorum*, num. 16. Tiraq. de nobilit. cap. 20. post, num. 69. versic. quin etiam Petr. à Plach. in epith. delictor. libro 1. capit. 8. numero 13. Cyrill. in summa crimin. rubr. de public. iudic. §. quinto, numero 1. fol. mihi 113. colum. 4. Barbat. de Cardin. legat. quæst. 5. num. 23. in princ. & in versic. quartum fuit ius, vbi quòd ita seruatur de consuetudine. Menoch. d. casu 394. num. 58. Decian. in tract. crimin. libro 8. cap. 2. num 2. cap. 3. num. 34. Vbi ampliat, tam in equestribus, quā in pedestribus. Clar. in pract. §. finali, quæst. 82. Statutum Viu. num. 6. versic. item quæro nunquid, vbi quòd ita seruat consuetudo ex Angel. in d. l. prima, ff. ad l. Iul. de vi publ. Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *de armis*, in fine, vbi loquitur de deferentibus archibusettum per transitum. Scapp. de iure non scripto, capit. 161. num. 1. & seqq. libro 5. vbi etiam quòd ita de consuetudine seruatur Bertazz. consilio 217. num. 2. & seqq.

106 libro 1. & ibi Claud. in addit. Vbi amplius, quòd nec attendi debet si deferens arma in itinere, & per transitum aliquo modico temporis interuallo se firmaret in aliquo loco habitato, & prohibito, quod & idem repetijt in consil. 219 per totum, & consil. 173. num. 1. & post numer. 6. sequitur Baiard. ad Clar. quæst. 82. num. 57. Addo ad comprobationem propositæ limitationis eundem Bertaz. consil. 308.

107 num. 1. & seqq. libro 2. & ibidem, num. 5. Vbi ex Marsil. in consil. 103. num. 36. ampliat, quòd nec etiam valet Statutum prohibens delationem armorum ad sui defensionem, per loca periculosa, idem Bertazz. consilio 46. num. 3. & seqq. Hippol. Riminal. consil. 425. num. 18. Addo etiam eundem Bertazz. consil. 192. numero 14. & consilio 461. num. 4. Bursatt. consilio 77. numero 12. & consil. 331. num. 37. Roland. consil. 3. num. 34. libro secundo, & hæc limitatio sicut vides, ab omnibus recepta est, & passim, & vbique seruatur.

108 Quamuis Ioseph. Ludou. decis. Perus. 31. nu. 1. par. 1. dixerit de iure Authenticorum, & Codicis, nec etiam in itinere, sine Principis licentia posse arma deferri allegat iura, quæ de itinere verbum nullum.

109 AMPLIA I. hanc 10. limitat. idem in itinerantibus, per mare, & nauigando sicut probat tex. in d. l. 1. ibi vel nauigationis &c. ff. ad l. Iul. de vi publ. Luc. de Pœn. in l. 1. C. vt armorū vsus, lib. 11. nu. 20. in fine, Bart. in Authen. de armis §. denunciamus, num. 2. Ioan. de Plat. in §. etiam lex Iulia, il 2. colum. 2. versic. quinimo etiam instit. de public. iudic. Afflict. in Constit. intentionis, num. 6. de illic. port. armor. Ioan. Francisc. Scaglion. d. num. 58. super pragm. 1. de duello. Duen. reg. 55. in 2. limitat. Petrus à Plac. d. cap 8. num. 44. Menoch. d. casu 394. num. 58. Decian. lib. 8. d. c. 3. num. 34.

110 AMPLIA II. eandem decimam limitat. etiam in Clericis transeuntibus per loca periculosa, licet enim Clericis magis interdicta sit armorum delatio, quàm Laicis, non tamen prohibentur isto casu ad sui corporis defensionem arma deferre, Soc. reg. 30. in 6. fallen. Barbat. de Card. legat. q. 5. post num. 19. Menoc. d. casu 394. nu. 58. Decian. d. lib. 8. c. 2. eodem num. 2. idem Decian. c. 3. num. 34. in discursu, vbi quòd ita tradunt omnes in cap. Clerici de vita, & honest. Clericor. Rolan. consil. 3. num. 2. iuncto num. 54 lib. 2.

111 AMPLIA III. dictam decimam limitationem procedere, siue iter sit longum, siue etiam breue, prout est, quādo quis proficiscitur ad suum agrum, & suam possessionem, vtroque enim casu potest quis arma deferre, secundum Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. vt armor. vsus, num. 3. in fi. Socin. reg. 30. in 2. fallen. post Nicol. de Neap. & Isern. quos allegat Afflict. in Constit. intentionis, num. 7. qui tamen loquitur in nobilibus personis de illicit. porta. armor. Castell. Cotta in memoral. in verbo *armorum*, ad fin. Barbat. de Card. legat. q. 5. post num. 18. Decian. lib. 8. d. cap. num. 34. Claud. ad Bertazz. in consil. 329. litera A, versic. nam scilicet, lib. 2.

112 AMPLIA IIII. propositam decimam limitationem, quia licèt Ioan. de Plat. in d. l. 1. C. vt arm. vsus, nu. 4. per tex. in c. 1. §. si quis rusticus, versic. mercator de pac. tenen. in vsibus feudor. dixerit mercatorem in itinere debere tenere ligatum ensem sellæ equi, & in nauigatione super vehiculo ponere, quasi ex hoc sentiens nec in itinere, nec in nauigatione posse arma deferre, nisi ligata, à quibus nec dissentire videtur ibidem Bal. in summ. & in 3. notab. & Afflict. etiam in summario, & num. 12. August. ad Ang. de malef. dicto verbo *vno flocco ferreo*, post num. 3. Idem Afflict. in Const. Intentionis, num. 50. de illicit. portat. armor. Petr. à Plach. in epith. delictor. lib. 1. c. 8. num. 13. vbi tamen loquitur de armis ligatis per Ciuitatem, non autem extra eam. Vsus tamen contrarium admisit, quia itinerantes, & nauigantes impunè deferunt arma, etiam non ligata, quando sunt in itinere, & nauigatione. Et etiam, quòd per Vrbes transeant, sicut testatur Menoch. dicto casu 314. num. 59. & seq. & verum dicit, idque non solum procedere de consuetudine, sed etiam de iure communi, benè probat Decian. in tractat. crimina. lib. 8. cap. 34. Vbi in specie respondet textui in dicto §. si quis rusticus, versic. mercator, quòd scilicet intelligi debeat non de ea armorum legatione, quæ liberam euaginationem impediat, si enim de hac intellexisset, non vtique posset viator à prædonibus se defendere, prout pro ratione considerat tex. in d. §. si quis rusticus, sed de ea, quæ fit commodioris delationis gratia, prout etiam fit, quando gladius lateri alligatur. Et iste est verus sensus, & intellectus illius text. vt ibi per eum.

113 SVBLIMITA hanc decimam limitatinem in archibusettis, quæ vigore Constitutionū Pij Quarti, & Quinti expressè sic iubentis, nec etiam in itinere deferri possunt, & idem in archibusijs longioris mensuræ vigore bannimentorum Vrbis emanatorum de anno 1591. c. 15. Et vigore bannimentorum generalium totius status Ecclesiastici emanatorum de anno 1599. cap. 28. sub pœnis respectiuè in dictis Constitutionibus, & bannimentis contentis, quas ibi videas.

114 LIMITA XI. in retinente, seu etiam deferente arma ex causa venationis, tex. in dicta l. 1. *ibi præter vsum venationis*. ff. ad l. Iul. de vi public. text. licèt loquatur in sola retentione armorum, idem tamen iuris esse in declaratione communiter receptum est per Doctores, & probat tex. in l. qui

in l. qui dolo, §. 1. verſic. exceptus eſt, qui propter venationem, &c. ff. eod. titu. ad l. Iul. de vi public. Bar. in dicta l. 1. num. 1. vbi etiam, quòd licèt de iure Authenticorum non liceat deferre arma, etiam ex cauſa venationis. Attamen vſus communis contrarium admittit. Luc. de Penn. in l. 1. C. vt armorum vſus, num. 20. in fin. Bart. in Authen. de armis. §. denunciamus, num. 2. Afflict. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, num. 5. verſic. item fallit, niſi portet cauſa venandi, de pace tenen. in vſib. feudor. Ioan. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. verſic. quinimmo etiam Inſtit. de inter. dict. Afflict. in Conſtitu. Intentionis, num. 5. de illicit. portat. armor. Et ibidem poſt num 2. Ioan. Fran. Scaglion. ſuper pragma. 1. de duello, num. 58. Carer. in primo tract. de appellatio. in §. in text. ibi, *Itemq. eorum &c.* num. 16. Duen. reg. 55. in prima limit. Petr. à Plach. in epitho. delictor. lib. 1. cap. 8. poſt num. 44. Cyrill. in ſumma crimin. rubr. de publi. iudic. §. quinto, num. 1. folio mihi 113. colum. 4. Scappa de iure non ſcripto lib. 5. cap. 161. num. 1. & ſeqq. Vbi, quòd ita de conſuetudine ſeruat. Roland. conſ. 3. num. 7. iuncto num. 35. lib. 2. Decian. in tracta. crimin. lib. 8. cap. 2.

115 num. 2. & cap. 3. num. 33. Vbi hanc limitationem ſine dubio procedere fatetur quoad pœnam iuris communis, verum quoad pœnam ſtatutariam credit contrarium ad hoc, vt Statutum aliquid plus operetur vltra ius commune, ſed poſtea id totum remittit arbitrio prudentis Iudicis, qui omnia perpendet ex qualitate loci, temporis, perſonarum, & facti.

116 LIMITA XII. in deferente arma pro occidendis bannitis. Non poteſt enim tunc deferens moleſtari etiam in itinere eundo, aut redeundo, ſecundum Alexand. in addit. ad Bar. in l. 1. litera C. verſic. ſed verum ſit licitum. ff. ad l. Iuliam de vi public. Ioan. de Platea in §. item lex Iulia, il 2. colum. 3. in princ. verſic. & quod eo ipſo. Inſtit. de public. iudic. Angel. de malefic. in verbo *vno flocco ferreo*, num. 4. Socin. regul. 30. in 5. fallent. Afflict. in Conſtitu. Intentionis, nu. 11. illicit. porta. armor. Marſil. in practic. §. pro complemento, num. 4. verſ. ſcias etiam, quòd vſus armorum. Carer. in primo tractatu de appellat. §. in text. ibi, *itemq. eorum, &c.* num. 16. Barbat. de Card. legat. quæſt. 5. num. 19. & 22. vbi benè comprobant hanc limitationem. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 394. num. 73. Decian.

117 in tractat. criminal. libro octauo, cap. 3. numero 38. Vbi declarat, dummodo arma deferens ſimulatè id non ageret, quòd vtique ex coniecturis comprehenditur. Et in dubio quis non præſumitur deferre arma pro occidendis bannitis, niſi probet, vt ibi per eum. Bertazz. conſilio 74. numero primo, & conſilio 147. numero 30. & conſilio 223. numero 7. Burſatt. conſilio 141. numero ſexto, & poſt numer. 14. vbi idem de deferentibus arma in ſocietate officialium, & pro ſeruitio iuſtitiæ, etiam quòd non ſemper ſteterit in ſocietate dictorum officialium.

118 Et ad præmiſſa aduerte, quòd quamuis Burſat. & Bertazzo. in locis præcitatis loquantur etiam, quando quis ad occidendum bannitos vtitur archibuſettis. Hæc tamen ampliatio apud nos de iuris rigore non tranſiret ſine difficultate, vigore Conſtitutionum Pij Quarti, & Quinti prohibentium delationem iſtorum armorum, etiam ſub quouis prætextu exequutionis iuſtitiæ, & vigore bannimentorum Vrbis cap. 14. eorundem armorum delatio prohibetur, etiam ſub prætextu ſeruitij iuſtitiæ, & Principis.

120 Licèt benè verum ſit, quòd ſi iſti tales, qui vadunt ad occidendum bannitos deferendo archibuſetta ſine Principis licentia illos occiderent, Princeps ſine dubio etiam delationem armorum indulgeret propter bonum euentum, & ad materiam vide, quæ dixi ſupra quæſt. 103. num. 75. & ſeqq.

121 LIMITA XIII. Quia licèt text. in dicta l. prima. C. vt armor. vſus, &c. dicat non poſſe arma deferri, niſi de Principis licentia, poſſe tamen Præſides Prouinciarum, & Gubernatores Terrarum ex iuſta cauſa aliquibus particularibus perſonis hanc licentiam dare, ſicut vſu communiter receptum eſt, ita etiam iure probari ſcripſerunt Luc. de Penn. in dicta l. prima, numero 21. & ſequenti. C. vt armor. vſus, libro 11. Vbi loquens in Præſide Prouinciæ, quamuis illum refert Caſſan. in conſuet. Burgund. titulo, *Des iuſtices*, rubric. 1. folio 21. numero 19. Non tamen negat etiam affirmatiuam veram eſſe, & procedere, quando iuſta timoris cauſa Iudicem impellit ad concedendum hanc licentiam. Quod & idem in effectu voluerunt Afflict. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, numero 18. loquens in officiali habente merum, & mixtum imperium de pace tenenda in vſibus feudorum. Socin. reg. 30. in ſeptima fallen. vbi de Poteſtate alicuius terræ. Marſil. in pract. §. pro complemento, numero quinto, verſiculo item vſus armorum. Carer. in practic. in primo tractatu de appellat. §. in text. ibi, *itemq. eorum, &c.* numero 10. & ſequentibus in diſcurſu. Vbi generaliter loquitur tàm de licentia Præſidis, quàm Capitanei, & cuiuſcumque alterius Superioris. Petr. à Plach. in epith. delictor. libro 1. cap. 8. numero 17. Paris conſilio 171. numero 18. libro quarto. Catell. Cotta in memoral. in verbo *armorum*, verſic. & notabilis. Barbat. in tract. de Card. legat. quæſt. 5. num. 19. verſic. idem etiam Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo *de armis*, verſic. item dicto Statuto, folio mihi 17. Scappa de iure non ſcrip. libro 5. cap. 161. numero 5. vbi, quòd ita ſeruatur de conſuetudine. Decian.

122 in tract. crimin. libro 8. cap. 3. numero 58. & 63. Vbi etiam an habenti licentiam deferendi arma ſit licitum reſiſtere Officialibus volentibus illum capere. Roland. conſilio 5. numero 27. & ſeq. libro 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 31. num. 6. lib. 2.

123 Et hæc limitatio apud nos paſſim ſeruatur, præterquam in delatione archibuſettorum, cum ea deferendi licentiam à nemine concedi poſſe, etiam quòd eſſet à latere Legatus, ampliſſimis verbis cautum reperiatur in Conſtitutionibus Pij Quarti, & Quinti, & non tamen hanc poteſtatem ademptã crediderim Illuſtriſſimis Nepotibus Summi Pontificis, prout quotidie tales licentias eorum arbitrio concedunt. Et væ illis, qui eas non ſeruare auderent.

124 AMPLIA primo hanc xiij. limitationem, quia licèt Afflict. in Conſtitut. Intentionis, numero 20. de illicit. portat. armor. dixerit hanc licentiam non poſſe concedi à Superioribus expreſsè, & in ſcriptis, cum hoc tantum ſpectet ad Principem, ſed tantum conniuentibus oculis, ad text. in l. fina. in fine. C. de fabricenſib. libro 11. & Afflict. ſic dicentem, referendo ſequutus ſit Duen. reg. 55. in nona limitatione, & Decian. dicto libro 8. cap. 3. ſub num. 57. vbi teſtatur ita ſæpius vidiſſe à Magiſtratibus obſeruari. Vſus tamen apud nos contrarium obtinuit, quòd immò terrarum Gubernatores, & Præſides etiam expreſsè, & in ſcriptis concedunt huiuſmodi licentias, & non ſine ratione, quia, vt experientia docuit, multoties euenit, quòd dicti Superiores oretenus licentiam dederunt, & poſtea illas dediſſe negare non erubeſcunt. Caueant ergo homines ab iſtis licentijs datis cõniuentibus oculis, prout dicunt DD.

125 prædicti. Et multo magis caueãt à ſola ſcientia, & tolerãtia Superiorum, quamuis in eorum præſentia arma deferant, & Superior illis nihil dicat, cum talis ſcientia, & tolerantia nec licentiam inducat, nec arma deferentes excuſaret.

126 Et per ea, quæ in ſimili de licentia Principis, quòd debeat eſſe expreſsè, & non tacitè poſt Luc. de Pen. & Andr. de Iſern. in locis per eum relatis, voluit Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 394. num. 27. & benè comprobat Decian. in tra-

127 cta. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 28. Quamuis ad fauorem deferentium arma videntibus, & tolerantibus Superioribus officialibus, quaſi quòd ex hac tolerantia inducatur tacita licentia, quæ iſto caſu ſufficiat, plura dicantur per Burſatt. conſ. 77. poſt num. 9. & ſeq. & conſ. 141. num. 4. & conſ. 332. num. 52. & ſeqq.

128 AMPLIA II. eandem xiij. limitationem quia licèt etiam Luc. de Penn. in dicta l. prima, numero 24. C. vt armor. vſus, libro 11. dixerit non debere concedi licentiam deferendi arma, niſi data fideiuſſione de non offendendo, quod & idem voluit Afflict. in cap. 1. §. ſi quis ruſticus, numero 18. de pace tenenda, quem etiam refert Decian. d. libro 8. cap. 3. ſub numero 58. verſic. debet ergo.

Nec

Nec dissentit Roland. consilio 3. numero 28. in fine, libro 2. vsus tamen apud nos communiter praeualuit; vt etiam sine tali fideiussione concedatur licentia deferendi arma, licèt quandoque sed rarò, viderim etiam Vrbis Gubernatores pro licentia deferendi arma, & archibusia, voluisse fideiussionem de non abutendo, erit itaque hoc iudici arbitrarium.

129 AMPLIA III. dictam xiij. limitationem multo magis in Dominis Castrorum, & Terrarum, quos posse concedere suis subditis licentiam deferendi arma in eorum territorio dubitandum non est. Et in specie scripsit Afflict. in cap. 1. §. ad palatium, de pace tenen. in vsib. feudor. sed an possint concedere licentiam deferendi archibusetta, dixi suprà num. 58. & seqq.

130 SVBLIMITA I. hanc xiij. limitationem procedere, prout loquitur, quando subest iusta causa, quae autem in proposito dicatur iusta causa concedendi licentiam deferendi arma videas per Carer. in practic. in tractat. de appellat. §. in text. ibi, *itemque eorum, &c.* sub numero 10. & sequentibus, & per Decian. libro 8. cap. 3. dicto numero 57. ad finem, versic. circa causam, vbi damnat contrariam obseruantiam propter praesumptam lucri causam. Baiard. ad Clar. quaestio. 82. numero 72. vbi etiam remissiuè, quae sint consideranda per officialem in concessione huius licentiae. Dicant tamen in hoc Doctores quicquid velint, quia hodie huiusmodi licentiae passim arbitrio Superioris, absque alia discussione iustae causae conceduntur, praesertim in Vrbe, in qua gentium multitudo, & instantia petentium multiplicata aliter fieri non permittit.

131 SVBLIMITA II. eandem xiij. limitationem, quia talis licentia non suffragatur illi, qui armis abuteretur aliquem vulnerando, aut aliud delictum cum armis committendo, secundum Afflict. in Constitut. Intentionis, post numerum 51. de illicit. portat. armor. Vbi loquitur generaliter in omnibus priuilegiatis ab homine, vel à iure, & ampliat etiam, quòd non sit sequutum aliquod malum, dummodo constet, quòd ad malum quis arma deferret, faciunt dicta supra, numero 82. Et idem voluit Marsil. in pract. §. pro complemento, numero 9. Carer. vbi supra numero 11. Bonacoss. in quaest. crimin. in verbo *de armis*, ante fin. Baiard. ad Clar. quaest. 82. numero 75. Vide tamen in proposito Decian. libro 8. cap. 3. numero 62. Vbi tenet, quòd quando in abusu inest maius delictum, quàm sit delatio armorum, tunc poena delationis confunditur cum poena maioris delicti, licèt illud grauius puniatur propter licentiae abusum, de quo vide, quae generaliter dixi infra num. 166 & seqq.

132 LIMITA XIIII. in eo, qui detulit arma contra statutariam, aut bannimentalem prohibitionem, sed non fuit inuentus, & apprehensus, quamuis per testes constet, quòd illa detulerit; non enim tunc posse tractari de poena scripserunt Cyn. & Bart. in locis relatis per Angel. de malefic. in verbo *dictus Andreas*, numero 7. propter quorum authoritatem hanc opinionem in practica seruari non inficiatur Imol. quamuis ipse contrariam sententiam sequatur in l. 3. §. Neratius. ff. de acquiren. possessio. Afflict. in cap. 1. §. si quis rusticus, numero 17. de pace tenenda in vsibus feudor. & ex Bart. & Angel. in locis per eum relatis. August. ad Ang. de malefic. in verbo *dictus Andreas armatus*, post numerum 8. vbi in hac opinione residere videtur idem Angel. de malefic. in verbo *vno flocco ferreo*, numero sexto. Paris de Puteo de sindica. in verbo *nuncius*, cap. 2. numero quarto, folio 245. in fine. Marsil. in l. is qui cum telo, numero 45. C. de sicar. vbi alij referuntur antiquiores. Item relati per eundem Marsil. quos tamen ipse non sequitur in pract. crimin. §. pro complemento, numero 24. in principio. Carer. in practic. in primo tractatu de appellar. §. in text. ibi, *itemq; eorum, &c.* numero 22. & sequenti. Vbi relatis contrarijs, hanc dicit communem, & in practica seruatam opinionem. Cassan. in consuetud. Burgund. titulo *Des iustices*, rubric. 1. folio 23. numero 3. Villalob. in commun. opin. litera S, numero 112. vbi de communi. Anton. Gomez. in l. Tauri 45. numero 48. Clar. in practic. quaest. 82. in versic. Statutum vj. versiculo primo, vbi plures alios refert concordantes, testantesque de magis communi, & seruata opinione, à qua & ipse nullo modo recedendum putat, & versiculo secundo, numero secundo.
133 Vbi idem Statutum punit deprehensum cum armis, licèt secus, quando Statuta, vel edicta expresè dicerent posse procedi per inquisitionem; quia tunc punitur etiam non captus, vt ibi per eum. Coepol. in l. si fugitiui, numero 74. C. de seruis fugitiuis. Bonacoss. in quaest. crim. in verbo *de armis*, ante medium, versic. si Statutum dicat. Scappa de iure non scripto libro 5. cap. 161. numero 13. & seqq. Roland. consilio 75. numero 27. & seqq. libro 2. Viu. opin. 763. numero 1. & seqq. vbi de communi seruata opinione, & quòd ab ea tanquam tutissima in decisiuis non est recedendum, quod & idem pluribus comprobauit, & testatus est Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 4. numero 5. per totum. vbi praesertim hanc sententiam defendit ab impugnationibus Menoch. contrarium sentientis in tract. de arbitrar. quaest. d. cas. 394. numero 49. & seqq. Addo ad praemissa Bertazz. consil. 461. post numer. 10. libro 2. Vbi loquitur in delatione paruorum archibusiorum. Brunor. à Sole in compendio iuris, versic. arma deferens, & latius in suis quaestionib. legal. quaest. 35. per totam, vbi ad partes disputata quaest. hanc sententiam communem, clementiorem, & in practica seruatam testatur, & propterea ab ea in iudicando minimè recedendum, quicquid contradixerint alij ibi per eum relati.
134 Nisi verba Statuti respicerent officium Iudicis, & in Iudicem essent directa, vt puta, quia puniret inuentum à Iudice, tunc enim conuictus, & non captus potest puniri, vt ibi per eum, numero 17. versiculo secundo casu, & per Decian. in loco praecitato supradicto num. 5.

135 Simile dicunt Doctores de Statuto puniente mulierem inuentam cum perlis, seu sericis vestibus, quod illius poena locum non habeat, nisi mulier fuerit etiam capta, secundum Carer. in practic. in princip. tractat. de appellar. §. in text. ibi, *itemq; eorum*, numero 32. Petrus à Plach. dicto cap. 8. numero 19. versic. Hinc & illud est. Villalob. dicta l. 5. numero 12. vbi de communi. Anton. Gomez. in l. tauri, numero primo, in fine, vbi de communi, Coepoll in l. si fugitiui, num. 76. C. de seruis fugit. Rolan. d. cons. 75. num. 28. lib. 2. Viuius opin. 763. num. 4. vbi etiam de communi.

136 Simile etiam dicunt de Statuto puniente inuentum de nocte sine licentia; quòd non puniatur, nisi etiam fuerit captus, secundum relatos ab Angel. de malefic. in eodem verbo *dictus Andreas armatus*, numero 7. qui tamen eos non sequitur, Angel. in Authentica de sanctissimis Episcopis. §. Reuerendissimus, in fin. Carer. in pract. in primo tracta de appellat. §. in text. ibi, *Itemq; eorum, &c.* numero 24. Viuius dicta opin. 763. numero 8. Brunor. à Sole in suis quaestionibus legalib. quaest. 35. numero 18. Quamuis contrarium voluerit Angel. de malefic. d. verbo *dictus Andreas armatus*, numero 8. versic. & ideò videatur sufficere.

137 Simile etiam dicunt de Statuto puniente inuentum ludere, quòd non puniatur, nisi fuerit captus, secundum Alberic. de statut. parte 2. quaest. 118. Paris de Put. in tract. de sindicatu, in verbo *nuncius*, cap. 2. numero 4. folio 245. in fine. Anton. Gomez. in l. Tauri 45. numero 48. ad finem. Viuius dicta opin. 763. num. 7. Brunor. à Sole in suis quaestionibus legalibus dicta quaest. 35. numero 9. quamuis contrarium in hoc etiam voluerit idem Angel. de malefic. in dicto verbo *dictus Andreas*, num. 8. vers. & ideo videtur sufficere.

138 Contrarium, quòd immò puniatur deferens arma, quãuis non fuerit captus si de delatione aliter constiterit, voluit. Amad. in tractatu sindica. numero 9. ex Angel. & Imol. quos allegat in dicta l. tertia. §. Neratius. ff. de acquiren. possess. quam opinionem dicit veriorem. Angel. de malefic. in verbo *dictus Andreas armatus*, numero 7. Marsil. singul. 395. versic. teneas tamen menti, vbi, quòd sufficit deferentem arma inueniri ab officiali, qui faciat inuentionem describi in actis absque eo, quòd capiatur ex Bald. quem

quem allegat in l. ictus fustiũ, ff. de his, qui notantur infam. & in hac opinione residet idem Marsil. in d. §. pro comple-
139 mento, nu. 24. vers. attamen mihi, & nu. 25. & seq. Nisi statutum præmiaret inuenientẽ, quia tunc respectu præmij inueniens non consequitur illud, nisi ẽt capiat ex Angel. in d. §. Neratius. Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *de Armis*, ad medium, versic. item si satellites, folio mihi 17. à tergo, quibus addo etiam eundem Marsil. in singul. 395. incip. Dubitarunt. Docto. Ias. in l. 1. in princip. nu. 87. ff. de acquiren. possess. post Roman. ibi, quos in ꝓposito refert Decian. in tractat. criminal. libro 8. c. 4. nu. 4. post princip. versicul. Angel. vero, ad comprobationem doctrinæ Angel. eo loci volentis puniri inuentum cum armis, quamuis non apprehensum, præterquam in casu, in quo Statutum daret inuenienti præmium, cum tunc illud non detur, nisi sequatur apprehensio, & hæc contraria opinio comprobatur tam ex Constitutionibus Pij Quarti, & Quinti, quam etiam ex bannimentis Vrbis, & status Ecclesiastici, quibus in eorum fine cauetur in omnibus præmissis capitibus posse procedi ex officio, & per inquisitionem.

140 In hac contrarietate vna fuit distinctio, & ex hac distinctione comprobatur, ni fallor, proposita communis limitatio, quòd si Statutum punit eum, qui fuerit inuentus cum armis, prout loqui videntur Doctores relati supra in limitatione; & tunc talis pœna non habet locũ, nisi ẽt fuerit deprehensus, secundum primã opinionem ratione text. in l. barsatorum. C. de fideiussor. dicto verbo *Statutũ*, non puniat inuentum cum armis, sed eum, qui arma detulerit, prout apud nos loquuntur Apostolicæ constitutiones, & bannimenta Vrbis, & status Ecclesiastici, & tunc possit puniri si constet de delatione armorum, etiam quòd non fuerit inuentus, & ita procedit secunda opinio secundum Afflict. in Constitut. Intentionis. num. 18. de illicit. port. armor. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. capit. 8. num. 19.

141 Et quamuis contra hanc distinctionem sit aduertendũ, quòd multi Doctores relati supra pro secunda opinione loquuntur, qñ Statutum punit inuentum cum armis, & tamen volunt etiam sine apprehensione esse puniendum, & vtroque casu pœnam delationis armorum locum habere expresse voluerit, & defendit Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 394. num. 49. & seqq. Vide tamen in proposito Decian. d. lib. 8. c. 4. nu. 5. vbi defendẽdo primam propositã in limitatione sententiã in specie respondet omnibus fundamentis ipsius Menochij.

142 Alia succedit distinctio, quòd prima opinio procedit, quando Statutum punit aliquod factum, quod de iure cõmuni non est delictum, prout est ire de nocte, portare perlas, aut quid simile. Secunda autem opinio procedat, quãdo Statutum punit aliquod factum de iure communi prohibitum, & punibile, prout est homicidium, furtum, & similia, secundum Angel. in Authen. de sanctis. Episcop. §. Reuerendissimus, nu. 21. refert, & sequitur Brunor. à Sole in suis quæst. legalibus, q. 34. num. 17. versic. 3. casu, &c. Ex qua distinctione idem Angel. credit comprobari primã opinionem, sed certè labitur; quia armorum vsus de iure communi, vt in regula, prohibitus est, ẽt quòd non fuerit captus prout benè aduertit Augustin. ad Angel. de malefic. in verbo *dictus Andreas armatus*, num. 8. versic. sed Angelus, & versic. adde tamen, nisi saluando applicationẽ August. dicas, prout dixit Decian. dicto lib. 8. cap. 4. num. 5. ante finem, versic. & pro hac consideratione, quòd armorum vsus permissus est, saltem de generali consuetudine, prout dixi infra num. 146. Et quod ideò Statutum puniens inuentum cum armis, requirat apprehensionem secundum terminos suæ distinctionis.

143 Dicat in hoc doctores, quicquid velint, nunquam pro sola delatione armorum, præterquam in archibusettis paruis, à Bullis Pij Quarti, & Quinti, vt supra prohibitis, vidi processum per inquisitionem, & cum hac obseruantia concordat Angel. in l. prima, in fin. ff. ad l. Iul. de vi public. vbi dixit hodie non esse in vsu, vt pro simplici habere, vel propterea arma pœna aliqua inferatur, nisi cum portans inuenitur per familiam, & ita etiam practicari testatur Augustin. in additio. ad Angel. de malefic. in verbo *dictus Andreas armatus*, num. 8. in fine. Idem Angel. in Authentica de sanctissimis Episcopis, in §. Reuerendissimus, in fine, numero 21. Carer. in pract. in primo tractatu de appellation. §. in tex. ibi. *item q; eorum, &c.* num. 22. & alij plures relati per Clarum in loco præcitato, vt supra in limitatione, & in prima opinione.

144 LIMITA XV. vt arma deferens non puniatur pœna, præsertim Statuti, vel edicti corporali, vt puta, in delatione archibusorum paruæ mensuræ, quando in deferente cessat dolus, prout in ijs terminis consuleiunt Bertazz. consil. 46. nume. 11. & consil. 173. nume. 3. & sequentibus, libro primo, & consil. 308. num. 19. & consil. 461. numero 6. & consil. 319. num. 8. & sequentibus, libro secundo. Bursatt. consil. 77. nu. 6. in fine, & 13. & sequentibus, & consil. 141. num. 7. in fine, & sequentibus. Qui Doctores præcitati maximè in proposito considerant dolum requiri, quando in Statutis, seu bannimentis apponuntur ista verba *audeat, & præsumat*, vel etiam, quando sunt directa in personam, prout in nostris bannimentis, & Apostolicis Constitutionibus prædictis.

145 Et apud eosdem Doctores etiam reperies, quòd ad excusandum à dolo quælibet causa etiam iniusta, & fatua credulitas excusabit, de quo dixi particulariter de pœn. temperan. supra quæst. 90 nu. 36.

146 LIMITA XVI. Nisi consuetudo armorum delationem quandoque permittat; hanc enim consuetudinem valere negari non potest ex tradit. in l. de quibus. ff. de legibus, & in l. prima, & secunda. C. quæ sit longa consuet. & pariter hanc consuetudinem excusare à pœna nec etiam dubitandum est, prout in terminis respondit Paris. consil. 171. num. 19 libro quarto. & aduertit Decia. in tractat. crimin. libro. 8. cap. 3. num. 60. Vbi exemplificat in consuetudine deferendi arma in tract. crimin. libro 8. cap. 3. num. 60. in aliquo festo, in aliqua scena, vel in alijs locis, & temporibus, prout in Vrbe aliàs memini in vltimo die Carnis Priuij, in quo omnibus armatos incedere licitum erat, & cap. 4. numero quinto, post medium, versiculo attamen ex communi consuetudine, vbi amplius dixit prohibitam à iure communi delationem armorum in desuetudinem abijsse, cum hodie, vt ipse inquit, in quacumque regione, & ciuitate, quilibet possit arma impunè portare, nisi expresse prohibeatur à statutis, vel edictis. Bertazz. consilio 229. numero 6. Bursatt. consilio 77. numero 15. & consilio 141. numero 39. vbi de consuetudine, qua nobiles deferunt arma sine licentia, & de qua etiam loquitur Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 31. numero secundo, part. prima. Roland. consil. 38. & sequentibus, libro 2. vbi plura adducit ad comprobationem huius conclusionis, & numero 36. & sequentibus.
147 Vbi declarat eam non procedere, quando talis consuetu-
148 do esset generalis, & indiscreta quoad omnes. Et quòd attinet ad arma prohibita in Constitutionibus Pontificijs, vide Bullas prædictas, in quibus videtur improbari omnis contraria consuetudo. Ideò recurrendum est ad illam quæstionem, de qua suo loco dixi, nunquid scilicet consuetudo reprobata excuset à pœna, & ad materiam huius limitationis vide, quæ generaliter dixi supra in tit. de pœn. temperan. q. 95. per totam.

149 LIMITA XVII. quia pro delatione armorum nemo punitur, nisi de ea, aut confessus, aut conuictus fuerit, prout in alijs delictis, & hoc nõ habet difficultatem in iure.

150 Sed nunquid quis dicatur conuictus ex depositione birruariorũ, videtur quòd sic, quia armorum delatio dicitur leue delictum, secundum Bart. in l. leuia. ff. de accus. & in l. non solum. §. si mandato, versic. sed huiusmodi gratia. ff. de pœn. & in l. Diuus, la 2. in 3. quæstione. ff. de custod. reorum. Paris. de Put. de sindicatu, in verbo *nuncius*, cap. 2. nu. 1. fol. mihi 245. Marsil. in pract. §. pro complemento, num. 44. Grammat. in constitution. Intentionis, num. 9. de illicit. portarion. armo, Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 4. num. 2. Bursat. consil. 141. num. 47.

151 In leuibus autem creditur denunciatori, seu officiali deputato ad perquirendum contrauentores, ita per hanc rationem voluit Paris. de Put. in tracta. sindic. in verbo *nuncius*, cap. 2. incipiente, Iudex in officio processit, n. 1. fol. mihi 245. Carer. in pract. in primo tract. de appellat. §. in text. ibi, itemq; eorum, &c n. 30. vbi, quòd birruarij contra captum cum armis alijs non extantib. sunt legitimi testes, & quòd ita obseruarunt officiales. Claud. ad Bertaz. consil. 219. num. 2. versic. sed quæstio est, vbi alios refert
152 concordantes. Quamuis ibidem Bertaz. dicto num. 2. asserat relationibus exequutorũ non esse standum, quando pars pœnæ ipsis applicatur, quod & idem repetijt in consil. 173. num. 7. Baiard. ad Clar. quæst. 82. num. 60. vbi, quòd ex relatione officialium, & exequutorum posita in actis, potest Iudex deprehensum cũ armis cõdemnare; & pleristos, quòd credatur birruarijs, & officialibus dicẽtib. se aliquẽ inuenisse cum armis, quando pro armorum delatione leuis pœna imponitur, benè exemplificat Ang. in l. ea quidem, num. 1. C. de accusat. Bart. in l. Diuus, num. 8. ff. de custod. reor. Natt. consil. 550. num. 8. & seqq. & benè explicat Salycet. in dicta l. ea quidam, num. 19. in decima quęst. & num. 21. & 22. vbi sequitur dicta per Bart. in dicta l. Diuus.
153 Quòd præcipuè procedet sic volente Statuto, vel edicto, quòd in hoc creditur officialibus. Huiusmodi enim Statutum valere voluit Alberic. in tractat. de statut. parte secunda, q. 13. sicut refert illum, & sequitur Bonacoss. in quæstion. crimin. in verbo *de armis*, post princip. & dixi, & declaraui latius supra parte prima, tit. de indit. & tort. quæst. 52. num. 181. & seqq.
154 Vnde secus, quando pro delatione armorum imponeretur aliqua pœna corporalis, vt puta, cordæ, vel fustigationis, (pœnam enim ictuum funis præsertim in publico non leuem, sed grauem omnino pœnam; omnino existimarem quicquid dicat Clar. in pract. §. fina. quæst. 8. versic. scias tamen, in fine.) tunc enim ex grauitate pœnæ delictum reputatur graue: ideò soli nuncio denunciatori, seu birruario referenti aliquem inuenisse cum armis non creditur, secundum eundum Parid. de Put. in tract. sindic. in dicto verbo *nuncius*, cap. 2. versic. & prædicta puto intelligenda fore, folio mihi 245. Et facit, quia in grauibus delictis huiusmodi officialibus propter eorum vtilitatem, quamuis deponant de spectantibus ad eorum officiũ minimè creditur, secundũ Bar. Angel. Salycer. & Natt. in locis præcitatis, & est communis teste Boss. in tit. de denunc. n. 10. in fine, versicu. Tutius tamen est. Nec dissentit Clar. in pract. crim. §. fi. q. 7. vers. habes igitur, in fine, & alios refert cõcordãtes Masc. de prob. lib. 1. conlus. 506. num. 15.
155 Nisi in duobus casibus; Primus est, qñ birruarij essent plures, vel qñ licèt vnus detulisset captum iudici cum armis: illa. n. captura, & ductio cum armis operatur, vt birruario, quamuis vnico credatur, secundum Parid. de Put. de sindicat. in d. verbo *nuncius*, c. 2. post nu. 1. & seqq. vbi plurib. hanc declarationem comprobare nititur. Nec dissentit Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 4. nu. 6. vbi, quamuis teneat non esse credendum officiali asserenti, aliquem cũ armis inuenisse, qd & idem referendo Decian. in loco præcitato, voluit ẽt Menoc. de arbitr. quest. lib. 2 casu 112. nu. 1. in additio. nuper impressis, & post hæc scripta habitis. Hoc tñ declarat non procedere, qñ illũ apprehendisset vna cum armis, quæ ipse apprehensus negare nõ posset esse sua.
156 Verum ne decipiaris aduerte, ꝙ Paris de Put. loquitur nõ in birruarijs, sed in denũciatoribus, seu alijs officialib. deputatis ad perquirendum maleficia, immò & iuratis: vnde secus videtur dicendum in alijs birruarijs, & exequutoribus non iuratis; quibus, quamuis plures sint, propter eorum vtilitatem, & infamiam non videtur credendũ, ꝙ ad plenã probationẽ. Vbi agitur de imponenda pœna corporali, & præsertim si ageretur de capitali, vt puta, qñ dicerent, aliquem inuenisse cum archibusetto, prout in casu, de quo per Vincent. de Franch. decis. 379. parte 2. Vbi generaliter proponit dubitationem, an delictum dicatur plenè probatũ per ministros iustitiæ capientes delinquentẽ, & cõcludit, ꝙ in magna Curia, & in sacro Consilio semper fuit seruatum, ꝙ non, ẽt quod ministri essent plures; sed ꝙ tantummodo faciãt inditiũ ad torturam, & ita ẽt seruatũ fuisse testatur in Octauio Barono de Ciuitate Trobeæ, qui fuit repertus cum paruo tormento. Et qui cum in tortura perstitisset in secunda instantia fuit liberatus, q̃uis in prima instantia fuisset in pœnã vltimi supplicij, cõdemnatus. Bursat consil. 331. num. 44. Vbi loquens in delatione parui tormenti, dixit non esse credendũ officiali, & birruario.
157 Et ad præmissa vide quæ dixi in tit. de indic. &c. q. 52. n. 167. & plurib. seqq. & præsertim n. 180. & seq. & in tract. de testib. q. 56. num. 378. & seq. & nu. 382. & q. 63. num. 228.
158 LIMITA XVIII. Et hęc limitatio venit declaratiuè ad præcedentẽ limitationem, quia si Curia inuenit vnũ ensem, seu gladiũ in terra proiectum, penes plures ibidem existentes, omnesq; negent se dictum gladium, seu ensem proiecisse, licèt aliqui Doctores dixerint posse Iudicem pœnam ab omnibus exigere in solidum, sed vno soluente alios liberari, vt videre est apud Ioan. de Plat. post Tancredũ de Corneto, quem allegat in §. item lex Iulia, il 2. col. 3. in princ. vers. sed quæro dũ familia Institut. de public. iudic. Vbi hoc declarat procedere, qñ dictus gladius staret æqualiter prope oẽs, secus aũt si magis proximus esset vni, quã alijs, quia tunc ille vnus solus punietur. Quod, & idem disputata ad partes quæstione, voluit Gandin. in tit. de mult. quæst. dependent. n. 8. & ita fuisse Bononiæ determinatũ testatur Alberic. in tract. Statut. part. 2. q. 121. licèt ipse hãc sententiã non sequatur, prout mox eum referã. Et Folian. in l. etia mella. §. sed si plures. ff. ad l. Aquil. Afflict. Constit. intentionis, nu. 21. de ilic. portat. armor. Vbi alleget, nec ab istis dissentire videtur, Menoch. de arbit. quęst. lib. 2. casu 394. num. 53. & seqq. reprobato Albet. contrarium sentientem, in loco infra allegando.
160 Verior tñ isto casu est opinio, ꝙ rõne incertitudinis nullus teneatur, sicut relatis, & reprobatis cõtrarijs tenet Alberic in tract. Stat. parte 2. q. 121. Cuius opinionem sibi magis placere, dixit Marsil. in pract. §. pro cõplemento, n. 28. Vbi in idem ẽt allegat Roman. in l. 1. §. hoc rescriptũ. ff. ad Sillan. sequitur Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. in tex. ibi, *itemq; eorum*, nu. 25. vbi idem tenet de pluribus inuentis non ludere, sed penes, quos erant cartæ, & taxilli, quòd pariter propter incertitudinem non possint condẽnari. Bart. in tract. de Cardin. legat. q. 5. post. nu. 24. Vbi videtur residere in hac opinione. Alberic. vltimo loco per eũ relato, & nu. 25. Vbi respondet contrarijs, sequitur Scapp. de iure non scripto lib. 5. c. 161. n. 22. & seq. Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 4. nu. 12. per totum. Vbi hanc Alber. sententiam ab impugnationibus, & rationibus, per Menoch.
161 Vbi supra contrariam sententiam defendit, eamque veriorem affirmat, nisi constaret, illos penes quos arma fuerunt reperta, esse pessimæ famæ, & solitos cũ armis vagari.
162 Sed nunquid possit isto casu Iudex procedere ad torturam contra aliquem, si contra eum adsit particulare inditium, vt puta, quòd sit solitus portare arma, videtur ꝙ sic, secundum Barbat. in loco præcitato, de quo dicto valde dubito, cum delatio armorum, etiam ꝙ vigore bannimentorum, puniretur pœna trium ictuum funis, nõ videatur, tàm graue, vt pro habenda illius veritate, possit ad torturã deueniri, prout nec vnquam deuentum vidi, præterquam in delatione archibusetti, propter capitalem pœnam, quæ pro eo imponitur. Et ita teneas.
163 Verum, si non plures, sed vnus tantum repertus fuerit permanere penes arma in terram existentia, tunc præsumptio est, quòd ab eo solo fuerint proiecta in terram, & ex hac præsumptione poterit condemnari, sic. n. cantant bannimenta generalia status Ecclesiastici. emanata de anno 1599. c. 33. Vbi tamen requirit, ꝙ arma non distent ab homine, vltra sex pedes, & cũ dictis bannimẽtis concordat ẽt cõis scribentium scola, vt videre est apud Marsil. in d. §. pro complemento, nu. 28. in princ. ex Bal. quem allegat in l. 3. §. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. Et licèt cõtrariũ in hoc sentiat Cagnol. in pract. in 1. tract. de appellat. §. in tex. ibi. *Itemq; eorum, &c.* num. 25. dicens isto casu istum vnum esse absoluendum, allegat tamen pro sua opinione Marsil. in præcitato loco, qui, vt dixi contrarium concludit, videlicet

det non abſoluendum, ſed condemnandum eſſe, licèt in pluribus ſic inuentis, teneat eos abſoluendos, vt ſupra eum retuli. Et ita quòd iſto caſu debeat ſequi condemnatio, voluit etiam Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 8. poſt nu. 17. verſic. illud etiam Scapp. de iure non ſcript. libro 5.
164 c. 161. nu. 22. Decian. lib. 8. cap. 4. num. 12. verſic. Putarem tamen. Vbi declarat, niſi is, penes quem arma fuerunt reperta, doceret de ſua optima conditione, & fama, & quòd nom eſt ſolitus deferre arma, & quòd enſis repertus non erat ſuus, exijs enim tollitur illa præſumptio, quòd arma eſſent ſua, & quòd ad effugiendum pœnam per ipſum fuerint in terram proiecta.

165 Verum ex hac ſola præſumptione, quamuis violenta, minimè imponi poſſe pœnam ordinariam delationis armorum omnino crediderim ad ea, quæ de præſumptiua probatione ſuo loco dicta ſunt ſupra.

166 LIMITA XIX. Quia ſi quis vulneret cum armis non punitur duplici pœna, videlicet delationis armorum, & vulneris, ſed pœna tantum vulneris plectetur, & cum ea armorum delationis pęna confunditur, ſecundum Bar. in Authen. de armis. § denunciamus, num. 3. in fine. Ioann. de Platea, in §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. verſic. ſed quæro. Inſtit. de public. Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. cap. 8. poſt num. 18. Iodoc. in pract. crimin. poſt num. 77. num. 4. Barbat. in tract. de Card. legat. quæſt. 5. num. 25. Cœpha. conſ. 204. num. 42. & ſeq. lib. 2 Bonacoſſ in quæſt. crimin. in verbo *de armis*, verſic. item ſi Statuto caueatur. Decia. in tract crimin. lib. 8 cap. 4. nu. 19. Et vide quæ ad materiã huius limitationis, generaliter dixi ſupra parte prima, titulo de delict. & pœn. quæſt. 22. per totam, & præſertim, num. 20.

167 Hæc autem limitatio videtur in primis declaranda, vt procedat, quando quis detulit arma ad effectum vulnerandi aliquem, tunc enim pœna delationis videtur confundi cum pœna vulneris, quia ad illum finem quis accinxit arma, verum ſi quis arma detulerit contra prohibitionem, & non ad effectum aliquem vulnerandi, ſi poſtea cũ illis aliquem vulneret, videtur duplici pœna eſſe puniendus, ſecuudum Ioann. de Plat. in dicto §. item lex Iulia, il 2. colum. 2. in fine, verſic. ſed quæro, an ſi aliquis, Inſtitut. de public. iudic. poſt Iacob. de Beluiſ. quem allegat, & eſt ſubtilis declaratio.

168 Declaranda eſt etiam prædicta limitatio, vt procedat, quando pœna vulneris eſt maior, quam pœna delationis armorum, tunc enim pœna minor confunditur cum maiori, ſecus ſi pœna delationis armorum eſſet maior, quàm pœna vulneris, ſecundum Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 4. ſub num. 19. quamuis contrariũ conſuluerit Cœph. in conſil. 240 num. 42. & ſeqq. lib. 2. volens, quòd pœna delationis archibuſetti confundatur cum pœna vulneris, quæ erat minor.

169 Sic, & pariter eadem limitatio non procedit vigore bannimentorum generalium ſtatus Eccleſiaſtici, emanatorum de anno 1599. cap. 24. quibus expreſsè cauetur pœnam delationis armorum non eſſe confundendam cum pœna delictiucum eiſdem armis commiſſi.

170 Sed quid ſi quis inuentus fuerit cum armis, & examinatus confeſſus eſt, aut conuictus fuerit, quòd pluribus vicibus arma detulerit, an vnica, ſeu pluribus pœnis ſecundum ꝙ pluries detulit arma, puniendus eſt, & dicitur ꝙ ſic ſi credendum eſt. Afflict. in Conſtitut. intentionis, num. 27. de illic. portat. armor. (quòd tamen apud nos non ſeruatur) & vide in propoſito Marſil. in pract. §. pro complemento, num. 34. vbi quòd vnica tantum pęna imponitur, etiam quòd vna die fuerit quis pluries cum armis inuetus. Et vide etiam omnino Decian. in tract. crimin. libro. 8. cap 4. num. 13. vbi omnia præmiſſa benè declarat.

171 LIMITA XX. Quia inuentus cum armis relaxatur oblatis fideiuſſoribus, ſecundum Afflict. in Conſtit intentionis, num. 23. de illic. portat. armor. Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet pro delatione armorum non imponitur à iure niſi pœna pecuniaria, & propterea eſt leue delictum, vt mox dicam, Marſil. in pract. §. pro complemen-
172 to, num. 29. & 31. vbi de muliere inuenta cum armis, quòd non debet carcerari, etiam quòd non inueniat fideiuſſores, ſed debet dimitti præſtita iuratoria cautione, & num. 32. Vbi quòd officialis non recipiens iſto caſu fideiuſſores tenetur in ſindicatu, ad quæ omnia vide etiam Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 14. & 15. Declarationem enim armorum eſſe leue delictum dixerunt Doctores allegati ſupra num. 130. hic non repero. Ergo vbi vigore bannimentorum, vel ſtatutorum, imponitur pœna corporalis, etiam quò offerantur fideiuſſores, deferens arma non relaxatur, niſi pœnas debitas luerit. Et ita apud nos ſeruatur, & aduertit Decian. in tract. criminal. lib. 8. cap. 4. d. num. 14. in fine.

Abſoluta fuit hæc quęſtio ad laudem Dei, die 15. Maij 1602.

ARGVMENTVM.

De ludo, & illius pœna, quando habeat locum in genere.

SVMMARIVM.



Vdi deteſtatio propter multam mala, quę inde eueniunt, quęſt. 109. num. 2.
Ludens ludo prohibito an mortaliter peccet, num. 3. & ſequentibus.
Clerici luſores magis peccant, quàm laici nu 4.
Ludi inſpectores an peccent mortaliter, num. 5.
Ludere in pecunia regulariter prohibitum eſt à iure, num. 6.
Alearum ludus prohibitus à iure, num. 7.
Alearum ludus quomodo, de quo tempore, & à quo inuentus fuit, num. 8.
Aleæ ludus in genere ſumitur à Doctoribus pro omni ludo prohibito, num. 9.
Alearum ludus in ſpecie dicitur ludus, in quo trahuntur taxilli, & iuxta eorum punctos tabulæ mouentur, num. 10.
Alearum ludus habet mixturam ingenij, & fortunæ, num. 11.
Alearum ludus, quandoq; accipiiur pro ludo cartarum, num. 12.
Cartarum ludus prohibitus eſt à iure, numero 13. Declara, vt nu 14.
Tabularum ludus tàm Clericis, quàm laicis prohibitus eſt nu 15.
Tabularum ludus dicitur mixtus ingenij, ſcilicet, & fortuna ſimul, num. 16.
Tabularum ludus quandoq; non eſt prohibitus, num. 17. & 18.
Taxillorum ludus prohibitus eſt à iure, num. 19. Quamuis alij contra, num. 20.
Promiſſio pecuniæ in caſu quòd vnus faciat plura puncta, quàm alius valet, num. 21.
Taxillorum ludus, quando propriè dicatur de per ſe conſideratus, ſeu iunctus cum ludo alearum, nu. 22. & ſequentibus.
Taxillorum ludus an dicatur mixtus, nu. 23. & ſeqq.
Azardi ludus prohibitus eſt, tàm Clericis, quam laicis, nu. 25. & 26. vbi etiam quis dicatur ludus Azardi.
Ludus conſiſtens in ſola fortuna omnino prohibitus eſt, num. 27. & ſequentibus. Vbi etiam ponuntur aliqua exempla.
Ludere ad par, & impar, an ſit prohibitum, num. 28. & ſeq.
Digitis dimicare, vt vulgo dicitur, alla morra, *an ſit prohibitum, num. 30.*
Ludus mixtus conſiſtens partim in ingenio, & partim in fortuna prohibitus eſt a iure, num. 31. Quamuis alij contra, num. 32.
Ludere non licet tàm in publicis, quàm in priuatis locis, nu 33.
Ludi inſpectores puniuntur tàm pœna iuris, quàm ſtatutaria, contra ludentes impoſita, num. 34 Contra in pœna ſtatutaria, num. 35. quid de inſpectoribus ludi non prohibiti? num. 36.
Societatem facientes in ludo puniuntur, ac ſi ipſi luderent, num. 37. & ſeqq. vbi de materia.
Ludi participes puniuntur etiam, quòd non ludant, num. 37. Contra, num. 38. Diſtingue, vt num 39.
Iurans non ludere, an incurrat periurium, ſi facit ad partem in ludo, vel alteri det pecuniam, vt ludat, vel ludentem doceat, num. 40. & ſeq.

Kk 2 Ludus

Ludus est probibitus non solum in pecunia, sed etiam in omni alia re, num. 42.

Pecunia appellatione veniunt omnes res consistentes in pődere, numero, & mensura, num. 42.

Doctores, & scholares, magis, quam alij, propter temporis perditionem ludere probibentur, num. 43.

Bannimenta imponentia ludentibus aliàs pœnas vltra ius commune valent, & num. 44. & 45. vbi ampliatur etiam pro ludo non probibito à iure.

Statutum, seu consuetudo ludi permissiua, & quòd amissum in ludo non repetatur, non valet, num 46. Præsertim in Clericis, num. 47. Contrarium quòd huiusmodi Statutum, seu consuetudo valeat, num. 48. & seq. In hac contrarietate vide plures distinctiones, num 50. & seqq.

Ludus dicitur Crimen, & propterea bannitus pro ludo, dicitur bannitus pro crimine, num. 56.

Lusores puniuntur pœna extraordinaria, nu. 57. Contra, quòd nulla pœna puniantur, num. 58. & 59. Vbi etiam de iure canonico an lusores aliqua pœna puniantur.

Lusores reputantur à iure suorum bonorum lapidatores, nu. 60. Vbi propterea q ipsis interdicitur suorum bonorum administratio.

Ludens cum fraude punitur, nu. 61. & seqq. vbi ēt quibus modis talis fraus committatur, & quòd de fraude statur arbitrio iudicis.

Ludens cum fraude, & falsitate an dicatur committere furtum, & falsum, num. 63. & 64.

Pœna ludentis cum fraude, & falsitate, an possit extendi vsque ad mortem, num. 65. & 66.

Ludens cum fraude, & falsitate punitur, siue falsitas sit occulta, siue etiam patens, nu. 67. Declara, vt num. 68.

Ludi fraus, & falsitas, punitur etiam in ludo permisso à iure, nu 69.

Ludens cum fraude, & falsitate, & vincens, tenetur restituere, tàm in foro poli, quàm in foro fori, num. 78.

Statutum, seu consuetudo permittens ludum cum fraude, & falsitate, & q in hoc ludo amissa pecunia non reputatur, nō valet, nu. 71.

Compellens aliquem ad ludendum punitur, nu. 72. Siue compellat ab initio ludi, siue in ipso ludo, nu. 73. & siue compulsio fiat à retinente ludum, siue a collusore. num. 75.

Pactum inter ludentes vt non possit discedi à ludo, donec fuerit perdita tanta pecunia non valet, num. 74.

Compellere ad ludum dicitur quis, non solum si per vim compellat, sed etiam si cum blanditijs, & suasionibus, nu. 76. Contra, num. 77.

Iudex Ecclesiasticus an sit competens in causa ludi, & de materia, num. 78. & seqq.

Ludens cum filio familias Monaco, Institore, aut alia persona ludente pecuniam alienā, si vincat non lucri facit, committit furtum, punitur qua pœna, & alia ad materiam, num. 81. & seqq.

Ludus de se, ac de sui natura non est probibitus, sicut probibita sunt alia delicta, sed probibitus est propter mala accidentia, quæ ex ludo proueniunt, num. 84.

Ludere licèt gratia recreationis, & solatij, prout contingit in infirmo ludente, num. 85. & 86. Vbi etiam, an infirmus vincens teneatur restituere, & num. 77. Vbi quid si in ludo recreationis causa interueniant verba turpia lasciuia, & dissolutiones, & num. 88. vbi quid si ludatur tempore pestis, & num. 89. Vbi contra præmissa.

Ludere non in pecunia, sed gratis non est probibitum laicis, num. 90. & seqq. vbi secus in Clericis.

QVÆST. CIX. PAR. I.

1 LVDVS hodie, vbique frequens est, pluresq; quotidie contingunt casus, & quæstiones, quæ pro earum resolutione Doctores in varias sniãs traxerunt. Et adeo ampla est materia, vt ab eisdem Doctoribus confusè potius, quàm ordinatim scripta circumferatur. Ego autem, vt pro viribus meis eam lectoribus cum aliqua facilitate explicē, distinguendam putaui in sex partes; In quarum prima (quā mox subijciam) agam in genere de ludo, & illius pœna, qñ habeat locum, & qñ non: In secunda agam in specie de Clericis lusoribus, & eorum pœnis: In tertia pertractabo an, & quando ludus sit licitus, & permissus: In quarta, qñ, & quas pœnas incurrat is, qui domi suæ ludum retinet: In quinta ponam quæstionem illam, an scilicet, & qñ detur à vincente pecuniæ amissæ in ludo repetitio: In sexta, & vltima parte disputabo de validitate, ac nullitate contractus, & præsertim mutui inter collusores, seu aliàs occasione ludi celebrati, & ijs omnibus benè, & sigillatim discussis, erit etiam ni fallor, benè resoluta tota materia ludi.

2 Et antequam ad primam partem me conferam, præmitto ludi vsum detestabilem esse propter plura, & infinita propemodum mala, quæ inde veniunt. Idcirco lusores odiosi sunt, & plura in detestationem huius criminis, ac lusorum, vide tex. in l. fi. C. de relig. & sumptib. funer. Alber. in l. 1. §. Item notandum. ff. de aleæ lusu, & aleator. Adden. ad Alber. in d. l. 1. §. fin. litera A. ff. eod. Odofred. in rubr. in fine, eod. tit. vers. Aleatores student, & ibidem in d. l. 1. nu. 1. Florian. in ead. rubr. in fine. Henric. Boyc. in c. clerici, il 2. num. 1. vers. & hæc prohibitio fit de vita, & honest. Cleric. & ibi etiam Abb. num. 16. versic. ad vltimum. Hostien. in c. Inter dilectos, num. 2. extr. de excess. Prælat. Idem Hostien. in summa. C. eod. nume. 5. per totum. Vbi latissimè explicat, & exemplificat omnia mala ex ludo prouenientia. Archid. in c. Episcopus, num. 2. distinct. 35. & ibi Præpos. num. 3. ante finem, versic. & est mortale propter nouem paris de Put. in tract. de ludo, nume. 1. & sequentib. Caccialup. in tractat. de ludo, nume. 11. & seqq. vbi latissimè, & num. 83. & sequen. Stephan. Costa, etiam de ludo, articu. 2. num. 38. & sequen. Troil. Maluat. in tract. de sortibus par. 2. num. 5. & seqq. & 23. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metsdor de mals dati*, post num. 7. vbi remissiuè. Iodoc. in pract. crimina. cap. 126. num. 122. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 70. litera B. Pract. Corrad. titu. de lusor. sub numero 1. & 14. in fine, octaua limitatione. Vbi præsertim quando ludus esset prohibitus à Superiore. Foller. in pract. censuali, in verbo. *Nicolaus Episcopus*, num. 61. Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. fol. mihi 30. num. 1. & plurib. seqq. Viu. opin. 468. num. 3. & seqq. & opin. 469. num. 5. & seqq. vbi multum se extendit in recensendis miraculis propter ludum occursis.

3 Et propter tot mala, & delicta, quæ ex ludo proueniunt vix datur casus, in quo ludens in pecunia in magna quantitate, & præsertim ludo prohibito non peccet, vt benè colligitur, ex trad. per Hostien. in summ. de excess. Prælat. §. Clericus autem, num. 5. per totum, & propterea sic ludens, quòd mortaliter peccet scripserunt Archid. in cap. Episcopus, num. 2. distinct. 35. & ibi etiam Præpos. Alexandrin. num. 3. ante med. versic. Tamen benè peccat mortaliter, & in versic. quæro, An sit peccatum mortale. Card. Zabar. in clem. 2. §. sed, & tales, num. 9. de vita, & honest. Cleric. Marian. Socin. in cap. Inter dilectos, num. 31. de excess.
4 Prælat. Vbi tamen, quòd lusores clerici magis peccant, quàm laici, Stephan. Costa in tract. de ludo, art. 1. §. 1. num. 6. & seqq. in 2. & 3. conclus. Vbi de materia. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 70. aliàs 64. in verbo *Aleatores*, post num. 2. & ibi Ignat. Lopez. in addit. litera A. vbi præsertim de Sacerdotibus, Pract. Corrad. tit. de lusor. num. 1. versic. Subijcere etiam possumus. Summ. Armill. in verbo *ludus*,
5 num. 1. & seqq. vbi benè declarat, numero 4. Vbi præcipuè quid in Clerico, & nu. 11. Vbi etiam in specie quid de inspectore ludi, an ex sola inspectione peccatum committat. Ad quæ vide etiam declarantes omnes alios Summistas in verbo *ludus*. Viu. opin. 469. num. 4. & vide rursus omnino Nauar. in suo Manuali, c. 20. per totum. vbi benè explicat, & declarat.

6 REGVLAM in hac prima parte propositæ qōnis constituo negatiuam, quia omnis ludus in pecunia, hoc est, vbi agitur de lucrando, vel perdendo pecuniam de iure prohibitus est, text. in l. solent. §. Senatus consultum. ff. de aleæ lusu, & Aleator. cuius verba sunt, *Senatus consultum vetuit in pecunia ludere*, & ibi Odofred. benè casum figurat. Ioan. Sicar. in rubr. C. de relig. & sumptib. funer. num. 8. Adden. ad Salycet. in Authen. Interdicimus, litera A. vers. & dic, q regulariter. C. de Episc. & Cler. Imol. in c. Clerici, il 2. nu. 16. col. 7. ad med. vers. sed aduerte, de vita, & honest. cleric. Præpos. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 4. & 5. distinctio. 35. Bonif. de Vitalin. tit. de ludo Azardi, & vers. & ideo

omnis

omnis ludus, & num.4.in princ.vers.& omnes regulariter sunt prohibiti. Paris de Put.in tract.de ludo, num.2.in fine. Vbi q prohibitio ludi est quid religiosum erga Deum, & num.10.vers.& dixit Bald.&c. Caccialup.in eod.tract. de ludo, num.9.vers.dicit etiam Baldus, &c. Stephan.Costa etiam de ludo, num.24.versic.& sic principaliter traditur regula, in 2.art.Troil.Maluet.in tract.de sortib.par.2. num.4.in fine, versic.aut loquimur in laicis.Ang.de malefic.in verbo, *Metidor de mali dati*, Amad.de sindic.nu.91. versic.ad officium. Pract.Corrad.tit.de lusor.num.1.in princ.& d.num.1.fine, vers.Probatur autem ista regula, vbi testatur de communi.Clar.in §.ludus,in princ.vbi etiā de communi, Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 399.nu.1.Viui.opin.469.num.1. Ioan.Bonif.in tract.de furt.§.10. num.96.

7 AMPLIA I. (& illatiuè ex regula)in ludo alearum, quem quidem ludum, & laicis, & Clericis prohibitum esse probat text.in l.1.& per totum.ff.de aleæ lus.& aleat.l.fi. C.de relig.& sumptib. funer.cap.Clerici,il 2.de vita,& honest.Cleric. & in cap.Episcopus 35. distinct. & ibi gloss. 1. Floria.in l.quòd in conuiuio.§.si seruus, num. 4. ff.de aleæ lus.& aleat. Butrig.in d.l.fina, C. de relig. & sumpt. funer. Vbi hoc ideo alearum ludum prohibitum esse affirmat, quia incipit à gaudio, & finitur in lachrymis, Salyce. ibidem in summario. Imol.in l.si quis cum sciret, nu.7.in princ. iuncto versic. sed aduerte. Vbi etiam relatis contrarijs testatur de veriori opinione. ff. pro empt. Hostien. in d.cap.clerici,numero 3.in verbo *Aleas*,vbi in proposito refert illud Catonis, *Aleas fuge, Trocho lude*, & ibi etiam Zabar. etiam numero quarto, in quarto notab. Imol. Ioan.Andr.numero 5. Anchar. num. 4. in 4.notab.Card. num.14.colum.6.post med.versic.sed aduerte,vbi testatur de communi opinione,Henric.Boyc.num.1.& Abb.num. 4.versic.Item nota. Hostien.in cap.Inter dilectos,num.1. in fine, in verbo *Aleatorem*, extr. de excess. Prælat. & ibi etiam Card. Zabar. num. 1. in 1. notab. Anton. de Burr. num.... & Marian.Socin.num.54.in versic.Item videtur permissus,& versic.seq.num.54.Azzo,in summa. C. de relig.num.26.versic.& est omnibus prohibitus.Præpos.Alexandrin.in c.Episcopus,num.1.in 1 notab.num.5.distinct. 35.Bonif.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi, numero 2.& 4. Stepha.Costa in tracta.de ludo,artic.2.post numerum 33. versic.ad ludum,modo aleas, & numero 34.in fine,vbi de communi,& 36.versic.ludus autem alearum, Troil.Maluet. in tracta. de sortib. par. 2. numero 24.Capra conclus. 86.numero 35.& 42. Ange. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, numero 2. Amad. de Sindic. post numer. 91. Diaz. in pract. crimin. canon. capit. 70. aliàs 64.in verbo *Aleatores*,num.1.Viu.opin.469.numero 2. Anton.Scap.in tracta. de iure non script. cap. 167. numero primo. Vbi, quòd hæc conclusio est communis, & à consuetudine approbata.

Quamuis contrarium voluisse videantur Ioan. Andr. & Imol.(qui tamen,ni fallor,hoc minimè dicunt) in locis relatis per Adden. ad Bonifac. de Vitalin. in tract. de ludo Azardi,litera B.Barbat.in cons.66.num.4.lib.3.

8 Verum in proposito quæro, quomodo, de quo tempore,& à quo iste alearum ludus inuentus fuerit, & quis propriè dicatur ludus alearum. Dic,quòd aleæ ludus antiquo tempore apud milites in bello,frequens erat,postea autem ad alios omnes homines se porrexit, teste Imperatore, in l.fin.C.de relig.& sumptib. funer. & dixit Florian.in rubr. ff.de aleæ lus.&c. Aleam esse quendam ludum, vel instrumentum quo luditur, & ab alea milite quodam nuncupatur, qui in bello Troiano illum inuenisse dicitur, vnde Aleatorium dicitur locus,in quo luditur, Alearium vero locus, vbi hoc instrumentum reponitur. Paris de Put. in tract.de ludo,numero 5.Vbi inuentorem ludi Alearum dixit esse Palamedem in exercitu Græcorum contra Troianos, & illum quidem inuentum ad ociandum milites, quod,& idem dixit Caccialup.in tracta. de ludo, num. 7. de ludo scaccorum, & tabularum, tacitè sentiens hos ludos idem esse,quòd ludus alearum. Iodoc.in pract.crimin. cap.129. num.20.

9 Aleæque ludus à Doctoribus,& in iure,quandoque sumitur in genere, quandoque autem in specie;in genere sumitur pro omni ludo prohibito,& præsertim si in fortuna consistat, secundum Odofred.in l.solent. §. Senatus Consultus.ff.de aleæ lusu,& alear. Salyce. in l.fina.num. 5. versic. circa istam materiam. C. de relig.& sumptib.funer.Ioan. Sicard.in rubr.cap.& d.numero 8.Imol. in cap. Clerici,il secondo, nu.14.colum.6.post med.vers.vnde, secundum D.Florian. extr. de vita, & honesta.cleric.Vbi propterea, quòd sub ludo alearum comprehenditur ludus Azardi, & Tabularum.Nec dissentit Odofred.in rubr.ff.de aleæ lusu, & alear.versic. vera alea est. Vbi dixit aleam esse ludum taxillorum. Azzo in summa. C. de relig. num.26. versic.est autem aleæ ludus. Bonif.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi, num. 2.versic.& omnis ludus. Paris de Put. in tract.de ludo,num.4.Caccialup.in eod.tract.de ludo, num.18.& 26. versic. Nam alea. Stephan.Costa, etiam de ludo, artic. 4. numero 4.Capra conclus.86.num.35. & 47. Diaz in pract. crimin.canon.cap.70.aliàs 64.in verbo *Aleatores*,in princ. Pract.Corrad.rubr.de lusor.num.15.Summ.Angel.in verbo *ludus*, num.3. versic. secundus ludus dicitur, & ibi in addit. litera A. Summa. Siluestr. in eodem verbo *ludus*, num.5.

10 In specie autem ludus aleæ videtur esse ille, quem nos vulgo nuncupamus *à Tauoliero*,in qua quidem alea, seu tauoliero taxilli trahuntur,& iuxta puncta taxillorum tabulæ mouentur,& inducuntur,sic enim in substantia, ni fallor,declarat Florian.in l.quòd in conuiuio.§ si seruus, nu. 4.ff.de aleæ lusu,& aleat.Nec dissentit Card.Zabar.in cap. clerici,il 2.numero 11.vers.& iurari potest, de vita,& honestate cleric. vbi propterea dixit ludum alearum esse ludum tabularum cum taxillis, & d. numero 11. colum.penult.in fine,versic.de secundo, & tertio. vbi idem dicit in substantia, & magis clarè explicat ibidem Abb. num.4. Card.Zabar.in clemen.2.§.sed,& tales num.10.de vita,& honest.cleric.quod & idem videtur colligi,ex trad.per Parid.de Put.in tracta.de ludo, num. 5. iuncto num. præcedenti, in princ.& est de mente Stephan.Costæ in tracta.de ludo, art.2.post num.33.& 34. Diaz in pract.crim.canon. cap.70. aliàs 64. in verbo *Aleatores*, in princ. Summa Angel.in verbo ludus, num.3.versic. secundus ludus dicitur, & isto modo sumptus ludus alearum est idem, quòd ludus tabularum cum taxillis, de quo dixi infra in tertia ampliatione.

11 Hinc aleæ ludum habere mixturam ingenij, & fortunæ simul; fortunæ inquam, respectu taxillorum; ingenij autem, respectu inductionis tabularum scripserunt Florian.in d.l. quòd in conuiuio.§.si seruus, num.4.ff.de aleæ lusu,& aleat.Imol.in d.l. si quis cum sciret, num. 7. ff. pro empt.Ioan.Andr.in c.clerici,il secondo,sub nu.13.versic. & iuuari potest, extr.de vita, & honest.cleric. & ibi etiam Anton. de Butr. sub num. 14. Anchar. num.10. Imol.post num.14.Card Zabar. post num.11.versic.& iuuari potest. Adden.ad Bonif.de Vitalin.in tract.de ludo Azardi, litera B.Caccialup.in tract.de ludo, num. 7. Ange.de malefic.in verbo *Metidor de mali dati*, post num.2. Amad.de Sindic. post num.91.

12 Quandoque ludus alearū accipitur pro ludo cartarum, qui fit sine tabulis, & propriè consistit in viribus fortunæ, prout videtur de mente Bonifac.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi num.4.

13 AMPLIA II. in ludo cartarum; Talis enim ludus apud nos frequentissimus est, & quia vt plurimum consistit aut in mera fortuna, & ingenio simul: ideo illum prohibitum esse dubitandum non est, & voluit in specie Floria. in l. fina. §. si seruus, numero 5. in fine, & 6.ff.de aleæ lusu, & alear. Præpos. Alexandrin.in cap Episcopus, numero 7. versic. aut pecunia perditur ludo illicito, puta ad cartas, distinctio. 35. Marian.Socin. in cap. inter dilectos, numero 56. versic.& per prædictas rationes, de excess. Prælat. Bonifac. de Vitalin. in titu. de ludo Azardi, num. 4. dum ponit ludum alearum sine tabulis. Non credo voluerit significare, nisi ludum cartarum. Paris de Put.in tract.de ludo,post nu.40. Troil.Maluet.in tract.de sortib.

fortib.par.2.num.24.in fine. Vbi præsertim, quando luditur ad bassettam, ad tertiam, & quartam, & hodie luditur ad primam, vel secundam, vulgo dicitur, *à chiamar*, Auge. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, post numer.2. Iodoc.in pract.crimin. cap. 126. sub numer. 15. ad med. Pract. Corrad.rub.de lusor.num.9.vbi de communi, Adden.ad Sum.Angel. in verbo *ludus*, num.3. litera A. ad medium addit.

14 Nisi quando in isto ludo cartarum daretur sola industria, & non fortuna, quia tunc videtur permissus, secundum Florian.in loco præcitato, & potest poni exemplum in istis ioculatoribus, qui cum cartis faciunt mirabiles ludos, propter manuum, quarum habent dexteritatem, & velocitatem.

15 AMPLIA III. In ludo tabularum, quem & clericis, & laicis prohibitum esse, probat tex.in Authen.interdicimus, & ibi glo.1.C.de Episcop.& cleric.Florian.in l.quòd in conuiuio.§.si seruus, num.4.ff.de aleæ lusu, & aleat. Bal. in l.fi.in princ.C.de relig.& sumpt. funer. Alber. in d. Authen.interdicimus, num.2.& ibi etiam Odofred.colum.1. in princ.& num.1.vers.vnde nota, & Salyc.num.2.in fine. Imol.in cap.Clerici, il 2.num.15.colum.6.ante fin. vers.& hæc opinio.vbi testatur de veriori, & cõmuni opinione, & ibi etiam Abb.num.4.de vita, & honest.cleric. Præpos. Alexand.in cap.Episcopus, post num.5.vers.aut est ludus mixtus, distinct.35.Vbi testatur de magis communi opinione, Marian.Socin.in c.inter dilectus, num.55.versic.circa tertium, & num.54.in fine, vers.& hæc opinio de excess. Prælat.Paris de Put.in tract.de ludo, num.11.vers.Mixtus autem ludus, & num.39.& 40.vbi proponit contraria, & illis respondet.Caccialup.in tract.de ludo, nu.10.vers.aut consistet mixtim.Stephan.Costa in simili tract.de ludo, art.2. post num.33.in fine, & 34.etiam in fin. vbi de communi, Amad.de sindic post num.91.Iodoc. in pract. crim.c.126. sub num.15.ad med. Pract.Corrad.tit.de lusor.num.9 vbi de communi.

16 Prohibitus autem censetur tabularum ludus, quia reputatur mixtus fortunæ scilicet, & ingenij simul; fortunæ, propter taxillorum actum; ingenij, propter tabularum inductionem, sic enim communiter tradunt omnes præcitati Doctores, & in specie exemplificat Florian. in d.§.si seruus eod. num. 4. & hoc modo sumptus tabularum ludus idem est, quòd ludus alearum, prout dixi supra num.10.& inter ludos tabularum principatum obtinet ludus Sbaraglini, de quo per Caccialup.in tract.de ludo, num.7.& 10. ante fin.Amad.de sindic. d.num.95.

17 Quod si tabularum ludus non habeat mixturam taxillorum, & fortunæ, consistatq; in solo ingenio, prout consistit ludus scaccorum, tunc indubitanter crederem illum esse licitum, & permissum.

18 Immò tabularum ludum cum taxillis permissum esse expresse voluit (sed quidem malè, & inaduertenter) Fab.à Monteleon.in sua pract.arbitrar. fol.31.num.16.

19 AMPLIA IIII. in ludo taxillorum, Ad taxillos enim ludere prohibitum est, & clericis, & laicis, cap.clerici, il 2.de vita, & honest.cleric.vbi Bald.in summ.& num. 5.in fine, dixit, quòd ludus taxillorum nullam habet speciẽ virtutis, sed est quædam dissipatio, & vitium animæ, & ibi etiam Anchar.num.4. in 4.notab. Henric. Bouc.num.1.& Abb.num.4.vers.Item nota. Hostien. in summa de excess. Prælat §.clericus num.4.Florian.in l.quòd in conuiuio.§.si seruus num.4.ff.de aleæ vsu, & aleat. Præpos. Alexandrin. in cap.Episcopus, post num.5.vers.aut est ludus, in quo fortuna potest, distinct.35. Maria in cap.inter dilectos, num. 56.in fine, vers.aduerte tamen, extr.de excess.Prælat.vbi dixit maiorem esse prohibitionis rationem in isto ludo, tanquàm consistente in mera fortuna, quam in alijs Stephan. Costa in tract.de ludo art.2.num.35. vers.si verò ludus talis est, & ibidem num.36.Troil.Maluat.in tract.de fortib. par.2 num.5.& 8.Diaz in pract. crim.canon.c.70.aliàs 64. in verbo *Aleatores*, num.1. Viu. opin.469.num.3.& seq. Anton.Scapp.in tractatu de iure non scripto, c.167.nu.1. Vbi quòd hæc conclusio est communis, & à consuetudine approbata.

20 Quamuis contrarium quòd iste ludus non sit de iure communi, præsupposito quòd sit ludus mixtus (quod an verum sit, dicam infra) voluisse videtur Bal. in l. aduocationis nu. 2. versic. alius est personæ præexercitator C. de condit. ob turp.caus.& in hac opinione residere videtur Paris de Put. in tract.de ludo nu.9.ad finem vers.alij dicunt. Relati per Troil.Maluat.de sortibus par.2. num.3. quos tamen ipse non sequitur.Barbat.cons.66.num.1.lib.3.& ibidem, num. 4. vbi allegat etiam eundem Bal. in rubr. C. de condit. ob
21 turp.caus.Pract.Monteleon.fol.31. num. 16. Vbi loquitur de ludo taxillorum cum tabulis; Et in fortioribus terminis pro hac contraria opinione facere videntur Doctores allegati per Viu.opin.577.num.1.vers.Sanctus vero Thomas.volentes quòd possum promittere centum tibi si plura puncta à fortuna habueris, quàm ego: refert, & sequitur Baiard.ad clar.in §.ludus num.10. qui etiam testantur de communi Doctorum opinione.

22 Taxillorum autem ludus de perse, ab alijs ludis consideratus est propriè ludus ille, quem nos vulgo appellamus *Alli Dati*, in quo quis ludit ad faciendum plura puncta, & vt vnius puncta citius veniant, quàm alterius, prout benè exemplificat Imol. in l. si quis cum sciret num. 8. ff. pro empt.& in d. cap.clerici numero 15. colum. 6. in fine vers. Item pondera extr. de vita, & honest. cleric. & isto modo consideratus ludus dicitur propriè ludus fortunæ, prout inter ludos fortunæ ponitur per Præpos. Alexandrin. in cap.Episcopus num.5. vers.aut est ludus, in quo fortuna potest distinct. 35. Iodoch. in pract.crimin. cap.126.sub numero 15.vbi quos nos taxillos vocamus, ipse fritellos nuncupat, Diaz.in pract.crimin.canon.cap.70.numero secundo in fine vbi quòd taxillos Hispanum Idioma Dados appellat.

23 Verum non de per se consideratus, sed iunctus cum ludo aleatum, qui ludus, vt dixi supra num.10.propriè, & in specie dicitur quando quis cum Tabulis, & taxillis luditur in alea, non in sola fortuna, sed & in Ingenio etiam consistit respectu inductionis tabularum, prout pariter di
24 xi, num.xi. Sic enim declarando qualitatem huius ludi distinxit Card. Zabarell. in c. clerici il 2. nnmero xi. versic. & iuuari potest, & Iterum infra in vers.de secundo, & tertio de vita, & honestat.cleric. & apertius ibidem declarat Abb.num.4. Stepha.Costa in tract.de ludo art.2.post num. 33.& seq.

25 AMPLIA V. Et in ludo Azardi, quem pariter prohibitum esse, & præsertim clericis scripserunt Cyn.in Authen.Interdicimus C. de Episcop. & cleric.vbi in hoc ludo turpitudinem inesse affirmat, & in eo cito lusores expediri. Odoffred.ibidem num. 1. vers. multo fortius Adden. ad Salycet. ibi litera A. vers. & dic quòd regulariter. Imol.in l.si quis cum sciret num.7. in fine vers.sed aduerte ff.pro empt.Abb.in c.clerici il 2.post num.4.vers.& ex hoc Intellectu nota, extr.de vita, & honest.cler.Bonif.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi num. 1. Vbi amplius quòd Azardi ludus est diabolicus ab Azardo Diabolo ad homines decipiendos &c.& idem dixit Troil.Maluat.de sortib.par. 2.num.19.vers. Item ludus fuit inuentus à Diabolo. Ang. de Malef.in verbo *Metidor de mali dati*, num.2.Amad.de sindica.post num.91.

26 Ludus autem Azardi dicitur ludus taxillorum, sine tabulis, consistens in mera fortuna secundum Abb. in c.clerici num.4.vers.& ludum taxillorum, qui nominatur Azardum, de uita, & honest. cleric.Stephan.Costa in tracta.de ludo art.2 post num.33.& 34.

27 AMPLIA VI. Et generaliter in omni ludo existente in sola fortuna, nedum in taxillis, & cartis, de quibus supra dixi secundum Florian. l. fina. §. si seruus numero 7.ff. de aleæ vsu, & aleat. Ioann. Sicat. in rubr. C. de relig. & sumpt.funer. numero 8. versic. alius autem ludus fortunæ in vniuersum est prohibitus. Adden. ad Salycet. in Authen. Interdicimus. litera A. versic. quod est verum C. de episc. & cler. Præpos. Alexandrin. in cap. Episcopus post num.5.vers. aut est ludus, in quo fortuna potest distinct. 35 Marian.in c. inter dilectos num. 56. in fine vers. aduerte tamen de excess. Prælat. Vbi dixit maiorem esse rationem

nem prohibitionis in ludis meræ fortunæ, quàm in alijs. Paris de Put. in tract. de ludo nu. xi. Caccialup. in eodem tract. de ludo num. 2. & num. 26. vers. fit igitur conclusio Amad. Sindic. post. nu. 91.

28 Et ex hac ampliatione Floriani in loco præcitato ponit exemplum in illis, qui nummorum quantitate posita in tabula ludunt ad par & impar hoc est ad vaticinandum, an illi nummi remaneant in numero pari vel impari. Hunc enim ludum tamquam in sola fortuna consistentem sibi illicitum videri affirmat, cuius contrarium videtur de mente Caccialup. in tract. de ludo num. 82. in fine princ. & in

29 vers. seq. Vbi huius ludi aliud ponit exemplum. Et in omnem euentum Floriani opinionem non crederemus procedere in ijs, qui cum digitis in simul dimicant ad par & im-

30 par velut vulgo dicitur *alla Mora*, nunquam ludus consistere videtur non in fortuna sed in maximo ingenio illius, qui præuidens aduersarij digitorum iactum qualis esse possit, ita suos profert digitos, & se gubernat, & propterea non prohibitus, sed permissus creditur, prout in specie voluit Paris de Put. in tract. de sindic. nu. 33. & Caccialup. in eodem tractatu de ludo, num. 82. versic. ludebant autem antiqui.

31 AMPLIA VII. vt ludere non liceat, non solum ludo consistente in mera fortuna, & ingenio, seu scientia secundum Flor. in l. quòd in conuiuio §. si seruus, num. 4. ff. de aleæ vsu, & aleat. Adden. ad Salic. in Authen. interdicimus litera A. vers. quòd est verum C. de Episc. & Cleric. Imol. in l. si quis cum sciret, num. 7. in princip. iuncto versic. sed aduerte ff. pro empt. vbi relatis contrarijs testatur de veriori opinione. Imol. in cap. Clerici il 2. num. 15. colum. 6. post med. vers. sed aduerte extr. de vita, & honest. Clericor. vbi testatur de communi opinione. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 11. vers. aut consistit mixtus autem ludus, & num. 39. & seq. Caccialup. in eodem tract. de ludo num. 10. vers. aut consistit mixtum, & num. 26. versic. vel partim. Stephan. Costa de ludo, articulo 4. num. 4. vbi de communi. Capra conclus. 86. num. 34. & post num. 47. vbi pariter de communi Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. 2. Amad. de sindic. post num. 91. Iodoch. in pract. crimin. cap. 126. sub num. 15. ad med. Pract. Corrad rubr. de lusoribus, num. 9. vbi de communi, & num. 15. Summa Angel. in verbo *ludus*, num. 3. vers. secundus ludus dicitur, & ibi in addit. litera B. Clar. in §. ludus, num. 2. vers. hæc autem conclusio, vbi etiam de communi Bursatt. consil. 116. num. 1. & seqq. vbi quòd ita tenent omnes.

32 Quamuis contrarium relatis hinc inde contrarijs videatur de mente Bal. in l. aduocationis, nu. 2. vers. alius est personæ præexercitator C. de condit. ob turp. caus. vbi ponit exemplum in ludo taxillorum de quo dixi supra, num. 23. Nec dissentit Fab. à Monteleon. in sua praxi arbitrar. fol. 31. num. 16. vbi etiam loquitur de ludo taxillorum cum tabulis.

33 AMPLIA VIII. vt ludere non liceat tam in publicis, quam in priuatis domibus tex. expressus in l. fin. §. Commodis igitur. C. de relig. & sumpt. funer. Angel. de malef. in verbo *Metidor, de mali dati*, numero 20. Pract. Corrad. rubr. de lusor. sub num. 20. & faciunt bannimenta status Ecclesiastici edita de anno 1599. cap. 7. quæ loquuntur de ludo, tam intra Ciuitates, & oppida, quam extra.

34 AMPLIA IX. vt prohibitum sit, & Laicis, & Clericis non solum ludere, sed etiam ludo præsentes esse parique pœna puniendos, & inspectores, & lusores probat tex. in l. fina. §. commodis igitur. C. de religios. & sumptib. funer. Authen. interdicimus ibi, aut inspectores fieri. C. de Episcop. & Cler. & ibi glos. in cap. Clerici, il 2. ibi. *Nec huiusmodi ludis intersint*, de vit. & honest. clericor. & ibi glos. in verbo *ad aleas*, item glo. in cap. Episcopus 35. distinct. in 5. glo. & ibi etiam Præposit. Alexandrin. num. 7. Florian. in l. 1. in princip. num. 1. in verbo *collusores*, ff. de aleæ vsu &c. in l. finali, §. si seruus, num. 9. in fine, versic. item adde ff. eod. Bald. in d. Authent. interdicimus in primo notab. vbi expresse dixit, quòd ita punitur ille qui inspicit ludum, sicut ille qui ludit, Odofred. columna prima, in princip. & Salic. in summario. Hostien. in d. capitulo Clerici, numero sexto in verbo *intersint*, Ioan. Andr. numero tertio, vbi reddit rationem quia scilicet spectandi consuetudo incitandi licentiam sumit. Ant. de Butr. numero 12. Bald. in summario, & Abbas, numero quarto, versic. & pondera textũ. Bonif. Vitalin. in tit. de ludo Azardi, num. 15. Paris. de Put. in tract. de ludo, post numerum 44. Caccialup. in eodem tract. de ludo, numero nono, ante finem, & 32. Stephan. Costa in simili tracta. de ludo, numero 25. articulo secundo, & ibidem, numero 35. & 36. versic. ex quibus &c. Capra conclus. 86. numero 36. August. ad Ang. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, numero vndecimo, Iodoch. in pract. crimin. capitulo 126. numero 11. Diaz. in pract. crimina. canon. capitulo 70. numero 5. Pract. Corrad rubr. de lusor. numero 2. Viu. opin. 468. numero 6. & seqq.

35 Contrarium in pœna statutaria imposita contra ludentes, quòd non habeat locum contra inspectores voluit Alberic. in Authen. interdicimus in verbo *inspectores*, versic. & idem si Statutum C. de Episcop. & cleric. August. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, numero vndecimo, vers. sed addatis. Baiard. in Addit. ad Clar. in §. ludus, nu. 12. & vide Vrbis bannimenta edita de anno 1591. capit. 7.

36 Verum præmissa non procedunt in ludo non prohibito, ingenij scilicet, prout est ludus scaccorum, ac virtutis, quem inspicere, nec Laicis, nec clericis prohibitum est secundum Stephanum Costam in tractatu de ludo, numero 27. artic. 2.

37 AMPLIA X. vt non solum sit prohibitum ludere, sed etiam facere, prout vulgo dicitur, ad partem, vel societatem cum lusore, præsertim clericis, sicut loquitur text. in Authen. interdicimus in verbo *participes*, C. de Episcop. & cleric. & ibi glos. 1. in l. quòd in conuiuio §. si seruus, numero 9. in fine, versic. item adde, numero 10. Odofred. in d. Authen. interdicimus, columna 1. in princip. & numero primo, versic. vnde nota, & Salic. in summario. Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo, Azardi numero 15. Stephan. Costa in tract. de ludo, numero 27. articulo secundo, & ibidem, numero 35. & 36. versic. ex quibus. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, numero septimo, vbi propterea infert, quòd pœna imposita à Statuto ludentibus comprehendit etiam participes in ludo. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 11. Iodoch. in pract. crimin. cap. 126. num. 11. Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 70. alias 64. in verbo *Aleatores*, num. 5. & ibi Ignat. Lopez. in addit. litera H. Pract. Corrad. rubr. de lusor. numero 2. Summ. Siluestrin. in verbo *ludus*, nu. 15. Bonacoss. in quæst. crimin. verbo *ludus*, versic. item Statuta contra lusores. Baiard. in addit. ad Clar. in §. ludus, num. 12. & vide bannimenta status Ecclesiastici generalia edita de anno 1599. quæ etiam loquuntur de ludentibus per interpositas personas.

38 Contrarium in pœna statutaria imposita contra ludendentes, quòd non habeat locum contra participes, voluit Alber. in Authen. interdicimus, nu. 2. in verbo *inspectores*, versic. & idem si Statutum C. de Episcop. & cleric. Nec

39 dissentit Paris de Put. in tract. de ludo, num. 20. in fine, & 47. quando scilicet statutum loquitur in personam, & ita etiam distinguendo tenet Caccialup. in tract. de ludo, nu. 68. August. ad Ang. de malef. vbi supra d. num. 11. versic. sed addatis.

40 Verum ad comprobationem propositæ ampliationis, vide Floria. in d. §. si seruus, numero 9. in fine, & 10. vbi amplius dixit iurans non ludere, incurrit periurium, si alteri dat pecuniam, vt ludat ad partem etiã quòd ipsemet ludat, quod & idem adnotarunt Doct. in d. Auth. interdicimus,

41 & præcipue Bal. in princip. vbi etiam idem de eo, qui non ludit, sed ludentem docet, & Salic. numero primo, in verbo participes, quãuis contrarium post Vbertum de Bobio voluerit ibidem Alber. numero secundo, in verbo *inspectores*, ad quam materiam, an scilicet, quando iurans non ludere efficiatur periurus inspiciendo ludere, mutuan-

do ad ludendum, docendum ludere, aut similia faciendo, vide Parid. de Put. in tract. de ludo, num. 20. & 65. versic. an si quis promisit, vbi de eo, qui non ludit, sed facit alium ludere nomine suo. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 67. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, numero 11. ad med. versic. & idem dicit Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crimin. cap. 70. litera H. in fine.

42 AMPLIA XI. vt prohibitus sit ludus non solum in pecunia, prout in regula, sed etiam in alia re; Pecuniae enim appellatione continentur omnes res, quae pondere, numero, & mensura consistunt l. secunda, §. vt non erubescunt, C. de constit. pec. l. secunda, §. inter mutuum ff. si certum petatur l. pecuniae ff. de verbor. signif. per quae iura hanc ampliationem in specie posuit Bonif. de Vitalin. in titu. de ludo Azardi, num. 17. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 10. versic. & dixit Bal. Caccialup. in eodem tract. de ludo sub, num. 9. ante finem, & post num. 26. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 2.

43 AMPLIA XII. & multo magis in Doctoribus, & Scolaribus in quibus temporis perditio maioris est praeiudicij, & propterea, nec etiam ludo scaccorum, aut alio licito, & permisso ludere possunt, & multo minus ad aleas, & taxillos, & plura in detestationes Doctorum ludentium praesertim ad taxillos habentur per Praeposit. Alexandrin. in cap. Episcopus numero 6. vers. ex qualitate personarum distinct. 35. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 31. vers. ludus est maxime prohibitus Scolaribus, & Doctoribus. Pract. Corrad. rubr. de lusoribus, num. 16. & 19. versic. limita tertio, & numero 20. Adden. ad Summ. Angel. in verbo *ludus*, num. 2. versic. quinto ratione cupiditatis litera D.

44 AMPLIA XIII. vt quamuis ludus sit prohibitus de iure communi non tamen per hoc superiores prohibentur, & ipsi ludos prohibere, sub certis, & terminatis poenis, prout quotidie videmus desuper emanari bannimenta. ex Praeposit Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 6. post med. versic. item ratione prohibitionis distinct. 35.

45 Vbi ampliat etiam in ludo permisso, qui ex aliqua causa potest etiam per superiorem prohiberi. Capra conclus. 86. num. 55. & 57.

46 AMPLIA XIIII. vt nec valeat Statutum, seu consuetudo ludi permissiua, & quòd amissum in ludo non repetatur, secundum Alber. in l. finali, in fine, num. 3. ff. de aleae lusu, & aleat. Abb. in cap. Clerici il 2. num. 14. vers. ego plus dico, de vita, & honest. Clericor. faciũt pro hac opinione rationes, & argumenta deducta per Caccialup. in tractatu de ludo, num. 73. Troil. Maluat. in tract. de sortibus parte 2. post num. 18. & seqq. vbi testatur de veriori opinione, eamque à contrarijs defendit (Quamuis contrarium, vt modo eam referam dixerit communem) prout Conrad. tit. de lusor, numero 9. & seqq. vbi hanc opinionem credidit veriorem, licet contrariam fateatur communem.

47 Et licet hęc ampliatio habeat contradictores, quos mox subijciam respectu laicorum; omnes tamen admittunt in Clericis praedictam ludendi consuetudinem, vti corruptelam, omnino improbatam esse, prout dicit Paleot. in c. inter dilectos. extr. de excess. Praelat. qui tex. licet loquatur in consuetudine Clerici ludentis, & etiam mutuantis pecuniam in ludo ad vsuram; procedit tamen etiam, quòd Clericus in ludo ad vsuram non mutuet, secundum Imol. in cap. Clerici, il 2. num. 14. versic. Nam quòd dictum est, de vita, & honest. Clericor. Abbas in cap. inter dilectos, num. 2. extr. de excess. Praelator. Hostien. in summ. de excessibus Praelator. §. Clericus autem in princip. Praeposit. Alexandr. in cap. Episcopus num. 7. ante finem, versic. aut est ludus tabularum distin. 35. Marian. Socin. in d. cap. inter dilectos, num. 3. Paris de Put. de ludo post num. 39. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 81. in fine, Stefan. Costa de ludo, art. 4. num. 6. versic. & aduerte Troil. Maluat. de sortib. parte secunda, numero 16. & 18. versic. dic: aut loquitur in Clericis. Capra conclus. 86. numero 13. & sequenti, vbi quòd, nec etiam valet consuetudo ludendi in magna quantitate in ludo permisso, quoad Clericos, & numero 37. vbi generaliter de consuetudine ludendi. Pract. Corrad. titu. de lusoribus, numero 11. in fine, versic. limita sexto.

48 Contrarium quòd immo valeant Statuta, & consuetudines, tam super permissione ludi, quam super non repetitione amissae pecuniae, voluerunt Florian. in d. l. finali, §. si seruus, num. 5. ff. de aleae vsu, & aleator, dicens non solum de consuetudine, sed etiam de iure naturali non dari repetitionem amissae pecuniae. Salicet. in l. finali, numero septimo, C. de relig. & sumpt. funer. & ibi in addit. litera D. in fine, Ioan. Sicard. in rubr. C. de condit. ob turpem causam, numero septimo, versic. Nam qui suum ludit Bal. in l. aduocationis, numero secundo, ad finem, C. de condit. ob turp. caus. Imol. in l. si quis cum sciret, numero quarto, post med. versic. aliqui tamen dicunt, & numero sexto, ad med. versic. in alijs autem locis, & d. numero sexto, in fine, versic. tertio casu, & numero octauo, versic. & tenendo istam opinionem ff. pro empt. Henric. Boic. in cap. inter dilectos, numero septimo, versic. nisi forte contraria consuetudo preualeat. extr. de excess. praelator. faciunt pro hac opinione deducta, per Caccialup. in tract. de ludo, numero 71. 72. & 75. versic. sed in contrarium Stefan. Costa etiam de ludo, articulo quarto, per totum, vbi latissime hanc sententiam comprobat, & articulo tertio, numero quarto, in fine, versiculo in his ergo duobus, & numero octauo, versiculo. Nisi per consuetudinem fuerit derogatum, & num. 10. Troil. Maluat. in tract. de sortibus parte secunda, num. 13. versic. aliquid autem, & num. 18. vbi fatetur hanc opinionem communem Quamuis vt supra, eum ratuli cõtrariam crediderit veriorem Capra conclus. 86. num. 45. & seqq. vbi num. 7. testatur de communi omnium Doctorum opinione, à qua propterea nec in iudicando, nec in consulendo dicit esse recedendum; Summa Siluestrin. in verbo *ludus*, numero 12. Clar. in §. ludus, num. 9. vers. item vincens, vbi quòd ita tenent communiter Canonistae, Legistae, & Theologi, ex Caccialup. in loco praecitato Bonacoss. in quaest. crim. in verbo *ludus*, in vers. item statutum potest negare. Anton. Scapp. in tract. de iure non scrip. capit. 167. numero 10. & seqq. vbi refert, & sequitur Clar. in loco praecitato.

49 Et de consuetudine praedicta sic ludi permissiua, & impediente repetitionem pecuniae amissae testati sunt Alber. in d. l. finali, in fine, § si seruus ff. de aleae lusu, & aleator. Bal. in cap. Clerici il secundo, num. 5. in fine, de vita, & honest. Clericor. vbi loquitur de ludo taxillorum dicitque, quòd consuetudo illum permittit, & quòd error mundi ius facit, & ibi etiam Cardin. Zabarell. numero 11. versic. sed de consuetudine generali. Paris de Put. in tract. de ludo, numero 40. versic. & aduerte, vbi testatur de consuetudine ludendi in sedilibus nobilium Ciuitatis Neapolis. Augustin. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, numero 16. versic. hodie de consuetudine, & numero 23 versic. sed aduerte Barbat. consilio 66. sub numero 7. vbi testatur, quòd omnes Doctores, vno ore firmant. ludum alearum C. de religiosis &c. esse correctum, per contrariam consuetudinem, & numero 9. testatur notoriam in tota Italia esse consuetudinem communem, vt non detur repetitio à vincente in ludo taxillorum. Clar. in pract. §. ludus num. 9. vers. item vincens, vbi alios refert, & testatur de communi.

50 In hac opinionum contrarietate, vna fuit Doctorum distinctio inter ludum mixtum, ingenij scilicet, & fortunae simul, & ludum in sola fortuna consistentem. Primo enim casu consuetudinem praedictam valere, prout in ludo alearum, tabularum, & simili, secundo autem casu non fuisse videtur de mente Ioan. Andr. in cap. Clerici, il 2. numero decimotertio, versic. aliquibus videtur de vita, & honest. Clericor. & ibidem Anton. de Butr. numero 14. ad med. Bald. numero quinto, in fine, Anchar. numero 10. Imol. numero decimosecundo, versic. si autem sint personae, columna tertia, & columna quarta, versic. aut non interuenit dolus, & versic. item aduerte, & versic. fallit etiam secundum eum, & d. colum. 4. in fine, numero 13. in princip.

in princip. vers. alij tamen dicunt, & colum. 5. ante med. vers. tamen per consuetudinem, & d. columna quinta, in fine, vers. in alijs autem locis, & num. 5. column. 6. in princ. vers. in locis, vero in quibus est consuetudo (dempta ibidem dictione. *Non*, quæ errore impressoris posita fuit in libro meo), & d. num. 15. in fine, columna septima, in princip. vers. aduerte tamen. Cardin. Zabarell. numero 11. vers. alij extra glos. dicunt, & Paulo infra in vers. & sic per consuetudinem potest abrogari, & iterum infra in vers. de secundo, & tertio, Abb. num. 13. vers. sed de iure naturali. Stefan. Costa in tract. de ludo, artic. 2. nume. 35. vers. Nam maxime. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. 27. Barbat. cons. 66. nu. sexto, libro 3. Adden. ad summam. Ang. in verbo *ludus*, num. 5. litera D.

51 Sed quòd immo valeat consuetudo indistinctè, etiam in ludo solius fortunæ, ne dum in mixto videtur de mente Doctorum allegator. supra num. 48. Et in specie aduertit, & latè comprobat contra mentem Ioan. Andr. in d. c. Clerici, & sequacium. Stefan. Cost. in tract. de ludo artic. 4. num. 3. vers. sed hic aduerte, & num. 4. & seqq. in discursu. Capra concl. 86. num. 45. & seqq. vbi de communi.

52 Altera Doctorum est distinctio, quòd consuetudo, siue Statutum, quamuis possit valere, quoad non repetitionem pecuniæ amissæ, prout videntur loqui fere omnes Doctores allegati supra pro affirmatiua opinione, numer. 48. Non tamen valet, dum ex ea ludus alias illicitus, fiat licitus, hoc enim consuetudine, seu statuto fieri non posse colligitur ex traditis per Præposit. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 6. & 7. post med. vers. aut sunt laici, & d. num. 7. in fine, vers. & quòd in eis distinct. 35. & ita etiam aliorum opinionibus relatis post longam disputationem respõdet Marian. Socin. in cap. inter dilectos, num. 36. & seqq. vsque ad num. 44. in sexta quæst. per totam de excessibus prælatorum. Nec ab ista opinione dissentire videtur Paris de Put. in locis infra allegandis, & ita etiam in hac eadem distinctione relatis hincinde contrarijs, residere videtur Cacialup. in eodem tract. de ludo, num. 71. & seqq. ad nu. 75. 77. 78. & 79. vbi quòd ita communiter tenent canonistæ, nec dissentit Stephan. Costa de ludo artic. 4. num. 4. in fine, & 5. Capra concl. 86. num. 52. & 53. Pract. Corrad. in tit. de lusor. num. 10. & seq. Viuius opinio. 468. vbi de communi Bursat. cons. 116. num. 6.

53 Licet bene eadem consuetudo, seu Statutum possit facere ludum prohibitum impunibile. Quamuis non licitum, sic enim colligi videtur post multa ex trad. per Parid. de Put. in tract. de ludo, num. 28. 31. in fine, 33. & 49. versic. verum Statutum, vel consuetudo, & num. 50. & 51. Cacialup. in eod. tract. de ludo, num. 76. vbi dicit se hoc indubitanter tenere, & num. 78. in fine, vers. item nec posset, vbi propterea, quòd stante consuetudine, aut Statuto ludum permittentibus, ludens propterea non arcetur à dignitatibus, & muneribus publicis, seu etiam à ferendo testimonio.

54 Sed contrarium reprobato Cacialupo in loco præcitato, quòd scilicet consuetudo non possit facere ludum impunibilē, voluit Corrad. in pract. tit. de lusor. nu. 11.

55 Plures autem sunt casus speciales, in quibus ludendi consuetudo improbatur, de quibus infra in discursu quæstionis pertractabo. Primus est in consuetudine ludẽdi in diebus festiuis, de quo dixi infra, num. 135. secundus in consuetudine, seu Statuto ludendi cum falsis taxillis, seu aleis cum fraude, de quo infra num. 70. tertius est in consuetudine mutuandi in ludo, sub vsura, de quo dixi infra, num. 220. Quartus est in consuetudine, seu Statuto permittente ludere in magna quantitate, de quo dixi infra, num. 133 Quintus est casus in consuetudine repetitionis pecuniæ amissæ à filio familias, a seruo, seu alijs non habentibus rerum suarum administrationem, & ludentibus alienas pecunias, de quo dixi, infra, num. 177. Sextus est casus in foro conscientiæ, in quo vincens tenetur pecuniam restituere, aut pauperibus erogare non obstante quacunque contraria consuetudine.

Quòd an verum sit, & quando, vide allegatos infra, numer. 182. Quibus in specie adde Cacialup. in tract. de ludo, num. 80. & Summ. Siluestr. in verbo, *ludus* numero 12.

56 AMPLIA XV. quia ludens non solum dicitur pro hibitus, sed etiam dicitur crimen, & propterea bannitus pro ludo dicitur bannitus pro crimine, secundum Bartol. & Bald. in proemio fforum in §. illud, quòd, refert; & sequitur Paris de Put. in tract. de ludo, sub num. 53. Cacialup. in eodem tract. de ludo, num. 83. Præposit. Alexand. in cap. Episcopus, numero quinto, distinct. 35. Stephan. Costa in tract. de ludo, artic. 2. numero 37. vbi quod non solum est crimen, sed etiam graue, & non leue, August. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post numer. septimum, vers. & ideo ludus appellatur crimen. Pract. Corrad. titu. de lusor. num. primo, versic. subijcere etiam possumus, & num. 24. vbi amplius, quòd est crimen publicum. Foller. in pract. censual. in verbo *Nicolaus Episcopus*, numer. 112. in fine, & seq. Viuius opinion. 468. num. 1.

57 AMPLIA XVI. & quidem illatiue ex præcedenti ampliatione, vt cum ludus sit crimen, iccirco lusores arbitrio iudicis extraordinaria pœna puniuntur, ex quo in iure non requiritur expressa, & determinata pœna secundum Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, num. 3. versic. sed quia Paris de Put. in tract. de ludo, num. 45. in fin. principij, vbi quòd vigore constitutionum Regni, publici taxillorum lusores ad opus publicum damnantur. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 20.

Vbi quòd ille, qui vincit, & ille qui lusit potest arbitrio iudicis puniri secũdum personarum, & delicti qualitatem per text. in Authen. alearum, vsus, volui dicere in l. final. C. de relig. & sumptibus. funer. in verbo, *puniri*, Qui tex. iudicio meo, prout etiam in alio proposito admonui, nihil ad rem facit, nec in eo potui inuenire illud verbum *puniri*, Amad. de sindic. num. 93. in fine, vers. & poterunt puniri arbitrio inquirentis, per tex. in d. Authen. alearum vsus. Iodoch. in pract. cap. 126. nu. 17.

Vbi quòd lusores puniuntur extra ordinem, aut exilio, aut pœna pecuniaria, aut alias iudicis arbitrio Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 70. litera C, sub vers. Hoc de Clericis, prope finem, vers. Pract. Corrad. rubr. de lusor. sub num. 20. Clar. in pract. §. Ludus numero octauo, vers. sed quæro, quæ sit pœna, & vide Vrbis bannimenta de anno 1591. capit. septimo, vbi lusoribus ludo prohibito imponitur pœna trium ictuum funis, sed ni fallor, loquuntur in ijs, qui ludunt in *Baratarijs, & Biscazis*, & vide etiam bannimenta status Ecclesiastici generalia edita de anno 1599. cap. septimo, vbi magis generaliter in quolibet loco puniuntur pœna pecuniaria ludentes ludo prohibito.

58 Contra quòd de iure communi ludenti, non datur alia pœna, nisi quòd tenetur restituere id, quòd vincit, nec ei datur actio ad consequutionem pecuniæ, victæ, uel non solutæ, ut suo loco dictum est, uoluit Marian. in cap. inter dilectos, nume. 73. uers. aut loquimur in Laicis de excess. Prælator. Nec dissentire videtur Paris. de Put. vbi supra in tractatu de ludo d. num. 45. uers. pœna ludentis. Cacialup. in eodem tract. de ludo, num. 61. in fine, uers. si uero Laicus. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 29. num. 6. Vbi quod ludens, & uincens, non conuenitur, nisi ciuiliter, præterquam si luserit cum seruo, filio familias, institore, aut alijs similibus personis ludentibus pecunias alienas, de quibus dicam infra num. 81. & in hanc contrariam sententiam etiam concurrit Menoch. de arbit. q. lib. secundo, casu 399. num. 7. & seqq.

59 De iure autem Canonico Laici lusores, si non desistant à ludo, excommunicantur text. in cap. Episcopus, & ibi Præpos. Alexand. in summario distinct. 35. Card. Zabarell. in Clement. secunda, §. sed & tales, num. 10. in fine, de vita, & honest. Cleric. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. capit. 70. in uerbo *Aleatores*, littera C, sub vers. hoc de Cleric. Summa Siluestrina, in uerbo *Ludus*, num. 10. vers. & ibi patet, idem est in Laico. Menoch. de arbitra. quæst. libro secundo, casu 399. num. 6.

Vbi

60 Vbi amplius, quòd ab Episcopo Laicus lusor pœna arbitraria punitur, & non solum pœnas prædictas, lusores tam de iure ciuili, quam canonico incurrunt, sed etiam eodem iure suorum bonorum lapidatores reputantur, & propterea illis tanquam male vtentibus sua substantia ficur, & prodigis interdicitur administratio secundum Bal. in Authen. quòd locum C. de collatio. in fine, August. ad Ang. de malef. in verbo *Metitor de mali dati*, numero septimo, ante finem, vers. item adde Pract. Corrad. rubr. de lusor. num. 16. in 9. Ampliatione allegat. Rip. in l. is cui bonis, num. 21. ff. de verbor. oblig. & ibidem per Conrad. num. 20. Viui. opin. 468. num. 1. versic. & hinc est Ioann. Bonif. in tract. de furt. §. 10. num. 92.

61 AMPLIA XVI. & multo magis, vt ludus prohibitus sit, & ludi pœna incurratur quando in eo fraus aliqua, seu falsitas interuenit. Quòd multis modis contingere potest, de quibus, vide bene declarantes, & exemplificantes Marian. Socin. in cap. inter dilectos, post num. 34. & seq. de excess. prælat. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 9. vers. idem si ludat cum taxillis falsis, & num. 20. versic. & communis conclusio Cacialup. in eod. tracta. de ludo, num. 39. & seqq. Aug. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. secundum, in princip. additionis, vers. sicut faciunt isti Barri. Baiard. in addit. ad Clar. §. ludus, num. 14.

62 Vbi quòd in ludo & sit commissa fraus, aut falsitas, statur iudicio peritorum.

63 Ludens enim fraudemque, seu falsitatem immiscens, vt puta, in cartis, taxillis, vel alio modo dicitur committere furtum, & falsum, & propterea tenetur pœna furti, & pœna falsi extra ordinem, & crimen stellionatus iudicis arbitrio iuxta facti, & personarum qualitatem, sic enim in substantia communiter receptum, vide pro Doctores, & præsertim ex Bal. in l. aduocationis, num. 2. vers. ideo dico, C. de condit. ob turp. caus. Paris de Put. in tract. de ludo num. 45. Cacialup. in eodem tract. de ludo, num. 62. vers. scias etiam, vbi amplius, quòd sic per fraudem, & falsitatem ludens punitur plusquam fur. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. primo.

64 Et ibi Augustin. in additionibus, vbi bene aduertit, quòd non sine causa Doctores dicunt hunc teneri pœna furti, sed extra ordinem puniri, quia proprie; & directè, non committit furtum, ita vt tanquam latro possit furca suspendi, sed improprie, & indirecte, & reddit rationem, quia in furto nullo modo adesse potest animus, & consensus illius, qui decipitur, vt ipsi res subtrahatur, sed in barramentis (prout ipse loquitur) aliqualiter inest animus, & consensus illius, qui decipitur, & ita alias se respondisse testatur interrogatus à Duce Ferrariæ. Idem Ang. ibidem num. 16. vers. item dico. Amad. de sindic. num. 93. versic. nam ludentes cum falsis taxillis. Iodoch. in pract. cap. 126. num. 3. pract. Conrad. tit. de lusor. num. 6. Menoc. de arbitr. quæstio. lib. 2. casu 399. cap. 10. Vbi quod ludens cum falsis cartis, aut taxillis punitur de falso, & tanquam fur pœna extraordinaria, arbitrio iudicis, & cap. 11. vbi magis generaliter de ludentibus cum fallacijs, & deceptionibus, etiam quod in cartis, & taxillis non reperiatur falsitas.

65 Et hæc pœna ludentis per fraudem, & falsitatem posse inclusiuè extendi vsque ad mortem, pro vt in simili dicitur, de committente tria furta uoluit Paris de Put. in tractat. de ludo, num. 45. in fine principij. Affirmans tempore suo quemdam de Caranello, qui ibat per hospitia, & nundinas, cum falsitate ludendo, fuisse suspensum, & si rectè memini, tempore Pij Quinti, sanctiss. mem. fuit etiam suspensus quidam Dominichinus Senensis magnus barrus ob frequentiam falsitatis, per eum commissæ in cartis, & taxillis plures pecuniarum quantitates pluribus, & diuersis personis vincendo, & huius causæ iudex fuit Bernardinus Cottus de Monte Sancto, tunc locumtenens in criminalibus Gubernatoris Vrbis.

66 Verum contra præmissa faciunt maximè scripta per August. in additio. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. 2. de quo supra, num. 64. mentionem feci. Vbi dixit hunc sic ludentem cum falsitate, non dici propriè committere furtum, sed impropriè, & sic cessat illa regula, quòd pro tribus furtis quis potest suspendi, & intrat alia conclusio, quòd excepto furto, hodie de consuetudine propter iterationem delicti, non imponitur pœna mortis, de qua dixi suo loco in titulo. de pœn. temper. Ideo cogita, & in dubio adhæreas æquiori opinioni, & nõ errabis.

Quamuis re vera isti falsi lusores grauiter delinquunt & legibus, ac hominibus odiosi reputantur.

67 Talisque pœna locum habet, siue falsitas, sit latens, vt puta, si taxilli sint plumbati, aut aureati intus, siue etiam patens, vt quia taxilli haberent maiora, seu minora puncta secundum Parid. de Put. in tract. de ludo, num. 45. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs, pro vt contrarium videtur sentire. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 63. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 399. num. 11. in fine.

68 Vbi declarat dummodo falsitas patens sit collusori ignota, & occulta.

69 Et rursus omnia prædicta tam quo ad pœnam, quam quo ad repetitionem pecuniæ amissæ, de qua mox dicam, procedunt, siue fraus, & falsitas committatur in ludo prohibito, siue etiam in permisso, sic enim est de mente communi omnium Doctorum prællegatorum præsertim supra in vers. & à vincente, & ita in specie voluit. Card. Alexan. in cap. Episcopus, num. 6. ad med. vers. item ratione modi distinct. 35. Caccialup. in tract. de ludo, num. 8. in princip. vers. dummodo, non misceatur dolus. Capra conel. 83. nu. 6. in 1. fallent. Vbi de communi, & loquitur in ludo scaccorum pract. Conrad. tit. de lusor. num. 13. vers. secundo, limita.

70 Et à vincente cum fraude, & falsitate tam in ludo prohibito, quam in permisso, quòd detur repetitio ipsarum pecuniarum, & quod illas vincens restituere teneatur, tam in foro Poli, quam in foro fori omnes admittunt secundum Florian. in l. quod in conuiuio, §. si seruus, numer. 4. ff. de aleæ. lusu, & aleator. Salyc. in l. fin. sub num. 7. in discursu, C. de relig. & sumptibus funer. Bald. in l. aduocationis num. 2. vers. idem dico, C. de condit. ob caus. dat. Imol. in l. si quis cum sciret, num. 5. vers. quod intellige verum, & d. num. 5. vers. Interdum autem ille, & num. 6. in fine vers. 3. casu ff. pro empto. & in cap. Clerici, il secondo, num. 12. colum. 4. post med. vers. uerum habet administrationem, & num. 13. colum. 5. ad med. vers. interdum autem ille, & num. 12. col. 6. in princip. vers. tertio, casu, de vita, & honest. Cleric. & ibi etiam Card. Zabarel. post num. 11. colum. penult. ante med. vers. item si quis induxit, & d. col. pœnult. in fine vers. 2. casu. Aut vincens adhibet fraudem, Abb. num. 13. vers. aut habet liberam administrationem. Præpos. Alexandrin. in cap. Episcopus num. 1. vers. aut pecunia perditur distinct. 35. Marian. Socin. in c. inter dilectos, num. 34. vers. item in quantum dixi, de excessib. prælator. & ibidem, num. 35. vbi ponit duo particularia exempla, quando scilicet, quis per fraudem vincere dicatur, & num. 47. in fine vers. si verò ille. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 20. vers. & communis conclusio, vbi pariter ponit exempla fraudis commissæ, tã in ludo permisso, vt puta pillæ, quam etiam in ludo illicito, vt puta taxillorum. Caccialup. in tract. de ludo, num. 39. vers. Præterea, &c. Stephan. Costa in eod. tract. de ludo, artic. 3. num. quarto, vers. nisi forsan deceptio, & numer. 7. vers. quod autem. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 1. & ibi Augustin. in addition. post num. primum, & 22. vers. limita tamen, & num. 23. eodem versic. limita tamen. Iodoch. in pract. crim. cap. 16. nu. 4. Summa Ang. in verbo *ludus*, nu. 7. vers. si vero poterat alienare. Vbi quòd ita omnes Doctores concordant. Viu. opin. 468. nu. 13. Vbi etiam de communi. Et hęc conclusio est de indubitabili, quia si datur repetitio à vincente, sine fraude vt suo loco dictum est, multo magis dari debet à vincente cum fraude.

71 Immo nec valere consuetudinem, seu Statutum volens non dari repetitionem à uincente, cum falsitate, & fraude voluit

voluit Pariſ. de Put. in tract. de ludo, nu. 40. verſ. & aduerte, nu. 51. Caccialup. in eod. tract. de ludo, nu. 79. verſ. niſi Statutum. Capra, concl. 86. num. 60. Pract. Conrad. tit. de luſor. ſub num. 11. in 3. limitat. Clar. in pract. §. ludus, ſub num. 9. verſ. Item vincens. Bonacoſſ. in quæſt. crimin. in verbo *ludus*, in verſ. etiam Statutum poteſt negare.

72 AMPLIA XVIII. etiam in compellente aliquem ad ludendum, & ob id vim illi inferente, nam & is etiam punitur, quia aut in pecunia mulctatur pro exceſſus qualitate, aut in carceres detruditur. text. expreſſus, in l. 1. in principio. & §. fin. ff. de aleæ luſu, & aleator, & ibi gloſ. in verbo *latumias*, Alberic. in d. §. final. in fine. Odofred. in ſummario. Fulg. etiam in ſummario. Azo. in ſumm. C. de religio. num. 28. in fine verſ. Nam & luſor. Archidiac. in c. Epiſc. num. 3. verſ. ſed ille, qui, diſtinct. 35. Marian. in c. inter dilectos, num. 73. verſ. ſed ſi vnus de exceſſ. prælator. Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azard. num. 6. Vbi amplius, quòd tenetur actione iniuriarum. Paris de Put. in tract. de ludo num. 44. verſ. Compellens aliquem. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 62. ſumma Angel. in verbo *ludus*, num. 9. verſ. 4. qui compulit ad ludendum. Summa Silueſtr. in eod. verbo *ludus*, verſ. quia. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. caſu 399. nu. 12. & ſeq. Vbi quòd punitur pœna arbitraria.

73 Hæc autem ampliatio procedit primo, non ſolum in eo, qui compellit aliquem ad ludendum ab initio ludi, & ante ludum, ſed etiam ſi compellat in ludo, prout contingit, q̃n victus non vult dare pecuniã, quam perdidit, niſi vincens ludum proſequatur. tex. expreſſus, in l. ſolet. ff. de aleæ luſu & aleat. Alberic. in rubr. ff. eod. nu. 2. in fine verſ. perdentis in ludo, & rurſus in d. l. ſolent. Vbi bene exemplificat hanc concluſionem. Odofred. in l. 1. §. in eum vel ex poſt facto ff. eodem, & ibi etiam Folgoſ. verſ. & nota contra eos. Florian. in d. l. ſolent in princ. Azo. in ſumm. C. de relig. num. 28. in fine.

74 Et hinc eſt, quòd Florian. in d. l. ſolent in principio dixit, non valere pactum factum inter ludentes, vt vnus non poſſit a ludo diſcedere, donec alter perdiderit certam ſummam, quod & idem voluit Paris de Put. in tract. de ludo, num. 38. in fine verſ. an valeat pactum. Viuius opin. 468. num. 16.

75 Procedit ſecundo eadem ampliatio, ſiue compellens ad ludendum fuerit luſor ipſe, ſiue qui ludum tenet, gloſſa in lege prima, §. quòd autem in verbo *compulit*, ff. de aleæ luſu, & aleato.

76 Procedit, & tertio ſiue compulſio fiat per vim, ſiue etiã blanditijs ſecundum Addentes ad Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi littera C, Vbi ad ludendum dicitur quis cõpelli etiam adulationibus. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 44. in fine. Vbi de compellente ſuaſionibus, ſeu blanditiis. Inferique ad illos barros, & luſores Azardi, qui ſtãt in hoſpitio expectantes viatores, quos diuerſis artibus ad ludum prouocant, dicentes, *ludamus pro vna cena, non ſtemus otioſi*, & fingunt in principio pecunias deperdere, & deinde (Vt ipſe dicit) ſubmittunt dados falſos, & exardente ludo faciunt poſtas magnas, ij inquam dicuntur prouocare, & compellere ad ludum, & puniuntur. Vt ibi per eũ, ſequitur Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 62. verſ. & quidem moderni. Et quod compellere dicatur is, qui ſuaſionibus illecebris, & blanditijs aliquem ad ludendum adducit. Voluit Angel. de maleſ. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 6. poſt med. Amad. de ſindic. num. 95. in fine. Iodoc. in pract. crim. cap. 126. num. 12. & ſeqq. Summa Angel. in verbo *ludus*, poſt num. 9. verſ. 4. qui alium compellit, vbi quòd ſufficit metus non cadens in conſtantem virum, & in verſic. ſeq. ubi de blanditijs, & ſuaſionib. Sum. Silueſt. in eod. verbo *ludus*, num. 9. verſ. 4. quia. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 399. num. 12.

77 Quamquam compellentem ad ludendum non ex omni illato metu puniri, ſed tantum de eo, qui in conſtantem virum cadere poſſe videatur de mente gloſ. in d. l. 1. in primo, in verbo *animaduertam*, ff. de aleæ luſu, & aleatoribus & propterea nimis rigoroſam, nec veram credidit opinionem eorum, qui dixerunt compellentem ad ludendum dici eum qui ſuaſionibus, & blãditijs aliquem inuitat. Auguſt. ad Angel. de maleſ. in verbo *Metidor de mali dati*, num. nono, & vide, quæ dixi infra hac eadem quæſtione num. 201. Vbi declaraui, quando, & quomodo quis dicatur attractus ad ludendum.

78 AMPLIA XIX. Vt ludi punitio huiuſque criminis cognitio ſpectare videatur ad Epiſcopum, inuocato quatenus opus ſit, iudicis ſæcularis præſidio per tex. in l. fin. §. cõmodis igitur. C. de relig. & ſumpt. funer. in illis verbis, *Epiſcopis locorum hoc prouidentibus, & præſidum auxilio vtentibus*, & ibidem in §. ſed iſtam, illis alijs verbis *poteſtatem dando Epiſcopis hoc inquirendi, & præſidum auxilio ſedandi* Bald. in l. fin. in verbo *Epiſcopis*. C. de relig. & ſumpt. funer. vbi ex hoc notat. ad Epiſcopum ſpectare exequutionem incertorum, & malè acquiſitorum, ſiue non appareat is, cui ablatum eſt, ſiue appareat. Salyc. ibidem, num. octauo in verbo *ex iſtis*. Vbi pariter notat, quòd de malè ablatis Epiſcopi habent poteſtatem inquirendi, & reſtitui faciendi.

79 Verum, quòd huius criminis cognitio, ſit mixti fori, & quod tam iudex ſæcularis, quam etiam Eccleſiaſticus poſſint criminaliter procedere voluerunt. Præpoſ. Alexand. in cap. Epiſcopus, num. ſexto, ad finem verſ. cum autem ludus, diſtinct. 35. Bonif. de Vitalin. in titu. de ludo Azardi, num. 2. in fine verſ. & debent Epiſcopi, & Rectores. Pariſ. de Put. in tract. de ludo. num. 43. vbi aduertit, quòd quamuis text. in d. l. fin. non uideatur dare diſtinctionem Epiſcopo, niſi in ciuilibus, videlicet quo ad repetitionẽ, & reſtitutionem amiſſorum in ludo. Attamen verius eſt etiam Epiſcopo datam facultatem inquirendi contra tranſgreſſores cumulatiuè, tamen cum iudice ſæculari, vt ibi per Parid. Angel. de maleſ. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 20. in fine. Amad. de ſindicatu. num. 93. in fine verſic. tertia pœna erit. Ignat. Lopez. in Addit. ad Diaz. in pract. crim. canon. cap. 70. alias 64. in verbo *aleatores*, littera C, verſ. Hoc de Clericis, vbi tamen in fine illius verſiculi teſtatur, ſe nunquam vidiſſe in Hiſpania iudices Eccleſiaſticos pro ludo procedere contra laicos pract. Contad. rubr. de luſor. num. 21. & ſeq. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. caſu 399. num. 5.

80 Et rurſus, quòd iuriſdictio procedendi criminaliter cõtra tranſgreſſores non ſpectet nec ad ſæcularem, nec ad Eccleſiaſticum iudicem, ſed tantum ad illum, qui particulariter à Statuto deputatus eſt ad puniendum. Et ceſſante ſtatuto, quòd Epiſcopus vna cum iudice ſæculari, non criminaliter ad pœnam, ſed tantum ciuiliter ad reſtitutionem amiſſorum procedere poſſit, voluit Caccialup. in tract. de ludo, num. 60.

81 AMPLIA XX. In ludentibus cum filio familias, Monaco. Inſtitore, aut ſimili perſona, quæ non ſuam, ſed alienam ludunt pecuniam, ij enim ſi vincunt, non ſolum non lucri faciunt, ſed etiam committunt furtum. Ioann. Sicard in rubr. C. de condit. ob turp. cauſ. nume. ſeptimo, verſ. ſi autem rem alienam, quod ante eum voluit Bald. in l. aduocationis, num. ſecundo, uerſ. alius ludus eſt. C. de cõditio. ob cauſ. datam. Caccialup. in tract. de ludo num. 39. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 29 nu. 6.

82 Vbi tamen quod non punitur hic ludens pœna corporali, & quod in dubio quis præſumitur ſcire conditionem eorum, cum quibus ludit, nec propterea ignorantiam allegare poteſt, niſi eam probet. Tiraq. de legibus connubial. glo. 5. num. 201. pract. Conrad. tit. de luſor. poſt num. 11. in ſecunda limitatione. Summa Angel. in verbo *ludus*, numero ſeptimo, verſ. immo dicit Bald. &c. & ibi in addit. litt. C, Viu. opinion. 468. num. decimonono. Roland. conſil. 43. nu. 4. lib. primo. Ioann. Bonif. in tractat. de furtis, §. 10. num. 97.

83 Et cum iſtis perſonis, qui non habent bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem ludere & vincere cenſetur prohibitum, etiam de iure diuino ex Diuo Thoma in loco relato per Card. Zabar. in. cap. Clerici, il 2. poſt num. 11. verſ. & hoc videtur placere, de vita, & honeſt. Clericor. Henric. Boic. in cap. inter dilectos poſt num. 5. extr. de exceſſib. prælator.

lator. Parif. de Put. in tract. de ludo post num. 30.

84 LIMITA I. Propositam huius quæstionis regulam in qua dixi ludum, iure ciuili, & canonico prohibitum esse, vt re vera non sit prohibitus de se, ac sui natura, videlicet de iure diuino, vel gentium, prout furtum, sacrilegium, rapina, vsura, & similia, sed ex humana constitutione & de iure positiuo, & non principaliter propter se, sed propter accidens cum ex ludo prouenianr insaniæ, blasphemiæ patrimonij dissipatio, furta, ac alia peiora, de quibus remissiuè dixi supra, num. secundo secundum Bald. in cap. Clerici, il 2. num. 1. de vita, & honest. Cleric. Vbi propterea infert, quòd si quis tota die luderet, & non perderet, nec vinceret, non blasphemaret, nec aliquod detestabile committeret, non faceret magnum malum, nec dissentire videtur, Ibidem Imol. num. 15. colum. sexta, in fine, versiculo Item pondera (ex Diuo Thoma in loco per eum relato) & in l. si quis cum sciret, num. 8. ff. pro empt. Præposit. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 5. post med. vers. & propterea dist. 35. Marian. Soc. in cap. inter dilectos, num. 41. ante med. vers. Aduerte tamen extr. de excess. Prælator. Stephan. Costa in tract. de ludo, num. 5. vers. ad quod facit articulo quarto, & artic. 3. num. 5. Troil. Maluat. in tract. de sortibus, parte secunda, num. 1. & seqq. Vbi latè hanc conclusionem comprobat. Capra concl. 86. num. 49. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, numer. 26. vers. alius est fortunè temparator. Barbat. cons. 66. num. 4. & 6. versicul. & etiam potest aliter respondeti libro 3. Adden. ad Guid. Pap. quæst. 581. litera A, vers. nec quidem Summa Angel. in verbo *ludus*, num. secundo, & nu. quarto versic. ratio, quia isti ludi Menoch. de arbitr. quæst. libro secundo, casu 399. post. num. 8. Claud. ad Bertazz. cons. 379. littera B, in princip.

Vbi quòd ita tenent omnes Theologi. Io. Bonif. in tractat. de furt. §. 10. nu. 94.

85 LIMITA II. Quando luditur non auaritiæ, & cupiditatis causa, sed causa recreationis, & solatij, put præcipuè contingit in infirmo ludente, causa enim recreationis facit ludum, alias prohibitum, licitum, & permissum, & in laicis, & Clericis secundum Imol. in l. si quis, cum sciret, num. quarto, & 6. ante finem vers. si autem infirmus, ff.

86 pro empt. & in cap. Clerici, il 2. num. 12. ante finem vers. fallit secundum eum. de vita, & honest. Cleric. & ibidem num. 24.

Vbi etiam an infirmus vincens teneatur in foro consciētiæ pecuniam amissam restituere, vel saltem pauperibus erogare de quo. Vltimo dixi generaliter infra num. 182. & & nu. 16. colum. septima, ad med. vers. sed aduerte, & ibi etiam Henric. Boic. num. nono, vers. quandoque prouenit ex recreatione, & vers. circa tamen hoc.

87 Vbi declarat nisi in hac ratione interueniāt aliquę operationes, vel verba turpia, aut lasciuiæ dissolutiones, & Abb. num. 13. versicul. secus, si causa solatij tantum. Præpos. Alexandrin. in cap. Episcopus nu. 3. vers. vt sit causa recreationis. dist. 35. Marian. Socin. in cap. inter dilectos, num. 27. extr. de excessibus. Prælator. Addentes ad Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, littera D, vers. ex quo potest inferri. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 5. versic. omnis ludus, & num. 9. vers. ludus vero naturæ recreator, & num. 53. Caccialup. in eodem tract. de ludo, articu. primo, §. primo, num. 3. vers. omnis ludus, & num. 9. prima igitur conclusio, & num. 4. vbi de materia. Troil. Maluat. in tractatu de sortibus, parte secunda, num. 11. versic. fallit secundo, Capra concl. 86. num. 48. Iodoch. in pract. criminal. cap. 126. num. 16. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. criminal. canon. cap. 70. sub litteraA, vers. possunt sanè Clerici.

Vbi ampliat etiam causa recreandi socium, qui recreatione indigeat, pract. Conrad rubr. de lusor. num. decimo octauo, summa Ang. in verbo *Ludus*, num. 5. Summa Siluestr. in eodem verbo *ludus*, num. 4. in principio, & in fine.

Vbi declarat, quando quis dicatur ludere ex solatio, & recreatione. Baiard. ad Clar. in pract. §. ludus, num. 5.

88 Vbi propterea, quòd licitum est, ludere tempore pestis ad effugiendas malinconicas passiones ex Ripa in loco per eum relato.

89 Quamuis contrarium, quòd nec etiam recreationis causa liceat ludere ad aleas videatur de mente eiusdem. Iodoc. in pract. crimin. cap. 126. num. 1. in fine, versicu. iam etsi sint.

90 LIMITA III. Quando quis luderet, non in pecunia, sed gratis. Hoc enim non videtur prohibitum in laicis, quia cessante lucro intrat causa recreationis, prout videtur text. in l. solent, §. Senatus consultum, ff. de aleæ lusu, & aleatoribus, & videtur de mente Abb. in cap. inter dilectos, num. primo, extr. de excessib. Prælator. summa Angel. in verbo *ludus*, num. 5.

91 Clericis autem, nec etiam gratis ludere licet secundum glo. in Authen. interdicimus in verbo ad *tabulas*, C. de Episcop. & Cleric. qui text. loquitur in ludo tabularum, & ibi etiam Alberic. num. 2. in fine Troil. Maluat. de sortibus, parte secunda, numer. 18. Quamuis contrarium teneat, & declaret. Capra conclusio. 87. num. 41.

ARGVMENTVM.

De Clericis lusoribus, & eorum pœnis.

SVMMARIVM.

Clericis omnino prohibitus est ludus, q. 109 nu. 92.

Clericus lusor, aut ludi inspector de iure ciuili punitur trinali detrusione in monasterium, & suspensione ab altaris ministerio, num. 93. & 94. Vbi tamen quod hæc pœna iuris ciuilis, non est approbata a iure canonico.

Clericus lusor de iure canonico punitur, num. 95. & seqq. Vbi etiam an talis pœna incurratur à clerico absque alia monitione.

Religiosi, & regulares prohibiti sunt ludere etiam ludo à iure licito, et permisso, num. 98.

Clerici in publico ludere non possunt etiam ludo scaccorum, seu alio licito ludo, num 99.

Clerici in ludis ipsis permissis non possunt admittere laicos, & multa minus mulieres, præsertim iuuenes, & formosas, num. 100. et seqq.

Clericus non punitur pro ludo, nisi sit solitus ludere, secus si vna, aut aliquibus vicibus luserit, & postea pœnitens se abstinuerit, num. 101.

Clerici possunt ludere recreationis causa ludo licito, & permisso, num. 103. & seq.

Statuta, seu bannimenta laicorum imponentia pœnam pro ludo non comprehendunt clericos, num. 105.

QVÆST. CIX. PAR. II.

92 REGVLA sit, quòd ludus prohibitus est non solum laicis, sed multo magis, & Clericis, vbi loquitur de ludo tabularum, item alius text. in cap. Clerici, il 2. de vita, & honest. Cleric. qui loquitur in ludo alearum, & taxillorum, & in cap. Episcopus 35. quæst.

Vbi pariter loquitur in ludo alearum, & ibi gloss. prima & vtrobique communiter omnes scribentes notant. Et quamuis Innoc. in dict. cap. Clerici dixerit, se non credere, quòd ille Canon loqueretur de præcepto, sed potius de consilio, quem refert ibi. Ioann. Andr. num. 1. Attamen quod immo de præcepto Clericus non possit ludere, apparet manifestè ex pœna eidem inflicta, si luserit dicam infra num. 93. Et est de mente omnium Doctorum materiā hanc tractantium, & communiter dicentium, quòd immo plus peccant Clerici ludendo, quam laici, & præsertim de ludo alearum, taxillorum, & tabularum, quòd sit æque prohibitus, & laicis, & Clericis satis superq; suo loco dictum est. Ignat. Lopez. in addit. in pract. crim. Diaz. cap. 70. littera A, Vbi præsertim de Sacerdotibus, pract. Conrad. tit. de lusor.

ſor. num. 2. in prima ampliat. Summa Armill. in verbo *ludus*, poſt num.2. Summ. Ang. in eod. verbo *ludus*, nu.2. verſ.3. probatur ratione perſonæ Summ. Siluestr. in d. ver bo *ludus* etiam num. 2. verſ. quarto, eſt aliquando prohibitus Viuius opinion.469.num.10.& adeſt decretum Conc. Tridentini ſeſſio 22. cap.1.in fine de reformat.& ſeſſio 24. capit. 12. pariter ad finem etiam de reformation.

93 AMPLIA I. Propoſitam regulam,quia de iure ciuili Clericus luſor, aut ludi inſpector, in triennalem monaſterij detruſionem, & in ſuſpenſionem per tantumdem tẽpus ab altaris miniſterio, reſeruato iudici arbitrio dictum tempus minuendi,ſi dum in monaſterio permanſerit ſe pænitentem oſtenderit,text.expreſſus in Authent. interdicimus,& ibi gloſſa prima,& communiter omnes, item gloſ. in cap. clerici il ſecondo, in verbo *ad aleas*, & ibi Anton. de Butr. num. 13. de vita,& honeſt. cleric.Caccial. in tractat.de ludo num. 61. verſ. dicit enim tex. Diaz. in pract. crim. canon.cap. 70. alias 64. in verbo *Aleatores*,num. 5. Idem Ignat. Lopez.in addit. littera C,

94 Vbi tamen quod hæc pœna iuris ciuilis,non eſt approbata à iure canonico. Menoch. de arbitr.quæſt. lib.2.caſu 599.poſt num.3.

95 De iure autem canonico habemus tex.in in cap. Epiſcopus 35.diſtin. qui licet non videatur declarare pœnam Epiſcopi, Præsbyteri,aut Diaconi luſoris,ſed ſubdiaconum, aut alium inferioris ordinis à communione priuandum eſſe ſtatuat, tamen Præpoſit. Alexandrin. ibidem in ſummario dixit Epiſcopum,Præsbyterum,vel Diaconum in ludo aleatum perſeuerantes deponendos eſſe, ſubdiaconos autem,& inferiores clericos excommunicandos,ad quæ vide etiam Cardin. Zabarellam in clement. 2. §. ſed & tales, num. 10. de vita, & honeſt. cleric. Paris de Put.in tracta. de ludo poſt nu.94. Diaz.in pract. criminal. canon. cap.70 alias 64. in verbo *aleatores*, ſub num. 2. verſ. ſi autem monitus ſumma Siluestr. in verbo *ludus* nu. 10.

96 An autem pœna prædicta incurratur abſque alia monitione dicas,quòd quamuis tex. in d.cap.Epiſcopus 35. diſtinctio.& ibi gloſſa in verbo *deſinat*, ſtatuta generaliter, quòd non poſſit clericus damnari de ludo, niſi præcedat monitio communiter tamen receptum eſt, quòd ſi clericus fuerit publicus aleator,efficitur inhabilis ab beneficia obtinenda. Immo & priuatur beneficijs obtentis.

Verum quoad pœnam inhabilitatis pro optinendo beneficio,nulla requiritur monitio,quo vero ad priuationem beneficiorum obtentorum monitio requiritur; eſt gloſſa in c.clerici,il 2. in verbo *ad aleas*,& ibi Hoſtien.num.ſexto verſ. & licet publicus aleator. Anton. de Butr. num.13. Henric. Boic. num.1.verſ. qui publicè aleator eſt,& Abb. num.11. de vita,& honeſt. cleric. Alia gloſſa in cap. inter dilectos in verbo *aleatorum*, & ibi Hoſtien.num. quarto, in fine, & 5. Ioann. Andr. Cardin.Zabarell.& Anchar. in ſummario. Anton. de Butr. etiam in ſummario, & numero tertio,& vndecimo, Abb. etiam in ſummario, & num. primo,& ſexto,Marian. Socin. num. 12. extr. de exceſſ. prælator. Idem Hoſtienſ. in ſumma de exceſſ. Prælator. §. clericus autem in princip.Archid in capit. Epiſcopus, nu. 1. verſ.ex ſecundo,& ibi etiam Præpoſit. Alexandrin. nu. 3. ad med. verſ.quid ſi duxerit diſtinct.35. Bonif. de Vitalin.titu.de ludo Azardi,num.9.Pariſ.de Put.in tract.de ludo,poſt num. 61. verſ. & tunc aut loquimur in clericis. Troil. Maluat.de ſortibus,parte ſecunda,num.16. uerſ.qui nimo &c. Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo *Metidor de mali dati*, num. decimo in fine. Diaz. in practica criminal. Canon.cap.70 alias 64. in verbo *aleatores*, num. ſecundo, pract. Conrad. rubr. de luſoribus,num. 25. ſumma Armil la in verbo *ludus*,num.40. ſumma Siluestr. in eodem verbo *ludus*,num.decimo, in fine verſ. 2. quòd prius moneatur. Foller. in pract.crimin.canon. capit.33.num.27. verſic. hoc tamen intelligendum eſt. Menoch. de arbitr.quæſtion.lib.2. caſu 399. num.5.

97 Sed verius dicas,quòd pœna clerici luſoris eſt arbitraria ſecundum Diaz.in pract. crimin.canon.capit. 78. alias 74.num. 2. verſ. ego vero.

Vbi optimè declarat ex quibus iudex in imponendo hác pœnam ſuum arbitrium regulare debeat. Et ibi Ignat.Lopez. in additio.littera C, nec diſſentit. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. ſecũdo ,caſu 399. num. nono in fine, & facit Concil.Trident. ſeſſio 22. capit. primo, in fine de reformatione.

Vbi quo ad pœnas clericorum luſorum confirmat pœnas alias ſancitas à ſummis Pontificibus,& ſacris Concilijs etiam Ordinariis facultatem tribuit imponendi, etiam maiores,arbitrio eorum, & quòd à tali condemnatione appellatio exequutionem non ſuſpendat,cum de morum correctione agi dicatur.

98 AMPLIA II. eandem regulam multo magis procedere in religioſis, & regularibus, qui non poſſunt ludere; etiam ludo alias licito & honeſto,nec cum alijs, nec inter ſe, quia cum ſint mortui,quo ad mundum,& debeant ſtare in monaſterio ſoli,& triſtes. cap. placuit ſecundo 16. q. 1.l. Deo nobis.C.de Epiſcop.& cleric. non debent propterea ſe immiſcere in ludis,ex quibus,vt plurimum proueniunt multiloquia, peccata rixæ,& alia inconuenientia,de quibus in ijs terminis per Henric.Boich. in cap. clerici, il 2. num. ſexto, de vita, & honeſtate cleric. Præpoſit. Alexandrin. in c. Epiſcopus,num.6. verſ. ex qualitate perſonarum diſtinct. 35. Steph. Coſta in tract. de ludo num. 14. & 15. verſ. Ratio differentiæ in ſecundo artic. Troil.Maluat. de ſortibus,parte ſecunda, numero decimooctauo, verſic. aut loquimur de religioſis. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz.in pract. crimin.cap. 70. ſub littera A. Vbi ponit vnam declarationem,quam ibi videas, pract. Conrad. rubric. de luſor.num.2. verſ. multo magis in Monachis, & num. decimonono. Summa Angelica in verbo *ludus*,num. ſecundo, verſ.tertio prohibetur ratione perſonæ ſumma Siluestrin. in eodem verbo *ludus*,num. 2. verſic. quarto, eſt aliquando prohibitus Viuius opinion 467.num.tertio, verſ. tertia circunſtantia.

99 AMPLIA III. Vt multo minus clericis licitum ſit ludere in publico etiam,quod ludant ludo ſcaccorum, ſeu alio licito ludo ſecundum Troil. Maluat.de ſortibus parte ſecunda num. vigeſimo ſeptimo. Capra concl. 86. num. 25.& ſeq. pract. Conrad. rubr. de luſor. num. 18. ante finem ſumm. Angel. in verbo *ludus* num. 2. verſ. 4. prohibetur ratione ſcandali,& verſ. ſeq. incip. Aduerte tamen ſumm. Siluestrin.in eodem verbo *ludus*,num.2. verſ. & generaliter ratione honeſtatis, & verſ.quinto, eſt prohibitus ludus Viu. opin.467.poſt num.3.

100 AMPLIA IIII. Et multo magis,quia clerici nullo modo poſſunt in eorum ludis alias ipſis permiſſis admixtos laicos habere ſecundum gloſſam in cap. continebatur, & ibi etiam Abb. de homicid. Vbi tamen Anan. dixit cogitandum, & bene cum hoc non reperiatur iure cautum, prout dixit Præpoſit. Alexandrin.in cap. Epiſcopus, num. 6.ante finem verſ. Item ratione admixtionis, diſtinct. 35. Stephan. Coſta in tract.de ludo, num. 14. in fine verſ.de alijs clericis pract. Conrad. in rubr.de luſor. nu. 14. in fine in nona limitatione. Vbi tamen ex Ioann.de Anan.quem allegat hoc cogitandum reliquit,& num.18. ante finem. Viu.opin. 467. num.4.

101 Multo magis prohibitum eſt clericis ludere cum mulieribus, præſertim iuuenibus,& formoſis.Capra concluſio. 83. num.30. Vbi idem forſan in adoleſcentibus, & impuberibus ex eadem ratione ſcandali. Viu.opin.467.num.tertio,verſ. quinta circunſtantia. Vbi de clerico ludente cum perſonis improbis,& infamibus, vel etiam cum mulieribus,quantumcumque honeſtiſſimis.

102 LIMITA I. Propoſitam huius ſecundæ partis regulam,vt tunc demum clericus,vt ſupra puniatur pro ludo, dummodo ſcilicet,ſit conſuetus,& ſolitus ludere: vnde ſecus ſi vna tantum,aut aliquibus vicibus luſiſſet, & poſtea ſe abſtinuiſſet,ita videtur de mente tex.in cap. Epiſco. in verbo *deſeruiens*,& in verbo *deſinat* 35. diſt. Et vtrobique notat gloſſ.& facit opinio illorum qui dixerunt clericũ,non poſſe pro ludo puniri,niſi præcedat monitio,niſi ſit publicus aleator,de qua dixi ſupra num. 96. Nec dicitur aleator, niſi ſit conſuetus ludere;vt per Abb.in cap.clerici: num. 11. de vita & honeſtate clericor. Diaz. in practica crim.

criminal. Canon. capit. 70. alias 64. in verbo *aleatores*, nu. 1. Menoch. de arbitrat. quæst. lib. 2. casu 399. num 19. Et in simili de aleatore retinente domi ludum, dixi infra num. 160. Adde ad comprobationem huius conclusionis Archid. in d. cap. Episcopus, num. 1. versic. & primo collige, & ibi etiam Card. Alexandrin. numero 1. in secundo, notab. & num. 3. vers. quæro an isti clerici, summa Siluestr. in verbo *ludus*, num. 10. versic. 1. quod habeat ludum in consuetudine.

103 LIMITA II. In ludo licito, & permisso, vt puta scaccorum, de quo particulariter dixi infra, num. 114. sed generaliter, quòd clericis licitum sit ludere omni ludo permisso, consistente scilicet virtute corporis, & in ingenio, videtur de mente omnium Canonistarum allegatorum infra num. 106. Et expresè voluerunt Marian. in cap. inter dile-
104 ctos, num. 30. de excess. Prælat. Vbi declarat dummodo ludatur recreationis causa, & non admisceatur superbia, aut voluptas, & idem voluit Paris de Pute. in tract. de ludo, num. 12. vers. qñ ludus. Caccialup. in eodem tract. de ludo, sub nu. 17. Stephan. Costa de ludo, n. 15. in 2. art. Amad. de sindic. nu. 92. vers. & non solum laicus. Pract. Corrad. rubr. de lusor. nu. 18. post medium, vers. si hanc conclusionem.

105 LIMITA III. Quia Statuta, seu bannimenta laicorum clericos non comprehendunt, etiam quòd ipsa Statuta essent ipsis clericis fauorabilia, puta, si disponerent, quòd post duos menses non posset inquiri contra lusores. Nam adhuc post dictum tempus poterit contra ipsos clericos procedi, secundum Diaz in pract. crimin. canon. cap. 70. aliàs 64. in verbo *Aleatores*, numero 3. & seq. Et ibidem Ignat. Lopez. in addit. litera F.

ARGVMENTVM.

De ludo licito, & permisso.

SVMMARIVM.



Vdus virtutis consistens in exercitatione corporis prohibitus non est, etiam quòd ludatur in pecunia nu. 106.

Legatum relictum ad ludos honestos, & licitos, valet, num. 107.

Ludus consistens in solo ingenio, & industria, etiam sine corporis exercitatione prohibitus non est, num. 108.

Contractus facti occasione ludi liciti valent, nu. 109. & seq.

Mutuum factum in ludo licito & illius occasione valet, nu. 110.

Pila ludus licitus est, numero 111. & sequenti. Vbi declaratur dummodo ludatur recreationis causa, & in modica quantitate, aliàs secus.

Scaccorum ludus laicis permissus est, num. 113. Item & Clericis est permissus, num 114. Licèt alij contra, num. 115. Dummodo ludant Clerici causa recreationis, non autem causa auaritia, & in pecunia, nu. 116. Item dummodo ex hoc ludo Clerici non distrahantur à diuinis, num. 117.

Ludere pro comitio licitum est, numero 118. Limita primò, nisi in ludo hoc interueniat blasphemia, aut alia dissolutio, num. 119. Limita secundò in magna quantitate, num. 120. Limita tertiò de iure canonico, & in foro poli, numero 121. Limita quartò, in Clericis, numero 122. Contra, num. 123. Distingue, vt num. 124. & seq.

Ludere in Ecclesia non est licitum etiam ludo non prohibito, nu. 126.

Ludere omnino prohibitum est etiam ludo permisso, quando inter lusores est magna disparitas, nu. 127. Amplia, quòd nec isto casu valet contraria consuetudo, num. 129. Declara, procedere in foro poli, secus in foro fori, num 128.

Ludere in magna quantitate nec etiam licitum est in ludo permisso, num. 130. & seq. Vbi etiam quæ in proposito dicatur magna quantitas, & num. 132. Vbi propterea quòd magna quantitas pecuniarum amissa in ludo permisso repeti potest, & nu. 133. & seq. Vbi an in contrarium valeat consuetudo.

Ludere diebus festiuis an sit prohibitum etiam ludo permisso, nu. 135. & seq.

Ludere non licèt ex cupiditate, auaritia, et animo proximum spoliandi, etiam in ludo permisso, nu. 136. vers. Limita quarto.

QVÆST. CIX. PAR. III.

106 REGVLA sit, quòd ludus virtutis consistens scilicet in corporis exercitatione prohibitus non est, etiam quòd in pecunia ludatur, text. expressus in l. solent. §. Senatus consultum. ff. de aleæ, lusu, & aleator. vbi de ludo, qui fit certando hasta, pila, iacendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando, aut quid simile virtutis causa agendo, & ibi gloss. in verbo *virtutis*, declarat, idest, *fortitudinis*, Idem text. in l. fi. in verbo *deinde verò*, & ibi glo. C. de relig. & sumpt. funer. vbi recensentur alij liciti expressi ludi in exercitatione corporis consistentes. Alberic. in rubr. ff. de aleæ lusu, & aleator. num. 3. vers. virtutis, & probitatis causa, & rursus in d. §. Senatus consultum, num. 2. & in l. quòd in conui-
107 uio, num. 1. ad finem. ff. eod. Vbi amplius, quòd legatum relictum ad ludos honestos valet. Odofred. dicto §. Senatus consultum, vers. nisi in certis casibus, &c. Et Florian. in summario, & num. 1. & seqq. in discursum. Ioan. Sicard. in rubr. C. de relig. & sumptib. funer. num. 8. vers. nisi virtutis causa, & in rubr. C. de condition. ob turpem, caus. Henric. in cap. clerici, il 2 num. 3. vers. aut de alijs ludis, & num. 4. extr. de vita, & honest. clericor. Vbi etiam benè exemplificat istos ludos virtutis exercendæ gratia permissos. Hostien. in cap. inter dilectos, num. 3. & seq & ibi etiam Maria. Socin. num. 27. & 30. extr. de excess. Prælat. Vbi infert, & declarat ludos licitos, & permissos. Azzo in summa. C. de relig. & sumpt. funer. num. 26. versic. præterquam si quis certet. Hostien. in summa de excess. Prælat. num. 5. ante finem. §. licèt tamen ludere. Præpos. Alexandrin. in c. Episcopus, post num. 5. distinct. 35. Bonifac. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, num. 4. Paris de Put. in tract. de ludo, num 8. in fine, vers. ludus honoris, & laudis, num. 10. vers. ludus virtutis, & laudis, & num. 11. Caccialup. in tract. de ludo, num. 8. vers. Item ludi, in quibus virtus ostenditur, & nu. 9. in princ. versic. potest etiam dici generaliter, & num. 26. versic. ludi autem permissi. Stephanus Costa in tract. de ludo, num. 22. in 2. art. Angel. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 26. Amad. de sindic. num. 92. Socin. consil. 16. num. 3. Iodoc. in pract. crimin. cap. 126. num. 24. Pract. Corrad. rubr. de lusor. num. 18. Viuius opin. 467. num. 10.

108 AMPLIA I. Vt regula procedat non solùm in ludo consistente in virtute, & exercitatione corporis, vt supra dixi, sed etiam in omni alio ludo, qui non in fortuna, sed in solo ingenio, & industria consistat, & si nulla interueniat corporis exercitatio, prout de ludo scacccorum, dicam infra in quarta ampliatione, & de ludo tabularum sine taxillis, dixi supra nu. 17. & de ludo cartarum, qñ consistit in sola industria, quamuis in cartis solam industriam, absq; mixtura fortunæ vix dari posse crediderim: Nisi, qñ isti iaculatores manibus veloces, & prōpti, faciūt apparere vnam cartam pro alia, aut alios similes faciunt ludos. Voluit Florian. in l. fin. §. si seruus, nu. 5. in fine, & 6. ff. de aleæ lusu, & aleator. & dixi supra nume. 14. & generaliter in ludo consistente in solo ingenio, seu industria, voluerit Additionator ad Salycet. in Authen. Interdicimus, litera A. versic. non si ingenium tantum. C. de Episcop. & Clericis. Præposit. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 5. versic. aut est ludus, in quo vertatur industria, & non fortuna, distin. 35. Marian. in cap. inter dilectos, num. 30. de excess. Prælat. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 11. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 10. vers. aut ludus consistit in peritia. Ang. de malef. in verbo, *Metidor de mali dati*, num. 2. vers. si autem esset ludus.

109 AMPLIA II. vt licèt contractus occasione ludi factus non valeat, prout dicam infra in sexta parte huius quæstionis; valent tamē cōtractus, & sponsiones factæ in ludo licito, textus expressus in l. quibus. ff. de aleæ lusu, & aleator. Floria. in l. solent. §. Senatus consultum in summario.

rio.ff.eod. Paris de Put.in tract.de ludo, num. 34. vbi de ſponſionibus factis ex cauſa conuiuij, vel ludi virtutis, & num.49. vbi de ſponſione magnæ quantitatis pecuniarum, facta inter duos Dominos, equorum currentium ad brauium. Caccialup. in eodem tract.de ludo, num. 19. & 20. Vbi benè exemplificat ſponſiones factas in ludo permiſſo, vt puta ratione conuiuij, vel cauſa virtutis oſtendendæ. Capra concluſ.86.nu.73.& ſeq. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet.

110 Sic mutuum factum in ludo permiſſo, & non prohibito, dixit idem Capra d.concluſ.86.num.73.& ſeq.

111 AMPLIA III. Et illatiuè ex regula, vt idem ſit in ludo pilę, quem permiſſum, & licitum eſſe ſcripſerunt Marian.Socin.in cap.inter dilectos, num.29. verſ.& ex prædictis, de exceſſib. Prælator. per text. in l. item nulla. ff.ad l. Aquil.Paris de Put.in tract.de ludo, num.7. & 8. Vbi declarat dummodo ludatur recreationis cauſa, & in modica quantitate, iuxta generaliter tradita infra num.130. Et ita etiam declarat, num.21. vbi propterea teſtatur aliàs fuiſſe cancellatum, & inualidum declaratum quoddam inſtrumentum depoſiti ducatorum octingentorum, ex quo fuerat probatum illud fuiſſe factum ex cauſa tot pecuniarum victarum in ludo pilæ.Caccialup.in tract.de ludo, num.9. Amad.de ſindic.num.92. Pract.Corrad.rubr.de luſor.poſt num. 18. Viuius opin. 467. num. 6. vbi etiam de materia huius ludi. Ex quibus ſine dubio negari non poteſt hanc concluſionem eſſe communiter receptam. Quamuis Burſat.in conſ.116.num.1.& ſeq. quem refert Baiard.ad Clar. in §.ludus num.6. probare conetur hunc pilæ ludum, tamquam conſiſtentem in forma, & ingenio, ſimul prohibitum eſſe, ſecundum communes Doctorum, quos ibi recenſet, opiniones, ſed labitur in hoc Burſat. credens ludum prædictum habere in ſe mixturam fortunæ, & ingenij: Quoniam, quòd in ſola induſtria, & ingenio conſiſtat, communiter receptum eſt, licèt benè Burſati opinio poſſet procedere, prout loqui videtur in caſu ſuo, quando ſcilicet luditur magna pecuniarum quantitas, & ex cauſa auaritiæ. Ad ea quæ generaliter dicta ſunt infra num. 130. Et ita illum intelligit Claud. ad Bertazz. conſil. 379. litera B.

113 AMPLIA IIII. Et pariter illatiuè ex prima ampliat. propoſita in ludo ſcaccorum, quem omnino laicis eſſe permiſſum, ex quo in ſola fortuna conſiſtit ſcripſerunt Florian.in l.quòd in conuiuio.§. ſi ſeruus, num. 2. in fine, verſ.in alijs ludis. ff. de aleæ luſu, & aleator. Adden.ad Salycet.in Authen. interdicimus, litera A. verſ. nam ſi ingenium tantum.C. de Epiſcopis, & clericis. Anchar. in cap. clerici, il 2.num. 10. verſiculo, nam ſicut ludus ſcaccorum, extr.de vita, & honeſt.clericor.& ibi etiam Imol.num.18. columna 4.ante medium, verſic.primo caſu Henric. Boyc. num.3.& Abb.num.4. verſ.& ex his. Vbi de communi, & num. 12. verſ.circa primum. Præpoſit. Alexandrin.in cap. Epiſcopus, poſt num.5.diſtinct.35.Marian.in cap. inter dilectos, num. 29. verſ. Item ludus ſcaccorum, de exceſſ. Prælator.Bonifac.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi, in fine, num. 17. verſic. ludere autem ad ſcaccos non eſt prohibitum. Paris de Put.in tract.de ludo, num.5.verſ.ludus autem ſcaccorum, & num. 53. Caccialup.in eodem tract.de ludo, num.8.in principio, verſiculo, tu aduerte, & num. 26. in fine. Stephan. Coſta in tract. de ludo, numero 28. verſ.ſed poteſt dici, in ſecundo articulo. Troil.Maluat.de ſortibus, num.25. Capra concluſ.86. num. 3. Vbi quòd in hoc nemo diſſentit. Angel.de maleſ.in verbo, *Metidor de mali dati*, poſt num. 2. Amad.de ſindic.num.92. Pract. Corrad.rubr.de luſor. poſt num. 18. Fab. à Monteleon. in ſua praxi arbitrar.fol.31. num. 16.Clar.in §.ludus, num.3. ſub verſic.hæc autem concluſio. Viuius opin.467.num.1. Vbi etiam de communi, & num. 11. vbi de origine huius ludi. Et hæc concluſio ab omnibus, vt vides communiter recepta eſt, quamuis ludum hunc, & peſtiferum exiſtimet Claud.ad Bertazz.conſ.379.litera B.& propterea prædictę communi opinioni minimè aſſentiat. Eundemque ludum perniciosiſſimum exiſtimauerit Ioann. Bonif. in tracta. de fur.§.10.num.95.

114 Clericis autem etiam videtur permiſſus ludus ſcaccorum, ſecundum gloſſ. quæ tamen loquitur dubitatiuè, & per verbum, *fortè*, in Authen.Interdicimus, in verbo *ad tabulas*, C.de Epiſc.& clericis. Florian.in l.quòd in conuiuio. §.ſi ſeruus, numero 2.in fine.ff.de aleæ luſu, & aleatorum. Vbi teſtatur de communi, reprobato Iacob. de Rauenn. & Petr. ibi per eum relatis, & contrarium tenentibus, & cum hac opinione videtur remanere Cyn. in d. Authen. Interdicimus (quamuis ab alijs pro contraria opinione allegetur) & ibi etiam Odofred. in verſ. ſed numquid ad ſcaccos. Vbi hanc opinionem tribus rationibus comprobat. Et Salycet.num.2.Imol.in l.ſi quis cum ſciret, numero quinto, verſic.& talis ludus. ff.pro empt.Ioann. Andr.in cap.clerici, il ſecondo, numero 13.verſiculo, & iuuari poteſt, & dicto numero 13. verſic.in fine, ad ſcaccos ludere, de vita, & honeſtate clericorum, & ibi etiam Anton. de Butr.verſiculo, ludus enim ſcaccorum. Imol.num.13.columna 5.poſt principium, verſic.& etiam talis ludus videtur clericis permiſſus. Henric.Boyc.num.8. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & Abb.numero 4.verſiculo, & ex his. Vbi de communi Doctorum opinione, Stepha.Coſta in tractatu de ludo, num.25. in fine, verſiculo, quòd autem ludus ſcaccorum. Vbi quòd ita communiter tenent Canoniſtæ, & numero 27.ante finem, articulo 2.& ibidem numero 28. in fine, & ſeqq. vbi etiam relatis contrarijs, quos ſcrupuloſos nuncupat; Iterum teſtatur, ita vt plurimum tenere Canoniſtas Capra concluſ.86.numero 5. Vbi de communi, & veriori opinione, Auguſt.ad Ang.de maleſic.in verbo *Metidor de mali dati*, numero 2.in fine, & 3. vbi de communi, à qua minimè recedendum credit. Amad.de ſindic.numero 92. verſiculo, & non ſolum laicis. Ignat.Lopez.in additione ad Diaz.in pract.crimin.cap.70. litera A.verſicu. ſed an clerico. Vbi de communi, Pract. Corrad.in rubr.de luſor. verſ. poſt num.18. poſt medium, verſic.ſic hanc concluſionem. Vbi quòd ita communiter Doctores tenent, Summa Armill. in verbo *ludus*, num.3. Summa Angel. in verbo *ludus*, numero 2. verſic. & licèt, Iacob.de Arena, & ibi, Addentes litera B. Clar. §. ludus, numero quinto, verſic. quæro numquid. Vbi de communi. Viui.opin.467.num.2. vbi alios refert, & teſtatur de communi opinione Doctorum vtriuſque cenſuræ, & Theologorum.

115 Et quamuis contrarium, quòd immò clericis non ſit licitum ludere ludo ſcaccorum, propter magnum tempus, quod in illo conteritur, voluerint Iacob. de Rauenn. & Petr. relati per Cyn. in dicta Authen.Interdicimus. C.de Epiſc. & cleric. ſequitur idem Alberic. in fin.num.3. relati per Capr.d.concluſ.86.numero quarto. Vbi etiam pro hac opinione referuntur octo rationes, Ange. de maleſic. in verbo *Metidor de mali dati*, poſt num.2.verſic.ſed, Iacob. de Aren.relati per Viui.d.opin.467.verſic.Benè verum eſt; nec diſſentire videatur, Claud. ad Bertazz. conſilio 379. litera B.

116 Non crederem tamen recedendum à prima opinione, quæ vt vides magis communiter recepta eſt. Declaratis tamen infraſcriptis modis; Primo, vt procedat dummodo ludatur cauſa recreationis, & non cauſa voluptatis, aut auaritiæ, vel cupiditatis, & in pecunia ſecundum Archid. in cap. Epiſcopus, numero primo, diſtinctione 35. & ibi etiam Præpoſit. Alexandrin. numero 3. Card.Zabarell.in Clement.2.§.ſed, & tales, num.10.de vita, & honeſt.cleric. Maria.in cap.inter dilectos, numero 30.verſic.vnde etiam ſcaccorum ludus extr.de exceſſib. Prælator, Paris de Pute. in tractatu de ludo, numero 12. in fine. Caccialup. in eodem tract.de ludo, ſub numero 27. Troil. Maluat.de ſortibus, parte ſecunda, numero 26.in fine. Ignat.Lopez.in additione ad Diaz.in pract.crimin.canon.cap.70.litera A. in fine. Pract. Corrad. rubr. de luſoribus, num.18.ante finem. Viui.dicta opinio. 467. numero 2.in principio, & num.3.

117 Secundo declara, clericis licitum eſſe ſcaccorum ludo ludere, niſi ludendo à diuinis diſtrahantur, propter magnum tempus, quod in tali ludo conteritur, ſic enim concordando contraria declarat, & diſtinguit Floria.in d.§.ſi ſeruo,

ferno, num.3.& Henricus Boyc.in dicto cap.Clerici,eod. num.8. vers.Item sustinendo,gloss.vbi propterea affirmatiuam opinionem declarat procedere, dummodo ludatur temporibus,& horis congruis, in quibus clerici,diuinis vacare non debent, & dummodo per hoc non negligant Domino inseruire, Stephan. Costa in tract.de ludo, art.secundo, post num.29. Vbi refert Henric.Boyc.in loco praecitato. Troil. Maluat. de sortibus, par.2.num.26.Capra conclusione 86.num.27. Pract. Corrad.rubrica de lusoribus, nu.18.ante finem. Angel.in verbo *ludus*, num.2. versiculo,& licèt.Iacob.de Aren.Summa Siluestrin. in eodem verbo *ludus*, numero secundo,versic.prohibetur etiam ludus scaccorum. Viui. opin.463.numero 3.versiculo, quarta circumstantia.

118 AMPLIA V. Quando luditur pro conuiuio, aut comedendi causa, tunc enim in mera fortuna consistens, prohibitus non est. Text.in l.in conuiuio, in principio.ff. de aleae lusu, & aleatorum,& ibi gloss.in verbo *permittitur*, vbi ponit exemplum, quando quis ludit ad faciendum maiora puncta Alberic.in rubr.ff.eodem, num.3. versicu. & etiam causa conuiuij,& rursus in d.l.quòd in conuiuio, num.1. vbi ex hoc infert excusandos esse, qui in tabernis ludunt ad taxillos pro cibo,& potu.Odofred.in l.solent.§. Senatus consultum,vers.vel conuiuij causa.ff.eod.Florian. in l.quòd in conuiuio,ante num.1.versic.nota casum, vbi de socijs ludentibus pecuniam, vt ex ea fiat cena,dicitque se etiam ita practicasse. Salyc.in l.fin.num.5.C.de religios. & sumpt. funer. Ioann. Sicard.in rubr.C.eodem, num.8. versiculo praeterea nisi, &c. Imol.in l. si quis cum sciret, num.4.ff.pro empt.& in cap.clerici,il 2.num.16.colum.2. ad medium, versic.sed aduerte,de vita,& honest.cleric.& ibi etiam Henric.Boyc.num.2.versic.sed hoc fallit, & nu. 13. versicu. hoc fallit. Azzo in summa. C. de relig.& sumptib.funer.num.26.vers.Item,& pro eo, quòd ponitur in conuiuio.Hostien.in summa.de excessib.Praelator.num.5. in fine,licèt tamen ludere. Bonifac.de Vitalin.in titulo de ludo Azardi,num.4.in fine,versic.quòd si luditur.Paris de Put.in tract.de ludo, numero 11. versicu. Nisi pro conuiuio.Caccialup.in eodem tract.de ludo, num.10. versiculo fallit quando luditur aliquid pro conuiuio. Stepha. Costa in eodem tractatu de ludo,artic.2.num.36. ad finem,vers. sed istud in laicis. Troil. Maluat. in tractatu de sortibus, parte 2.num.8. Angel.de malefic.in verbo *Metidor de mali dati*, nu.17. Amadeus de sindic.nu. 91. in fine, vers.quòd limita verum. Iodoc.in pract.crimin.cap. 126. post nu. 16. Pract.Corrad.in rubrica de lusoribus, num.18.versic.potest etiam poni exemplum. Summa Angelica, in verbo, *ludus*, num.5. Summa Siluestr.in eodem verbo *ludus*, numero 4. Anton. Scapp. in tractatu de iure non script. cap. 167.num.5.

119 Declaratur autem praecedens ampliatio quatuor modis;primo, vt non procedat,quando in conuiuio interueniret blasphemia,aut aliud malum accidens, propter quod ludus est prohibitus, secundum Troil. Maluat.in tract.de sortibus,parte 2.num.9. Vbi propterea infert,nec etiã pro conuiuio, licitum esse ludere illi,qui ex sui mala natura solitus est blasphemare.

120 Secundò,vt nec etiam pro conuiuio ludere liceat in magna quantitate, secundum Iodoch. in practica crimin.ca. 186.post numerum 16. Vbi magnam,& seu paruam quantitatum declarat esse, secundum cognitionem personarum, quod,& idem voluit Summa Siluest.in verbo *ludus*, numero 4. & latius dixi infra hac eadem parte, limitatione tertia.

121 Tertiò, vt de iure canonico, & in foro poli, nec etiam laicis,licitum sit ludere pro conuiuio cum; nec ipsis etiam sine ludo conuiuari liceat, nisi ex ordine charitatis, ergo multo minus licèt cum ludo, secundum Ioann. Andr.post Goffred.quem allegat in cap.inter dilectos, numero decimo quarto, & ibi etiam Anton. de Butr. numero decimo tertio,& Abb.numero septimo, extr.de excessib.Praelatorum. Augustin.ad Angelum de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, post numerum primum. Stephanus Costa in tractatu de ludo, numero decimo sexto, in secundo articulo. Troil.Maluat.in tractatu de sortibus,parte secunda num.17.

122 Quarto, & generaliter eadem ampliatio locum non habet in clericis,qui,quòd nec possint pro conuiuio ludere suaderi videtur,ex tex.in cap.nullus, de consecratione, distinct. 5. & in cap.non oportet ministros, & in cap.non liceat, distinct.44. Quibus iuribus prohibetur clericis incumbere conuiuijs, quae fiunt inter plures, quorum vnusquisque confert partem suam. Quae iura in id allegat Florian.in dicta l.quòd in conuiuio, in princ.num.2.& ex illis arguit Abb.in dicto cap.clerici,num.13.ante finem, de vita,& honest.cleric. Quòd si non licèt clericis facere conuiuia de confertis,ergo multò minus licèt ludendo etiam, & ita videtur de mente Ioann. Andr. post Goffred. in dicto cap. inter dilectos, num. 14. Et ibi etiam Anton. de Butr.numero 13. de excessibus Praelatorum. Et ibi etiam Marian.Socin.numero 30.in versiculo,vnde,nec pro conuiuio, sequitur Paris de Put.in tractatu de ludo, num.13. Caccialup.in eodem tractatu de ludo, numero 27.ad medium,versic.vnde dictus Abbas, Stephan.Costa in simili tractatu de ludo, numero 16. in secundo articulo, & ibidem numero 34.ante finem,& 36.etiam in fine, & articulo tertio, numero 5.in fine. Pract.Corrad.rubr.de lusor. post num. 18. versic.ratione tamen conuiuandi, & dicto num. 18. ante finem. Decian. in tractatu crimin. libro 2. cap. 19. Vbi quòd ita tenent omnes in dicto cap.inter dilectos.

123 Contrarium, quòd immò clerici etiam ludo prohibito possint ludere pro conuiuio, voluit gloss. in cap. Episcopus,in gloss.prima,in fine,distinct.35. & in cap.inter dilectos,in verbo *Voluptuosos*, de excessib. Praelator. Alberic. in l.quòd in conuiuio, numero primo, versic. Iure etiam canonico. ff.de aleae lusu, & aleator.& videtur de mente Henric.Boyc.in cap.clerici, il 2.num.2.versic.sed hoc fallit,de vita,& honest.cleric.Summa Siluestr.in verbo *ludus*, num.4.

124 Pro concordia potes dicere primam opinionem procedere, dummodo ista conuiuia inter clericos, non transeant in dissolutionem,& luxuriam;secundam autem procedere quando eadem conuiuia in dissolutionem transirent, sic enim videtur de mente Alberic.in dicta l.quòd in conuiuio,num.1.versic.Iure etiam canonico.ff.de aleae lusu,& aleator.Et est,ni fallor,rationabilis distinctio, & facit scripta per Troil. Maluat. in tractatu de sortibus, parte secunda, nu.10.Vbi generaliter dixit pro conuiuio, non esse licitum ludere, causa voluptatis, vel ingluuiae. August.ad Ang.de malefic.in verbo *Metidor de mali dati*, num.17.

125 Vel potes dicere, prout dixit Abbas in dicto cap. inter dilectos, num.7.de excessibus Praelatorum, vt prima opinio procedat in foro fori, & quo ad incursum poenae inhabilitatis, & indignitatis; secunda autem procedat in foro poli, & conscientiae, & ista distinctio etiam videtur rationabilis, & eam relatis alijs opinionibus, sequitur Troil.Maluat.de sortibus, parte 2. numero 17. Augustin. ad Angel. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, post num.17.

126 LIMITA I. huius tertiae partis regulam non procedere,quando luditur in Ecclesia, ratione enim loci,ludus aliàs licitus,& permissus, efficitur illicitus, & prohibitus; argum. text. in cap.Deus qui, de vit. & honest.cleric.cap. non oportet, distinct.42.cap.decet de immunit.Eccles. in sexto.Sic enim per iura praedicta,voluit Praeposit. Alexandrin.in cap.Episcopus,numero 6.post medium,versiculo, Item ratione loci, distinct.35. Capra conclus.86.num.24. Pract.Corrad.rubr.de lusor.num.14.in fine,in septima limitatione.Summa Angelica in verbo *ludus*, num.2.& ibi adden.litera A. Vbi hanc conclusionem à contrarijs defendit,prout contrarium in ludo scaccorum voluit Summa Siluestrin.in eodem verbo *ludus*, num. 3. vers.ratione circumstantiae loci. Et vide bannimenta status Ecclesiastici generalia,edita de anno 1599.cap.2. Vbi prohibetur ludus etiam pilae ante Ecclesias tempore, quo diuina celebrantur officia.

LIMITA

127 LIMITA II. Quando inter lusores est magna disparitas, ita quòd vnus certus sit vincere alium, quia magis instructus, peritus, & exercitatus. Tunc enim, nec etiam licitum est illi, qui magis instructus est ludere cum eo, qui minus instructus est, etiam in ludo permisso. Et isto casu datur repetitio pecuniæ amissæ, & vincens tenetur restituere, saltem in foro conscientiæ, secundum Florian. in l. quòd in conuiuio. §. si seruus, num. 2. versic. vel nisi alter certus. ff. de aleæ lusu, & aleator. Præposit. Alexandrin. in cap. Episcopus, post num. 6. versic. & ponunt alij Doctores, distinctio. 35. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 20. in fine, & 31. in fine Caccialup. in eodem tractatu de ludo, nu.
128 40. versic. est etiam benè aduertendum. Vbi quòd præmissa pr ocedunt potius in foro poli, quàm in foro fori. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 23. versiculo dicit tamen Calderin. Pract. Corrad. titulo
129 de lusoribus, numero 11. in quinta limitatione. Vbi quòd, nec isto casu valet consuetudo denegans repetitionem pecuniæ amissæ, & numero 14. etiam in quinta limitatione.

130 LIMITA III. Vt ludere nec liceat in magna quantitate, etiam in ludo permisso, vt puta, pilæ, scaccorum, seu alio consistente in solo ingenio, vel etiam in virtute corporis, nec clericis nec laicis, & magna dicitur quantitas, si ludatur in toto tempore, in quo quis ponit se ad ludendum, & ludum continuat vltra vnum aureum siue ludēs sit pauper, & ignobilis, siue etiam diues, & nobilis, text. est in l. fina. §. sed nemini. C. de relig. & sumptib. funer. Florian. in l. quòd in conuiuio, §. si seruus, num. 2. versic. quòd videtur verum ff. de aleæ lusu, & aleator. Imol. in cap. clerici, il 2. num. 11. colum. 4. ad medium versic. Hoc tamen intellige verum, de vita, & honest. Cleric. & ibidem numero 13. col. 5. post princip. vers. & adde etiam, quòd de iure positiuo. Cardin. Zabarell. in dicto cap. Clerici, num. 11. colum. penult. ante finem, versic. limitatur tamen, & ibi etiam Henric. Boyc. num. 13. versicu. & dicit Constitutio Græca, & Abb. num. 12. versic. non tamen debet ludi maxima quantitas. Præpos. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 6. versic. propter circumstantias aurem, distinct. 35. Marian. in cap. inter dilectos, num. 33. in fine, versic. Quòd intellige, de excess. Prælator. Paris de Put. in tract. de ludo, sub num. 3. & seq. vbi in specie de ludo pilæ, & num. 14. & num. 20. Vbi testatur de communi opinione, & post nu. 40. & seqq. Vbi latè, & num. 37. versic. dummodo lusum sit in parua quantitate. Stephan. Costa, etiam de ludo, artic. 2. num. 23. & 28. & articulo 3. num. 3. versic. quòd tamen procedit. Troil. Maluat. in tractatu de fortibus, parte secunda, num. 10. versic. item intellige, & versic. seq. num. 12. Vbi verò luditur, & num. 13. & 23. in principio, & in versic. & ludendo, &c. Vbi huius conclusionis eam reddit rationem. quia scilicet ludendo maximam quantitatem præsumitur quis ludere ex auaritia & animo spoliandi proximum, & num. 25. vbi quid in Principe, Ange. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, post numerum 2. versiculo, sed etiam benè nota, & ibi Augustin. in additione, post numerum 4. Amad. de sindic. numero 91. versic. aduerte tamen. Io-
131 doc. in pract. crimin. capitulo 16. post numero 16. Vbi etiam, quòd pauper, nec etiam potest ludere vnum aureum, sed tantum vnum grossum, cuius contrarium, quòd scilicet etiam pauper possit ludere, vsque ad vnum aureum, defendit Summa Siluestr. in verbo *ludus*, numero secundo, in fine. Pract. Corrad. rubr. de lusor. numero 13. & post numerum 18. Summa Angel. in verbo *ludus*, numero 1. versic. aduerte quòd in ludis, & ibi in additione litera G. Summa Siluestrin. in verbo *ludus*, num. 2. in fine, & post num. 14. Bursatt. consil. 116. num. 1. Claud. ad Bertazz. consil. 379. litera B. Baiard. ad Clar. in §. ludus, num. 7.

132 Et hinc communiter inferunt omnes præcitati Doctores, quod magna quantitas pecuniarum amissa etiam in ludo præmisso, potest per amittentem repeti, & si non repetatur, debeat vincens illam in foro conscientiæ restituere, sicut si fuisset amissa in ludo non permisso. Et quòd attinet ad restitutionem faciendam in foro conscientiæ, dixi generaliter infra num. 182.

133 Et in tantum est vera proposita limitatio, vt licèt Doctores controuertant super validitate consuetudinis ludendi ad ea, quæ dixi supra num. 46. & seqq. non tamen valere consuetudinem, vt ludi possit magna quantitas pecuniarum in ludo permisso, & quòd amissa non repetatur, in specie voluerunt Paris de Put. in tract. de ludo, num. 4. & seq. Troil. Maluat. in tract. de fortibus, parte 2. num. 22. versic. & per prædicta, relati per Capram conclusio. 86. num. 12.

134 Contrarium, quòd immò talis consuetudo ludendi in ludo permisso ad magnam quantitatem valeat, & quòd stante eadem consuetudine amissa pecunia, quantacumq; sit, repeti non possit, voluit Marian. Socin. in cap. inter dilectos, num. 47. de excessib. Prælat. Stephan. Costa in tract. de ludo, articulo secundo, numero 28. versiculo, tamen consuetudine, &c. & articulo tertio num. 3. versic. licèt in hoc esset attendenda consuetudo. Capra dicta conclus. 86. numero 10. & seq. & numero 13. vbi testatur de communi opinione, quoad laicos, licet secus credat, quoad Clericos, prout dixi supra num. 47. Augustin. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. 4 Vbi refert Imol. in cap. Clerici, de vita, & honest. Clericor. dicentem vnum periculosum verbum, quòd scilicet de consuetudine videtur derogatum legi, volenti non posse ludi, nisi vsque ad vnum aureum in ludo permisso, & num. 14. in fine, vers. Nec obstat. Vbi tamen hoc cogitandum reliquit, & num. 22. vers. tene tamen menti. Summa Siluestrin. in verbo *ludus*, num. 2. in fine. Vbi quòd hodie de consuetudine magna præmia ponuntur per milites in Gastiludijs. Clar. in §. ludus, num. 4. vers. scias tamen, vbi refert, & sequitur Augustin. de malef. in loco præcitato. Bursatt. consilio 116. num. 6.

135 LIMITA IIII. In diebus festiuis, qui cum magis Deo, ac in eius, & Sanctorum honorem dicati sint, propterea tunc, nec etiam ludere licere ludo licito, & permisso, non obstante quacumque contraria consuetudine, & laicis, & etiam multo minus clericis colligitur, ex trad. per Præposit. Alexandrin. in cap. Episcopus, num. 6. ad medium, versic. Item ratione temporis puta, quia tempore pœnitentiæ, vel tempore solemnis festi, distinct. 35. Paris de Put. in tractatu de ludo, num. 12. vbi quòd ludus scaccorum non est permissus tempore pœnitentiæ, & sub numero 49 Caccialup. in eodem tractatu de ludo numero 76. versiculo, videtur tamen dicendum, vbi, quòd hoc habet pro expedito, saltem in foro poli, & quo ad pœnam generalem. Troil. Maluat. in tractatu de fortibus, parte 2. numero 25. versic. nisi esset tempus reseruatum deuotioni, & pœnitentiæ, &c. Et loquitur in ludo scaccorum, quòd nec tunc eo tempore liceat ludere. Capra conclus. 86. numero 18. vbi pariter loquitur de ludo scaccorum & in clericis, sed circumscripta consuetudine. Amad. de sindic. numero 96. Vbi reprobato Angel. de malefic. in loco infra allegando dixit consuetudinem Aretij ludendi in festo NATIVITATIS esse contra bonos mores, nutritiuam peccati, & non seruandam. Pract. Corrad. rubr. de lusoribus, num. 14. in 2. limitatione. Summa Angel. in verbo ludus, num. 2. versic. sexto ratione temporis. Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *ludus*, in fin. vers. limita tamen, vbi, quòd nec statutum potest permittere ludum tempore feriato in honorem Dei.

136 Contra faciunt scripta per Imol. in cap clerici, il 2. num. 12. in fin. extra de vita, & honest. clericor. vbi loquens de festiuitatibus Natiuitatis Domini Nostri, dicit, quòd stante consuetudine ludendi in illis diebus, quamuis tunc esset potius diuinis, quàm ludo vacandum. Idcirco amissum in ludo non repetitur. & idem ibidem scripsit Card. Zabar. col. penul. in fine, versic. sed de consuetudine generali. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 58. vbi videtur admittere consuetudinem ludendi in festiuitatibus Natiuitatis D. N. & videtur de mente Steph. Costæ in tract. de ludo, art. 3. post nu. 5. & Troil. Maluat. in tract. de fortib. par. 2. nu. 11. vbi declarat dummodo non interueniat blasphemia, aut aliud malum accidēs, per quòd ludus prohibetur.

Capra conclus.86.num 44. Vbi hanc admittit opinionem præsuppositâ consuetudine. Ang. de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, nu.26 in fin. Vbi, quòd stante consuetudine, prout dicit esse in ciuitate sua Aretij ludendi in festo Natiuitatis, tunc si quis vicerit non tenetur ad restitutionem, nec in foro ciuili, nec in foro pœnitentiali. Summa Siluestrin. quæ tamen loquitur de ludo pilæ, aut aliàs permisso, in verbo *ludus*, nu.2. vers. septimo ratione temporis.

LIMITA V. quia in ludo etiam permisso, illo scilicet, qui consistit aut in exercitatione, aut in ingenio licitū est ludere recreationis, & virtutis gratia. Vnde secus in eo, qui cupiditate vincendi ex auaritia, & animo alium spoliandi ludit, sicut enim causa recreationis facit licitum & permissum ludum, aliàs prohibitum, vt suo loco dictum est, ita & è contra causa auaritiæ, & cupiditatis facit illicitum, & prohibitum ludum, aliàs licitum, & permissum, siue ludentes sint clerici, siue etiam laici, secundum Florian. in l.quòd in conuiuio.§.si seruus, num.2. vers.non animo virtutis.ff.de aleæ lusu, & aleator. & ibi post num.4. vbi, quòd animus spoliandi præsumitur in eo, qui alium prouocat, & inuitat ad ludendum (quòd vltimum non credo verū) Adden. ad Salyc. in Authen. tria interdicimus, litera A, ad finem additionis. C. de Episc. & cleric. Imol. in l.si quis cum sciret, post num.5. versic. quòd intellige, nisi causa auaritiæ ff pro emptore, & in cap.clerici, num.13. col.5. post princ. in simili, vers. quòd intellige, extra de vita, & honest. cleric. & ibi etiam Card. Zabarell. post num.11. colu. penult. ante medium, vrs. item si quis induxit alium. Abbas num. 12. vers. non tamen debet quis se exercere. Marian. Socin. in cap. inter dilectos, num.28 de excessib. Prælator. Paris de Put. in tract. de ludo, num.5. versic. vnde ludus, qui fieret causa cupiditatis. Paris de Put. in tracta. de de ludo, num.5. vers. vnde ludus laicis, & clericis. Caccialup. in eodem tract. de ludo, post num.8. in princ. & in vers. ludus autem qui fieret cupiditatis causa, & num. 27. post med. vers. item scias. Steph. Costa de ludo, nu.25. vers. quòd tamen, in 2. artic. & ibidem num.27. vers. ex quibus omnibus, artic.2. & num.3 vers. nec non etiam. Troil. Maluat. in tract. de sortibus par.2. nu.10. versic. item verum, & nu.22. vers. fallit secundo. Capra conclus.86. nu 18 & 23. Aug. ad Angel. de malefi. in verbo *Metidor de mali dati*, num.2. versic. limita tamen prædicta. Pract. Corrad. rubr. de lusor. nu. 13. in fine, vers. quinto limita. Summa Angel. in verbo *ludus*, num.2. versic. quinto ratione cupiditatis, qui omnes communiter etiam dicunt, quòd sic ex auaritia, & cupiditate lucrandi ludentes, & vincentes tenentur restituere, de quo dixi generaliter infra, num.182.

ARGVMENTVM.

De retinente ludum domi, quando, & quas pœnas incurrat.

SVMMARIVM.



Etinens domi suæ ludum extra ordinem, et arbitrio iudicis puniri potest, nu. 137. Contra, nu.138.

Retinens domi suæ ludum vocatur in iure quandoq; susceptor ludi, & quandoq; aleator, num.139.

Verberans retinentem domi suæ ludum nulla pœna punitur, nu.140.

Furtum factum illi, qui domi suæ ludū retinet impunibile est, nu.141. & seq. Vbi ampliatur etiam in furto facto retinenti ludum pila, in quo magna quantitas pecuniarum luditur.

Retinenti ludum pro re sibi furata recuperanda denegatur non solum actio criminalis, sed etiam ciuilis, num.143. & 144. Vbi tamen, quòd datur rei vendicatio.

Furtum, seu damnum factum retinenti ludum impunibile est, etiam quòd sit factum ab alio, quàm à lusore, num.145.

Accommodantes ad ludendum taxillos, vel tabulerium puniuntur, num.146.

Ementes, & vendentes barattarias puniuntur, num.147.

Accommodans scienter domum ad ludendum punitur, & tenetur ad restitutionem amissorum in ludo, num.148.

Domus in qua luditur prohibito ludo, publicatur & fisco applicatur num. 149. & seq. Vbi etiam quid si domus non spectat ad susceptorem ludi, sed ad alium.

Retineri domi suæ ludum prohibitum est, lucri causa, secus si detineatur causa recreationis, & sine lucro, nu.151. Licèt alij contra, num.152.

Verberare susceptorem ludi impunibile est, quando id fit occasione ludi, secus si alia occasione, nu 153.

Furtum factum aleatori, tunc demum impunibile est, quando illud est factum tempore ludi, secus si alio tempore, num.154.

Damnum, & iniuria illata aleatori puniri non possunt, quando illata sunt tempore ludi, secus si alio tempore, num.156. Contra, num.155.

Furtum factum aleatori impunibile est, quando illud factum est in domo ipsius aleatoris, secus si in alio loco, num.157.

Damnum & iniuria illata aleatori non punitur vbi inferatur in loco ludi, secus si in alio loco, num.159. Contra, num.158.

Retinens domi ludum punitur, quando consuetus est sic ludentes in sua domo recipere, aliter secus, num.160.

Retinens domi suæ ludum ignoranter, & non scienter non punitur, num.161.

Furtum commissum in domo susceptoris ludi impunibile est in re ipsius susceptoris: Vnde secus si fuerit furata res alterius, nu.162.

Furtum factum inter collusores punibile est, num. 163. Declara, vt num 164.

Lusores si inter se vim intulerint non permissam ex natura ludi puniuntur, num.165. Contra, nu 166. Et quid si in ludo permisso, vt puta colluctatione vnus alterum percutiat, nu. 167.

Retinens domi ludum licèt impunè possit verberari, non tamen potest grauiter offendi, vulnerari, aut occidi, nu. 168. & seq.

Iudex ex officio an possit agere pro iniuria, seu furto facto retinenti ludum, num. 170

Retinens domi suæ ludum licitum, & permissum non punitur, numero 171.

Domus in qua luditur si sit alicuius pupilli, viduæ, aut alterius miserabilis personæ non publicatur, num 172.

Taxillos facientes, ementes, & vendentes non puniuntur, num. 173. & seq. Vbi an mortaliter peccent.

QVÆST. CIX. PAR. IIII.

137 EGVLA sit, quòd retinens domi ludum, vltra domus publicationem, & quòd impunè ei potest damnum, & iniuria inferri, videtur adhuc alia extraordinaria pœna puniēdus. Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, nu.3. vers. item puniuntur alia pœna extraordinaria. & nu.13. & 16. in fin. allegat text. in Authen. aleatorū vsus credo velit dicere in l.fin. C. de relig. & sumpt. funer. in versic. Non solum. (Qui tex ni fallor, nihil dicit ad propositum) Angel. de malefic in verbo *Metidor de mali dati*, num.6. vers. potest etiā mulctari, allegat tex. in l.1 § fina. ff. de aleator. qui tex. licèt loquatur in compellente aliquem ad ludendum, adhuc tamen dicit procedere etiam in retinente domi ludum, qui aliquo modo, & compulsor dici potest ex rationibus ibi per eum allegatis. Amad de sindic. num.95 in fine, versic. postremo. & c. Iodoch. in pract. crimin. cap.116. num.12 & 13. Pract. Corrad. rubr. de lusor. nu. 5. in fin. in quinta ampliat. vbi sequitur Ange. de malef. in loco præcitato, reprobato ibi Ang. in additione contrarium tenente Summa Ange. in verbo *ludus*, num.9. versic. vnde generaliter intelligo. Summa Siluestr. in eodem verbo *ludus*, num.9. versic. quarto quia. Bonacoss. in quæst. crimin. in verbo *ludus*, vers. Statutum loci, in fin. faciunt scripta per Ioannem Bonif. in tracta. de furtis. §. 10. num. 86. vbi dixit, quòd qui domum, vel alia necessaria ad ludendum præbent publici hostes appellantur, & magis delinquunt, quàm lusores. Anton. Scapp. in tracta. de iur. non scripto c. 167. num. 3. & vide in proposito Vrbis bannimenta edita de anno 1591. num.7. in quibus retinentes barattarias, & biscazzas, (vt illorum verbis vtar) puniuntur pœna triremium per quinquennium. Et vide etiam bannimenta status Ecclesiastici edita de anno 1599. c.7. vbi magis generaliter

ter retinentes non ſolum barattariam,ſed etiam ludum,pœna pecuniaria plectuntur,ſi non aſſiduè, & cõtinuè ludum retineant,ſi verò aſſiduè, & continuè ita quòd dici poſſit, eos quodammodo de hoc artem facere, puniuntur vltra domus publicationem pœna infamiæ, & perpetui exilij, vt ibidem cap.9.

138 Contrarium, quòd retinens domi ludum non alia pœna,quàm quòd poſſit ei impunè damnum,& iniuria,ac furtum fieri, vt mox dicam, puniri debeat, dixit ſibi magis placere Marian.in cap.inter dilectos,num.75.& ſeq.de exceſſib. Prælator. Nec ab iſta contraria opinione diſcedere videtur Auguſt. ad Ang.de malef.vbi ſupra, num. 9. vbi propterea eiuſdem Angeli opinionem nimis rigoroſam,& non veram credidit, & conſentit Menoch. de arbitrar. quæſtion.lib.2.caſu 399.num.16.

139 Illum autem, qui ludum domi retinet iura quandoque vocarunt ludi ſuſceptorẽ,& quandoq; etiam aleatorem,vt in l.1. §.item notandum. ff. de aleæ luſu, & aleator.Odofred.in rubr.eodem tit. verſ.& aleator dicitur, & in dicta l.1.col.2.ante nu.1.in verbo *ſuſceptorem*,Azzo in ſumma.C. de relig.nu.28. Boniſ.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi,n.3. verſ.alearius autem, vbi retinẽtem ludum etiam alearium vocat.Paris de Put.in tracta.de ludo, num 4.& 46.verſic. aleator dicitur.

140 AMPLIA I. huius quartæ partis propoſitam regulam, vt verberans illum in cuius domo luditur aut aliam iniuriam inferens in eum,nulla pœna punitur, tex.expreſſus in l.1.in princip.& in rubr. ff.eodem, & num.2.& in d. §.notandum, num.3.Odofred.in eadem l.1.in princip.vbi referendo verba edicti Prætoris, dicit, *ſi quis aleatorem occaſione ludi verberauerit, benedicatur à Deo, & iudicium non dabo*,& ibi etiam Florianus, num.1.Salycet.in l.fin.num.2. verſ.& nota,quòd iniuria.C.de religioſ.& ſumpt.funer.& ibi in addit.litera B.Ioan.Andr.in c.clerici,il 2,num.13.in fin. verſ.& ſi percutiatur,extr.de vita, & honeſt.cleric.& ibi etiam Imol.poſt num.16. Card.Zabarell.poſt num. 11. verſ.& ſi percutiatur miniſtrator. Azzo in ſumma.C.de relig.poſt num.28. Archid.in c.Epiſcopus, num.3. verſ.& illud verum, diſtin.35. Et ibi etiam Præpoſit. Alexandr.nu. 4.in fine, verſic.& ideò etiam. Marian.Socin.in cap.inter dilectos,num.72. verſ.ſed ſi quis illum, de exceſſib.Prælator. Boniſ. de Vitalin. in tit.de ludo azardi, num.2.& 11. Paris de Put.in tract.de ludo, num.1.in fine,& 46.in prin. & in fine princ. Vbi teſtatur ſe ita aliàs iudicaſſe in ciuitate Neapolis in caſu, in quo receptatori ludi in Platea Portus fuit datum Tabularium in faciem, nu.48.verſ.fallit in aleatore. Caccialup.in tract.de ludo, num.65.Capra concluſ.86.num. 68. Ang.de maleſ.in verbo *Metidor de mali dati*,num.6. Amad.de ſindic.num.95.verſic.alia pœna erit. Iodoch.in pract.crim.c.126.num. 10. Summa Ang.in verbo *ludus*, nu.9.Summa Silueſtr.in eodem verbo *ludus*, nu. 9.verſ.ſecundo quia. Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 399.nu.23.& caſu 400.num.16.

141 AMPLIA II. vt furtum factum illi, qui domi ſuæ ludum retinet impunibile ſit, tex.expreſſus in l.1.in princ. in §.item notandum.ff de aleæ luſu, & aleator. Alberic.in rubr.ff.eodem num.2.& in §.item notandum,num.3. Odofred.in eadem l.1.§.in principio.vbi referens verba prætoris dicit, *ſi quis aleatori furtum fecerit, benedicatur à Deo, meum iudicium non dabo*. Et ibi etiam Florian. num. 1.& 5. in fine, vbi refert Raineriom atteſtantem ſaluaſſe quemdam ſcolarem, qui in domo cuiuſdam libros luſerat, ipſi conſulendo,vt iret illuc iterum ad ludendum,& furaretur ſibi aliquid, prout furatus fuit, & licèt pro furto fuerit accuſatus, obtinuit tamen per iura prædicta abſolutionem.Salyce. in l.final.num.2.C.de relig.& ſumpt.funer.& ibi in addit.litera B.Addent.ad Bal.in l.aduocatam. Azzo in ſumma. C.de relig.poſt num.28. Archid.in cap.Epiſcopus,num.3.verſic.& illud verum, diſtinctio.35 Marian.in cap.inter dilectos, num. 72. verſic. ſed ſi qui illum, de exceſſib.Prælator. Paris de Puteo in tract. de ludo, num.46. Caccialup. in eodem tractat. de ludo, num. 65. Angel. de maleſic.in verbo *Metidor de mali dati*, num.6. verſ. item patitur alias pœnas. Amad.de ſindic.num.95.verſic.item ſi tempus.Iodoch.in pract.crimin.c.126. num.9. Pract.Corrad. rubr. de luſor. num. 5. verſic. ſubamplia etiam.Summa Ange.in verbo *ludus*, num.9.verſic.tertio, quòd ſi fuerit ei aliquid ſubtractum.Summa Silueſtr.in eodem verbo *ludus*,num.9.verſic.tertio quia. Foller.in pract.cenſual.in verbo *Nicolaus Epiſcopus*, num.211.in fin.& ſeqq.vbi ampliat etiam in furto facto, vbi reddit rationem. Menoch. dicto caſu 399.eodem num.23. Burſat.conſ.116.num.1.&

142 ſeqq. Vbi ampliat etiam in furto facto retinenti ludum pilæ,in quo magna quantitas pecuniarum luditur,nec ab ea diſſentit Claud.ad Bertazz. conſ.379. litera B.Ioan.Boniſ. in tract.de furtis.§.10.num.85.

143 AMPLIA III. vt non ſolum denegetur Domino domus,in qua luditur,actio pœnalis, & criminalis contra eum,qui ſibi vim, & damnum intulit, ſed etiam denegetur actio ciuilis ad reſtitutionem rei, tex.expreſſus, quem ſic intelligunt Doctores in l.1.§.quòd autem.ff.de aleæ luſu, & aleator.& ibi gloſſ.in verbo *ſimpliciter*, Odofred.in princip.& Florian.num. 1.& ſeqq. vbi latè exornat rationem huius concluſionis poſitam in d. §. quòd autem Azzo in ſumma.C.de relig.num.28. verſic.idem dico in conditione furtiua. Marian.in cap.inter dilectos, num.72.in fine, verſic.immò etiam rei vendicatio, de exceſſib.Præla-

144 tor. Paris de Put.in tract.de ludo, num.46.in princip. Vbi tamen, quòd datur rei vendicatio, de quo vide Menoch. de arbitrar. quæſt.lib.2. caſu 399.poſt num.23. Caccialup. in tract.de ludo num.65.Angel.de maleſic.in verbo *Metidor de mali dati*, num. 6. verſic. item patitur alias pœnas. Amad.de ſindic. ſub num.95. Cœpoll. caut. 55. ſi aliquis ſcolaris,num.1. Pract.Corrad.rubric.de luſoribus, num.5. verſic.ſubamplia etiam.Summa Ange.in verbo *ludus*,poſt num.9.

145 AMPLIA IIII. vt impunibile ſit damnum,furtũ,& iniuria illata Domino domus ludi, etiam quòd hæc inferens luſor non fuerit, text.in dicta l.1.§. item notandum, ibi licèt luſor non fuerit.ff.de alæ luſu,& aleator.& ibi Alberic.nu.3.Marian.in c.inter dilectos, num.72. ad finem, verſ.licèt luſor non fuerit,de exceſſib.Prælator.Caccialup. in tract.de ludo,nu.65.verſ.ſiue à quocumque alio, vbi teſtatur ſe ita aliàs defendiſſe quendam militem Poteſtatis ciuitatis Aquilæ, qui rapuit luſori totam pecuniam,quàm habebat in manibus, & ante ſe, & nu.7. verſ.ſiue furtum fiat de luſoribus, ſiue ab alio. Summa Angel.in verbo *ludus*,poſt nu.9.Summa Silueſtrin.in eodem verbo *ludus*,nu. 9.verſ.tertio quia.

146 AMPLIA V. vt etiam puniantur commodantes ad ludendum taxillos,vel tabularium, Boniſ.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi,num.16.Paris de Put.in tract.de ludo, num.66.in fine, verſ.commodans taxillos,aut aleas,vbi,quod tenentur ad reſtitutionem amiſſorum in illo ludo,quod & idem voluit Caccialup. in tract.de ludo, num.53. verſ.ſecundo,quòd is, & vide bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici edita de anno 1599. c.7. vbi eadem pœna puniuntur luſores ad cartas,& ad taxillos, & commodantes dictas cartas,& taxillos ad ludendum.

147 AMPLIA VI. vt ementes,& vendentes barattarias, æquè teneantur, ac illi qui in eorum proprijs domibus ludum retinent, ſecundum Marian. Socin.in cap.inter dilectos ſub num.58.& 61.extr.de exceſſ. Prælator. Salyc. in l. fin.num.2.verſ.& intellige. C.de relig.& ſumpt.funer. vbi de conductoribus barattariæ. Paris de Put.in tract.de ludo,num.67.Caccialup.in eodem tract.de ludo, num.13.in fin.verſ.tertius;quòd vendentes, qui præcipuè loquuntur, quoad reſtitutionem pecuniarum amiſſarum.

148 Sic & commodans ſcienter domum ad ludendum punitur, & tenetur ad reſtitutionem amiſſorum in ludo, ſecundum Boniſ.de Vitalin.in tit.de ludo Azardi,nu.16.argum.tex.in l.qui domum. ff.de adulter.ſequitur Paris de Put.in tract.de ludo, num. 66. in fin.verſ commmodans. Caccialup.in eodem tract.de ludo, num.53.verſ.ſecundo, quòd is. Viu.opin.470.nu. 3. Nec diſſentiunt bannimenta ſtatus Eccleſiaſtici edita de anno 1599.cap.7.

149 AMPLIA VII. vt domus, in qua luditur etiam fiſco applicetur,l.fin.§. ſed iſtam, ibi, *domibus eorum publi-*

catis vbi hæc reperiuntur: C.de relig.& sumpt.funer.Bonif. de Vitalin.in titu.de ludo Azardi, num.3.13.& 14.vbi tamen videtur dubitare de hac conclusione,ex quo hodie bona non publicantur. Paris de Put.in tract. de ludo, nu.45. in fine,vers.licèt dicatur. Caccialup.in eodem tract.de ludo,num.64.versic.alia pœna. Angel.de malefic. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 5. Amad. de sindic. num. 95. Iodoch.in pract.crimin cap.126.num.8.Pract.Corrad.tit. de lusor.num.5.in 4.ampliatione. Summa Angel.in verbo *ludus*,num.9.Summa Siluestr.in eodem verbo *ludus*, num. 9.Ioan Bonif.in tract. de furtis, num. 86. Nec dissentiunt bannimenta generalia status Ecclesiastici edita de anno 1599.cap 9.quæ tamen loquuntur in eo, qui domi suæ ludum retinet continuè,faciendo quodam modo huius exercitij artem.

150 AMPLIA VIII. vt quamuis domus,in qua quis retinet ludum, non spectet aliquo pacto ad susceptorem ludi,adhuc tamen leges contra eundem ludi susceptorem locum habere videntur,& procedere, ex quo sufficit sola habitatio ad text.in d.l.1.§.domum autem.ff.de aleæ lusu, & aleator. & ibi gloss.in verbo *Domum*, vbi in simili allegat tex.in §.domum autem.ff.de aleæ lusu,& aleator.& in l.qui domum,& in l.nec in ea re.§.sed domus.ff.ad l.Iul.de adulter. Odofred.in d.l.1.ante num.1.in verbo *quandocumque*, Salycet.in l.fin.num.1.in fine, vers.& accipitur domus.C. de relig. & sump. funer. Azzo in summa. C.eodem, num. 28.ad finem,vers.domus autem. Iodoch in pract.crimin. cap.126. num. 8. & in hoc vide Vrbis bannimenta edita de anno 1591. cap. 7. Vbi si domus, in qua luditur erat aliena adhuc publicatur,si dominus sciebat, quod in ea ludebatur,si verò ignorabat domum non amittit, sed ad illius valorem retinens ibi ludum condemnatur, & vide etiam bannimenta status Ecclesiastici edita de anno 1599. c.9.ex quibus sumpto argumento à contrario sensu, videtur colligi non publicari domum,nisi sit sua ipsius retinentis ludum in ea.

151 LIMITA I. propositam huius quartæ partis regulam sic vt supra ampliatam, vt retinere domi ludum improbatum sit,quando retinetur lucri,& emolumenti causa; tunc enim benè procedunt omnia Statuta in odium susceptoris ludi,de quibus supra, secus autem in retinente ludum non lucri causa, sed recreationis, & absque vlla prorsus lucri, aut emolumenti spe, sic enim præsupponit glo.in l.1.in 1.glos. ff.de aleæ lusu, & aleator. ibi, *causa sui emolumenti, &c.* & ponit exemplum in caupone,qui in sua caupona ludum retinet, vt inde maior vini quantitas vendatur. Alberic. ibidem in princ.num.1.vbi propterea aduertit ex hac glossa multum excusari volentes ludum, & inde infert ad Statutum puniens tenentes ludum, vt scilicet debeant declarare si lucri causa;aliter secus;& benè dicit, quoniam omnia Statuta recipiunt à iure communi interpretationem passiuam.Florian.num.1.in verbo *susceptore*, Salyc.in l.fin.num.2.vers. & intellige. C. de relig.& sumpt. funer. vbi ponit exemplum in conductoribus barattariæ, de quibus dixi supra num.147.Adden.ad Bonif. de Vitalin.in tit.de ludo azardi litera A.vbi de viro nobili,qui recreationis causa domi ludū retinet. Paris de Put. in tract.de ludo,num.46.versic.aleator dicitur, in princ. Capra conclus.86.num.69. Vbi benè. August.ad Ang.de malefic.in verbo *Metidor de mali dati*, num.8.Pract.Corrad.rubr.de lusor.num.5.ante medium,& propterea bannimenta Vrbis emanata de anno 1591 cap.7.puniunt retinētes barattarias,& biscazzas(vt illorum verbis vtar)quę in lucrum sonant tacitè, sentientes contrarium, ni fallor, lucro cessante.

152 Quamuis contrarium,φ retinentes domi ludum gratis, & sine emolumento adhuc puniantur, videatur de mente Parid.de Put.in tract.de ludo, nu.46.in fin.dum reiecit distinctionem illorum, qui dicebant, φ receptans ludum gratis non punitur, secus si non gratis; vtroque enim casu, inquit ipse odio ludi videtur hoc prohibitum. Nec dissentit Caccial.qui testari videtur de veriori opinione in eodem tracta.de ludo,nu.66. Vbi etiam post Parid.de Put. in loco præcitato, & Aret.in l.1.ff.de aleæ lusu, & aleator. ponit exemplum in scolari, qui receptabat lusores in domo sua, & pecuniam pro candela recipiebat.

153 LIMITA II. vt tunc demum impunè liceat verberare ludi susceptorem,& furtū illi facere, qn̄ scilicet damnum, seu furtum, & iniuria illata retinenti ludum in domo sua prouenit occasione ludi, tunc quidem impunibile est,secus autem si alia occasione,prout vr̄ de mente glo.in 1.glo. ff.de aleæ lusu, & aleator. Vbi exemplificat, qn̄ hæc fiūt ex causa emolumenti,qđ ex ludo percipit Dn̄s domus. Et ibidem gl.in verbo *quandocumque*, Vbi pariter ponit alia exempla, de quibus etiam per Odofred. ibidem nu.1.& 2. de susceptor. & aleator. dicens durum sibi videri aliter dicere,φ scilicet ēt sine causa, & occasione ludi possit susceptor,& aleator verberari,eiq; damnum inferri,ac furtum fieri.Salyc.in l.fi.nu. 2. C.de relig.& sumpt.funer.Azzo in summa.C.de relig.nu.28. vers.si autem non illa occasione. Paris de Put.in tractat.de ludo,nu.46.in princ.Caccialup. in eodem tract.de ludo,nu.65. vers.dum tamen occasione ludi, post nu. 70. eodem vers. dum tamen occasione ludi. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post nu.6. vers.quòd ego intelligo procedere.August.ad Ang.de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num.8.in fin.Amad.de sindic.sub num.95.vers.dum tamen occasione ludi.

154 LIMITA III. vt tunc demum furtum aleatori factum impunibile sit, quando illud factum fuit tpe ludi,secus si alio tempore. Ita probat text.in d.l.1.in princip.ff.de aleæ lusu,& aleator.in illis verbis: *siue quid eo tempore, &c.* & in §.item notandū in illis alijs verbis; *& eo tempore, quòd alea ludebatur*, & ibi glo. in verbo *& eo tempore*, Azzo in summa.C.de relig.& sump.funer.nu.28.vers.sed & si quid ei furtum domi, & vers.si autē non fiat ei furtum in illo loco, vel illo tpe,quo luditur.Odofred.in d.l.1.col.2.in prin. ante num.1. vers.vel si furtum factum fuit eo tēpore, &c. & vers. & eo tempore quo luditur furtum ei fieri, in fine principij,& nu.2.in fine in simili, vers.& eo tempore,quo luditur.Bar.in eadem l.1.in princip.vers.furari non potest, nisi tempore quo luditur. Et inde infert, quòd volens se excusare à furto facto aleatori, non solum debet probare furtum factum fuisse tempore,quo is retinebat ludum,sed etiam,quòd furatus fuit tempore, quo ludebatur. Bonif. de Vitalin.in titu.de ludo Azardi, num.12.Paris de Put.in tracta.de ludo sub nu.46.vers.ideo debet probari.Caccial. in eodem tract. de ludo, num.65. vers.præterea tempore, quo luditur,& num.70.vers.vno tamen tempore, & loco ludi,& vers.si verò aleatori. Ang.de malef.in verbo *Metidor de mali dati*,nu.6.vers.item patitur alias pœnas. Amad. de sindic.nu.95.vers.item si tempore,quo luditur.Iodoch. in pract.crim.c.126.num.9.Summa Angel.in verbo *ludus*, post num.9 Foller.in pract.cens. in verbo *Nicolaus Episcopus*,num.211.in fine. Ioann.Bonifac.in tract.de furt.§.101 num.85.

155 SVBLIMITA hanc tertiam limitationem, vt procedat,prout loquitur in furto facto aleatori, quod vt dixi impunibile non est, quando illud factum est extra tempus ludi,secus autem in damno, & iniuria illata aleatori, quæ impunibilis est, etiam quòd illata fuerit non tempore ludi. Ita enim probare videtur tex.in d.l.1.§.item notandum, in verbo *Et quandocunq;*,ff.de aleæ lusu,& aleator. Azzo in summa.C.de relig.& sumptib.funer.num.28.versic.hic autem odiosus est. Odofre.in dicta l.prima,num.2.in fine, versic.Vbicumque, & quandocumque potest impunè verberari.Caccialup.in eodem tracta.de ludo, num.65.& 70. versic.aleatorem,&c. (vbi aduerte,quòd in vltima impressione deficit dictio, *non*, errore impressoris)Angel.de malefic.in verbo *Metidor de mali dati*, num. 6. Amad.de sindicat.num.95. versic.alia pœna erit. Pract. Corrad. rubr. de lusor.num.5.ad med.Summa Siluestrin.in verbo *ludus*, post num.9. Et hæc opinio, vt ex præallegatis apparet est communis.

156 Quamuis contrarium, quòd non liceat impunè verberare aleatorem, nisi tempore ludi, suaderi videtur ex eodem tex.in d.l.prima,in princ.ff.de aleæ lusu, & aleatorib. ponderando illa verba *siue quid eo tempore, &c.* quæ videntur referri non solum ad furtum, sed etiam ad verbera,de quibus

quibus ibi Vlpianus paulo ante mentionẽ fecerat, & eſt de mente Salycer. in l. fin. num. 2. verſ. Nota, quòd iniuria. C. de relig. & ſumptib. funer. num. 12. Et expreſsè voluit Paris de Put. in trac. de ludo, nu. 46. verſ. ideo debet probari (qui tamen allegat Azzon. & Bart. in locis præcitatis contrariũ dicentes, vt ſupra præmonui) & eſt de mente Capræ concluſ. 86. num. 68.

157 LIMITA IIII. vt tunc demum furtum factum aleatori impunibile ſit, quando illud factum eſt in domo aleatoris, ſecus ſi extra domum. Ita probat Text. in l. 1. in princ. ibi, *Domo eius ſubtractum erit*, Et in §. item notandum, ibi, *Verum furtum factum domi*. ff. de aleæ luſu, & aleatorib. ſumpto ex eo text. argumento à contrario ſenſu. Et ibi gloſ. in verbo, *Et eo tempore*, Azzo in ſumma. C. de relig. & ſumptib. funer. num. 26. verſ. ſed & ſi quia ei furtum domi, & verſ. ſi autem non fiat ei furtum in illo loco. Odofred. in d. l. 1. num. 2. in fine, verſ. & furtum ei facere ſolummodo domui, vbi retinetur ludus. Caccialup. in tract. de ludo, num. 70. verſ. vnde tamen tempore, & loco ludi, & verſ. ſi verò aleatori, &c. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 6. verſ. item patitur alias pœnas. Amad. de ſind. num. 95. verſ. item ſi tempore.

158 SVBLIMITA hanc iiij. limitationem, vt procedat, prout loquitur in furto, ſecus verò in alio damno, & iniuria illata aleatori, quæ impunibilis videtur vbicumque inferatur, etiam extra locum ludi; Ita etiam probare videtur tex. in d. l. 1. §. item notandum, in verbo *vbicumque*, quod videtur ſignificare in omni loco. ff. de aleæ luſu, & aleato. Azzo in ſumma. C. de relig. & ſumptib. funer. num. 28. verſ. hic autem odioſus eſt. Odofre. in dicta l. prima, in princ. colum. 1. verſic. ſi aleator eſt verberatus, & colum. 2. ante num. 1. in princ. in verbo *vbicumque*, & num. 2. in fine, verſ. Nam verberari vbique poteſt. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 46. Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 65. & 70. verſ. & etiam in loco vbi non luditur. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 6. Amad. de ſindic. num. 95. verſ. Tertia pœna erit. Pract. Corrad. rubr. de luſorib. num. 5. ad medium. Summa Angel in verbo *ludus*, num. 9. Summa Silueſtrin. in eod. verbo *ludus*, poſt num. 9. Et hæc opinio, vt ex præallegatis apparet eſt communis.

159 Quamuis contrarium, quòd non impunè verberari liceat aleatorem extra locum ludi, ſuaderi videtur ex Tex. in d. l. 1. in princ. ff. de aleæ luſu, &c. ponderando ibi illa verba *Domo eius*, quæ videntur referri non ſolum ad furtum, ſed etiam ad verbera, de quibus paulo ante Vlpianus dixerat. Et ibi gloſſ. in §. item notandum, in verbo *vbicumque*, declarat illud verbum *vbicumque, vbi ludant*. Ergo ſecus videtur, vbi non luditur, & ſic extra locum ludi.

160 LIMITA V. Vt retinens domi ludum puniatur, vt ſupra dummodo aſſiduè, & continuè illum retineat, & ſic dummodo ſit conſuetus ludentes in ſuam domum recipere, aliter ſecus; ſic enim expreſsè declarat glo. in l. prima, in princip. in prima gloſ. ff. de aleæ luſu, & aleatorib. Nec diſſentiunt Odofred. in rubr. ff. eodem, in verſiculo, & aleator dicitur, vbi dixit aleatorem propriè dici eum, qui ex conſuetudine ludum domi ſuæ retinet: ergo ceſſante conſuetudine ceſſat nomen aleatoris. Et idem etiam dixit Florian. in d. l. 1. in princ. num. 1. in verbo *ſuſceptorem*, & num. 2. vbi propterea infert non dici ludi ſuſceptorem, qui ſemel tantum domi ſuæ ludum retinuit, faciunt ſcripta per Abb. in c. clerici, il 2. num. 11. de vita, & honeſt. clericor. Vbi accipiendo aleatorem pro luſore, dixit aleatorem non dici eum, qui ſemel, vel bis ludit, de quo etiam dixi ſupra nu. 102. Azzo in ſumma. C. de relig. & ſumptib. funer. nu. 28. verſ. Nam ſecus puto, vbi de eo, in cuius domo incidenter luditur, ſequitur Paris de Put. in tract. de ludo, nu. 46. ſub verſ. aleator dicitur, & Caccialup. in eodem tract. de ludo, num. 66. & verſ. & eſt aduertendum (vbi tamen videtur dubitare de hac declaratione.) Ad quæ vide benè explicantem Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 399. num. 17. & ſeqq. vbi etiam infert ita eſſe intelligendam Conſtitutionem Mediolani, punientem eos, qui in eorum domibus ludi permittunt.

161 LIMITA VI. Vt retinens ludum non puniatur in publicatione domus, nec in alia pœna, niſi ſcienter ludum ipſum domi ſuæ retinuerit. Boniſac. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, num. 10. Paris de Put. in tractat. de ludo, num. 45. in fine, verſ. licèt dicatur. Caccialup. in eodem tract. de ludo, nu. 64. in fine, verſiculo, quòd intellige. Angel. de maleſic. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 5. in fine, verſic. Et idẽ ſi Dominus domus licèt ſit maior, qui ignoret, &c. Et ibi Auguſt. in addit. num. 10. Amad. de ſindica. num. 95. verſ. quòd intellige. Pract. Corrad. rubr. de luſorib. poſt num. 5. Nec diſſentiunt bannimenta Vrbis edita de anno 1591. cap. 7.

162 LIMITA VII. id, quòd dixi in ſecunda ampliatione de impunibilitate furti commiſſi in domo ſuſceptoris ludi, vt procedat ſi furtum committatur in re ipſius ſuſceptoris, vnde ſecus ſi in re alterius, ſecundum gloſſ. in l. prima, in princip. in verbo *ſubtractum*, ff. de aleæ luſu, & aleatorib.

163 LIMITA VIII. quia furtum factum inter colluſores punibile eſt (licèt punibile non ſit factum retinenti ludum.) text. expreſſus in l. prima. §. ſi rapinam, & ibi declarat glo. in verbo *quamuis*, & Alberic. num. 2. Odofred. in principio, colum. 1. verſic. item Prætcr ait. Florian. num. 1. ff. de aleæ luſu, & aleatorib. Azzo in ſumma. C. de relig. num. 28. poſt medium, verſiculo colluſores autem. Archidiac. in c. Epiſcopus, numero 3. verſiculo ſecus ſi colluſores, diſtinctio. 35. Marian. Socin. in cap. inter dilectos, numero 72. de exceſſibus Prælator. Caccialup. in tractat. de ludo, numero 65. in fine, verſiculo, quando verò colludentes. Stephan. Coſta in eodem tractatu de ludo, artic. 3. numero ſecundo.

164 Fallit, quando vnus ex ludentibus amiſit aliquam pecuniarum quantitatem cum altero: Nam tunc licitum eſt ei eãdem rem, vel pecuniam amiſſam, aut tantundem eidem colluſori furari. dixi infra nu. 188.

165 LIMITA IX. Quia ſi colluſores inter ſe vim intulerint non permiſſam ex natura ludi tenentur, & puniuntur, ſecundum Marian. in cap. inter dilectos, num. 22. verſic. & ſimiliter ſi vim intulerunt, & num. 77. de exceſſ. Prælat. Paris de Put. in tract. de ludo poſt num. 46. verſic. ſecus. Vbi colluſores ſe offenderunt, & num. 48. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 70. Odofred. in l. 1. §. ſi rapinam in princ. colum. 1. verſ. item prætor ait, ff. de aleæ luſu, & aleat. Vbi loquitur de iniuria a colluſoribus inter ſe inuicem illata. Menoc. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 399. num. 15. Vbi de homicidio ſequuto inter colluſores & caſ. 400. nu. Vbi etiam de vulneribus inuicem inter colluſores illatis. Bonacoſſ. in quæſt. crim. verbo *ludus*, verſ. Statutum dicit. Vbi de ludentibus ſe inuicem impellentibus, & crus, vel quid ſimile ſtudioſè frangentibus ex Bal. in l. ſi ex plagis, §. cum pila, ff. ad l. Aquil. C. loquitur tamen in ludo permiſſo.

166 Contrarium videtur voluiſſe Bonif. de Vitalin. in titu. de ludo Azardi, num. 7. verſ. & ſic videtur. Vbi quòd ribaldi inter ſe percutientes ſe occaſione ludi manibus, non poſſunt ſe inuicem accuſare de iniuria facta, niſi offenſio fuerit grauis, prout dixi in ſimili de retinente ludum in ſequenti limit. Iodoch. in pract. in crim. cap. 126. num. 6. in fine. Vbi quòd non datur actio pro iniuria illata inuicem inter colluſores.

167 In ludo autem permiſſo, prout eſt colluctatio, pila, aut ſimilis ludus ſi vnus colluſor, alium colluſorem, ſeu etiam extraneum ſpectatorem, ſeu tranſeuntem caſu, & ſine dolo offenderit non punitur, quod an verum ſit & quando ac de materia, Vltra ea, quæ dixi in titu. de homicidio quando pertractaui materiam homicidij culpoſi, & caſualis vide Parid. de Put. in tract. de ludo, num. 48. & 54. Caccialup. in eo. tract. de ludo, num. 70. verſ. illud tamen eſt bene notandum.

168 LIMITA X. In graui offenſione, ludi enim receptator poteſt impunè offendi, eique damnum & iniuria inferri, hoc eſt verberari, prout dicit tex. in l. 1. ff. de aleæ luſu, & aleator. Verberari autem quando quis dicatur probat tex. in l. Cornelia, §. inter pulſationem, ff. de iniur. Vnde ſecus ſi alia grauiori offenſione, quam ſint verbera, offenderetur,

deretur, quia tunc offendés pro excessu punitur secundum Marian. in c. inter dilectos, nu. 77. & seq. de exces. Prælat. Bonif. de Viral. in tit. de ludo Azardi, nu. 7. in fi. vers. Nisi grauiter deliquerit Paris de Put. in tract. de ludo, nu. 46. versic. si tamen fieret sibi grauis offensa. Caccialup. in eod. tract. de ludo, nu. 70. vers. Quando verò. Menoch. de ar-
169 bitr. quæst. lib. 2. cas. 400. num. 17. Vbi de vulnerante, seu occidente susceptorem ludi, quòd punitur non tamen pœna ordinaria, sed arbitraria.

170 LIMITA XI. quia licet retinens domi ludum, non possit agere pro iniuria sibi illata, seu furto facto, non tamen per hoc videtur quod iudex ex officio agere non possit, quòd an verum sit vide remissiuè per Marian. Soc. in c. inter dilectos, num. 79. extr. de excess. Prælator.

171 LIMITA XII. In ludo licito; retinens enim domi suæ ludum licitum, non videtur puniendus, quia si ludus est licitus, ergo nec illum domi suæ retinens aliquid mali fecit, & hinc propterea inferri potest ad istos, qui in Vrbe domos conducunt, & in illis locum aptum ad ludendum ludo pilæ accommodant. Ij inquam sicut hoc facere non prohibentur etiam, quòd publicè dictas domos ad ludendum accommodent, & retineant. Ita etiam hoc iure facere posse videtur concludendum, & ita etiam seruatur de consuetudine etiam, quòd in magna quantitate ludatur. Quamuis isto casu huiusmodi ludi pilæ susceptores maximè improbentur per Bursatt. in cons. 116. num. 1. & seqq. Nec dissentiat. Claud. ad Bertaz. in cons. 379. sub litera B.

172 LIMITA XIII. Quando domus, in qua luditur esset alicuius pupilli, viduæ, aut alterius miserabilis personæ, quia tunc non publicatur secundum Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 5. & ibi August. nu. 10. Vbi declarat. Amad. de sindic. post num. 95. Iodoch. in pract. crim. d. cap. 126. eod. num. 8. pract. Contrad. rubr. de lusor, post num. 5.

173 LIMITA XIIII. In facientibus, ementibus, ac vendentibus taxillos, qui non tenentur aliqua pœna, sic enim relatis contrarijs tenent Marian. in cap. inter dilectos, sub num. 58. & 61. de excess. Prælat. Nec dissentire videtur Paris de Put. in tract. de ludo in fine, nu. 67. loquens quando aleis, & taxillis quis vti potest etiam in ludo licito, & quādo non mala mente venduntur, quod & idem voluit. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 54. vers. Quartus, quòd facientes, & nu. 5. in fine vers. Sextus casus.

174 Hos tamen mortaliter peccare scripsit. Viu. opin. 468. post num. 10. ex allegatis per eum, quos videas si tale quid dicant, & quomodo.

ARGVMENTVM.

De repetitione pecuniæ amissæ in ludo à vincente.

SVMMARIVM.



Ludens, & perdens in ludo prohibito potest amissam pecuniam repetere, num. 175.

Ludens, & vincens si victam pecuniam re ipsa nō habeat, nec etiam actionem habet pro illa consequenda, nu. 176.

Pater, seu Dominus potest repetere pecuniam amissam in ludo à filio, vel seruo, nu. 177.

Maritus potest repetere à vincente pecuniam ab eius uxore amissam in ludo, nu. 178.

Filius familias, seu seruus si ludendo vicerint aliquam pecuniarum quantitatem datur aduersus parentes, & patronos repetitio pecuniæ amissæ, quatenus tamen in eorum peculio remanserint, & ex ea pater, & Dominus fuerint facti locupletiores, nu. 180.

Officiales, & Domini terrarum non prohibentes in eorum terris ludos prohibitos, tenētur ad restitutionem eorum, quæ in ludo amittuntur in foro conscientiæ & peccant, nu. 181.

Ludens, & perdens, & si perditam pecuniam recuperare non curat, vincens tenetur in foro conscientiæ illam restituere etiam non petente, vel pauperibus erogare, quòd an verum sit & quando num. 182.

Repetitio pecuniæ amissæ in ludo datur etiam quòd ludus esset mixtus, num. 183.

Acquisita in ludo non tribuunt acquirenti nec titulum, nec bonam fidem, num. 184.

Dominium transfertur in acquisitis in ludo etiam prohibito, nu. 185.

Acquisita in ludo, an dicantur acquisita ex causa lucratiua, vel onerosa num. 186.

Filij possunt reuocare alienationē bonorum, quæ pater propter ludum dissipauit vsque ad legitimam, nu. 187.

Ludens, & perdens potest propria authoritate perditam pecuniam accipere & furari, nu. 188.

Fiscus repetit pecuniam amissam in ludo data negligentia principalis, qui repetere debebat, & non curabat, nu. 189. & seqq. Vbi an ista actio competat fisco ecclesiastico, vel sæculari.

Ludentis, & vincentis bona sunt tacitè hypothecata pro restitutione pecuniarum in ludo victarum, num. 192.

Præscriptio nulla currit aduersus ludentem, quin amissam in ludo pecuniam repetere valeat, nu. 193. Declara, vt nu. 194.

Iudæi non tenentur restituere alteri Iudæo pecuniam, quam in ludo vicerunt, secus si luserunt cum Christiano, nu. 195.

Ludens ludo permisso, non tenetur restituere pecuniam in eodem ludo victam, nu. 196.

Ludens ludo permisso habet actionem ad consequendum pecuniam, quam vicit, & non habuit, nu. 197.

Compellens per vim, seu nimiam importunitatem ad ludendum tenetur restituere pecuniam victam in ludo etiam permisso, nu. 198.

Ludens qui ad ludum attractus, & prouocatus fuit ab altero collusore, si vincit non tenetur victam pecuniam amittenti restituere, num. 199. contra num. 200. Declara duobus modis, vt nu. 201. & seq.

QVÆST. CIX. PAR. V.

175 REGVLA sit in proposita V. parte quod victo datur à vincente repetitio amissæ pecuniæ, gl. in l. 6. in vlt. glo. vers. patet ergo ex prædictis, ff. de aleæ lusu, & aleat. Vbi proponit iura contraria, & illis respondet, & est tex. expressus in l. fin. §. commodis igitur ibi. *Sed solutum reddatur, & actionibus cōpetentibus repetatur*, C. de relig. & sumpt. fun. glo. in c. clerici, il 2. in verbo *ad aleas*, vers. sed nunquid de vit. & honest. cler. & in c. Episcopus, in 1. gl. 35. dist. Alber. in d. l. fin. num. 2. vers. item nota, ff. de aleæ lusu, & aleator. Odofred. in l. 1. in princ. nu. 3. ff. eod. Vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, in d. l. fin. §. si seruus in verbo *repetitio*, eod. tit. de aleæ lusu, &c. Vbi etiam ponit, quænam competat actio pro ista repetitione, & ibidem Flor. ante num. 1. vers. in glos. magna, & nu. 4. in fine. Vbi testatur de communi Salyc. in d. l. fi. C. de relig. & sumpt. funer. in summ. & num. 2. in verbo *solutum reddat*. Ioan. Sicard. in rubr. C. eod. num. 8. in fin. vers. vnde datur Imo. in l. si quis, cum sciret, nu. 4. vers. an autem, il 1. & nu. 6. uer. interdum autem, ff. pro empt. Vbi quòd hoc est clarum de iure ciuili. Hostien. in d. cap. clerici, num. 8. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 14 Anch. num. 10. Imol. num. 12 in princ. & d. num. 12. ante finem vers. interdum autem neuter attraxit. Card. Zab. num. 11. in princ. Henric. Boic. num. 13. & Abb. num. 13. vers. aut nulla fraus. Vbi quòd ita communiter tenetur Henr. Boic. in c. inter dilectos, post nu 4. extr. de excess. Prælat. Vbi quòd ita tenent ferè omnes Doctores. Azo. in summa. C. de relig. & sumpt. fun. nu. 27. & ibi in addit. litera H. in verbo *lusor*, vers. Perditum igitur. Archid. in c. Episcopos, num. 3. distinct. 35. Marian. in c. inter dilectos, num. 32. Vbi de communi opinione secundum ius ciuile Bonif. de Viralin. in titu. de ludo Azardi, num. 2. vers. si ille, qui lusit, & num. 5. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 20. vers. & communis conclusio. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 40. vers. quando vero, vbi etiam de communi Steph. Costa in simili tract. de ludo, art. 3. num. 1. Vbi etiam relatis contrarium tenentibus in hac residet opinione, & ibidem, nu. 9. Capra conclus. 86. post num. 53. vbi de communi Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 18. & ibi Aug. in addit. nu. 22. & 23. Vbi quòd ita tenent omnes Doctores. Amad. de sind. nu. 93. Iodoch. in pract.

pract.crim.c.126.num.5. pract.Conrad. tit. de luſor.nu.6. Menoch.de arbitr.q.lib.2.caſu 399.num. 4. Viu.opin.468. num.18.Ant.Scapp.in tract.de iure non ſcripto.c.167.nu. 8.Vbi etiam de communi.

176 AMPLIA I. hanc regulam, vt non ſolum victo detur repetitio amiſſæ pecuniæ vt ſupra, ſed ſi vincens in ludo victam pecuniam non habuit ad illã habendã actionẽ non hẽt l.fi.§.commodis igitur ibi. *Nulla ſequatur condemnatio*, C.de relig.& ſumpt.fun. Alber.in l.1.§.ſi rapinam,num.2. ff.de aleæ luſu,& aleat.Odofr.in d.l.1.in prin. poſt num.3. verſ.verius eſt.ff.eo.Sal.in d.l.fi.num.2.verſ.Nota quod de perdito in ludo Bonifac.de Vital.in tit.de ludo Azardi, n. 2.verſ. Adeo quod & nu. 5. Paris de Put.in tract.de ludo, nu.25.& 45.verſ. Pœna ludentis. Caccial.in tract.de ludo. nu.63. verſ. Punitur etiam alia pęna. Auguſt.ad Angel.de maleſ.in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 4.in fi.Ang.ibid. nu.18.pract.Conrad.tit.de luſor,nu.6,in fine,& poſt nu.9. Viu.opin.470.nu.2. Io de Bonif. in tract. de furt. §.ex.nu. 88.Nec diſſentiunt. bannimenta ſtatus eccleſiaſtici edita de anno 1599.cap.8.& 9.in fine.

177 AMPLIA II. Quia quando aliquis filius familias, aut ſeruus amiſit in ludo,ſiue prohibito,ſiue etiam permiſſo,eo magis datur parentibus, ac patronis repetitio aduerſus victores,l.fi.§.ſi ſeruus, ff de aleæ vſu,& aleat.l.fi.§.com modis igitur ibi *vel patribus*,C.de relig.& ſumpt.fun.gl in c.clerici,il 2.in verbo *ad aleas*, in fine, de vita & honeſtat. clericor.Odofred.in l.1.poſt nu.3.verſ.ſi quis ludat, & perdit.ff.de aleæ luſ.& aleat.& in d.§.ſi ſeruus, in ſumm.& ibi etiam Flor.in princ.& num.9. Vbi generaliter loquitur de furioſis minoribus, & præſertim pupillis mente captis, ſurdis,mutis,cęcis, Religioſis,filijs familias, non habentibus peculium Caſtrenſe, vel de vxore non habente bona paraphernalia, & clerico habente adminiſtrationem eccleſiæ,ij inquam omnes aut alij non habentes adminiſtrationem bonorum, ſi amittant in ludo, datur eorum Dominis, parentibus, tutoribus, ſeu curatoribus, monaſterio,marito,& Eccleſiæ reſpectiuè repetitio pecuniæ amiſſæ aduerſus victores, vt ibi per eum, & per Ioan Sicard.in rubr.C.de cond.ob turp.cauſ.num.7.verſic.ſi autem rem alienam,vbi de vincente pecunias filijs familias,Monacis, inſtitoribus, de quo ante eum per Bal. in l. aduocationis, num. 2. verſic. alius ludus eſt, C. de condit. ob cauſ. dat. Imol.in l.ſi quis cum ſciret, num.5. verſ.vel niſi quis vinceret illi,qui non habet adminiſtrationem rerum ſuarum,& verſic.ſecundo caſu principali, ff. pro empt. Vbi de ſeruo, filio familias, minore, vel Religioſo, & d. num.5. verſic. Idem fortè videretur,vbi de clerico, an quando detur eccleſiæ repetitio pecuniæ aduerſus vincentem. Hoſtien.in d.cap.clerici, num.8.& ibi etiam Anto.de Butr.ſub nu.14. Imol.num.12.in princ. verſic.ſed quando perderetur, colum.3.& colum.4. poſt med. verſ ſecundo caſu, & num. 13.colum.5. ante med. in eod. verſic. ſecundo caſu. Card. Zaba. num. 11. colum. penult.In fine verſ.in hoc itaque dic. Henric. Boic. num.13.in princ.& in verſ.& idem dicas de Religioſo. Abb.nu.13.de vit. & hon.cleric.& præmiſſis adde etiam Præpoſ. Alex.in ca. Epiſcopus poſt num. 7.verſic.conclude poſt Gemin.diſtinct. 35. Marian.Socin. in d. cap.inter dilectos, num. 33. in fine, & 34. de exceſſ. prælator. Paris de Put.in tract.de ludo, num.20.verſ.quod eſt verum. Caccialup.in eod.tract.de ludo, num.38.verſ. & hoc verum eſſe intelligas, & ſeq. Steph.Coſta, in eod. tract.de ludo,art.3.num.4.verſ.Quod tamen intelligo,& num.6.in fine, & 7. Capra concluſ.86.num.15.ſeqq.& 59. Auguſt.ad Ang.de malefic. *Metidor de mali dati*, num.22. verſ.limita tamen Ang.ibidem num. 26. verſ.ſolus eſt luſor, & ibi etiam Auguſt.num.27. verſ. dicit tamen Tiraq.

178 de legib.connub.gloſ.5.num.200. Vbi etiam de marito repetente à vincente pecuniam amiſſam à ſua vxore pract.

179 Conrad.rubr.de luſor, num.11. verſ.limita II. Vbi quòd nec valet Statutum,ſeu conſuetudo contraria,& num.13. verſ.tertio limita ſumma Angel.in verbo *ludus*, num.7.Vbi quòd in hoc omnes Doctores cõcordant ſumma Silueſtr. in eodem verbo *ludus*, num.11.

180 AMPLIA III. Vt è contra, ſi is, qui vicit fuerit ſeruus, vel filius familias datur aduerſus parentes, & patronos repetitio eius, quod luſum eſt quatenus tamen in eorum peculio victa pecunia remanſerit, & ex ea fuerit is factus locupletior, text.in l.fin §.item ſi ſeruus, & §.aduerſus, ff.de aleæ luſu, & aleat. & ibi glo.in verbo *aduerſus*. Odofr.in l.1.poſt nu.3.verſ.ſi vincit,ff eod.de aleæ luſu,&c.& in d.§. ſi ſeruus verſ.ſed quid ſi vicit. Azo.in ſumm. C. de relig.n. 27. Ang.de maleſ.in verbo *Metidor de mali dati*, nu.18.in fi.Ama.de ſind.nu.94. verſ. & non ſolum tenetur vincens.

181 AMPLIA IIII. Vt officiales, & Domini terrarum qui poſſunt prohibere, & nõ prohibent ludos prohibitos, tenentur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo amittũtur in foro conſcientiæ, & peccant ſecundum Maria. in c.inter dilectos,nu.58.in fine de exceſſ.Prælat. Paris de Put.in tract.de ludo,nu.41.verſ.Domini,& officiales, quibus adde etiam Caccialup.in eod.tract.de ludo,nu.54.verſ.quintus,&c.& nu.56.verſ.ſeptimus caſus eſt. Viu.opin.468.nu. 9.Baiard.ad Clar.in pract.§.ludus, num.3.

182 AMPLIA V. Vt vincens in ludo, ſi ab eo victus victam pecuniam repetere non curat, tenetur in foro conſcientiæ illam reſtituere eidem victo, vel pauperibus erogare,ꝙ an verum ſit, & quãdo vide Flori.in l.fi.§.ſi ſeruus, nu.2.per tot.in diſcurſu, & nu.4.Vbi diſtinguit inter attrahentem ad ludum & inter attractum,& nu.5.verſ.& ideo dummodo,ff de aleæ luſu,& aleat.de qua diſt.& de materia vide etiam Bal. in l.fi. in verbo *reddatur*, C. de relig.& ſumpt.fun.& ibi Sal.nu.3.verſ.Nota quod certa, & num. 4.& latius,nu 7.Bal.in l.aduocationis,nu.2 poſt med.C.de cond. cauſ.dat.Adden. ad Salic. in Auth. interdicimus litera A.in fine addit. C. de Epiſc. & cleric. Imol.in l.ſi quis cum ſciret, num.4.ad finem verſ.an autem in foro conſciẽtiæ,& num.5.& ſeqq.omnib.ff.pro empt. Vbi latiſſimè per plures diſtinctiones materiam explicat & declarant Ioan. Andr.in cler. il 2.ſub num.13.de vit.& honeſt.cler & ibi etiam Anto.de Butr.num.14 in fine Bal.nu.3.verſ.ſed contra ſic oppono Anch.nu.10.in fine Imo.nu.12.& ſeqq.vſq; ad nu.16.(Vbi ni fallor de verbo ad verbum repetuntur ea dem quæ ſcripſit & poſuit, in d.l.ſi quis cum ſciret.) Abb. poſt nu.12.& ſeqq.Henric.Boic.in c.inter dilectos,nu.1.& ſeqq.extr.de exceſſ.Prælat. Vbi etiam latè Præpoſ.Alex.in c.Epiſcopus, nu.7.per tot. In diſcurſu diſt.35.Maria.in ca. inter dilectos, nu.46.& ſeqq.vſque ad nu.58.per totam illam octauam queſtionem. Vbi etiam latè,& nu.62.& ſeqq. Vbi quãtum,& qũo reſtituere teneatur ille, qui vicit extr. de exceſſ.Prælat. Ad quæ vide etiam Parid.de Put.in tract. de ludo,nu.10.29.& ſeqq.39.& 42.Caccial.in eod.tract.de ludo, nu 41.& plurib.ſeqq.vſque ad nu.60. Vbi latiſſimè. Stephan. Coſta etiam de ludo artic.4. per tot.in diſcurſu, & art.2.nu.26.& 28.& art.3.nu 4.verſ. Illud tamen,& n.9. & ſeqq.Troil.Maluat.in tract. de ſortibus part. 2. nu.12.& ſeqq.Capra concluſ.86.nu.19. & ſeq.42.48.& ſeqq. Aug.ad Ang.de maleſ.in in verbo *Metidor de mali dati*,nu.3.& ibi Aug.in addit.num.22. verſ.ſi autem iſta, & ſeqq. Ang.ibidem nu.26.& ſeqq.Barbat. conſ.66 per totum in diſcurſu lib.3 pract.Conrad.rubr. de luſor, num. 8. Vide etiam ad hanc materiam omnes Summiſtas,quorum dicta ſi hic referre vellem longa opus eſſet ſcriptura. Dec. conſ. 115. nu. 3.Didac.in c.peccatum par.2 § 4.de reg. iur.in 6. Menoch. de arbitr. quæſt.lib.2.caſ.399.num.8.in fine.Viu.opin.468. num.11.14.& ſeq.

183 AMPLIA VI. In ludo mixto, in quo an detur repetitio eorum, quæ quis amiſit vide diſtinguentem Caccialup.in tract.de ludo, num.40. verſ.nec omittã poſt Bal. in loco per eum relato, ſed verius credo indiſtinctè dari repetitionem, præſertim ſi fuerit luſum in magna quantitate, prout videtur de mente Doctor.allegatorum ſupra num.31.

184 AMPLIA VII. quia acquiſita in ludo non tribuunt acquirenti, nec titulum, nec bonam fidem; Malæ fidei enim poſſeſſor dicitur is, qui contra legum præcepta mercatur.l.quemadmodum,C.de agric.& cenſit.& in ſpecie Adden.ad Azzo. in ſumma, C. de relig.in verbo *luſor*, litera H.

185 Transfertur tamen dominium, in acquiſitis in ludo etiam

etiam illicito secūdum Archid. post alios quos refert antiquiores, in cap. Episcopus, num. 3. ad finem vers. Adde dictum dist. 35.

186 Et an acquisita in ludo dicatur acquisita ex causa lucratiua, vel onerosa dic, quòd ex titulo lucratiuo, immo ex maleficio secundum Mari. in c. inter dilectos, nu. 80. & seq. de excess. Prelat. Paris de Put. in tract. de ludo, nu. 52. Caccial. in eodem tract. de ludo, nu. 80. in fine, & seq. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 13. Barbat. cons. 66. nu. 3. lib. 3. pract. Conrad. rubr. de lusor. nu. 14.

187 AMPLIA VIII. Quòd filij possunt reuocare alienationem eorum, quæ pater amisit in ludo vsque ad legitimā secundum Mari. in c. inter dilectos, nu. 82. extr. de excess. Prælato. post Bal. quem allegat Paris de Put. in tract. de ludo, n. 52. Vbi etiam distinguit, & de materia, de qua etiam vide Caccial. in eod. tract. de ludo, nu. 81. Troil. Maluat. in tract. de sortib. par. 2. nu. 7. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 13. Barba. cons. 66. num. 3. lib. 3. Tiraq. de legib. connub. glo. 5. nu. 201. pract. Conrad. rubr. de lusor, num. 7. Addentes ad summ. Angel. in verbo *ludus*, num. 7. litera D. Menoch. de recuperan. possess. remed. 9. num. 171.

188 AMPLIA IX. Quia ludens, & perdens potest propria authoritate accipere, vel furari, quod amisit Addentes ad Azonem in summa, C. de relig. in verbo *repetitio*, litera G. Cæpoll. caut. 55. incip. si aliqui scholares, & ibi in addit. litera A. ex Rayner. Bar. & Flor. in locis per eum relatis qui tamen, ni fallor, loquuntur in furto facto aleatori, hoc est Domino domus, in qua luditur de quo dixi supra nu. 141. non autem in furto facto collusori vincenti.

189 AMPLIA X. Quia si is qui pecuniam in ludo amissam persoluit, vel Pater, Procurator, aut defensor eius fuerit negligens in illam repetendo, tunc fiscus eam repetit, tex. expressus in l. fin. §. commodis igitur. C. de relig. & sumpti. fun. Bonif. de Vital. in tit. de ludo Azardi, nu. 2. in fine. Iodoch. in pract. crim. c. 126. num. 5. in fi. & 19.

190 Fiscus autem iste videtur, quòd debeat esse Ecclesiasticus Episcopi non autem secularis. d. l. fi. §. sed istam vers. & si quis, C. de relig. & sumpt. fun. & voluit Steph. Costa in tract. de ludo, art. 3. nu. 12. sed qd immo debeat esse fiscus secularis, declarat expresse ibi tex. in §. fin autem in illis verbis *Procurator noster, &c. hæc inquirat, & in opus publicum conuertat*.

191 Potes dicere quod vterque fiscus potest repetere pecuniam amissam in ludo, ita videtur de mente Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 19. Vbi alternatiuè loquitur de Episcopo illius loci, vel de Procuratore fisci (intelligens de sæculari fisco,) & ita etiam loquitur. Amad. de find. num. 93. vers. & victus. pract. Conrad. tit. de lusor. post num. 6. vers. atque restitutio fiet.

192 AMPLIA XI. Quia bona vincentis sunt tacitè hypothecata ad fauorem eius, qui ad pecuniam amissam repetendam, actionem habet secundum Flor. in l. quod in conuiuio, §. si seruus, num. 10. & seqq. ff. de aleæ vsu, & aleat. Vbi reprobatis contrarijs hanc sententiam dicit veriorem, & propterea infert, quòd vincente mortuo, hæredes non possunt tutè soluere primò venientib. sed priorib. & potiorib.

193 AMPLIA XII. Quia nec aduersus repetitionem pecuniæ in ludo amissæ, & solutæ datur præscriptio, nisi 50. annorum, tex. in l. fi. §. commodis igitur, C. de relig. & sumptib. funer. glo. in c. clerici, il 2. in verbo *ad aleas*, de vit. & honest. cleri. & in c. Episcopus in 1. glo. ad finem 35. dist. Alber. in rubr. ff. de aleæ lusu, nu. 1. vers. & contra repetentem & in l. fin. §. si seruus, nu. 2. ad finem, ff. eod. Odofred. in l. 1. in prin. post n. 3. vers. si soluit, ff. eod. Bal. in d. l. fi. in fine vers. Item nota. C. de relig. & sumptib. funer. & ibi etiam Salyc. nu. 2. in verbo *Quinquaginta*. Hostien. in d. c. clerici, nu. 8. vers. Quinimo, & ibi etiam Card. Zabar. post nu. 11. vers. Nec eis obstat, & d. num. 11. col. pen. in fine vers. Primo casu de iure positiuo, &c. Azo. in summa. C. de relig. num. 27. vers. Item Græca constitutio, & ibi in addit. litera H. in verbo *lusor*, in fine Bonif. de Vitalin. in tit. de ludo Azardi, nu. 2. ad finem Caccial. de ludo, num. 42. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 18. Amad. de find. num. 93. Iodoch. in pract. crim. c. 126. num. 5. pract. Conrad. tit. de lusor. post num. 6.

194 Verum vide Mar. Soc. in c. inter dilectos, nu. 45. extr. de excess. Prælat. Vbi magistraliter demonstrat quandoque dari actionem infra biennium, & non vltra, quandoque infra 20. annos, quandoque infra longissimnm tempus, & quandoque in perpetuum, refert & sequitur Paris de Put. in tract. de ludo, num. 38. Nec dissentit. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 42. Et de materia vide etiam declarantem Stephan. Costam, in simili tract. de ludo, nu. 1. in fine, & num. 2. in 3. artic.

195 LIMITA I. huius V. partis propositam regulam in Iudæis, qui non tenentur restituere id, quod vicerunt in ludo ēt prohibito. Vt puta taxillorum, seu alearum, qñ luserunt, cum alio Iudæo, quatenus tamen eorum lege Mosaica prohibita sit talis repetitio, si vero d. l. Mosaica nihil in hoc contra ius commune statutum est, vel ēt si Iudæus luserit, cum Christiano, & tunc datur ab eo vincente repetitio, & comprehendūtur sub legibus, aut statutis super hoc loquentibus, & disponentibus secundum Barbat. qui latè hanc declarat limitationem in cons. 66. nu. 10. & omnibus seqq. lib. 3. Vbi etiam, an consuetudo ludendi, & non repetendi amissum in ludo comprehendat Iudæos.

196 LIMITA II. In ludo permisso, vt puta scaccorum, seu alio, in quo quod amissum est repetitur secūdum Flor. in l. quod in conuiuio, §. si seruus, num. 2. vers. Pro cuius solutione, ff. de aleæ. lusu & aleatorib. Ioan. Sicard. in rubr. C. de condi. & ob turp. caus. nu. 7. in fine Imol. in l. si quis cum sciret, nume. 5. vers. Primo casu, ff. pro empt. Vbi declarat Bal. in c. clerici il 2. nu. 5. in fine vers. alij dicunt, de vit. & honest. cleric. & ibi etiam Imol. nu. 12. col. 4. ante med. ver. Primo casu, & num. 13. col. 5. in prin. vers. Primo casu. Vbi litera est corrupta, dum ponit de ludo Azardi, quia vult dicere de ludo scaccorum. Card. Zab. num. 11. col. penult. ante finem vers. Primo dic, & Abb. nu. 12 vers. circa primum. Præpos. Alex. in c. Episcopus, sub nu. 7. vers. si autem sunt personæ distin. 35. Marian. Socin. in c. inter dilectos, nu. 33. vers. quod tamen de excess. Prælator. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 20. Vbi de communi. Caccialup. in eod. tract. de ludo, art. 3. nu. 1. in fine vers. Pro intellectu, nu. 3. & 4. vers. ex quibus potest concludi. Capra concl. 86. num. 56. pract. Conrad rubr. de lusor, nu. 12. & 18. in fine vers. Ampliari potest. Summa Siluestrin. in verbo *ludus*, nu. 14. Viu. opin. 467. nu. 5.

197 Et sicut denegatur repetitio pecuniæ amissæ & solutæ, ita etiam si non fuerit soluta, datur isto casu actio ad illam recuperandam secundum Henric. Boic. in c. clerici, nu. 12. de vit. & honestat. clericor. Stephan. Costa. in d. tract. de ludo artic. 3. nu. 3. in fine, & vers. Hinc etiam, & num. 4. vers. ex quibus potest concludi. pract. Conrad. Vbi supra d. nu. 18. in fine.

198 Non tamen præsens limitatio locum habebit in eo, qui alterum compellit per vim, vel per nimiam importunitatem ad ludum etiam permissum, is enim restituere tenebitur id quod vicit etiam, quòd in ludo permisso vicerit secundum Capram in conclus. 86. num. 6.

199 LIMITA III. In eo, qui attractus, prouocatus ab alio, vt luderet, illum vicit, non enim ab hoc sic attracto & prouocato datur repetitio pecuniæ amissæ secundum Flor. in l. quod in conuiuio, §. si seruus, num. 4. vers. secus è contra si vinceret attractus, ff. de aleæ lusu, & aleat. Nec dissentit Salyc. in l. fi. nu. 7. in discursu. C. de relig. & sumptib. funer. Card. Zab. in c. clerici il 2. nu. 11. ad finem col. fin. in princip. ver. si vero alter de vit. & honest. cleric. & ibi etiam Abb. nu. 13. in fine, in vltimis verbis. Henric. Boic. in cap. inter dilectos, nu. 4. & 7. vers. Aut nisi quis, extr. de excess. Prælat. Præpos. Alexand. in c. Episcopus, num. 7. vers. Aut ille qui vincit non fuit attrahens distinct. 35. Paris de Put. in tract. de ludo, num. 13. in fine vers. aut attractus. Caccial. in tract. de ludo post nu. 58. Steph. Costa in eod. tract. de ludo art. 3. num. 11. in princ. Troil. Maluatic. in tract. de sortibus par. 2. num. 13. in fine. Capra conclus. 86. numero 39. Guid. Pap. decis. 581. num. 2. versic. si autem ille, qui perdit

perdit pract. Conrad. tit. de lusor. num. 11. post med. in 4. limit. Viu. opin. 468. num. 17.

200 Quamquam contrarium, quòd detur repetitio etiam ab eo, qui attractus ad ludendum vicit, & quòd non sit aliqua facienda differentia inter vincentem attrahentem, seu attractum, dixit verius Marian. Socin. in c. inter dilectos, nu. 49. 50. & seq. de excessib. Prælatorum.

201 Declarando hanc III. limitationem vide trad. per Imol. in l. si quis cum sciret, nu. 6. ff. pro emptore, & in c. Clerici, il secondo, n. 13. col. 5. ad med. vers. interdum autem vicit non committendo dolum, & vers. Attende tamen, quibus in locis considerat, quòd simpliciter attractus hoc est primo ad ludum inuitatus, sine vi, aut importunitate si vincat tenetur restituere, & ab eo datur repetitio non aliter, ac si non fuisset attractus; secus si per vim, aut per nimiam importunitatem fuisset attractus, & sic attrahentem & attractum ad hunc effectum dicit eum, non qui simpliciter ad ludendum inuitat, seu inuitatur, sed qui per vim aut importunitatem trahit, seu trahitur. Stephan. Costa in tract. de ludo. artic. 3. num. 11. Capra conclus. 86. num. 39. Vide quæ dixi supra, nu. 76. & seq.

202 Declara secundo, quia Doctores præallegati loquuntur nō in foro fori, nec dicunt, quod attractus ad ludendum si vinceret, non possit conueniri in iudicio pro restitutione pecuniæ amissæ, sed loquuntur in foro Poli, Dicuntq; quod sic attractus ad ludendum, non teneatur in foro conscientiæ restituere pecuniam victam attrahenti, sed tantummodo illam pauperibus erogare, quod an verum sit, & quando dixi generaliter, & remissiuè supra num. 182. Vbi Doctores allegati tangunt in specie etiam hunc casum.

ARGVMENTVM.

De validitate, seu nullitate contractus, & mutui inter collusores, seu alias occasione ludi celebrati.

SVMMARIVM.



Contractus, & promissiones factæ in ludo prohibito, vel occasione ludi non valent, num. 203. & seq. Vbi idem de contractu locationis, conductionis, & permutationis.

Sponsiones, & scommissa in ludo prohibito, vel occasione ludi non valent, nu. 205.

Fideiussor ex causa ludi non potest conueniri, quia fideiussio est nulla, num. 206.

Venditio facta collusori non valet, secus si facta alteri tertiæ personæ, nu. 207. & seq. Vbi etiam quid de sola promissione de vendēdo.

Vendens rem suam in ludo non tenetur de euictione, siue venditio facta sit collusori, siue extraneo, num. 209. & an saltem teneatur ad restitutionem pretij, num. 210. et quid de venditione facta in ludo permisso, num. 211.

Transactio facta ex causa pecuniarum in ludo amissarum non valet, et si quod datum est, repeti potest, num. 212.

Contractus factus in ludo vel occasione ludi, an confirmetur iuramento, num. 213.

Mutuum factum lusori ab eo, qui domi sua retinet ludum non valet, & pro repetitione pecuniæ mutuatæ non datur actio, num. 214. et seq. Vbi ampliatur etiam, quòd retinens domi ludum esset persona nobilis, et illum retineret non causa ludi.

Mutuum factum à lusore collusori non valet, num. 216.

Mutuum factum minori, vt ludat, non valet, nec repeti potest num. 117. et seq. Vbi ampliatur etiam, quòd mutuum sit factum ab altero minore.

Mutuum factum illi, cui bonis interdictum est non valet, nu. 219.

Mutuum factum lusori sub vsura multo minus valet, nu. 220.

Mutuans pecuniam ludentibus punitur tanquam particeps ludi, et delicti, num. 221.

Sponsio, seu scommissa de non ludendo con adiectione pœna, in casu quo ludatur valet, et tenet, num. 222.

Mutuans in ludo pecuniam potest repetere, quando mutuata pecunia non fuit amissa in ludo, num. 223 et seq. Vbi de materia.

Mutuum factum ludenti non à collusore, seu retinente ludum, sed à tertia persona valet, et tenet, num. 225. contra nu. 226. Resolue, vt num. 227.

Mutuum factum seruo in ludo an valeat, an repetatur, an Dominus teneatur, & de materia, num. 228.

QVÆST. CIX. PAR. VI.

203 REGVLA sit, quòd contractus, & promissiones factæ in ludo prohibito, vel occasione ludi, non valent, text. in l. quibus in fine, ff. de aleæ lusu, & aleat. & in l. fi. in verbo *instrumenta*, C. de relig. & sumptib. funer. Alber. in rub. ff. eod. num. 3. in fine, versic. & quando contractus. Odofred in l. 1. num. 3. versic. Verius est, ff. eod. Bald. in d. l. fin. vers. Nota de instrumentis, quæ fiunt in ludo, & ibi etiam Salicet. num. primo, versic. Nota quod instrumenta obligatoria Azzo. in summa, C. de relig. num. 26. in fine vers. alias autem. Paris. de Put. in tract. de ludo, sub num. 15. & 21. Vbi testatur, ita alias obtinuisse, in causa cuiusdā militis, qui luserat ad pilam, perdideratque ducatos octingentos, & de illis fecerat Victori instrumentum depositi, cum enim fuisset probatum instrumentum fuisse factū ex causa ludi, fuit etiam pronunciatum in sacro Consilio, instrumentum non valere, & sic fuit cancellatum, & idem testatus est iterum obtinuisse ibidem; nu. 41. in quodam instrumento magnæ quantitatis facto pro pecunia victa in ludo *Pallatorum*, quamuis licito & permisso, vt ibi per eum Caccial. in tract. de ludo, num. 34. in fine vers. octauus casus est, & nu. 63. in fine, vers. Item punitur alia pœna Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, nu. 12. & ibi Aug. in princ. additionis, post nu. 14. Amad. de sindic. num. 94. Franc. Arer. cons. 81. Visa consultatione, num. 1. Iodoch. in

204 pract. crim. c. 126. num. 7. Vbi etiam infert ad contractum locationis, conductionis, & permutationis. pract. Conrad. tit. de lusor. num. 3. summ. Angel. in verbo *ludus*. ad finem vers. quinto, quòd omnis contractus. summa Silue. in eodem verbo *ludus*, num. 9. vers. 5. quia Viu. opin. 470. num. 2. Nec dissentiunt bannimenta status ecclesiastici edita de anno 1599. cap. 9.

205 AMPLIA I. Idem in sponsionibus quas nos vulgo *scommissas*, appellamus in ludo vel occasione ludi prohibiti factis, prout est de mente omnium Doctorum præallegatorum & in specie voluit Paris. de Put. in tract. de ludo, nu. 19. & seq. in discursu.

206 AMPLIA II. Vt sicut non datur actio contra principalem ludendo de eo, quod amisit in ludo, & non soluit, nec etiam datur contra eius fideiussorem, & expromissorem secundum Caccialup. in tract. de ludo, num. 35. vers. vndecimus casus est, post Bald. in loco per eum relato. & ante eum Paris. de Put. in eodem tract. de ludo, num. 25.

207 AMPLIA III. Vt nec valeat venditio facta per lusorem collusori, licet secus, si sit facta tertiæ personæ. Bar. in l. si quis cum sciret, in fine num. 2. & ibi etiam Imol. pariter in fine. num. 9. ff. pro empt. Marian. in c. inter dilectos eod. num. 71. de excessib. Prælator. Paris de Put. in tract. de ludo num. 34. in 5. & 6. casu. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 12. Amad. de sind. num. 94. Iodoch. in pract. crim. cap. 126. num. 7.

208 Et quid si in ludo facta est sola promissio de vendendo. an subsequuta venditio extrà ludum, & ex interuallo valeat, ponit Paris de Put. in tracta. de ludo num. 22. & Caccialup. in eod tract. de ludo num. 35. vers. nonus casus est.

209 AMPLIA. IIII. Vt vendens rem suam in ludo non teneatur de euictione, siue venditio facta sit collusori, siue alteri extraneo l. 2. §. 1. ff. quarum rerum actio non detur Glos. in c. Clerici il 2. in verbo *ad aleas* in fine extr. de Episc. & Cleric. & in c. Episcopus in 1. glos. etiam in fine 35. distinctione. Odofred. in l. 1. post num. 3. vers. si ludo tecum. ff. de aleæ lusu & aleatoribus. Bart. in l. si quis cum sciret in fine, ff. pro emptore & ibi Imol. num. 9 Hostien. in d. c. Clerici, num. 8. vers. Et si quis ad aleam sedens, & ibi

ibi etiam Anton. de Butr. num. 15. Azzo in summa C. de relig. num. 27. in fine, vers. Nam & si in Alea. Marian. in c. inter dilectos nu. 7. extr. de excess. Prælat. Bonif. de Vital. in tit. de ludo Azardi num. 8. Paris. de Puteo. in tract. de ludo post num. 17. & sub num. 19. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 34. in 5. & 6. casu. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 12 & ibi August. in addit. post num. 14. in princ. additionis. Amad. de sindica. num. 94. Iodoch. in pract. crim. cap. 127. num. 7. Summa Siluestrin. verbo *ludus*, num. 9. vers. Quinto quia Ioann. Bonif. in tract. de furt. §. 10. num. 90. Quamuis contrarium quòd lusor venditor teneatur de euictione, quando vendit alteri, quàm collusori tenuerit Stephan. Costa in tract. de ludo artic. 6. num. 4.

210 An autem vendens si non tenetur de euictione, teneatur saltem ad restitutionem pretij, Vide Parid. de Put. in tract. de ludo num. 24. & Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 37. August. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati* num. 14. vers. & pondera.

211 In ludo autem permisso vendens tenetur de euictione secundum Augustin. in addit. ad Angel. de malefic. in d. verbo *Medtior de mali dati*, post num. 14. in principio additionis iuncto vers. adde tamen. Vbi ampliat etiam quòd vendatur res magni pretij præsupposita consuetudine, & illius validitate quòd in ludo permisso possit etiam ludi magna quantitas.

212 AMPLIA V. Vt nec etiam valeat transactio ex causa pecuniarum in ludo amissarum in qua aliquid datur vel promittitur, & id quòd datū est potest repeti Hostien. in c. Clerici il 2. nu. 8. in fin. vers. quid si causa transactionis extra de vit. & honestat. Clericorum, & ibi etiā Ioan. Andr. num. 3. in fine vers. & per hoc dicunt aliqui. Imol. num. 16. colum. 7. in fine, vers. in eadem glos. &c. Card. Zabarell. num. 11. in fine, colo. fina. vers. quinto quæro, & Abb. num. 16. Vbi quod ita communiter tenetur Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 21. vers. An transactio. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 34. ante finem vers. Septimus Casus est. Stephan. Costa in eod. tract. de ludo, artic. 5. num. 1. & seq. Iodoch in pract. crim. cap. 126. num. 7. Pract. Conrad. rubr. de lusor. num. 3. versic nec transactio. Vbi etiam de communi, summa Armill. in verbo *ludus*, num. 10. Vbi etiam de communi Summ. Siluestrin. in eodem verbo *ludus*, nn. 9. vers. quinto quia Clar. in pract. §. ludus vers. fin. Vbi etiam de communi ex Abb. & Steph. Costa in loco præcitato. Viu. opin. 470. nu. 1. Ioan. Bonif. in tract. de furt. §. 10. num 89.

213 AMPLIA VI. Vt tunc contractus factus in ludo, vel occasione ludi nec confirmetur iuramento, Paris. de Put. in tract. de lud. num. 16. in fine, qui tamen hoc cogitandum reliquit.

214 AMPLIA VII. Vt nec valeat mutuum factum lusori, & mutuanti denegatur actio pro illius repetitione, quando is qui mutuauit erat ille, qui domi ludum tenebat, quem vt aliàs dixi iura aut aleatorem, aut susceptorem nuncupant secundum glos. in l. 1. §. quòd autem, in verbo *simpliciter*, & in l. fina. § 1. in verbo *acceperit*, ff. de aleæ lus. & aleat. Odofred. in ead. l. 1. in prin. num. 3. in fine vers. sed denuò. Vbi ampliat, siue is cui mutuatur, mutuatam pecuniam amittat, siue et vincat, & iu l. fin. §. si seruus in verbo *pecuniam*, ff. eodem, de aleæ, lus. & aleatorib. Salyc. in l. fina. num. 6, in fine, C. de relig. & sumptib. funer. & ibi in addit litera D. vers. item nisi sit aleator. Imol. in l. si quis cum sciret num. 3. vers. Primò quando ff. pro emptore, & in c Clerici il 2. num. 16. in princ. vers. fallit in aliquibus casibus de vita & honestat. Clericor. Addent. da Abb. ind c. Clerici num. 15. litera E. Azzo in summa, C. de relig. nu. 28. vers. Et idem multo magis Marian. in c. inter dilectos num. 67. de excessib. Prælator. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 15. vers. idem si mutans fuit ille, Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 33. & 63. in fine Stehan. Costa in eod. tract. de ludo artic. 6. num. 1. in 1. fallen. Capra con-

215 clus. 86. num. 67. & 71. Vbi ampliat etiam quod retinens domi suæ ludum esset persona nobilis, & non lucri causa ludum retineret Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 14. & ibi August. in addit. nu. 15. vers. secundus nisi. Amad. de sindica. nu. 94. vers. item si ludentes. Iodoch. in pract. crimin. cap. 126. post num. 11. Pract. Corrad. rubr. de lusor. num. 4. Viu. opin. 470. num. 2.

216 AMPLIA VIII. Vt nec valeat mutuum factum lusori à collusore glos. in l. 1. §. quòd autem in verbo *simpliciter*, ff. de aleæ lus. & aleatorib. Salyc. in d. l. fina. num. 6. C. de relig. & sumptibus funer. & in addit. litera D. vers. ni si mutuās sit collusor. Imol. in d. l. si quis cum sciret num. 3. vers. fallit secundo, ff. pro empt. & in c. Clerici il 2. post nu. 16. eod. vers. fallit secundo de vit. & honest. Clericor. Adden. ad Abba. ibidem num. 15. litera E. Marian. in d. cap. inter dilectos, post num. 67. in secunda fallen. de excessib. Prælator. Paris. de Put. in tract. de ludo, num. 15. & 17. in fine, & 45. versic. Pœna ludentis. Caccialup. in tract. de ludo artic. 6. num. 1. in 2. fallen. Capra conclus. 86. num. 72. vbi de communi. Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 14. & ibi Augustin. in Addit. num. 15. vers. primus nisi. Amad. de sindic. d. num. 94. vers. item si ludentes Iodoch. in pract. crim. d. cap. 126. post num. 11. Pract. Corrad. rubr. de lusor. num. 4. Viu. opin. 470. num. 4.

217 AMPLIA IV. vt multo minus valeat mutuum factum minori, vt ludat. Nam & quòd illud repeti non possit scripserunt Addentes ad Salyc. in l. final. litera D. vers. item nisi sit mutuatum minori. C. de relig. & sumptib. funer. Imol. in l. si quis cum sciret, num. 3. vers. fallit 3. ff. pro empto, & in c. Clerici il 2. nu. 16. versic. fallit 3. de vita, & honest. Cleric. & ibi etiam Adden. ad Abb. num. 15. litera E. Marian. in c. inter dilectos num. 67. in 3. fallen. de excess. Prælat. Paris. de Put. in tract. de ludo, numero 16. 17. & 45. versic. pœna ludentis. Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 33. versic. tertius casus. Stephan. Costa in eod. tract. de ludo art. 6. num. 1. in 3. fallen. August. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 15. versic. tertius si mutuat minori. Frāc. Aret. in consil 81. visa consultatione per totum, vbi plene consuluit non posse repeti mutuum factum minori, qui ex eo soluit pecuniam amissam in ludo, siue mutuum fuerit factum in actu ludi, siue extra ludum, & siue ante ludum, siue post, & siue mutuans sciuerit pecuniam mutuandam esse erogandam in causam mutui, siue ignorauerit, licet primo casu dicat minorem esse tutum, sine alia restitutione. Secundo autem casu restitutione opus sit, vt ibi per eum. Pract. Corrad. titu. de lusor. num. 4. in fiue, Odd. de restitut. in integrum, par. 2. num. 55. vbi quòd si fuerit mutuata pecunia minori ad ludum quomodocunq; mutuata fuerit, vel de præterito, vel de præsenti, vel de futuro absq; alia probatione læsionis minor restituendus erit, nisi mutuans euidenter probet, quòd minor illam in alium vsum, quàm in ludum expendit, de quo vltimo dixi infra, num. 223.

218 Et procedit hęc ampliatio etiam, quòd istud mutuum fiat minori ab alio minore secundum Parid. de Put. in tract. de lud. num. 16. Caccialup. in eod. tract. de lud num. 64. post princ. Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, post num. 14. Amad. de sindic. num. 94. in fine, Summa Angel. in verbo *ludus*, in fine, versic. item quia, summa Siluestr. in eod verbo *ludus*, in fine, num 9.

219 Idem de mutuo facto illi, cui bonis interdictum est, quòd nec valeat, nec repeti possit scripserunt ijdem Adden. ad Salycet. in d. l. fin. ead. litera D. Imol. in d. l. si quis cum sciret, nu. 3. vers. item fallit, ff. pro emptore. & in d. c. Clerici, num. 16. eodem vers. item fallit. de vita, & honest. Cleric. Adden. ibidem ad Abb. num. 15. litera E. Marian. in d. c. inter dilectos, num. 67. in 4. fallen. Stephan. Costa in tract de ludo, artic. 6. n. 1. in ead 4. fallen. Capra concl. 86. num 77. August. ad Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 15. vers. quartus si sibi bonis est interdictum, Pract. Corrad. tit. de lusor. num. 4. in fine.

220 AMPLIA X. vt pariter, & multo magis prohibitum, & inualidum sit mutuum factum lusori, cum vsura in tantum, quòd nec consuetudo contraria valeat text. in cap. inter dilectos, & ibi glos. in verbo *vsura*, de excess. prælat. vbi ponit exemplum in mutuante vndecim denarios, pro duodecim, & ibi Card. Zabarell. ante num. 1. vbi

ex

ex illo tex. not. vsurarium dici, qui mutuat in ludo pro lucro. Hostien. in summa de excess. prælat. num. 4. §. Clericus autem in princ. Paris de Put. in in tract. de ludo, num. 17. vers. sed si alius & d. num. 17. in fine, vbi idem in mutuante in ludo causa percipiendi aliquod lucrum, seu cōmodum. Caccialup. in eod. tract. de ludo. num. 74.

221 AMPLIA XI. quia amplius mutuans pecuniam ludentibus punitur tanquam particeps in ludo, & delicto secundum Bonif. de Vitalin. in titul. de lud. Azzard. num. 15. vers. item dico, quòd tamen non credo verum, nec in practica seruatur.

222 LIMITA I. propositam huius vi. partis regulam, vt non procedat in sponsione de non ludendo, & in casu, quo quis ludat promittatur solutio alicuius pœnæ. Nam quòd talis sponsio, & promissio valeat voluerunt Bart. in l. ex ea parte, §. 1. ff. de verbor. obligation. quem in proposito refert, & sequitur Paris de Put. in tract. de ludo, num. 65. versic. in §. aliquis Ias. in d. l. *ex ea parte* d. §. 1. num. 8. Pract. Corrad. tit. de ludo. num. 3. in fin. vers. hic tamen nota bonam cautelam.

223 LIMITA II. quando mutuata pecunia in ludo non perditur ab eo, qui illam mutuo recepit, quia videtur tūc mutuum posse repeti à mutuante, per regulā, quòd nemo cum aliena iactura locupletari debet secundum opinionem Bulgari, quam refert Capra in concl. 86. num. 62. & fuit de mente Parid. de Put. in tract. de ludo, sub num. 16.

224 Vbi & quòd plus est, loquitur in mutuo facto minori, & etiam ponit in proposito dubitationem, nunquid quis dicatur amisisse pecuniam mutuatam, quando puta, ex decem ducatis mutuatis perdit nouem, & cum illo remanente vno ducato, amissos alios recuperat, & plus vincit verum ad præmissā aduerte, quòd si hæc conclusio intelligatur de tertio mutuante, prout videtur loqui Paris in loco præcitato, & tunc videtur de indubitabili quia, vt dixi infra num. seq. etiam quòd pecunia mutuata perdatur repetitur à mutuante, ergo multo magis, si non perdatur, si vero eandem conclusionem intelligere velimus in collusore mutuante, tunc videtur non dari repetitionem pecuniæ mutuatæ, etiam quòd illa non perdatur, & etiam quòd is, qui illam mutuo recepit, non luserit, sed alias in sui vtilitatem conuerterit, prout declarat idem Paris de Put. vbi supra num. 17.

225 LIMITA III. & videlicet in mutuo facto ludenti non à collusore, seu à retinente ludum, sed à tertia persona, quòd propterea repeti posse voluit glos. in l. 1. §. quòd autem in verbo *simpliciter*, ff. de aleæ lusu, & aleatoribus, & in l. fin. §. si seruus in verbo *acceperit*, ff. eodem. Alber. in d. §. quòd autem, num. 5. in fine, vers. & quòd dicit hic glossa Odoffred. in d. §. si seruus in verbo *pecuniam*. Salycet. in l. fin. num 6. C. de relig. & sumpt. funer. & ibi in addit. litera D Imol. in l. si quis cum sciret. num. 3 & 4. ff. pro emptore, vbi quod hæc opinio seruaretur in practica propter auctoritatem gloss. & Doctorum. Azzo in summa. C. de relig. num 27. vers. secus duo si alius non aleator, Marian. in cap. inter dilectos, num. 69. versic. nec esset. de excess. prælat. vbi ex Imol. in loco præcitato dixit, & ipse ab hac opinione non esse recedendum in practica. Paris de Put. in tracta. de ludo, num. 15. in fine, & 17. versic. secus si maiori, & vers. si autem is qui mutuat est extraneus, & d. nu. 17. in fine, & 18. in princip. iuncto vers. de hoc Caccialup. in eod. tract. de ludo, nu. 33. versic. 4. casus, vbi de communi. Stephan. Costa in eod. tract. de ludo art. 6. num. 1. & seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs testatur de verio ri, & communiori opinione. Capra conclus. 86. num. 64. vbi etiam de communi. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 15. vbi quòd ista opinio seruatur in practica ex Imol. in d. l. si quis cum sciret, & ampliat, etiam quòd mutuans sciret, quòd is qui pecuniam mutuo recepit, esset lusurus, reprobato Ang. contrarium, ibi tenente, & idem repetit, numero. 16. in fine, vers. tamen in practica seruatur, Pract. Corrad. tit. de lusor. num. 4. vbi refert, & sequitur August. in loco præcitato Adden. ad Summam Ang. in verbo *ludus*, in fine, litera C. Clar. in pract. §. ludus, num. 10. versic. item mutuans, vbi testatur de eadem consuetudine ex August. in loco præcitato talemque consuetudinem valere affirmat ex magis communi Doctorum opinione, de qua de Didac. in loco per eum relato. Viu. opin. 470. num. 1. vbi etiam de communi sequitur Ioan. Bonif. in tract. de furtis, §. 10. num. 83.

226 Contrarium quòd nec etiam valeat mutuum factum lusori à tertia persona, illudque minime repeti possit suadetur, & traditur per Imol. in d. l. si quis, cum sciret in loco præcitato vbi quamuis dixerit, quòd prima opinio seruaretur in pract. propter auctoritatem glos. & Doctorum; contrariam tamen sententiam rationabiliorem existimat, prout, & eam sibi magis placere iterum affirmauit in cap. Clerici, il secondo, numero 16. versic. mihi tamen magis placeret extr. de vit. & honest. Cleric. & Imolam sic dicentem refert Marian. Socin. in cap. inter dilectos, num 68. & sequentibus, extr. de excessib. prælat. Abb. in d. cap. Clerici, numero 15. expresse dixit, quòd mutuum factum ludenti non repetitur, secus si alteri, licet in ludo, & Alber. in l final. §. si seruus, numero 2. ff. de aleæ ludu, & aleat. dixit quòd mutuum factum sedenti in ludo non repetitur, siue is cui mutuatur pecunia sit minor, siue etiam maior, & Bonif. de Vitalin. in tit. de lud. Azzard. numero 15. vers. item dico pariter dixit, quòd mutuans pecuniam ludenti punitur tanquam particeps ludi, ergo multo minus repetet pecuniam mutuatam. Addo & pro hac cōtraria opinione Cardin. Zabarell. in d. cap. clerici, numero 11. loquentem quando expresse mutuatur pecunia alicui, vt ludat. Capra conclus. 76. num. 63. vbi etiam loquitum, quando fuit factum in expressam causam ludi, & numero 65. & sequentibus; vbi primam opinionem communem declarat procedere, quando quis mutuat in ludo, vel non prohibito à iure communi, vel permisso a consuetudine, secus autem quando tertius mutuat ludenti ad ludum prohibitum, vel à iure communi cui consuetudo non derogauerit, vel à statutis, seu bannimentis. Primo enim casu tertius mutuans repetit. Secundo autem non, vt ibi per eum, qui hanc declarationem comprobat duabus rationibus Addo. & Summ. Armill. in verbo *ludus*, numero. 10. vbi simpliciter dixit, quòd mutuanti pecuniam ludenti non competit repetitio, & cum hac contraria opinione videntur concordare bannimenta status ecclesiastici edita de anno 1599 cap. 9.

227 Quare in hac contrarietate ex communi mente omnium præcitatorum Doctorum; crederem sic posse distingui (circumscripta tamen consuetudine, quæ sine dubio seruanda est in loco, vbi viget) vt scilicet prima opinio procedat, quando mutuans sciebat, quòd is qui pecuniam mutuo recipiebat, illam erat lusurus. Secunda autem quādo ignorabat, sic enim expresse reperio declarantes Parid. de Put. in tracta. de ludo, num. 45. versic. pœna ludentis: Caccialup. in eod. tract. de ludo, num. 64. Stephan. Costa in eod. tract. de ludo, artic. 2. num. 36. versic. ex quibus Angel. de malef. in verbo *Metidor de mali dati*, num. 14. Amad. de sindicat. numero 94. ad med. Iodoch. in pract. crimin. cap. 126. numero 11. versic. secus si ab alio. Summa Angel. in verbo *ludus*, ad finem, vers. sexto quòd mutuans. Summa Siluestr. in eod. verbo *ludus*, num. nono, versic. sexto quia.

228 Et de mutuo facto seruo, vt ludat non à lusore, sed à tertio, quòd repetatur à Domino quatenus in eiusdem serui mutuata pecunia reperiatur, & sic quatenus ex eo factus fuerit locupletior, & aliter probat text. in l. final. §. primo, versic. item si seruus. & ibi glos. in verbo *acceperit*, & in verbo *cogendus*, ff. de aleæ lus. & aleat. Alber. in d. §. item si seruus, vbi amplius dixit quòd isto casu Dominus tenetur quatenus est in peculio serui etiam, quòd pecunia mutuata non reperiatur in ipso peculio.

Absoluta fuit hæc quæstio die 20. Iunij 1602. Ad laudem Dei.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Pœna incendij quæ sit, quando habeat locum, & quando etiam ex incendio quis teneatur ad dāna, & interesse damnum passo.

SVMMARIVM.



Ncendij materia à Doctoribus existimatur ampla, & profunda, num. 1.

Incendij crimen grauissimum est, & alia in detestationem huius criminis num. 2.

Incendium pluribus modis contingit nempe ex proposito casu culpa in committendo, in omittendo ab intra, & ab extra, num. 3.

Incendium quid sit, quid combustio, quomodo inter se differant, & quis dicatur incendiarius, num. 4.

Incendiarius si laicus sit, doloue incendium commiserit, de iure ciuili quandoque traditur bestijs, & potest comburi, quandoque decapitatur, & quandoque etiam deportatur, seu relegatur secundum qualitatem personarum, iuxta varias legum sanctiones, num. 5. & seqq.

Incendij pœna locum non habet nisi constet prius, quòd illud fuerit commissum dolo, qui regulariter, non præsumitur, nisi probetur saltem ex coniecturis, & indicijs, vt puta, in qualitate facti, temporis, & personarum, num. 6.

Incendij pœna quæ sit ex Vrbis statuto, num. 7.

Incendij pœna quæ sit vigore bannimentorum Vrbis, & status ecclesiastici, num. 8.

Incendium immittens in ostio meretricum, quomodo puniatur, num. 8.

Incendiarius dolosus tenetur ad omnia damna, & interesse propter incendium passa, num. 9. & 10. vbi quæ actiones competant isto casu, & num. 11. vbi quòd prædictæ actiones quandoque dantur ad simplum, & quandoque ad duplum, & num. 12. vbi in hac actione an veniat interesse extrinsecum, & num. 13. vbi an detur iuramentum in litem.

Iuramentum in litem pro damnis passis an detur contra incendiarium, num. 13.

Incendiarius potest ex eodem processu condemnari ad pœnam fisco applicandam, & etiam ad damna, & interesse passa, num. 14.

Incendiarij pœna quæ sit de iure canonico, num. 15.

Incendium si fuit culpa immissum, qua pœna puniatur incendiarius ad damna, num. 16. & 17. vbi quid si culpa fuerit lata, & nu. 18. vbi an, & isto casu ex culpa lata teneatur incendiarius ad damna, & interesse, & num. 19. vbi quid si culpa fuerit leuis, & num. 20. & sequentibus, vbi quid si fuit leuissima, an tunc incendiarius criminaliter puniatur, vel etiam ciuiliter ad damna, & interesse, & num. 24. & sequentibus, vbi quid si culpa leuissima fuit in omittendo, & quid si in cōmittendo, & num. 26. vbi quando culpa dicatur, in committendo, & quando in omittēdo, & num. 27. vbi quid de habitante domum gratis, & num 29. vbi quid de custodiente rem mercede, & præmio.

Incendiarius tenetur ad damna, & interesse in foro pœnitentiæ, etiam quòd ex leuissima eius culpa incendium fuerit ortum, num. 22.

Conductor, seu habitator quando teneatur de incendio contingente in domo conducta ex leuissima eius culpa, nom. 25. & seqq.

Culpa in incendio quando dicatur consistere in committendo, & quando in omittendo, num. 26.

In incendio tenetur quis de leuissima culpa, quando incensam rem detinebat ex contractu, in quo de sui natura venit leuissima culpa. num. 27.

Conductor, seu habitator alicuius domus gratis, & sine pensione tenetur de incendio orto etiam ex sua leuissima culpa, num. 28.

Custos alicuius, rei mercede, & præmio tenetur de incendio etiam ex latissima culpa num. 29. & quid de custodiente rem sine mercede, num. 30. & seqq. & quid de custode, qui ratione officij diligentissimam promisit custodiam, num. 32.

Incendium si fuerit ortum casu fortuito, tunc nullus tenetur ad pœnā n. 33. minus ad damna, & interesse, num. 34. Nisi culpa præcedat casum, quia tunc is, qui culpa reus est de sequuto incendio tenetur, num. 85.

Incendium in dubio potius casu fortuito, quam culpa hominis causatum præsumitur, num. 36. Contra, num. 37. & sequentibus, vbi declaratur materia.

Incendium dicitur casus fortuitus, num. 36. declara, vt num. 37. & sequentibus.

Incendium quando dicatur casu fortuito ortum, num. 37. & seqq. vbi plura ponuntur exempla.

Incendium à fulgure causatum dicitur casus fortuitus, nu. 40.

Incendium subita vi uentorum, aut tempestate exortum dicitur casus fortuitus, num. 40.

Incendium immissum à publicis hostibus dicitur casus fortuitus, num. 40.

Incendium causatum ex scintilla ignis ex vno loco in alium euolante, dicitur casus fortuitus, num. 40.

Incendium ortum in loco, in quo ignis accendi non consueuit dicitur casus fortuitus, num. 38.

QVÆST. CIX. CAPVT. I.



1 Ncendij materiam amplam, & profundam appellant Doctores, illamque latissimam, & nodosam existimauit Franc. Turzan. in commum. opin. quæst. 185. in princip. & quidem. verum dicunt, habet enim plura capita, quæ præter alios magistraliter more suo declarando assumpsit Marian. Socin. in cap. si quis domum, de iniur. & damn. dat. cuius dicta dum ad generalem, & perfectam distinctionem reducere credidit Sebast. Medic. in suo tract. de cas. fortuit. parte secunda, quæst. 7. num. 25. ex illa sua longa distinctione nihil distinctum reliquit, sed potius legentis mentem adeo confusam reddit, vt melius forsan fuisset illam minime perlegisse; sicut pariter eandem distinctionem retulit Modern. Tuderr. in suo tract. de locat. & conduct. par. 4. post quæst. 12. rubr. de incendio, &c. post num. 46. & pluribus sequentibus, sed multo magis confuse loquutus fuit Bonacoss. in suis commun. opin. part. 2. in extrauag. fol. mihi 115. num 59. in versic. incendium, vbi dum incendij materiam sibi explicandam proponit, de omni alia re magis tractat, & sermonem habet, quàm de incendio, ego autem, vt rem ipsam, pro mearum virium imbecillitate, quanto magis potuerim clariorem reddam; illam in tria deuidendam existimaui: in quorum primo præcipue agam de incendiarij pœna quæ nam sit, quando locum habeat: in secundo agam de præsumptione culpæ, quando scilicet incendium inhabitantium culpa ortum præsumatur, in tertio nonnullas varias quæstiones explicabo, quæ in incendij materia magis practicabiles, & contingentes existunt, & ijs absolutis erit etiam ni fallor, tota incendij materia absoluta, & perfecta, & antequam vlterius progrediar.

2 Præmitto in primis, quòd incendij crimen grauissimum est, aliorumque bona igne tollere ad humanæ societatis coniunctionem tuendam pernitiossimum; in alijs enim multis sceleribus, vtcunque sceleratorum voluptas expletur, sed in incendio incēdiarius nihil vtilitatis, nihil voluptatis cōsequitur. Hæc & plura alia similia ponuntur per Iodoch. in pract. crimin. cap. 103. num. primo, & proprerea summus Pōtifex in cap. pessimam 23. q. 8. pessimam, & depopulatricem horrendamque incendiariorū malitiam detestatur, & interdicit.

3 Præmitto secundo, quòd incendium pluribus modis contingere potest, quandoq; enim contingit ex proposito, & data opera, quandoque casu nulla præcedente culpa, & quandoque etiam culpa præcedente. & rursus hæc culpa, quandoque consistit in committendo, & quandoque in omittendo, & demum incendium potest habere ortum quandoque ab intra, & quandoque ab extra, secundum Salycet. qui hæc omnia bene exemplificat in l. si vendita. post numerum 2. versic. item est attendendum, ff. de pericul. & commod. rei vendit. quod & idem

idem repetiit in l. quæ fortuitis, post numero septimo, vers. item attendendus est C. de pignorat. actio. Bal. in l. data opera post num. 1. in princip. C. de his qui accus. non poss. Iodoch. in pract. crimin. capitulo 104. rubr. de spontan. incend. num. 10 Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 2. fol. mihi 359. Et ante istos Hostien. in summa de incendiar.
4 §. quid sit incendium, vbi etiam incendium, quid sit, quid combustio qūo inter se differāt & qs dicatur incēdiarius.
5 His præmissis quæro, quæ sit pœna incendij, pro solutione distinguendi sunt plures casus quorum.

PRIMVS est quando incendium fuit dolo commissum à laico, & de iure ciuili, in quo quia incendiarius quandoque traditur bestijs, & potest comburi. quandoque decapitatur, quandoque deportatur, & quandoque etiam relegatur secundum qualitatem incendij, & personarum iuxta varias legum sanctiones, vt videre est in l. qui ędes, & l. final. §. qui data opera. ff. de incend. ruin. & naufrag. & in l. prima, in princip. & in l. si quis dolo, ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. capitalium, §. incendiarij, & §. qui ab inimicitia, ff. de pœn. & in l. data opera, C. de his qui accusar. non poss. idcirco quando, & quo casu singulæ pœnæ prædictæ, & earum quælibet locum habeat, vide glos. in cap. si quis domum in verbo *restituat*, in fine, extra de iniur. & damn. dato, & in cap. cum deuotissimam in verbo, *si verò incendium*, 12. quæst. 2. & in cap. pessimam in verbo *sani* 25. quæst. 8. & vide omnino distinctionem Bart. in l. prima. nu. quinto, ff. de offic. Præfect. vigil. & de qua etiam per Cyn. in d. l. data opera, num. 2. C. de his qui accus. non poss. & ibi ēt Bald. post numerum primum, versic. dic ergo, & Salyc. pariter, numero primo, in princip. Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 61. de iniur. & damn. dat. Melch. de Facin. consil. crimin. diuers. 81. num. quarto, libro primo, in paruis. Boss. in tit. de incendiar. numero primo, vbi remissiue. Boer. decis. 26. in fine, num. 17. vbi etiam remissiue. Afflict. in constit. Regni incipien. qui dolose, ante nu.
6 prim & num. 5. Vbi quòd ad hoc. vt prædicta pœna locū habeat, constare debet de dolo, qui regulariter non præsumitur, sed probari debet saltem ex inditijs, & coniecturis, vt puta ex qualitate facti, temporis, & personarum. Addo ad prædictas pœnas eiusdem. Afflict. in alia constitutione, super incisionibus, nu. nono, & sequenti, de malef. clādest. rubr. 26. Fab. à Monteleo. in pract. arbitral. fol. mihi 264. num. 794. Berber. in pract. crimin. par. prima, rubr. de incendiar. cap. 22. num. secundo, versic. si vero dolo. Iodoc. in pract. crimin. rubr. de incendiar. cap. 103 num 2. & seqq. Angel. de malef. in verb *incendiario*, num. 2. Augustin. ad Angel. de malef. in verbo *incendiario*, in princip. additionis, & in versic. adde tamen. & in versic. & breuiter. Bonif. de vitalin. in tit. si quid raptum est occas. incend. & c. num. 14. & in titul. de incendiar. numero primo. Franc. Marc. decis. 417. num. 2. par. 2. vbi in fine, propterea dicit minus debito punitum fuisse in pœnam exilij quendam Ioannē, qui in domo sui fratris incendium apposuerit dolosè, & ex inimicitia, & vlterius eundem fratrem inculpauerat de incendio prædicto. Andr. Gayl. obseruat. 22 numero sexto, libro secundo. Pract. Corrad. tit. de incendiar. numero primo, & sequentibus, fol. mihi 359. Iacob. Port. Imolen. consil. 72. num. octauo. Clar. in pract. §. finali 68. nu. 20. & 21. versic. incendiarij, & vers. sequenti, vbi testatur alias Cremonæ fuisse suspensos duos fratres, qui quasdam domos in oppido combussetant, & etiam vltimo supplicio affectum quendam Paulum de molo, qui in fænili incendium posuerat, licet quidam Donatus Biretta, qui incensis stipulis permiserat ignem vagari in frumentum suum proprium, & alienum habita partis remissione fuerit absolutus, vt ibi per eum, qui etiam ponit, quòd comburens tugurium pœna mortis afficiendus non est, sed tantummodo ad triremes condemnatum extitisse affirmat quendam Pasqualem furtarellum, qui in tugurio ignem iniecerat. Menoch. de arbitr. quæst. libro secundo, casu 390. numero primo, vbi propterea incendij pœnam arbitrariam esse existimauit, & quomodo iudex in arbitrando hanc pœnā se regulare debeat plures distinxit casus, de quibus, ibi per eum. Menoch. de arbitr. quæst. libro secundo, casu 390. num. 25. & sequentibus, vbi amplius, quòd in arbitrio iudicis positum est mutare qualitatem mortis, quando mortis pœna infligenda est Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 25. numero quarto, & sequentibus, vbi pariter, numero sexto, quòd in imponenda hac pœna non parum iudicis arbitrium versabitur circa qualitatem mortis in-
7 fligendæ secundum Menoch. in loco præcitato, Vulpell. consil. 150. numero primo, & sequenti. Viu. opin. 4, 9. numero primo, & vide in proposito tu qui Romanam Curiam sequeris, vrbis statutum, libro secundo, capitulo 36. vbi plures distinguuntur casus, & ibi etiam de ponente ignem in ostio meretricum, & vide rursus bannimenta Vrbis de anno 1591. & successiue ab omnibus Gubernatoribus confirmata, in capitulo 53. ac etiam demum, vide bānimenta generalia status ecclesiastici edita de anno 1599. cap. 63. vbi vltra pœnas iuris communis imponit etiam alias capitalissimas pœnas arbitrio, iuxta facti, & personarum qualitatem.
9 Tenetur insuper incendiarius, præsertim si dolo incendium immittat, ad omnia damna, & interesse propter incendium illata ad text. in l. qui ædes versic. si vero, ff. de incend. ruin. & naufrag glo. in l. si fortuit. in verbo *venia*, & in verbo *dolo* ff. eod. de iure canonico habemus, text. in cap. si quis egressus, & in cap. si quis domum extr. de iniur. & damno dat. Cyn. in l. data opera ante finem, versic. & hæc vera, & ibi etiam Salyc. in fine, versic. & vbi dixit, C. de his qui accus. non poss. Marian. Socin. in d. c. si quis domum, num. 18. & 45. versic. circa tertium, & sub num. 49. & 56. & sequenti, vbi declarat dari isto casu plures a-
10 ctiones tam ad emendam damni, quam ad restitutionem ablatorum, quia scilicet. Primo datur conditio ex illa decretali. Secundo actio ex edicto prætoris de incend. ruin. & naufrag Tertio datur actio furti. Quarto datur actio. l. Aquil. & ibi bene declarat, quando actiones prædictæ locum habent. Pract. Millei fol. mihi 6. num. 39. in formula denunciationis. & fol. 3. num. 17. in rubr. quib. mod. committantur maleficia, & ibidem fol. 112. num. 46. & fol. 126. num. 17. in rubr. tract. pœnar. mortis Afflict. in cōstit. Regni qui dolose, numero tertio, & in constitutione super incisionibus, num. 14. in fine, versic. & subdit. de malef. clandest. rubr. 26. Fab à Monteleon. in tract. arbitral. fol. 264. num. 794. versic. & si non probatur. Nouel. reg. 18, numero, vbi de communi Franc. Turzan. q. 185. num. primo. Franc. Marc. decis. 417. nu. 1. par. 3. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. post. num. 4. par. 1.
11 Et oēs prædictę actiones quandoq; dantur ad simplum, & quandoq; etiam ad duplum, prout declarat Mar. Soc. in d. c. si quis domum, num. 56. & sequenti, de iniur. & damn. dat. Franc. Marc. decis. 417. num. primo, par. 2. & vide Vrbis statutum, libro secundo, capit. 36, vbi quòd incendiarius condemnatur damnum passo in quadruplum illati damni.
12 Immò etiam quandoque in hac ciuili actione veniet interesse extrinsecum, quòd an verum sit, & quando ponit in specie Vincent. Caroc. de loca. & conduct. part. 4. rubric. de incend. num. 20.
13 Et rursus pro damnis, & interesse prædictis datur iuramentum in litem damnum passo contra incendiarium. Plot. in l. si quando, num. 731. in fine, secundum vltimam impressionem. C. vnde vi. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 25. num. 9. in fine, par. 1. concordant bannimenta Vrbis prædicta edita de anno 1591. cap. 53.
14 Potestq; Iudex ex eodem processu incendiarium ad pęnam fisco applicandam condemnare, & etiam parti damnum passi ad emendationem damni, secundum Marian. Socin. in dicto cap. si quis domum, num. 67. de iniur. & damno dat. Melchior. de Facin. consil. criminal. diuersor. 81. in numero primo, & 6. libro primo, in paruis. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 4. in fin. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. cum. 5. fol. mihi 340. Menoch. de arbitrat. quæst. lib. 2. causa 390. num. 24. in fin. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 25. num. 9. par. 1.
15 SECVNDVS erat casus, quando incendium pariter cum dolo fuit commissum á laico, vel Clerico de iure cano-

canonico, in quo pariter dicas, quòd eodem iure plures emanarunt Summorum Pontificum sanctiones ad punitionem incendiariorũ, videlicet in cap. si egressus, & in cap. sequenti, de iniur. & damn. dat. quibus iuribus præcipuè statuitur incendiarios teneri ad restitutionem damni ex incẽdio illati. Item & text. in cap. tua nos, de sentent. excommunicat. vbi etiam statuitur incendiarios excommunicatos, & publicatos non nisi à Papa absolui posse, & ibi glossa in verbo *publicati*, dicit. Incendiarios ecclesiasticos, seu aliorum locorum religiosorum ipso iure excommunicatos esse.

Alios autem incendiarios aliorum locorum non ipso iure excommunicatos, sed excommunicandos esse, & ibi vide omnino Abb. Felyn. & alios Doctores, apud quos latissimè pertractatam reperies materiam pœnæ incendiariorum de iure canonico, An scilicet, & quando sint excommunicati, an ipso iure, an possint absolui ab Ordinario, an verò à solo Papa, quid in Clericis, & quid etiam in laicis, & ad eandem materiam vide etiam tex. in cap. cum deuotissimum, & ibi glo. in verbo *si verò incendium*, 12. quæst. 2. vbi pariter dicit, quòd incendiarius non est ipso iure excommunicatus, nisi sit incendiarius Ecclesiæ, & quòd non absoluitur, nisi prius satisfaciat, & quòd si fuerit denunciatus, & publicatus, non nisi à Papa absolui potest. Item & text. in capit. si quis Ecclesiã. 17. quæst. 4. vbi, quòd Ecclesiam comburens quindecim annis pœnitentiam facere debet, statimque eam in pristinum restituere, & prætium pauperibus distribuere.

Et demum vide etiam text. in cap. pessimam. 23. quæst. 8. vbi, quòd si quis dolosè ignem apposuerit, aut apponenti consilium, aut auxilium præbuerit excommunicatur, & si mortuus fuerit, sepultura careat, nec absoluitur, nisi damno resarcito, & vlterius resipiscenti pœnitentia iniungitur annalis, & ibi gloss. in verbo *interdicimus*, notat excommunicationem non ipso iure incendiario impositam esse, sed per sententiam imponendam, & vltra præcitatos Doctores in dicto cap. tua nos, & in cap. conquæsti. de sent. excommunicat. vide Diaz in practic. crim. in verbo *incendiarij*, cap. 105. secundum vltimam impressionem, vbi dixit per text. in dicto cap. pessimam, pœnam non imponi, nisi laicis. Clericis enim (inquit ipse) in Canonibus inflicta non reperitur, forsan quia Canonum conditores, non crediderunt, Clericos tale scelus incursuros, & propterea Clericos incendiarios arbitraria pœna puniendos esse existimauit, & ibi Ignat. Lopez. in addit. Incendiarium loci sacri, vel monasterji ipso iure excommunicatum esse; Incendiarium verò loci non sacri excommunicandum esse, & hanc testatur communem ex Nauarr. in Manuali cap. 17. num. 100. sic & cum Diaz. pœnam isto casu laicis infligendam arbitrariam esse pariter censuit Fab. Monteleon. in pract. arbitral. parte quarta, num 799. & qui in excommunicatione sequitur distinctionem cõmunem, de qua supra, declarando tamen dummodo Ecclesia, in qua fuit immissus ignis, fuerit consecrata, aliàs secus. Verum contra Diaz in loco præcitato, dum sentit in Clericis Canones non imposuisse certam pœnam, & propterea eam arbitrariam esse; insurgit Foller. in practic. criminal. canon. in verbo, *aut incendium*, cap. 25. numero primo, expresse dicens, quòd text. in dicto cap. pessimam, loquitur tàm in laicis, quàm in Clericis, & ibi etiam declarat, An, & quando incendiarij sint excommunicati ipso iure, an verò sint excommunicandi per sententiam, & an sic excommunicati possint ab alio absolui, quàm à Papa. & ad materiam prædictæ pœnæ de iure canonico impositæ, vltra præallegatos vide Nouell. regul. 18. numero sexto. Berber. in rubr. de incendiar. parte prima, cap. 22. numero quarto, vbi etiam, quòd de occulto incendiario; & aduertendum existimat, quòd omnes supradictæ pœnæ sunt potius conscientiosæ, quàm cõtentiosæ, & quòd propterea in foro fori Clericus incendiarius pro qualitate criminis puniretur, & quòd si excessus esset magnus ex magno incendio; dolo commisso posset etiam declarari, si verò non esset magnum incendium deponeretur à beneficio, vel si esset paruum, suspenderetur, & aliàs pro criminis qualitate arbitrio iudicis puniretur. Refert, & sequitur Iodoch. in pract. crimin. cap. 103. rubr. de incendiar. num. 13. & seqq. August. ad Ang. de malefic. in verbo *incendiario*, post num. 6. post princip. additionis, versicul. adde tamen. Bonif. de Vitalin. in tit. de incendiar. num. 4. Petr. Rebuff. in pract. Benef. par. 3. rubr. de modo admittendi beneficia, cap. 1. num. 60. Vbi etiam, quòd Clerici, ex quo de iure ciuili capite puniuntur, de iure canonico amittunt beneficia. Franc. Marc. decis. 417. in princip. part. 2. Pract. Corrad. rubr. de incendiat. num. 19. fol. mihi 342. vbi pariter cum Follerio, vbi supra opinatus est text. in d. c. pessimam, indistinctè procedere tàm in laicis quàm in Clericis. Menoc. de arbitrar. quæstion. lib. 2. casu 390. n. 3. & sequenti, vbi, quòd in foro pœnitentiali pro incendio est pœna excommunicationis: in foro autem contentioso est pœna arbitraria. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 24. rubr. de sacrileg. circa loca, num. 6.

16 TERTIVS est casus, quando incendium fuit commissum non dolo, sed culpa, aut negligentia alicuius, quo casu pœna ponitur per tex. in l. tertia, §. primo, versic, & quia plerumq; ff. de offic. Præfect. vigil. vbi dicitur, quòd quando incendium oritur culpa, & negligentia inhabitantium (& non declaratur ibi de qua culpa) tunc inhabitantes. aut fustibus cæduntur, aut seuera interloquutione, & comminatione fustium castigationem iudex remittit, sequitur ibidem Odofred. post princip. Item ponitur per text. in l. qui ædes. ff. de incend. ruin. & naufrag. vbi dicitur, quod is, cuius negligentia incendium oritur, aut noxam sarcire iubetur, aut si minus idoneus sit, leuius castigatur, & sic videtur velle. negligentiam in incendio non puniri criminaliter, nisi in subsidium, quando incẽdiarius non potest damnum resarcire, quod & idem ad notauit Milleus in pract. folio mihi 126. num. 17. in tract. pœnar. mortis. Cæpol. de seruit. rustic. præd. cap. 44. rubr. de igne. num. 8. in fin. Cæphal. consil. 362. num. 8. Vulpell. consil. 150. num. 5. & 6. Iodoch. in pract. crimin. cap. 104. rubr. de spontan. incend. numero secundo, & sequentibus, vbi pro incendio per imprudentiam, iniuriam, imperitiam, seu negligentiam alicuius orto, quandoque exilij, quandoque fustigationis, quandoque damnationis in metallum, & quandoque etiam iudici arbitrariam pœnam imponi posse existimat Franc. Marc. decis. 417. num. 2. versic. si verò incendium, parte secunda, vbi, quòd pro incendio commisso culpa, seu negligentia imponitur pœna fustigationis.

Verum, quia iura, & Doctores prædicti loquuntur de incendio culpa, ac negligentia commisso in genere, non distinguendo de culpa lata, leui, vel leuissima; ideò pro clariori cognitione, & resolutione vide, quæ dixi in sequentibus casibus.

17 QVARTVS est casus in incendio commisso lata culpa; & tunc omnes concordant, illud posse puniri etiam corporaliter, sed non ita grauiter, ac si dolo commissum fuisset, secundum Bart. in l. 1. numero quarto, in fine, vers. oppono dicitur hic, quòd interdum flagellis cæditur. ff. de offic. Præfect. vigil. Cyn. in l. data opera, in fine, versic. si lata culpa C. de de his, qui accus. nõ poss. Bald. ibidem, numero quarto, in principio, vbi, quòd nunquam isto casu imponitur pœna mortis, aut abscissionis membri, etiã quòd incendiarius sit vilis persona, sed imponitur alia corporalis minor, aut magna pecuniaria. Nec dissentit ibidem Salycet. num. 1. versic. secundo casu incendiarius iudicantis arbitrio punitur, & ibi Addentes litera B. Marian. Socin. in cap. si quis domum. num. 61. in fine, versic. secundo casu, de iniur. & damno dato. Melchior. de Facin. consil. criminal. diuers. 81. numero quinto, libro primo, in patuis. Pract. Mill. fol. mihi 111 numero 16. in rubr. quib. mod. committan. malef. Afflict. in Constitut. Regni super incisionibus, num. 14. de malefic. clandestin. in rubr. 26. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 4. Pract. Corrad. rubr. de incendiat. num. 7. fol. mihi 340. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 390. num. 24. vbi, quòd est pœna arbitraria. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 11. vbi, quòd si incendium fuit magnum, imponitur aut pœna

pœna corporalis citra mortem, aut maxima pœna pecuniaria; ſi verò incendium fuit paruum, pecuniaria tantum pœna imponitur. Sebaſtian. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. poſt num. 25. vbi pariter, quòd eſt pœna arbitraria ex Menoch, in loco relato.

18 Sic & ex lata culpa incendiarium teneri ad damna, & intereſſe, voluit Marian. Socin. in cap. ſi quis domum, num. 19. de iniur. & damno dato, vbi loquitur, ſiue culpa conſiſtat in committendo, ſiue etiam in omittendo, & ibi benè exemplificat, & num. 58. Melch. de Facin. conſil. crimin. diuerſ. 81. num. 5. in fine, lib. 1. in paruis. vbi, quòd de hoc non eſt dubium. Afflict. in conſtit. Regni ſuper inciſionibus, num. 14. in fine, verſic. & ſubdit, de malef. clandeſtin. rubr. 26. Nouell. reg. 18. num. 2. Berber. in pract. rubr. 22. de incendiar. num. 2. Angel. de malefic. in dicto verbo *incendiario*, num. 4. in fine. Grammat. deciſ. 3. num. 16. & ſequentibus. Andr. Gayl. obſeruat. 22. num. 2. lib. 2. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 8. folio mihi 340. Menoch. d. caſu 390. nu. 24. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 10. vbi, quòd in hoc omnes conueniunt, & nemo diſcrepat. Vulpell. conſil. 150. per totum vbi benè ad triremes per biennium fuiſſe cõdemnatum exiſtimauit quẽdam N. qui non dolo, ſed per iocum, & ſic lata culpa, ignẽ poſuit in duos laruatos ſtuppa indutos tripudiantes, & qui penitus combuſti fuiſſent, niſi eorum conſocij ignem cum niue extinxiſſent.

19 QVINTVS eſt caſus in incendio commiſſo leui culpa, & tunc vna fuit opinio, quòd incendiarius punitur non corporaliter, ſed pecuniariter, præterquam in ſubſidium, quando incendiarius non poteſt ſoluere. Bart. in d. l. 1. num. 5. ad finem, verſic. ſi verò propter culpam. Nec diſſentit Bald. in l. data opera ſub num. 4. & 5. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Berber. in pract. rubr. de incend. cap. 22. num. 2. part. 1. vbi, quòd pro leui culpa poteſt incendiarius caſtigari per fuſtigationem. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, numero quinto per totum, vbi poſt multa videtur reſidere cum Bartoli opinione prædicta. Franc. Marc. deciſ. 521. numero quarto, in fine, verſic. licet quando, par. 2. vbi, quòd pro leui culpa quis non punitur criminaliter, ſaltem ad pœnam corporalem, tacitè ſentiens ad pecuniariã, ſic Sebaſtia. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. poſt num. 25. vbi, quòd punitur iudicis arbitrio immemor quod ſupra numero 15. nullam poſſe imponi pœnam affirmauerit.

20 SEXTVS eſt caſus in incendio commiſſo culpa leuiſſima, & tunc omnes admittunt quem non teneri ad aliquam pœnam criminaliter, Adden. ad Bart. in l. prima, num. 5. litera G, in verbo *committitur incendium*, ff. de offic. præfect. vigil. nec diſſentit Salycet. in l. data opera, in fine, verſic. ſi fuit autem leuiſſima. C. de his, qui accuſ. non poſſ. & facit, quia vt alias dixi ſuo loco, & generaliter culpa leuiſſima non punitur criminaliter. Marian. Socin. in cap. ſi quis domum, num. 66. in fine, verſic. & ex prædictis de iniur. & damno dato. Afflict. in Conſtit. Regni ſuper inciſionibus, poſt nu. 14. de malefic. clandeſt. rubr. 26. vbi de communi. Ang. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 6. verſicu. quarto caſu. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 10. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 14. par. 1. vbi quòd ita omnes Doctores vno ore affirmant. Hier. Gabr. conſil. 159. num. 3. lib. 1. vbi, quòd leuiſſima culpa non ſolum non punitur, ſed nec qui eam committit, vituperatur per l. quamuis. ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs ibi per eum allegatis.

21 Sed nunquid teneatur incendiarius ciuiliter l. Aquil. ad damna, & intereſſe, videtur quòd non, ſecundum gloſſ. in l. ſi modo. ff. de legat. 1. & ita omnes Doctores affirmare auſus eſt dicere Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 25. num. 13. par. 1. Viu. opin. 439. num. 3. in fin. verſ. & conſequenter, Magon. deciſ. Florent. 111. nu. 41. & num. 43. verſ. & ideo licet, &c.

22 Quæ quidem opinio potiſſimum procedit in foro pœnitentiæ, ſecundum Innoc. & Abb. in locis relatis per Afflict. in Conſti. Regni ſuper inciſionibus, nu. 14. verſic. & propterea, de malef. clandeſt. rubr. 26. Grammat. deciſ. 3. num. 16. Burſat. conſ. 59. num. 2.

23 Contrarium, quòd licèt leuiſsima culpa non puniatur criminaliter, agi tamen poſsit in foro fori ex ea l. Aquil. voluit Salycet. in dicta l. data opera, in fine. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Afflict. in Conſtitut. Regni ſuper inciſionibus, num. 14. verſic. & propterea, de malef. clandeſt. rubr. 26. poſt Innocen. & Abb in locis per eum relatis. Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. fol. 264. num. 794. in fine, verſiculo vnde caute, & num. 800. Foller. in pract. crim. canon. in verbo *aut incendium*, cap. 25. in fine, num. 5. Nouell. reg. 18. num. 2. Angel. de malefic. in dicto verb *incendiario*, num. 6. Grammat. deciſ. 3. num. 13. 17. & ſequenti. Andr. Gayl. obſeruat. 22. num. 2. lib. 2. Roland. conſil. 95. num. 5 & 8. lib. 2. Magon. deciſ. Florentin. 111. nume. 11. & 25.

24 Diſtingue primam opinionem procedere, quando culpa leuiſſima fuit in omittendo, ſecundam autem opinionem procedere, quando culpa fuit in committendo, ſic enim relatis hincinde contrariis concordat Marian. Soc. in cap. ſi quis domum, num. 22. & ſequentibus, de iniur. & damno dato, & ibi benè declarat, quando culpa leuiſſima conſiſtat in omittendo, & quando in committendo. Curt. iun. in l. dominus horreorum, num. 10. ante finem. ff. locat. Grat. conſil. 46. num. 36. lib. 2. vbi, quòd culpa leuiſſima in faciendo æquiparatur culpæ leui. Gozzadin. conſi. 63. in fine, verſiculo, Non obſtat, quòd teneatur leuiſſima culpa. Alexand. conſilio 50. num. 2. verſic. tertio videtur, iniuncto num. 9. verſ. nec obſtat ad hoc, & num. 12. Cæpol. conſil. 69. num. 5. in fine, verſ. ſed in actione. Afflict. deciſ. 57. num. 7. in fin, & ſeqq. & ibi Vrſil. in addit. in prin. & num. 1. & ſeq. & 8. vbi de communi, Idem Afflict. in conſtit. Regni, qui doloſè, num. 3. verſ. intellige hoc eſſe verum, & num. 5. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, poſt num. 6. ad medium additionis, verſ. itẽ in hac materia. Franc. Marc. deciſ. 521. nu. 8. verſ. quòd verum eſt, par. 2. Franc. Trigon. ſing. 57. num. 3. ante fin. Couar. in 4. Decretal. epithom. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 13. & 14. verſ. hinc ſubinfertur, & verſic. eſt tamen hac in re aduertendum, vbi hanc diſtinctionem dixit communem, licèt ipſe verius credat, nec etiam in l. Aquil. venire culpam leuiſſimam in committendo. Pract. Corrad. rubr. de incend. num. 10. fol. mihi 340. & num. 16. in fine, fol. 342. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 390. num. 10. Cæph. conſil. 362. num. 14. 36. & ſeq. Rolan. conſ. 91. num. 29. lib. 2. Gerard. Mazzol. conſ. 85. num. 72. Alexand. Trentacin. in ſuo conſil. poſt opin. Viui. 439. poſt num. 8. verſ. & actio legis Aquil. & num. 14. vbi hanc diſtinctionem fatetur communem, quamuis ibidem num. 15. 16. & 17. ponat tres declarationes quæ non ſatisfaciunt Alex. Rauden. in ſua deciſ. Piſan. 6. num. 20 25. & ſeqq. Hier. Gabr. conſil. 150. num. 3. lib. 1, vbi de communi, & ibidem num. 8 verſ. 2. quia Maſcard. de proba. lib. 2. concluſ. 892. num. 9. Magon. deciſ. Florentin. 111. num. 26. vbi alijs relatis teſtatur de magis communi, & num. 50. verſic. cum igitur, & num. 52. Caroc. in tracta. de loca. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 11

25 Et propterea conductor, ſeu habitator tenetur de leuiſſima culpa, quando illa fuit commiſſa non in omittendo, ſed in committendo, ſecundum Salycet. in l. ſi vendita,

26 poſt num. 8. ff. de peric. commod. rei vendit. Vbi amplius declarat tunc dici culpam in omittendo, quando eã nullum præcedit factum illius, qui omiſit, quòd ſi factum aliquod præcedit, quod eſt occaſio damni, licet damnum procedat ex ſequenti negligentia, tunc illa leuiſſima culpa in negligendo, & omittendo cauſata ex illo præcedente facto, facit ipſum conductorem, & habitatorem teneri l. Aquilia, ex iuribus ibi per eum allegatis, & quamuis hæc Salyceti declaratio non multum videatur placere Petro Calephat. in conſil. crimin. diuerſor. 58. num. 31. & ſequentibus lib. 2. attamen ab ea non diſſentit Alexand. Trentacin. in ſuo conſil. poſt opin. Viu. 439. num. 17. & generaliter, quòd conductor teneatur de leuiſſima culpa in committendo, licèt non ſic in omittendo, addo Alberic. in l. tertia. §. primo, num. 5. ff. de offic. præfect. vigil. vbi generaliter

generaliter dixit, quòd in l. Aquilia venit etiam culpa leuissima, quæ in omittendo consistat. Parisi. in additio. ad Bar. in l. prima, num. primo, litera B. ad medium, versic. ad istud propositum. ff. de offic. præfect. vigil. Bald. dicto consil. 341. Quidam magister, num. 1. lib. 1. Sebast. Medic. de cas. fortu. par. 2. quæst. 7. post num. 25. versic. quòd si fuerit in leuissima culpa.

27 Tenetur de incendio ex leuissima culpa etiam in omittendo orto quis, quando combustam rem detinet ex contractu, in quo de sui natura veniat leuissima culpa, prout in cômodato, vel alijs contractibus, qui fiunt gratia vnius tantum, & idem in specie in conductore in illis casibus, in quibus contingat ipsum teneri de leuissima culpa; sic enim per text. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodat. scripserunt Paris. in additio. ad Bart. in dicta l. prima, numero primo, litera B, versiculo ad istud propositum. ff. de offic. præfect. vigil. Alexand. in l. si quis ex argentarijs. §. Prætor ait, num. 8. & versic. & per hoc patet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num. 16. & Ias. nu. 31. ff. de eden. idem Alexand. in l. domos, post num. 5. vers. posset ergo præcedere, & ibi etiam Ias. num. 7. ff. de legat. 1. Alexand. consil. 50. num. 9. versiculo secundo respondeo, & consil. 74. nume. 3. in fine, lib. 6. Cepoll. consil. 69. num. 4. versicul. Nec obstat, quod not. Bart. Grammat. in addition. ad Afflict. decis. 57. sub litera A, ad medium. Augustin. in addit. ad Ange. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 12. ante medium. Grammat. decis. 3. num. 2. in fine, Franc. Marc. decis. 521. num. 7. part. 2. Franc. Trigon. sing. 57. num. 4. Couar. super 4. Decretal. in epithom. par. 2. cap. 6. § 8. num. 14. versiculo vnde nisi ex natura contractus. Menoch. de arbitrar. quæstion. lib. 2. casu 390. num. 7. Rolan. consil. 95. num. 26. lib. 2. Viui. opin. 439. num. 4. Hieron. Gabr. consil. 154. n. 4. lib. 1. Mascard. de probation. libro 1. conclus. 467. num. 12. Sebastian. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 9. Magon. decis. Florent. 111. num. 51.

28 Hinc est, quòd de incendio etiam orto ex leuissima culpa, tenetur is, cui habitatio gratis à Domino concessa est, secundum Augustin. ad Angel. de malefic. in dicto verbo *incendiario*, num. 12. ante medium. Pract. Corrad. rubric. de incendiar. num. 15. in fine, folio mihi 342.

29 Hinc etiam est, quòd pariter tenetur de leuissima culpa in incendio is, qui non gratis, sed mercede, & præmio habet custodiam rei combustæ, secundum Ias. in dicta l. domos, num. 7. ff. de legat. 1. Gozzadin. consil. 63. num. 3. versiculo sexto conductor. Petr. Calephat. consil. criminal. diuersor. 58. num. 20. 25. & sequentibus, lib. 2. Franc. Turzan. quæst. 185. num. primo, ad medium, versicu. licèt aliquando. Franc. Marc. decis. 521. num. 7. in fine, versic. nisi in locato, par. 2. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 8. & post num. 25. versiculo, vel nisi suscepisset custodiam agri pro mercede.

30 Idem in eo, qui etiam sine mercede rem custodiendam assumpsit, facilè dicendum videtur, ex regula, quòd sola rei custodia facit in custode præsumere culpam, de qua alijs relatis per Menoch. de arbitra. quæstio. lib. 2. casu 390. sub num. 5. & per Magon. decis. Florent. 24. num. 9. & 10. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 467. num. 16. relati per Magon. decis. Florent. 111. num. 3. Bursat. consil. 59. num. 6. ante finem, vbi, quòd habitans tenetur de incendio, quãdo teneretur custodire ex natura officij, facit text. in l si à bonæ fidei. §. primo, ff. de rei vendit. cum ibi notatis per Doctores, volentes quòd ille, qui tenetur de custodia teneatur etiam de leui, vel leuissima culpa, quod & idem voluit Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. part. 4. rubr. de incend. num. 68.

31 Verum verius est, custodem non teneri de leuissima culpa, quando gratis, & sine mercede custodiam recepit

32 Corn. consil. 242. num. 4. lib. 1. Et pluribus comprobat Magon. decis. Florentin. 111. num. 54. nisi quando diligentissimam promisisset custodiam. ratione officij vti peritus, quia tunc tenetur de leuissima culpa, & si sine mercede custodiat, aliter secus, vt per Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 27. 28. 42. 44. & 57. par. 1.

33 SEPTIMVS est casus in incendio prouenienti casu fortuito, & tunc habitator absque dubio ad nullam tenetur pœnam, tex. est in l. si fortuito. ff. de incend. ruin. naufrag. & ibi gloss. in verbo *venia*. Item gloss. in l. qui ædes, in verbo *casu*. ff. eod. Bart. in l. prima, numero quinto, in fine, versic. tertio casu. ff. de offic. præfect. vigil. per text. quem allegat in l. penul. ff. de incend. ruin. & naufrag. Cyn. in l. dato opera, in fine, versic. si casu fortuito. C. de his, qui accusa. non poss. & ibi etiam Salycet. numero primo, in fine, versiculo tertio casu. Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 66. in fine, versic. & ex prædictis, de iniur. & damno dato. Pract. Millei folio mihi 111. num. 16. in rubr. quib. mod. commit. malef. Afflict. in Constit. Super incisionibus, num. 11. & 12. de malef. clandest. rub. 26. vbi loquitur etiam in pœna statutaria, quòd non habeat locum pro incendio orto casu fortuito. Ang. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 9. versic. & isto casu. Bonifac. de Vitalin. rub. si quid raptum est occasione incendij, num. 14. Gerard. Mazzol. cons. 85. nu. 55.

34 Sic nec casus fortuitus in incendio obligat quem ciuiliter ad damna, & interesse, secundum gloss. in l. qui ædes, in verbo *casu*, ff. de incend. ruin. & naufrag. quamuis alia gloss. in l. si fortuito, in verbo *venia*, ff. eod. contrarium asserere videatur, per text. in dicta l. qui ædes, qui, vt ibidem gloss. adnotauit, non loquitur in incendio orto in casu fortuito, sed propter negligentiam. Primo enim casu non venit damni restitutio, prout sunt termini huius conclusionis; secundo autem sic. Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 8. & seqq. extra de iniur, & damno dato. Vbi, quòd ille, in cuius domo exortum est incendium casu fortuito siue sit dominus, siue conductor, siue alius habitator non tenetur ad aliquam damni emendationem. Bald. consil. 148. Factum quæstionis tale est, num. 2. versiculo, aut constat contigisse incendium casu fortuito, lib. 2. & consil. 174. num. 2. versic. si verò incendium, lib. 2. Alexand. consil. 74. num. 4. lib. 6. Salycet. consil. criminal. diuers. 31. num. 2. lib. 1. in paruis. Petr. Calefat. cons. crimin. diuersor. 58. num. 19. lib. 2. Berber. in pract. cap. 21. rubr. de incendiar. num. 3. versi. vltra tamen, par. 1. Iodoc. in pract. crimin. cap. 104. rubr. de sponran. incend. num. 8. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, nu. 9. versic. & isto casu. Andr. Gayl. obseruat. 21. num. 2. versic. regulariter enim, lib. 2. Pract. Corrad. rub. de incendiar. num. 11. fol. 340. vbi ampliat etiam, quòd damnum resarciri debeat vigore statuti. Menoch. de arbitr. quæstion. lib. 2. casu 390. num. 2. post med. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 2 & 3. par. 1. Gerard. Mazzol. cons. 85. num. 55. Hieron. Gabr. consil. 159. num. 29. lib. 1. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. nu. 25. post med. vers. si constat euenisse. Polid. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. nu. 16. & seqq. Alex. Rauden. decis. Pisan. 6. nu. 46. par. 1.

35 Verum si aliqua culpa præcedat incendium casu fortuito ortum; tunc is, qui culpæ reus est de sequuto incendio tenetur, vt benè comprobat Andr. Gayl. obseruat. 22. num. 7. lib. 2. (vbi tamen declarat, quando culpa est ordinata ad casum, casusque fortuitus immediatè á culpa prouenit, aliter secus) ibique pluribus hanc comprobat conclusionem, refertque aliàs apud ipsum iure, ad emendationem damnifuisse condemnatum quendam Nobilem, qui ruri in columbam super columbario sedentem bombardam emisit, & præter opinionem occulta vis pulueris stramineum tectum incendit, vnde ignis progressus est vnica rusticorũ tuguria simul conflagrarunt. Bertazz. consil. 491. num. 16. 21. & seq. vbi etiam declarat, an, & quando culpa dicatur ordinata ad casum. Cæphal. consil. 362. num. 17. & 23. vbi pariter, quòd de culpa quis non tenetur propter incendium, quãdo illa non fuit ordinata ad casum incendij. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 5. 55. & sequentibus, vbi declarat tunc demum culpam esse ordinatam ad casum, quando nisi culpa adfuisset, casus ille occurrere non potuisset. Hippol. Riminald. consil. 373. nu. 37. lib. 4. Alex. Trentacin. in suo consil. post opin. Viu. 39. num. 17. in fine. Caroc. in tractar. de locat. par. 4. quæst. 11. vbi, quòd tribus modis potest contingere

culpam

culpam esse ordinatam ad casum, & singulos modos benè exemplificat, & declarat Polidor. Rip. in tract. de nocturn. temp. cap 27. num. 13. in fin. ad quam materiam, quando scilicet quis teneatur de casu fortuito, quando culpa præcedit casum, vide omnino Bart. & Doctor. in l. si vt certo §. sed interdum. ff. commodati. Dec. in l. contractus, in fine, versiculo secundo fallit, & ibidem Cagnol. num. 88. & Mayner. num. ; . ff. de regul. iur. Alexand. consil. 74. nu. 7. & 10. versiculo tertio respondeo, lib. 6. Aym. consil. 8. num. 24. 27. & 29. Bart. in l. Diuus Adrianus, de sicat. Aret. consil. 80. num. 60. versicul. Nec obuiat. & consil. 146. nu. 8. ad medium. Cœpoll. consil 33. num. 19. versic. Nec obstat. Boss. in tit. de homicid. num. 74. & 93. Clar. in pract. §. final. quæst. 84. in princip. Claud. ad Bertazz. consil. 299. Litera A, versic, sed casus. Bursat. consil. 134. num. 22. & 24. libro secundo. Eugen. consil. 64. num. 27. & seq. & 64. Natt. consil. 78. num. 5. & 7. lib. 1. Roland. consil. 81. num. 53. lib. 1.

36 Sed nunquid incendium præsumatur ortum casu fortuito, an verò culpa alicuius, videtur dicendum, quod in dubio potius casu fortuito, quàm culpa hominis causatum præsumitur, quia re vera incendium numeratur inter casus fortuitos, text. in l. si vt certo. §. si verò senectute. ff. commod. & in l. duobus. §. damnũ. ff. pro socio, & in l. ex conducto §. fina. & in l. videamus. §. fina. cum l. seq. ff. locat. & in l. in contractu, in fine. ff. de regul. iur. Alberic. in l. si vendita, in fine, ff. de peric. & commod. rei vendit. & ibi etiam Salyc. nu. 1. vers. nã incendium. Idem Salycet. in l. quæ fortuitis. C. de pignorat. act. & ibi Adden. litera C, vbi de materia. Curt. Iun. in l. dominus horreorum, num 9. ff. locat. Ias. in consil. 116. num. 2. lib. 1. Gozzadin. in consil. 63. num. 11. Paris consil. 87. num. 3. in fin. lib. 4. Andr. Gayl. obseruat. 21. num. 2. lib. 2. & obseruat. 23. nu. 4. eodem lib. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 390. num. 2. post medium. Roland. consil. 95 nu. 18. lib. 2. Magon. decis. Florent. 111. num. 40. versic. rursus ex alio, & num. 41. & 45. versic. incendium enim dicitur casus fortuitus. Vincent. Caroc. in tractat. de locat & conduct. parte quarta, rubr. de incend. num. 1.

37 Contrarium videtur verius, quia quando apparet de alicuius culpa verè, & præsumptiuè; tunc non dicitur casus fortuitus, secundum Salycet. in l. si vendita, num. 1. in fine. ff. de peric. & commod. rei vend. Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 8. extr. de iniur. & damno dat. vbi tunc verè incendium dicitur ortum casu fortuito, quando nulla hominis præcedit culpa, aliter secus. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 9. vbi dixit, quòd tũc incendium dicitur euenisse casu fortuito, quando illud factum est tale, quòd præuideri non potuit, & sic culpæ non adscribitur, & quia alio non docto, incendium semper præsumitur ortum culpa alicuius incertæ, & indeterminatæ personæ, vt dixi infra num. 72. Idcirco pariter, & in dubio incendium non præsumetur casu fortuito ortum, nisi casus probetur, aut verè, aut præsumptiuè.

38 Erit autem incendium casus fortuitus, quando ortum habuit in loco, in quo ignis accendi non consueuit, secundum Roland. post alios, quos allegat in consilio 95. num. 19. & seqq. lib. 2. Vbi idem si de raro contingentibus in illo loco ignis esse soleret, & alia similia, de quibus etiam per Gerard. Mazzol. consilio 85. num. 52. & seqq. Hieron. Gabriel. consil. 159. num. 27. libro primo. Mascar. de probat. libro secundo, concl. 892. num. 20. & seq. Mag. decis. Florent. 111. post. num. 44. & seqq. Vincent. Caroc. de locat, & conduct. par. 4. rubric. de incend. num. 26. & num. 42. Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 47. & ante istos Bald. in l. prima, in fine, C. depositi, & in l. quę fortuitis, sub num. 26. C. de pignorat. act. Anan. consil. 75. num. 4.

39 Et etiam casu fortuito dicitur incendium ortum, quando à fulgure cœlitus emisso, absque alicuius hominis facto causatum fuit, secundum Marian. Socin. in capit. si quis domos, num. 11. de iniur. & damno dat. Bald. in consil. 174. Casus est talis, sub numero secundo, in principio, & in versic. si verò incendium. Calcan. consil. 40. columna secunda, versicul. quòd autem. Petr. Calefat. consil. criminal. diuersor. 58. numero 16. libro secundo. Alberic. in tractatu statutor. part. 2. quæst. 81. numero primo. Iodoc. in practic. criminal. cap. 104. rubr. de spontan. incend. numero 8. Menoch. de arbitrar. quæstion. libro 2. casu 390. numero secundo. Magon. decision. Florentin. 24. numero secundo, Sebestian. Medic. de cas. fortuit. part. 2. quæst. 7. num. 1. & 25. Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 41. & sequentibus, & cap. 28. Vbi, an, & quibus coniecturis incendium præsumatur ex fulgure causatum.

40 Et rursus casus fortuitus dicitur, quando subita vi ventorum, aut tempestate exorta ignis accenditur, prout dixi infra, num. 141. Idem, quando ignis fuit immissus à publicis hostibus, vt dixi infra numero primo, idem quando ignis scintilla ex vno loco in alium euolauit, & ignem accendit, vt dixi infra numero 139. & pluribus alijs modis, de quibus remitto Lectorem ad scripta per Vincent. Caroc. in tractat. de location. & conduct. parte quarta, quæst. 12. per totam, & latius per Sebastian. Medic in suo tractat. de cas. fortuit.

ARGVMENTVM.

Incendium quando præsumatur ortum culpa inhabitantium.

SVMMARIVM.

Incendium in dubio præsumitur causatũ culpa inhabitantium, & conuersantium in domo combusta, q. 110. num. 41. Licèt alij contra, num. 42.

Incendium eo magis præsumitur ortum culpa illius, qui solus inhabitat in domo combusta, num. 43. & 44. Vbi quomodo ad hanc culpam excludendam poterit iste solus inhabitans suam diligentiam probare, & num. 45. Vbi, quòd præsumptio culpæ non sufficit ad condemnandum.

Incendium præsumitur ortum culpa omnium inhabitantium, quando plures erant habitatores, nu. 46. Sed an hæc sola præsumptio ad condemnandum sufficiat, vt de infra num. 98.

Incendij culpa præsumitur in eo, qui fecit ignem immoderatum, ex quo postea incendium ortum est, num 47.

Incendij culpa excluditur in eo, qui moderatum, & solitum ignem tenuit in domo combusta, num 48.

Incendij culpa præsumitur ratione loci, vt puta in eo, qui facit ignem in loco periculoso, vt puta, in casella absque volta, & his similia, num. 49.

Incendij culpa præsumitur in eo, qui ponit ligna, seu aliàs res accendibiles in loco incongruo, & periculoso, num. 50. & 53. Vbi bene declaratur, quando in proposito locus dicatur periculosus.

Incendij culpa excluditur, quando quis res de facili accendibiles, vt puta ligna, canepam, & similia, poneret in loco remoto ab igne, num. 51.

Incendij culpa excluditur in eo, qui facit ignem in loco solito, & consueto, num. 52.

Incendij culpa, præsumitur etiam ratione temporis, vt puta, in eo, qui flante vento, ignem accendit in loco aperto, num. 54.

Incendij culpa præsumitur in eo, qui de nocte non tenet ignem velatum, num. 55. & 56. Vbi quomodo debeat esse velatus, vt culpa excludatur, & num. 57. Vbi è contra, quòd excluditur culpa ex cooperitione ignis.

Incendij culpa, præsumitur in eo, qui tenet ignem in loco, contra pacta, & promissiones. Tunc enim tenetur de incendio sequuto, etiam casu fortuito, num. 58.

Incendiũ dicitur ortũ culpa inhabitãtiũ in eo, qui contra voluntatẽ Domini, in illius domo tenuit fœnum, ex quo incendium ortũ habuit. num. 59. & num. 60. Vbi secus, si nulla præcedebat con-

nentio de non retinendo fœnum eo loci, & num. 61. Vbi quid si fœnum fuit reconditum, humidum, & malè siccum, ex quo postea ignis fuit accensus.

Incendij culpa præsumitur in eo, qui vtitur re locata alio modo, quã solito, & destinato, nu. 62. & 63. Vbi è contra, quòd excluditur culpa. quando quis re combusta vsus fuit ad solitum, & destinatum seruitium.

Incendium si fuerit immissum ab inimicis habitatoris, tribuitur culpa habitatori, habitatorq; de eo tenetur, num. 64. & 65. Vbi secus è contra, si incendium immittatur ab inimicis locatoris, & num. 66. Vbi in dubio, An præsumatur immissum ab inimicis locatoris, an verò conductoris, & num. 77. Vbi quòd is, cuius inimici incendium immiserunt; tenentur etiam de incendio profluente in domum vicinorum, quod tamen declaratur, vt num. 68. 69. 71. & seq. Vbi quid si inimicitia orta fuit sine culpa illius contra, quem agitur ad damni resarcitionem.

Incendium semper præsumitur ortum, culpa alicuius incertæ, & indeterminatæ personæ, quia sine culpa incendium non fit regulariter, num. 72.

Incendium reputatur delictum difficilis probationis: Ideo eius culpa probatur coniecturis, nu. 73. & 74. Vbi ampliatur etiam ad puniendum criminaliter, & num. 75. Vbi quòd de istis coniecturis statur arbitrio Iudicis, & num. 76. Vbi remissiuè ponuntur plures coniecturæ includentes culpam incendij, & etiam illam excludentes.

Incendium, si fuerit immissum à cane, seu mustella habente ad eius caudam ignem accensum, An de hoc incendio teneatur ille, qui dictum ignem applicauit caudæ ipsius canis, vel mustellæ, num. 77.

Incendij culpa contra habitatores de iure præsumpta, tollitur per contrarias præsumptiones, & probationes, num. 78.

Incendij culpa excluditur in habitatore, qui in domo combusta ignem non tenuit num. 79.

Incendij culpa excluditur in habitatore, qui non erat in domo tempore orti incendij in ea, num. 80.

Incendij culpa excluditur in habitatore domus, quando constat, quod illud prouenit, non ex illa domo, sed aliunde. num. 81.

Incendij culpa non præsumitur in eo habitatore, quem fuit probatum esse personam diligentem, & quòd in domo fecit eam diligentiam, quàm quisq; facere debet, num. 82. & 83. Vbi idem quando fecit eam diligentiam, quàm in similibus maior hominum pars facere solet, & num. 84. Vbi quòd hæc diligentia probatur per familiares, domesticos, & consanguineos, & num. 85. Vbi tamen quòd non sufficit probare diligentiam in genere, nisi in specie probetur circa custodiam ignis, & tempore orti incendij.

Incendium non præsumitur alicuius culpa ortum in domo, quando in ea nullus inhabitat. num 86.

Incendium immissum ab hostibus publicis, seu latronibus, non potest alicuius culpæ tribui, num. 87.

Incendij culpa non tribuitur habitatori domus, qui in domo dimisit duas puellas duodecim annorum, & alium iuuenem annorum viginti, Incendiumq; ibidem causatum fuit culpa illarum puellarum, num. 88. & 89. Vbi secus si omnes dimissi filij fuissent pueri, & infantes.

Incendium præsumitur ortum, culpa inhabitantium, leuissima tamen, & non alia maiori, num. 90. Licet alij contra, num. 91. & 92. Vbi quòd ista culpa leuissima, præsumpta in habitatoribus, erit culpa in omittendo, non autem in committendo.

Incendium præsumitur ortum culpa incerti hominis, & propterea non potest ex hac præsumptione habitator cõdemnari, nisi actor probet culpam specialiter alicuius, certæ, & determinatæ personæ, num. 93. Contra, num. 95. Sed an isto casu sufficiat præsumptiua probatio, num. 94.

Incendij culpæ præsumptio contra inhabitantes a iure statuta, non sufficit ad condemnandum, num. 96. Quamuis alij contra, num. 97.

Incendium, si fuerit ortum ex aliquo hospitio, in quo plures aduenæ hospitabãtur tempore orti incendij, An de eo teneatur dominus hospitij, An verò hospitantes, num. 99.

Incendium an præsumatur ortum culpa inhabitantium parte superiore domus combustæ, An verò eorum, qui habitant partem inferiorem, num. 100.

QVÆSTIO CX.

CAP. II.

41 REGVLA sit affirmatiua, quòd scilicet incendium in dubio præsumitur causatum culpa inhabitantium, & conuersantium in domo combusta, sic enim per text. in l. si vendita. ff. de peric. & commod. rei vendit. Voluit ibidem Alber. num. 2. versic. & tunc regulariter, & Salycet. num. 1. vers. secundo, vt si quis est inhabitator, & versic. sed dic melius, & num. 7. vers. aut aliqui sunt habitantes, est etiã tex. in l. 3. §. 1. in illis verbis, *& quia plerumq; incẽdia culpa fiunt inhabitantiũ*, & ibi gloss. in verbo *plerumq;* ff. de offic. Præfect. vigil. & ibi Alb. n. 3. Odofred. post princ. & in versic. ornata hic. Fulgos. in l. 1. num. 1. in fine. ff. eodem, de offic. Præfect. vigil. Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. Prætor ait, num. 30. ff. de eden. Bal. in l. quæ fortuitis, num. 4. C. de pignorat. act. & ibi etiam Salycet. num. 10. post prin. versic. aut antiqui inhabitantes, & ad Salyce. Addẽtes ibidem litera A. in princ. additio. Idem Salyce. in l. data opera, in fine. vers. Item nota. Imola in l. domos, in fine, post num. 3. ff. de leg. 1. & ibi etiam Cuman. in l. si modo, vers. nota quòd incendium. ff. eod. Ias. in eadem l. domos, num. 5. Crot. in repet. l. 4. §. Cato, num. 73. ff. de verb. oblig. Marian. Socin. in cap. si quis domum, nu. 14. & seqq. de iniur. & damno dat. vbi proponit contraria, & illa resoluit, & num. 30. Bald. consil. 148. factum quæstionis tale est, & cons. 149. lib. 2. & cons. 174. nu. 2. in fine, vers. Hic tamen est considerandum, lib. 2. Ange. cons. 179. Incendium est ortum, num. 2. & seq. vbi proponit cõtraria, & illis respondet, Anchara. consil. 348. pro decisione quæsiti, num. 3. lib. 1. Gozzad. cons. 63. num. 1. & 2. vbi de communi, Alex. cons. 50. num. 1. lib. 1. & consil. 74. num. 2. lib. 6. vbi de communi, Calcan. cons. 39. num. 2. & consil. 40. ad finem. vers. Tertio verò casu. Alexand. de Neuo cons. 87. num. 1. & seqq. & cons. 88. num. 1. & post nu. 3. vbi ponit rationem huius conclusionis. Cæpoll. cons. 69. num. 1. & 2. Salyce. consil. crim. diuers. 31. num. 3. vers. Tertio casu, lib. 1. in paruis, & inter ead. cons. Angel. de Vbald. consil. 32. nu. 1. & seqq. & Melch. de Faccin. consil. 81. num. 7. Marsil. in lib. 1. num. 113. ff. ad l. Cornel. de sicar. Petr. Calefat. cons. crim. diuers. 58. num. 22. lib. 2. Afflict. decis. 57. post num. 1. & seqq. Alber. in tract. de stat. par. 2. quæst. 80. num. 2. Socin. reg. 178. in princ. Fab. à Mõteleon in pract. arbitr. fol. 264. num. 794. vers. & quando. Paris. cons. 87. num. 4. lib. 4. August. ad Ange. de malefic. in verbo *incendiario*, post num. 12. Franc. Turzan. quæst. 185. nu. 1. post med. vers. Immò voluit, & num. 17. vbi dixit considerationem, Ange. de malef. in contrarium factam, in loco mox allegando, sibi non placere. Gramm. decis. 3. num. 7. & seqq. Franc. Marc. decis. 521. num. 1. vers. 1. vers. & in effectu, par. 2. Benincas. de paupert. quæst. 9. in 3. speciali. num. 17. Andr. Gayl. obseru. 21. num. 3. & 5. in fine, lib. 2. Bero. cons. 215. num. 2. & seqq. lib. 3. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. nu. 13. in princ. & per totum, & præsertim in vers. soluit tamen Angelus, vbi testatur de communi conclusione Doctorum, reprobato Ang. de malef. in loco infra allegando, contrarium tenente Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. num. 3. vbi quòd ita concludunt omnes, & quòd in hoc omnes conueniunt. Bertazz. cons. 491. num. 7. & cons. 499. num. 1. & seqq. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 25. num. 14. par. 1. vbi quòd in hoc omnes Doctores concurrunt. Cœphal. cons. 362. num. 1. Guid. Pancirol. cons. 49. num. 2. Roland. consil. 95. num. 2. & seqq. lib. 2. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 6. & 10. Hippol. Riminald. cons. 373. nu. 2. & seqq. lib. 4. Viui. opin. 439. num. 2. Alex. Trentacin. post d. opin. Viuij 439. in suo consil. num. 7. & seqq. Menoch. cons. 53. num. 1. Gabriel. cons. 159. num. 1. vers. Ideoq; si incendium, lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 467. nu. 5. & lib. 2. concl. 892. n. 1. & seqq. vbi innumeri ferè cumulãtur cõcordãtes. Sebast. Medic. de cas. fortuit. pa. 2. q. 7.

num. 2

num. 2. vbi testatur ita esse de mente omnium Doctorũ, Magon.decis. Florent. 111.num.1.& seqq.& num. 19. Vbi de crebriori doctorũ opinione. Vincent. Caroc.in tract. de locat. & conduct. parte 4. rubr. de incend. num. 3. vbi de communi,& magis communi opinione, Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 10. Vbi alios plures refert, & testatur de communi, & magis communi Doctorum opinione, Alex.Rauden.decis.Pisan.6.num.74. vers.6.dubium, par.1.

42 Quamuis contrarium, quòd de iure inhabitantium culpa non præsumatur, suaderi videatur, ex trad.per Ange. de malefic. in verbo *Incendiarij*, num. 12. vers. aduertendum tamen est,& faciunt dicta per Bursat. cons.59. num. 12. & considerata per Magon.decis. Florent. 111.num.13. & seqq. & num. 51. & per Alex. Rauden. decis. Pisan. 6. num.36. 38. & 39.parte 1. (quamuis primam opinionem dixerit ibi communem.)

43 AMPLIA I. & multo magis, quando in domo combusta, vnus solus habitat. Tunc enim incendium præsumitur ortum illius culpa, & hoc casu res est clara, secundum Salycet.in l.si vendita, post num.7.ff.de peric. & commod. rei vendit. & in l. quæ fortuitis, num.10.post princ. versic.sed hic est attendendum.C.de pignorat. act. Maria. Socin. in cap. si quis domum, num.37. de iniur. & damn.
44 dato. Vbi etiam quomodo iste solus inhabitans ad excludendum hanc præsumptionem, poterit suam diligentiam probare, de quò dixi infra num.83. Angel.de malefic.in verbo *incendiario*, num. 12.in princ.Franc. Turzan.quæst. 185.num.8. Pract.Corrad.rubr. de incendiar.num.13.fol. mihi 341.Menoch.de arbitr.quæst. lib.2.casu 390.num.5. versic.hæc autem Præsumptio. Vbi tamen, quòd hæc præsumptio non sufficit ad condemnandum, sed tantum ad inquirendũ, & capiendum, prout sæpius sic seruari vidisse, testatur Ioseph.Ludou. decis. Perus.25.post num.18. & seq. vbi refert, & sequitur Menoch. in loco præcitato, quamuis quòd immò hæc eadem præsumptio ad condemnandum sufficiat, Vincen. in tract. de locat. & conduct. parte quarta, rubr.de incend.num.5.

46 AMPLIA II. (& hæc ampliatio est ferè eadem cum regula) vt & idem sit, quando in domo combusta plures inhabitabant. Tunc enim pariter videtur dicendum incendium ortum fuisse culpa omnium, prout videtur de mente tex. in l.3. vers. & quia plerumque.ff.de offic.Præfect. vigil. qui loquitur in numero plurali, dum ibi dicitur. *Et quia plerunq; incendia culpa inhabitantium*. Tunc etiam, quia ex quo non constat, quis fuerit in culpa omnibus videtur imputandum, argum.tex.in l. si verò plures. §.sed si quis.ff.de his qui deiece. vel effud. & in l.item mella.§.si plures.ff.ad l. Aquil. & videtur de mente Gozzadin. consil.63.num.2.versic.aut aliqui erant habitantes. Angel. de malefic.in verbo *incendiario*, num.12. Franc. Turzan. quæst.185.num.8.& 13. Pract.Corrad.rubr.de incendiar. num. 13. in princ. fol. mihi 341. Mascard. de probat.lib.2. conclus.892.num.3. Vincen. Caroc.in tractar. de locat.& conduct.par.4.rubr.de incend. num.4.& propterea dixit Salycet.in l.si vendita, post num.7.ff.de peric.& commod. rei vendit.& in l.quæ fortuitis,num.10. post princip. vers. si plures. C.de pignorat.act. in hoc maximè esse attendendum locum loci, in quo ignis, & incendium ortum habuit, si enim in loco vnde incendium ortum habuit, vnus tantum habitabat, & tunc illius tantum culpæ incendium adscribitur, sicut dixi in precedenti ampliatione, quòd si plures inhabitabant, vt puta, quia in eodem cœnaculo plures cœnassent, & ibi ignis ortum habuisset. Tunc inquam omnium cœnantium culpa incendium præsumitur ortũ, ex quo quis eorum fuerit non mõstratur, argumento text. in l.si verò plures.§. sed, & si quis.ff. de his, qui deiece. vel effud.& Salyce.sic dicentem, refert, & sequitur Marian.in cap.si quis domum, nu.47. versic. circa tertium, de iniur. & damno dat. Alexand.consil.50.num.12.vers. Præterea in legibus allegatis lib. 1. Calcan.con.59. num. 2. vers. & ad hoc facit. Alexand.de Neuo, consil.88.num.5.

47 AMPLIA III. vt & culpa præsumatur in eo, qui tenet, & facit immoderatum ignem, cum magna quantitate lignorum, ex quibus nimis altam flammam produxit, & vagando processit, tunc tenetur existens in tali culpa, quæ dicitur in committendo ad damnum, propter incendium illatum, secundum Salyce. in l.si vendita, num.2. in princ.ff.de peric. & commod. rei vend. & in l. quæ fortuitis, post num.7. versic. Re, ex quantitate lignorum.C. ex pignorat.act. Marian. Socin.in cap.si quis domum, nu. 21.de iniur. & damno dat. Gozzad. cons.63.num.17. August.ad Ang. de malef. in verbo *Incendiario*, num. 12. ad med.vers.& in hac materia.Cœpol.de seruitut.rustic.pred. cap.44.rubr. de igne, sub num. 1.

Vbi ampliat non licere facere magnum ignem, etiam propter murum grossissimum, & præsertim in parte superiori domus, ex quo dubitari potest, ne solarium, super quo ignis ponitur accendatur. Rolan. cons. 95. num. 17. lib.2. Bero.cons.215.num.4.8.& seq.lib.3. Hier.Gabr.cõs. 159 sub num.24.lib.1. Magon.decis. Florent.111.num.37. & seq. Vincen. Caroc. de loca.& conduct.parte quarta, rub.de incend.num. 37.

48 Sic, & è contra excluditur culpa, ex igne moderato, solito, & communi. Gabr. consil.159 num.12.versic.probatum est tertio, lib.1.Magon. decis. Florent. 111. num. 12. versic. præsupponendum septimo, & sub num.39.

49 AMPLIA IV. vt & culpa præsumatur ratione loci, vt puta, quando quis facit ignem in loco incongruo, & periculoso, propter cohærentias, vel propter seipsum, vt puta si fiat in casella, absque volta, secundum Salyce. in l. si vendita, num. 2. vers.loco,&c.ff.de peric.& commod.rei vend.& in l. quæ fortuitis, nu. 7.vers. loco. C. de pignorat. act. Marian.Soci.in cap. si quis domum, num.21.de iniur. & damno dat. vbi idem de igne accenso prope stipulam, aut stupam.Iodoc.in pract.crimina.cap.104.rubr.de spontan.incend.num.9. vbi de eo, qui ignem facit in horreo, in stabulo, aut in alio loco, in quo ignis fieri non consueuit, & ex quo facilè idem ignis excitari potest, & flammas eleuare. August.ad Ange.de malefic.in verbo *Incendiario*, num.13. ves. Item culpa est in loco.Rolan.consil.95. num. 17.lib.2.Magon.decis.Florent.111. num.38. Vincent. Caroc.de location. & conduct. part. 4. rubr. de incend. post numerum 37.

50 Idem de eo, qui ponit ligna, seu aliàs res accendibiles, in loco incongruo, & periculoso, secundũ Grat.in consil. 46.num.16. & seqq. lib. 2. vbi de eo, qui ponit plura ligna sub coquina, & in loco in quo ignis accenditur. Alexand. de Neuo consil.87.num.3.in fine,& seq. Vbi de eo, qui tenet canapam, fœnum, porcum, galinas, anseres, & alia animalia, prope locum, vbi fit ignis; & generaliter de tenente res accendibiles prope locum ignis. Vide etiam Bertaz. consil. 499. num.11. lib. 2. Alex. Trentacin. in suo consil. post opin. Viuij 439. num. 8. in fine, & num. 10. & seq. & 16. in fine, & 17. versic. sed in casu nostro. Magon. decis. Florent.111.num. 48. Vincent Caroc.in tract.de locat. & conduct.par.4.rubr. de incend.num.72.& 73.

51 Vnde,& è contra, secus si res prædictæ puta ligna, canapa, & similia, ponerentur in loco remoto ab igne, quia tunc culpa non præsumitur, ex Grat.in cons.46. num. 19. lib.2.& ante eum Anchar. consil. 348. pro decis. quæsiti, num. 2. in fine, vers. circa secundum. Mascard.de probat.lib.2. conclus.892. num. 14. Magon.d. decis. Florent. 111.num.47.in fine, & seq. Alex. Raudens. decis. Pisan. 6. num.4. & seqq.par.1.& præsertim nume. 6. 13.& 15.in fine. vbi latè etiam declarat, quando locus dicatur congruus, non periculosus, solitus, & consuetus.

52 Item secus si quis faciat ignem in loco solito, & consueto, ad ea quæ dixi infra num.83. vers. Idem quando, & in specie consuluit Gabr. consil, 159.num. 24. lib. 1. vbi benè Magon.decis. Florẽtin. 111.num.39.& 47. in fine, & seqq. Vincent. Caroc. in tract.de locat.& conduct.par.4. rubr. de incend.num.43.

53 Locus autem periculosus ad hoc, vt dicatur non sufficit, quòd ex eo loco ignis incendium causauit, nec probatio ab euentu isto releuat, nisi etiam probetur, quòd tale periculum ante euentum apparebat, & quòd sic locus ille communiter reputabatur periculosus. Vnde secus,

quando idem locus tutus, & bonus videbatur, quia tunc quamuis ex ea parte incendium prouenerit, excusatur tamen ibidem faciens ignem, quia credidit illum locum minimè periculosum, secundum Gabr. qui hanc declarationem optimè comprobat in consil. 159. num. 19. & seqq. lib. primo.

54 AMPLIA V. vt & culpa præsumatur etiam ratione temporis in eo scilicet, qui tempore incongruo, vt puta flante vento, ignem immisit, seu accendit in loco aperto, & propterea ad omne damnum inde resultans, sic ignē immitens, & accendens, tenetur secundum Salycet. in l. si vendita, num. 2. in princ. versi. temp. &c. ff. de peric. & commod. rei vendit. & in l. quæ fortuitis, num. 7. versic. tempore. C. de pignorat. act. Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 21. de iniur. & dam. dat. August. ad Ang. de malefic. in verbo *Incendiario*, num. 12. post med. versic. Item tempore. Roland. consi. 95. nu. 17. lib. 2. Magon. decis. Florent. 111. n. 38. Vinc. Caroc. d. rubr. de incend. post nu. 37. & faciunt ad hanc ampliationem, quæ dixi infra in 3. cap.

55 AMPLIA VI. vt etiam culpa præsumatur, & de incendio teneatur is, qui non tenet ignem de nocte velatum, & coopertum. Salyce. in l. si vendita. post num. 2. versic. quandoque in omittendo. ff. de peric. & commod. rei vendit. & in l. quæ fortuitis, post num. 7. eod. versic. quandoque in omittendo, C. de pignorat. actio.

56 Immò, si ignis cooperiatur solum cinere, & non testa, aut tugurio, & inde propterea oriatur incendium adhuc dicitur, sic cooperiens esse in leui culpa, secundum Maria. Socin. in cap. si quis domum, num. 21. versic. sed si ignem, de iniur. & damn. dat. quòd declara, vt ibidē per Marian. num. 35. vers. accendere tamen. vbi pulchrè declarat, & exemplificat, quando non cooperire ignem sit culpa lata, quando leuis, & quando leuissima.

57 Sic è contra, non potest dici ex culpa habitantiū, qui tenent ignem coopertum, & velatum, secundum Roland. in consil. 95. num. 17. in fine. lib. 2.

58 AMPLIA VII. vt, & culpa præsumatur in eo, qui promittit non tenere ignem in aliquo loco, si contra promissionem ibidem accendat, & inde oriatur incendium, & tunc absque dubio de illo tenetur, etiam quòd casu fortuito ortum sit, tex. in l. videamus. §. 1. ff. locat. Curt. iun. in l. Dominus horreorum. num. 10. versic. tertio facit. ff. eod. Gratian. consil. 46. num. 16. & seq. lib. 2.

Vbi generaliter de vtente re locata alio modo, quam eo, quo vti promissum est. Alexand. de Neuo consil. 88. num. 8. Cæpoll. de seruitut. rust. præd. cap. 44. rub. de igne, num. 2. & 3. Bursat. cons. 59. num. 7. in fine. versic. nisi fortè habitans. Caroc. in tract. de loca. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 12. & seq. vbi de communi, & isto casu non erit ab re dicere, quòd non solum ex inobseruantia promissorum præsumatur culpa, sed etiam dolus, prout dixi supra quæst. 89. num. 113.

59 Et hinc est, quòd si habitator domus contra domini voluntatem, seu conuentionem, tenuit in domo fœnum, in quo postea ignis accensus fuit, tenetur sine dubio de dicto incendio, prout ex tex. in l. videamus. §. fin. ff. locat. Salyc. in l. si vendita. num. 6. ad med. versic. & hoc nisi culpa, ff. de peric. & commod. rei vend. & in l. quæ fortuitis, num. 9. in fine. C. de pignorat. act. Cœpol. de seruit. rust. præd. cap. 44. rub. de igne, num. 3. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 13. & conclus. 993. num. 6.

60 Si verò nulla præcedente contraria conuentione, aut voluntate domini habitatori notificata, & per ipsum acceptata, tenuerit in domo ipsa fœnum, & tunc non tenetur de incendio inde sequuto, quia text. in d. l. videamus, & omnes præallegati Doctores loquuntur stante pacto, seu conuentione de non tenendo fœnum. Vnde secus, quando tale pactum non adest, prout expresè declarat Alexand. de Neuo in cons. 88. numero 7. & Alex. Rauden. decis. Pisan. num. 4. in fine, versiculo, & istud confirmatur, parte prima.

61 Præterquam quando quis in ipsa domo, vel fœnili reposuisset fœnum humidum, & malè siccum, ex quo, vt plurimum solet ignis accendi, quia tunc etiam nulla præcedente conuentione, tenetur ille de sequuto incendio, secundum Bertazzo. in consil. 481. nu. 15. & sequenti, lib. 2.

62 AMPLIA. VIII. vt & culpa præsumatur in eo, qui re locata vsus fuerit alio modo, quam solito, & destinato, quia tunc etiam quòd nulla præcedat conuentio, si ex hoc aliquod sequatur incendium, sic contra solitum, & destinatum vsum domum habitans de eo tenebitur. Grat. consil. 46. num. 16. & seqq. lib. 2. vbi ponit exemplum in eo, qui faciendo coquinam, & sub ea plura ligna ponendo, domum vsus alterauit, contra solitum patris familias, de quo particulariter dixi supra num. 10. Bertazz. consil. 499. num. 10. in fine, & seqq. lib. 2. Vbi generaliter de conductore alterante vsum rei locatæ, & benè exemplificat Magon. decis. Floren 111. post num. 40. Vincen. Caroc. de locat. & conduct. parte 4. rubrica de incend. num. 71. & sequenti.

63 Quare secus è contra, si quis re combusta vsus fuerit ad solitum, & destinatum vsum, tunc enim omnis excluditur culpa, si in re illa incendium orietur, secundum Hier. Gabr. consil. 159. num. 22. & 24. post. med. lib. 1. Magon. d. decis. Florent. 111. num. 12. vers. & pro faciliori, & num. 4. Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 37. Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 4. versic. sicque cum esset locus destinatus.

64 AMPLIA IX. quia & de culpa redarguitur habitator seu conductor, cuius conducta; & habitata domus fuit combusta ab eius inimicis, propter odium, quo ipsum prosequebantur, secundum Salycet. in l. si vendita, num. 6. post med. vers. vel si post conductionem. ff. de peric. & commod. rei vend. facit text. & ibi hoc præcipuè notant Barr. & Alber. in l. si merces. §. culpæ. ff. locat. qui text. licèt loquatur in incisione arborum facta ab inimico conductorum alicuius agri, idem tamen iuris est in incendio immisso. Iodoc. in pract. crim. c. 103. rub. de spon. incen. n. 10. Bonif. de Vit. in tit. de incend. n. 2. & 3. Vbi arguit pro, & cōtra, & postea hanc opinionē sibi veriorem videri testatur Mascard. de probat. lib. 2. concl. 892. num. 16. & conclus. 993. num. 7. Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. part. 4. tubr. de incend. num. 25. Polidor. Ripa. de nocturn. tempr. cap. 27. num. 23. & 31.

65 Idem è contra si conductoris domus fuit combusta ab inimicis locatoris tenebitur idem locator ad omnia damna, & interesse passa per ipsum conductorē, occasione incēdij prædicti, secundum Salyc. in d. l. si vendita, num. 6. post med. vers. vel si post cōductionem. ff. de peric. & commod. rei vendit. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 22.

66 & 24. Vbi amplius quòd in dubio incendium præsumetur prouenisse, potius ab inimicis locatoris, quàm conductoris, sed in hoc contrarium, quòd immò incendium præsumatur immissum odio inhabitantium, voluit Polidor. Rip. de noct. tempor. cap. 27. num. 34. 35. & 36. Vbi præsertim si præcesserit fama inimicitiæ cum habitante.

68 Sic si incendium ab inimicis alicuius immissum in eius domum, siue propriam, siue conductam transeat in domum vicini, tenetur is, cuius domus ab inimicis combusta fuit, etiam de incendio in domum vicini processo, secundum Alber. in l. 3. §. 1. nu. 7. ff. de offic. Præfect. vigil.

68 (Vbi tamen, quòd vicinus debet prius agere contra authores incendij & si contra eos non potest habere regressum, tunc in subsidium, & non aliter, agere debet contra illum, cuius domus primo loco combusta fuit, iuribus ibi per eum allegatis.) Nec dissentit Alber. qui arguit pro, & contra, & postea ita resoluit in l. si merces. §. culpæ, num. 6. ff. loca. Bonif. de Vitalin. in tit. de incend. num. 2. Vbi testatur de veriori opinione.

69 Et procedit hæc ampliatio, etiam quòd inimicitia orta fuerit sine culpa illius, qui damnum occasione illati incendij resarcire tenetur, vt supra, eo quia sic inimicitiam habens, debebat rem locatam cautius custodire, secundum gloss. in l. si merces. §. culpæ in verbo *Inimicitias*, & ibi Bart. num. 1. & Alber. num. 6. in fine. ff. locat. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 23. vbi de communi.

70 Quam-

70 Quamuis contrarium voluisse videatur Marian. Soc. in cap. si quis domos, num. 12. in fine, extr. de iniur. & damn. dat. Vbi tunc demum affirmat habitatorem teneri de incendio ab inimicis immisso, quando scilicet idem habitator incendiarium prouocauit ad dignas inimicitias, & sic quando culpa præcessit casum, aliàs tacitè arguendo à contrario sensu, ex eius dictis, videtur contrarium sentire, prout etiam cōtrarium fuit de mente Bonif. de Vitalin. in tit. de incendiar. num. 3.

71 Si tamen quis sic conductor alicuius domus, seu agri combusti ab inimicis vicinis dictæ domus, seu agri, qui puta, vt suo inimico damnum afferant, combusserunt, & eiusdem inimici agrum, vel domum, & etiam contiguum agrum, seu domum dicti conductoris. Is nunquam non tenetur locatori, pro dicto incendio, locatæ rei, quia illud prorsus sine sua culpa præcessit, secundum Bart. in l. si merces. §. culpæ, num. 1. versic. & hoc intellige. ff. locat. & faciunt quæ dixi infra num. . . .

72 AMPLIA X. & generaliter quia incendium licèt, dici soleat, quòd sit casus fortuitus, prout dixi supra in capit. quæst. 110. num. 36. Veritas tamen est, quòd illud non præsumitur ortum casu fortuito, sed culpa alicuius in certæ, & indeterminatæ personæ, quia sine culpa incendium non fit, regulariter probatur hæc conclusio in l. si venditā, in princip. in illis verbis, *cum incendium sine culpa fieri non possit*, ff. de peric. & commod. rei vend. & ibi Alberic. in summario, & num. 2. & Salycet. num. 1. & 7. in princ. Bart. in l. si quis ex argentariis. §. an hæredi, post nu. 6. ff. de eden. & ibi etiam Ange. in §. Prætor ait. post num. 7. Paul. de Castr. num. 7. Iacobin. de S. Georgio, num. 14 & Ias. n. 31 ante finem. Bald. in l. si creditor. num. 1. ad med. vers. si autem probetur modus. C. de pignorat. act. & ibi etiam Salyce. num. 2. in fine, versic. in his verò. Idem Salyce. in l. quæ fortuitis, num. 10. vers. Nunc accedo, ad tertium. C. eod. gloss. in l. si modo. ff. de leg. 1. Balb. in l. domos, in fine, ff. eod. & ibi etiam Cuman. in d. l. si modo, in vers. nota quòd incendium. Ias. in ead. l. domos, num. 5. Bald. cons. 441. colum. 1. num. 1. versic. Item in incendio semper præsumitur culpa, lib. 1. & cons. 174. casus est talis, num. 2. ante finem, vers. si autem non apparet. lib. 2. & in cons. 442. quidam nomine Ristones num. 2. lib. 3. Gozzadin. cons. 63. num. 2. Vbi quòd doctrina Bartoli in d. l. si quis ex argentarijs, communiter ab omnibus approbata est. Alexand. cons. 74. num. 2. lib. 6. vbi de communi, Calcan. cons. 40. ad finem, vers. Tertiò verò casu. Petr. Calefact. consil. crimin. diuers. 58. num. 17. lib. 2. Afflict. in constitut. Regni, qui dolosè, num. 5. Capra conclus. 78. num. 57. Magon. decis. Floren. 24. num. 3. & 10 in fine, & seq. vbi proponit contrarium, & illud resoluit Gabr. cons. 159. num. 1. lib. 1. vbi ex Bal. quem allegat, dixit esse quoddam, quasi miraculum, incendium à nemine factum extitisse. Magon. decis. Florent. 111. numero quinto.

73 AMPLIA XI. quia cum incendium reputetur delictum difficilis probationis. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu. 116. Ideo cuius culpa, & qualis culpa ortum sit, probatur coniecturis, secundum Bald. in cons. 174. casus est talis, num. 2. ante finem, vers. & verum, lib. 2. & reddit rationem, quia scilicet casus obscuri, & ambigui probantur per inditia l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Calcan. cons. 63. post num. 3. col. 4. ante med. vers. Incendium
74 reperitur positum, &c. Vbi quòd præsumptionibus probatur quis incendiū immiserit, & in vers. & licèt expressè. Vbi ampliat etiam ad puniendum criminaliter (de quo tamen alibi latius dixi.) Petr. Calefat. consil. criminal. diuers. 58. num. 17. lib. 2. Afflict. decis. 57. num. 3. Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. part. 4. fol. 265. num. 798. & 800. Franc. Marc. decis. 521. num. 3. versic. & de modo probandi culpam per coniecturas, part. 2. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 17. fol. mihi 343. Vbi quòd licèt causa, & origo incendij probetur coniecturis, corpus, tamen delicti ipsius incendij debet probari manifestè, Bertazz. consil. 381. num. 4. & cons. 481. num. 7. & seqq. Hippol. Riminal. consil. 373. num. 35. Bero. cons. 215. sub nu. 7. post med. vers. nec obstat prędicta lib. 3. vbi præsertim, quando incendium fuit immissum, seu ortum de nocte. Alex. Trentacin. in suo consil. post opin. Viuij 439. num. 27. Hier. Gabr. cons. 159. num. 8. in fine, & seqq. libro primo, vbi de materia.

75 Et de istis coniecturis culpę, quòd Iudicis arbitrio, standum sit colligitur, ex trad. per Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. casu 390. num. 16. & per Sebast. Medic. in tract. de cas. fortuit. parte 2. quęst. 7. num. 13 Vincen Caroc. in tract. de locat. & conduct. part. 4. rubr. de incend. num. 14.

76 De pluribus autem inditijs, seu coniecturis, quibus prę sumitur, quòd quis incendium immiserit, vide latè d. differentem Natt. in consi. 42. & 43. lib. 1. Hier. Gabr. cons. 159. num. 8. in fine, & seqq. lib. 1. Vbi ponit plures coniecturas excludentes incendij culpam, & illius inditium probantes.

77 AMPLIA XII. quia si incendium fuerit immissum in aliquam domum, seu agrum, à cane, seu mustella, ad cuius caudam fuerat ignis accensus ioco, non tamen ad effectum causandi incendium. Is, qui caudæ canis, seu mustellę prędictę ignem apposuit, tanquam existens in culpa, propter quam incendium fuit causatum, tenetur de illo, nisi esset infans, furiosus, aut similis, secundum Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 47. in fine, vers. & si fortè, & num. 48. ff. de iniur. & damn. dat. vbi conclusionem prædicta etiam declarat.

78 LIMITA I. Propositam huius secundi capitis regulam, & generaliter, vt præsumptio culpæ, quæ contra inhabitantes insurgit, tolli possit per contrarias probationes, & etiam præsumptiones. Calcan. cons. 63. colum. 5. in fine, versic. nec obstat, quòd incendium, & colum. 6. in princ. Vbi exemplificat hanc declarationem, & reddit rationem generalem; quia scilicet vnum verisimile tolli-
79 tur per aliud verisimile, & semper attenditur id, quod est magis verisimile. l. cum de ætatę. ff. de probat. cap. inspicimus, de reg. iur. cum alijs ibi per eum allegatis, Cępol. cons. 69. num 5. vbi loquitur, quando probatur habitantem solere esse diligentem, de quo dixi inf. nu. . . Alexand. de Neuo consil. 88. num. 4. vbi loquitur, quando constat neminem tenuisse ignem in domo combusta, de quo etiam per Calcan. in loco præcitato, vbi idem quando in loco in quo incendium ortum fuit, constat, quòd non fiebat ignis.
80 Rolan. consil. 95. num. 24. lib. 2. Vbi idem quando probatur, quòd tempore orti incendij habitantes non erant in domo. Hier. Gabr. consil. 159. nu. 10. & seq. lib. 1. vbi quòd maiores, fortioresq; præsumptiones præualent huic generali præsumptioni culpæ inhabitantium. Magon. decis. Florent. 111. num. 26. in fine, & sequentibus.

81 LIMITA II. (& quidem illatiuè ex præcedenti limitatione) vt culpa contra inhabitantes præsumpta cesset, quando apparet, quòd incendium ortum habuit aliunde quā ex domo, aut loco, in quo commorantur inhabitantes scriptum reliquerunt Alexand. cons. 74. num. 10. versic. secundò respondeo lib. 6. Marsil. in l. 1. in pricip. nu. 113. vers. quòd est verum, ff. ad l. Cornel. de Sicar. Soc. reg. 178. in 1. fallen. Afflict. decis. 57. post. num. 5. August. ad Angel. de malef. post num. 12. vbi hanc conclusionem bene exemplificat. Paris. cons. 87. num. 7. lib. 4. Andr. Gayl. obseruat. 21. num. 5. versic. si enim ignis aliunde ortum habuit, lib. 2. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 1. limit. fol. mihi 342. Cæphal. consil. 362. num. 30. Guid. Pancirol. consil. 49 num. 8. vers. ad secundum, & vers. seq. Bursat. cons. 59. post num. 10. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 31. 36. in fine, & 44. versic. quarto consonat. Sebast. Medic. de cas. fortuit. part. 2. quæst. 7. num. 4. Vincent. Caroc. in tract. de loca. & conduct. par. 4. rub. de incend. num. 44. Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 32. part. 1. & ibidem, numero 38. versiculo illud autem verissimum.

82 LIMITA III. (& pariter illatiue ex prima limitatione) vt & omnis excludatur culpa habitatoris, quando probatur, quòd is erat persona diligens, & quòd in re combusta fecit eam diligentiam, quam quilibet bonus pater familias, & homo frugi facere debet text. in l. vendita ff. de peric. & cōmod. rei vend. & ibi Alber. nu. 1. & Saly-

& Salycet.etiam num.1.versic.3.quòd probata diligentia. Paris.in addit. ad Barr. in l.1. num. 1. litera B. vers. immo quòd si probaretur.ff.de offic. Præfect. vigil. Alexand. in l.si quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num.9. ff. de edend. & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num. 16. versic. vnum non omitto Addentes ad Salycet. in l. quæ fortuitis, num.10. litera A. in fine, vers. item adde, C. de pignorat.act. idem Alex. in l. domos, num.6.ff. de legat.1. & ibi etiam Ias. num.8.versic. vnde alibi,& num.10. vers. & adde, vbi dicit, ita alias in contingentia facti consuluisse, & obtinuisse in Ciuitate Cremonæ.Crot.in repet.l.4.§.Cato num.76.ff.de verbor.oblig. Bald. consil.442. quidam magister in fine, lib.1. & in consil. 442. quidam nomine Ristorus, post num. 2. lib. 3. Gozzadin.consil.63. num. 15. Alex. cons.50.num.4. versic. secundus est casus, vbi ponit exemplum diligentię, & vigilantiæ habitatoris, & num. 12.in fine, vers. non omitto, lib.1. Alex.de Neuo.consil.87. ante num.1.versic. modo, vbi Cæpoll. consil.69.num.4. & 5. vers. & ideo si conductor. Petr. Calefat. cons. crimin. diuers.58. num. 23. lib. 2. Cæs. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis.57. num.3. & 6. in fine. Socin. reg. 178. in 2.fallen. Fab. à Monteleon. in pract.arbitr.par. 4.fol. 266. nu.799. in fine.versic. vnum autem. Paris consil. 87. num.10.in fi. libro 4. Berber.in pract.rubr.de incendiar. cap.22.num.3. versic. vltra tamen, par.1. Angel.de malef.in verbo *incendiario*, post num.12. versic.& si constar, & ibi August. in addit.num.13.Franc. Turzan, quæst.185.num. 17. Marsil. sing.393. versic. scias tamen, & consil.77. num. 13. Gram. decis.3.num.13.Franc Marc. decis.521.num 2. vers. & ad probandum culpam adfuisse par. 2. Franc. Trigon. sing. 57.num.5. Andr. Gayl.obseruat.21.num.3.in fine, versic. & hæc maxime procedunt, lib. 2.Pract. Corrad.rubr. de incendiar.num.15. in secunda limitatione. Menoch. de arbitr. quæst. lib.2. casu 390. num. 18. Bursat. consil. 59. num.7. Rolan. consil. 95. num. 15. in fine, lib. 2. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 43. Hippol. Rimin. consil. 373. num.12.Menoch. consil.53. nu.24. libro 1. Hieron. Gabr. consil.159 num. 4.in fine, & seq. lib. 1. & dicto cons. 159. num.8.vers.his ita cognitis,& num.24.ante finem, versic. nec refert, libro primo. Mascard.de probation.lib.1.conclus.467. nu.20. lib. 2. conclus.892. num.19. Sebast.Med. de cas.fortuit.part.2.quæst.7.num.4.Magon.decis. Florentin.111.num. 27. in fine, & seqq. Alexad. Rauden. decis. Pisan.6.num.24.par.1.

83 Idem quando quis facit eam diligentiam quam in similibus maior hominum pars facere solet, consuetudo enim communis excusat à culpa.l.pignus, & ibi Bald. C. de pignorat. action. & in materia incendij scripserunt Franc.Turzan. quæst.185. num.16.versic.& merito communis consuetudo, & tradunt Doctores infra allegati, num. ... de incendio culpa puerorum causato, Franc. Marc. decis. 521. numero tertio, part. 2. Carauit. consil. crimin. diuers. 116. num. 31. tom. 2. Cæphal. consil.362. num.31 lib.3.Gerard.Mazzol.consil.85.num. 48. & seqq. Hieron. Gabriel. consil. 159. num.24. & 30.ad med. lib.1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus.467.num.21. Magon. decis.Florent.111.num.12.Versic.præsupponendum quinto.Vincen.Caroc.de location.& conduct par.4.rubr. de incend. num. 27. Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 9. part. 1.

84 Probatur autem diligentia prædicta, etiam per proprios familiares,& domesticos,& etiam per filios, fratres, & vxorem secundum Marian. Socin.in cap.si quis domum, num.36. de iniur.& damn. dat.& num. 37.& seq. vbi optime ponit practicam probandi hanc solitam diligentiam in casu, in quo etiam vnus solus domum inhabitat.

85 Declara prædicta, vt non sufficiat probare in genere prudentiam,& diligentiam habitatoris circa gubernationem familiæ, sed necesse est probare diligentiam in specie, circa custodiam ignis, & etiam tempore orti incendij secundum Alex.de Neuo cons.87. num.7.

86 LIMITA IV. vt culpæ præsumptio aduersus inhabitantes procedat,quando constat tempore incendij in re combusta vnum, seu plures habitare, secus autem si nullus habitabat. Tunc enim incendium præsumitur immissum ab extra, licet ignoretur a quo, quoniam vt supra dixi, sine culpa alicuius indeterminatæ personæ,ignis non procedit,& voluit Salyc.in l.si vendita.num.7.ff.de peric. & commod. rei vendit.& in l.quæ fortuitis, num. 10. versic.nunc accedo ad Titium.C.de pignorat.act.Marian.Socin.in cap.si quis domum, num. 47.ad finem,vers. circa quartum de iniur. & damn. dat.Gozzadin. cons. 63. num.2.vers.tertio adduco. Alexand. de Neuo. consil. 88. num.4. Salycet.in consil.crimin.diuers.31.num.3. versic. adeo quòd si nullus,lib.1. in paruis. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 12. in princ. Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap.27.num.14.& seq.

87 LIMITA V. quando constat, quòd incendium fuit immissum ab hostibus publicis, vel à rebellibus ciuitatis, seu latronibus in aliquam domum, tunc enim quamuis dicti hostes, seu rebelles, de incendio illato teneantur, & hoc non habeat difficultatem, attamen illius conductor non tenetur Domino damnum resarcire, quia isto casu incendium reputatur casus fortuitus secundum Salycet. qui ad hoc bona iura allegat in l.si. vendita num. 6.ff.de peric. & commod. rei vendit.Bald. in l.si creditor. num.1.in fine, C.de pignorat.acto. idem Salycet. in l.quæ fortuitis, num. 9.post med.versic.& isto casu, C.eod.Marian.Socin.in cap. si quis domos,num 12. extr.de iniur.& damno dat. Bald.in consil.174.casus est talis,num.2.vers. nam si per incursum hostium, lib. 2. Alexand. consil. 50. num.5.lib.1.& consil. 74.num.5. lib. 6. Alexand.de Neuo. consil. 87.num.2. Salycet.consil. crimin. diuers. 31. num. 2. vers.& ideo vt incendium, lib 1. in paruis. Angel. de malef. in verbo *incendiario*, num. 3. vers. & sic vt dicatur Magon. decis.Florentin.24. num. 2.Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. post num.22 .part.1. Rolan. consil.95. num.22. libr.2.Hippol. Riminald.consil.173.num.33.lib.4.Mascar. de probat.lib. 2. conclus. 892. num. 15. Sebastian. Medic. de cas.fortuit.par.2.quæst.7. num.1. & sub num. 25. Vinc. Caroc in tract.de locat. & conduc.par.4.rubr. de incend. num. 24. Polidor. Rip. in tracta.de noctur. tempor. cap. 27.num.21.

88 LIMITA VI. quando conductor domus in conducta domo dimisit duas puellas duodecim annorum, & puerum annorum viginti, dictique puer, & puellæ minus diligenter ignem custodiuerunt, vnde incendium ortum est de nocte, quia tunc non per hoc idem conductor dicitur in culpa lata, vel leui, ita vt Domino domus de incendio teneatur; consueuerunt enim patres familias, etiam diligentes in sua familia habere,& maiores,& minores,& pueros, prout in facti contingentia consuluit. Anchar. consil. 348. pro decis.per totam. Ias. in l. si quis ex argentarijs, §. prætor ait, num.32. ff.de eden.vbi testatur, ita de facto alias obtinuisse in Ciuitate Cremonæ idem Ias.in l.domos, num.8. in fine. versic. alibi, &c.& num. 9. etiam in fine, vers.sed caue (vbi tamen refert.Bal. contrarium tenentē in loco per eum relato) Bald. qui tamen loquitur in conductore, qui domi reliquit adultum 20. annorum in consil.441. quidam magister lib.1.Ias.consil. 116. ante finem,lib.1. vbi pariter, de retinente domi puerum 20.annorum, & puellas 12.annorum quod, & idem voluerunt Gozzadin. consil. 63. num. 17. Franc. Turzan. quæst.185. num. 16. ad med. versic.addit. insuper Anchar. Menoch. de arbitr. quæst. libro 2. casu 390. num. 17. vbi hoc casu multum tribuendum arbitrio iudicis existimauit. Ioseph. Ludou.decis. Perus. 25.num. 13. in fine. Bursat.consil. 59. num.15. Mascard. de probat.lib.2. conclus. 892. num. 12. & conclus. 993. num.4. Vincent.Caroc.in tract.de locat.& conduct.part.4.rubr.de incend.num.74. Polidor. Rip. in tract. de nocturn. tempor. cap. 27. post num.13.

89 Non sic esset, quando pater familias reliquisset in eius domo filios suos, seu alios pueros infantes cum commoditate ignem accedendi in ipsa domo in cuius parte, puta essent canapæ, seu aliæ res accensibiles, quia tunc si dicti pueri in dictas canapas ignem immittant nescientes quid agant, pater qui hæc non præuidit, prout præuidere

uidere habebat incitur in culpa saltem leui, & tenetur proterea de incendio, prout in contingenti casu bene iudicio meo iudicauit (prout testatur) Viui. opin 439. in fine, & post eam plene consuluit. Alex. Trentacin. num. 7. & omnibus seqq.

90 LIMITA VII. quia licet incendium præsumatur ortum culpa inhabitantium, hoc tamen intelligendum est de culpa leuissima non de alia maiori. Salycet. in l. si vẽdita, num. 8. versic. vnum tamen notandum, ff. de peric. & commod. rei vend. Alberic. in l. 3. §. 1. num. 5. ff. de offic. Præfect. vigil. Paris in addit. ad Bart. in l. 1. num. 1. litera B. vers. item adde quòd licet incendium. ff. de offic. Præfect. vigil. Alexand. in l. si quis ex argentarijs §. Prætor ait, num. 7. ff. de eden. & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num. 14. in fine, vers. aduertite ad id, & Ias. num. 30. in fine, vers. istud notabiliter limita. Salyc. in l. quæ fortuitis, num. 10. in fine. C. de pignorat. act. glos. in §. præterea in verbo *imputare*, instit. quib. mod. re contrah. oblig. idem Alexand. in l. domos, num. 4. ff. de leg. 1. & ibi etiam Ias. num. 6. Crot. in repet. l. 4. §. Cato num. 73. ff. de verbor. obligat. (vbi tamen, num. 75. videtur dubitare de hac conclusione) & ibi etiam Hormanett. Der. nu. 318. & in addit. litera D. in verbo *leuissima*, Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 33. extr. de iniur. & damno dato. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, post num. 10. ff. locati. Ias. in cõs. 116. n. 1. li. 1. vbi quòd in iudicando, non est recedendum ab opinione, glo. in d. §. præterea. Goz. conf. 63. n. 16. Alex. conf. 50. num. 1. in fine, vers. & per consequens, lib. 1. & ibidem, num. 8. ante finem, & num. 9. & conf. 79. num 3. & 10. versic. Primo quòd verum est, lib. 6. Capoll. conf. 69. num. 4. Marsil. in l. 1. in prin. num. 113. in fine, versic. item adden. ff. de Sicar. Grammat. in addit. ad Afflict. decis. 57. litera A. Socin. reg. 178. in 1. fallen. in fine. Fab. à Monteleon. in pract. arbitral. fol. 264. nu. 794. in fine, vers. quam culpam, vbi quòd ita tenet omnes. Paris. conf. 87. num. 10. lib. 4. August. ad Angel. de malef. in verbo *incendiario*, post num. 6. ante finem, vers. nam licet dicatur, & num. 13. ante med. versic. dicit tamen. Villalob. in commun. opin. in verbo *incendium*, nu. 20. Grammat. decis. 3. num. 1. Franc. Marc. decis. 511. num. 8. par. 2. Franc. Trigon. sing. 57. num. 3. Couar. in 4. decretal. in epithom. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 14. Andr. Gayl. obseruat. 21. num. 3. vers. nam culpa, lib. 2. Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 13. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. num. 6. & seqq. vbi quòd contrarium tenentes male sentiunt, & contra magis receptam Doctorum opinionem Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 15. par. 1. vbi de magis communi Doctorum opinione. Cephal. conf. 361. num. 29. Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 12. num. 8. Rolan. conf. 95. num. 6. iuncto num. 15. 25. in fin. & 28. vers. quarto non obstat lib. 2. Bero. conf. 215. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 3. Alex. Trentacin. d. opin. Viu. 439. num. 8. vbi de communi, & recepta scribentium sententia. Menoch. conf. 53. num. 19. lib. 1. Hier. Gabr conf. 19. num. 1. vt piç sumatur, vbi quòd hæc opinio est communiter approbata, reprobatis. Ang. Bald. Imol. & Aret. in locis ibi per eum relatis. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 497. num. 6. & lib. 2. concl. 892. num. 8. vbi de magis communi Doctorum sententia, & concl. 993. num. 1. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 2. vbi ita esse affirmat de mente omnium Doctorum. Magon. decis. Florent. 111. num. 15. 20. & seqq. vbi de magis communi, & quòd ab ea in iudicando nõ est tutũ recedere, & n. 56. vbi opinionẽ contrarium tenentium minime veram dicit Polidor de noctur. temp. cap. 17. nu. 12. Alexand. Rauden. decis. Pisan. 6 nu. 37. part. 1. vbi de communi, & nu. 38. vbi præsertim quãdo bona ipsius conductoris, etiam fuerunt conbusta, quia tunc omnis malignitas, & oscitantia excluditur, vt ibi per eum.

91 Contrarium, quòd immo incendium præsumatur ortum non ex leuissima, sed ex leui inhabitantium culpa sæpius dixit, & repetiit. Bal. in conf. 148. incipiente factum quæstionis, tale est, & conf. 149. lib. 2. Grat. conf. 46. per totum in discursu, libro 2. sequitur. Petr. Calefat. conf. crim. diuersor. 58. num. 19. in fine, lib. 2.

92 Et ista culpa, quæ inabitantibus leuissima à iure præsumitur aduertendum est, quòd intelligitur de leuissima culpa in omittendo, non autẽ in committendo; sic enim, cõmuniter asserunt omnes Doctores allegati infra nu. ... & in specie scripserunt. Menoc. de arbit. quæst. lib. 2. casu 390. num. 6. vers. immo hæc culpa leuissima. dicens, quòd qui contrarium tenent male sentiunt, & contra magis receptam Doctorum opinionem. Ioseph. Ludou. decis. Perus. num. 23. & seq. part. 1. vbi quòd ita communiter dicunt omnes Doctores. Bursat. consil. 59. num. 6. vbi de communi opinione. Gerard. Mazzol. conf. 87. nu 73. Alex. Trentacin. in suo conf. post d. opin. Viuij 439. num. 8. vbi quòd hæc est communis, & recepta scribentium sententia. Menoc. consil. 53. num. 20. lib. 1. Hier. Gabr. consil. 159. num. 2. & 8. versic. secundo quia, & num. 22. in fin. lib. 1. conclus. 467. num. 9. Sebast. Med. de casu fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 3.

93 LIMITA VIII. quia licet præsumatur incendium ortum culpa inhabitantium in genere, non tamen præsumitur ortum culpa alicuius certæ, & determinatæ personæ, & propterea quando quis propter incendium illatum in suam domum vult agere ad refect. damni contra aliquẽ, vt puta, contra conductorem, seu hospitem, sub prætextu, quòd teneatur pro culpa suorum, tunc non sufficit dicere incendium fuisse ortum culpa inhabitantium, sed debet dicere, & probare culpam certi hominis, & principium ignis, & si hęc non probauerit succumbet secundum Saly. in l. 5. vendita, num. 7. vers. sed tunc insurgit dubium, ff. de peric. & commod, rei vend. Bal. in l. quæ fortuitis, nu. 4. vers. sed quid si multi. C. de pignorat. act. vbi ꝙ si in hospitio multi conuersabantur, ita quòd hospes de eorum facto, vt suorum de familia tenebatur de facto autem aliquorum, vt aduenarum non tenebatur, tunc si incẽdium ortum est non potest ratione incertitudinis contra eum ferri sententia, quia certi hominis factum probandum est, vt ibi per eum, & per tex. in l. licet. in fine. ff. Naut. caupon. stabul. & dixi iterum infra num. ..., idem Salyc. in d. l. quæ fortuitis, nu. 10. vers. quid faciet Dominus Ias. in l. domos, nu. 9. in fi. vers. item aduerte, ff. de legat. 1. & in conf. 116. post nu. 2. lib. 1 & ibidem, n. 3. vbi bene cõprobat Gozzad. conf. 63. nu. 11. & 12. & seq. Alex. conf. 50. nu. 5. vers. & iuxta hoc, & nu. 6. & seq. li. 1. Petr. Calefat. conf. cri. diuers. 58. nu. 2. lib. 2. Afflict. decis. 57. nu. 4. & ibi Vrsill. in addit. post nu. 6. & Gram. pariter in addit. litera A. post med. Fabi. a Monteleon. in pract. crim. par. 4. fol. 265. nu. 797. Paris cõs. 87. num. 5. & seqq. & nu. 12. & seq. libro. 4. vbi conclusionem illam generalem, de qua, nu. 41. quòd videlicet inhabitantium culpa præsumitur in incendio, declarat procedere, quando constat, a quo ignis ortum habeat, & sic de certo authore; secus si ab incerto authore ignis causam habuit. Nouell. reg. 18. num. 3. & seqq. vbi quòd ita communiter. tenet Franc. Turzan. q. 185. n. 9. & seqq. & n. 16. 18. & 19. Gram. decis. 3. nu. 3. & seqq. Benincas. de pauperta. q. 9. in 5. special. num. 19. & seqq. Andr. Gayl. obseruat. 22. num. 3. eod. lib. 2. Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 25. num. 17. part. 1. vbi quòd ita communiter tenetur. Bursat. consil. 59 num. 8. & seqq. vbi de crebriori Doctorum sententia. Roland. consil. 95. num. 9. & seqq. lib. 2. vbi de recepta Doctorum opinione. Gerard. Mazzol. consil. 85. nu. 16. & seqq. Hippol. Riminal. consil. 373. num. 9. & seqq. Alexand. Trentacin. in suo consil. post opin. Viuij 439. nu. 18. & seqq.

94 Vbi tamen videtur tenere, quòd ad probandum culpam certæ personæ sufficiunt præsumptiones, coniecturæ, & imperfectę probationes, de quo tamen latius dixi supra num. ... Gabriel. consil. 159. num. 7. & seqq. & ibidem, num. 15. & seq. vbi quòd absolutoria ferri debet, non solum si non probatur initium ignis, sed etiam quando ex parte rei fuit probata potentia, & habilitas, quòd incendium alibi oriri potuit, & ibidem, post num. 29. & seqq. Mascard de probat. lib. 2. concl. 892. num. 17. & seqq. Magon. decision. Florentin. 111. num. 13. & seqq. Vincent. Caroc. in tracta. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. nu. 5. & 6. vbi etiam de comm. & num. 31. Alex.

31. Alexand. Randen. decis. Pisan. 6. num. 48 & 52. par. 1.

95 Verum contra prædicta non paruo vigore videntur scripta per Ias. in l. domos, num. 10. vers. sed aduerte, ff de lega. 1. vbi dixit, quòd quando non apparet à qua persona determinata inhabitante tale incendium processerit, tunc videtur adscribendum patri familias, qui est caput domus, & qui tunc præsumitur minorem diligentiam adhibuisse, quam debuerit, iuribus ibi per eum allegatis cum aliis concordantibus relatis infra, num. 125.

96 LIMITA IX. quia hæc sola præsumptio contra inhabitantes in genere, & indeterminate non sufficit ad condemnandum, prout dixi supra num. 45. & est de mente omnium Doctorum allegatorum infra & in specie aduertit Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. q. 7. num. 6. sed tantummodo sufficit ad inquirendum, & capiendum secundum. Menoch. qui ita in praxi seruari quandoque vidisse testatur de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. num. 5. vers. hæc autem præsumptio sequitur. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 19. par. 1. Vinc. Caroc. in tracta. de locat. & conduct. par. 4. nu. 8. 9. & 69. vbi quòd præsumptio facit indicium.

97 Quamuis quòd immo hæc sola præsumptio culpæ inhabitantium ad ipsos condemnandum sufficiat sit de mente omnium Doctorum allegatorum infra nu...., & in specie videtur consuluisse Bero. cons. 215. num. 2. 4. & 6. lib. 3. distinguendo tamen inter Dominum domus, & conductorem (sed certe loquitur Bero. quoad excusandũ villam, ne teneatur vigore statuti ad emendationem damni propter incendium illati, non autem, quoad condemnationem inhabitantium) & Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. sub num. 7. versic. & ideo Bart. &c.

98 LIMITA X. (& quidem illatiue ex præcedenti limitatione) quòd quando in domo combusta plures habitabant, licet, vt supra dixi in secunda ampliatione omnium culpa præsumatur ortum incendium, hæc tamen præsumptio non sufficit ad eos condemnandum, sed omnes absoluendi sunt secundum Alexand. d. consil. 50. num. 9. post med. vers. Non obstat. quòd intentio actoris, & num. 12. vers. non obstat vltimum, lib. 1. & facit. quòd voluit. Salycet. consil. crim. diuers. 31. num... vers. & pluribus inhabitantibus, lib. 1. in paruis, vbi dixit, quòd isto casu incendium præsumitur ortum culpa alicuius habitantis incerti, & indeterminati, ergo absurdum videtur dicere, quòd omnes teneantur ad ea, quæ dixi supra n. 93. Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 25. num. 17. in fine, & 18. vbi quòd ita communiter tenetur. Bursat. consil. 59. num. 13. lib. 1. Gerard. Mazol. cons. 85. num. 73. in fine, & seq. Menoch. cons. 53. post n. 22. Magon. decis. Floren. 111. num. 49. vers. maxime si ignoretur. Vinc. Caroc. in tract. de loca. & conduct. num. 5.

99 Quòd si incendium fuit ortum in aliquo hospicio, in quo plures tempore incendij hospitati fuerint aduenæ, an tunc præsumatur ortum culpa dictorum aduenarum, an vero potius culpa hospitis, & ipsius familiarium vide infra num. 132. & seqq.

100 LIMITA XI. (& pariter ex duabus limitationibus) quia quando in vna domo aliqui habitant partem superiorem, aliqui autem partem inferiorem, si illa domus comburatur ignoreturque in qua parte domus incendiũ ortum fuerit; nemo ex prædictis habitantibus condemnari potest, sed omnes absoluendi secundum Bald. in l. 2. ff. de offic. Præfect. vigil. Alex. cons.... num. 3. vers. quarto quia, libro 1. & cons. 210. lib. 2. Cæs. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 57. num. 6. idem Afflict. in constit. Regni super incisionibus, num. 16. de malef. clandestin. rubr. 26. Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. par. 4. fol. 266. num. 399. in fine, Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 15. ad finẽ, vers. quomodo autem fol. mihi 342. qui fere omnes magis communiter sentire videntur, quòd si non apparet in qua parte domus incendium originem habuerit, nemo propter incertitudinem condemnari potest, quod, & idẽ aliis relatis scriptũ reliquerunt Menoch. de arbitr. quæst. libro secundo, casu 390. num. 11. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 29. in fine, versic. hanc sententiam, & seqq. Hier. Gabr. cons. 159. num. 8. lib. 1. Sebast. Medic. de cas. fortuit. part. secunda, quæst. 7. numero 11. Vincen. Caroc. in tractat. de loca. & conduct. part. 4. rubric. de incend. num. 32

ARGVMENTVM.

Variæ quæstiones in materia incendij.

SVMMARIVM.

Dominus, seu pater familias non tenetur pro incendio orto culpa suorum seruorum, aut famulorum, nu. 111. & seqq.

Socer non tenetur pro nuru, cuius culpa leui domus combusta fuit, num. 112.

Maritus non tenetur de incendio orto in domo culpa suæ uxoris num. 113.

Dominus, seu pater familias non tenetur pro incendio orto in domo, culpa alicuius extranei, & non sui familiaris, num. 114.

Dominus seu pater familias non tenetur pro famulo, seu seruo, qui cõmuniter habitus, & reputatus fuit pro fidele, & diligenti, etiã quòd incendium fuerit causatum culpa per eum commissa in officio ad quod destinatus erat, num. 115.

Incendium ortum culpa, & negligentia laboratorum, & operariorum non facit; vt Dominus pro eo teneatur, num. 116.

Dominus exhibendo seruum cuius culpa ortum est incendium liberatur, num. 117. & sequenti contra, num. 119.

Dominus tenetur pro incendio commisso per seruum, seu famulum, quem sciebat esse periculosum, vel ebriosum aut talia committere solitum, num. 120.

Dominus tenetur, pro incendio commisso per eius famulum, vel seruum, quando ipse est in aliqua culpa lata, leui, vel leuissima in committendo, num. 121.

Dominus tenetur pro incendio comisso per famulũ, seu seruum, quando illud causatum fuit ex culpa, per eum commissa, in officio, cui à Domino erat præpositus, num. 122.

Dñs tenetur pro incẽdio ipsius immisso per famulũ mandato, nu. 123.

Publicani, nautæ, caupones, & stabularij tenentur pro incendio orto culpa suæ familiæ, num. 124.

Dominus, seu pater familias non tenetur de incendio à sua familia commisso, quando aut constat de certo incendiario, aut de eiusdẽ Domini debita custodia, & diligentia, & sic de ipsius non culpa, secus si non constet de certo incendiario, aut ipsius diligentia, n. 125. Contra quòd non teneatur, etiam quòd non constet de certo incendiario, & de eius diligentia. 126. Vbi de veriori, & communi opinione.

Conductores, & habitatores domus combustæ non tenentur Domino domus ad damni refectionem, nu. 127. & 129. Vbi de veriori, & receptiori opinione, licet alij contra, num. 128.

Conductor tenetur de incendio orto in domo conducta, quando sumus in casibus, in quibus ipse tenetur de leuissima culpa, num. 129. & seq.

Conductor non tenetur de incendio orto in domo conducta quamuis promiserit vti re locata diligenter fideliter, & arbitrio boni viri, num. 131.

Incendium si fuit causatum in aliqua domo, vel hospitio culpa alicuius amici, aduenæ, vel hospitantis, aut alterius extranei non habitantis in illa domo, vel hospitio, Dominus seu hospes tenetur de tali incendio, num. 132. Bene tamen tenetur ille aduena, seu amicus, seu extraneus cuius culpa incendium ortum est, num 133.

Incendium in hospitio ortum si non apparet, an sit ortum culpa familiarium, an vero culpa forensium, & hospitantium, tunc exercitor hospitij non potest condemnari ad refectionem damni, & incendij illati, num. 134.

Incendium contingens in domo mea si inferat damnum vicinis debet emendari per me, num. 135.

Ignis si transit de vna domo in aliam, tunc demum habitator domus vbi ortum est incendium, tenetur ad emendationem damni, dummodo in illo primo incendio fuerit in aliqua culpa, alias secus, vt puta, si casu fortuito incendium ortum fuisset, nu. 136. & seq.

& ſeq. vbi idem ſi conſtat incendium ortum in domo mea cauſatum fuiſſe culpa alterius, pro quo de iure non teneor.
Incendium in domo vicini mei, exortum ſi tranſiuit in domum meam, & propter meam negligentiam in non extinguendo ignem tranſiuit in domum aliorum vicinorum, tunc teneor dictis vicinis, de dicto incendio, quamuis non habuerit originem in mea domo, ſi commode, & ſine periculo potui defendere, & meam, & vicinorum domum alias ſecus, num. 138.
Ignis ſcintilla ſi ex domo mea euolauit in domum, vel fenile vicinum, ego tunc non teneor de tali incendio, quia caſu fortuito euenisse reputatur, num. 139.
Incendium veniens in domum meam ex domo vicini, dicitur quoad me caſus fortuitus, & propterea ego non teneor Domino domus pro tali incendio, num. 140.
Incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, vt ſtipulas, vel ſpinas comburat, vt facilius facere poſſit, dummodo adhibuerit diligentiam, circa tempus, circa locum, & tales circumſtantias, numero 141. & ſequenti; aliter ſecus, vt numero 143.
Incendium ortum propter vim ventorum, poſt accenſum ignem prouenientem dicitur caſus fortuitus, num. 142.
Incendium non dicitur caſus fortuitus ſi tempore ventoſo accenſus ignis vicinis damnum inferat, num. 143.
Incendij timore ſi intercidatur, ſeu deuaſtetur domus, quæ comburitur, vel illi contigua per vicinum, ne in ſuam domum profluat vicinus non tenetur de hac interciſione, & deuaſtatione, ſi iuſto metu imminentis periculi hoc fecerit; alias ſecus, numero 144.
Incendij timore ſi deuaſtetur domus, ne inde ignis profluat in domos vicinorum, non tenentur de hac deuaſtatione etiam extranei deſtructores, num. 145.
Incendij timore ſi deuaſtetur aliqua domus intermedia, ſeu illa, quæ comburitur, ad abundantem cautelam non ex neceſſitate periculi inciſor, & deuaſtator tenetur, num. 146.
Incendij timore ſi domus deuaſtetur, & deſtruatur non tenentur deſtructores, ſi hoc fecerunt iuſſu Magiſtratus, num. 147. & quid ſi Magiſtratus hoc iubeat, ſine iuſta cauſa, & ſine iuſto metu, num. 148.
Incendij timore ſi deſtruatur aliqua domus, ſi incendiarius eſt certus, ſemper tenetur ad emendationem damni, nu. 149.
Incendij timore ſi deſtruatur aliqua domus, is ex cuius domo ignis profluit, tenetur ad hanc damni emendationem, nu. 150.
Incendij timore ſi fuerit deſtructa domus, & non apparet de certo incendiario, nec de origine ignis, vel quòd in domo, in quo incendium ortum eſt, nullius culpa interceſſit, tunc omnes vicini tenentur ad emendationem damni, nu. 151. Declara, vt num. 152. & 153. Vbi an reſpublica, & quando teneatur pro iſto damno propter domus deſtructionem cauſato.
Incendio orto, an ad illud extinguendum currere teneantur ad ſonum campanæ homines illius loci, num. 154.
Vniuerſitas, villa, ſeu communitas, an teneatur, & quando de incendio immiſſo in domum priuatorum ſic mandante ſtatuto, num. 155. & ſeq.
Affectus, non ſequuto effectu, an & quomodo puniatur in crimine incendij, num. 157.
Pœna incendij ſtatutaria præſertim, an habeat locum in incendio alicuius capanæ, vel paruæ domus, nu. 158. & ſeqq.

QVÆST. CX. CAPVT. III.

111 QVÆRO I. pro complemento propoſitæ materiæ, nunquid Dominus, ſeu pater familias teneatur pro incendio orto culpa ſuorum ſeruorum, aut famulorum. Dicas.

REGVLARITER quòd non tex. in l. ſi venditor ff. de peric. & commod. rei vend. vbi Salycet. in ſumm. & num. 2. ad med. verſ. ſi familiaris, ita communiter teneri teſtatur, & ex hac concluſione bene infert, & exemplificat idem Salycet. in l. quæ fortuitis, poſt nu. 7. verſ. ſi familiaris C. de pignorat. actio. vbi etiam de comm. Marian. Socin. in cap. ſi quis domum, num. 45. in fine, de iniur. & damn. dat. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. poſt med. verſ. Præterea non ſequitur ff. locat. Anan. conſil. 71. nu. 3. Qui negat ſocerum teneri pro nuru, cuius culpa leui domus fuit combuſta Calcan. conſ. 40. col. 2. verſic. quandoque conſtat, vbi quòd gloſ. in l. ne quid in princ. ff. de incend. Ruin. & Naufr. contrarium tenens communiter reprobatur. Alex. de Neuo conſ. 88. num. 6. Capoll. conſil. 69. num. 5. in princ. & in fine, Salyc conſ. crimin. diuerſ. 31. num. 2. in fi. & 3. in princ. & ante finem, verſ. & ſi conſtat, lib. 1. in princ. Afflict. deciſ. 57. nu. 5. & 6. verſ. & quòd de incendio, & ibi Vrſill. in addit. nu. 9 & ibi etiam Gram. lit. A. in fine, verſ. & ideo ſi Regacius. Patis conſ. 87. num. 112

113 6. 9. & 17. lib. 4. Vbi etiam quòd Dominus non tenetur, pro ſua vxore. Ange. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 11. Franc. Tutzan. q. 185. poſt num. 5. & 6. Franc. Marc. deciſ. 521. num. 4. par. 2. Andr. Gayl. obſeruat. 21. poſt num. 6. lib. 2. vbi teſtatur de communi opin. Menoch. de arbitr. queſt. lib. 2. caſ. 390. nu. 19. & ſeq. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 18. par. 1. Cæphal. conſ. 362. num. 26. & ſeqq. Burſatr. conſ. 59. poſt num. 18. & ſeq. Rolan. conſ. 95. num. 4. 12. & ſeq. iuncto num. 26. in fine, verſic. tertio non obſtat, lib. 2. Gerard. Mazzol. conſ. 85. num. 22. & ſeqq. Bero. conſ. 215. poſt num. 6. lib. 3. Alex. Trentacin. in ſuo conſ. poſt opin. Viuij 439. num. 32. Menoc. conſ. 53. num. 1. & omnibus ſeqq. vbi propoſitis, & reſolutis contrarijs rationibus, & argumentis hanc concluſionem latiſſime comprobat. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 892. num. 10. & ſeq. & concluſ. 993. num. 5. Magon. deciſ. Florentin. 111. num. 34. & 36. Vincent. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. nu. 29. vbi de communi, & quòd in facti contingentia ita vidit iudicari, & vide, quæ generaliter dixi ſupra, q. 24. num. 48.

114 AMPLIA I. vt multo minus teneatur Dominus, ſeu pater familias pro incendio orto culpa alicuius non famuli, ſeu ſerui, ſed extranei, vt puta, venientis ſecum ad prandium, ſeu ad cenam, ſeu alias in domo ſua hoſpitantis, prout dixi infra in tertia quæſtione, hoc eodem, 3. cap.

115 AMPLIA II. vt nec etiam teneatur Dominus pro famulo ſeu ſeruo, qui communiter habitus, & reputatus fuit, pro fidele, & diligenti, tunc enim, quamuis deliquerit in officio, per Dominum deſtinato (quo caſu tenetur Dominus, pro eo, vt mox ſubijciam) adhuc tamen non tenebitur de incendio ipſius culpa, aut negligentia orto, ſecundum Marian. Soc. in d. c. ſi quis domum, nu. 45. verſ. quòd ego limito de iniur & damn. dat. C. vbi tamen loquitur, quando Dominus iſtum famulum denunciaret, & exhiberet damnum paſſis de quo mox dicam. Cæpoll. conſ. crim. diuerſ. 116. nu. 1. & ſeqq. vbi pluribus hanc declarationem comprobat. Cæphal. conſ. 362. poſt num. 21. lib. 3. Magon. deciſ. Florent. 111. num. 33. Vincen. Caroc. de loca, & conducto par. 4. rub. de incend. num. 28. & 40. & dixi generaliter ſupra q. 24. num. 61. & ſeq.

116 AMPLIA III. vt idem ſit, quando incendium orietur culpa, & negligentia laboratorum, ſeu operariorum, qui de mandato Domini, & patris familias laborant, & operantur in ſua domo, vel fundo, nam & tunc nec Dominus tenetur ſecundum Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. fol. mihi 265. & 797. per tex. quem allegat in l. ſi quis fundum, §. ſi colonus, ff. locat. & in l. 1. ff. de fur. ad verſ. naut. Quamuis contrarium, quòd ſcilicet quis teneatur pro culpa operariorum, quorum ſeruitio vtitur, dixerit. Gramm. deciſ. 3. num. 9.

117 AMPLIA IIII. vt multo minus teneatur Dominus pro ſeruo, cuius culpa incendium ortum eſt, ſi illum exhibet damnum paſſo, ſeruo enim non exiſtente, Dominum teneri de incendio eius culpa orto non aliter, & non alias ſcripſerunt. Sal. in l. ſi venditor, nu. 2. verſ. ſi ſcitur à quo, ff. de peric. & commod. rei venditæ per illum tex. in fine, & per tex. in l. videamus, §. ſi. ff. locat. quòd & idem repetijt in l. quæ fortuitis, poſt nu. 7. eodem verſ. ſi ſcitur, C. de pignor. actio. Marian. Socin. in c. ſi quis domum, nu. 44. verſ. aut non fuit in aliqua culpa de iniur. & damn. dat. Cæpoll. conſ. 69. nu. 5. ad med. verſ. ſecus ſi eſſet ſeruus, Angel. de malef. in verbo *incendiario*, num. 11.

118 Sic

118 Sic si incendium ortum fuit culpa famuli liberi pariter liberatur dominus illum exhibendo,& denunciando secũdum Ang. de malef. in verbo *incendiario*, sub num.11.post Bar. Bal. & Flor. in locis per eum relatis Franc. Turzan. q. 185. nu.6. pract. Conrad.rubr.de incendiar.nu.11.vers.in 2.membro fol.mihi 340.

119 Contrarium videtur voluisse Cæphal. conf.361.nu.10. & seq. Vbi de conductore, qui elegerat operam mulieris imperitę in aptãdo canapè, cuius culpa ortum fuit incendiũ, dicitque, q̃ ex quo officiũ illius mulieris erat priuatũ, idcirco locator, qui damnum passus est habet optionem agendi, vel contra ipsam mulierem, vel contra conductorem ex Bero. quem allegat in q.39.num.1.3.& vide quæ generaliter dixi supra q.24.num.60.

120 LIMITA I. huius primæ quæstionis regulam, quia tenetur Dominus, seu pater familias pro incendio orto culpa sui famuli, etiam, quòd in suo officio culpam non committat, quando idem Dominus sciens ipsum esse periculosum, vel ebriosum, aut talia committere solitum, adhuc domi eum retineret. Tunc enim videtur in culpa ex hac sola retentione,& propterea de incendio culpa eiusdem famuli causato ipse tenebitur secundum Marian. Soc. in c.si quis domum, num.46.in prin.& in vers.quod tamen ego limito de iniur.& damn. dat. Cæpoll. conf.69.num.5.vers. & ex prædictis. Iodoch. in pract. crimin. cap.104.rubr.de spontan.incend.num.7. Ioseph.Ludou.decis.Perus.25.nu. 18.versic.vel nisi essent serui nequam. par.1. Cæphal.conf. 362.nu.5.& seqq. Menoc. conf.53.n.8.& 160.in prin.& in vers.Non obstat quartũ. Vbi declarat, nõ sufficere isto casu famulos esse vilis conditionis,& famę, nisi et sint improbi, & facinorosi,& vide, quę generaliter dixi supra q.24.n.91.

121 LIMITA II. quando cõstaret ipsum Dominum esse in aliqua culpa latã, aut leui vel etiam leuissima in committendo. Tunc enim si ex illa culpa præcedente, famulus, aut alter de familia dederit causam incendio, quam non dedisset si Domini culpa nõ præcessisset, tunc sine dubio Dominus tenebitur per ea, quæ generaliter dicta sunt supra, nu. 35.& in specie consuluit Alex. Trentacin. in suo conf.post opin. Viuij 439.post num.31.vers.sed secus est,& num.32. vers.secus vero est.

122 LIMITA III. Vt tunc demum Dominus, seu pater familias non teneatur pro incendio orto culpa famuli, seu serui, quando scilicet ille famulus, vel seruus culpam commisit extra officium, ad quod deputatus est, secus vero si culpabilis, aut negligens fuerit in illo officio, seu exercitio, in quo inseruit,& est deputatus, prout coqui in coquina, stabularius in stabulo, & ijs similia colligitur hæc distinctio ex trad.per Salyc.in l.si vendita, num.2.ante med.versic.sed Doctores, ff.de peric.& commod. rei vendit. Vbi testatur de communi, & ponit exemplum in masculo, seu fœmina deputatis super coquina.& num.4 & in l. quæ fortuitis post num.7. & vers. & ideo in proposito, & num. 8 C.de pignorat.act. Maria. Socin in c.si quis domum, num. 44.in fine,& 45.de iniur & damn.dat. Gozzadin.conf.63. num.14 Calcan.conf.40.colum.2. vers.quandoq; constat. Cæpol. conf. 69. num. 5. vers.& ex prædictis, & in versic. Præterea dico. Salyc.de conf.crim.diuersor.31.nu.3.lib.1. in paruis, Afflict. decis. 57. num.7.& ibi Vrsill.in additio. num.9. Ange de malef. in verbo *incendiario*, num.11.Franc. Turzan.q.185.post num. 5. Gram. decis.3.num.12. Franc. Marc decis.521. num. 4. vers.quod est verum par.2. Andr. Gail.obser 21.post num.6.lib 2. Vbi testatur de communi opin. Menoch.de arbitr. quæst.lib.2.casu 350.sub num.19. Ioseph.Ludou.decis.Perus.25.num.18.par.1. Cæphal.consil 362 num 27.Rolan.conf.95.num.11.in fine,& 17.lib.2. Gerard.Mazzol.conf.85 num.14. Vbi de communi Alex. Trentacin.in suo conf.post opin. Viuij 439.num. 32. Mascard.de probat.lib.2.conclus.892.num 7.& conclus.993. num.5.Magon.decis.Florent.cxi.sub num.22.Vincen.Caroc. in tract de loca.& conduc.pat.4. rubr. de incend. nu. 14.vers. Ampliatur quarto, & num. 16.& seq.& vide quæ generaliter dixi supra q.24.nu.49.& seq.

123 LIMITA IIII. quia Dominus tenetur pro incendio immisso per famulum de ipsius mandato. Qui enim mandat aliquid fieri; tenetur, vt faciens, de mandato. Vide tamen in hoc Carauit. consil. crim.diuersor.116.num.20. & seqq. Thom.2. Vbi pluribus excusat Dominum, qui mandauerat famulis, vt ignem imponerent in stipulis suis,& ex illo igne fuit magnum damnum vicinis datum. Inquit enim, hoc mandatum fore intelligendum ciuiliter, scilicet factis per famulos debitis diligentijs, ne ignis vlterius progrediatur,& non alias.

124 LIMITA V. In Publicanis, Nautis, Cauponibus,& stabularijs, qui tenentur pro incendio orto culpa suæ familiæ etiam, quòd is, qui causam incendij dedit, non deliquerit in officio, ad quod fuit deputatus secundum relatos, per Magon.decis.Florent.cxi.num.12. & 56. in fine versic. quod vero dicebatur. Vbi amplius in proposito declarat, qui dicantur Nautę, Caupones,& Stabularij. Gerard.Mazzol.in conf.85.num.25.per tex.in l.1.§.familiæ, ff.de publ. qui quidẽ tex. loquitur in illis familiaribus, qui delinquũt in officio, in quo sunt deputati, non si extra illud, vt expressè dicitur in fine d. §. familiæ in vers.proinde.& ibi glos.in verbo *familia*, ibi tamen seruus Publicani non constitutus ad officium vectigaliũ non continetur, & est de mente Rolan.d.consil.95.num.11.in fine lib.2. Vbi expressè loquitur in Publicanis, Nautis, Cauponibus, Stabularijs, & Hospitibus ad certum officium deputatis, & etiam in specie declarat Menoch.consil. 53. num. 6. iuncto, num.36. versic.Non obstat tertium,& ista est veritas, nec dissentit. Magon. d.decis. Florentin. cxi.numero 60. versic. deinde dicimus.

125 LIMITA VI. (& hic attende, quia in hac declaratione stat clauis huius quæstionis) quod proposita regula negatiua Dominum, scilicet seu patrem familias non teneri de incendio, pro sua familia videtur procedere, quando aut constat de certo incendiario, aut quod is omnem adhibuit debitam custodiam, & diligentiam, & sic quando clarè constat ipsum Dominum, seu patrem familias non esse in aliqua culpa, secus si de certo incendiario non constet, aut de ipsius adhibita custodia, vel negligentia, tunc enim eundem Dominum, seu patrem familias teneri de incendio orto in eius domo, eo quia eius culpa causatum præsumitur, voluisse videntur Imol.in l.domus, post num. 3.ante finem, ff.de lega.1.Ias.ibidem num.10. vers.sed aduerte. Vbi expressè dixit quòd in dubio Dominus,& pater familias præsumitur adhibuisse minorem diligentiam ea, quam adhibere tenetur, & propterea etiam quod non appareat cuius culpa incendium ortum est, adhuc tamen ipsi adscribitur, eo quia ad ipsum principaliter spectat diligentia,& custodia domus,& eorum, quæ in domo sunt.l.si seruus seruum.§.si fornicarius,& § Proculus, ff.ad l.Aquil.cũ alijs ibi per eum allegatis. Nec dissentit Maria. Soc.in c.si quis domum, num.42.43.& 44.de iniur.& damn.dat. Gozzad.in conf.63 num.3.vers.5.adduco. Calcan.conf.40 in fine vers.Tertio vero casu. Vbi bene explicat hanc conclusionem. Alex.de Neuo.conf 87.num.3.ad med. Salyc.consil.crim.diuersor.31.num.3.vers.3. casu lib.1. in paruis, & num.4 & seqq. Vbi respondet contrarijs. Ang.de malef.in verbo incendiario, num.12. per tot. Vbi latè,& pariter respondet contrarijs Franc.Turzan.q.185.num.9.& seqq.& pro hac opinione faciunt dicta de conductore infra in seq quæst.vers.contrarium,&c.hoc eod 3.cap. Vbi tradita videntur respicere eandem materiam. Addo pro hac eadem opinione Conrad. in pract. rubr. de incendiar. vers. præsumptio autem contra inhabitantes. Alex.Trentacin. in suo conf. post opin. Viuij 439. num. 7. ad finem, & 31. in fine.

126 Contrarium,& verius suadetur ex allegatis infra num. 127 Vbi dixi conductorem non teneri de incendio in eius domo conducta orto ad resarciendum damnum locatori, nisi eius culpa probetur,& præsertim, quando non probatur. Vnde incendiũ habuit originem, & quando non constat de culpa certi,& determinati hominis, de quo pariter dixi supra, num.93.& aduertatur, quòd omnes ferè Doctores allegati supra in regula simpliciter, & nulla habita ratione, quòd constet de diligentia Domini, seu patris familias affirmant, ipsum non teneri pro incendio ob suæ familiæ

familiæ culpam cauſato, & ſic videntur loqui etiam, in caſu, in quo non conſtat de certo incendiario, & in ſpecie contra prædictam limitationem tenuerunt. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. ante finem, ff. locat. Iaſ. in conſ. 116. num. 3. lib. 1. Vbi dixit, quòd quamuis culpa inhabitantium in genere præſumatur ortum incendium, non tamen ex hac præſumptione poteſt ferri ſententia contra patrem familias, niſi appareat de certa perſona, pro qua ipſe teneatur, & cuius culpa ortum ſit incendium, quod & idem etiam voluiſſe videtur Franc. Turzan. q. 185. nu. 15. in fine, 16. 18. & ſeq. Rolan. conſil. 95. num. 7. iuncto, num. 26. verſ. 2. non obſtant, & verſ. ſeq. Vbi, quòd qui contrarium tenent dicunt falſa, & contra communem Doctorum opinionem. Gerard. Mazzol. conſil. 85. num. 22. & ſeqq. Menoch. conſ. 53. num. 27. verſ. non obſtat vltimum, lib. 1. Vbi in ſpecie reprobat Imol. contrarium tenentem in d. l. domos. Hieron Gabr. conſ. 159. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Vbi de communi reprobato. Iaſ. contrarium volente in d. l. domos. Magon. deciſ. Floren. 111. num. 52. & ſeqq. Vbi de communi.

127 QVÆRO II. An conductores, & habitatores domus combuſtæ teneantur reſarcire Domino damnum ex incendio illatum. Dic, quòd non, licet enim vt dixi ſupra, num. 41. Incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium, quia tamen, vt pariter dixi ſupra, num. 90. & ſeqq. Hoc intelligitur de leuiſſima culpa, quæ in omittendo conſiſtit, non autem de alia maiori culpa in committendo, idcirco ex hac ſola præſumptione conductores, & habitatores prædictos non teneri ad refectionem dãni ſcripſerunt. Salyc. in l. ſi vendita poſt num. 8. verſ. & ſciendum, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi dicit omnes fateri in actione. l. Aquiliæ non venire leuiſſimam culpam in omittendo commiſſam. Pariſ. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 1. litera B. ad finem addit. verſ. contrariam tamen ſententiam, ff. de offic. Præfect. Vigil. Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num. 7. & 8. ff. de eden. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. nu. 15. Salyc. in l. qui fortuitis, num. 9. C. de pignorat. act. allegatur ad idem gl. in §. Præterea in verbo *imputare* iuſſit, quib. mod. re. contrah. oblig. & in l. ſi modo, ff. de lega. 1. Idem Alex. in l. domos, num. 3. ff. de lega. 1. & ibi etiam Iaſ. num. 5. & ſeqq. relatis, & reprobatis. Imol. & Aret. in locis infra allegandis contrarium tenentibus dixit glo. in §. Præterea, ſibi videri magis communiter receptam. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Hormannet Det. num. 319. & in addit. litera E. & eſt de mente Bal. in conſ. 441. Quidam magiſter Grammaticæ per totũ in diſcurſu, lib. 1. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, nu. 6. & ſeqq. ff. locat. Vbi relatis hinc inde rationibus hanc ſententiam teſtatur veriorem, & magis communem Iaſ. conſ. 116. per tot. lib. 1. Anchar. conſ. 548 pro deciſione quæſiti, num 1. verſ. in contrarium facit. Gozzad. conſ. 65. per tot. Vbi pro vna parte relatis 11. fundamentis, & pro alia relatis 12. argumentis hanc teſtatur communem Doctorum ſententiam. Alex. conſ. 50. per tot. in diſcurſu, lib. 1. vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet. Afflict. deciſ. 57. vbi poſt multa ita dicit fuiſſe apud eum per omnes conſiliarios votatum excepto commiſſario cauſæ, & vno alio conſiliario; & ibi Vrſill. in addit. Vbi num. 8. teſtatur de communi reprobato. Grat. & Gram. in locis infra allegandis pro contraria opinione, ſed pro hac opinione addo eundem Gram. ad Afflict. d. deciſ. 57. in litera A. Augu. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, nu 6. poſt med. verſ. & ideo dato. Franc. Trigon. ſing. 57. num. 1. & omnibus ſeqq. Andr. Gail. obſer. 21. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Vbi laté comprobat pract. Conrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 3. limitat. fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. num. 4. Vbi de crebriori Doctorum ſententia, & num. 6. & ſeq. & 9. Vbi quòd Gramma. in loco mox allegando contrarium ſentiẽs, malè ſentit. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 16. & ſeqq. Vbi reprobato pariter Gramma. huic opinioni contradicente. Teſtatur de magis communi Doctorum ſententia. Cephal. conſ. 362. per totũ. Vbi pro contraria opinione ponit octo argumenta, & illis poſtea bene reſpondet. Burſat. conſ. 59. num. 4. & ſeqq. laté Rolan. conſ. 95. per totum lib. 2. Bero. conſ. 215. poſt. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 5. in fine Menoc. conſ. 53. num. 21. lib. 1. Hier. Gabr. conſ. 159. poſt num. 4. lib. 1. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 467. nu. 7. & ſeqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, teſtatur de veriori, & communiori opinione, & lib. 2. concluſ. 892. num. 12. & concluſ. 993. num. 1. & ſeqq. Vbi pariter relatis contrarijs teſtatur de communi. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. num. 2. & ſeqq. Vbi teſtatur ita eſſe de mente omnium Doctorum, & num. 24. & cum hac eadem ſententia conſentit Magon. deciſ. Florent. 111. num. 1. & pluribus ſeqq. poſt longam diſputationem. Alexan. Rauden. deciſ. Piſan. 6. num. 3. par. 1. & ibidem num. 37. Vbi de communi, & magis communi Doctorum opinione.

128 Contrarium, quòd etiam ex leuiſſima culpa teneatur cõductor, & habitans in domo combuſta ad emendationem damni propter incendium illati, voluerunt Addentes ad Bart. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. Vigil. Salyc. in l. data opera ad finem. verſ. ſi autem fuit leuiſſima. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Aret. in d. §. præterea, num. 2. Inſtit. quib. mod. re. contr. oblig. reprobata glo. ibi contrarium tenente, & ita teſtatur alias Ferrariæ, habuiſſe de facto in cauſa cuiuſdam D. Apolloniæ. Imol. in l. domos poſt num. 3. ff. de lega. 1. Vbi dixit, quòd ex quo incendium præſumitur ortum culpa inhabitantium. Idcirco locator ſi res locata ſit combuſta, habet fundatam intentionem contra conductorem, non probantem incendium ortum fuiſſe, ſine ſua, & ſuorum culpa, & ita dicit eſſe menti tenendum, quia ſæpe de facto contingit. Addo pro hac cõtraria opinione Maria. Soc. in c. ſi quis domum, num. 31. & ſeqq. Vbi pro ea ponderat dicta per Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de eden. concluditque, quòd habitator, licet præſumatur in culpa leuiſſima propter ortum incendium, intelligitur tamen de leuiſſima, in committendo non in omittendo, prout credunt Doctores relati ſupra pro prima opinione, & idem videtur repetere, num. 40. 41. & 42. in prin. Vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet, & num. 49. in fine verſ. ſi vero erat conductor. Bal. conſ. 148. factum quæſtionis tale eſt, & conſil. 149. per totum lib. 2. Vbi latiſſimè comprobat conductorem domus prædictæ teneri locatori ad emendationem damni propter incendium illati, quando non apparet cuius culpa incendium ortum ſit, quia in dubio non ex leuiſſima, ſed ex leui eius culpa ortum præſumitur, quod & idem voluerunt Grat. conſ. 46. per tot. lib. 2. Vbi laté proſequitur, & comprobat hanc opinionem. Cæpoll. conſ. 69. num. 1. & ſeqq. Vbi ampliat, ſiue agatur actione ex locato ſiue actione ex l. Aquilia, ſed loquitur probata diligentia conductoris iuxta tradita ſupra, num. 42. Petr. Calefat. conſ. crim. diuerſor. 58. num. 18. & ſeqq. vſque ad num. 37. lib. 2. Nouell. reg 18. nu. 1. Vbi videtur teſtari de communi opinione, & pro hac eadem ſententia faciunt, quæ dixi ſupra num. 125. Gramma. deciſ. 3. per tot. Vbi in fine teſtatur ita alias in magna curia Vicariæ fuiſſe ſententiatum, & ſententiam poſtea communi voto confirmatum per illud ſacrum concilium. Franc. Marc. deciſ. 421. num. 1. verſ. & ideo locator, par. 2. faciunt ſcripta per Bertaz. in conſ. 499. num. 1. & ſeqq. & latius per Alexand. Trentacin. in ſuo conſ. poſt opin. 439. num. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu. facit text. ponderatus per Vincent. Catoc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 64. & 67. Relati per Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 11. & faciunt pro hac contraria opinione quæ generaliter dixi ſupra, num. 23. Vbi probaui teneri quem de incendio etiam orto ex leuiſſima culpa.

129 LIMITA primam opinionem, quæ ſine dubio, & ve-
rior, & receptior eſt, vt non procedat in illis caſibus in qui-
bus conductor de iure tenetur etiam de leuiſſima culpa,
130 de quibus dixi ſupra, num. 25. & ſeqq. Et in ſpecie ac præ-
ſertim idem conductor tenebitur, quando expreſsè pro-
miſit, & ſe teneri declarauit pro incendio orto ex leuiſſi-
ma culpa, tunc enim ex expreſſa conuentione conueniri
131 poteſt, ſecus autem ſi ſimpliciter promiſiſſet vti re locata
diligenter,

118 Sic si incendium ortum fuit culpa famuli liberi pariter liberatur dominus illum exhibendo,& denunciando secũdum Ang. de malef in verbo *incendiario*, sub num. 11. post Bar. Bal. & Flor. in locis per eum relatis Franc. Turzan. q. 185. nu.6. pract. Conrad. rubr. de incendiar. nu. 11. versi. in 2. membro fol. mihi 340.

119 Contrarium videtur voluisse Cæphal. cons. 362. nu. 10. & seq. Vbi de conductore, qui elegerat operam mulieris imperitę in aptãdo canapẽ, cuius culpa ortum fuit incendiũ, dicitque, ꝙ ex quo officiũ illius mulieris erat priuatũ, idcirco locator, qui damnum passus est habet optionem agendi, vel contra ipsam mulierem, vel contra conductorem ex Bero. quem allegat in q. 39. num. 3. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. num. 60.

120 LIMITA I. huius primæ quæstionis regulam, quia tenetur Dominus, seu pater familias pro incendio orto culpa sui famuli, etiam, quòd in suo officio culpam non comittat, quando idem Dominus sciens ipsum esse periculosum, vel ebriosum, aut talia committere solitum, adhuc domi eum retineret. Tunc enim videtur in culpa ex hac sola retentione, & propterea de incendio culpa eiusdem famuli causato ipse tenebitur secundum Marian. Soc. in c. si quis domum, num. 46. in prin. & in vers. quod tamen ego limito de iniur. & damn. dat. Cæpoll. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis. Iodoch. in pract. crimin. cap. 104. rubr. de spontan. incend. num. 7. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. nu. 18. versic. vel nisi essent serui nequam. par. 1. Cæphal. cons. 362. nu. 5. & seqq. Menoc. cons. 53. n. 8. & 160. in prin. & in vers. Non obstat quartũ. Vbi declarat, nõ sufficere isto casu famulos esse vilis conditionis, & famę, nisi ẽt sint improbi, & facinorosi, & vide, quę generaliter dixi supra q. 24. n. 91.

121 LIMITA II. quando cõstaret ipsum Dominum esse in aliqua culpa lata, aut leui vel etiam leuissima in committendo. Tunc enim si ex illa culpa præcedente, famulus, aut alter de familia dederit causam incendio, quam non dedisset si Domini culpa nõ præcessisset, tunc sine dubio Dominus tenebitur per ea, quæ generaliter dicta sunt supra, nu. 35. & in specie consuluit Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. post num. 31. vers. sed secus est, & num. 32. vers. secus vero est.

122 LIMITA III. Vt tunc demum Dominus, seu pater familias non teneatur pro incendio orto culpa famuli, seu serui, quando scilicet ille famulus, vel seruus culpam commisit extra officium, ad quod deputatus est, secus vero si culpabilis, aut negligens fuerit in illo officio, seu exercitio, in quo inseruit, & est deputatus, prout coqui in coquina, stabularius in stabulo, & ijs similia colligitur hæc distinctio ex trad. per Salyc. in l. si vendita, num. 2. ante med. versic. sed Doctores, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi testatur de communi, & ponit exemplum in masculo, seu fœmina deputatis super coquina. & num. 4 & in l. quæ fortuitis post num. 7. & vers. & ideo in proposito, & num. 8 C. de pignorat. act. Maria. Socin. in c. si quis domum, num. 44. in fine, & 45. de iniur. & damn. dat. Gozzadin. cons. 63. num. 14 Calcan. cons. 40. colum. 2. vers. quandoq; constat. Cæpol. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis, & in versic. Præterea dico. Salyc. de cons. crim. diuersor. 31. nu. 3. lib. 1. in paruis, Afflict. decis. 57. num. 7. & ibi Vrsill. in additio. num. 9. Ange. de malef. in verbo *incendiario*, num. 11. Franc. Turzan. q. 185. post num. 5. Gram. decis. 3. num. 12. Franc. Marc. decis. 521. num. 4. vers. quod est verum par. 2. Andr. Gail. obser. 21. post num. 6. lib. 2. Vbi testatur de communi opin. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. sub num. 19. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 18. par. 1. Cæphal. consil. 362. num. 27. Rolan. cons. 95. num. 11. in fine, & 17. lib. 2. Gerard. Mazzol. cons. 85. num. 24. Vbi de communi Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 32. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 7. & conclus. 993. num. 5. Magon. decis. Florent. cxi. sub num. 12. Vincen. Caroc. in tract. de loca. & conduc. par. 4. rubr. de incend. nu. 14. vers. Ampliatur quarto, & num. 16. & seq. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. nu. 49. & seq.

123 LIMITA IIII. quia Dominus tenetur pro incendio immisso per famulum de ipsius mandato. Qui enim mandat aliquid fieri; tenetur, vt faciens, de mandato. Vide tamen in hoc Carauit. consil. crim. diuersor. 116. num. 20. & seqq. Thom. 2. Vbi pluribus excusat Dominum, qui mandauerat famulis, vt ignem imponerent in stipulis suis, & ex illo igne fuit magnum damnum vicinis datum. Inquit enim, hoc mandatum fore intelligendum ciuiliter, scilicet factis per famulos debitis diligentijs, ne ignis vlterius progrediatur, & non alias.

124 LIMITA V. In Publicanis, Nautis, Cauponibus, & stabularijs, qui tenentur pro incendio orto culpa suæ familiæ etiam, quòd is, qui causam incendij dedit, non deliquerit in officio, ad quod fuit deputatus secundum relatos, per Magon. decis. Florent. cxi. num. 12. & 56. in fine versic. quod vero dicebatur. Vbi amplius in proposito declarat, qui dicantur Nautę, Caupones, & Stabularij. Gerard. Mazzol. in cons. 85. num. 25. per tex. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. qui quidẽ tex. loquitur in illis familiaribus, qui delinquũt in officio, in quo sunt deputati, non si extra illud, vt expressè dicitur in fine d. §. familiæ in vers. proinde. & ibi glos. in verbo *familia*, ibi tamen seruus Publicani non constitutus ad officium vectigaliũ non continetur, & est de mente Rolan. d. consil. 95. num. 11. in fine lib. 2. Vbi expressè loquitur in Publicanis, Nautis, Cauponibus, Stabularijs, & Hospitibus ad certum officium deputatis, & etiam in specie declarat Menoch. consil. 53. num. 6. iuncto, num. 36. versic. Non obstat tertium, & ista est veritas, nec dissentit. Magon. d. decis. Florentin. cxi. numero 60. versic. deinde dicimus.

125 LIMITA VI. (& hic attende, quia in hac declaratione stat clauis huius quæstionis) quod proposita regula negatiua Dominum, scilicet seu patrem familias non teneri de incendio, pro sua familia videtur procedere, quando aut constat de certo incendiario, aut quod is omnem adhibuit debitam custodiam, & diligentiam, & sic quando clarè constat ipsum Dominum, seu patrem familias non esse in aliqua culpa, secus si de certo incendiario non constet, aut de ipsius adhibita custodia, vel negligentia, tunc enim eundem Dominum, seu patrem familias teneri de incendio orto in eius domo, eo quia eius culpa causatum præsumitur, voluisse videntur Imol. in l. domus, post num. 3. ante finem, ff. de lega. 1. Ias. ibidem num. 10. vers. sed aduerte. Vbi expressè dixit quòd in dubio Dominus, & pater familias præsumitur adhibuisse minorem diligentiam ea, quam adhibere tenetur, & propterea etiam quod non appareat cuius culpa incendium ortum est, adhuc tamen ipsi adscribitur, eo quia ad ipsum principaliter spectat diligentia, & custodia domus, & eorum, quæ in domo sunt. l. si seruus seruum. §. si fornicarius, & §. Proculus, ff. ad l. Aquil. cũ alijs ibi per eum allegatis. Nec dissentit Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 42. 43. & 44. de iniur. & damn. dat. Gozzad. in cons. 63. num. 3. vers. 5. adduco. Calcan. cons. 40 in fine vers. Tertio vero casu. Vbi bene explicat hanc conclusionem. Alex. de Neuo. cons. 87. num. 3. ad med. Salyc. consil. crim. diuersor. 31. num. 3. vers. 3. casu lib. 1. in paruis, & num. 4 & seqq. Vbi respondet contrarijs. Ang. de malef. in verbo incendiario, num. 12. per tot. Vbi latè, & pariter respondet contrarijs Franc. Turzan. q. 185. num. 9. & seqq. & pro hac opinione faciunt dicta de conductore infra in seq quæst. vers. contrarium, &c. hoc eod 3. cap. Vbi tradita videntur respicere eandem materiam. Addo pro hac eadem opinione Conrad. in pract. rubr. de incendiar. vers. præsumptio autem contra inhabitantes. Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 7. ad finem, & 31. in fine.

126 Contrarium, & verius suadetur ex allegatis infra num. 127 Vbi dixi conductorem non teneri de incendio in eius domo conducta orto ad resarciendum damnum locatori, nisi eius culpa probetur, & præsertim, quando non probatur. Vnde incendiũ habuit originem, & quando non constat de culpa certi, & determinati hominis, de quo pariter dixi supra, num. 93. & aduertatur, quòd omnes ferè Doctores allegati supra in regula simpliciter, & nulla habita ratione, quòd constet de diligentia Domini, seu patris familias affirmant, ipsum non teneri pro incendio ob suæ

familiæ

familiæ culpam cauſato, & ſic videntur loqui etiam, in caſu, in quo non conſtat de certo incendiario, & in ſpecie contra prædictam limitationem tenuerunt. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. ante finem, ff. locat. Iaſ. in conſ. 116. num. 3. lib. 1. Vbi dixit, quòd quamuis culpa inhabitantium in genere præſumatur ortum incendium, non tamen ex hac præſumptione poteſt ferri ſententia contra partem familias, niſi appareat de certa perſona, pro qua ipſe teneatur, & cuius culpa ortum ſit incendium, quod & idem etiam voluiſſe videtur Franc. Turzan. q. 185. nu. 15. in fine, 16. 18. & ſeq. Rolan. conſil. 95. num. 7. iuncto, num. 26. verſ. 2. non obſtant, & verſ. ſeq. Vbi, quòd qui contrarium tenent dicunt falſa, & contra communem Doctorum opinionem. Gerard. Mazzol. conſil. 85. num. 22. & ſeqq. Menoch. conſ. 53. num. 27. verſ. non obſtat vltimum, lib. 1. Vbi in ſpecie reprobat Imol. contrarium tenentem in d. l. domos. Hieron Gabr. conſ. 159. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Vbi de communi reprobato Iaſ. contrarium volente in d. l. domos. Magon. deciſ. Floren. 111. num. 32. & ſeqq. Vbi de communi.

127 QVÆRO II. An conductores, & habitatores domus combuſtæ teneantur reſarcire Domino damnum ex incendio illatum. Dic, quòd non, licet enim vt dixi ſupra, num. 41. Incendium præſumatur ortum culpa inhabitantium, quia tamen, vt pariter dixi ſupra, num. 90. & ſeqq. Hoc intelligitur de leuiſſima culpa, quæ in omittendo conſiſtit, non autem de alia maiori culpa in committendo, idcirco ex hac ſola præſumptione conductores, & habitatores prædictos non teneri ad refectionem dãni ſcripſerunt. Salyc. in l. ſi vendita poſt num. 8. verſ. & ſciendum, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi dicit omnes fateri in actione. l. Aquiliæ non venire leuiſſimam culpam in omittendo commiſſam. Pariſ. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 1. litera B. ad finem addit. verſ. contrariam tamen ſententiam, ff. de offic. Præfect. Vigil. Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num. 7. & 8. ff. de eden. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. nu. 15. Salyc. in l. qui fortuitis, num. 9. C. de pignorat. act. allegatur ad idem gl. in §. Præterea in verbo *imputare* iuſſit, quib. mod. re contrah. oblig. & in l. ſi modo, ff. de lega. 1. Idem Alex. in l. domos, num. 3. ff. de lega. 1. & ibi etiam Iaſ. num. 5. & ſeqq. relatis, & reprobatis. Imol. & Aret. in locis infra allegandis contrarium tenentibus dixit glo. in §. Præterea, ſibi videri magis communiter receptam. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Hormannet Det. num. 319. & in addit. litera E. & eſt de mente. Bal. in conſ. 441. Quidam magiſter Grammaticæ per totũ in diſcurſu, lib. 1. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, nu. 6. & ſeqq. ff. locat. Vbi relatis hinc inde rationibus hanc ſententiam teſtatur veriorem, & magis communem Iaſ. conſ. 116. per tot. lib. 1. Anchar. conſ. 148 pro deciſione quæſiti, num. 1. verſ. in contrarium facit. Gozzad. conſ. 65. per tot. Vbi pro vna parte relatis 11. fundamentis, & pro alia relatis 12. argumentis hanc teſtatur communem Doctorum ſententiam. Alex. conſ. 50. per tot. in diſcurſu, lib. 4. vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet. Afflict. deciſ. 57. vbi poſt multa ita dicit fuiſſe apud eum per omnes conſiliarios votatum excepto commiſſario cauſæ, & vno alio conſiliario, & ibi Vrſill. in addit. Vbi num. 8. teſtatur de communi reprobato. Grat. & Gram. in locis infra allegandis pro contraria opinione, ſed pro hac opinione addo eundem Gram. ad Afflict. d. deciſ. 57. in litera A. Augu. ad Ang. de maleſ. in verbo *incendiario*, nu. 6. poſt med. verſ. & ideo dato. Franc. Trigon. ſing. 57. num. 1. & omnibus ſeqq. Andr. Gail. obſer. 21. nu. 1. & ſeqq. lib. 2. Vbi latè comprobat præd. Conrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 3. limitat. fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. num. 4. Vbi de crebriori Doctorum ſententia, & num. 6. & ſeq. & 9. Vbi quòd Gramma. in loco mox allegando contrarium ſentiẽs malè ſentit. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 16. & ſeqq. Vbi reprobato pariter Gramma. huic opinioni contradicente. Teſtatur de magis communi Doctorum ſententia. Cephal. conſ. 362. per totũ. Vbi pro contraria opinione ponit octo argumenta, & illis poſtea bene reſpondet. Burſat. conſ. 59. num. 4. & ſeqq. latè Rolan. conſ. 95. per totum lib. 2. Bero. conſ. 215. poſt. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 5. in fine Menoc. conſ. 53. num. 21. lib. 1. Hier. Gabr. conſ. 159. poſt num. 4. lib. 1. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 467. nu. 7. & ſeqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, teſtatur de veriori, & communiori opinione, & lib. 2. concluſ. 892. num. 12. & concluſ. 993. num. 1. & ſeqq. Vbi pariter relatis contrarijs teſtatur de communi. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. num. 2. & ſeqq. Vbi teſtatur ita eſſe de mente omnium Doctorum, & num. 24. & cum hac eadem ſententia conſentit Magon. deciſ. Florent. 111. num. 1. & pluribus ſeqq. poſt longam diſputationem. Alexan. Rauden. deciſ. Piſan. 6. num. 3. par. 1. & ibidem num. 37. Vbi de communi, & magis communi Doctorum opinione.

128 Contrarium, quòd etiam ex leuiſſima culpa teneatur cõductor, & habitans in domo combuſta ad emendationem damni propter incendium illati voluerunt Addentes ad Bart. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. Vigil. Salyc. in l. data opera ad finem. verſ. ſi autem fuit leuiſſima. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Aret. in d. §. præterea, num. 2. Inſtit. quib. mod. re. contr. oblig. reprobata glo. ibi contrarium tenente, & ita teſtatur alias Ferrariæ, habuiſſe de facto in cauſa cuiuſdam D. Apolloniæ. Imol. in l. domos poſt num. 3. ff. de lega. 1. Vbi dixit, quòd ex quo incendium præſumitur ortum culpa inhabitantium. Idcirco locator ſi res locata ſit combuſta, habet fundatam intentionem contra conductorem, non probantem incendium ortum fuiſſe, ſine ſua, & ſuorum culpa, & ita dicit eſſe menti tenendum, quia ſæpe de facto contingit. Addo pro hac cõtraria opinione Maria. Soc. in c. ſi quis domum, num. 31. & ſeqq. Vbi pro ea ponderat dicta per Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de eden. concluditque, quòd habitator, licet præſumatur in culpa leuiſſima propter ortum incendium, intelligitur tamen de leuiſſima, in committendo non in omittendo, prout credunt Doctores relati ſupra pro prima opinione, & idem videtur repetere, num. 40. 41. & 42. in prin. Vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet, & num. 49. in fine verſ. ſi vero erat conductor. Bal. conſ. 148. factum quæſtionis tale eſt, & conſil. 149. per totum lib. 2. Vbi latiſſimè comprobat conductorem domus prædictæ teneri locatori ad emendationem damni propter incendium illati, quando non apparet cuius culpa incendium ortum ſit, quia in dubio non ex leuiſſima, ſed ex leui eius culpa ortum præſumitur, quod & idem voluerunt Grat. conſ. 46. per tot. lib. 2. Vbi latè proſequitur, & comprobat hanc opinionem. Capoll. conſ. 69. num. 1. & ſeqq. Vbi ampliat, ſiue agatur actione ex locato ſiue actione ex l. Aquilia, ſed loquitur probata diligentia conductoris iuxta tradita ſupra, num. 42. Petr. Calefat. conſ. crim. diuerſor. 58. num. 18. & ſeqq. vſque ad num. 37. lib. 2. Nouell. reg. 18. nu. 1. Vbi videtur teſtari de communi opinione, & pro hac eadem ſententia faciunt, quæ dixi ſupra num. 125. Gramma. deciſ. 3. per tot. Vbi in fine teſtatur ita alias in magna curia Vicariæ fuiſſe ſententiatum, & ſententiam poſtea communi voto confirmatum per illud ſacrum concilium. Franc. Marc. deciſ. 421. num. 1. verſ. & ideo locator, par. 2. faciunt ſcripta per Bertaz. in conſ. 499. num. 1. & ſeqq. & latius per Alexand. Trentacin. in ſuo conſ. poſt opin. 439. num. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu. facit text. ponderatus per Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 64. & 67. Relati per Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 23. num. 11. & faciunt pro hac contraria opinione quæ generaliter dixi ſupra, num. 23. Vbi probaui teneri quem de incendio etiam orto ex leuiſſima culpa.

129 LIMITA primam opinionem, quæ ſine dubio, & verior, & receptior eſt, vt non procedat in illis caſibus in quibus conductor de iure tenetur etiam de leuiſſima culpa, 130 de quibus dixi ſupra, num. 25. & ſeqq. Et in ſpecie ac præſertim idem conductor tenebitur, quando expreſsè promiſit, & ſe teneri declarauit pro incendio orto ex leuiſſima culpa, tunc enim ex expreſſa conuentione conueniri 131 poteſt, ſecus autem ſi ſimpliciter promiſiſſet vti re locata diligenter.

118 Sic si incendium ortum fuit culpa famuli liberi pariter liberatur dominus illum exhibendo, & denunciando secũdum Ang. de malef. in verbo *incendiario*, sub num. 11. post Bar. Bal. & Flor. in locis per eum relatis Franc. Turzan. q. 185. nu. 6. pract. Conrad. rubr. de incendiar. nu. 11. vers. in 2. membro fol. mihi 340.

119 Contrarium videtur voluisse Cæphal. cons. 361. nu. 10. & seq. Vbi de conductore, qui elegerat operam mulieris imperitę in aptãdo canapē, cuius culpa ortum fuit incendiũ, dicitque, q ex quo officiũ illius mulieris erat priuatũ, idcirco locator, qui damnum passus est habet optionem agendi, vel contra ipsam mulierem, vel contra conductorem ex Bero. quem allegat in q. 39. num. 3. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. num. 60.

120 LIMITA I. huius primæ quæstionis regulam, quia tenetur Dominus, seu pater familias pro incendio orto culpa sui famuli, etiam, quòd in suo officio culpam non comittat, quando idem Dominus sciens ipsum esse periculosum, vel ebriosum, aut talia committere solitum, adhuc domi eum retineret. Tunc enim videtur in culpa ex hac sola retentione, & propterea de incendio culpa eiusdem famuli causato ipse tenebitur secundum Marian. Soc. in c. si quis domum, num. 46. in prin. & in vers. quod tamen ego limito de iniur. & damn. dar. Cæpoll. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis. Iodoch. in pract. crimin. cap. 104. rubr. de spontan. incend. num. 7. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. nu. 18. versic. vel nisi essent serui nequam. par. 1. Cæphal. cons. 362. nũ. 5. & seqq. Menoc. cons. 53. n. 8. & 160. in prin. & in vers. Non obstat quartũ. Vbi declarat, nõ sufficere isto casu famulos esse vilis conditionis, & famę, nisi ét sint improbi, & facinorosi, & vide, quę generaliter dixi supra q. 24. n. 91.

121 LIMITA II. quando cõstaret ipsum Dominum esse in aliqua culpa lata, aut leui vel etiam leuissima in committendo. Tunc enim si ex illa culpa præcedente, famulus, aut alter de familia dederit causam incendio, quam non dedisset si Domini culpa nõ præcessisset, tunc sine dubio Dominus tenebitur per ea, quæ generaliter dicta sunt supra, nu. 35. & in specie consuluit Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. post num. 31. vers. sed secus est, & num. 32. vers. secus vero est.

122 LIMITA III. Vt tunc demum Dominus, seu pater familias non teneatur pro incendio orto culpa famuli, seu serui, quando scilicet ille famulus, vel seruus culpam commisit extra officium, ad quod deputatus est, secus vero si culpabilis, aut negligens fuerit in illo officio, seu exercitio, in quo inseruit, & est deputatus, prout coqui in coquina, stabularius in stabulo, & ijs similia colligitur hæc distinctio ex trad. per Salyc. in l. si vendita, num. 2. ante med. versic. sed Doctores, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi testatur de communi, & ponit exemplum in masculo, seu fœmina deputatis super coquina, & num. 4. & in l. quæ fortuitis post num. 7. & vers. & ideo in proposito, & num. 8. C. de pignorat. act. Maria. Socin. in c. si quis domum, num. 44. in fine, & 45. de iniur. & damn. dat. Gozzadin. cons. 63. num. 14. Calcan. cons. 40. colum. 2. vers. quandoq; constat. Cæpol. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis, & in versic. Præterea dico. Salyc. de cons. crim. diuersor. 31. nu. 3. lib. 1. in paruis, Afflict. decis. 57. num. 7. & ibi Vrsill. in additio. num. 9. Ange. de malef. in verbo *incendiario*, num. 11. Franc. Turzan. q. 185. post num. 5. Gram. decis. 3. num. 12. Franc. Marc decis. 521. num. 4. vers. quod est verum par. 2. Andr. Gail. obser. 21. post num. 6. lib. 2. Vbi testatur de communi opin. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 590. sub num. 19. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 18. par. 1. Cæphal. consil. 362. num. 27. Rolan. cons. 95. num. 11. in fine, & 27. lib. 2. Gerard. Mazzol. cons. 85. num. 24. Vbi de communi Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 32. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 892. num. 7. & conclus. 993. num. 5. Magon. decis. Florent. cxi. sub num. 12. Vincen. Caroc. in tract. de loca. & conduc. par. 4. rubr. de incend. nu. 14. vers. Ampliatur quarto, & num. 16. & seq. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. nu. 49. & seq.

123 LIMITA IIII. quia Dominus tenetur pro incendio immisso per famulum de ipsius mandato. Qui enim mandat aliquid fieri; tenetur, vt faciens, de mandato. Vide tamen in hoc Carauit. consil. crim. diuersor. 116. num. 20. & seqq. Thom. 2. Vbi pluribus excusat Dominum, qui mandauerat famulis, vt ignem imponerent in stipulis suis, & ex illo igne fuit magnum damnum vicinis datum. Inquit enim, hoc mandatum fore intelligendum ciuiliter, scilicet factis per famulos debitis diligentijs, ne ignis vlterius progrediatur, & non alias.

124 LIMITA V. In Publicanis, Nautis, Cauponibus, & stabularijs, qui tenentur pro incendio orto culpa suę familiæ etiam, quòd is, qui causam incendij dedit, non deliquerit in officio, ad quod fuit deputatus secundum relatos, per Magon. decis. Florent. cxi. num. 12. & 56. in fine versic. quod vero dicebatur. Vbi amplius in proposito declarat, qui dicantur Nautę, Caupones, & Stabularij. Gerard. Mazzol. in cons. 85. num. 25. per tex. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. qui quidẽ tex. loquitur in illis familiaribus, qui delinquũt in officio, in quo sunt deputati, non si extra illud, vt expressè dicitur in fine d. §. familiæ in vers. proinde. & ibi glos. in verbo *familiæ*, ibi tamen seruus Publicani non constitutus ad officium vectigaliũ non continetur, & est de mente Rolan. d. consil. 95. num. 11. in fine lib. 2. Vbi expressè loquitur in Publicanis, Nautis, Cauponibus, Stabularijs, & Hospitibus ad certum officium deputatis, & etiam in specie declarat Menoch. consil. 53. num. 6. iuncto, num. 36. versic. Non obstat tertium, & ista est veritas, nec dissentit. Magon. d. decis. Florentin. cxi. numero 60. versic. deinde dicimus.

125 LIMITA VI. (& hic attende, quia in hac declaratione stat clauis huius quæstionis) quod proposita regula negatiua Dominum, scilicet seu patrem familias non teneri de incendio, pro sua familia videtur procedere, quando aut constat de certo incendiario, aut quod is omnem adhibuit debitam custodiam, & diligentiam, & sic quando clarè constat ipsum Dominum, seu patrem familias non esse in aliqua culpa, secus si de certo incendiario non constet, aut de ipsius adhibita custodia, vel negligentia, tunc enim eundem Dominum, seu patrem familias teneri de incendio orto in eius domo, eo quia eius culpa causatum præsumitur, voluisse videntur Imol. in l. domus, post num. 3. ante finem, ff. de lega. 1. Ias. ibidem num. 10. vers. sed aduerte. Vbi expressè dixit quòd in dubio Dominus, & pater familias præsumitur adhibuisse minorem diligentiam ea, quam adhibere tenetur, & propterea etiam quod non appareat cuius culpa incendium ortum est, adhuc tamen ipsi adscribitur, eo quia ad ipsum principaliter spectat diligentia, & custodia domus, & eorum, quæ in domo sunt. l. si seruus seruum. §. si fornicarius, & §. Proculus, ff. ad l. Aquil. cũ alijs ibi per eum allegatis. Nec dissentit Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 42. 43. & 44. de iniur. & damn. dat. Gozzad. in cons. 63. num. 3. vers. 5. adduco. Calcan. cons. 40. in fine vers. Tertio vero casu. Vbi bene explicat hanc conclusionem. Alex. de Neuo. cons. 87. num. 3. ad med. Salyc. consil. crim. diuersor. 31. num. 3. vers. 3. casu lib. 1. in paruis, & num. 4. & seqq. Vbi respondet contrarijs. Ang. de malef. in verbo incendiario, num. 12. per tot. Vbi latè, & pariter respondet contrarijs Franc. Turzan. q. 185. num. 9. & seqq. & pro hac opinione faciunt dicta de conductore infra in seq. quæst. vers. contrarium, &c. hoc eod. 3. cap. Vbi tradita videntur respicere eandem materiam. Addo pro hac eadem opinione Conrad. in pract. rubr. de incendiar. vers. præsumptio autem contra inhabitantes. Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 7. ad finem, & 31. in fine.

126 Contrarium, & verius suadetur ex allegatis infra num. 127 Vbi dixi conductorem non teneri de incendio in eius domo conducta orto ad resarciendum damnum locatori, nisi eius culpa probetur, & præsertim, quando non probatur. Vnde incendiũ habuit originem, & quando non constat de culpa certi, & determinati hominis, de quo pariter dixi supra, num. 93. & aduertatur, quòd omnes ferè Doctores allegati supra in regula simpliciter, & nulla habita ratione, quòd constet de diligentia Domini, seu patris familias affirmant, ipsum non teneri pro incendio ob suæ familiæ

familiæ culpam causato, & sic videntur loqui etiam, in casu, in quo non constat de certo incendiario, & in specie contra prædictam limitationem tenuerunt. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. ante finem, ff. locat. Ias. in consi. 116. num. 5. lib. 1. Vbi dixit, quòd quamuis culpa inhabitantium in genere præsumatur ortum incendium, non tamen ex hac præsumptione potest ferri sententia contra patrem familias, nisi appareat de certa persona, pro qua ipse teneatur, & cuius culpa ortum sit incendium, quod & idem etiam voluisse videtur Franc. Turzan. q. 185. nu. 15. in fine, 16. 18. & seq. Rolan. consil. 95. num. 7. iuncto, num. 26. vers. 2. non obstant, & vers. seq. Vbi, quòd qui contrarium tenent dicunt falsa, & contra communem Doctorum opinionem. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 22. & seqq. Menoch. cons. 53. num. 27. vers. non obstat vltimum, lib. 1. Vbi in specie reprobat Imol. contrarium tenentem in d. l. domos. Hieron. Gabr. cons. 159. num. 6. & seqq. lib. 1. Vbi de communi reprobato Ias. contrarium volente in d. l. domos. Magon. decis. Floren. 111. num. 32. & seqq. Vbi de communi.

127 QVÆRO II. An conductores, & habitatores domus combustæ teneantur resarcire Domino damnum ex incendio illatum. Dic, quòd non, licet enim vt dixi supra, num. 41. Incendium præsumatur ortum culpa inhabitantium, quia tamen, vt pariter dixi supra, num. 90. & seqq. Hoc intelligitur de leuissima culpa, quæ in omittendo consistit, non autem de alia maiori culpa in committendo, idcirco ex hac sola præsumptione conductores, & habitatores prædictos non teneri ad refectionem dãni scripserunt. Salyc. in l. si vendita post num. 8. vers. & sciendum, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi dicit omnes fateri in actione. l. Aquiliæ non venire leuissimam culpam in omittendo commissam. Paris. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 1. litera B. ad finem addit. vers. contrariam tamen sententiam, ff. de offic. Præfect. Vigil. Alex. in l. si quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num. 7. & 8. ff. de eden. Vbi proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. nu. 15. Salyc. in l. qui fortuitis, num. 9. C. de pignorat. act. allegatur ad idem gl. in §. Præterea in verbo *imputare* iussit, quib. mod. re. contrah. oblig. & in l. si modo, ff. de lega. 1. Idem Alex. in l. domos, num. 3. ff. de lega. 1. & ibi etiam Ias. num. 5. & seqq. relatis, & reprobatis. Imol. & Aret. in locis infra allegandis contrarium tenentibus dixit glo. in §. Praeterea, sibi videri magis communiter receptam. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Hormannet Det. num. 319. & in addit. litera E. & est de mente Bal. in cons. 441. Quidam magister Grammaticæ per totũ in discursu, lib. 1. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, nu. 6. & seqq. ff. locat. Vbi relatis hinc inde rationibus hanc sententiam testatur veriorem, & magis communem Ias. cons. 116. per tot. lib. 1. Anchar. cons. 548. pro decisione quæsiti, num. 1. vers. in contrarium facit. Gozzad. cons. 65. per tot. Vbi pro vna parte relatis 11. fundamentis, & pro alia relatis 11. argumentis hanc testatur communem Doctorum sententiam. Alex. cons. 50. per tot. in discursu, lib. 1. vbi etiam proponit contraria, & illis respondet. Afflict. decis. 57. vbi post multa ita dicit fuisse apud eum per omnes consiliarios votatum excepto commissario causæ, & vno alio consiliario, & ibi Vrsill. in addit. Vbi num. 8. testatur de communi reprobato. Grat. & Gram. in locis infra allegandis pro contraria opinione, sed pro hac opinione addo eundem Gram. ad Afflict. d. decis. 57. in litera A. August. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, nu. 6. post med. vers. & ideo dato. Franc. Trigon. sing. 57. num. 1. & omnibus seqq. Andr. Gail. obser. 21. nu. 1. & seqq. lib. 2. Vbi latè comprobat prac. Conrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 3. limitat. fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. num. 4. Vbi de crebriori Doctorum sententia, & num. 6. & seq. & 9. Vbi quòd Gramma. in loco mox allegando contrarium sentiẽs malè sentit. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 16. & seqq. Vbi reprobato pariter Gramma. huic opinioni contradicente. Testatur de magis communi Doctorum sententia. Cephal. cons. 362. per totũ. Vbi pro contraria opinione ponit octo argumenta, & illis postea bene respondet. Bursat. cons. 59. num. 4. & seqq. latè Rolan. cons. 95. per totum lib. 2. Bero. cons. 215. post. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 5. in fine Menoc. cons. 53. num. 21. lib. 1. Hier. Gabr. cons. 159. post num. 4. lib. 1. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 467. nu. 7. & seqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, testatur de veriori, & communiori opinione, & lib. 2. conclus. 892. num. 12. & conclus. 993. num. 1. & seqq. Vbi pariter relatis contrarijs testatur de communi. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 2. & seqq. Vbi testatur ita esse de mente omnium Doctorum, & num. 24. & cum hac eadem sententia consentit Magon. decis. Florent. 111. num. 1. & pluribus seqq. post longam disputationem. Alexan. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 3. par. 1. & ibidem num. 37. Vbi de communi, & magis communi Doctorum opinione.

128 Contrarium, quòd etiam ex leuissima culpa teneatur cõductor, & habitans in domo combusta ad emendationem damni propter incendium illati voluerunt Addentes ad Bart. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. Vigil. Salyc. in l. data opera ad finem. vers. si autem fuit leuissima. C. de his, qui accus. non poss. Aret. in d. §. præterea, num. 2. Instit. quib. mod. re. contr. oblig. reprobata glo. ibi contrarium tenente, & ita testatur alias Ferrariæ, habuisse de facto in causa cuiusdam D. Apolloniæ. Imol. in l. domos post num. 3. ff. de lega. 1. Vbi dixit, quòd ex quo incendium præsumitur ortum culpa inhabitantium. Idcirco locator si res locata sit combusta, habet fundatam intentionem contra conductorem, non probantem incendium ortum fuisse, sine sua, & suorum culpa, & ita dicit esse menti tenendum, quia sæpe de facto contingit. Addo pro hac cõtraria opinione Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 31. & seqq. Vbi pro ea ponderat dicta per Bar. in l. si quis ex argentarijs, ff. de eden. concluditque, quòd habitator, licet præsumatur in culpa leuissima propter ortum incendium, intelligitur tamen de leuissima, in committendo non in omittendo, prout credunt Doctores relati supra pro prima opinione, & idem videtur repetere, num. 40. 41. & 42. in prin. Vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, & num. 49. in fine vers. si vero erat conductor. Bal. cons. 148. factum quæstionis tale est, & consil. 149. per totum lib. 2. Vbi latissimè comprobat conductorem domus prædictæ teneri locatori ad emendationem damni propter incendium illati, quando non apparet cuius culpa incendium ortum sit, quia in dubio non ex leuissima, sed ex leui eius culpa ortum præsumitur, quod & idem voluerunt Grat. cons. 46. per tot. lib. 2. Vbi latè prosequitur, & comprobat hanc opinionem. Capoll. cons. 69. num. 1. & seqq. Vbi ampliat, siue agatur actione ex locato siue actione ex l. Aquilia, sed loquitur probata diligentia conductoris iuxta tradita supra, num. 41. Petr. Calefat. cons. crim. diuersor. 58. num. 18. & seqq. vsque ad num. 37. lib. 2. Nouell. reg. 18. nu. 1. Vbi videtur testari de communi opinione, & pro hac eadem sententia faciunt, quæ dixi supra num. 125. Gramma. decis. 3. per tot. Vbi in fine testatur ita alias in magna curia Vicariæ fuisse sententiatum, & sententiam postea communi voto confirmatum per illud sacrum concilium. Franc. Marc. decis. 421. num. 1. vers. & ideo locator, par. 2. faciunt scripta per Bertaz in cons. 499. num. 1. & seqq. & latius per Alexand. Trentacin. in suo cons. post opin. 439. num. 1. & omnibus seqq. in discursu. facit text. ponderatus per Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 64. & 67. Relati per Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 11. & faciunt pro hac contraria opinione quæ generaliter dixi supra, num. 23. Vbi probaui teneri quem de incendio etiam orto ex leuissima culpa.

129 LIMITA primam opinionem, quæ sine dubio, & verior, & receptior est, vt non procedat in illis casibus in quibus conductor de iure tenetur etiam de leuissima culpa, de quibus dixi supra, num. 25. & seqq. Et in specie ac præ-
130 sertim idem conductor tenebitur, quando expressè promisit, & se teneri declarauit pro incendio orto ex leuissima culpa, tunc enim ex expressa conuentione conuenire
131 potest, secus autem si simpliciter promisisset vti re locata diligenter,

118 Sic si incendium ortum fuit culpa famuli liberi pariter liberatur dominus illum exhibendo,& denunciando secũdum Ang. de malef. in verbo *incendiario*, sub num. 11. post Bar. Bal. & Flor. in locis per eum relatis Franc. Turzan. q. 185. nu. 6. pract. Conrad. rubr. de incendiar. nu. 11. vers. in 2. membro fol. mihi 140.

119 Contrarium videtur voluisse Cæphal. cons. 361. nu. 10. & seq. Vbi de conductore, qui elegerat operam mulieris imperitę in aptãdo canapé, cuius culpa ortum fuit incendiũ, dicitque, quod ex quo officiũ illius mulieris erat priuatũ, idcirco locator, qui damnum passus est habet optionem agendi, vel contra ipsam mulierem, vel contra conductorem ex Bero. quem allegat in q. 39. num. 3. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. num. 60.

120 LIMITA I. huius primæ quæstionis regulam, quia tenetur Dominus, seu pater familias pro incendio orto culpa sui famuli, etiam, quòd in suo officio culpam non committat, quando idem Dominus sciens ipsum esse periculosum, vel ebriosum, aut talia committere solitum, adhuc domi eum retineret. Tunc enim videtur in culpa ex hac sola retentione, & propterea de incendio culpa einsdem famuli causato ipse tenebitur secundum Marian. Soc. in c. si quis domum, num. 46. in prin. & in vers. quod tamen ego limito de iniur. & damn. dat. Cæpoll. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis. Iodoch. in pract. crimin. cap. 104. rubr. de spontan. incend. num. 7. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. nu. 18. versic. vel nisi essent serui nequam. par. 1. Cæphal. cons. 362. nu. 5. & seqq. Menoc. cons. 53. n. 8. & 160. in prin. & in vers. Non obstat quartũ. Vbi declarat, nõ sufficere isto casu famulos esse vilis conditionis, & famę, nisi et sint improbi, & facinorosi, & vide, quę generaliter dixi supra q. 24. n. 91.

121 LIMITA II. quando cõstaret ipsum Dominum esse in aliqua culpa latá, aut leui vel etiam leuissima in committendo. Tunc enim si ex illa culpa præcedente, famulus, aut alter de familia dederit causam incendio, quam non dedisset si Domini culpa nõ præcessisset, tunc sine dubio Dominus tenebitur per ea, quæ generaliter dicta sunt supra, nu. 35. & in specie consuluit Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. post num. 31. vers. sed secus est, & num. 32. vers. secus vero est.

122 LIMITA III. Vt tunc demum Dominus, seu pater familias non teneatur pro incendio orto culpa famuli, seu serui, quando scilicet ille famulus, vel seruus culpam commisit extra officium, ad quod deputatus est, secus vero si culpabilis, aut negligens fuerit in illo officio, seu exercitio, in quo inseruit, & est deputatus, prout coqui in coquina, stabularius in stabulo, & ijs similia colligitur hæc distinctio ex trad. per Salyc. in l. si vendita, num. 2. ante med. versic. sed Doctores, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi testatur de communi, & ponit exemplum in masculo, seu fœmina deputatis super coquina, & num. 4 & in l. quæ fortuitis post num. 7. & vers. & ideo in proposito, & num. 8 C. de pignorat. act. Maria. Socin. in c. si quis domum, num. 44. in fine, & 45. de iniur. & damn. dat. Gozzadin. cons. 63. num. 14 Calcan. cons. 40. colum. 2. vers. quandoq; constat. Cæpol. cons. 69. num. 5. vers. & ex prædictis, & in versic. Præterea dico. Salyc. de cons. crim. diuersor. 31. nu. 3. lib. 1. in paruis, Afflict. decis. 57. num. 7. & ibi Vrsill. in additio. num. 9. Ange. de malef. in verbo *incendiario*, num. 11. Franc. Turzan. q. 185. post num. 5. Gram. decis. 3. num. 12. Franc. Marc decis. 521. num. 4. vers. quod est verum par. 2. Andr. Gail. obser. 21. post num. 6. lib. 2. Vbi testatur de communi opin. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. sub num. 19. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 18. pat. 1. Cæphal. consil 362 num 27. Rolan. cons. 95. num. 11. in fine, & 27. lib. 2. Gerard. Mazzol. cons. 85. num. 24. Vbi de communi Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 32. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 891. num 7. & conclus. 993. num. 5. Magon. decis. Florent. cxi. sub num. 12. Vincen. Caroc. in tract. de loca. & conduc. par. 4. rubr. de incend. nu. 14. vers. Ampliatur quarto, & num. 16. & seq. & vide quæ generaliter dixi supra q. 24. nu. 49. & seq.

123 LIMITA IIII. quia Dominus tenetur pro incendio immisso per famulum de ipsius mandato. Qui enim mandat aliquid fieri; tenetur, vt faciens, de mandato. Vide tamen in hoc Carauit. consil. crim. diuersor. 116. num. 20. & seqq. Thom. 2. Vbi pluribus excusat Dominum, qui mandauerat famulis, vt ignem imponerent in stipulis suis, & ex illo igne fuit magnum damnum vicinis datum. Inquit enim, hoc mandatum fore intelligendum ciuiliter, scilicet factis per famulos debitis diligentijs, ne ignis vlterius progrediatur, & non alias.

124 LIMITA V. In Publicanis, Nautis, Cauponibus, & stabularijs, qui tenentur pro incendio orto culpa suæ familiæ etiam, quòd is, qui causam incendij dedit, non deliquerit in officio, ad quod fuit deputatus secundum relatos, per Magon. decis. Florent. cxi. num. 12. & 56. in fine versic. quod vero dicebatur. Vbi amplius in proposito declarat, qui dicantur Nautę, Caupones, & Stabularij. Gerard. Mazzol. in cons. 85. num. 25. per tex. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. qui quidẽ tex. loquitur in illis familiaribus, qui delinquũt in officio, in quo sunt deputati, non si extra illud, vt expressè dicitur in fine d. §. familiæ in vers. proinde. & ibi glos. in verbo *familia*, ibi tamen seruus Publicani non constitutus ad officium vectigaliũ non continetur, & est de mente Rolan. d. consil. 95. num. 11. in fine lib. 2. Vbi expressè loquitur in Publicanis, Nautis, Cauponibus, Stabularijs, & Hospitibus ad certum officium deputatis, & etiam in specie declarat Menoch. consil. 53. num. 6. iuncto, num. 36. versic. Non obstat tertium, & ista est veritas, nec dissentit. Magon. d. decis. Florentin. cxi. numero 60. versic. deinde dicimus.

125 LIMITA VI. (& hic attende, quia in hac declaratione stat clauis huius quæstionis) quod proposita regula negatiua Dominum, scilicet seu patrem familias non teneri de incendio, pro sua familia videtur procedere, quando aut constat de certo incendiario, aut quod is omnem adhibuit debitam custodiam, & diligentiam, & sic quando clarè constat ipsum Dominum, seu patrem familias non esse in aliqua culpa, secus si de certo incendiario non constet, aut de ipsius adhibita custodia, vel negligentia, tunc enim eundem Dominum, seu patrem familias teneri de incendio orto in eius domo, eo quia eius culpa causatum præsumitur, voluisse videntur Imol. in l. domus, post num. 3. ante finem, ff. de lega. 1. Ias. ibidem num. 10. vers. sed aduerte. Vbi expressè dixit quòd in dubio Dominus, & pater familias præsumitur adhibuisse minorem diligentiam ea, quam adhibere tenetur, & propterea etiam quod non appareat cuius culpa incendium ortum est, adhuc tamen ipsi adscribitur, eo quia ad ipsum principaliter spectat diligentia, & custodia domus, & eorum, quæ in domo sunt. l. si seruus seruum. §. si fornicarius, & § Proculus, ff. ad l. Aquil. cũ alijs ibi per eum allegatis. Nec dissentit Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 42. 43. & 44. de iniur. & damn. dat. Gozzad. in cons. 63 num. 3. vers. 5. adduco. Calcan. cons. 40 in fine vers. Tertio vero casu. Vbi bene explicat hanc conclusionem. Alex. de Neuo. cons. 87. num. 3. ad med. Salyc. consil. crim. diuersor. 31. num. 3. vers. 3. casu lib. 1. in paruis, & num. 4 & seqq. Vbi respondet contrarijs. Ang. de malef. in verbo incendiario, num. 12. per tot. Vbi latè, & pariter respondet contrarijs Franc. Turzan. q. 185. num. 9. & seqq. & pro hac opinione faciunt dicta de conductore infra in seq quæst. vers. contrarium, &c. hoc eod 3. cap. Vbi tradita videntur respicere eandem materiam. Addo pro hac eadem opinione Conrad. in pract. rubr. de incendiar. vers. præsumptio autem contra inhabitantes. Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. num. 7. ad finem, & 31. in fine.

126 Contrarium, & verius suadetur ex allegatis infra num. 127 Vbi dixi conductorem non teneri de incendio in eius domo conducta orto ad resarciendum damnum locatori, nisi eius culpa probetur, & præsertim, quando non probatur. Vnde incendiũ habuit originem, & quando non constat de culpa certi, & determinati hominis, de quo pariter dixi supra, num. 93. & aduertatur, quòd omnes ferè Doctores allegati supra in regula simpliciter, & nulla habita ratione, quòd constet de diligentia Domini, seu patris familias affirmant, ipsum non teneri pro incendio ob suæ familiæ

familiæ culpam causato, & sic videntur loqui etiam, in casu, in quo non constat de certo incendiario, & in specie contra prædictam limitationem tenuerunt. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. ante finem, ff. locat. Ias. in conf. 116. num. 3. lib. 1. Vbi dixit, quòd quamuis culpa inhabitantium in genere præsumatur ortum incendium, non tamen ex hac præsumptione potest ferri sententia contra patrem familias, nisi appareat de certa persona, pro qua ipse teneatur, & cuius culpa ortum sit incendium, quod & idem etiam voluisse videtur Franc. Turzan. q. 185. nu. 15. in fine, 16. 18. & seq. Rolan. consil. 95. num. 7. iuncto, num. 26. vers. 2. non obstant, & vers. seq. Vbi, quòd qui contrarium tenent dicunt falsa, & contra communem Doctorum opinionem. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 22. & seqq. Menoch. cons. 53. num. 27. vers. non obstat vltimum, lib. 1. Vbi in specie reprobat Imol. contrarium tenentem in d. l. domos. Hieron Gabr. cons. 159. num. 6. & seqq. lib. 1. Vbi de communi reprobato Ias. contrarium volente in d. l. domos. Magon. decis. Floren. 111. num. 52. & seqq. Vbi de communi.

127 QVÆRO II. An conductores, & habitatores domus combustæ teneantur resarcire Domino damnum ex incendio illatum. Dic, quòd non, licet enim vt dixi supra, num. 41. Incendium præsumatur ortum culpa inhabitantium, quia tamen, vt pariter dixi supra, num. 90. & seqq. Hoc intelligitur de leuissima culpa, quæ in omittendo consistit, non autem de alia maiori culpa in committendo, idcirco ex hac sola præsumptione conductores, & habitatores prædictos non teneri ad refectionem dãni scripserunt. Salyc. in l. si vendita post num. 8. vers. & sciendum, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi dicit omnes fateri in actione. l. Aquiliæ non venire leuissimam culpam in omittendo commissam. Paris. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 1. litera B. ad finem addit. vers. contrariam tamen sententiam, ff. de offic. Præfect. Vigil. Alex. in l. si quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num. 7. & 8. ff. de eden. Vbi proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. nu. 15. Salyc. in l. qui fortuitis, num. 9. C. de pignorat. act. allegatur ad idem gl. in §. Præterea in verbo *imputare* iussit, quib. mod. re. contrah. oblig. & in l. si modo, ff. de lega. 1. Idem Alex. in l. domos, num. 3 ff. de lega. 1. & ibi etiam Ias. num. 5. & seqq. relatis, & reprobatis. Imol. & Aret. in locis infra allegandis contrarium tenentibus dixit glo. in §. Praeterea, ibi videri magis communiter receptam. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Hormanner Det. num. 319. & in addit. litera E. & est de mente Bal. in cons. 441. Quidam magister Grammaticæ per totũ in discursu, lib. 1. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, nu. 6. & seqq. ff. locat. Vbi relatis hinc inde rationibus hanc sententiam testatur veriorem, & magis communem Ias. cons. 116. per tot. lib. 1. Anchar. cons. 348 pro decisione quæsiti, num 2 vers. in contrarium facit. Gozzad. cons. 65. per tot. Vbi pro vna parte relatis 11. fundamentis, & pro alia relatis 12. argumentis hanc testatur communem Doctorum sententiam. Alex. cons. 50. per tot. in discursu, lib. 1. vbi etiam proponit contraria, & illis respondet. Afflict. decis. 57. vbi post multa ita dicit fuisse apud eum per omnes consiliarios votatum excepto commissario causæ, & vno alio consiliario; & ibi Vrsill. in addit. Vbi num. 8. testatur de communi reprobato. Grat. & Gram. in locis infra allegandis pro contraria opinione, sed pro hac opinione addo eundem Gram. ad Afflict. d. decis. 57. in litera A. Augu. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, nu. 6. post med. vers. & ideo dato. Franc. Trigon. sing. 57. num. 1. & omnibus seqq. Andr. Gail. obser. 21. nu. 1. & seqq. lib. 2. Vbi latè comprobat pract. Contrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 3. limitat. fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. num. 4. Vbi de crebriori Doctorum sententia, & num. 6. & seq. & 9. Vbi quòd Gramma. in loco mox allegando contrarium sentiẽs malè sentit. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 16. & seqq. Vbi reprobato pariter Gramma. huic opinioni contradicente. Testatur de magis communi Doctorum sententia Cephal. cons. 362. per totũ. Vbi pro contraria opinione ponit octo argumenta, & illis postea bene respondet. Bursat. cons. 59. num. 4. & seqq. latè Rolan. cons. 95. per totum lib. 2. Bero. cons. 215. post. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 5. in fine Menoc. cons. 53. num. 21. lib. 1. Hier. Gabr. cons. 159. post num. 4. lib. 1. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 467. nu. 7. & seqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, testatur de veriori, & communiori opinione, & lib 2. conclus. 892. num. 12. & conclus. 993. num. 1. & seqq. Vbi pariter relatis contrarijs testatur de communi. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 2. & seqq. Vbi testatur ita esse de mente omnium Doctorum, & num. 24. & cum hac eadem sententia consentit Magon. decis. Florent. 111. num. 1. & pluribus seqq. post longam disputationem. Alexan. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 3. par. 1. & ibidem num. 37. Vbi de communi, & magis communi Doctorum opinione.

128 Contrarium, quòd etiam ex leuissima culpa teneatur cõductor, & habitans in domo combusta ad emendationem damni propter incendium illati voluerunt Addentes ad Bart. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. Vigil. Salyc. in l. data opera ad finem. vers. si autem fuit leuissima. C. de his, qui accus. non poss. Aret. in d. §. præterea, num. 1. Instit. quib. mod. re. contr. oblig. reprobata glo. ibi contrarium tenente, & ita testatur alias Ferrariæ, habuisse de facto in causa cuiusdam D. Apolloniæ. Imol. in l. domos post num. 3. ff. de lega. 1. Vbi dixit, quòd ex quo incendium præsumitur ortum culpa inhabitantium. Idcirco locator si res locata sit combusta, habet fundatam intentionem contra conductorem, non probantem incendium ortum fuisse, sine sua, & suorum culpa, & ita dicit esse menti tenendum, quia sæpe de facto contingit. Addo pro hac cõtraria opinione Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 31. & seqq. Vbi pro ea ponderat dicta per Bar. in l. si quis ex argentarijs, ff. de eden. concluditque, quòd habitator, licet præsumatur in culpa leuissima propter ortum incendium, intelligitur tamen de leuissima, in committendo non in omittendo, prout credunt Doctores relati supra pro prima opinione, & idem videtur repetere, num. 40. 41. & 42. in prin. Vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, & num. 49. in fine vers. si vero erat conductor. Bal. cons. 148. factum quæstionis tale est, & consil. 149. per totum lib. 2. Vbi latissimè comprobat conductorem domus prædictæ teneri locatori ad emendationem damni propter incendium illati, quando non apparet cuius culpa incendium ortum sit, quia in dubio non ex leuissima, sed ex leui eius culpa ortum præsumitur, quod & idem voluerunt Grat. cons. 46. per tot. lib. 2. Vbi latè prosequitur, & comprobat hanc opinionem. Cæpoll. cons. 69. num. 1. & seqq. Vbi ampliat, siue agatur actione ex locato siue actione ex l. Aquilia, sed loquitur probata diligentia conductoris iuxta tradita supra, num. 42. Petr. Calefat. cons. crim. diuersor. 58. num. 18. & seqq. vsque ad num. 37. lib. 2. Nouell. reg 18. nu. 1. Vbi videtur testari de communi opinione, & pro hac eadem sententia faciunt, quæ dixi supra num. 125. Gramma. decis. 3. per tot. Vbi in fine testatur ita alias in magna curia Vicariæ fuisse sententiatum, & sententiam postea communi voto confirmatum per illud sacrum concilium. Franc. Marc. decis. 421. num. 1. vers. & ideo locator, par. 2. faciunt scripta per Bertaz in cons. 499. num. 1. & seqq. & latius per Alexand. Trentacin. in suo cons. post opin. 439. num. 1. & omnibus seqq. in discursu. facit text. ponderatus per Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 64. & 67. Relati per Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 11. & faciunt pro hac contraria opinione quæ generaliter dixi supra, num. 23. Vbi probaui teneri quem de incendio etiam orto ex leuissima culpa.

129 LIMITA primam opinionem, quæ sine dubio, & verior, & receptior est, vt non procedat in illis casibus in quibus conductor de iure tenetur etiam de leuissima culpa, 130 de quibus dixi supra, num. 25. & seqq. Et in specie ac præsertim idem conductor tenebitur, quando expressè promisit, & se teneri declarauit pro incendio orto ex leuissima culpa, tunc enim ex expressa conuentione conueniri 131 potest, secus autem si simpliciter promisisset vti re locata diligenter,

31. Alexand. Randen. decis. Pisan. 6. num. 48. & 52. par. 1.

95 Verum contra prædicta non paruo vigore videntur scripta per Ias. in l. domos, num. 10. vers. sed aduerte, ff de lega. 1. vbi dixit, quòd quando non apparet à qua persona determinata inhabitante tale incendium processerit, tunc videtur adscribendum patri familias, qui est caput domus, & qui tunc præsumitur minorem diligentiam adhibuisse, quam debuerit, iuribus ibi per eum allegatis cum alijs concordantibus relatis infra, num. 125.

96 LIMITA IX. quia hæc sola præsumptio contra inhabitantes in genere, & indeterminate non sufficit ad condemnandum, prout dixi supra num. 45. & est de mente omnium Doctorum allegatorum infra & in specie aduertit Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. q. 7. num. 6. sed tantummodo sufficit ad inquirendum, & capiendum secundum. Menoch. qui ita in praxi seruari quandoque vidisse testatur de arbitr. quæst. lib. 2. casu 390. num. 5. vers. hæc autem præsumptio sequitur. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 19. par. 1. Vinc. Caroc. in tracta. de locat. & conduct. par. 4. nu. 8. 9. & 69. vbi quòd præsumptio facit indicium.

97 Quamuis quòd immo hæc sola præsumptio culpæ inhabitantium ad ipsos condemnandum sufficiat sit de mente omnium Doctorum allegatorum infra nu..... & in specie videtur consuluisse Bero. cons. 215. num. 2. 4. & 6. lib. 3. distinguendo tamen inter Dominum domus, & conductorem (sed certe loquitur Bero. quoad excusandũ villam, ne teneatur vigore statuti ad emendationem damni propter incendium illati, non autem, quoad condemnationem inhabitantium) & Alex. Trentacin. in suo cons. post opin. Viuij 439. sub num. 7. versic. & ideo Bart. &c.

98 LIMITA X. (& quidem illatiue ex præcedenti limitatione) quòd quando in domo combusta plures habitabant, licet, vt supra dixi in secunda ampliatione omnium culpa præsumatur ortum incendium, hæc tamen præsumptio non sufficit ad eos condemnandum, sed omnes absoluendi sunt secundum Alexand. d. consil. 50. num. 9. post med. vers. Non obstat. quòd intentio actoris, & num. 12. vers. non obstat vltimum, lib. 1. & facit. quòd voluit. Sal ycet. consil. crim. diuers. 31. num... vers. & pluribus in habitantibus, lib. 1. in paruis, vbi dixit, quòd illo casu incendium præsumitur ortum culpa alicuius habitantis incerti, & indeterminati, ergo absurdum videtur dicere, quòd omnes teneantur ad ea, quæ dixi supra n. 93. Ioseph. Ludou. decis. Perusin. 25. num. 17. in fine, & 18. vbi quòd ita communiter tenetur. Bursar. consil. 59. num. 13. lib. 1. Gerard. Mazol. cons. 85. num. 73. in fine, & seq. Menoch. cons. 53. post n. 22. Magon. decis. Floren. 111. num. 49. vers. maxime si ignoretur. Vinc. Caroc. in tract. de loca. & conduct. num. 5.

99 Quòd si incendium fuit ortum in aliquo hospicio, in quo plures tempore incendij hospitati fuerint aduenæ, an tunc præsumatur ortum culpa dictorum aduenarum, an vero potius culpa hospitis, & ipsius familiarium vide infra num. 132. & seqq.

100 LIMITA XI. (& pariter ex duabus limitationibus) quia quando in vna domo aliqui habitant partem superiorem, aliqui autem partem inferiorem, si illa domus comburatur ignoreturque in qua parte domus incendiũ ortum fuerit; nemo ex prædictis habitantibus condemnari potest, sed omnes absoluendi secundum Bald. in l. 2. ff. de offic. Præfect. vigil. Alex. cons.... num. 3. vers. quarto quia, libro 1. & cons. 210. lib. 2. Cæs. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 57. num. 6. idem Afflict. in constit. Regni super incisionibus, num. 16. de malef. clandestin. rubr. 26. Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. pat. 4. fol. 266. num. 399. in fine, Pract. Corrad. rubr. de incendiar. num. 15. ad finẽ, vers. quomodo autem fol. mihi 342. qui fere omnes magis communiter sentire videntur, quòd si non apparet in qua parte domus incendium originem habuerit, nemo propter incertitudinem condemnari potest, quod, & idẽ aliis relatis scriptũ reliquerunt Menoch. de arbitr. quæst. libro secundo, casu 390. num. 11. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 29. in fine, versic. hanc sententiam, & seqq. Hier. Gabr. cons. 159. num. 8. lib. 1. Sebast. Medic. de cas. fortuit. part. secunda, quæst. 7. numero 11. Vincen. Caroc. in tractat. de loca. & conduct. part. 4. rubric. de incend. num. 32

ARGVMENTVM.

Variæ quæstiones in materia incendij.

SVMMARIVM.

Dominus, seu pater familias non tenetur pro incendio orto culpa suorum seruorum, aut famulorum, nu. 111. & seqq.

Socer non tenetur pro nuru, cuius culpa leui domus combusta fuit, num. 112.

Maritus non tenetur de incendio orto in domo culpa suæ vxoris num. 113.

Dominus, seu pater familias non tenetur pro incendio orto in domo, culpa alicuius extranei, & non sui familiaris, num. 114.

Dominus seu pater familias non tenetur pro famulo, seu seruo, qui cõmuniter habitus, & reputatus fuit pro fidele, & diligenti, etiã quòd incendium fuerit causatum culpa per eum commissa in officio ad quod destinatus erat, num. 115.

Incendium ortum culpa, & negligentia laboratorum, & operariorum non facit, vt Dominus pro eo teneatur, num. 116.

Dominus exhibendo seruum cuius culpa ortum est incendium liberatur, num. 117. & sequenti contra, num. 119.

Dominus tenetur pro incendio commisso per seruum, seu famulum, quem sciebat esse periculosum, vel ebriosum aut talia committere solitum, num. 120.

Dominus tenetur, pro incendio commisso per eius famulum, vel seruum, quando ipse est in aliqua culpa lata, leui, vel leuissima in committendo, num. 121.

Dominus tenetur pro incendio comisso per famulũ, seu seruum, quando illud causatum fuit ex culpa, per eum commissa, in officio, cui à Domino erat præpositus, num. 122.

Dñs tenetur pro incẽdio ipsius immisso per famulũ mandato, nu. 123.

Publicani, nautæ, caupones, & stabularij tenentur pro incendio orto culpa suæ familiæ, num. 124.

Dominus, seu pater familias non tenetur de incendio à sua familia commisso, quando aut constat de certo incendiario, aut de eiusdẽ Domini debita custodia, & diligentia, & sic de ipsius non culpa, secus si non constet de certo incendiario, aut ipsius diligentia, n. 125. Contra quòd non teneatur, etiam quòd non constet de certo incendiario, & de eius diligentia. 126. Vbi de veriori, & communi opinione.

Conductores, & habitatores domus combustæ non tenentur Domino domus ad damni refectionem, nu. 127. & 129. Vbi de veriori, & receptiori opinione, licet alij contra, num. 128.

Conductor tenetur de incendio orto in domo conducta, quando sumus in casibus, in quibus ipse tenetur de leuissima culpa, num. 129. & seq.

Conductor non tenetur de incendio orto in domo conducta quamuis promiserit vti re locata diligenter fideliter, & arbitrio boni viri. num. 131.

Incendium si fuit causatum in aliqua domo, vel hospitio culpa alicuius amici, aduenæ, vel hospitantis, aut alterius extranei non habitantis in illa domo, vel hospitio, Dominus, seu hospes tenetur de tali incendio, num. 132. Bene tamen tenetur ille aduena, seu amicus, seu extraneus cuius culpa incendium ortum est, num 133.

Incendium in hospitio ortum si non apparet, an sit ortum culpa familiarium, an vero culpa forensium, & hospitantium, tunc exercitor hospitij non potest condemnari ad refectionem damni, & incendij illati, num. 134.

Incendium contingens in domo mea si inferat damnum vicinis debet emendari per me, num. 135.

Ignis si transit de vna domo in aliam, tunc demum habitator domus vbi ortum est incendium, tenetur ad emendationem damni, dummodo in illo primo incendio fuerit in aliqua culpa, alias secus, vt puta, si casu fortuito incendium ortum fuisset, nu. 136. & seq.

& ſeq. vbi idem ſi conſtat incendium ortum in domo mea cauſatum fuiſſe culpa alterius, pro quo de iure non tenetur.

Incendium in domo vicini mei, exortum ſi trãſiuit in domum meam, & propter meam negligentiam in non extinguendo ignem tranſiuit in domum aliorum vicinorum, tunc teneor dictis vicinis, de dicto incendio, quamuis non habuerit originem in mea domo, ſi commode, & ſine periculo potui defendere, & meam, & vicinorum domum alias ſecus, num. 138.

Ignis ſcintilla ſi ex domo mea euolauit in domum, vel fenile vicinum, ego tunc non teneor de tali incendio, quia caſu fortuito euenisse reputatur, num. 139.

Incendium veniens in domum meam ex domo vicini, dicitur quoad me caſus fortuitus, & propterea ego non teneor Domino domus pro tali incendio, num. 140.

Incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, vt ſtipulas, vel ſpinas comburat, vt facilius facere poſſit, dummodo adhibuerit diligentiam, circa tempus, circa locum, & tales circumſtantias, numero 141. & ſequenti; alter ſecus, vt numero 143.

Incendium ortum propter vim ventorum, poſt accenſum ignem prouenientem dicitur caſus fortuitus, num. 142.

Incendium non dicitur caſus fortuitus ſi tempore ventoſo accenſus ignis vicinis damnum inferat, num. 143.

Incendij timore ſi intercidatur, ſeu deuaſtetur domus, quæ comburitur, vel illi contigua per vicinum, ne in ſuam domum profluat vicinus non tenetur de hac intercisione, & deuaſtatione ſi iuſto metu imminentis periculi hoc fecerit; alias ſecus, numero 144.

Incendij timore ſi deuaſtetur domus, ne inde ignis profluat in domos vicinorum, non tenentur de hac deuaſtatione etiam extranei deſtructores, num. 145.

Incendij timore ſi deuaſtetur aliqua domus intermedia, ſeu illa, quæ comburitur, ad abundantem cautelam non ex neceſſitate pericu li inciſor, & deuaſtator tenetur, num. 146.

Incendij timore ſi domus deuaſtetur, & deſtruatur non tenentur deſtructores, ſi hoc fecerunt iuſſu Mageſtratus, num. 147. & quid ſi Magiſtratus hoc iubeat, ſine iuſta cauſa, & ſine iuſto metu, num. 148.

Incendij timore ſi deſtruatur aliqua domus, ſi incendiarius eſt certus, ſemper tenetur ad emendationem damni, nu. 149.

Incendij timore ſi deſtruatur aliqua domus, is ex cuius domo ignis profluit, tenetur ad hanc damni emendationem, nu. 150.

Incendij timore ſi fuerit deſtructa domus, & non apparet de certo incendiario, nec de origine ignis, vel quòd in domo, in quo incendium ortum eſt, nullius culpa interceſſit, tunc omnes vicini tenentur ad emendationem damni, nu. 151. Declara, vt num. 152. & 153. Vbi an reſpublica, & quando teneatur pro iſto damno propter domus deſtructionem cauſato.

Incendio orto, an ad illud extinguendum currere teneantur ad ſonum campanæ homines illius loci, num. 154.

Vniuerſitas, villa, ſeu communitas, an teneatur, & quando de incendio immiſſo in domum priuatorum ſic mandante ſtatuto, num. 155. & ſeq.

Affectus, non ſequuto effectu, an & quomodo puniatur in crimine incendij, num. 157.

Pœna incendij ſtatutaria præſertim, an habeat locum in incendio alicuius capanæ, vel paruæ domus, nu. 158. & ſeqq.

QVÆST. CX. CAPVT. III.

111 QVÆRO I. pro complemento propoſitæ materiæ, nunquid Dominus, ſeu pater familias teneatur pro incendio orto culpa ſuorum ſeruorum, aut famulorum. Dicas.

REGVLARITER quòd non tex. in l. ſi venditor ff. de peric. & commod. rei vend. vbi Salycet. in ſumm. & num. 2. ad med. verſ. ſi familiaris, ita communiter teneri teſtatur, & ex hac concluſione bene infert, & exemplificat idem Salycet. in l. quæ fortuitis, poſt nu. 7. verſ. ſi familiaris C. de pignorat. actio. vbi etiam de comm. Marian. Socin. in cap. ſi quis domum, num. 45. in fine, de iniur. & damn. dat. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. poſt med. verſ. Præterea non ſequitur ff. locat. Anan. con-
112 ſil. 71. nu. 3. Qui negat ſocerum teneri pro nuru, cuius culpa leui domus fuit combuſta Calcan. conſ. 40. col. 2. verſic. quandoque conſtat, vbi quòd gloſ. in l. ne quid in princ. ff. de incend. Ruin. & Naufr. contrarium tenens communiter reprobatur. Alex. de Neuo conſ. 88. num. 6. Cæpoll. conſil. 69. num. 5. in princ. & in fine, Salyc conſ. crimin. diuerſ. 31. num. 2. in fi. & 3. in princ. & ante finem, verſ. & ſi conſtat, lib. 1. in princ. Afflict. deciſ. 57. nu. 5. & 6. verſ. & quòd de incendio, & ibi Vrſill. in addit. nu. 9 & ibi etiam Gram. lit. A. in fine, verſ. & ideo ſi Regacius. Paris conſ. 87. num.
113 6. 9. & 17. lib. 4. Vbi etiam quòd Dominus non tenetur, pro ſua vxore. Ange. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 11. Franc. Tutzan. q. 185. poſt num. 5. & 6. Franc. Marc. deciſ. 521. num. 4. par. 2. Andr. Gayl. obſeruat. 21. poſt num. 6. lib. 2. vbi teſtatur de communi opin. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 390. nu. 19. & ſeq. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. num. 18. par. 1. Cæphal. conſ. 362. num. 26. & ſeqq. Burſatt. conſ. 59. poſt num. 18. & ſeq. Rolan. conſ. 95. num. 4. 12. & ſeq. iuncto num. 26. in fine, verſic. tertio non obſtat, lib. 2. Gerard. Mazzol. conſ. 85. num. 22. & ſeqq. Bero. conſ. 215. poſt num. 6. lib. 3. Alex. Trentacin. in ſuo conſ. poſt opin. Viuij 439. num. 32. Menoc. conſ. 53. num. 1. & omnibus ſeqq. vbi propoſitis, & reſolutis contrarijs rationibus, & argumentis hanc concluſionem latiſſime comprobat. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 892. num. 10. & ſeq. & concluſ. 993. num. 5. Magon. deciſ. Florentin. 111. num. 34. & 36. Vincent. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. nu. 29. vbi de communi, & quòd in facti contingentia ita vidit iudicari, & vide, quæ generaliter dixi ſupra, q. 24. num. 48.

114 AMPLIA I. vt multo minus teneatur Dominus, ſeu pater familias pro incendio orto culpa alicuius non famuli, ſeu ſerui, ſed extranei, vt puta, venientis ſecum ad prandium, ſeu ad cenam, ſeu alias in domo ſua hoſpitantis, prout dixi infra in tertia quæſtione, hoc eodem, 3. cap.

115 AMPLIA II. vt nec etiam teneatur Dominus pro famulo ſeu ſeruo, qui communiter habitus, & reputatus fuit, pro fidele, & diligenti, tunc enim, quamuis deliquerit in officio, per Dominum deſtinato (quo caſu tenetur Dominus, pro eo, vt mox ſubijciam) adhuc tamen non tenebitur de incendio ipſius culpa, aut negligentia orto, ſecundum Marian. Soc. in d. c. ſi quis domum, nu. 45. verſ. quòd ego limito de iniur. & damn. dat. C. vbi tamen loquitur, quando Dominus iſtum famulum denunciaret, & exhiberet damnum paſſis de quo mox dicam. Cæpoll. conſ. crim. diuerſ. 116. nu. 1. & ſeqq. vbi pluribus hanc declarationem comprobat. Cæphal. conſ. 362. poſt num. 21. lib. 3. Magon. deciſ. Florent. 111. num. 33. Vincen. Caroc. de loca, & conducto par. 4. rub. de incend. num. 28. & 40. & dixi generaliter ſupra q. 24. num. 61. & ſeq.

116 AMPLIA III. vt idem ſit, quando incendium oriatur culpa, & negligentia laboratorum, ſeu operariorum, qui de mandato Domini, & patris familias laborant, & operantur in ſua domo, vel fundo, nam & tunc nec Dominus tenetur ſecundum Fab. à Monteleon. in pract. arbitr. fol. mihi 265. & 797. per tex. quem allegat in l. ſi quis fundum, §. ſi colonus, ff. locat. & in l. 1. ff. de fur. ad verſ. naut. Quamuis contrarium, quòd ſcilicet quis teneatur pro culpa operariorum, quorum ſeruitio vtitur, dixerit. Gramm. deciſ. 3. num. 9.

117 AMPLIA IIII. vt multo minus teneatur Dominus pro ſeruo, cuius culpa incendium ortum eſt, ſi illum exhibet damnum paſſo, ſeruo enim non exiſtente, Dominum teneri de incendio eius culpa orto non aliter, & non alias ſcripſerunt. Sal. in l. ſi venditor, nu. 2. verſ. ſi ſcitur à quo, ff. de peric. & commod. rei venditæ per illum tex. in fine, & per tex. in l. videamus, §. ſi. ff. locat. quòd & idem repetijt in l. quæ fortuitis, poſt nu. 7. eodem verſ. ſi ſcitur, C. de pignor. actio. Marian. Socin. in c. ſi quis domum, nu. 44. verſ. aut non fuit in aliqua culpa de iniur. & damn. dat. Cæpoll. conſ. 69. nu. 5. ad med. verſ. ſecus ſi eſſet ſeruus, Angel. de maleſ. in verbo *incendiario*, num. 11.

118 Sic

familiæ culpam causato, & sic videntur loqui etiam, in casu, in quo non constat de certo incendiario, & in specie contra prædictam limitationem tenuerunt. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, num. 10. ante finem, ff. locat. Ias. in cons. 116. num. 3. lib. 1. Vbi dixit, quòd quamuis culpa inhabitantium in genere præsumatur ortum incendium, non tamen ex hac præsumptione potest ferri sententia contra patrem familias, nisi appareat de certa persona, pro qua ipse teneatur, & cuius culpa ortum sit incendium, quod & idem etiam voluisse videtur Franc. Turzan. q. 185. nu. 15. in fine, 16. 18. & seq. Rolan. consil. 95. num. 7. iuncto, num. 26. vers. 2. non obstant, & vers. seq. Vbi, quòd qui contrarium tenent dicunt falsa, & contra communem Doctorum opinionem. Gerard. Mazzol. consil. 85. num. 22. & seqq. Menoch. cons. 53. num. 27. vers. non obstat vltimum, lib. 1. Vbi in specie reprobat Imol. contrarium tenentem in d. l. domos. Hieron. Gabr. cons. 159. num. 6. & seqq. lib. 1. Vbi de communi reprobato. Ias. contrarium volente in d. l. domos. Magon. decis. Floren. 111. num. 32. & seqq. Vbi de communi.

127 QVÆRO II. An conductores, & habitatores domus combustæ teneantur resarcire Domino damnum ex incendio illatum. Dic, quòd non, licet enim vt dixi supra, num. 41. Incendium præsumatur ortum culpa inhabitantium, quia tamen, vt pariter dixi supra, num. 90. & seqq. Hoc intelligitur de leuissima culpa, quæ in omittendo consistit, non autem de alia maiori culpa in committendo, idcirco ex hac sola præsumptione conductores, & habitatores prædictos non teneri ad refectionem dãni scripserunt. Salyc. in l. si vendita post num. 8. vers. & sciendum, ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi dicit omnes fateri in actione l. Aquiliæ non venire leuissimam culpam in omittendo commissam. Paris. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 1. litera B. ad finem addit. vers. contrariam tamen sententiam, ff. de offic. Præfect. Vigil. Alex. in l. si quis ex argentarijs, §. Prætor ait, num. 7. & 8. ff. de eden. Vbi proponit contraria, & illis respondet, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. nu. 15. Salyc. in l. qui fortuitis, num. 9. C. de pignorat. act. allegatur ad idem gl. in §. Præterea in verbo *imputare* iussit, quib. mod. re. contrah. oblig. & in l. si modo, ff. de lega. 1. Idem Alex. in l. domos, num. 3 ff. de lega. 1. & ibi etiam Ias. num. 5. & seqq. relatis, & reprobatis. Imol. & Aret. in locis infra allegandis contrarium tenentibus dixit glo. in §. Praeterea, sibi videri magis communiter receptam. Crot. in repet. l. 4. §. Cato. num. 74. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Hormannet Det. num. 319. & in addit. litera E. & est de mente. Bal. in cons. 441. Quidam magister Grammaticæ per totũ in discursu, lib. 1. Curt. Iun. in l. Dominus horreorum, nu. 6. & seqq. ff. locat. Vbi relatis hinc inde rationibus hanc sententiam testatur veriorem, & magis communem Ias. cons. 116. per tot. lib. 1. Anchar. cons. 548 pro decisione quæsiti, num. 1 vers. in contrarium facit. Gozzad. cons. 65. per tot. Vbi pro vna parte relatis 11. fundamentis, & pro alia relatis 12. argumentis hanc testatur communem Doctorum sententiam. Alex. cons. 50. per tot. in discursu, lib. 1. vbi etiam proponit contraria, & illis respondet. Afflict. decis. 57. vbi post multa ita dicit fuisse apud eum per omnes consiliarios votatum excepto commissario causæ, & vno alio consiliario, & ibi Vrsill. in addit. Vbi num. 8. testatur de communi reprobato. Grat. & Gram. in locis infra allegandis pro contraria opinione, sed pro hac opinione addo eundem Gram. ad Afflict. d. decis. 57. in litera A. Augu. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, nu 6. post med. vers. & ideo dato. Franc. Trigon. sing. 57. num. 1. & omnibus seqq. Andr. Gail obser. 21. nu. 1. & seqq. lib. 2. Vbi latè comprobat præd. Conrad. rubr. de incendiar. num. 15. in 3. limitat. fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. num. 4. Vbi de crebriori Doctorum sententia, & num. 6. & seq. & 9. Vbi quòd Gramma. in loco mox allegando contrarium sentiẽs male sentit. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 25. num. 16. & seqq. Vbi reprobato pariter Gramma. huic opinioni contradicente. Testatur de magis communi Doctorum sententia. Cephal. cons. 362. per totũ. Vbi pro contraria opinione ponit octo argumenta, & illis postea bene respondet. Bursat. cons. 59. num. 4. & seqq. latè Rolan. cons. 95. per totum lib. 2. Bero. cons. 215. post. num. 6. lib. 3. Viu. opin. 439. num. 5. in fine Menoc. cons. 53. num. 21. lib. 1. Hier. Gabr. cons. 159. post num. 4. lib. 1. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 467. nu. 7. & seqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs, testatur de veriori, & communiori opinione, & lib 2. conclus. 892. num. 12. & conclus. 993. num. 1. & seqq. Vbi pariter relatis contrarijs testatur de communi. Sebast. Medic. de cas. fortuit. par. 2. quæst. 7. num. 2. & seqq. Vbi testatur ita esse de mente omnium Doctorum, & num. 24. & cum hac eadem sententia consentit Magon. decis. Florent. 111. num. 1. & pluribus seqq. post longam disputationem. Alexan. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 3. par. 1. & ibidem num. 37. Vbi de communi, & magis communi Doctorum opinione.

128 Contrarium, quòd etiam ex leuissima culpa teneatur cõductor, & habitans in domo combusta ad emendationem damni propter incendium illati voluerunt Addentes ad Bart. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. Vigil. Salyc. in l. data opera ad finem. vers. si autem fuit leuissima. C. de his, qui accus. non poss. Aret. in d. §. præterea, num. 2. Instit. quib. mod. re. contr. oblig. reprobata glo. ibi contrarium tenente, & ita testatur alias Ferrariæ, habuisse de facto in causa cuiusdam D. Apolloniæ. Imol. in l. domos post num. 3. ff. de lega. 1. Vbi dixit, quòd ex quo incendium præsumitur ortum culpa inhabitantium. Idcirco locator si res locata sit combusta, habet fundatam intentionem contra conductorem, non probantem incendium ortum fuisse, sine sua, & suorum culpa, & ita dicit esse menti tenendum, quia sæpe de facto contingit. Addo pro hac cõtraria opinione Maria. Soc. in c. si quis domum, num. 31. & seqq. Vbi pro ea ponderat dicta per Bar. in l. si quis ex argentarijs, ff. de eden. concluditque, quòd habitator, licet præsumatur in culpa leuissima propter ortum incendium, intelligitur tamen de leuissima, in committendo non in omittendo, prout credunt Doctores relati supra pro prima opinione, & idem videtur repetere, num. 40. 41. & 42. in prin. Vbi etiam proponit contraria, & illis respondet, & num. 49. in fine vers. si vero erat conductor. Bal. cons. 148. factum quæstionis tale est, & consil 149. per totum lib. 2. Vbi latissimè comprobat conductorem domus prædictæ teneri locatori ad emendationem damni propter incendium illati, quando non apparet cuius culpa incendium ortum sit, quia in dubio non ex leuissima, sed ex leui eius culpa ortum præsumitur, quod & idem voluerunt Grat. cons. 46. per tot. lib. 2. Vbi latè prosequitur, & comprobat hanc opinionem. Cæpoll. cons. 69. num. 1. & seqq. Vbi ampliat, siue agatur actione ex locato siue actione ex l. Aquilia, sed loquitur probata diligentia conductoris iuxta tradita supra, num. 41. Petr. Calefat. cons. crim. diuersor. 58. num. 18. & seqq. vsque ad num. 37. lib. 2. Nouell. reg 18. nu. 1. Vbi videtur testari de communi opinione, & pro hac eadem sententia faciunt, quæ dixi supra num. 125. Gramma. decis. 3. per tot. Vbi in fine testatur ita alias in magna curia Vicariæ fuisse sententiatum, & sententiam postea communi voto confirmatum per illud sacrum concilium. Franc. Marc. decis. 421. num. 1. vers. & ideo locator, par. 2. faciunt scripta per Bertaz. in cons. 499. num. 1. & seqq. & latius per Alexand. Trentacin. in suo cons. post opin. 439. num. 1. & omnibus seqq. in discursu. facit text. ponderatus per Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 64. & 67. Relati per Polidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 27. num. 11. & faciunt pro hac contraria opinione quæ generaliter dixi supra, num. 23. Vbi probaui teneri quem de incendio etiam orto ex leuissima culpa.

129 LIMITA primam opinionem, quæ sine dubio, & verior, & receptior est, vt non procedat in illis casibus in quibus conductor de iure tenetur etiam de leuissima culpa, 130 de quibus dixi supra, num. 25. & seqq. Et in specie ac præsertim idem conductor tenebitur, quando expressè promisit, & se teneri declarauit pro incendio orto ex leuissima culpa, tunc enim ex expressa conuentione conueniri 131 potest, secus autem si simpliciter promisisset vti re locata diligenter.

diligenter, fideliter, & arbitrio boni viri, quia hæc generalis promissio intelligitur secundum subiectam materiam, secundum Gozzadin. in consf. 63. num. 7. & 19. Et bene declarat. Menoch. d. caf. 390. num. 9. in fine verf. vno autem casu. Sebast. Med. de caf. fortuit. par. 2. q. 7. num. 10. Vbi refert, & sequitur Gozzadin. & Menoch. in locis præcitatis. Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. num. 34. Vbi ponit cautelam, & verba, quibus videtur conductor se obligasse ad incendium, quando scilicet promiserit *diligenter re locata frui, & vti, nec quouis modo deteriorari sua dolo, negligentia, vel defectu*, ex decif. Perusin. quam allegat. 25. num. 16. par. 1. & Bonacosf. in tracta. cautel litera C. reprobato Gozzadin. in d. consf. 63. sed certè opinio ipsius Carocij est reprobata à Rota, quæ alias secuta est consf. Gozzadin. & credo decisionem inter mea consilia criminalia reperiri nec reperio in allegata decif. Perusin. num. 16. tale quid dictum, & dicat quidquid velit Bonacosf. nunquam credo cōductorem obligatum pro leuissima culpa in omittendo, nisi de ea expressè faciat mētionem, quia vt alio loco dixi, appellatione culpæ non venit culpa leuissima.

132 QVÆRO III. quando incendium in aliqua domo, vel hospitio causatum fuit culpa alicuius amici, aduenæ, vel hospitis hospitantis in domo, vel in hospitio, aut alterius extranei non habitantis in domo, vel hospitio combusto, an tunc illius domus, seu hospitij conductor teneatur Domino ad resarcitionem damni occasione huius incendij illati, dic, quòd non, secundum Salyc. in l. si vendita, num. 5. ff. de peric. & commod. rei vendit. & ibidem, num. 3. Vbi ponit exemplum in amico, hospite, vel viatore recepto in domo, aut hospitio, ignemque vel candelam minus diligenter tenente, ibidemque proponit contraria, & illis respondet Marian. Socin. in cap. si quis domum, num. 46. verf. si vero extraneus, de iniur. & dam. dat. Salyc. in consf. crim. diuersor. 31. num. 3. verf. si vero fuerit, prorsus extraneus, lib. 1. Ang. de malef. in verbo *incendiario*, num. 11. in fine versic. si vero fuerit prorsus extraneus. Franc. Turzan. quæst. 185. num. 7. pract. Conrad. rubr. de incendiar. num. 12. in fine verf. si extraneus fol. mihi 340. ad finem. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 891. nu. 10. Magon. decif. Florent. 111. num. 44. Vincent. Caroc. in tract. de locat. & conduc. par. 4. rubr. de incend. num. 21. & seqq. & faciunt generaliter tradita supra, num. 111.

133 Bene ramen tenetur idem hospes, aduena, seu viator, cuius culpa incendium ortum est, ad refectionem damni occasione dicti incendij illati secundum Salyc. in d. l. si vendita. num. 3. ff. de peric. & commod. rei vendit. Vbi & iuribus, & rationibus hanc conclusionem comprobat, & in l. quæ fortuitis, num. 7. in fine verf. Primum si in domo, C. de pignorat. actio.

134 Sic pariter si non apparet, an incendium ortum habuerit culpa illius, qui hospitium exercet, seu suorum familiarium, an vero culpa forensium, & hospitantium; & tunc in isto dubio non potest ferri sententia contra ipsum officij exercitorē ad ea, quæ generaliter dixi supra, nu. 93. & in specie voluit. Bal. in l. si creditor, nu. 1. in fine. C. de pignor. actio. & in l. quæ fortuitis, n. 4. C. eod. Salyc. in l. si quæ fortuitis, n. 10. verf. sed tunc insurgit dubiū, & ibi Adden. n. 7. litera C. verf. & subdit ibi Baldus, C. eod. de pignor. actio. Alex. consf. 50. nu. 5. lib. 1. & consf. 74. nu. 5. lib. 6. Afflict. decif. 57. nu. 6. Aug. ad Ang. de malef. in verbo *incendiario*, nu. 12. in fine. Vbi quòd hoc dictum Baldi in loco præcitato est periculosum. pract. Conrad. rubr. de incendiar. nu. 16. in 4. limitatione fol. mihi 342. Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 2. caf. 390. num. 9. Gerad. Mazzol. consf. 85. num. 33. Alex. Rauden. decif. Pisan. 6. nu. 55. & seqq. par. 1. Vbi de communi.

135 QVÆRO IIII. Si ignis transeat de vna domo in aliam, quis teneatur emendare damnum causatum ab igne profluente in dictam secundam domum, pro resolutione faciendę sunt plures conclusiones. quarum prima fit, quòd regulariter incendium contingens in domo mea, si inferat damnum vicinis, debet emendari per me, & sic non solum teneor emendare damnum ex incendio illatum in domum, quam inhabito, sed illud etiam, quod ex domo habitationis meæ progreditur in domos vicinorum, & est ratio, quia culpa etiam in re propria casum præcedētem in re aliena obligare consueuit. l. qui occidit. §. in hac, ff. ad l. Aquil. & in specie per hanc rationem tradiderunt Addentes ad Salyc. in l. quæ fortuitis, num. 7. litera C. in fine additionis verf. & adde quod incendium. C. de pignorat. actio. plenè consuluit. Ang. consf. 197. Incendium est ortum per totum in discursu, & ibi etiam respondet contrarijs. Menoch de arbitrar. quæstio. lib. 2. caf. 390. num. 13. Bertazz. consil. 499. num. 4. Hiero. Gabr. consf. 159. num. 31. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 892. num. 4. & seqq. Sebast. Medic. de caf. fortuit. par. 2. quæstio. 7. num. 13. Vincen. Caroc. de locat. & conduct. parte 4. rubr. de incend. num. 10. Alex. Rauden. decif. Pisan. 6. num. 74. verf. & quando par. 1.

136 SECVNDA fit conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, quòd si ignis transijt de vna domo in aliam, tunc demum habitator domus, ex qua ignis in aliam transijt, tenetur ad emendationem damni, dummodo in illo primo incendio fuerit in aliqua culpa; alias secus. Vt puta, si casu fortuito incendium ortum fuisset, quia tunc ad nihil tenetur, secundum Salyc. in l. si vendita num. 6. in fine verf. sed iuxta hoc quæro, ff. de peric. & commod. rei vendit. Nec dissentit Alberic. in l. 3. §. 1. num. 5. ff. de offic. Præfect. Vigil. Vbi videtur declarare, quando culpa consistit in committendo, secus si in omittendo. Idem Salyc. in l. quæ fortuitis, num. 10. C. de pignora. actio. facit tex. in l. Capitalium §. qui ob Inimicitias, ff. de pœnis. Vbi sic dicitur. *Nam fortuita incendia si cum tutari possent per negligentiam eorum, apud quos orta, sunt, damno vicinis fuerint, ciuiliter exercentur. Vt qui iacturæ affectus est damni disceptet, &c.* & ibi glos. in verbo *disceptet*, addo pro hac eadem distinctione plenè Bald. in consilio 442. quidam nomine Rectorus libro 3. Andr. Gail. obser. 22. nu. 1. & seqq. lib. 2.

137 Idem si constat in domo mea incendium, ortum non mea, sed culpa alterius, pro quo de iure non teneor, tunc enim sine dubio si inde ignis profluat in domum vicini, & illam combūrat, ego non teneor ex Ange. in consilio 197. incip. incendium est ortum, in fine consilij; teneor enim ego in duobus casibus, vel quando constat vere de culpa mea, vt dixi supra, numero 136. vel quando sumus in dubio, vt pariter dixi, numero 135. Quare secus, quando const. de alterius culpa per regulam, quòd vnus pro delicto alterius teneri non debet, vt ibi per Angel. & per Iodoch. in pract. crim. cap. 104. rubr. de spontan. incend. num. 9.

138 TERTIA fit conclusio, quòd si incendium in domo vicini mei exortum transiuit in domum meam, & propter meam negligentiam in non extinguendo ignem, trāsiuit in domum aliorum vicinorum, tunc vtique ego teneor dictis vicinis de incendio in mea domo, in domos eorum profluxo si commodè, & sine periculo potui defendere, & meam, & vicinorum domum, secus si non potui hoc facere, saltem, sine periculo, & si dixeris, nonne mihi licuit negligere domum meam, l. si quid possessor, ff. de petitione hæreditatis, respondeo sic, sed sine damno alterius, l. qui bona, §. cum inter ædes, ff. de damn. infect. Hæc ponit Alberic. in l. 3. § 1. num. 5. verf. sed vlterius, & num. 6. ff. de offic. Præfect. Vigil. & facit optimè text. in l. capitalium, §. qui ob inimicitias versic. Nam fortuita incendia, ff. de pœnis.

139 QVARTA fit conclusio, quòd si ex domo mea euolauit scintilla ignis in domum, vel fœnile vicinum, tunc ego non teneor de tali incendio, quia reputatur istud casu fortuito euenisse, & non mea, seu alterius culpa, secundum Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. caf. 390. num. 2. verf. vel si è domo vicini ex Bal. in loco per eum relato Ioseph. Ludou. decif. Peruf. 25. num. 2. par. 1. vbi idem, si hæc scintilla proueniat ex igne, qui quandoque in publica platea propter aliquam publicam lætitiam accenditur. Bursatt. consf. 59. num. 17. Roland. consf. 95. num. 24. lib. 2. Magon. decif. Florent. 111. num. 50.

140 QVINTA

140 QVINTA ſit concluſio, quòd incendium veniens in domum meam ex domo vicini dicitur quoad me caſus fortuitus, & propterea ego non teneor ad damnum inde illatum reſarcire Domino domus, in qua inhabito ſecundum Odofred. in l. 3. §. cognoſcit verſ. ſed quãtum ad alios vicinos, ff. de offic. Præfect. vigil. Alex. conſ. 50. num. 4. lib. 1. & conſ. 74. nu. 4. ad med. verſ. ſed incendium prędictum lib. 6. Afflict. in conſtit. Regni qui doloſè, poſt nu. 5. & faciunt, quæ in ſimili dixi ſupra, num. 31.

141 SEXTA ſit concluſio, ꝙ incendium dicitur caſus fortuitus in eo, qui in agro ſuo ignem accendit, vt ſtipulas, vel ſpinas comburat, vt facilius ferere poſſit, & vberiorem terram facere valeat, dummodo adhibuerit diligentiam, circa tempus, circa locum, & cęteras circumſtantias, nè ignis longius egrederetur, & propterea ſi poſt datum ignem orta tempeſtate, & ventorum vi ignis vlterius progrediatur, & fundo vicino damnum faciat, tunc vtiq; is, qui in agro ſuo ignem accendit, non tenetur de tali incendio, tanquã de caſu fortuito ſecundum Marian. in c. ſi quis domos, nu. 13. de iniur. & damn. dat. glo. ibidem in verbo *voluntariè*. Item glo. in c. ſi egreſſus in verbo *reddet damnum*, eod. tit. Salyc. conſ. crim. diuerſ. 31. nu. 2. verſ. vel etiam ſi ſubita vis ventorum, lib. 1. in paruis. Ang. de maleſ. in verbo *incendiario*, nu. 9. ad med. Cæpoll. de ſeruit. ruſticor. præd. c. 44. rubr. de igne, nu. 6. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 25. nu. 21. par. 1.

142 Cæph. conſ. 362. nu. 22. Apud quos omnes etiam reperies firmatam concluſionem, quòd incendium ortum propter vim ventorum non exiſtentium in principio ignis accenſi dicitur caſus fortuitus. Ad quæ vide etiam Rolan. conſ. 95. nu. 22. lib. 2. Medic. in tract. de caſ. fortuit. par. 2. q. 7. nu. 1. & nu. 23. ad med. Polidor. Rip. in tract. de nocturn. temp. cap. 27. num. 40.

143 Vnde ſecus ſi tempore præſertim ventoſo, nulla facta diligentia ignem quis impoſuerit in ſuis ſtipulis, Ex quibus poſtea alij vicini damnum paſſi ſunt ſecundum Marſil. in l. 1. in prin. nu. 115. ff. de Sicar. Vbi iura, & Doctorum authoritates allegat, faciunt quæ dixi ſupra in 5. ampliat. nu. 44. eſt tex. in d. c. ſi quis egreſſus, & ibi gloſ. in verbo *reddet damnum*, de iniur. & damn. dat. Cæpol. vbi ſupra d. nu. 6. Cauallc. conſ. crim. diuerſ. 116. nu. 36. tom. 2. & plenè conſuluit. Iacob. Port. Imolen. conſ. 72. per totum, vbi nu. 10. hoc præſertim procedere affirmat, quando incendium de nocte fuit in ſtipulis immiſſum.

144 QVÆRO V. Si propter ignis timorem intercidatur, ſeu deuaſtetur domus, vel quæ comburitur, vel illi contigua, quis teneatur inciſionis damnum reſarcire. Pro reſolutione huius quæſtionis facias plures concluſiones. Quarum prima eſt, quòd vicinus domi, quæ comburitur, ſi domum illam deſtruit, ne inde in ſuam domum profluat ignis, ſi iuſto metu imminentis periculi hoc fecerit, in nihilo tenetur ex dicta deſtructione, ſecus ſi metus non ſit iuſtus, ſeu periculum veriſimile, l. ſi quis fundo, §. vbi caſus, ff. ad l. Aquil. Salyc. in l. ſi vendita in fine, ff. de pericul. & commod. rei vendit. & in l. quæ fortuitis, num. 11. C. de pignorat. actio. Angel. de malefic. in verbo *incendiario*, num. 10. in fine verſ. An autem ille, vbi loquitur de eo, qui eſt tertius in ordine, & medias vicini ædes deſtruit pro ſuarum ædium tuitione. Andr. Gail. obſer. 22. num. 3. verſic. Porro, qui arcendi, &c. lib. 2. Vbi quòd quando metus eſt iuſtus intercidens domum quæ comburitur, non tenetur etiam quod ignis ad ſuam domum non perueniat. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 892. num. 6. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. nu. 23. Alex. Rauden. deciſ. Piſan. 6. nu. 58. in fine, par. 1. & ibidem, nu. 60. in fine, & 61.

145 SECVNDA ſit concluſio, quòd non ſolum vicini, de quibus in præcedente concluſione, ſed etiam extranei deſtructores domus, quæ comburitur, vel etiam alterius intermediæ domus, non tenentur ex eadem deſtructione, ſi ſic deſtruxerunt ex iuſta cauſa, & iuſto metu, ſecus, ſi ſine cauſa, & metu iuſto, vt puta, quia veriſimile erat ignem maius damnum non eſſe daturum etiam, quòd illa domus nõ fuiſſet deſtructa, & è contra probatur hæc concluſio, & diſtinctio ex trad. per Marian. Socin. in cap. ſi quis domum, num. 54. & ſeq. & de iniur. & damn. dat. Franc. de Ramponibus, conſ. crimin. 30. num. 1. lib. 1. in paruis. Bart. & Salyc. conſil. crimin. diuerſor. 31. num. 1. lib. 1. pariter in paruis.

146 TERTIA ſit concluſio, ꝙ ſi vicinus, aut alius domũ, quæ comburitur, ſeu aliam domum pro ſaluandis alijs vicinis domibus intercidat, & deuaſtet ad abundantem cautelam, tunc tenetur ad damnum illatum ex dicta inciſione, & deuaſtatione, niſi probauerit, quòd eadem domus etiã non inciſa, & deuaſtata fuiſſet combuſta; ſecus, ſi probauerit hoc ſecundum Auerr. in addit. ad Bar. in l. 1. num. 5. litera G. ff. de offic. Præfect. vigil. poſt Specul. Alberic. & Fely. in locis per eum relatis. Marſil. in l. 1. in princ. num. 126. ff. de Sicar. Franc. Turzan. quæſt. 185. num. 4. verſic. an. 15. & num. 5. pract. Conrad. rubr. de incendiar. num. 16. fol. mihi 341. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. par. 2. quæſt. 7. nu. 23. in fine.

147 QVARTA ſit concluſio, quòd deſtructores domus propter incendij periculum, & ne incendium vlterius vagetur, non tenentur ſi ſic faciant iuſſu Magiſtratus. Salyc. in l. quæ fortuitis, num. 11. C. de pignorat. actio. per text. in l. ſi alius §. eſt & alia, ff. quod vi, aut clam. Franc. de Ramponib. conſ. crim. diuerſor. 30. num. 1. verſic. Vnde cum lib. 1. in paruis, & inter eadem conſilia. Ang. de Vbald. conſil. 32. num. 6. & in fine conſilij verſ. ſed hic datur à Magiſtratu. Marian. & Socin. in cap. ſi quis domum, num. 50. & ſeq. de iniur. & damno dat. Vbi bene declarat hanc concluſionem. Andr. Gail. obſer. 22. num. 3. poſt med. verſic. Porro, qui arcendi, &c. lib. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 892. num. 6. Alex. Rauden. deciſ. Piſan. 6. num. 58. in fine, parte 1.

148 Quòd ſi magiſtratus ſic iubeat deſtrui domum abſque iuſta cauſa, & ſine iuſto metu, quòd tunc teneatur de dicta deſtructione, vide declarantem Marian. Socin. in d. capit. ſi quis domum, numero 50. & ſeq. de iniur. & damno dat.

149 QVINTA ſit concluſio, quòd quando incendiarius eſt certus, & diruitur aliqua domus, ne ignis vlterius progrediatur, ille tenetur ad refectionem domus dirutæ, & non dirutores, qui vel ex iuſta cauſa, vel ex Magiſtratus iuſſu diruunt, & multo minus tenentur vicini. Marian. Socin. in d. c. ſi quis domum, ſub num. 50. & ſeqq. in diſcurſu de iniur. & damno dat. Vbi materiam bene declarat. Ang. conſ. 197. Incipiente incendium eſt ortũ in diſcurſu, Franciſc. de Ramponib. conſ. crim. diuerſ. 30. num. 3. per totum in diſcurſu, lib. 1. in paruis. Marſil. in l. 1. in princ. num. 114. verſ. ſcias etiã, ff. ad l. Cornel. de Sicar. pract. Conrad. rubr. de incendiar. num. 16. verſ. tenetur tamen incendiarius fol. mihi 342.

150 SEXTA eſt concluſio, ꝙ quando incendiarius eſt incertus, & certum tamen eſt ex qua domo ignis accenſus fuit, tunc ſi propter illum ignem deſtruatur aliqua domus, habitator domus, vbi incendium originem habuit, tenetur ad refectionem domus dirutæ propter timorem ignis, quando non conſtat, cuius culpa incendium ortum fuerit, quia in dubio habitatoris culpa præſumitur ſecundum Ang. conſ. 197. incipiente incendium eſt ortum. Gozzad. conſ. 63. nu. 1. Franc. de Ramponib. conſ. crimin. diuerſor. 30. num. 4. verſic. Et in dubio, lib. 1. in paruis. Salyc. inter eadẽ conſil. qui in eodem facto conſuluit, conſ. 31. per totum, & præſertim nu. 3. verſ. tertio caſu, & num. 4. & 5.

151 SEPTIMA eſt concluſio, quòd ſi non conſtet de certo incendiario, in domo, vbi incendium ortum eſt, nulli aderant habitatores, vel ſi aderant, ipſi tollunt præſumptionem culpæ cum aliqua alia contraria præſumptione. Et tunc ſi propter illud incendium aliqua domus vicina, & intermedia deuaſtetur, omnes vicini, ad quorum domos veriſimiliter ignis profluiſſet, ſine illa deuaſtatione, & diruptione, tenentur contribuere in refectionem damnorum, pro illa deſtructa domo, ſecundum Ang. in l. ſi laborante, num. 2. ff. ad l. Rod. de iactu, & declarat Marian. in d. cap. ſi quis domum, ſub num. 52. 53. & 55. de iniur. & damn. dat. Voluit etiam Bald. in conſ. 442. quidam nomine Reſtorus, num. 1. lib. 3. Franc. de Rampon. conſ. crimin. diuerſor. 30. num. 2. lib. 1. in paruis. Salyc. inter eadem conſilia.

lia,conf.31.in fine. Marfil.in l.1.in princ. num. 117.ff.de ficar. Andr. Gayl. obseruat. 22. num.4. & seqq. lib.2.Pract. Corrad.rub. de incendiar.post num. 16. fol. mihi 342.Sebast.Med.de caf.fortuit.par.2. q.7.num.23. Alex. Rauden. decis.Pisan.6.nu.59.vers. sed potest dubitari, par. 1.& ibidem num.61.in fin.

152 OCTAVA est conclusio præcedentis conclusionis declaratiua, Vt tunc demum vicini teneantur contribuere ad refectionem damni illati propter deuastationem,seu incisionem domus, quando scilicet non existat certus, vel præsumptus incendiarius;iuxta tradita in præcedenti quinta, & sexta conclusione, vel etiam certo incendiario existente,sed non habente modum soluendi;his inquam casibus vicini tenentur contribuere, vt supra in subsidium, secus autem incendiario certo existente, & illo quidem soluendo,quia tunc vicini nihil contribuere tenentur, secundum Franc. de Ramponib. in conf.crim.diuers.30.nu.3.ad fin. vers. & prius lib.1.in paruis, & inter eadem cons. Salyc.conf.31.in fin.& Ang.de Vbald.conf.32.etiam in fine, & expresse declarat Alex.Raudens.d.decis.Pisan.6.nu.58.in fine, & 62.par.1.

153 An autem, & quando teneatur Respublica pro destructione domus, ne ignis vlterius progrediatur, vide Marian.Socin.in d.cap.si quis domum,num.50.& seqq.de iniur.& dam.dat.in discursu.

154 QVÆRO VI. igne accenso,an homines ad illud extinguendum currere teneantur ad sonum campanæ, & accurentes, & non extinguentes ignem ad aliquid teneatur. pro solutione, vide Calcan. in conf. 63. col. 1.vers.& cum ignis,& col.3.vers.secundo quoniam,ex pluribus seqq.vers.& col.5.vers.hoc fortificatur.

155 QVÆRO VII. An, & quando vniuersitas, villa, seu communitas,teneatur de incendio immisso in domū, seu agrum alterius,stante statuto, sic mandante, vide imprimis tradita supra par.1.q.24.num.197.& pluribus seqq. vbi videtur eadem materia, & illis magis in specie addo Marsil.cum alleg.per eum in l.1.in princip.num. 118. ff. de sicar. Pract. Corrad. rubr. de incendiar.num.11.fol. mihi 340.vbi de emendatione damni non faciendo,propter incendium ortum casu fortuito. Magon. decis. Florent.24. Bertazz. conf. 382. per totum, & ibi in addit.& conf.481. pariter per totum.Guid. Pancirol.conf.49.per totum.Bursat.conf.59.nu.24.& seqq.omnibus lib.1. Hippol. Rimin. conf.173.lib.4. Bero.conf.213. & duobus seqq. lib. 3. vbi in specie de statuto Bononiensi, volente damnum incendij emendari à villa, quando ignoratur incendiarius, an de incendiario dicatur constare ex illa præsumptione, quòd in habitantium culpa ortum præsumatur incen-

156 dium, & videtur concludere, quòd sic (Quod ego minimè verum credo per ea, quæ dicta sunt supra, num.95.& 127.)Polidor.Rip.in tract.de noctur.temp. cap. 27. 29. & 30. vbi latissimè. Alex. Rauden. decis. Pisan. 6. num. 30. & seq. par. 1. & ibidem num.33. & seqq. & 63. & omnibus seqq.

157 QVÆRO VIII. An in crimine incendij puniatur affectus non sequuto effectu.Dic,quòd sic,immo solæ minæ puniuntur, si credendum est Iodoc.in prac.crim.rubr. de incendiar. cap. 103. num.10.& seqq. vbi eam reddit rationem,quia scilicet in attrocissimis punitur affectus,licèt non sequatur effectus,& vt eius verba referam, ponit exēplum in eo,*quia datum,idest incendium futurum quis quans apparauerit, aut actus præparatorios, ad hoc præmiserit. Veluti ignem immittendo, flando pupas, aut linteas, aut stuppas cum igne,pice,sulphure,aut puluere bombardico, vspiam,secreto collocando,aut carbones aut titiones secreto in loco suppeditando, aut aliis infrascriptis modis, animi promptitudinem ostendendo,etiam si actu, & opere non compleuisset*,& quoad minas ponit exemplum in illis militibus ab exercitu licentiatos,*qui in reditu ad Patriam, Agricolas opprimunt, ipsosq́; minantur domos, & agros incensuros, nisi tantam numerauerint pecuniam. Ita quòd ex militibus,latrones,sicarij,spoliatores,& incendiarij efficiuntur*. Verum hac de re vide quæ dicam infra in tit.de homicid.in illa quæst.in qua tractabo generaliter an, & quādo in delictis puniatur affectus nō sequuto effectu, & ex ibi traditis pendet resolutio huius conclus. & vide etiam Vulpell.in conf.150. num. 4. Vbi quòd in incendio, ex quo fumus in atrocioribus punitur affectus etiam effectu non sequuto,ex Iodoc.in loco præcit.;& propterea ibidem nu.8.& seqq. benè ad triremes per biennium damnatum fuisse existimauit quendam,qui per lasciuiam,& iocū in duos laruatos stuppa indutos, & tripudiantes ignem posuit,qui penitus combusti extitissent,nisi cum niue accensum ignem eorum consocij extinxissent.

158 QVÆRO IX. & vltimo, an pœna incendij statutaria,præsertim si sit capitalis locum habeat in paruo incendio,prout est si quis combureret vnam capannam,vel vnā paruam domum. Videtur,quòd non ex trad.per August.ad Ang.de malef.in verbo *incendiario*,nu.7.& 8. vbi loquitur in statuto puniente comburentem aliquam domum, & licèt multa hinc inde adducat hanc tamen opinionem,videtur restari veriorem.

159 Contrarium, quòd in materia incendij appellatione domus non veniat. Voluerunt adden.ad Bonif.de Vitalin.in tit.de incendiar.in fine,nu.5.litera A.

160 Vide tamen in proposito Clar. in pract. §.fi.q.68.nu.21. vers.Item illi.Vbi quòd tugurium comburens pœna mortis afficiendus non est, sed ad triremes damnandus, & ita apud eum seruatum fuisse testatur.

Absoluta fuit hæc quæstio ad laudem Dei, die 24. Augusti 1602.

ARGVMENTVM.

De grauitate, atrocitate, & detestatione criminis, repetundarum, & barattariæ.

SVMMARIVM.



Iudex dicitur barattariam committere, quando pecunia corruptus,iniquam profert sententiam, nu.1.
Barattaria crimen grauissimum, & detestandum, nu.1.
Barattaria crimen æquiparatur crimini læsæ maiestatis num.3. Declara, vt num 5.
Patris delictum nocet filio in crimine barattariæ, num.4.
Barattaria æquiparatur simoniæ, num.6. & seqq.
Iudex barattariam committens, an dicatur committere simoniam, num.7. & seq.
Barattaria connumeratur inter maximas, & capitales causas, numero 9.
Barattaria æquiparatur assassinio, num.10.
Barattaria dicitur furtum, num.11.
Iudex qui barattariam committit dicitur proditor, nu.12.
Barattaria æquiparatur sacrilegio num.13.

QVÆST. CXL. ARTIC. I.



PVLCHRAM in hac quæstione 111.examinandam mihi propono materiam, & etiam malo nostræ ætatis facto practicabilem, propter plures extorsiones, & iniustitias, quas quotidie iudices faciunt,& quia eam accuratè admodum pertractare intendo, idcirco pro faciliori cognitione, ac resolutione plures formandos articulos censui,in quorum singulis,singulas explicabo dubitationes,incipiēdo itaq; ab huius criminis detestatione,& atrocitate,

1 REGVLA sit, quòd Iudex pecunia corruptus, iniquam proferens sententiam dicitur barattarius, & barattariam committere, eo quia propter pecuniā iustitiam baractar, secundum Amad.in tract.de sindic.nu.163.164 & 165.Paris de Put.in tract.sindic.in verbo *barattaria*, num.8.Ant. Rondinell.de sindic.official.nu.55. Ancha. conf.271.incipiente de Titulis crimin.col.mihi 4.ad med.nu.5.vers.similiter non videtur. Neuizza. in sylua lib. 5. rubr. quomodo indicandum, post nu.94.Boss.in tit.de offic.corrupt.nu.1. in princ.

in princ.& 2.in diſcurſu. Decian.in tract. crim.lib.8.c.33. num. 9. Maſcard. de probat.lib.1. concluſ. 164.in princip. Hector. Emil. in tract.de teſtib. in rubr.teſtis barattariam deponens,num.1.& ſeq.Bertazz.conſ.71.num.6.& ſeqq.& conſ.81.num.1.in fine.

2 AMPLIA I. Quia crimen hoc corruptionis,& barattariæ communiter à Doctoribus, & in iure grauiſſimum reputatur,plura enim ad deteſtationem iudicis, qui pecunia corruptus,iniuſtitiam facit,ponutur per Luc.de Penn. in l.iudices,nu.13.& omnibus ſeqq.in diſcurſu, & præſertim num.18. C.de dignitatib.lib.12. vbi etiam conqueritur de ſuo tempore, in quo mali iſti iudices præ cæteris iuſti reputabantur, & amplioribus dignitatibus confouentur,facit optimè tex.in Auth.vt iudic.ſine quoquo ſuffrag. §.illud videlicet, in verſ.erit enim abſurdum. Vbi arguit ibi Iuſtinianus de minori ad maius. Si n priuatorum furta,tàm parua, quam maxima impunita non dimittuntur, quanto magis puniri debent furta officialium, qui omnibus,& vndique laudandi,oſtendi debent;facit etiam glo. in cap.1.in fi.in verbo *in tot*, de ſenten. & re iudic.in 6.vbi φ Iudex iſte facit contra Deum,contra iuſtitiam, contra debitum ſui officij,contra humanam naturam, quia contra proximum,& ſic nec Deum timet,nec homines reuerentur, & ibi etiam Hoſtien. nu.17. in fi. eodem verbo *in tot*. Ioan.Monac.nu.15.Ioan. Berber.in prac.par.1.rubr.13.de lege Iul.repetundar.num.1. in fin. vbi credit tempore ſuo paucos reperiri officiales, qui à pęna repetundarum ſe excuſare poſſint; quid autem in poſterum euenturum ſit ſolus Deus,qui æterno tribunali præeſt nouit(inquit ipſe)& rubr.37.de concuſſionib.num.5. & ſeq. Vbi etiam teſtatur ſuis temporibus nullos concuſſores iudices puniri, licèt plures reperiantur, & φ propterea deliramentum reputatur,iudices de iniuſtitia redarguere, & alia ſimilia. Iodoc. in pract.crim.c.129.rub.de concuſſion.num.6.vbi pariter conqueritur, φ tempore ſuo iſti iudices non puniantur. Cyril.in ſum.crim.rub.33. de pęn.iud.malè iudic.§.fin.nu. 9.car.179.vbi hos iudices rapaces,violentos,& ſordidos appellat. Gig.de crimin.læſ.maieſt.tit.de productor.quæſt.2. Vbi quòd iuſtitiam vendens,aut aliter eam peruertens Satanę miniſter nuncupandus erit.Decian.in tract.crim.lib. 8. c. 36. Vbi multa notabilia de atrocitate huius criminis, pluraq; refert exempla antiquorum,qui de hoc crimine accuſati extiterant. Nauarr.de dat.& promiſſ.num.4.in tertio notab.vbi benè demonſtrat, quòd omnia acta per ſordes ſunt prohibita omni iure naturæ diuino, & humano, & quòdpropterea tanquàm naturaliter de ſe mala; vbique gentium mutanda ſunt. Virgin. Bocacc. in tracta. de pact. parte 2. num. 62. vbi plura contra iudices iniuſtè iudicantes.

3 AMPLIA II. Quia barattariæ crimen æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, prout dicam infra num.34.& in ſpecie voluit Bald.in Auth.nouo iure,num.2.in fine.C.

4 de pœn.iud.qui malè iudica. Vbi propterea infert,quòd in hoc crimine delictum patris nocet filio, & dicit eſſe menti tenendum. Amad.de ſindic.num.167.in fine principij. Paris de Put.de ſindic.in verbo *corruptio*, cap.1.num.1.& 2.vbi pariter quòd delictum patris nocet filio. Anto.Rondinel.de ſindic.officialium,num.56.in fine. Gramm.conſ. 31. num. 2. Marſil.in l. lege Cornelia. ff. ad l. Cornel.de ſicar. Gig. de crim. læſ. maieſt. tit. de proditor. quæſt.2.ſub num. 1. Iacob. Port. Imolen. conſ. 96. num.42. Baiard.ad Clar. quæſt. 23. num. 19. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 36. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 164. num.9.& concluſ. 166.num. 4. vbi pariter quòd delictum patris nocet filio,ex Bal.in loco præcitato,& concluſ.453. num.2.

5 Sed licèt barattariæ crimen læſæ maieſtatis crimini ęquiparetur, Non tamen iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens dicitur tale crimen committere,prout eſt text.iuncta gloſſ.in l.1.C.ad l.Iul.maieſt.Contard.in l.1.C.ſi de momentan.poſſeſſ.limit.11.nu.13.vbi quòd iudex non committit crimen læſæ maieſtatis, niſi pecunia, aut alio temporali commodo corruptus, deſierit vindicare læſam maieſt.

6 AMPLIA III. Quia barattaria æquiparatur ſimoniæ. Immo iudex barattariam committens dicitur ſimoniam committere,ſecundum gloſſ.in cap. vendentes, prima, quæſt.3.facit tex.in c.non ſanè 14.q.5.& in c.qui rectè 11.q.3.Per quæ iura ſic etiam iſto caſu iudicem ſimoniam committere dixit Additionator ad Bal.in l.venales, in verbo,*nulla*,litera M.C.quando prouoc.non eſt neceſſe. Turrecrem.in d.c.vendentes,nu.6.vbi præſertim hanc concluſionem admittit in iudice eccleſiaſtico, ſiue cauſa ſit ſpiritualis,ſiue etiam temporalis.Amad.de ſindic.nu.167.verſ. item æquiparatur crimini ſimoniæ. Maſcar.de probation. lib.1.conclu. 164.nu.10. Virg.Boccac.in tract.de pact.par. 1.nu.36.in fine, & par.2.num. 29. Vbi benè exornat hanc concluſionem.

7 Sed verius eſt, quòd iudex qui per barattariam iudicat, non dicitur ſimoniam committere, niſi in caſibus ſpecialibus de quibus remiſſiuè per Alber.in l.2.num.2.ff.de condit.ob turp.cauſ. vel niſi pecuniam reciperet pro iudicando in cauſa eccleſiaſtica, & ſpirituali. Quia tunc excepta ſolum cauſa matrimonij dicitur committi ſimonia, tam ex parte dantis,quàm ex parte recipientis, ſecus autem in cauſis non ſpiritualibus (licèt, & tunc iudex grauiter peccet)ſecundum Abb.in c.cum ab omni, num. 7. verſ.numquid autem committatur ſimonia,de vita, & honeſt.clericor.& ante eum ibidem Imol.num.11.& voluit gloſſ.in c.vendentes, in verbo *iuſtitiam*, 1.q.3. vbi etiam Turrecrem.num.6. Idem Turrecrem. in c. qui rectè in fin.num. 9.11.q.3.& dixit Hoſtien.in cap.tua nos, num.1.in verbo *in talibus*, extra de ſimon.quòd dans pecuniam corrumpendo teſtem,vel Iudicem non committit ſimoniam,quando cauſa eſt temporalis, ſecus ſi ſpiritualis.Hoſtien.ſic dicentem,ibidem ſequuti ſunt. Ioan.Andr.num 2.eodem verbo *in talibus*,Henric.Boyc.num.6.& 7.vbi excipit cauſam matrimonij. Felyn.num.4. Maria. Soc.num.12.Abb.num.5. in fi. Anan.num.2. verſ.quid autem de illo. Contard.in l. 1.C.ſi de momentan.poſſeſſ.limitat.13.num.15.Decian.in tract.crim.lib.8.cap.35.num. 42. ex quibus patet ita communiter à Doctoribus receptum eſſe, & ab hac communi non diſſentit Nauarr. in conſtit. Gregor. xiij. in 9. notab. num. 16. poſt verſic. pactio facta ob cauſam ſecundam, licèt, faciunt ſcripta per Virg. Boc. in tract.de pact. par.3.num.93.

8 Aliqui tamen voluerunt in omnibus cauſis, etiam temporalibus, iſto caſu committi ſimoniam à iudice eccleſiaſtico, licèt non ſic à iudice ſæculari, prout voluit Turrecrem.in d.c.vendentes, eod nu.6.1.q.3. Neuizza.in Sylua, lib.5.rubr.quomodo iudicandum,num.96.vbi ſimpliciter dixit eccleſiaſticos iudices committendo barattariam, committere ſimoniam.

9 AMPLIA IIII. Quia barattaria connumeratur inter maximas,& capitales cauſas, ſecundum Parid.de Put. poſt Bald.in loco per eum relato in tract. de ſindic.in verbo *barattaria*, num.4. Anton.Rondinel.de ſindic.official. nu.16. Marſil.in l. lege Cornel.nu.2.in fi.ff.de ſicar. Iacob. Port.Imolen.conſ.96. num. 42. Decian. in tracta. crimin. lib.8.cap.36.num.1.Maſcard.de probat.lib.1.concluſ.453. num.1.

10 AMPLIA V. Quòd barattaria æquiparatur crimini aſſaſſinatus. Gram.conſ.35.nu. 8. Decian.in tract.crim.

11 lib.8.c.33.num.10. Vbi quòd barattaria dicitur furtum,& c.36.num.2. vbi pariter,quòd æquiparatur aſſaſſinio, & φ ſic occupantes bona aliena, occaſione obtinendæ gratiæ, vel iuſtitiæ furtum faciant, benè demonſtrat Virgi. Boccac.in tract.de pact par.2.num.18.& par.3.num.92.in fine. Vbi amplius quòd furtum facit,qui aliquid recipit, vt iniuſtitiam faciat.

12 AMPLIA VI. Quia iudex,qui iuſtitiam baractat,dicitur proditor,qui enim iuſtitiam opprimit cum potius ſit ad illam adminiſtrandam,iuſtitiā prodere videtur. Et propterea eius arma in palatio depicta ad vituperium, & infamiam haberi debent, prout hæc, & ſimilia ponuntur per Hier.Gig.de crim.læſ.maieſt.tit.de proditorib.q.2.Baiard. ad Clar.q.73.num.19.

13 AMPLIA VII. quia barattaria æquiparatur ſacrilegio,

legio, quia sacrilegium committit percutiendo animam suam, secundum Collecta in cap. sacro, num. 33. de senten. excommun. prout illum refert Contard. in l. 1. C. si de momentan. possess. nu. 14. Virg. Boccac. in tract. de pace par. 1. num. 39.

ARGVMENTVM.

De pluribus, ac diuersis pœnis à iure impositis in crimine repetundarum, & barattariæ.

SVMMARIVM.

QVÆST. CXI. ARTIC. II.

14 OENÆ plures antiquo iure à Doctoribus referuntur corruptis, pecunia iudicibus impositę; inter quas referunt Regem Persarum, fecisse corruptum iudicem excoriari eiusque pellem ad aliorum terrorem sedi Tribunalis affigi, prout hoc, & alia grauissimarum pœnarum exempla in iudices, qui per sordes, & pecuniam corrupti ius dixerũt, inflictarum ante nostrarum legum promulgationem, habentur apud Ioann. And. in c. 1. num. 8. in verbo *castiget*, de senten. & re iudi. in sexto, & ibi etiam Franc. in §. si quis autem, num. 7. Boss. in tit. de offic. corrupto, sub num. 10. vers. addo quòd Rex Persarum. Contard. in l. prima. C. si de moment. possess. limitat. 11. num. 16 Menoch. de arbitr. quæst. cas. 342. num. 1. & seqq. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 34 num. 1. & seqq. Vbi distinctè omnes antiquas leges super hoc repetundarum crimine recenset, & c. 36. num. 14. cap. 39. num. 1. & seq. Vbi particulariter ponit pœnam legis, 12. tab. Verum descendendo ad iuris nostri statutas pœnas.

15 REGVLA sit, quòd iudex pecunia corruptus, iniustitiã faciens, tenetur l. Iulia repetundarũ tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. repetundar. Cuius text. verba sunt hæc. *lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu potestate, curatione, legatione, vel quouis alio officio, munere, ministeriouè publico acceperit.* Et in l. 3. in primis verbis, & in l. fi. & ferè per totum. ff. eod. Ange. in l. 3. in fin. versic. Tunc tenementi. C. eod. gloss. in l. fin. in verbo *discriminis*, C. de pœn. iudic. qui mal. iudica. & ibi etiam Cyn. post num. 1. Odofr. post num. 2. Gloss. in l. venales, in verbo *infirmas*, in fine. C. quã prouoc. non est necess. gloss. in l. 1. in verbo *pronunciasse*, C. ad l. Iul. maiest. Itẽ in l. 1. §. hoc aũt iudiciũ, in verbo *crimina*, vers. 2. ff. de calum. & ibi Bart. declarat, dummodo pecuniam recipiens erat iudex, & cã criminalis. Odofred. colum. 2. post num. 2. vers. & habet locum, l. Iulia repetund. & d. colum. 2. in fine. versic. Item punitur secundo modo, & Paul. de Castr. sub num. 5. Hostien. in cap. cum ab omni, in fine, num. 22. in verbo *secularibus legibus*, de vita, & honest. Cleric. Bonifac. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. nu. 1. & in tit. de crim. concuss. nu. 3. Amad. de sindic. n. 27. Paris de Put. in verbo *officialis*, c. 10. nu. 2. Ant. Rondinell. de sindic. offic. nu. 53. vers. & tenetur. l. Iulia repetund. Ioan. Berber. par. 1. rubr. 13. de l. Iul. repetundar. num. 1. & rubr. 27. de concuss. num. 2. vers. & hæc pactio. Cyrill. in summa crimina. rubr. 33. de pœn. iudic. mal. iudican. §. fina. post num. 3. vers. Præterea. l. Iul. repetundar. Boer. decis. 153. num. 3. Boss. in titu. de official. corrupt. nu. 2. ante med. vers. Quòd tenendum, & num. 3. in princ. Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 33. num. 1. in fine, & seq. & cap. 35. num. 1. & sequentibus.

16 Hæc autem repetundarum pœna, & hodie est pœna extraordinaria, & propterea huius rei homines extra ordinẽ puniuntur, & plerumque, vel exilio, vel durius, vel mitius, secundum delicti qualitatem. Text. in l. lex Iulia. §. hodie, & ibi gloss. 1. & in verbo *extra ordinem*, ff. ad l. Iul. repetundar. Amad. de sindic. num. 165. vers. de iure antiquo. Paris de Put. de sindica. in verbo *officialis*, cap. 10. num. 2. Anton. Rondinell. de sindic. officialium, num. 53. versic. & extraordinariè punitur. Ioann. Berber. in pract. par. 1. rubr. 37. de concussion. num. 2. versic. & hæc pactio. Iodoc. in pract. crimin. cap. 130. rubr. de corruptione, num. 3. ad finem, versic. Aut certè damnabitur perpetuo exilio. Gram. cons. 35. num. 9. Vbi quòd pœna extraordinaria est remissa arbitrio iudicis, vsque ad deportationẽ inclusiuè, & ibi testatur de communi, Gramm. vot. 25. num 7. in fine. Boss. in tit. de offic. corrupto num. 6. & 7. in versic. Homod. in suo tract. &c. in vers. item gloss. Clar. in pract. §. fina. quæst. 73. nu. 2. vers. Iudex committens barattariã, ibi, Prætereà, &c. punitur, &c. Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. cas. 342. nu. 6. & 7. Vbi benè hanc comprobat conclusionem inferens, propterea quod pœna hæc, quandoq; est exilij, quandoq; deportationis, & quandoq; etiam mortis sed hoc vltimum de morte non procedit nisi ex iudicis corruptione, & condemnatione sequatur mors condemnati, vt dicam infra, n. 25. & idẽ repetijt, nu. 15. in fine, vers. Quamobrem, &c. & lib. 1. q. 86. num. 24. Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 39. num. 6.

17 AMPLIA I. Quia iudex qui pecunia corruptus iniustitiam facit, tenetur etiam edicto de calumniat. C. de pœn. iudic. qui mal. iudica. Et ibi Bellapert. in eod. vers. Itẽ edicto de calumniatorib. Cyn. num. 1. in fine. Odofred. num. 2. etiam in fine, est text. expressus, in l. 1. & in l. 3. §. si igitur, in fine, & per totum. & ibi communiter Doctores omnes. ff. de calumniator. Quo quidem edicto, vt dicam infra num 67. datur contra eum, qui pecuniam accipit, vt aliquid calumniosè agat, infra annum actio in quadruplum, post annum in simplũ. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de crimin. concuss. num. 7. Iodoc. in pract. crimin. cap. 129. rubr. de concussion. num. 4. Cyrill. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudica. §. fina. num. 3. vers. Item edicto

de ca-

de calumniator. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 34. nu. 11. & cap. 39. num. 9.

18 AMPLIA II. Quia iudex barattariam committēs, tenetur de falso, & falsi, pœna, secundum glo. in l. 3. versic. item de falso. ff. ad l. Iul. repetundar. gloss. in l. fina. in verbo *discriminis*, versic. Item oppono. Bellaperr. in versic. Item tenetur crimine falsi. Cyn. post numer. 1. Odofred. numero 2. Vbi propterea dixit esse pœnam deportationis, vel vltimi supplicij, & Bal. num. 1. & est tex. in l. 1. §. 1. versic. *& qui iudicem corruperit, corrumpendumuè curauerit.* Et in l. qui duobus, versic. & is qui iudicem corruperit. ff. ad l. Cornel. de falsis. Vbi tamen dixit text. quòd isto casu est pœna relegationis ad tempus, absque bonorum confiscatione. Addo gloss. in l. 1. in verbo *pronunciasse*, versic. Item, & crimin. falsi. C. ad l. Iul. maiest. Item gloss. in l. prima, §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*, versic. Tertio, & c. ff. de calumniator. Et ibi Odofred. columna secunda, versic. Item tertio modo punitur, & Paul. de Castr. sub numero 5. Bonif. de Vitalin. in rubr. de crimin. concussion. numero 6. Amad. de sindic. num. 121. & 165. versic. Item erat pœna falsi. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. in princip. Anton. Rondinell. de sindic. officialium, numero 53. versic. & tenetur crimine fal. Ioann. Berber. in pract. par. 1. rubr. 37. de concussionibus, numero 2. versic. Secundo in crimine falsi. Vbi hanc falsi pœnam, aut deportationis, aut vltimi supplicij esse opinatus est (sed, & hanc non nisi arbitrariam esse dicam suo loco, in titulo de falsitate, si summus Deus dicendi tempus concedet) Iodoc. in pract. crimina. cap. 129. rubr. de concussion. numero 4. Cyrill. in summa crimin. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudican. numero 3. versiculo, Atque tunc crimine falsi. Grammat. consil. 35. & numero decimo, & vot. 25. numero 7. Franc. Marc. decis. 686. numero 6. parte prima, & ibidem numero decimo. Boss. in titulo de officiali corrupto, numero 7. ad med. in versic. Veruntamen non satisfacit. Menoch. de arbitrar. quæst. libro secundo, casu 342. numero 2. & sequenti. Decian. in tractatu crimina. libro 8. cap. 39. numero 8. Et faciunt quæ dixi infra hac eadem quæstione, numero 372.

19 Vide tamen Bald. in l. 1. num. 3. post med. vers. & nota, ex ista glo. ff. de calumniat. vbi dixit, quòd non omnis condēnatus de barattaria, intelligitur condemnatus de falso, nisi in specie sit condemnatus, l. Cornelia de falsis. Quod, & idē voluit Amad. de sindic. nu. 169. vers. condemnatus de barattaria. Decian. lib. 8. cap. 39. num. 13.

20 AMPLIA III. Quia, & isto casu Iudex tenebitur, l. Iul. de vi public. secundum glo. in l. 3. in fine, vers. Item l. Iul. de vi public. ff. ad l. Iul. repetundar. per text. in l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi public. Qui tex. ni fallor, non loquitur de iudice pecunia corrupto, sed de iudice exequente suam sententiam appellatione non obstante.

21 AMPLIA IIII. & multo magis, quando Iudex pecuniam accipit pro necando hominem, quia tunc tenetur pœna. l. Cornel. de sicar. secundum glo. in l. 3. vers. Item de sicarijs. ff. ad l. Iul. repetundar. & est tex. in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. ibi, *Quiuè magistratus iudexuè quæstionis, sub capitalem causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret*, & in l. lege Cornelia. ff. eod. in princ. cuius text. pariter verba sunt hęc, *lege Cornelia de sicarijs, tenetur, qui cum magistratu esset eorum, quid fecerit contra hominis necem, quod legibus permissum non sit.* Fulgos. in l. prima. §. hoc autem iudicium. ff. de calumniatorib. Ioan. Berber. in pract. parte 1. rubr. 37. de concussionibus, numero 2. ante finem, versic. Et posset iudex. Marsil. in l. lege Cornelia, numero 2. ff. ad l. Cornel. de sicar.

22 Tenetur etiam repetundar. vt in l. lex. Iulia. ff. eod. ibi, *Neuè quis ab hominem condemnandum, &c.* & paulò infra, ibi, *Iudiciumuè capitis, &c.*

23 Hæc autem pœna, aut erit capitis, aut erit deportationis in insulam. Tex. in d. l. lex Iulia, in fine, ibi, *Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint, calore tamen inducti interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant capite plecti debent, vel certè in insulam deportari, vt pleriq; puniti sunt.* ff. ad l. Iul. repetundar. Ang. in l. tertia, in princip. versic. est autem pœna capitis, & versic. si in causa capitali. C. eod. Bonif. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. numero 6. versic. Item nota, quòd officiales, Amad. de sindica. numero 120. Paris de Put. de sindic. verbo *corruptio*, cap. 3. post num. 2. & in verbo *officialis*, cap. 10. numero 2. in fine, & seq. Gramma. vot. 25. num. 8. Boss. in tit. de official. corrupto, num 8. Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 39. num. 36. Anton. Gomez. de delict. cap. 13. rubr. de tortur. reor. post num. 6.

24 Pœna autem capitis, hoc est mortis, locū habebit, quando Iudex innocentem interfecit pecunia accepta. Deportationis autem pœna, locum habet, quando non accepta pecunia, sed calore iracundiæ (vt inquit text.) hoc fecerit, & propterea idem tex. loquitur alternatiuè, aut capitis, aut deportationis, habito respectu ad receptionem, vel non receptionem pecuniæ, vt benè aduertit Boer. decis. 153. nu. 10. sed quòd immò Iudex pęna capitis, & vt homicida, puniatur si innocentem ad mortem condemnauit, pecunia corruptus, aut per iracundiam, voluit, Clar. in pract. §. homicidium, num. 12. vers. Item iudex. Et de iudice condemnāte aliquem ad mortem per imperitiam, aut dolo, & per sordes dicam infra suo loco.

25 Morte etiam sequuta Iudex morte punitur, si pecunia accepta innocentem condemnauit, morte autem non sequuta erit pœna mitior, & fortè pariter deportationis; sic enim intelligenda, & declaranda est præmissa conclusio, & est de mente Doctorum; quamuis Anto. Rondinell. de sindic. official. num. 65. Nulla facta distinctione de morte sequuta, vel non, simpliciter dixerit, quòd Iudex ad mortē punitur, si pecunia corruptus, cōdemnandum ad mortem absoluerit, vel absoluendum condemnauerit. Verum pro hac distinctione, quæ sine dubio verissima est, saltem de generali consuetudine, secundum quam effectu non sequuto, non punitur affectus eadem pœna. Vide Ioann. Berber. in pract. parte 1. rubr. 13. de l. Iul. repetundar. num. 4. vers. si verò mors sequatur. Iodoc. in pract. crim. cap. 130. rubr. de corrupt. num. 3. versic. si autem. vbi quòd innocentis morte subsequuta iudex gladio puniendus est, & bona fisco applicanda (sed hodie bonorum confiscatio sublata est per Auth. bona damnator.) Cyrill. in summa crim. rub. 33. de pœna iudic. malè iudican. §. 5. numero 2. versic. sed si pecunia. Vbi quòd isto casu iudex punitur, tanquàm assassinus.

Et ad materiam huius ampliationis, vide omnino quæ dixi infra hac eadem quæst num. 379. & seq. Vide Virg. Boccac. in tract. de pactis parte tertia, post num. 92. Vbi quòd iudex absoluendo, quem condemnare debebat, à suo loco deponitur, & seuerissimè castigatur, iuribus ibi per eum allegatis.

26 AMPLIA V. Quia Iudex, qui in causa criminali, non capitali, seu in causa ciuili pecunia corruptus iniustitiam fecit, tenetur pœna relegationis, secundum Ange. in l. 3. versic. si verò conuenitur. C. ad l. Iul. repetundar. Cyrill. in summa criminal. rubric. 33. de pœn. iudic. qui malè iudic. § fina. numero sexto, in fine. Vbi quòd iudices pedanei isto casu plerumqne, aut à curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur, per text. in l. si quis aliquid. § penultimo. ff. de pœn. Quod, & idem voluit Decian. in tracta. criminal. libro 8. cap. 38. numero 39.

27 AMPLIA VI. quia iudex barattariam committens dignitate, & cingulo priuatur, Tex. in Auth. nouo iure, in fine principij. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit, ibi *dignitate seu cingulo amisso*, & ibi Butrig. in verbo *cingulo amisso*. vbi hanc dicit esse verbalem degradationem. Alius tex. in l. iudices. C. de dignitatibus libro 12. ibi, *Ablatis codicillorum insignibus*, & ibi Odofre. notat generaliter, quòd qui dignitate abutitur, dignitatem perdit, iuribus ibi per eum allegatis, & Ioan. de Platea ante numero primo, vbi amplius videtur tenere, quòd isto casu possint isti officiales priuari non solum officio in quo delinquunt, sed etiam Doctoratus dignitate degradari. Paris de Put. de sindic. cap. in verbo *barattaria*, nu. 2. 3. & 4. vbi, quòd priuatur ipso iure. Anton. Rondinell. in tract. de sindic. officialium, num. 57.

num.57. Ioan.Berber.in pract.par.1.rubr.13.de l.Iul.repetundar.num.4. Cyrill.in summa crim.rubr.33.de pœn.iudic.malè iudican. §. fin.num.3.in fine, car.178.Grammat. vot.25.num.7. Fran.Marc.decis.686.num.7.par.1. Boss.in tit.de offic.corrupto post nu. 7. vers. alius tex. habes Clar. in pract.§.fin.q.73.num 2. vers.iudex committens barattariam, vbi refert Boss.in loco præcitato,& quòd aliàs Parisijs quidam Regius cõsiliarius pro furtis, & sceleribus per eum commissis fuit exauthoratus, degradatus,& suis insignibus spoliatus, & ibi etiam remissiuè ponit formam degradationis Doctoris.Baiard.ad Clar.quæstio.73.num.19. vbi,quòd isto casu iudex vltra priuationem officij,incurrit etiam pœnam degradationis, & priuationis dignitatis ex Capic. Guid. Pap. Lancellot. & Bonacoss. in locis per eum relatis. Menoch. de arbitrar. quæstio. libro 2. casu 342.num 7. vbi ex Claro in loco præcitato dixit hos iudices esse exauthorandos. Decian. in tract. crimin. libro 8. cap.34.num. 7. vbi ampliat etiam in iudicibus Senatorio ordine insignitis, num.14.vbi, quòd hæc priuatio Magistratus,& officij,statim & ipso iure etiam officio non finito inducitur.

28 Concordat vrbis statutum lib.2.c.60.vbi, quòd ab officio deponuntur officiales Curię Capitolij,qui durante officio de hoc crimine conuicti fuerint. Et concordat etiam constitutio Marchiæ lib.2.cap.4.vbi, quòd ipso iure remanet officio priuatus.

29 Et hæc pœna videtur etiam procedere de iure canonico secundum terminos c.1.de re iudic.in 6.in quo licèt iudex ecclesiasticus suspendatur tantummodo per annum ab officio ordinis diuini,& ecclesiastici, nec aliquid dicatur de officio iudicandi, de quo Canonem illum minimè intelligere voluisse,ibi aduerterunt Archid.col.3.ad med.in verbo *officij*,Io.Monac.num.10. Ioan.Andr.num.3. Gemin.in §.si quis etiam,num.3.in 3.notab. & ibidem Franch.in §.1. Nõ tamen ex hoc verius crederem fuisse derogatum alijs pœnis legalibus, & canonicis, vt dicam infra num.93. & consequenter nec pœnæ priuationis muneris iudicandi; Et propterea,quòd etiam iudices ecclesiastici isto casu sint cingulo priuandi, voluit Hostien.in d.c.1.in verbo *Persequutor*, & est de mente Archid.ibidem col.3.ad med.in verbo *officij*, & expressè voluit ibidem Gemin.in §.si quis,nu. 8.vers.quæro de qua suspensione.Nec dissentit Virg Boccac. in tracta.de pact.par.3.num 92.ante finem, vers.nam quoties iudex.

30 AMPLIA VII. vt iudex, qui repetundarum lege damnatus est, reddatur inhabilis ad vlterius iudicandum, & sic isti officiales, nec etiam in futurum possunt officia exercere l.eadem lege, & ibi glo.in verbo *postulare*, ff.ad l. Iul.repetundar.l.iudices, in fi.C.de dignitatib.lib.12.in illis verbis: *Nec sibi post hac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt*, & ibi præsertim Ioan.de Platea num.2.generaliter notat,quòd ad officium,in quo quis deliquit,amplius redire non potest iuribus ibi per eum allegatis,& nisi mediante rescripto Principis, q̃ propterea subreptitiũ præsumetur,nisi habeat speciales clausulas derogatorias,de quibus ibi per eum, quod & idem voluit idem Io. de Plat.in l.iudices,num.3.C.de anno.& Tribu.lib.10.Paris de Put.de sindic.in verbo *officialis*, c.10.num.5.Anton. Rondinell.de sindic. officialium, num.57 Franc.Marc.decis.686.num.7.par.1.Clar.in pract.§. fin.q.73. num. 2.vers. iudex committens barattariam, vbi, quòd in hoc omnes concordant.

31 AMPLIA VIII. vt lege repetundarum damnatus infamis sit,& propterea nec testimonium ferre,nec postulare potest l.eadem lege.§.hac lege, & ibi glo in verbo *postulare*,ff.ad l.Iul.repetundar.Et propterea,quòd iudex,qui pecunia corrumpitur dicatur infamis voluit glo. in l.fin. per illum text. in verbo *extimatione*, in fi.C.de pœn.iudic.qui malè iudican.& ibi Iacob. Buttrig.in summario. Bellapert. etiam in summario, secundum primum intellectum Cyn. num.1. vbi, quòd perdit honorem. Odofre.ante num.1. vbi benè figurat casum Bald.ante num.1.& est tex.in l.iudices. C.de dignitatibus lib. 12. in illis verbis, *& honore exuti inter pessimos quosq;, & plebeios habentur*,& ibi præsertim Luc.de Penn.num.13.vbi,quòd isto casu iudex perdit dignitatem, & honorem, benè exornat hanc conclusionem, & reddit rationem, & ibi præsertim Odofred. Paul. de Castr.in l.1.num.4.ff.de calumniat. vbi post glos.ibi dixit, actionem illam prouenientem ex edicto de calumniatoribus esse famosam propter turpitudinem recipientis, facit etiam tex.in cap.1. §. si quis autem iudex de sentent. & re iudic. in 6. vbi summus Pontifex iudicem hunc famæ suæ prodigum, & proprij honoris prosequutorem nuncupat,& ibi Domin.in 4.notab. vbi,quòd hæc iuris infamia repellit iudicem à testimonio, à dignitate,à munere iudicandi.in futurum, aduocandi, & accusandi, & etiam glos.in verbo *condemnandus*,Hostien num.9.in fin.in verbo *prodigus*,& num.10.in verbo *persequutor*, Archid.col.3. in princ.in verbo *suspensum*, Ioan.Monach.num.7.eodem verbo *prodigus*, & verbo *persequutor*, Ioan.Andr.num.2. in verbo *& proprij*. Gemin.in §.si quis, num.3. in 2.notab. Amad.de sindic.post num.121.ante med. vers. & efficiuntur infames.Paris de Put.de sindic.in verbo *corruptio*,cap. 1.num.4.& in verbo officialis,cap.10.num.10.num.5.vbi pariter refert, quòd isto casu iudex repellitur à testificando,& postulando. Cyrill.in summ.crimin.rubr.33.de pœn. iudic.malè iudica. §. fin. post num.3. Neuizz.in silua lib.5. rubr.quomodo iudicandum,num.102.vbi,quòd isto casu iudex perdit honorem,& animam. Gramma. vot.25.num. 7.ante fin. Foller.in pract.crimin.in fragmen.num.179.in versic. & iudex corruptus efficitur infamis. Franc. Marc. decis.686.num.6.par.1.Decian.in tract.crim.lib.8.cap.36. num.14.& 15.& cap.39.num.32.33.& 35.Vide,quæ de iudice iudicante dolo, & per sordes, & dixi in simili hac eadem quæst.num.171.

32 AMPLIA IX. vt officialis, qui pecuniam pro administratione iustitiæ recipit vltra exilium, confiscationem bonorum,& priuationem officij,potest etiam fustigari, si credendum est Parid.de Put.in tract.sindic. in verbo *barattaria*,num.3.

33 Et facit quia officialis committens furta,& barattarias, pumq; in administratione sui officij manus non habens, punitur non solum pœna exilij,& confiscationis bonorũ, vt dicam infra num.4. sed etiam in corpus verbera sustinebit, vt in Auth.vt iudic.sine quoque suffrag.§ si quis autem præter, & ibi hoc notat Ang.in 1.notab.Anto.Rondinell.de sindic.official.num.57.Gramm.cons.35.nu.11.Boss. in tit.de offic.corrupt. in princ. Decian. in tract. crim.lib. 8.cap.39.num.15.in fin.

34 AMPLIA X. quia ex Auth.nouo iure. C.de pœn.iudic.qui malè iudica.iudex pecunia corruptus si causa ciuilis, & pecuniaria sit, dati triplum promissi, duplum restituit,& dignitatem,seu cingulum amittit, si verò causa sit criminalis,omnia confiscantur bona, & in exilium mittitur,& ibi glos.in verbo *confiscatis*, dicit speciale esse in hoc crimine, vt bona confiscentur, prout est in crimine læsæ maiestatis, quod & idem ibi adnotarunt Butrig.columna prima,versiculo. Item oppono, quòd bona non publicentur: Bellapert. paulo post princip. Cyn. in 2. notab. Odofre.in princip.versic.secundo dicitur. vbi recenset omnes pœnas illius Authenticæ, Bart.numero primo. Bald.numero secundo,in versic. Nota de pœna confiscationis,& Salyce numero primo, in figuratione casus, & numero 2. in fi.& numero 3.in 2.oppositione. Glos.in cap. 1. §.si quis autem iudex,in verbo *condemnandus*,de senten.& re iudic. in 6.& ibi etiam Archid. columna 4. in princ.in verbo *litis*,Amad.de sindic.num.121.versic.in crimin.verò,& numero 165.versi quæ autem sit pœna. Ioan.Berbet.in pract. par.1.rubr 13.de l.Iul.repetundar.num.4.versic.si verò exitus causæ,& in rubr.37.de concussionibus, num.3.Cyrill. in summa crimin.rubr.de pœn. iud.mal.iudican.§.fin.nu. 3.in fin.& nume.6. versic.iudex barattariam committens. Boer.decis.153.num.1.& 13.Gramma.vot.25.nu 7.Franc. Marc. decis.686.num.9.par.1.Boss.in tit. de offic.corrupt. num.7.in princip.versic.est alius tex. Decia. in tracta.crimin.lib.8.cap.39 nu.15.& 19.

35 Vbi quoad pœnam confiscationis aduertendum putat eam non esse infligendã, nisi in causa crimin.quando iudex pecunia corruptus, vel innocentem

centem

dicentem condemnat, vel nocentem abſoluit iuxta tradita ſupra nu. 21. ſecus ſi in alijs caſibus, in quibus bona non publicantur, vt ibi per eum.

36 AMPLIA XI. quia iudex pecunia corruptus tenetur ad expenſas, & damna paſſa per litigatorẽ propter eius corruptionem, per ea, quę in ſimili de corrumpente dicam infra num. 103. & in ſpecie de iudice corrupto probat tex. in l. 2. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. ibi *extimationis diſpendij*, & ibi glo. in verbo *extimationem*, Bellapert. in princ. verſ. alio modo. Cyn. num. 1. Bal. ante nu. 1. Gemin. in c. 1. §. ſi quis, num. 3. in fine in 4. notab. de ſenten. & re iudic. in 6. & ibi etiam Franc. num. 2. Turrecrem. in cap. non licèt, nu. 2. verſ. & tenetur læſo ad intereſſe 11. q. 3. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 4. Cyrill. in ſumma crimin. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudican. § fina. poſt nu. 3. Neuizz. in ſilua nuptial. lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, num. 102. & ſeq. vbi propterea infert iudicem iſto caſu eſſe deterioris conditionis, quàm fœneratorem: fœnerator enim reſtituendo vſuram, quàm accepit, miſericordiam à Deo ſperare poteſt, ſed iudex corruptus pro decem ducatis non poterit abſolui, niſi reſtituat damna, & intereſſe, quæ fortè aſcendent ad mille. Foller. in pract. crimin. in fragm. num. 179. in fine, verſic. & damna reſarcire debent. Contard. in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. limit. 11. num. 12. vbi amplius, quòd ſi iudex non habet vnde ſoluat parti læſæ, contra quam pecunia corruptus ſententiam tulit, condemnandus eſt in pœnam corporalem, & num. 17. vbi, quòd debet ſtare in carcere donec ſoluat.

37 AMPLIA XII. quia non ſolum iudex corruptus tenetur ad damna, & intereſſe, ſed etiam ad æſtimationem litis, & ſic facit litem ſuam, prout ſonare videntur verba tex. in l. fina. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. ibi, *ſed etiam litis diſcriminis*, & ibi gloſ. in verbo *extimationis*, ſecundum primum intellectum. Iacob. Butrig. in ſummario. Bellapert. in 1. & 2. ſummario, & in verſic. Iudex ergo. vbi, quòd ad iſtam litis æſtimationem tenetur actione in factum. Odofred. ante num. 1. vbi benè figurat caſum, & numero 1. in fin. verſic. Item ſi iudex facit litem ſuam. Gloſ. in l. venales in glo. fina. in vltimis verbis. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, & ibi Bald. num. 3. verſic. quæro nunquid iudex. Ang. num. 1. verſ. in glo. fina. & Salyc. num. 2. verſ. quærit glo. fin. & de iure Canonico eſt tex. in cap. 1. §. ſi quis autem iudex, ibi, *ad æſtimationem litis parti, quam læſerit, nihilominus condemnandus*, de ſentent. & re iudic. in 6. & ibi Dominic. in figuratione caſus, in fine, & gloſ. in verbo *cum æterni*, Hoſtien. ante num. 1. & 15. in verbo *ad æſtimationem litis*, vbi propterea, quòd talis iudex facit litem ſuam, & in tantum debet condemnari parti læſæ quantum petebatur, vel ad eius veram æſtimationem. Archid. colum. 4. in princip. in verbo *litis*, Ioan. Monach. num. 10. & Franch. in §. ſi quis autem, num. 2. Turrecrem. in cap. non licet, in fin. num. 3. 11. q. 3. vbi ponit caſum ſpecialem. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 4. verſic. tamen iudex. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr. 33. de pœn. iud. mal. iudica. §. fin. poſt num. 3. Franc. Marc. deciſ. 686. num. 1. par. 1. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 342. num. 16. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 39. num. 28. & 36.

38 Vide tamen Amad. in tract. de ſindic. num. 121. verſ. ſed ſi in cauſa, vbi expreſsè dixit, quòd iudex dolo corruptus iniquam ferens ſententiam, non facit litem ſuam, ita vt parti læſæ tenentur inſolidum ſi cauſa fuit ciuilis, ſed tantum tenetur ad duplum, iuxta tradita infra nu. 69. & ſi cauſa fuit criminalis non niſi confiſcatione bonorum, & exilio plectitur iuxta tradita ſupra num. 34.

ARGVMENTVM.

De concuſſione, & eius pœna, quando locũ habeat, & quando non.

SVMMARIVM.



Iudex, qui per concuſſionem pecuniam extorquet, tenetur ad reſtitutionem pecuniæ, nu. 39. & 44.
Iudex, qui facit concuſſionem punitur criminaliter extra ordinem arbitrio iudicis, nu. 39. & ſeq.
Pœna concuſſionis, & pœna arbitraria, nu. 40.
Iudex, qui committit barattariam dicitur committere crimen concuſſionis, nu. 41. Declara, vt nu. 42. & ſeq.
Concuſſionis pœna non tenetur iudex, qui aliquid recipit à ſponte dante nulla præcedente metus illatione, num. 42. & ſeq.
Concuſſio aliud non eſt, quàm ſubditos premere occaſione dignitatis, vel officij, & alia ad materiam, nu. 43.
Iudex, qui per concuſſionem pecuniam extorſit, & abſtulit tenetur illam reſtituere, num. 44.
Concuſſionis crimen dicitur committi etiam ab inferioribus officialibus Præſide, qui eiuſdem Præſidis ſimulato iuſſu metum incutiunt, & pecuniam extorquent, nu. 45.
Notarius, qui pecunia corruptus ſine iudicis cõmiſſione facit aliquem citare, tenetur crimine concuſſionis, & extra ordinem punitur, num. 45. in fine.
Concuſſionis crimen dicitur committi, etiam à perſona priuata non habente officium num. 46.
Concuſſionis crimen committitur non ſolum facto, ſed etiam verbo, num. 47.
Concuſſio dicitur committi cum mendacio quamuis expreſsè metus non inferatur, num. 48.
Iudex, ſeu officialis, qui per extorſionem pecuniam extorquet, tenetur pœna concuſſionis, num. 49.
Extorſio propriè eſt, quando officialis indebitè aliquem vexando pecuniam ab eo recipit, num. 50.
Extorſionis pœna eſt pœna concuſſionis, nu. 49.
Extorſio propriè non eſt concuſſio, & differunt inter ſe, vt in nu. 50.
Iudex, qui ſubmittit ſuum amicum ad alloquendum, & operandum cum accuſato, vt pro abſolutione ei pecuniam tradat, dicitur extorſionem committere, num. 51.
Concuſſionis crimen, & pœna præſcriptione non tollitur, nu. 52.
Concuſſionis crimen non eſt publicum, ſed priuatum, num. 53. Declara. num. 54.
Concuſſio non præſumitur in iudice, ideò probanda per allegantem, nu. 55. Contra, nu. 56. & ſeq. Vbi ſaltem concurrentibus coniecturis, vel inditijs diſtingue, vt num. 58.

QVÆST. CXI. ARTIC. III.



VIDIMVS ſupra in præcedenti articulo de iudice, qui pecunia corruptus à ſponte eam dante iniuſtitiam facit, videamus modo quid de iudice, ſeu officiali, qui pecuniam non à ſponte dante recipit, ſed per concuſſionem extorquet.

39 REGVLA ſit, quòd iudex, qui per concuſſionem pecuniam extorquet, non ſolum tenetur ad reſtitutionem pecuniæ, ſed etiam criminaliter punitur, prout eſt text. in l. 1. in vltimis verbis, ibi, *& delictum coercet*, ff. de concuſſionib. facit tex. in l. quòd euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. Paris de Put. de ſindica. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 1. Gramma. conſ. 51. num. 15. in fine.

40 Pœna autem hæc videtur extraordinaria, ſecundum gl. in d. l. prima, in verbo *coercet*, ff. de concuſſion. & ibi Bar. in fin. vbi de materia. Salyc. in d. l. quòd euitandi, num. 1. C. de condit. ob turp. cauſ. & num. 2. in fin. verſ. quæro cum glo. Odofred. in l. 1. col. 2. ad fin. verſ. Item punitur & quarto modo. ff. de calumniator. Bonif. de Vitalin. in rubr. de crim. concuſſionis, num. 2. in fine, verſ. & iſti compelluntur. Paris de Put. de ſindic. in verbo *iudex*, c. 7. ſub num. 3. Anton. Rondinell. de ſindic. official. num. 53. verſ. & extraordinariè punitur. Ioan. Berber. in pract. par. 1. rubr. 37. de concuſſio. num. 3. verſ. in ſimplici autem concuſsione. Iodoch. in pract. crim. cap. 29. rubr. de concuſsionib. num. 4. Gramma. conſ. 51. num. 16. vbi amplius, quòd quando officialis per metum extorquet pecuniam, tenetur repetundarum, falſi, & concuſsionis. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 342. num. 12.

41 AMPLIA I. vt non desint Doctores, qui dixerint iudicem committentem barattariam, committere etiam crimen concussionis, & quòd propterea concussionis pœna teneatur, tacitè sentientes, etiam sine metu ex sola corruptione, & barattaria hac pœna eos teneri, secundum gl. in l.3. in princ. ff. ad l. Iul. repetundar. gl. fi. in l. fin. vers. item crimine concussionis. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit. & ibi Bellapert. in versic. item crimine concussionis. Odofred. num. 2. vers. item crimine concussionis. tex. (qui verè loquitur non in corruptione, & barattaria, sed in extorsione per indebitas vexationes, de quo dicam infra nu. 182.) in l. quòd euitandi, in fine, ibi, *etiam concussionis crimen inultum esse non patieris*, glo. in l. 1. §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*, versic. quarto, &c. ff. de calumniat. & ibi Odofred. col. 2. in fine, vers. item punitur & quarto modo. Turrecrem. in c. vendentes, num. 2. 1. q. 3. Bonif. de Vitalin. tit. de concussion. num. 1. & seq. Paris. de Put. de sindic. in verbo *iudex*, cap. 7. num. 6. Anton. Rondinell. de sindica. officialium, num. 53. in princ. Ioan. Berber. in pract. par. 1. rubr. 57. de concuss. num. 1. vbi, & quòd plus est dixit concussionem aliud non esse, quàm non facere iustitiam, vel iniustitiam facere propter iniquam pactionem, & per totam illam rubricam iudicem, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, concussorem appellat (quod tamen de verborum proprietate, & significatione minimè verum credo, per ea, quæ dixi in proximo sequenti versicu. & infra dicam num. 43.) Iodoc. in pract. crim. cap. 129. rubr. de concussione, num. 1. Boss. in tit. de offic. corrupto, post num. 3. vers. & hinc est. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. & cap. 39. num. 10.

42 Sed certè verius est vt crimine concussionis, & illius pœna non teneatur iudex, qñ à sponte dante, & corrumpente nulla præcedente illatione metus recipit, sed tantum eo in casu, quando, aut indebitè vexando pecuniam extorquet (de quo etiam dicam infra num. 49.) Aut, quando concutiendo metum pecuniam à subditis extorquet. Tunc enim propriè dicitur concussio, vt dicam infra num. 43. & benè declarat Bellapert. in versic. item in crimine concussionis. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. & ibi etiam Cyn. post num. 1. in versic. sed hoc non est verum. Concussio propriè dicitur, quando metus concutitur, & est de mente Amad in tracta. de sindica. num. 165. ad finem, versic. item si quid extorsit per concussionem. Cyrill. in summa crimin. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. num. 3. § fin. versiculo, aliquando etiam. vbi dixit aliquando iudicem teneri crimine concussionis: Ergo non semper, & sic solum in casu, quando metum infert, prout postea subijcit in sequenti versic. concussionis verò crimen. Boss. in titu. de offic. corrupto, num. 7. vers. item si quid extorsit per concussionem, & d. num. 7. in fin. vers. Restat mihi difficultas, vbi videtur testari ita esse de communi mente Doctorum.

43 Et huius vltimæ opinionis, quæ sine dubio mihi verior videtur, quia prout communiter dicunt Doctores, concussio aliud non est, quam aliquos *premere occasione dignitatis, vel officij*, vel vt alij dicunt propriè tunc committitur concussio, quando quis in officio constitutus *aliquid à subditis per metum extorquet*. Quod & idem videtur, licèt per diuersa verba, & sic sine metu, aut vi, vel minis, tacitè, aut expressè illatis concussio non videtur induci. Hoc enim propriè videtur importare significatio huius verbi *concutere*, hoc est *intimorare*, prout hæc, & similia habentur per glos. in l. 1. in verbo *Ablatum*, vers. Et nota. & ibi Bar. in princ. in 1. quæst. ff. de concussionib. Turrecrem. in cap. vendentes, num. 2. 1. quæst. 3. Bonif. de Vitalin. in tit. de concuss. num. 1. vbi concussionis crimen à minante committi affirmat, & ibi Addentes litera A, in verbo *concussionis*, dicunt concussionem esse idem, quòd timorationem, & sic metum præsupponit. Et latius per Parid. de Put. de sindic. in verbo *iudices*, c. 7. in princip. vbi ponit exemplum, quando iudex minatur de carcerando, vel grauando, nisi quis pecuniam dederit. Dicitq; concussionem appellari *extorsionem pecuniæ per vim*, & num. 2. pariter dixit concussionem dici, quasi intimorationem, & quòd tūc officialis committit concussionem, quādo metum infert, vt pecuniam extorqueat, & nu. 3. & seqq. ponit plura exempla, in quibus officialis incutiendo metum pecuniam extorquet, & ex quibus apparet non dari propriè concussionis crimen, sine illatione metus. Iodoch. in pract. crim. cap. 129. rubr. de concuss. nu. 2. vbi, quòd concussio directè spectat ad illum iudicem, qui partem litigantem cōcutit, hoc est, vel minis, vel persuasionibus terret, & inducit ad sibi dandum munera, aut pecuniam pro iustitia facienda, & c. 130. rubr. de offic. corrup. nu. 1. & seq vbi ponit differentiā inter concussionem, & corruptionē. Cyril. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudic. §. fin. num. 3. vers. concussionis verò crimen. Gramm. cons. 51. nu. 13. & seq. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. num. 24. vers. propria autem concussio dicitur.

44 AMPLIA II. vt vltra pœnam quam patitur iudex, qui per metum pecuniam extorsit, eandem pecuniam sic ablatam restituere tenetur illi, à quo ablata fuit, text. in l. fi. ff. de concuss. ibi, *Ablatum huiusmodi terrore restitui præses prouinciæ iubet*, & ibi gloss. in verbo *ablatum*, & in verbo *iubet*, dixit hanc restitutionem peti actione in factum. Alius text. in l. quòd euitandi, in fin. ibi, *post restitutionem pecuniæ*, C. de condit. ob turp. caus. & ibi glos. 1. & in verbo *recipies*, Bald. in summario, & Salyc. in in princ. & num. 1. in fin. vers. nota, quòd recipiens data restituit. Bonif. de Vitalin. in titu. de concuss. nu. 2. in fine, vers. & isti compelluntur. Paris de Put. de sindic. in verbo *index*, c. 7. nu. 1. & 3. ad med. Anton. Rondinell. de sindic. official. num. 53. in princip. versicu & compellitur reddere, quòd extorsit. Iodoch. in pract. crimina. cap. 129. rubr. de concuss. num. 4. Grammat. consil. 51. numero 15. in fine. Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. versic. Quòd si simulatio præsidis iussu.

45 AMPLIA III. vt concussionis crimen incurrat nō solum præses, seu iudex, aut alter officialis, qui metum concutiendo pecuniam extorquet, sed etiam alter inferior officialis d. præsidis, qui ipsius præsidis simulato iussu metum incutit, & pecuniam extorquet, tex in l. 1. ff. de concuss. & ibi glo. 1. ponit exemplum in nuncijs communis, qui simulantes se habere in mandatis à præside aliquem capiendi, cum tale mandatum non habeant faciunt sibi dari pecunias à capiendo, sequitur ibi Bart. in primis verbis. Paris de Put. de sindic. in verbo *iudex*, c. 7. num. 5. Iodoc. in pract. crim. c. 129. rubr. de concussionib. num. 5. vbi ponit exemplum in promotore fiscale, qui per metum à muliere pecuniam extorquet, minando, quòd nisi pecuniam dederit faciat ipsam citare pro adulterio. Decia. in tract. crim. lib. 8. cap. 35. sub num. 24. ad medium, vbi de notario, qui pecunia subornatus iussit aliquem citari (Adde tamen, vt puta ad informandum Curiam) sine iudicis concussione, quòd incidit in crimen concussionis, & præter ordinariam pœnam, potest etiam extra ordinem puniri ex allegatis ibi per eum.

46 AMPLIA IIII. vt concussio dicatur committi etiam à persona non habente officium, & sic a priuata persona, secundum glo. in l. 1. in verbo *ablatum*, in vers. Et quādoq; sine officio, & ibi Bat. in vers. vel etiam sine officio. ff. de concussionib. Cyrill. in summ. crim. rub. 33. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin. num. 3. post med. vers. & quandoque sine officio.

47 AMPLIA V. vt concussio committatur per officialem inferentem metum non solum facto, sed etiam verbis arbitrio iudicis, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 16. in fin. & per Gramma. cons. 51. nu. 14. & 15. vbi exemplificat hanc conclusionem. Decian. in tract. crim. lib 8. cap. 35. sub num. 24. vers. Quinimmo non solum facta.

48 AMPLIA VI. vt concussio dicatur ēt committi cū mendacio, quamuis expressè non inferatur metus, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 2. ponas exemplum in illo officiali, qui simulato sui Domini nomine à subditis extorquet pecunias, aut alias res, dicēs, quod debent pro eodem Domino deseruire, & tamen eas conuertit in proprios vsus, & num. 3. & 5.

49 AM-

49 AMPLIA VII. vt pęna concuſſionis teneatur etiam iudex,ſeu officialis, qui per extorſionem pecuniam extorquet,text.in l.quòd euitandi.C.de condit.ob turp.cauſ.vbi concuſſionis pœna ſtatuitur teneri Prætorem,qui indebitè vexando ad onera militiæ ſubeunda clericum, aut aliàs inhabilem pecuniam extorquet, & ibi glo.1.in verbo *competentem*,& in verbo *concuſſionis*.Turrecrem.in c.vendentes, nu.2 in princ.verſ.vel quando extorquet. 1.q.3. Anto. Rondinell.de ſindic.officialium,nu.60.vbi, quòd officialis faciens extorſionem ratione officij tenetur pœna falſi ad quadruplum, & pœna concuſſionis.

50 Extorſio enim propriè eſt, quando officialis indebitè aliquem vexando,pecuniam ab eo recipit;tunc enim propriè non dicitur barattaria,ſeu corruptio,quæ non cadit niſi à ſponte dante, ſed extorſio, vt benè videtur probari in l.quòd euitandi, & ibi glo. j. in verbo *competentem*, & in verbo *concuſſionis*, C. de condit.ob turp.cauſ. Et licèt extorſionis pœna ſit pœna concuſſionis, prout dixi ſupra nu. 49. verè tamen,& propriè non eſt concuſſio, quia concuſſio propriè dicitur vbi infertur metus, vt dixi ſupra num. 42. & 43. extorſio autem datur etiam, quòd iudex metum non inficiat dummodo, vt pecuniam extorqueat à ſubdito,illum indebitè inquietet;prout benè, ni fallor, declarat Iacob.Butrig.in d.l.quòd euitandi,in verſic.Dic ergo.vbi expreſsè dixit pro repetione pecuniæ extortæ non dari actio nè metus,non alia ratione,niſi quia metus nõ interuenit, ſed quòd immò dicatur concuſſio, quando iudex pecuniã extorqueat, aliquem indebitè vexando, eo quia per hanc indebitam vexationem non verbis, ſed facto dicatur inferri metus, apparet ex trad.per Parid.de Put.in tract.ſindic. in verbo *iudex*, c.7.ſub nu.2.7.& ſeq.& in propoſito vide

51 Ang.in l. ſi ab eo.ff. de calumniat. Vbi loquitur de iudicibus,qui ſubmittunt aliquem eorum amicum, vt loquatur cum accuſato,& operetur, vt pro abſolutione eidem iudici pecuniam tradat. Nam & hoc etiam caſu crediderim poſſe dici extorſionem, & extorſionis pœnam intrare.

52 AMPLIA VIII. vt pœna concuſſionis non tollatur præſcriptione, ſed huius criminis accuſatio perpetua eſt, ſecundum gloſ.in l.prima, in 1.verbo *ablatum*, & ibi Bart.in verſiculo, quæro quanto tempore.ff.de concuſſionibus.

53 LIMITA I. quia concuſſionis crimen non eſt publicum,huiuſque criminis accuſatio non poteſt proponi, niſi ab eo, qui concuſſionem paſſus eſt, tex.in l.ſecunda, in princ.ff.de concuſſion.vbi ad literam dicitur, *Concuſſionis iudicium publicum non eſt*, (præterquam in caſibus ibidem expreſſis) & ibi gl.in verbo *publicum*, & in verbo *iudicium*, vide tamen Menoch.de arbitrar. quæſtion. lib.2.caſ.342.

54 num.12.Vbi diſtinguendo dixit, quòd quando concuſſio committitur à priuato, tunc vtique eſt delictum priuatũ. Si verò committitur à Magiſtratu, & officiali; tunc eſt crimen publicum admixtum cum priuato. Decian. in tracta.crim.lib.8.cap.35. nu. 24. ad finem, verſic. Aduertendum tamen.

55 LIMITA II. Quia concuſſio non præſumitur, & propterea,qui allegat per metum ſoluiſſe pecuniam officiali,debet metum probare, quia ex ſola dignitate, ſeu ex ſolo officio,ſeu ſuperioritate metus non præſumitur,ſecundum Parid.de Put. in tracta. ſindic. in verbo *iudex*, cap.7. num.8.in fin.& ſeq.vbi amplius, quòd metus illatus per officialem Poteſtatis non præſumitur illatus de ordine, & conſcientia ipſius Poteſtatis,& faciunt pro hac concluſione generaliter dicta de præſumptione officialis infra num. 261.Et faciunt etiam,quæ dixi in 1.part.tit.de inquiſit.q.5. num.16.

56 Contrarium,quòd immò officialis habeat præſumptionem contra ſe, ſi concuſſerit, & quòd per terrorem pecuniam extorſerit,voluit Gramm.conſ.51.num.12 quem referendo ſequitur Decian. in tractat. crimin.lib.8.c.35.ſub num.24. verſ.officialis autem, & faciunt, quæ dicam in-

57 fra,num.263.Idem Decian.d.lib.8.cap.38.nu. 17. Vbi hanc Grammatici opinionem admittit concurrentibus alijs coniecturis, vel inditijs, aliàs ſecus.

58 In hac contrarietate crederem ſm veriorẽ opinionẽ poſſe ſic diſtingui, quòd, aut conſtat de receptione pecuniæ, aut non. Primò caſu procedat ſecunda contraria opinio, vt ſcilicet non præſumatur data ſponte, ſed per concuſſionem,& ſic præſumatur contra officialem, non quoad receptionem pecuniæ, ſed quoad concuſſionem. Secundò autem caſu ſecus. Qui enim dicit pecuniam dediſſe, & per cõcuſſionem debet probare ſaltem dationem pecunię ex his, quæ dicam infra,num.261.Alias ſequeretur abſurdum, quòd eſſet in poteſtate cuiuſcumque officiales calumniare, & dicere ſibi per concuſſionem extortam pecuniam. Quomodo enim ſi ipſi haberẽt præſumptionem contra ſe, poſſunt contrarium probare. Idcirco verius eſt ſic dicenti minimè credi,prout dicam infra,num.273.

ARGVMENTVM.

Iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens, An,& quando teneatur ad quadruplum: Et hæc quadrupli pœna an applicetur fiſco, vel parti.

SVMMARIVM.

Iudex, qui pecunia corruptus iniuſtitiam facit, tenetur ad reſtitutionem quadrupli eius,quod accepit, nu.59.& ſeq. Vbi idem vigore ſtatuti Vrbis.

Iudex,qui barattariam commiſit, tenetur quandoque ad duo quadrupla, prout eſt, quando pecuniam accepit ab vtraque parte,num.61.

Quadruplum, quod à iudice refunditur pro crimine barattariæ applicatur fiſco,nu.62. Declara,vt num 63.& ſeqq.

Quadrupli, quod à iudice refunditur propter cõmiſſam barattariam pars vna applicatur fiſco. Alia autem medietas applicatur parti læſæ,quando ex parte dantis non adſit turpitudo, nu.63. Pars autem læſa iſto caſu erit illa, quæ iudici pecuniam dedit, ſed non turpiter,nu.64. Si verò turpiter dedit, dicetur pars læſa, & illi applicabitur quadruplum, in cuius iniuriam pecunia accepta fuit,nu.65. Quamuis quòd eadem pars poſſit repetere totum quadruplum,faciant ſcripta,nu.66.

Actio ad quadruplum contra iudicem,qui barattariam cõmiſit competit infra annum, poſt annum verò non tenetur iudex, niſi ad ſimplum,nu.67.& an in quadruplo ſit computanda pecunia data iudici, num.68.

Quadrupli pœna hodie in iudice barattariam committente non habet locum,quia is iudex ſi cauſa fuerit ciuilis, & pecuniaria dati triplum promiſſi,duplum refundit. Si verò cauſa fuerit criminalis non duplum, aut triplum,ſed etiam amittit bona,nu.69.& ſeq.vbi de materia.

QVÆST. CXI. ART. IIII.

DIXI ſupra articulo ij.num.36. & ſeq.quòd iudex, qui pecunia corruptus iniuſtitiam facit, non ſolum criminaliter punitur,ſed etiam ciuiliter tenetur ad damna, expenſas, & intereſſe damnum paſſo reficienda nec non ad litis æſtimationem,Succedit modo, vt diſcutiamus de alia ciuili pœna, ad quam idem iudex condemnari etiam poteſt nempè ad quadruplum eius, quòd recepit, de hac igitur quadrupli pęna verba facturi.

59 REGVLA ſit affirmatiua,quòd iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens,tenetur ad reſtitutionem quadrupli eius,quod accepit,tex.in l.1.in fine, ibi, *In quadruplum exoluat inuitus*. C.ad l.Iul.repetundat.& ibi Bal.in ſummario in vltimis verbis,& Salyc.num.2.& Ang in verſic.iactura autem iudicis, gloſ.in l.vnuſquiſque in verbo *repetiturus*.C.eodem,& in l.fin.ad fin.ibi. *Quadrupli pœna,&c.* C. eod.tit.& ibi Salyc.poſt princ. Bonif.de Vital.in rubr.ad l. Iul.repetund.num.6. in fine verſ.& ſic patet, & in titu.de crimin.concuſſion.num. 4. Paris de Put.de ſindic.in verbo Barattaria, nu.1.& in verbo *corruptio*, cap. 3.num.2.& 5.ad med.verſ.Vbi quis. Anto.Rondinell.de ſindic.officialium,

lium,nu. 53. vers. item tenetur ad quadruplum, & nu.63. vers.itē punitur ad quadruplum eius. Io. Berber. in pract. par.1.rubr.13. de l.Iul. repetundar.nu.3. Iodoch. in pract. crim.c.129 rubr.de concuss.nu.4. & cap.130. rubr.de corrupt.post num.3.& 5.Gram.conti.35.nu.11.vers. nec obstaret,& num.12.Boss.in titu.de offic.corrupto, post num.7. vers.Alium vero habes,& in vers. Quid concludendum Clar.in pract.§.fi.q.73.nu.2.vers.iudex committens Barattatiam ante med.Vbi etiam, quòd & in hoc omnes cōcordant ex Boss.in loco præcitato.Decian.in tract.crim.lib.8. cap.39.num. 20.

60 Concordat Vrbis statutum lib.2.c.60. & vide constitut. Marc.lib.2.c.4. Vbi quòd si pecunia à iudice recepta non excedat viginti solidos denariorum voluit ipsum teneri qualibet vice ad decem libras denariorum,si vero excesserit solidos viginti voluit pro qualibet libra valoris illius rei teneri ad pœnam decem librarum.

61 AMPLIA I. Propositam regulam, vt quandoque detur casus, vt iudex qui Barattatiam committit teneatur ad duo quadrupla,prout est quando accepit ab vtraq; parte secundum Amad. de sind. nu.170. & faciunt scripta per Parid.de Put.de sindic.in verbo *corruptio*,capit.1. nume. 6. Vbi post Bal.quem allegat,dixit posse in vna, & eadem persona concurrere plures Barattarias,adde etiam, quæ dicam infra,num.286.Decian.in tract. crimin.lib.8. capitu. 39.nume.22.

62 AMPLIA II. Quia quadruplum,quòd refundit iudex ex l.Iul.repetund.dum accepta pecunia iniustitiam fecit,totum fisco applicatur, quando turpiter pecunia etiam ex parte dantis data fuit,secundum glo.in l.2. in versicu.& hoc quadruplum. ff. ad l.Iul.repetund.glo.in l.1. in verbo *in quadruplum*, vers.nisi turpiter dedit.C.eo. & ibi Salycet. num.6.& Ang.ante med.in vers.in glo. quæ incipit, Paris de Put.de sindic.in verbo *corruptio*,c.3.nu.2.Io.Berber.in pract.par.1.rubr.13.de l.Iul. repetund. vers.& hoc quadruplum.Iodoch.in pract.crim.c.130.post nu.3.& 7.Boss.in titu.de official.corrupto, post nu.7. vers. Alium vero habes. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.39. nu. 22.

63 LIMITA hanc II. Ampliationem,quia quadruplū, quod soluit iudex pecunia corruptus, licet regulariter fisco applicetur, hoc tamen intelligitur, quando etiam ex parte dantis adest turpitudo,si vero ex parte dantis, non adest turpitudo,tunc istud quadruplum medium datur fisco,& medium parti læsæ,sic enim declarare videtur glo. in l.1.in verbo *quadruplum*, C. ad l. Iul. repetundar. & ibi Salyc.num.6.Bonif.de Vitalin.in rubr.ad l.Iul.repetundar. nu.4.vers.cuius dimidio.Ioan.Berber.in pract par.1.rubr. 13.d.l.Iul.repetund.nu.3.in fine vers.si vero ex parte recipientis.Boss.in tit.de offic.corrupto,post nu.7. vers. Alium tex.habes.Clar.in pract.§.fin.q.73.nu.2. ad med.Decian.in tract.crim.lib.8.cap.39.nu 22.

64 Pars autem læsa,cui quadrupli medietas applicatur, erit illa,quæ dedit pecuniam iudici,sed non turpiter, prout declarat.Ang.in l.1.ad med. vers.ad hanc pœnam infligendā, C.ad l.Iul.repet.

65 Si autem & ipsa pars turpiter dedit,tunc non danti,sed alteri parti in cuius iniuriam pecunia accepta fuit fieri debet applicatio,secundum Turrecrem. in c.non licet, post nu.2.11.q.3.sic & pecuniam datam à corrumpente applicari parti,in cuius præiudicium data erat,est tex.expressus,in l.3.§.illud erit notandum,vers.sed ei dabitur, ff. de calumniat.gl.in l.in heredem in verbo *extorquebitur*, ff.eod. Bart. in d.§.illud in summ.& ibi etiam Alber.nu.3.Angel.etiam in summ.Odofr.pariter in summ.

66 Quamuis, quòd imò eadem pars possit repetere totum quadruplum videatur de mente glo. (quæ tamen loquitur per verbum fortè,) in l.vnusquisque.C.ad l. Iul. repetundar.& ibi etiam Salyc.num.2. in 2.opposit.Amad. de sindic.post num.140. Vbi quòd in ciuili causa pœna applicatur parti læsæ,contra quam fuit iudicatum. Paris de Put.de sindic.in verbo *Barattaria*,num.3. Vbi quòd istud quadruplum restituitur illi,qui pecuniam dedit, & in verbo *corruptio*,cap.3.num.2.vers.& licet dicatur, ibi. *Et aliquando parti debetur,&c.* Nec dissentire videtur Menoch. de arbitr.q.lib.2.cas.342.nu.15. Vbi intelligendo tex.in l. 1.C.ad l.Iul.repetundar. vt loquatur in illo administratore prouinciæ,qui vt dixit tex.habitatores diripuit,& nudauit,probat,quòd quadruplum ex dicto administratore soluendum applicari debet non fisco, sed ipsis habitatoribus direptis,& nudatis.

67 LIMITA I. Propositam regulam, vt actio ad quadruplum competat infra annum,post annum vero non teneatur iudex,nisi ad simplum,secundum glo.in l.2.in vers. & forte intra annum, ff.ad l.Iul.repet.& ibi Bart.nu.2.vers. sed quæro,sic & eodem modo contra accipientē pecuniā, vt aliquid per calumniam faceret, vel non faceret dari infra annum actionem ex edicto de calumniatoribus ad quadruplum, & post annum ad simplum probat ad literā text. & ibi glos.& communiter Doctor.omnes in l.1. ff.de calūniat.& in l.annus,ff.eod. Vbi an iste annus,sit vtilis, & currat à die scientiæ,an vero secus. Decian.in tract. crim.lib. 8.c.37.num.22.

68 An autem in quadruplo isto insit simplum, & sic an in eo computanda sit pecunia data ob corruptionem, an vero illa vltra quadruplum repetatur, vide glo.in l.in hæredē §.sed etiam in verbo *vtrum tollatur*, vers. Item nunquid totum,ff.de calumniat.& ibi Bart.& omnes Doct. Amad.de sind.nu.170.in princ.vers. & in dubio.

69 LIMITA II. Vt hæc pœna quadrupli hodie non habeat locum ex Auth.nouo iure,C.de pœn.iudic.qui mal.iudic.secundum,quam iudex corruptus si causa ciuilis,& pecuniaria sit, dati triplum promissi duplum refundit(si vero criminalis,non duplum,aut triplum,sed omnia amittit bona,vt expressè ibi cauetur,in §.1.& sequen.& dixi etiam supra,num.34.) gloss.in c.1.§.si quis autem iudex,& in verbo *condemnandus*, de sentent.& re iudic.in 6.& ibi etiam Archid.colum.4.in princip.in verbo *litis*, Ioan.And. in capit.cum ab omni,num.4.de vit.& honest.Clericor. & ibi etiam Imol.nu.5.vers. Quæ autem sit pœna.Amad.de sindic.nu.121.vers.sed si in causa ciuili,& nu.165.versi. quæ autem sit pœna. Anton. Rondinell. de sindic.officialium, num.57.in fine,Cyrill.in summ.crim. rubr.33. de pœn.iudic.malè iudican.§.fi.nu. 3.ad finem. vers.ab eo tamen car. 178.Gramm.vot.25. nu.7.Franc.Marc.decis.686.nume.9. par.1.Boss.in tit.de offic.corrupt.post nu.7.Menoch. de arbitr.q.lib.2.cas.342.nu.14.& 15.Vbi bene explicat, an per hanc Authenticam nouo iure, sit sublata pœna quadrupli de quā in l.1.C.ad l.Iul. repetundar. & de qua dixi supra,
70 num.59. Dicitque quod dispositio Auth.nouo iure, propriè procedit in nostra materia, videlicet in iudice iudicante per sordes.Dispositio autem d.l.1.procedit in eo prouinciæ administratore,qui habitatores diripuit, & nudauit, prout propriè loquitur,text.ille, & sic videtur concludere, quòd vna lex non tollit aliam, sed vtraque locum habet secundum casuum diuersitatem.Decian.in tract.crim. lib.8. cap.39.num.15.

ARGVMENTVM.

De iure canonico quæ pœna sit iudicis, qui pecunia corruptus iniustitiam facit.

SVMMARIVM.

Iudex ecclesiasticus,qui pretio,aut alias per sordes iniustam tulit sententiam,suspendetur ab exequutione officij per annum,nu.71.

Iudex ecclesiasticus suspensus eo,quia per sordes iniustitiam facit,irregularis efficitur, si suspensione pendente immiscuerit se in diuinis, nu 72.

Episcopus non potest remittere infra annum pœnam suspensionis, quā incurrit iudex ecclesiasticus iudicando per sordes,nu.73.

Iudex ecclesiasticus iniuste,per sordes iudicans vltra suspensionem per annum punitur,etiam ad pœnam extraordinariam, nu.74.

Iudex, qui per sordes malè iudicat, non suspenditur à beneficio, sed tantum

tantum ab ordinibus, num. 75. licet alij contra, num. 76.

Iudex ecclesiasticus per sordes malè iudicans, non suspenditur ab officio, sed tantum ab ordinibus, nu. 77.

Iudex secularis malè per sordes iudicans, non patitur pœnam suspensionis à iure Canonico inflictam, nu. 78.

Pœna suspensionis à diuinis ad hoc, vt habeat locum in iudice malè, & per sordes iudicante plura requiruntur, de quibus in nu. 79.

QVÆST. XCI. ARTIC. V.

71 REGVLA sit, quòd de iure canonico iudex ecclesiasticus, qui prætio, aut alias per sordes iniustam tulerit sententiam suspenditur ab exequutione officij per annum tex. expressus in c. 1. §. si quis autem iudex ecclesiasticus, ibi, *ab exequutione officij per annum nouerit se suspensum*, de sent. & re iudic. in 6 & ibi Dominic. in 5. notab. & gloss. in verbo cum æterni. Hostiens. ante num. 1. vers. Quod si grauamen. Vbi quòd hæc pœna incurritur ipso iure. Ioan. Berber. in pract. par. 1. rubr. 13. d. l. Iul. repetund. num. 5. vers de iure autem canonico, & rubr. 37. de concussionib. nu. 6. Franc. Marc. decis. 686. num. 1. par. 1. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 39. num. 17.

72 AMPLIA I. Quia iudex ecclesiasticus, qui à iure suspensus remanet à diuinis per annum, vt in c. 1. §. si quis autem iudex de sent. & re iud. in 6. si anno suspensionis durante in diuinis se ingesserit, & irregularis efficitur in d. c. 1. §. sciturus. Vbi amplius statuitur, quòd ab ista irregularitate non potest liberari, nisi à summo Pontifice, & ibi Dominic. in figurat. casus in fine in vers. & si pendente, & in 5. notab. & gl. in verbo *cum æterni*, & in verbo *irregularitatis*, & seqq. glossis. Hostiens. ante nume. 1. vers. sciant etiam, & num. 16. per totum. Vbi de materia, de qua etiam ibi per Archid. nu. 3. in fine in verbo *damnabiliter*, & nu. 4. in verbo *ingesserit*, & in verbo *irregularitatem*, & in verbo *Pontificem*, Ioan. Monac. nu. 14. in fine, & seqq. Gemin. in §. sciturus, nu. 1. & omnibus seqq. Vbi latè, & ibi ēt Franch. pariter, nu. 1. & omnibus seqq.

73 AMPLIA II. Quia Episcopus nō potest remittere infra annum pœnam suspensionis, quam incurrit iudex ecclesiasticus iudicando, per sordes, secundū Io. Andr. in c. 1. nu. 3. in verbo *per annum*, de sent. & re iud. in 6. & ibi etiam Gemin. nu. 10. & 11. in §. si quis, & ibi Franch. nu. 6.

74 AMPLIA III. Quia iudex ecclesiasticus pretio, seu alias per sordes iniustam sententiam ferens punitur de iure canonico, non solum pœna suspensionis officij, per annum, de qua in c. 1. de re iudi. in 2. sed etiam sustinebit aliquam aliam pęnam extraordinariam, quia damnabitur in quantum bonum, & ęquum iudicanti videbitur, sic enim per tex. in l. fin. ff. de var. & extraordin. cognitionib. & instit. de obligat. quæ ex malef. nascunt. in princip. voluit Hostiens. in d. capit. 1. num. 17. versicu. est & quinta, sed certè, prout dicam infra de iudice per imperitiam iudicante pœna illa de qua in d. l. fin. ff. de var. & extraordinar. cognit. & in d. §. 1. institut. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun. non est pœna criminalis, sed ciuilis ad interesse, ad quod is iudex non tenetur in totum, sed in quantum religioni iudicantis videbitur.

75 LIMITA I. Quia suspensio officij per annū de qua in cap. 1. de re iud. in 6. non extenditur ad beneficium, sed tantum intelligitur de ordinibus, & diuinis secundum gloss. (quæ tamen ponit pro, & contra) in d. cap. 1. in verbo *officij*, & apertius voluit glo. ibidem in verbo *diuinis*, & Hostien. num. 14. Archid. colum. 3. ad med. in verbo *officij*. Ioann. Monach. num. 11. & 14. in verbo *diuinis*. Gemin. in §. si quis, num. 8. vers. quæro de qua suspensione, & num. 9. ex quibus iure dici potest. Ita communiter teneri per Doctor. in d. l. 1.

76 Quamuis contrarium, quòd immo suspensio debeat etiam esse à beneficio, defendat. Ioā. Berber. in pract. par. 1. rubr. 13. de l. Iul. repetūd. nu. 5. & 6. ea motus ratione, quia alias esset nimis leuis pœna suspēdere hominem beneficiatum ab officio dumtaxat, quia per hoc non desineret epulari, ventrem saturare, libidini inseruire, & quod peius esset, non seruiens altari, propter suspensionem officij de altari viueret, & vt ipse inquit, multi reperiuntur, qui ne suspenderetur ab officio, non darent vnum obolum, cum, & multi seipsos suspendant, non vacantes exercitio diuini officij.

77 LIMITA II. Quia nec etiam talis suspensio trahitur ad effectum iudicandi, prout dixi supra, nu. 29.

78 LIMITA III. Quia pœna iuris canonici prædicta videlicet suspensionis officij ordinis per annum de qua in cap. 1. de re iudic. in 6. non trahitur ad iudices sæculares, quibus talis pœna applicari non potest cum officio ordinis careant, secundum Host. in d. c. 1. num. 5. in fine in verbo *ecclesiastici*, Archid. post num. 1. in verbo *ecclesiastici*, Ioan. Andr. nu. 9. vers. in glo. sæculares. Gemin. nu. 8. in vers. glossa super verbo *ecclesiastici*.

79 LIMITA IIII. Quia adhoc, vt hæc canonica pœna suspensionis à diuinis, per annum locum habeat, sex requiruntur, de quibus per Dominic in capit. 1. post figurat. casus in 6. notab. vers. nota sex requisita de senten. & re iudica. in 6. & ibi etiam Archid. colum. 3. in verbo *sordes*, & dicunt quidem Ioan. Andr. num. 10. vers. in glos. hoc est. Gemin. in §. si quis, nu. 4. & seqq. & num. 13. & ibi etiam Franch. num. 5.

ARGVMENTVM.

An pœnæ à legibus impositæ iudici Barattariam cōmittenti insimul confundantur, vt vnaque per aliam tollatur, an vero omnes imponi possint, vel earum aliqua, iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

POEna vna iuris ciuilis imposita iudici iniustitiam facienti, per pecuniam non tollit aliam, sed omnes cumulatiuè imponuntur, num. 80. contra num. 81. concorda, vt nume. 82.

Pœna de qua in Auth. nouo iure, C. de pœna iudicum, qui malè iudic. non tollit alias antiquas pœnas à iure communi impositas iudicibus malè iudicantibus, nu. 83. contra, nu. 84.

Pœna falsi imposita iudicibus, qui pecunia corrupti iniustitiam faciūt venit cumulatiuè, cum alijs pœnis eisdem iudicibus à iure impositis, nu. 85. contra, nu. 86.

Pœna, quæ venit ex edicto de calumniatoribus imposita iudici, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, non tollitur per alias pœnas eidem iudici à iure inflictas, sed cumulatiuè venit cum illis, nu. 87.

Pœna quadrupli imposita iudici Barattariam committenti non confunditur, cum alia pœna criminali extraordinaria, sed ambæ cumulatiuè imponi possint, num. 88.

Pœna concussionis imposita iudici Barattariam committenti, non confunditur, cum alijs pœnis ipsi iudici à iure impositis. sed cum illis venit cumulatiuè, nu. 89.

Pœna priuationis officij imposita iudici Barattariam committenti venit cumulatiuè, cum alijs pœnis dicto iudici à iure compositis, nume 90.

Pœna repetundar. & arbitraria non censetur sublata per alias pœnas à iure impositas iudicibus Barattariam committentibus, nume. 91.

Pœna infamiæ venit in consequentiam, & cumulatiuè, cum alijs pœnis impositis à iure iudici Barattario, nu. 92.

Pœna canonica suspensionis imposita iudici ecclesiastico per sordes iudicanti non tollit alias pœnas, tam legales, quam canonicas, nu. 93. Declara, vt num. 94.

Pœna refectionis expensarum, & damnorum quam patitur iudex Barattariam committens venit cumulatiuè, cum alijs pœnis criminalibus, nu. 95. & 96. Vbi idem de pœna æstimationis litis.

Pœna statutaria imposita iudici committenti Barattariam tollit omnes alias pœnas legales, nu. 97.

QVÆST. CXI. ARTIC. VI.

80 REGVLA sit, ꝙ pęna vna iuris ciuilis imposita iudici, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, non tollit aliam secundum glo. quæ hác opinionem Curialistarum approbare videtur in c. 1. in fine in verbo *pœna multiplici*, de sent. & re iudic. in 6. & ibi Host. num. 17. in fine in verbo *pœna multiplici*, Ioan. Andr. nu. 8. in verbo *constitutionibus*, Bal. in l. si quis ab alio, ff. de calumniatorib. Vbi in proposito, quòd pœna vnius legis, non tollit aliam, nisi in posteriori lege adsit clausula derogatoria ad aliam. Quòd & idē ibidem dixit Ang. num. 1. vers. nota bene Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 39. nu. 18. Vbi quòd omnes pœnæ stant cumulatiue, vnaque pœna censetur alteri addita, & propterea iudex poterit, aut vnam quam maluerit infligere, aut omnes eius arbitrio imponere.

81 Contra quod vna pœna tollat aliam ex quo veniunt ex eodem facto voluit Alber. in l. 1. §. hoc aūt iudicium vers. in criminalibus dic, ff. de calumniat. vbi dixit generaliter per vnam criminalem actionem tolli aliam, qñ ambæ veniunt ex eodem facto, & causa; secus si ex diuersa, & idem ibi affirmauit Bal. nu. 3. ad med. vers. in eadem glo. Odofr. col. 3. in princ. vers. sed si accusatur, &c. *ibi quòd si quis accusatur.* l. Iul. repetund. non pōt accusari crimine falsi, vel cōcussionis qm ex eodem fonte descendunt, & sunt actiones æquè ad vindictam proditæ, & magis claræ. Paul. de Castr. nu. 6. Vbi in proposito, ꝙ punitus vna pœna criminaliter non potest puniri alia criminali pœna, quia de vno delicto non potest quis diuersis legibus, & diuersis pœnis puniri. Cyril. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iud. malè iudic. §. fi. num. 3. post med. vers. harum tamen pœnarum iudex vnam eligere, & illam quidem maiorem.

82 In hac contrarietate vide Boss. in tit. de offic. corrupto. post nu. 7. vers. quid concludendum, & nu. 8. 9. & 10. Vbi post longam disputationem concludere videtur, ꝙ vna pęna non tollit aliam origini, sed exequutioni non enim omnes pœnæ imponi possunt, sed vna tantum ad arbitrium, & electionem iudicis, & ita dicit apparere ex mente communiter Doctorū, & cum hac distinctione videtur etiam consentire. Gram. vbi supra alleg. d. cons. 35. num. 12.

83 AMPLIA I. Vt pœna de qua in Auth. sed nouo iure, C. de pœn. iud. qui malè iudic. non videtur tollere alias pęnas à iure cōīmpositas ita vš de mente. Cyn. in eadem Auth. nouo iure in princ. Vbi notat illam Authen. venire, *vt addat*, alijs legibus. Nec dissentit ibidem. Odofr. pariter in prin. Boss. in tit. de offic. corrupt. post nu. 7. vers. quid cōcludendum. Vbi aliorum opinionib. relatis, & hinc inde discusso articulo in hac vš residere opinione, ꝙ per Authēticam, sed nouo iure non censeantur sublatæ aliæ pœnæ iuris ciuilis, C. licet vt dixi supra, nu. 80. non oēs possunt imponi pœnæ, sed vna tm̄, & particulariter, ꝙ per Auth. sed nouo iure, non censeatur sublata pœna repetund. & sic arbitr. concludit Menoc. post longam disputationem de arbitr. q. lib. 2. cas. 342 nu. 7. & seqq. vsque & post num. 17.

84 Contra quod per istam pęnam, de qua in d. Auth. nouo iure sint sublatæ aliæ antiquiores pœnæ voluit. Amad. de sindic. 165. vers. de iure antiquo iuncto vers. sed hodie.

85 AMPLIA II. Idem in pęna falsi, quæ non censetur sublata per alias pœnas, sed venit cumulatiuè, cum alijs pœnis, prout videtur de mente Iacob. Butrig. in l. fin. in vers. Item oppono, quòd puniatur, C. de pęn. iudi. qui malè iudicauit.

86 Cuius contrarium voluisse videtur glo. in l. 1. §. hoc autem iudicem in verbo *crimina*, ad finē vers. sed an vnica, ff. de calumn. Vbi dixit quòd pœna repetund. & de falsis inuicem tolluntur, & sic vbi vna habet locum, altera cessat. Quod & idem ibidem voluit. Odofr. colum. 3. versic. sed si accusatur, & cum hac contraria opinione consentit. Menoc. de arbitr. quæst. libro 2. cas. 342. num. 8. & seq. Vbi dixit quòd licet iudex corruptus teneatur crimine repetundarum, & crimine falsi non tamen tenetur, nisi vnica pœna videlicet arbitraria quia etiam pœna falsi arbitraria est, vt ibi per eum, & credo verum dicat. Decian. in tract. crimin. libro 8 cap. 34. numero 11. in fine. Vbi pariter dixit, quòd pœna repetundarum, & pœna falsi inuicem tolluntur.

87 AMPLIA III. In pœna quæ venit ex edicto de calumniatorib. quæ non tollitur per alias pœnas secundum glo. in l. 1. §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*, ad finem, vers. sed an vna via, ff de calumniat. & in l. in hæredē, §. sed etiam in verbo *vtrum tollatur*. ff. eo. Alber. in d. §. hoc autem iudicium, versic. Item quærit, glos. & ibi etiam Bal. nu. 3. ad med. vers. In eadem gl. Odofred. col. 2. in fine versic. Signori caueatis vobis, & Pau. de Castr. sub num. 5. vers. item si fuerit.

88 Sic, & pœna quadrupli non confunditur cum alia pœna corporali, seu extraordinaria, secundum Saly. in l. 1. nu. 5. in fine in 4. opposit. C. ad l. Iul. repetund. Vbi propterea, quòd hæc pœna non confunditur cum pœna legis antepenultimæ. §. fin. ff. eod. Gramm. cons. 35. num. 11. vers. nec obstaret, & nu. 12. in prin. Boss. in tit. de offic. corrupt. nu. 10. ante med. vers. & in quadruplo.

89 AMPLIA IIII. In pœna concussionis, quæ pariter non confunditur cum alia pœna, quando re vera concussio interuenit, secundum Boss. in titu. de offic. corrupt. numero 7. in fine, vide tamen Menoc. de arbitr. quæstio. libro 2. cas. 342. numero 10. & sequen. vbi concludit, quòd quamuis isto casu iudex teneatur crimine repetundarum, & concussionis, prout dixi supra numero, 41. non tamen poterunt diuersæ pœnæ imponi, sed vnica tantum, videlicet arbitraria, quia vt dixi supra, numero 16. & 39. tam pœna repetundarum, quam concussionis arbitraria est.

90 AMPLIA V. In pœna priuationis officij, quæ nec etiam confunditur cum alijs pœnis, quia semper venit in consequentiam, vt per Boss. in titu. de offic. corrupto. nu. 7. in princ. vers. si vero delinquit in causa criminali, & nu. 10. vers. & in priuatione officij. Vbi quòd in hoc omnes concordant, & idem voluit Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 2. cas. 342. num. 13. ad med. versic. quemadmodum, & illa.

91 AMPLIA VI. In pœna repetundarum, quæ vti dixi supra, num. 16. est arbitraria non censetur sublata per alias pœnas à iure impositas iudicibus pretio corruptis malè iudicantibus, in omni enim casu, & secundum omnes leges pœnas prædictas imponentes pœna est arbitraria, secundum qualitatem causæ, & secundum qualitatem sententiæ etiam vsque ad mortem inclusiuè (prout dixi supra pariter num. 16.) sic enim ni fallor, latè probauit Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. cas. 342. num. 7. in princ. & seqq. vsque & post num. 17.

92 AMPLIA VII. In pœna infamiæ, quæ nec etiam confunditur cum alia pœna criminali, quæ imponitur iudici pecunia corrupto, & malè iudicanti, quia illa non est pœna principalis delicti, sed in consequentiam secundum Menoch. de arbitr. q. lib. 2. cas. 342. num. 13.

93 AMPLIA VIII. In pœna suspensionis per annum de qua in cap. 1. de re iudic. in 6. quæ non tollit alias pœnas tam legales, quam canonicas huiusmodi iudicibus pretio, aut alias per sordes malè iudicantibus inflictas, prout ad litteram dicit text. in d. cap. 1. in fine, ibi. *Saluis alijs constitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerunt, & infligant; dignum est enim, vt qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur*, & ibi Dominic. in figuratione casus in princ. in versic. Nam vltra pœnas legales, & in 3. notab. & glo. in fine illius tex. in verbo *infligunt*, & in verbo *pœna multiplici*. Vbi ex hoc dicit approbatam opinionem Doctorum legum dicentium, quòd in hac materia omnes pœnæ à legibus impositis locum habent (de quo generaliter dixi supra, num. 80.) & ibi etiam Host. ante num. 1. versic. Nec per hoc intendit, & num. 17. in verbo *infligunt*. Archid. in fine, num. 6. in verbo *tot*. & in verbo *multiplici*. Ioan. Andr. num. 8. in verbo *constitutionibus*. Gemin. in §. si quis, num. 13. in fine Turrecrem. in c. non licet, num. 2. ibi venit multipliciter puniendus, 11. quæst. 3.

94 De-

94 Declara, vt non tollat origini, secus quoad exequutionem quia non nisi vna pœna imponi potest, prout dixi supra, num 82. & expressè declarat. Boss. in tit. de offic. corrupto. num. 10.

95 AMPLIA IX. In pœna refectionis expensarum, & damnorum, quæ etiam venit cumulatiuè cum alijs pœnis criminalibus, secundum Iacob. Butrig. in l. fin. ante med. vers. At hic loquitur de ciuili. C. de pœn. iud. qui malè iudicauit. Alber. in l. 1. §. hoc autem iudici. num. 3. ff. de calumn. Vbi generaliter, quòd ciuilis actio, non tollit criminalem, & idem ibi dixit Bald. nu. 3. ad med. vers. in eadem glos. & Paul de Castr. nu. 5. vers. item si fuerit.

96 AMPLIA X. In æstimatione litis, quæ etiam venit cumulatiuè ad alias pœnas criminales, secundum Butrig. in l. final. vers. item oppono. C. de pœn. iud qui malè iudica. & est de mente text. in d. c. 1. §. si quis autem iudex in verbo *nihilominus*, de sentent. & re iudic. in 6. & ibi notat Dominic. in figuratione casus, vers. Nam vltra pœnas legales, & ibi Archid. nu. 3. ad finem, col. 4. in verbo *nihilominus*, Ioan. And. nu. 3. eod. verbo *nihilominus*.

97 LIMITA HVIVS VI. articuli propositam regulam in pœna statutaria, quæ tollit in hac materia oẽs pœnas iuris cõmunis, secundum Gram. cons. 35. n. 56. Vbi φ ita alias fuit disputatum, & conclusum Ianuæ, & totus mũdus ita obseruat, licet in contrariũ faciant aliqua deducta per eundem Gram. ibidem supra, num. 12. vers. Præterea, & nu. 14. & hæc opinio Gram. rationabilior, & verior videtur quamuis non placuerit Menoc. de arbit. q. lib. 2. cas. 342. nu. 18. & hinc inferri põt, φ stante vrbis Statuto lib. 2. c. 60. officialis. Cur. Capitolij, qui se corrumpi permisit, non nisi in quadruplum, & officij priuatione puniri possit.

ARGVMENTVM.

De pœnis corrumpentis iudicem.

SVMMARIVM.



Corrumpens iudicem tenetur eadem pœna, qua tenetur iudex corruptus, num. 98.

Corrumpens iudicem tenetur pœnã falsi, & relegatur, num. 99.

Corrumpens iudicem punitur in quacumque causa, siue priuata, siue publica, & siue fiscalis sit, num 100.

Arbitrum corrumpens pecunia, vel ambitione tenetur de dolo, num. 101.

Corrumpens iudicem non pecunia, sed prece, aut alio modo punitur pœna centum aureorum, num. 102.

Tentans corrumpere iudicem, qui non permisit se corrumpi adhuc puniendus est; num. 103. & seq. Vbi etiam quid vigore bannimentorum generalium, status ecclesiastici, & Vrbis.

Iudici dans pecuniam nulla expressa causa, punitur vt corruptor, num. 105.

Corrumpens iudicem tenetur actione de dolo ad expensas, quas aduersarius fecit, nu. 106.

Corrumpens iudicem non repetit pecuniam, quam iudici dedit, quia turpiter dedit, num. 107.

Iudici si quis pecuniam dedit simpliciter, non exprimendo causam præsumitur dedisse in turpem causam, ideo eam non repetit.

Iudici dans pecuniam, vt iustitiam faciat, vt cito expediat, aut pro redimenda vexatione, aut pro conseruatione sui iuris, non dicitur dedisse in turpem causam, ideo illam repetit, nume. 109. & seq. Vbi amplius, quòd tantundem repetit, sed an hac procedant de iure nouo authenticorum, vt scilicet licitum sit dari iudici pecuniam, vt iustè iudicet, & an pecunia data eodem iure repeti possit, num. 111. & seq.

Iudici si quis dedit pignus, vt ipsum corrumperet, poterit illud repetere rei vendicatione, num. 113.

Inquisitus capitaliter non prohibetur pro redemptione sanguinis sui corrumpere iudicem, num. 114. & seq. Vbi quòd hoc etiam licet extraneo.

Sanguinem suum redimere etiam corrumpendo iudicem licitum est, num. 114. & seq. Vbi ampliatur hæc conclusio.

Iudici dare pecuniam licet pro conseruatione iuris sui, vel pro redemptione indebitæ vexationis, num. 116.

Pecunia data iudici semper præsumitur data in turpem causam, & ideo qui contrarium dicit probare debet, num. 117.

Iudici pecuniam dare an liceat, vt iustam proferat sententiam, nu. 118. & seqq.

Iudici pecunia data publice, & palam non inducit corruptelam, num. 119.

Iudici dans pecuniam, vt cito causam expediat non punitur, nu. 123.

QVÆST. CXI. ART. VII.

98 EGVLA sit, quòd corrumpens iudicem tenetur eadem pœna, qua tenetur iudex corruptus secundum glos. in l. 1. in princ. in verbo *non faceret*, ff. de calumniat. in qua lege, vt dixi supra num. 67. corruptus officialis, seu alius infra annum tenetur ad quadruplum, & post annum ad simplum, ergo sic ad istud quadruplum tenebitur corrumpens, vt ibi per glos. quam etiam sequitur ibi Bart. in vers. quæro quid de eo. Alber. num. 1. vers. quęrit glos. Bald. post num. 3. vers. in glos. eum facere, vbi dixit generaliter, quòd pœnæ statutæ contra aliquid accipientes, per barattariam videntur etiam institutæ contra dantes. Odofr. num. 2. vers. sed denuo quæro. Bonif. de Vital. in rub. ad l. Iul. repetundar. num. 2. Vbi quòd qui dedit pecuniam corrumpendo oficialem tenetur ad quadruplum. Amad. de sind. num. 169. & aduerte, vbi quòd pœna imposita à statuto iudici aliquid recipienti per barattariam censetur etiam imposita danti. Quamuis expressè non dicatur sequitur Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, c. 1. num 6. Gram. cons. 34. nu. 14. & 16. Vbi reddit rationem, quia corrumpens & corruptus sunt correlatiua, & dispositum in vno censetur dispositum in alio etiam respectu pœnæ, & num. 15. Vbi quòd imò corrumpens debet maiori pœna puniri, quàm iudex corruptus secundum Iacob. de Beluis. in loco per eum relato ad quæ vide Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 343. num. 3. Vbi propterea, quòd sicut iudex corruptus tenetur pœna repetundarum, quæ arbitraria est, ita etiam & eadem pœna tenetur corrumpens iudicem, & num. 8. in fin. & seqq. vsque ad num. 16. bene declarat, an corrumpens iudicem delinquat plus, aut minus, vel æqualiter quã ipse corruptus iudex. Decian. in tract. crim. lib. 8. cas. 35. num. 37. & c. 39. num. 23. Vbi dixit, φ quamuis sit communis opinio, corrumpentem iudicem puniri eadem pœna, qua corruptus iudex; verius tamen est, φ quandoque punitur plus, & quandoque minus secundum qualitatẽ delicti, & personarum, & aliarum circunstantiarũ, & ita testatur notari per omnes Doctores in d. Auth. nouo iure, & per Io. Bapt. de Sancto Blasio in tract. de correlat. 24 & plura ad detestationem corrumpentis iudicem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ponuntur per Nauar. de dat. & promis. in quæst. notab. nu. 16. Et ita communiter Doctores, vt vides sequuntur glos. in d. l. 1. Quamuis ibi Paul. de Cast. num. 3. dixerit, quòd leges, per glo. allegatæ hoc non probant. Vide tamen vrbis statutum lib. 2. cap. 60. Vbi corrumpens officiales. Cur. capitolij data pecunia, non nisi in triplum eius, quòd datum est condemnari potest, & vide etiam constit. Marchiæ. lib. 2. cap. 4. Vbi non nisi pœnam pecuniariam imponere videtur iuxta quãtitatem pecuniæ datæ, & rursus vide bannimenta generalia status ecclesiastici edita de anno 1599. num. 61. Vbi imponit pœnam scutorum 200. & trium ictuũ funis publicæ, quòd & idem statuerunt bannimenta Vrbis edita de anno 1591. cap. 28.

99 AMPLIA I. Vt teneatur insuper iudicem corrumpens pœna falsi, & relegatur ad tempus secundum glo. in l. qui explicandi in verbo *non minus*, vers. item crimen falsi, C. de accusat. per text. quem allegat. in l. qui duobus, ff. de falsis & faciunt in simili, quæ de iudice corrupto dixi supra, num. 18. Gram. cons. 35. num. 13. & est melior text. in l. 1. §. 1. in fine vers. & qui iudicem, ff. de falsis, per quem tex. ita etiam dixit Menoch. de arbitr. q. cas. 343. num. 2. Vbi propte-

propterea infert, quòd cum pœna falsi sit arbitraria, ita etiam est arbitraria pœna corrumpentis iudicem.

100 AMPLIA II. Vt iudicem corrumpens puniatur in quacunque causa, siue publica, siue priuata, & siue fiscalis. tex. ad literam in l. 1 C. de pœn. iud. qui male iudicauit, & ibi Cyn. in sum. Odofr. post nu. 1 Bar. nu. 1. Bal. in summ. & Saly. nu. 1. vers. & nota, q̃ hæc lex, vide, quæ in simili de iudice corrupto dicam, nu. 165. vers. distingue.

101 AMPLIA III. Vt arbitrum corrumpens pecunia, vel ambitione teneatur de dolo secūdum Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 38. per tex. in l. ita demum, ff. de arbitris. An autem arbiter pecunia corruptus puniatur, & quomodo, dicam infra nu. 224.

102 AMPLIA IV. Vt corrumpens iudicem non pecunia, sed prece, aut alio modo, licet non amittat causam, vt dicam infra, num. 129. Punitur tamen pœna centum aureorum secundum Foller. in pract. crimin. in fragmen. nu. 179. in fine, per tex. in l. 1. in fin. & ibi glo. ff. ad l. Iul. de ambitu. Clar. in pract. §. fina. quæst. 73. num. 2. versic. iudex committens barattariam in fine.

103 AMPLIA V. vt tentans corrumpere iudicem, si iudex corruptionē non acceptauit adhuc videtur aliqua pœna puniendus, licet causam non amittat secundū Salyc. in l. 1. num. 5. vers. quæro hæc lex loquitur Bertachin. in repertorio, in verbo *corrumpens iudicem*, num. 18. vbi quòd corruptionis attentatio punitur sicut corruptio, & facit text. in l. 1. §. 1. in fine versic. & qui iudicem ibi *corrumpendumue curauerit*, ff. de falsis. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 343. num. 16, & seqq. vbi tamen, quòd ista tentatio debet esse ad aliquem actum proximum perducta, vt quia per tentantem non stetit quin corrumperet, veluti si pecuniam obtulit, & iudex recusauit. Quo enim ad ipsum offerentem corruptionis actus perfectus est, vt ibi per eū, & cum hac declaratione intelligenda sunt dicta per Caputaquen. decis. 214. num. 3. par. 3. Quem refert, & sequitur. Viu. decis. 113. num. 5. dum dicunt, quòd non dicitur, quis corrumpere iudicem ex solo conatu. Adde tu ex Menoch. in loco præcitato, & ex præallegatis, nisi conatus fuerit perductus ad actum proximum, vt puta, quia per corrumpere volentem fuerit facta oblatio, licet non acceptata. Decian. in tracta. crimin. lib. 8. cap. 40. nu. 10. vbi quòd pœnitentia etiam re integra non excusat dantem pecuniam, pro corruptione iudicis.

104 Concordant banoimenta generalia, status ecclesiastici edita de anno 1595. cap. 61. vbi tentanti corrumpere aliquem officialem iustitiæ, etiam quòd effectus non sequatur iniungit pœnam scutorum 200. & trium ictuum funis publice, & amplius, quòd detur fides officiali cuius corruptio tentata fuit concurrente aliqua alia verisimilitudine, seu præsumptione. Quòd & idem disponunt generalia Vrbis bannimenta edita de anno 1591. cap 28.

105 AMPLIA VI. quia dans iudici pecuniam simpliciter nulla expressa causa videtur puniendus, vt corruptor, per ea quæ dicam infra num. 116 vbi quòd in dubio pecunia præsumitur data potius ad malum, quam ad bonum, nisi contrarium probetur item faciunt tradita infra num. 131. vbi quòd isto casu dans pecuniam causam amittit, & dicam etiam infra num. 108. vbi quòd, nec etiam pecuniam repetit. Quippe iudice sic simpliciter accipiente, vt dicam pariter infra num. 162.

106 AMPLIA VII. vt amplius corrumpens iudicem teneatur actione de dolo ad impensas, quas eius aduersarius fecit in lite secundum glo. in l. 1. in verbo *amittat*, versic. datur etiam contra corrumpentem. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit, & ibi Cyn. num. 4. in fine, vers. ite plus.

107 AMPLIA VIII. vt pecunia, quam iudici corrupto dedit corrumpens, non repetitur, quia turpiter dedit secundum glo. in l. 2. versic. & hoc quadruplum, ff. ad l. Iul. repetundar. Odofred. in l. 1. num. 2. C. de pœn. iudic. qui male iudic. Bart. in Auth. nouo iure, num. 3. vers. vltimo quæro, C. eod. Iacob. Butrig. in l. fin. vers. item quæro, C. eod. Bellapert. ad fin. vers. sed nunquid repeteret Cyn. num. 2. & Salyc. n. 2. col. 2. vers. quærit glos. text. in l. 3. & ibi in glo. 1. ff. de condit. ob turp. cauf. cuius text. verba clara sunt hæc. *Vbi autem & dātis, & accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus veluti, si pecunia detur, vt malè iudicetur*, & ibi expresse notat Salyc. in summ. Odofred. in l. 1. col. 2. versic. sed vbi est turpitudo, & d. col. 2. in fine, vers. Hor Signori. ff. eod. & ibi Bart. in summ. & num. 1. Fulgos. in princ. Alex. in summ. & num. 1. Paul. de Cast. nu. 2. in fin. & in eadem, l. 1. §. ob rem, nu. 5. vers. interdum do, vt ferat sententiam iniustam, & num. 9. & Ias. in eadem l. 1. in summ. & num. 2. glos. in l. quòd euitandi in glo. 1. in fine, C. de cōd. ob turp. caus. est text. in l. 3. §. illud. ff. de calumniat. & in l. in hæredem, §. sed etiam, ff. eod. glo. in d. §. sed etiam in verbo *dantis*, Odofred. in l. 1. num. 2. col. 3. versic. & ad solutionem, ff. eod. & in d. §. sed etiam in princ. Abb. in cap. cum ab omni, nu. 8. de vit. & honest. cleric. vbi quòd hoc est indubitabile, glo. in c. q recte, in verbo *expectat*, vers. dicunt quidam 11. q. 3. & de iure canonico videtur tex. expressus in cap. non sane in vers. qui verò pro iniquo iudicio dedit 14. quæst. 5. & ibi Arch. nu. 1. ad finem in verbo *timerem*. Turrecrem. col. fin. post princip. & Bellamer. post num. 2. in verbo *qui quæro*. Bonifac. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. num. 5. Paris de Put. de sind. in verbo *officialis*, cap. 10. num. 5. vers. tamen dans turpiter non repetit. Anton. Rondinell. de sind. official. num. 14. Boer decis. 153. num. 24. Bertachin. in repertorio in verbo *corrumpens iudicem*, num. 7. Clar. in pract. §. final quæst. 73. num. 2. post med. ibi *pars autem iudicem corrumpens*, &c. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 343. num. 5. vers. præterea, quòd dedit non repetit, & ibi in addit. nuper per eum editis, nu. 3. & ista pecunia data iudici fisco applicatur, vt dicunt Doctor. præcitati, & dixi supra, num. 62.

108 AMPLIA præcedentem ampliationem, quia si quis pecuniam dederit simpliciter, non exprimendo causam, vt scilicet, cito expediat, vt iste iudicet, vel è contra, vt præcise pro se sententiam ferat datam pecuniam non repetit secundum Cyn. post Petr. de Bellapert. in l. fin. post num. 2. C. de pœn. iudic. qui male iudica. Odofred in l. 1. num. 5. in fine, ff. de de condit. ob turp. caus. Odofred. in l. 1. col. 3. versic. & ad solutionem ff. de calumniat. Archid. in cap. non sane, num. 6. versic. vel ibi loquitur 14. q. 5. & ibi Bellamer. col. penultima in fine, & pro hac conclusione faciunt scripta infra num. 131. vbi probaui, q̃ isto casu dans pecuniam, etiam amittit causam, & etiam, num. 117. vbi pariter probaui, quòd in dubio pecunia simpliciter data præsumitur data ad malum, nisi contrarium probetur, & part. 3. vbi quòd iste sic simpliciter dans pecuniam iudici punitur sicut pariter dicam, num. 167. vbi quòd pariter punitur iudex recipiens pecuniam simpliciter, sibi datam.

109 LIMITA I. præpositam VIII. ampliationem non procedere, quando in dante pecuniam cessat turpitudo, vt puta si eam dederit, vt iustitiam consequatur, vt cito expediatur, pro conseruatione iuris sui, pro se redimendo à vexationibus, aut quid simile, tunc data pecunia repeti potest, prout videtur de mente glo. in d. l. 2. versic. & hoc quadruplum ibi *quando turpiter dedit*, sumpto ab his verbis argumento a contrario sensu. ff. ad l. Iul. repetundar. & expresse voluit Bart. in Auth. nouo iure, num. 3. versic. si pecuniam dedit. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit. Butrig. in d. l. fin. eodem vers. item quæro C. eod. & ibi etiam Bellapert. eod. versic. sed nunquid, & Salyc. num. 2. vers. aut dedit ei pecuniam, est text. in l. 1. in fine, & ibi glos. 1. etiam in fine, & ib verbo *accipientis*, ff. de condit. ob turp. caus. & in l. 2. §. sed si dedi, & ibi glo. in verbo *sed si dedi*, iuxta secundum intellectum, ff. eod. Odofret. in d. l. 1. col. 1. versic. si est turpitudo ex parte accipientis, & col. 2. sed & si dedi & d. col. 2. in fine, vers. hor Signori. ff. eod. & ibi etiam Bar in summ. & num. 1. vbi quòd glossæ secunda lectura vera est Bal. in d. §. sed & si dedi in summ. Fulgos. in ead. l. 1. in princ & num. 2. Alex. in summ. & nu. 1. vbi quòd secundus intellectus glossæ communiter tenetur. Paul. de Cast. num. 2. in fine, & in eadem l. ob rem num. 5. & Ias. in d. l. 1. in summ. & num. 1. post num. 2. versic. in 2. ibi, &c. Glos. in l. quòd euitandi in glo. 1. & in verbo *accipies*, C. de condit. ob turp. caus. & ibi Iacob. Butrig. in summ. & in fine, Bart.

etiam

etiam in ſumm. Bald. ante num. 1. verſ. Nam hic ſola turpitudo. Odofred.in l.in hæredem,§.ſed etiam.ff.de calumniat.& in l.ſi ab eo,num.1.ff.eod. Card. Zabarell.in cap.cũ ab omni,num.4.in ſecunda oppoſitione in fine,de vita,& honeſtat. Clericor. & ibi etiam Imol. num.6. Turrecrem. in cap. vendentes, num. 2. verſ. vnde tenetur ad reſtitutionem prima quæſt. tertia. glo.in cap.qui recte in verbo *expectat*, verſic. ſed ſi ſimpliciter 11.q.3.idem Turrecrem. in cap.non licet,num.1.11.q.3.& de iure canonico eſt text.expreſſus in cap.non ſane 14.quæſt.5.vbi dicitur *ille tamen ſolet tanquam male ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit*, & ibi glo. in verbo *ille declarat*, quando quis dedit iudici pecuniam non animo, vt illum corrumpat, ſed vt ius,& quietem ſibi conſeruet,& Archid.in fine,nu.6.vbi loquitur quando dans pecuniam proteſtatur,quòd illam dat, vt iudex pro eo iuſtam ferat ſententiam, hoc enim modo inquit, ibi Archid. tollitur præſumptio ,quòd ſit data ad malum finem, de qua dicam infra num. 117. & Bellamer.colum.penul.in fine, in verbo, *ego credo*, & in verſ. vnde dicebat Bernardus, vbi pariter videtur requirere proteſtationem prædictam Felin.in cap.tua nos,num. 5.de Simon. vbi de eo qui dat pecuniam cauſa conſeruandi ſui iuris,& quietis.Marſil. ſing.190. iudices,ſeu officiales, verſ. & ideo dicit. text. Clar. in pract.crimin.§. final. quæſt.73.num.2.verſ.iudex committens barattariam antè finem, vbi teſtatur hanc concluſionem frequentiori Doctorum calculo receptam ex Didac. in loco per eum relato. Menoch.de arbitr.quęſt.lib.2. caſ. 342. cum.16.& 343. num.7.in fine, verſ. Porro certum eſt,& ſeqnenti,in additnuper per eum editis, & ibidem, num. ſexto, Viui. deciſ. 113. num. 11. Maſcard. de probationibus, lib. 1. concluſ. 166.num.6.

110 Et iſto caſu non ſolum is qui pecuniam dedit illam repetit,ſed etiam tantundem ex allegatis ſupra num. 64.

111 Verùm præmiſſa videntur procedere de iure antiquo. ffrorum; ſecus autem de nouo Authenticorum ſecundum quòd videtur prohibitum etiam dare iudici, vt iuſte iudicet ſic enim per text. in Authen. vt litigantes iurent, &c. circa principium voluit expreſſe Bart. in Auth. ſed nouo iure,num 3.in fine.C.de pœn.iudici qui male iudicauit, & ſicut ex parte iudicis indubitatum, eſt quòd non poteſt recipi pecunia, etiam vt iuſte iudicet, prout dicam infra num.151.ita & pariter reputari debet hoc illicitum ex parte dantis arguendo à correlatiuis; & propterea, quòd hodie,nec etiam repeti poſſit pecunia data iudici pro iuſtitia conſeqnenda expreſſe voluerũt Iacob. Butrig. in d.l.fin.ad finem, verſ. dic quòd aut dedi, & ibi etiam Salyc. num. 2. in fine, verſic. hodie vero,C.eod. de pœn. iudic.qui male iudicauit,glo.in l.2.§.ſed ſi dedi in fine,& ibi Bald.colum. 1.verſ.hodie ſecus, & Alberic.num. 3.verſic.hodie non,ff. de condit.ob turpit.cauſ. Odofred in l.1.ante finem.verſ. hodie tamen & ibi Bart. num.4. verſic. hodie vero.ff.eod. Alberic.in l.1. poſt num.5.ff.de calumniator.facit gloſ.in cap qui recto in verbo *expectat*; in fine 11.q.3.vbi dixit, quod plerique legum Doctores tenent non repeti pecuniam iudici datã qualitercunque detur. Imol.in cap.cum ab omni, num.6. verſic. ſed hodie de vit.& honeſt. Clericor. Boer. deciſ.155.num.23.

112 Contrarium quòd etiam hodie repeti poſſit pecunia, quando ex parte dantis non adeſt turpitudo,& quod hoc iure in antiqua non ſint correcta voluerunt in d. l. 1.ff.de condit.ob temp. cauſ. Fulgoſ. n.3.& ſeqq. Alex.n.5.& Iaſ. nu. 3. Nec diſſentire videtur Abb.in cap. cum ab omni, poſt num. 8. de vit. & honeſtat. Clericor. loquens, in caſu in quo quis dedit pecuniam iudici timens grauari. Boſſ. in tractat de oppoſ. contra teſtes, num.147. vbi ſequitur Iaſ. & Alexand.in locis præcitatis,& quicquid inter ſe controuertant Doctores iuris ciuilis, & de iure ciuili, de iure canonico hæc vltima contraria opinio videtur indubitanter procedere ſecundum eundem Imol. in d. cap. cum ab omni,num.6. verſic. videtur poſſe dici de vit. & honeſtat. Clericor.

113 LIMITA II. eandem VIII. ampliationem quia ſi quis iudici dederit non rem, ſeu pecuniam, ſed pignus aliquod,tũc poterit illud à iudice repetere rei vendicatione in qua non eſt turpitudo,& ſi iudex excipiet de turpitudine dantis replicabitur a dante, de turpitudine iudicis recipientis, & ſic exceptio cum replicatione confundetur, & remanebit prima actio, ſine turpitudine ex qua iudex condemnabitur,vt in l.apud Celſum,§.Marcellus.ff.de dona. & hęc ſunt verba Iacob. Butrig. in l.fi.in fin.C. de pęn. iudic. qui male iudicauit, & voluit gloſ in l.2.§. ſed ſi dedi in verbo *ſed hic quoque*; & ibi Bal. colum.2. verſ. quæri it. gloſ.an pignus,ff de condit. ob turp.cauſ.vbi reddit rationem,quia ſcilicet pignus non poteſt accedere obligationi nullæ, & inefficaci ad quam materiam, vide Bart. in l.1. num.1.in fine,verſ. quærit gloſ. & num.2.& ſeq.ff eod. Alberic.in l.2.num.4.per totum.ff.eod.Fulgoſ.in eadem l. 1. num.6.ff. de condit. ob turp.cauſ. & ibi etiam Alex. num. 2. Paul. de Caſtr. in ead.l.1.§.ob rem ,num.10.Salyc.num. 2. & 3.

114 LIMITA I. huius VII. articuli regulam non procedere in capitaliter inquiſito; is enim non punitur ſi pro ſaluando vitam iudicem corrumpit, per regulam, quòd vnicuique,licet ſanguinem ſuum redimere quomodocũque, & qualitercunque etiam pecunia mediante, de qua in l.1.in fine,de bon.eor. & in l. penultima ff. de præuaricatoribus, & in l.tranſigere.C. de tranſact. Per quæ iura ſic in ſpecie hanc concluſionem firmat Bart. in l.qui explicandi, verſ.audiui dubium,C. de accuſat. & ibi. Ang. in verſ.ſed quæro quid ſi crimen erat capitale, vbi quòd iſto caſu poteſt imponi pœna relegationis in inſulam. Paris de Put.de ſindic.in verbo *corruptio*,cap.1.num.11.in fine, & cap.3.num.8.Bertachin. in repertorio in verbo, *corrumpens iudicem*,num. 14. Foller. in pract. crim. in pragm. nu. 180. & hanc Bart. doctrinam veram eſſe dixit Laderch.
115 Imolen.conſil 203.num.3. & ſeq. Vbi ampliat hoc etiam licere alteri extraneo, qui propterea impune poterit iudicem pecunia corrumpere, vt alterius capitaliter inquiſiti ſanguinem redimat, & eſt pulchra ampliatio, & modo illam habeo de facto.

116 LIMITA II. in dante iudici pecuniam pro conſeruatione iuris ſui, vel etiam pro redemptione indebitæ vexationis is enim non tenetur in aliquo, nec punitur quia hoc non eſt malum,nec ſpecies mali. Argumento tex.in c. qui peccat 23.q.4.facit text in cap.quæſtum prima,quæſt. 3.& in cap. dilectus extr.de ſimonia per quæ iura hanc firmarunt concluſionem gloſ.in cap.cum ab omni in verbo *abſtinere*,de vit. & honeſtat. Clericor. & ibi Hoſtien. ante num.1.in verbo *abſtinere*, & num.1.verſ. ſed ſi redimo vexationem.Bal.nu 2.in fine, verſic ſi quis tamen, vbi quòd non dicitur committere ſimoniam is, qui non potens ſuam iuſtitiam obtinere, illam redimit Ioan. Andr. num. 8. Card. Zabarell. poſt num 4.Imol. poſt num.5.verſic.in glo. 1.& num.6.in princip.& verſ. videtur poſſe dici,& Abb. num.7. verſ.in gloſ.1. num 8. verſic.ſed dubitabilis caſus eſt, & verſic. ſatis ergo putarem, & Anchar. poſt num.7. Paris de Put.de ſindic.in verbo *corruptio*,cap.3.nu.5. in fine, verſic.an pro iuſtitia conſequenda Contard.de ſindic. num.52.ſub quæſt 98.Decian.in tract.crimin.lib.8.cap.40. num.13.

117 Bene verum eſt, quòd in dubio pecunia ſemper præſumitur data in malum,& ideo qui contrarium dicit, vt puta dediſſe pro redimenda vexatione, vel conſeruatione iuris ſui, debet hoc manifeſte probare ſecundum gloſ. in d.cap.cum ab omni in verbo *abſtinere*,ſemper tamen præſumitur eſſe malum de vit. & honeſt. Clericor. & ibi Hoſtien.ante num. 1. in verbo *abſtinere*, vide tamen eo loci. Abb.num.8.verſic.ſatis ergo putarem, vbi videtur tenere ſatis eſſe ex circumſtantijs apparere, quòd pecunia fuerit data propter grauaminis timorem, & quòd in dubio pecuniæ iudici datæ præſumantur potius ad malum, quam ad bonum.videtur de mente Archid.in cap.qui rector,nu. 2.verſic.& leges prædictæ locum habent cum eſt dubium, quo animo dent 11. quæſt.3.& ibi etiam Præpoſ. Alexandrin.num.3.in fine,& eſt de mente Archid.in cap. non ſane 14.quæſt.5.dum dixit, quòd ad tollendum iſtam præſumptionem eſt neceſſe, vt dans pecuniam expreſſe proteſtetur,

testetur, quòd illam dat non animo corrumpendi iudicem, sed vt iustitiam consequatur, & ibi Turrecrem. columna finali, in versic. præsumitur enim voluisse iudicem corrumpere, & Bellamer. colum. penultima, in fine, in vers. vnde dicebat Bernardus.

118 LIMITA III. in dante iudici pecuniam, vt iustam proferat sententiam, is enim non videtur puniendus de iure ciuili, licet secus de iure canonico secundum Parid. de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. tertio, num. 5. in fine.

119 Et vide in proposito Boss. in tit. de oppos. contra testes, num. 147. versic. est verum, vbi quòd si datur iudici pecunia palam, vt iustam proferat sententiam non dicitur corruptela, sed cautela, & redemptio vexationis, propterea datur cautela, vt hæc pecunia detur iudici coram duobus testibus, & tabellione.

120 Verum præmissis obstant tradita per doctissimum, & integerrimũ Nauarr. in const. Gregorij 13. de dat. & promis. num. 48. vbi loquens secundum terminos l. secundæ, & tertiæ, ff. de condit. ob turp. caus. dixit quòd qui dat pecuniam iudici, vt rectè iudicet, dicitur offendere legem, non solum quia quidquid ore dicatur, in rei veritate dari videtur ad corrumpendum iudicem, sed etiam quia iustitia quæ inuendibilis, & inestimabilis, est venditur, & emitur. Quod & idẽ suadetur ex trad. per Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. num. 88.

121 Sed rursus contra hæc proxime dicta faciũt scripta per eundem Nauarr. vbi supra in 9. notab. num. 16. in versic. pactio vero facta ob causam secundam, &c. vbi docet pactionem cum iudice factam, vt rectam faciat iustitiam, vel citius quam alias faceret sine alicuius præiudicio regulariter iure naturæ prohibitam non esse, nec quoad forum interius, nec quoad forum exterius, si de sinceritate ipsius paciscentis constaret.

122 Et an isto casu, qui pecuniam dedit illam repetat, vide supra, num. 109. & an amittat causam infra num. 131.

123 LIMITA IV. in eo qui iudici pecuniam dat, vt cito eum expediat, is enim non punitur secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 5. in fine, & an isto casu detur danti repetitio datæ pecuniæ, vide supra num. 109. & an amittat causam infra num. ...

ARGVMENTVM.

Iudicem corrumpens an causam amittat.

SVMMARIVM.



Orrumpẽs iudicem amittit causam, & actionem, nu. 124.
Corrumpens iudicem, si reus est ius deffendendi amittit, nu. 125. & seq. vbi idem in criminalibus.
Corrumpens notarium perdit causam non aliter, ac si iudicem corrupisset, num. 127.
Corrumpens iudicem amittit actionem, & causam non ipso iure, sed per sententiam, nu. 128.
Corrumpens iudicem non pecunia, sed precibus, aut alio modo non amittit causam, nu. 129.
Iudici dans pecuniam simpliciter causa non expressa non amittit causam, nu. 130. contra, nu. 131.
Iudici dans pecuniam, vt cito causam expediat non amittit causam, nu. 131. & 133. Declara, vt nu. 136.
Iudici pecuniam dans vt iustitiam faciat, causam amittit, nu. 134.
Iudicem indemnem conseruans pro iusta sententia causam amittit, nume. 135.
Reuelans corruptionem iudicis non amittit causam, nu. 137.

QVÆST. CXI. ARTIC. VIII.

124 REGVLA sit, quòd corrumpens iudicem amittit causam, & actionem tex. ad literam in l. 1. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & ibi Bellapert. in summ. Cyn. etiã in summ. Odofred. num. 1. & 2. vers. & in super causam perdo. Bart. in summ. Bal. pariter in summ. Bellapert. in l. fin. in fine. C. eod. & ibi etiam Cyn. num. 2. etiam in fine. Bar. in l. 1. num. 1. ff. de condit. ob turp. caus. Bal. in l. 2. §. sed & si dedi in summ. ff. eod. Paul. de Castr. in eadem l. 1. §. ob rem igitur, num. 5. in fine, vers. interdum do, vt ferat sententiam iniustam. Saly. in l. venales num. 2. vers. Quæro an qui corrumpit, puniatur. glos. in l. qui explicandi in glos. 1. vers. quæ autem sit hæc pœna, & in verbo *non minus*, vers. dic ergo, C. de accusat. item est text. etiam expressus, (qui mentionem facit de dicta constitutione Imperatoris in præallegata l. 1. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit) & in il. 1. §. sed & constitutio, ff. de calumniat. in illis verbis, *& ex hac causa litem perire iussit*, & ibi glos. in verbo *nostri*, Bart. post num. 1. Alber. post num. 1. Bald. num. 1. in 2. notab. Ang. ibidem in §. qui autem in summ. Odofred. ante num. 1. versic. Quarto dicitur, & nu. 2. col. 3. vers. & ad solutionem. Felyn. in cap. cum venerabilis, post num. 20. de except. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 10. & cap. 2. num. 1. vers. & etiam, & cap. 3. num. 3. vers. iudicem corrumpens, & in addit. litera A. Cyrill. in summa crim. rubr. 33. de pœn. iud. male iudicant. §. fina. nu. 5. vers. constat etiam car. 178. á tergo. Boer. decis. 153. nu. 24. Firman. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, num. 2. Foller. in pract. crimin. in fragmen. num. 179. vers. de iure vero communi. Clar. in pract. §. fina. q. 73. num. 2. vers. iudex committens baratrariam, post med. ibi *pars autem iudicem corrumpens, &c.* Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 343. num. 5. Adden. ad constit. March. lib. 2. cap. 4. in verbo, *corrũpere*, Vir. Boccac. in tract. de pact. par. 3. n. 108. vbi alijs relatis testatur de communi opinione.

125 AMPLIA I. vt corrumpens iudicem si reus sit, & nõ actor amittit ius defendendi, & sic etiam ipse causam amittit. secundum glos. in l. 1. in verbo *amittat*, versic. tu dic idem in reo. C. de pœn. iudic. qui male iudic. & ibi Iacob. Butrig. colum. 1. ad med. versic. nunc venio, vbi ꝙ hæc opinio est vera, & communiter approbatur. Odofred. num. 2. versic. sed nunquid in reo, Bar. post num. 3. reprobata per eum glo. contrarium tenente in l. eleganter. §. penult. ff. de dolo. Bal. num. 2. & 7. Vbi ampliat etiam in

126 criminalibus, dicens propterea, quòd corrumpens iudicem perdit ius suæ innocentiæ, si innocens erat propter delictum corruptionis, & Salyc. col. 2. vers. sed quid in reo. Bar. in l. 1. §. sed & constitutio, num. 7. ff. de calumniat. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 2. num. 5. Cyrill. in summa crimin. rubr. 33. de pœn. iudic. male iudican. §. fi. num. 5. versic. constat etiam car. 178. a tergo Bertachin. in repertorio in verbo *corrumpens iudicem*, num. 2. Adden. ad constit. March. libro secundo, cap. 4 in verbo *corrumpere*.

127 AMPLIA II. quia etiam corrumpens notarium perdit causam non aliter, ac si iudicem corrupisset. Salyc. in l. final. in fin. C. de pœn. iudic. qui male iudica, vbi ad hoc iura comprobantia adducit, & ante eum hoc voluit Bal. in l. 2. num. 7. vers. vltimo quæro. C. eod. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 7. Fely. in c. cum venerabilis, post num. 20. de emptionib. Bertachin. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, nu. 8. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 35. num. 36.

128 LIMITA I. vt corrumpens iudicem amittat actionem, & perdit causam non ipso iure, sed per sententiam ferendam secundum Butrig. in l. 1. in fine, versic. certe, &c. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & ibi etiam Bellapert. post principium, vers. potest dici. Bar. num. 4. Bal. num. 2. & Salyc. colum. 2. ad med. vers. & hic attende idem Bart. in l. 1. §. sed & constitutio num. 3. ff. de calumniat. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. nu. 3. in fine, vers. & requiritur sententia, & ibi in addit. litera A. Bertachin. in repert.

repert.in verbo *corrumpens iudicem*, num. 3. Adden. ad conſtit. March.lib.2.cap.4.in verbo *corrumpere*.

129 LIMITA II. qua corrumpens iudicem non pecunia,ſed præcibus, aut alio modo non amittat actionem, & litem, ſed lis ſuo marte decurrit ſententia nulla remanente(iuxta tradita ſupra num.260) ſecundum Iacob.Butrig.in l.1.colum.1.ad finem, verſ.aut quæris de viribus cauſæ principalis,& colum.2.in fine, verſ.ſed quid de cauſa principali.Bart.in l.2.poſt num.1.C.de pœn.iudic. qui male iudic.Bertachin.in repert.in verbo *corrumpens iudicem*,num.2.verſic.prædicta vera.Clar.in pract.§.fin.quæſt. 73.num.2.verſ. iudex committens barattaria in fine.

130 LIMITA III. vt qui dans iudici pecuniam, vt male iudicet cauſam amittat nō tamen illam amittit ſi dedit pecuniam ſimpliciter non exprimendo, vt male, vel bene,aut celeriter iudicet ſecundum Odofred. in l. 1. poſt num.2. verſic.ſi autem do iudici.C.de pœn.iudic.qui male iudicauit. Cyn.in l. fina.ad finē,C.eod. Odofred.in l. 1. col.3. verſ.& ad ſolutionem ff. de calumniat.

131 Contra quòd, & cauſam amittat, qui iudici dat pecuniam ſimpliciter non exprimendo cauſam, in quam dat, voluit. Paul.de Caſtr. in l.1.§. ob rem num.5.in fine,ff.de condit. ob turp. cauſ. faciunt ſcripta ſupra num.117. vbi quòd in dubio præſumitur data in malum,faciunt tradita ſupra num.108. vbi quòd iſta caſu, nec etiam pecunia data repetitur. Addo pro hac contraria opinione.Parid. de Put.de ſindic.in verbo *corruptio*, cap.2.num.3. Boer.deciſ. 153.num.3.

132 LIMITA IIII. vt multo minus amittat cauſam,qui iudici pecuniam dat, vt cito iudicet, & cauſam expediat ſecundum Bellapert.in l.finali,in fine, C.de pœn.iudic.qui male iudicauit.Menoch.de arbitrar.quæſt.libro ſecundo, caſ.343.in addit.per eum nuper editis, num. 2.

133 Contra quòd etiam iſto caſu dans pecuniam licet litē perdat videtur voluiſſe Bart. in l. 2. §. ſed & ſi lædi, columna prima, verſic. ſed vbi datur pecunia,ff. de condit. ob turp.cauſ.& ibi etiam Alberic.num.3.Iaſ.in l.1. poſt n. 3. verſ.tene contrarium,ff.eod.

134 Sic & contra, quòd immo litem perdat is qui iudici pecuniam dat etiam in bona cauſa, & vt iuſtitiam faciat eſt text. in l.2 §.ſed ſi dedi, & ibi etiam gloſ.& Bal. in fine,ff. de condit. ob turp. cauſ.Bart.in l.1.nu.1.ff.eod. Paul. de Caſt.in ead.l.1.§.ob rem,num.5.verſ.& propter hoc Ang. in l.1.§.qui autem, num.3. verſ.& nota bene,ff de calumniat.& ibi etiam Paul.de Caſtr.num.3. Imol. in cap. cum ab omni poſt num.6.de vit. & honeſt. Clericor, & eſt glo. in cap.non ſane in verbo *ille* 14.quæſt.5. & ibi Archid. in fine,num 6.Turrecrem.col.fin.poſt principium in verſ. & ideo non repetit,& amittit litem, & Bellamer.col.penult. in fine,in verbo *ego credo*, Paris de Put.de ſind.in verbo *corruptio*, c.1.n.10.Neuiz.in Silua nuptial lib. 5.verſ.Quādo iudicandū,poſt n.101.Cataldin.de ſindic.n.52.ſub q.99.

135 Vbi quòd etiam amittit cauſam is, qui iudicem indemnem conſeruat pro iuſta ſententia.Boſſ.in tit.de oppoſ.cōtra teſtes,num.147.Clar. in pract.§.fina quæſt.73.num.10. verſic.iudex committens barattariā,poſt med. ibi pars autem iudicem corrumpens,&c.Menoch.de arbitrar.quæſt. libro 2.caſ.343.in addit. nuper per eum editis,num.1. Decian.in tract.crimin.lib.8.cap.39.num.24.

136 In hac contrarietate crederem poſſe diſtingui, vt prima opinio negatiua procedat, quando niſi pars iudici pecuniam dediſſet cauſam non expediſſet,aut ſi expediuiſſet iuſtitiam non feciſſet, tunc enim, cum licite pecunia tradatur, vt dixi ſupra num.116.Non video quare debeat cauſam amittere, ſecunda autem affirmatiua opinio procedat,quādo pars diffidens de iure ſuo adhuc malo modo,& per corruptionem voluit iuſtitiam conſequi, tunc enim non ab re erit dicere, quòd cauſam amittat, & ideo credo eſſe puram veritatem.

137 LIMITA V. in reuelante corruptionem, quia ſicut ab omni pœna immunis eſt propter reuelationem prædictam,ita etiam, nec amittit cauſam,vt dicam infra,num. 191.hic non repeto.

ARGVMENTVM.

Iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens quando,& in quibus caſibus puniatur.

SVMMARIVM.

Iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens punitur pœna repetundarum,aliiſq; pœnis q.111.num.138.

Conſcij, participes,& complices corruptionis, & barattariæ commiſſæ a iudice, & officiali puniuntur eadem pœna qua punitur iudex ſeu officialis corruptus, num.139.

Familiares & de cohorte iudicis,& officiales pecunia corrupti tenentur pœna repetundarū,ſicut tenetur iudex, ſeu officialis, n.140.

Officialis,et poteſtas tenetur ꝓ ſuo miniſtro,qui corruptionē ſeu barattariā cōmiſit,n.141. et ſeq.vbi quod tenetur pœna quadrupli.

Poteſtates & officiales terrarum tenentur exhibere omnes ſuos miniſtros, & familiares inquiſitos de concuſſione,& barattaria, nu. 143.declara,vt num.144.

Officiales, & poteſtates terrarum exhibendo ſuos miniſtros, & familiares inquiſitos de corruptione liberantur, nec amplius tenentur pro illis,nu.145. Declara duobus modis,vt nu.146. & ſeq.

Iudex pecunia corruptus, vt omittat facienda, & faciat non facienda tenetur pœna repetundarū,n.148 ſed an iſto caſu habeat locū pœna ſuſpenſionis a diuinis per annum a iure canonico inflicta num.149.& ſeq.

Iudex punitur,& tenetur de barattaria,et ꝙ accipiat pecuniā, pro iuſtitia facienda,nu.151.& ſeq.Declara vt nu.153 & ſeq. vbi de materia,& nu.156.& ſeqq. vbi etiam an iſto caſu iudex incurrat pœnam ſuſpenſionis infra annū a iure canonico inflictā.

Iudices debent habere manus mundas, & de materia,nu. 152.

Iudici nec ēt licitū eſt capere pecuniā,vt cito cām expediat, nu 159.

Corruptio, & barattaria committitur etiam a iudice aliquid recipiente a ſponte dante,num.160.

Barattaria committitur etiam in vno nummo,num 161.

Iudex committit barattariam ex ſola promiſſione,& illius acceptatione,n.162. Amplia ēt ꝙ promiſſio non ſit acceptata dūmodo non fuit recuſata, nu.163. Limita dummodo promiſſio fuerit certa, & ſpecifica de. certa ſumma, aut re tradenda ſecus vero ſi fuerit generalis,& incerta,num 164.

Iudex pecunia corruptus iniuſtitiā faciens tenetur, ſiue cauſa ſit criminalis,ſiue ēt ciuilis, n.165. cōtra n.166. diſtingue,vt d.n.166.

Iudex tenetur de barattaria recipiendo pecuniam, etiam quòd non exprimatur cauſa propter quam illam recipit, nu. 167.

Iudex committit barattariam, & corruptionem non ſolum accipiendo pecuniam, ſed etiam omnem aliam rem atque etiam ſi inde ſentiat aliquod commodum, ſeu vtilitatem, num 168.

Iudici nec etiam licet recipere pecuniam ſub titulo venditionis,donationis,aut cuiuſuis alterius contractus, num.170.

Barattaria committitur à iudice, qui pecuniam gratis recipit ſub nomine mutui, nu. 161. Amplia etiam quod iuſta proferatur ſententia, nu. 172. Præſumitur enim corruptio ex mutuatis pecunijs iudici,num.173.licet alij contra,num. 174.

Contractus omnes facti cum iudice, ſeu magiſtratu adhoc,vt iuſtitiā faciat ſunt nulli, num. 175.

Iudex tenetur de barattaria,etiam recipiendo pecuniam per interpoſitā perſonā,vt puta vxorem, filium,aut alios ſimiles,nu 176.

Iudex tenetur de barattaria,& corruptione,ēt ꝙ non fecerit illud ꝙ facere promiſit,n. 177. Quamuis in hoc crimine re integra habere locū pœnitentiā dixerunt aliqui,n.178. Limita 1. vt effectu non ſequuto,non puniatur iudex eadē pœna,n.179. Limita 2.niſi ēt datam pecuniam reſtituerit, quia tunc nullatenus punitur,nu. 186.et ſeq.vbi quid ſi datio pecuniæ nō interuenit,ſed ſola ꝓmiſſio.

Iudex ciuilis poteſt ēt criminaliter cognoſcere, & punire de crimine barattariæ,concuſſionis, & extorſionis pecuniæ,num. 182. Sed nunquid hoc poſſit facere ex eorum proceſſu,nu.183.& ſeq.

Officialis etiam durante officio poteſt accuſari,& conueniri de barattaria,num.185.

Accuſare quilibet poteſt in crimine barattariæ, & repetundarum, num.186 & ſeq.

Repetundarum actio datur etiam contra heredes, ſed intra annum a die mortis eius, qui crimen commiſit verum, quando currere incipiat iſte annum,nu.88.& an in hoc crimine poterit memoria de-

41 AMPLIA I. vt non desint Doctores, qui dixerint iudicem committentem barartariam, committere etiam crimen concussionis, & quòd propterea concussionis pœna teneatur, tacitè sentientes, etiam sine metu ex sola corruptione, & barattaria hac pœna eos teneri, secundum gl. in l.3. in princ. ff. ad l. Iul. repetundar. gl. fi. in l. fin. versi. item crimine concussionis. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit. & ibi Bellapert. in versic. item crimine concussionis. Odofred. num. 2. vers. item crimine concussionis. tex. (qui verè loquitur non in corruptione, & barattaria, sed in extorsione per indebitas vexationes, de quo dicam infra nu. 181.) in l. quòd euitandi, in fine, ibi, *etiam concussionis crimen inultum esse non patieris*, glo. in l. 1. §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*, versic. quarto, &c. ff. de calumniat. & ibi Odofred. col. 2. in fine, vers. item punitur & quarto modo. Turrecrem. in c. vendentes, num. 2. 1. q. 3. Bonif. de Vitalin. tit. de concussion. num. 1. & seq. Paris. de Put. de sindic. in verbo *iudex*, cap. 7. num. 6. Anton. Rondinell. de sindica. officialium, num. 53. in princ. Ioan. Berber. in pract. par. 1. rubr. 57. de concuss. num. 1. vbi, & quòd plus est dixit concussionem aliud non esse, quàm non facere iustitiam, vel iniustitiam facere propter iniquam pactionem, & per totam illam rubricam iudicem, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, concussorem appellat (quod tamen de verborum proprietate, & significatione minimè verum credo, per ea, quæ dixi in proximo sequenti versicu. & infra dicam num. 43.) Iodoc. in pract. crim. cap. 129. rubr. de concussione, num. 1. Boss. in tit. de offic. corrupto, post num. 3. vers. & hinc est. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. & cap. 39. num. 10.

42 Sed certè verius est vt crimine concussionis, & illius pœna non teneatur iudex, qn̄ à sponte dante, & corrumpente nulla præcedente illatione metus recipit, sed tantum eo in casu, quando, aut indebitè vexando pecuniam extorquet (de quo etiam dicam infra num. 49.) Aut, quando concutiendo metum pecuniam à subditis extorquet. Tunc enim propriè dicitur concussio, vt dicam infra num. 43. & benè declarat Bellaperr. in versic. item in crimine concussionis. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. & ibi etiam Cyn. post num. 1. in versic. sed hoc non est verum. Concussio propriè dicitur, quando metus concutitur, & est de mente Amad in tracta. de sindica. num. 165. ad finem, versic. item si quid extorsit per concussionem. Cyrill. in summa crimin. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. num. 3. § fin. versiculo, aliquando etiam. vbi dixit aliquando iudicem teneri crimine concussionis: Ergo non semper, & sic solum in casu, quando metum infert, prout postea subijcit in sequenti versic. concussionis verò crimen. Boss. in titu. de offic. corrupto, num. 7. vers. item si quid extorsit per concussionem, & d. num. 7. in fin. vers. Restat mihi difficultas, vbi videtur testari ita esse de communi mente Doctorum.

43 Et huius vltimæ opinionis, quæ sine dubio mihi verior videtur, quia prout communiter dicunt Doctores, concussio aliud non est, quam aliquos *premere occasione dignitatis, vel officij*, vel vt alij dicunt propriè tunc committitur concussio, quando quis in officio constitutus *aliquid à subditis per metum extorquet*. Quod & idem videtur, licèt per diuersa verba, & sic sine metu, aut vi, vel minis, tacitè, aut expresè illatis concussio non videtur induci. Hoc enim propriè videtur importare significatio huius verbi *concutere*, hoc est *intimorare*, prout hæc, & similia habentur per glos. in l. 1. in verbo *Ablatum*, vers. Et nota. & ibi Bar. in princ. in 1. quæst. ff. de concussionib. Turrecrem. in cap. vendentes, num. 2. 1. quæst. 3. Bonif. de Vitalin. in tit. de concuss. num. 1. vbi concussionis crimen à minante committi affirmat, & ibi Addentes litera A, in verbo *concussionis*, dicunt concussionem esse idem, quòd timorationem, & sic metum præsupponit. Et latius per Parid. de Put. de sindic. in verbo *iudices*, c. 7. in princip. vbi ponit exemplum, quando iudex minatur de carcerando, vel grauando, nisi quis pecuniam dederit. Dicitq; concussionem appellari *extorsionem pecuniæ per vim*, & num. 2. pariter dixit concussionem dici, quasi intimorationem, & quòd tūc officialis committit concussionem, quādo metum infert, vt pecuniam extorqueat, & nu. 3. & seqq. ponit plura exempla, in quibus officialis incutiendo metum pecuniam extorquet, & ex quibus apparet non dari propriè concussionis crimen, sine illatione metus. Iodoch. in pract. crim. cap. 129. rubr. de concuss. nu. 2. vbi, quòd concussio directè spectat ad illum iudicem, qui partem litigantem cōcutit, hoc est, vel minis, vel persuasionibus terret, & inducit ad sibi dandum munera, aut pecuniam pro iustitia facienda, & c. 130. rubr. de offic. corrup. nu. 1. & seq vbi ponit differentiā inter concussionem, & corruptionē. Cyril. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudic. §. fin. num. 3. vers. concussionis verò crimen. Gramm. cons. 51. nu. 13. & seq. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. num. 24. vers. propria autem concussio dicitur.

44 AMPLIA II. vt vltra pœnam quam patitur iudex, qui per metum pecuniam extorsit, eandem pecuniam sic ablatam restituere tenetur illi, à quo ablata fuit, text. in l. fi. ff. de concuss. ibi, *Ablatum huiusmodi terrore restitui præses prouinciæ iubet*, & ibi gloss. in verbo *ablatum*, & in verbo *iubet*, dixit hanc restitutionem peti actione in factum. Alius text. in l quòd euitandi, in fin. ibi, *post restitutionem pecuniæ*, C. de condit. ob turp. caus. & ibi glos. 1. & in verbo *recipies*, Bald. in summario; & Salyc. in in princ. & num. 1. in fin. vers. nota, quòd recipiens datā restituit. Bonif. de Vitalin. in titu. de concuss. nu. 2. in fine, vers. & isti compelluntur. Paris de Put. de sindic. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 1. & 3. ad med. Anton. Rondinell. de sindic. official. num. 53. in princip. versicu & compellitur reddere, quod extorsit. Iodoch. in pract. crimina. cap. 129. rubr. de concuss. num. 4. Grammar. consil. 51. numero 15. in fine. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 24. versic. Quòd si simulatio præsidis iussu.

45 AMPLIA III. vt concussionis crimen incurrat nō solum præses, seu iudex, aut alter officialis, qui metum concutiendo pecuniam extorquet, sed etiam alter inferior officialis d. præsidis, qui ipsius præsidis simulato iussu metum incutit, & pecuniam extorquet, tex in l. 1. ff de concuss. & ibi glo. 1. ponit exemplum in nuncijs communis, qui simulantes se habere in mandatis à præside aliquem capiendi, cum tale mandatum non habeant faciunt sibi dari pecunias à capiendo, sequitur ibi Bart. in primis verbis. Paris de Put. de sindic. in verbo *iudex*, c. 7. num. 5. Iodoc. in pract. crim. c. 129. rubr. de concussionib. num. 5. vbi ponit exemplum in promorore fiscale, qui per metum à muliere pecuniam extorquet, minando, quòd nisi pecuniam dederit faciat ipsam citare pro adulterio. Decia. in tract. crim. lib. 8. cap. 35. sub num. 24. ad medium, vbi de notario, qui pecunia subornatus iussit aliquem citari (Adde tamen, vt puta ad informandum Curiam) sine iudicis concussione, quòd incidit in crimen concussionis, & præter ordinariam pœnam, potest etiam extra ordinem puniri ex allegatis ibi per eum.

46 AMPLIA IIII. vt concussio dicatur committi etiam à persona non habente officium, & sic à priuata persona, secundum glo. in l. 1. in verbo *ablatum*, in vers. Et qnā doq; sine officio, & ibi Bar. in vers. vel etiam sine officio. ff. de concussionib. Cyrill. in summ. crim. rub. 33. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin. num. 3. post med. vers. & quandoque sine officio.

47 AMPLIA V. vt concussio committatur per officialem inferentem metum non solum facto, sed etiam verbis arbitrio iudicis, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 16. in fin. & per Gramma. conf. 51. nu. 14. & 15. vbi exemplificat hanc conclusionem. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 35. sub num. 24. vers. Quinimmo non solum facta.

48 AMPLIA VI. vt concussio dicatur & committi cū mendacio, quamuis expresè non inferatur metus, secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *iudex*, c. 7. nu. 2. ponas exemplum in illo officiali, qui simulato sui Domini nomine à subditis extorquet pecunias, aut alias res, dicēs, quod debent pro eodem Domino deseruire, & tamen eas conuertit in proprios vsus, & num. 3. & 5.

49 AM-

49 AMPLIA VII. vt pœna concuſſionis teneatur etiam iudex,ſeu officialis, qui per extorſionem pecuniam extorquet,text.in l.quòd euitandi.C.de condit.ob turp.cauſ.vbi concuſſionis pœna ſtatuitur teneri Prætorem,qui indebitè vexando ad onera militiæ ſubeunda clericum, aut aliàs inhabilem pecuniam extorquet, & ibi glo.1.in verbo *competentem*,& in verbo *concuſſionis*. Turrecrem.in c.vendentes, nu.2 in princ.verſ.vel quando extorquet.1.q.3.Anto. Rondinell.de ſindic.officialium,nu.60.vbi,quòd officialis faciens extorſionem ratione officij tenetur pœna falſi ad quadruplum, & pœna concuſſionis.

50 Extorſio enim propriè eſt, quando officialis indebitè aliquem vexando,pecuniam ab eo recipit;tunc enim propriè non dicitur barattaria,ſeu corruptio,quæ non cadit niſi à ſponte dante, ſed extorſio; vt benè videtur probari in l.quòd euitandi, & ibi glo. 1. in verbo *competentem*, & in verbo *concuſſionis*, C. de condit.ob turp.cauſ. Et licèt extorſionis pœna ſit pœna concuſſionis, prout dixi ſupra nu.49.verè tamen,& propriè non eſt concuſſio, quia concuſſio propriè dicitur vbi infertur metus, vt dixi ſupra num. 42. & 43.extorſio autem datur etiam, quòd iudex metum non inficiat dummodo, vt pecuniam extorqueat à ſubdito,illum indebitè inquietet,prout benè, ni fallor, declarat Iacob.Butrig.in d.l.quòd euitandi,in verſic.Dic ergo.vbi expreſsè dixit pro repetione pecuniæ extortæ non dari actio né metus,non alia ratione,niſi quia metus nó interuenit, ſed quòd immò dicatur concuſſio, quando iudex pecuniã extorqueat, aliquem indebitè vexando, eo quia per hanc indebitam vexationem non verbis, ſed facto dicatur inferri metus, apparet ex trad.per Parid.de Put.in tract.ſindic. in verbo *iudex*, c.7.ſub nu.1.7.& ſeq.& in propoſito vide

51 Ang.in l. ſi ab eo.ff. de calumniat. Vbi loquitur de iudicibus,qui ſubmittunt aliquem eorum amicum, vt loquatur cum accuſato,& operetur, vt pro abſolutione eidem iudici pecuniam tradat. Nam & hoc etiam caſu crediderim poſſe dici extorſionem, & extorſionis pœnam intrare.

52 AMPLIA VIII. vt pœna concuſſionis non tollatur præſcriptione, ſed huius criminis accuſatio perpetua eſt, ſecundum gloſ.in l.prima, in 1.verbo *ablatum*, & ibi Bart.in verſiculo, quæro quanto tempore.ff.de concuſſionibus.

53 LIMITA I. quia concuſſionis crimen non eſt publicum,huiuſque criminis accuſatio non poteſt proponi, niſi ab eo, qui concuſſionem paſſus eſt, tex.in l.ſecunda, in princ.ff.de concuſſion.vbi ad literam dicitur, *Concuſſionis iudicium publicum non eſt*, (præterquam in caſibus ibidem expreſſis)& ibi gl.in verbo *publicum*, & in verbo *iudicium*, vide tamen Menoch.de arbitrar. quæſtion. lib. 2.caſ.342.

54 num.12.Vbi diſtinguendo dixit, quòd quando concuſſio committitur à priuato, tunc vtique eſt delictum priuatũ. Si verò committitur à Magiſtratu, & officiali; tunc eſt crimen publicum admixtum cum priuato. Decian. in tracta.crim.lib.8.cap.35.nu. 24. ad finem, verſic. Aduertendum tamen.

55 LIMITA II. Quia concuſſio non præſumitur, & propterea,qui allegat per metum ſoluiſſe pecuniam officiali,debet metum probare, quia ex ſola dignitate, ſeu ex ſolo officio,ſeu ſuperioritate metus non præſumitur, ſecundum Parid.de Put. in tracta. ſindic. in verbo *iudex*, cap.7. num.8.in fin.& ſeq.vbi amplius, quòd metus illatus per officialem Poteſtatis non præſumitur illatus de ordine, & conſcientia ipſius Poteſtatis,& faciunt pro hac concluſione generaliter dicta de præſumptione officialis infra num. 261.Et faciunt etiam,quæ dixi in 1.par.tit.de inquiſit.q.5. num.16.

56 Contrarium,quòd immò officialis habeat præſumptionem contra ſe, ſi concuſſerit, & quòd per terrorem pecuniam extorſerit,voluit Gramm.conſ.51.num.12 quem referendo ſequitur Decian. in tractat. crimin.lib.8.c.35.ſub num.24. verſ.officialis autem, & faciunt, quæ dicam infra,num.263.Idem Decian.d.lib.8.cap.38.nu. 17. Vbi hanc

57 Grammatici opinionem admittit concurrentibus alijs coniecturis, vel inditijs, aliàs ſecus.

58 In hac contrarietate crederem ſm veriorẽ opinionẽ poſſe ſic diſtingui, quòd, aut conſtat de receptione pecuniæ, aut non. Primò caſu procedat ſecunda contraria opinio, vt ſcilicet non præſumatur data ſponte, ſed per concuſſionem,& ſic præſumatur contra officialem, non quoad receptionem pecuniæ, ſed quoad concuſſionem. Secundò autem caſu ſecus.Qui enim dicit pecuniam dediſſe, & per cõcuſſionem debet probare ſaltem dationem pecunię ex his, quæ dicam infra,num.261.Alias ſequeretur abſurdum, quod eſſet in poteſtate cuiuſcumque officiales calumniare, & dicere ſibi per concuſſionem extortam pecuniam. Quomodo enim ſi ipſi haberẽt præſumptionem contra ſe, poſſunt contrarium probare. Idcirco verius eſt ſic dicenti minimè credi,prout dicam infra,num.273.

ARGVMENTVM.

Iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens, An,& quando teneatur ad quadruplum: Et hæc quadrupli pœna an applicetur fiſco, vel parti.

SVMMARIVM.

Iudex, qui pecunia corruptus iniuſtitiam facit, tenetur ad reſtitutionem quadrupli eius, quod accepit, nu.59. & ſeq. Vbi idem vigore Statuti Vrbis.

Iudex, qui barattariam commiſit, tenetur quandoque ad duo quadrupla, prout eſt, quando pecuniam accepit ab vtraque parte, num 61.

Quadruplum, quod à iudice refunditur pro crimine barattariæ applicatur fiſco, nu.62. Declara, vt num 63. & ſeqq.

Quadrupli, quod à iudice refunditur propter cõmiſſam barattariam pars vna applicatur fiſco. Alia autem medietas applicatur parti læſæ, quando ex parte dantis non adſit turpitudo, nu. 63. Pars autem læſa iſto caſu erit illa, quæ iudici pecuniam dedit, ſed non turpiter, nu.64. Si verò turpiter dedit, dicetur pars læſa, & illi applicabitur quadruplum, in cuius iniuriam pecunia accepta fuit, nu.65. Quamuis quòd eadem pars poſſit repetere totum quadruplum, faciant ſcripta, nu.66.

Actio ad quadruplum contra iudicem, qui barattariam cõmiſit competit infra annum, poſt annum verò non tenetur iudex, niſi ad ſimplum, nu.67. & an in quadruplo ſit computanda pecunia data iudici, num.68.

Quadrupli pœna hodie in iudice barattariam committente non habet locum, quia ſi iudex ſit cauſa fuerit ciuilis, & pecuniaria dati triplum promiſſi, duplum refundit. Si verò cauſa fuerit criminalis non duplum, aut triplum, ſed etiam amittit bona, nu.69. & ſeq. vbi de materia.

QVÆST. CXI. ART. IIII.

DIXI ſupra articulo ij.num.36. & ſeq.quòd iudex, qui pecunia corruptus iniuſtitiam facit, non ſolum criminaliter punitur,ſed etiam ciuiliter tenetur ad damna,expenſas, & intereſſe damnum paſſo reficienda nec non ad litis æſtimationem,Succedit modo, vt diſcutiamus de alia ciuili pœna, ad quam idem iudex condemnari etiam poteſt nempè ad quadruplum eius, quòd recepit, de hac igitur quadrupli pęna verba facturi.

59 REGVLA ſit affirmatiua,quòd iudex pecunia corruptus iniuſtitiam faciens,tenetur ad reſtitutionem quadrupli eius,quod accepit,tex.in l.1.in fine, ibi, *In quadruplum exoluat inuitus*. C.ad l.Iul.repetundar.& ibi Bal.in ſummario in vltimis verbis,& Salyc.num.2.& Ang in verſic.iactura autem iudicis, gloſ.in l.vnuſquiſque in verbo *repetiturus*.C.eodem,& in l.fin.ad fin.ibi. *Quadrupli pœna,&c.* C. eod.tit.& ibi Salyc.poſt princ. Bonif.de Vital.in rubr.ad l. Iul.repetund.num.6. in fine verſ.& ſic patet, & in titu.de crimin.concuſſion.num. 4. Paris de Put.de ſindic.in verbo Barattaria, nu.1.& in verbo *corruptio*, cap. 3.num.2.& 5.ad med.verſ.Vbi quis. Anto.Rondinell.de ſindic.officialium,

lium,nu. 53. vers. item tenetur ad quadruplum, & nu.63. vers. itẽ punitur ad quadruplum eius. Io. Berber. in pract. par.1.rubr.13. de l.Iul. repetundar.nu.3. Iodoch. in pract. crim.c.129 rubr.de concuss.nu.4. & cap.130. rubr.de corrupt.post num.3.& 5.Gram.consi.35.nu.11.vers. nec obstaret,& num.12.Boss.in titu.de offic.corrupto, post num.7. vers. Alium vero habes,& in vers. Quid concludendum. Clar.in pract.§.fi.q.73.nu.2.vers.iudex committens Barattariam ante med.Vbi etiam, quòd & in hoc omnes cõcordant ex Boss.in loco prȩcitato.Decian.in tract.crim.lib.8. cap.39.num. 20.

60 Concordat Vrbis statutum lib.2.c.60. & vide constitut. Marc.lib.2.c.4. Vbi quòd si pecunia à iudice recepta non excedat viginti solidos denariorum voluit ipsum teneri qualibet vice ad decem libras denariorum,si vero excesserit solidos viginti voluit pro qualibet libra valoris illius rei teneri ad pœnam decem librarum.

61 AMPLIA I. Propositam regulam, vt quandoque detur casus, vt iudex qui Barattariam committit teneatur ad duo quadrupla,prout est quando accepit ab vtraq; parte secundum Amad. de sind. nu.170. & faciunt scripta per Paris.de Put de sindic.in verbo *corruptio*,capit.1. nume. 6. Vbi post Bal.quem allegat,dixit posse in vna, & eadem persona concurrere plures Barattarias,adde etiam, quæ dicam infra,num.286.Decian.in tract. crimin lib.8. capitu. 39.nume.22.

62 AMPLIA II. Quia quadruplum,quòd refundit iudex ex l.Iul.repetund.dum accepta pecunia iniustitiam fecit,totum fisco applicatur,quando turpiter pecunia etiam ex parte dantis data fuit,secundum glo.in l.2.in versicu.& hoc quadruplum. ff. ad l.Iul.repetund.glo .in l.1. in verbo *in quadruplum*,vers.nisi turpiter dedit.C.eo. & ibi Salycet. num.6.& Ang.ante med.in vers.in glo. quæ incipit, Paris de Put.de sindic.in verbo *corruptio*,c.3.nu.2.Io.Berber.in pract.par.1.rubr.13.de l.Iul.repetund. vers.& hoc quadruplum.Iodoch.in pract.crim.c.130.post nu.3.& 7.Boss.in titu.de official.corrupto, post nu.7. vers. Alium vero habes. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.39. nu. 22.

63 LIMITA hanc II. Ampliationem,quia quadruplũ, quod soluit iudex pecunia corruptus, licet regulariter fisco applicetur, hoc tamen intelligitur, quando etiam ex parte dantis adest turpitudo;si vero ex parte dantis, non adest turpitudo,tunc istud quadruplum medium datur fisco,& medium parti læsæ,sic enim declarare videtur glo. in l.1.in verbo *quadruplum*, C. ad l. Iul. repetundar. & ibi Salyc.num.6.Bonif.de Vitalin.in rubr.ad l.Iul.repetundar. nu.4.vers.cuius dimidio.Ioan.Berber.in pract.par.1.rubr. 13.de l.Iul.repetund.nu.3.in fine vers.si vero ex parte recipientis.Boss.in tit.de offic.corrupto,post nu.7. vers. Alium tex.habes.Clar.in pract.§.fin.q.73.nu.2. ad med.Decian.in tract.crim.lib.8.cap.39.nu 22.

64 Pars autem læsa,cui quadrupli medietas applicatur, erit illa,quæ dedit pecuniam iudici,sed non turpiter, prout declarat.Ang.in l.1.ad med.vers.ad hanc pœnam infligendã, C.ad l.Iul.repet.

65 Si autem & ipsa pars turpiter dedit,tunc non danti,sed alteri parti in cuius iniuriam pecunia accepta fuit fieri debet applicatio,secundum Turrecrem. in c.non licet, post nu.2.11.q.3.sic & pecuniam datam à corrumpente applicari parti,in cuius præiudicium data erat,est tex.expressus,in l.3.§.illud erit notandum,vers.sed ei dabitur, ff. de calumniat.gl.in l.in heredem in verbo *extorquebitur*, ff.eod. Bart. in d.§.illud in summ.& ibi etiam Alber.nu.3. Angel.etiam in summ.Odofr.pariter in summ.

66 Quamuis, quòd imò eadem pars possit repetere totum quadruplum videatur de mente glo. (quæ tamen loquitur per verbum fortè,) in l.vnusquisque.C.ad l. Iul. repetundar.& ibi etiam Salyc.num.2. in 2.opposit.Amad. de sindic.post num.120. Vbi quòd in ciuili causa pœna applicatur parti læsæ,contra quam fuit iudicatum. Paris de Put.de sindic.in verbo *Barattaria*,num.3. Vbi quòd istud quadruplum restituitur illi,qui pecuniam dedit, & in verbo *corruptio*,cap.3.num.2. vers.& licet dicatur, ibi. *Et aliquando parti debetur,&c.* Nec dissentire videtur Menoch. de arbitr.q.lib.2.cas.342.nu 15. Vbi intelligendo tex.in l. 1.C.ad l.Iul.repetundar. vt loquatur in illo administratore prouinciæ,qui vt dixit tex.habitatores diripuit,& nudauit,probat,quòd quadruplum ex dicto administratore soluendum applicari debet non fisco, sed ipsis habitatoribus directis,& nudatis.

67 LIMITA I. Propositam regulam, vt actio ad quadruplum competat infra annum,post annum vero non teneatur iudex,nisi ad simplum,secundum glo.in l.2.in vers. & forte intra annum, ff.ad l.Iul.repet.& ibi Bart.nu.2.vers. sed quæro,sic & eodem modo contra accipientẽ pecuniã, vt aliquid per calumniam faceret, vel non faceret dari infra annum actionem ex edicto de calumniatoribus ad quadruplum,& post annum ad simplum probat ad literã text. & ibi glos.& communiter Doctor.omnes in l.1. ff. de calũniat.& in l.annus, ff.eod. Vbi an iste annus,sit vtilis, & currat à die scientiæ,an vero secus. Decian.in tract. crim.lib. 8.c.37.num.22.

68 An autem in quadruplo isto insit simplum, & sic an in eo computanda sit pecunia data ob corruptionem, an vero illa vltra quadruplum repetatur, vide glo.in l.in hæredẽ §.sed etiam in verbo *vtrum tollatur*, vers. Item nunquid totum,ff.de calumniat.& ibi Bart.& omnes Doct. Amad.de sind.nu.170.in princ.vers. & in dubio.

69 LIMITA II. Vt hæc pœna quadrupli hodie non habeat locum ex Auth.nouo iure, C.de pœn.iudic qui mal.iudic.secundum,quam iudex corruptus si causa ciuilis,& pecuniaria sit, dati triplum promissi duplum refundit (si vero criminalis,non duplum,aut triplum,sed omnia amittit bona, vt expressè ibi cauetur,in §.1.& sequen.& dixi etiam supra,num.34.) gloss.in c.1.§.si quis autem iudex,& in verbo *condemnandus*, de sentent.& re iudic.in 6.& ibi etiam Archid.colum.4.in princip.in verbo *litis*, Ioan.And. in capit.cum ab omni,num.4.de vit.& hon.est.Clericor. & ibi etiam Imol.nu.5.vers. Quæ autem sit pœna.Amad.de sindic.nu.121.vers.sed si in causa ciuili, & nu.165.vers.si. quæ autem sit pœna. Anton. Rondinell. de sindic.officialium, num.57.in fine,Cyrill.in summ.crim. rubr.33. de pœn.iudic.malè iudican.§.fi.nu. 3.ad finem. vers ab eo tamen car. 178 Gramm.voc.25.nu.7.Franc.Marc.decis.686.nume.9. par.1.Boss.in tit.de offic.corrupt.post nu.7.Menoch. de arbitr.q.lib.2.cas.342.nu.14.& 15.Vbi benè explicat, an per hanc Authenticam nouo iure, sit sublata pœna quadrupli de quà in l.1.C.ad l.Iul. repetundar. & de qua dixi supra, num.59.

70 Dicitque quod dispositio Auth.nouo iure, propriè procedit in nostra materia, videlicet in iudice iudicante per sordes.Dispositio autem d.l.1.procedit in eo prouinciæ administratore,qui habitatores diripuit, & nudauit, prout propriè loquitur,text.ille,& sic videtur concludere, quòd vna lex non tollit aliam, sed vtraque locum habet secundum casuum diuersitatem.Decian.in tract.crim. lib.8. cap.39 num.15.

ARGVMENTVM.

De iure canonico quæ pœna sit iudicis, qui pecunia corruptus iniustitiam facit.

SVMMARIVM.

Iudex ecclesiasticus,qui pretio,aut alias per sordes iniustam tulit sententiam suspenditur ab exequutione officij per annum,nu.71.

Iudex ecclesiasticus suspensus eo,quia per sordes iniustitiam facit,irregularis efficitur, si suspensione pendente immiscuerit se in diuinis, nu 72.

Episcopus non potest remittere infra annum pœnam suspensionis, quã incurrit iudex ecclesiasticus iudicando per sordes, nu.73.

Iudex ecclesiasticus iniustè,per sordes iudicans vltra suspensionem per annum punitur,etiam ad pœnam extraordinariam, nu.74.

Iudex, qui per sordes malè iudicat, non suspenditur à beneficio, sed tantum

tantum ab ordinibus, num. 75. licet alij contra, num. 76.

Iudex ecclefiafticus per fordes malè iudicans, non fufpenditur ab officio, fed tantum ab ordinibus, nu. 77.

Iudex fecularis malè per fordes iudicans, non patitur pœnam fufpenfionis à iure Canonico inflictam, nu. 78.

Pœna fufpenfionis à diuinis ad hoc, vt habeat locum in iudice malè, & per fordes iudicante plura requiruntur, de quibus in nu. 79.

QVÆST. XCI. ARTIC. V.

71 REGVLA fit, quòd de iure canonico iudex ecclefiafticus, qui prætio, aut alias per fordes iniuftam tulerit fententiam fufpenditur ab exequutione officij per annum tex. expreffus in c.1.§.fi quis autem iudex ecclefiafticus, ibi, *ab exequutione officij per annum nouerit fe fufpenfum*, de fent.& re iudic.in 6 & ibi Dominic.in 5. notab. & gloff. in verbo cum æterni. Hoftienf.ante num.1.verf.Quod fi grauamen. Vbi quòd hæc pœna incurritur ipfo iure. Ioan. Berber. in pract.par.1.rubr.13.d.l.Iul.repetund. num. 5. verf de iure autem canonico, & rubr.37.de concuffionib.nu.6. Franc. Marc.decif.686.num. 1.par. 1. Decian.in tract.crim.lib.8. cap.39.num.17.

72 AMPLIA I. Quia iudex ecclefiafticus, qui à iure fufpenfus remaner à diuinis per annum, vt in c.1.§.fi quis autem iudex de fent.& re iud.in 6.fi anno fufpenfionis durante in diuinis fe ingefferit, & irregularis efficitur in d.c. 1.§.fciturus. Vbi amplius ftatuitur, quòd ab ifta irregularitate non poteft liberari, nifi à fummo Pontifice, & ibi Dominic.in figurat. cafus in fine in verf.& fi pendente, & in 5.notab.& gl.in verbo *cum æterni*, & in verbo *irregularitatis*, & feqq.gloffis. Hoftienf.ante nume.1. verf. fciant etiam, & num.16.per totum. Vbi de materia, de qua etiam ibi per Archid.nu.3.in fine in verbo *damnabiliter*, & nu.4. in verbo *ingefferit*, & in verbo *irregularitatem*, & in verbo *Pontificem*, Ioan. Monac.nu.14.in fine, & feqq. Gemin.in §.fciturus, nu.1.& omnibus feqq. Vbi latè, & ibi ēt Franch. pariter, nu.1. & omnibus feqq.

73 AMPLIA II. Quia Epifcopus nō poteft remittere infra annum pœnam fufpenfionis, quam incurrit iudex ecclefiafticus iudicando, per fordes, fecundū Io. Andr. in c.1.nu.3. in verbo *per annum*, de fent.& re iud. in 6. & ibi etiam Gemin.nu.10.& 11.in §.fi quis, & ibi Franch.nu.6.

74 AMPLIA III. Quia iudex ecclefiafticus prętio, feu alias per fordes iniuftam fententiam ferens punitur de iure canonico, non folum pœna fufpenfionis officij, per annum, de qua in c.1.de re iudi.in 2. fed etiam fuftinebit aliquam aliam pęnam extraordinariam, quia damnabitur in quantum bonum, & ęquum iudicanti videbitur, fic enim per tex.in l.fin.ff.de var.& extraordin.cognitionib.& inftitut.de obligat.quæ ex malef.nafcunt.in princip. voluit Hoftienf.in d.capit.1.num.17.verficu.eft & quinta, fed certè, prout dicam infra de iudice per imperitiam iudicante pœna illa de qua in d.l.fin.ff.de var.& extraordinar. cognit.& in d.§.1.inftitut.de obligat.quæ ex quafi delict.nafcun.non eft pœna criminalis, fed ciuilis ad intereffe, ad quod is iudex non tenetur in totum, fed in quantum religioni iudicantis videbitur.

75 LIMITA I. Quia fufpenfio officij per annū de qua in cap.1.de re iud.in 6. non extenditur ad beneficium, fed tantum intelligitur de ordinibus, & diuinis fecundum gloff. (quæ tamen ponit pro, & contra) in d.cap.1. in verbo *officij*, & apertius voluit glo.ibidem in verbo *diuinis*, & Hoftien.num.14.Archid.colum.3.ad med.in verbo *officij*. Ioann.Monach.num.11.& 14. in verbo *diuinis*. Gemin.in §.fi quis, num.8.verf.quæro de qua fufpenfione, & num.9. ex quibus iure dici poteft. Ita communiter teneri per Doctor.in d.l.1.

76 Quamuis contrarium, quòd immo fufpenfio debeat etiam effe à beneficio, defendat.Ioā.Berber.in pract.par.1. rubr.13.de l.Iul.repetūd.nu.5.& 6.ea motus ratione, quia alias effet nimis leuis pœna fufpēdere hominem beneficiatum ab officio dumtaxat, quia per hoc non defineret epulari, ventrem faturare, libidini inferuire, & quod peius effet, non feruiens altari, propter fufpenfionem officij de altari viueret, & vt ipfe inquit, multi reperiuntur, qui ne fufpenderetur ab officio, non darent vnum obolum, cum, & multi feipfos fufpendant, non vacantes exercitio diuini officij.

77 LIMITA II. Quia nec etiam talis fufpenfio trahitur ad effectum iudicandi, prout dixi fupra, nu.29.

78 LIMITA III. Quia pœna iuris canonici prædicta videlicet fufpenfionis officij ordinis per annum de qua in cap.1. de re iudic.in 6.non trahitur ad iudices fæculares, quibus talis pœna applicari non poteft cum officio ordinis careant, fecundum Hoft.in d.c.1.num.5.in fine in verbo *ecclefiaftici*, Archid.poft num.1.in verbo *ecclefiaftici*, Ioan. Andr.nu.9.verf.in glo.fæculares. Gemin.nu.8.in verf.gloffa fuper verbo *ecclefiaftici*.

79 LIMITA IIII. Quia adhoc, vt hæc canonica pœna fufpenfionis à diuinis, per annum locum habeat, fex requiruntur, de quibus per Dominic.in capit.1.poft figurat. cafus in 6.notab.verf.nota fex requifita de fenten. & re iudica.in 6.& ibi etiam Archid.colum.3.in verbo *fordes*, & dicunt quidem Ioan.Andr.num.10.verf.in glof.hoc eft. Gemin.in §.fi quis, nu.4.& feqq.& num.13. & ibi etiam Franch.num.5.

ARGVMENTVM.

An pœnæ à legibus impofitæ iudici Barattariam cōmittenti infimul confundantur, vt vnaque per aliam tollatur, an vero omnes imponi poffint, vel earum aliqua, iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

POEna vna iuris ciuilis impofita iudici iniuftitiam facienti, per pecuniam non tollit aliam, fed omnes cumulatiuè imponuntur, num.80.contra num.81.concorda, vt nume.82.

Pœna de qua in Auth.nouo iure, C. de pœna iudicum, qui malè iudic.non tollit alias antiquas pœnas à iure communi impofitas iudicibus malè iudicantibus, nu.83.contra, nu.84.

Pœna falfi impofita iudicibus, qui pecunia corrupti iniuftitiam faciūt venit cumulatiuè, cum alijs pœnis eifdem iudicibus à iure impofitis, nu.85.contra, nu.86.

Pœna, quæ venit ex edicto de calumniatoribus impofita iudici, qui pecunia corruptus iniuftitiam facit, non tollitur per alias pœnas eidem iudici à iure fuftictas, fed cumulatiuè venit cum illis, nu.87.

Pœna quadrupli impofita iudici Barattariam committenti non confunditur, cum alia pœna criminali extraordinaria, fed amba cumulatiua imponi poffint, num.88.

Pœna concuffionis impofita iudici Barattariam committenti, non confunditur, cum alijs pœnis ipfi iudici à iure impofitis, fed cum illis venit cumulatiuè, nu.89.

Pœna priuationis officij impofita iudici Barattariam committenti venit cumulatiuè, cum alijs pœnis dicto iudici à iure compofitis, nume.90.

Pœna repetundar. & arbitraria non cenfetur fublata per alias pœnas à iure impofitas iudicibus Barattariam committentibus, nume.91.

Pœna infamia venit in confequentiam, & cumulatiuè, cum alijs pœnis impofitis à iure iudici Barattario, nu.92.

Pœna canonica fufpenfionis impofita iudici ecclefiaftico per fordes iudicanti non tollit alias pœnas, tam legales, quam canonicas, nu.93. Declara, vt num.94.

Pœna refectionis expenfarum, & damnorum quam patitur iudex Barattariam committens venit cumulatiuè, cum alijs pœnis criminalibus, nu.95.& 96. Vbi idem de pœna æftimationis litis.

Pœna ftatutaria impofita iudici committenti Barattariam tollit omnes alias pœnas legales, nu.97.

QVÆST. CXI. ARTIC. VI.

80 REGVLA sit, q̄ pœna vna iuris ciuilis imposita iudici, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, non tollit aliam secundum glo. quæ hāc opinionem Curialistarum approbare videtur in c. 1. in fine in verbo *pœna multiplici*, de sent. & re iudic. in 6. & ibi Host. num. 17. in fine in verbo *pœna multiplici*, Ioan. Andr. nu. 8. in verbo *constitutionibus*, Bal. in l. si quis ab alio, ff. de calumniatorib. Vbi in proposito, quòd pœna vnius legis, non tollit aliam, nisi in posteriori lege adsit clausula derogatoria ad aliam. Quòd & idē ibidem dixit Ang. num. 1. vers. nota bene Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 39. nu. 18. Vbi quòd omnes pœnæ stant cumulatiue, vnaque pœna censetur alteri addita, & propterea iudex poterit, aut vnam quam maluerit infligere, aut omnes eius arbitrio imponere.

81 Contra quod vna pœna tollat aliam ex quo veniunt ex eodem facto voluit Alber. in l. 1. §. hoc aūt iudicium vers. in criminalibus dic, ff. de calumniat. vbi dixit generaliter per vnam criminalem actionem tolli aliam, q̄n ambæ veniunt ex eodem facto, & causa; secus si ex diuersa, & idem ibi affirmauit Bal. nu. 3. ad med. vers. in eadem glo. Odofr. col. 3. in princ. vers. sed si accusatur, &c. *ibi quòd si quis accusatur* l. Iul. repetund. non pōt accusari crimine falsi, vel cōcussionis q̄m ex eodem fonte descendunt, & sunt actiones æquè ad vindictam proditæ, & magis claræ. Paul. de Castr. nu. 6. Vbi in proposito, q̄ punitus vna pœna criminaliter non potest puniri alia criminali pœna, quia de vno delicto non potest quis diuersis legibus, & diuersis pœnis puniri. Cyril. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iud. malè iudic. §. fi. num. 3. post med. vers. harum tamen pœnarum iudex vnam eligere, & illam quidem maiorem.

82 In hac contrarietate vide Boss. in tit. de offic. corrupto. post nu. 7. vers. quid concludendum, & nu. 8. 9. & 10. Vbi post longam disputationem concludere videtur, q̄ vna pœna non tollit aliam origini, sed exequutioni non enim omnes pœnæ imponi possunt, sed vna tantum ad arbitrium, & electionem iudicis, & ita dicit apparere ex mente communiter Doctorū, & cum hac distinctione videtur etiam consentire. Gram. vbi supra alleg. d. cons. 35. num. 12.

83 AMPLIA I. Vt pœna de qua in Auth. sed nouo iure, C. de pœn. iud. qui malè iudic. non videtur tollere alias pœnas à iure cōi impositas ita vr̄ de mente. Cyn. in eadem Auth. nouo iure in princ. Vbi notat illam Authen. venire, *vt addat*, alijs legibus. Nec dissentit ibidem. Odofr. pariter in prin. Boss. in tit. de offic. corrupt. post nu. 7. vers. quid cōcludendum. Vbi aliorum opinionib. relatis, & hinc inde discusso articulo in hac vr̄ residere opinione, q̄ per Authēticam, sed nouo iure non censeantur sublatæ aliæ pœnæ iuris ciuilis, C. licet vt dixi supra, nu. 80. non oēs possunt imponi pœnæ, sed vna tm̄, & particulariter, q̄ per Auth. sed nouo iure, non censeatur sublata pœna repetund. & sic arbitr. concludi. Menoc. post longam disputationem de arbitr. q. lib. 2. cas. 342 nu. 7. & seqq. vsque & post num. 17.

84 Contra quod per istam pœnam, de qua in d. Auth. nouo iure sint sublatæ aliæ antiquiores pœnæ voluit. Amad. de sindic. 165. vers. de iure antiquo iuncto vers. sed hodie.

85 AMPLIA II. Idem in pœna falsi, quæ non censetur sublata per alias pœnas, sed venit cumulatiuè, cum alijs pœnis, prout videtur de mente Iacob. Buttrig. in l. fin. in vers. Item oppono, quòd puniatur, C. de pœn. iudi. qui malè iudicauit.

86 Cuius contrarium voluisse videtur glo. in l. 1. §. hoc autem iudicem in verbo *crimina*, ad finē vers. sed an vnica, ff. de calumn. Vbi dixit quòd pœna repetund. & de falsis inuicem tolluntur, & sic vbi vna habet locum, altera cessat. Quod & idem ibidem voluit. Odofr. colum. 3. versic. sed si accusatur, & cum hac contraria opinione consentit. Menoc. de arbitr. quæst. libro 2. cas. 342. num. 8. & seq. Vbi dixit quòd licet iudex corruptus teneatur crimine repetundarum, & crimine falsi non tamen tenetur, nisi vnica pœna videlicet arbitraria quia etiam pœna falsi arbitraria est, vt ibi per eum, & credo verum dicat. Decian. in tract. crimin libro 8. cap. 34. numero 11. in fine. Vbi pariter dixit, quòd pœna repetundarum, & pœna falsi inuicem tolluntur.

87 AMPLIA III. In pœna quæ venit ex edicto de calumniatorib. quæ non tollitur per alias pœnas secundum glo. in l. 1. §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*, ad finem, vers. sed an vna via, ff de calumniat. & in l. in hæredē, §. sed etiam in verbo *vtrum tollatur*. ff. eo. Alber. in d. §. hoc autem iudicium, versic. Item quærit, glos. & ibi etiam Bal. nu. 3. ad med. vers. In eadem gl. Odofred. col. 2. in fine versic. Signori caueatis vobis, & Pau. de Castr. sub num. 5. vers. item si fuerit.

88 Sic, & pœna quadrupli non confunditur cum alia pœna corporali, seu extraordinaria, secundum Saly. in l. 1. nu. 5. in fine in 4. opposit. C. ad l. Iul. repetund. Vbi propterea, quòd hæc pœna non confunditur cum pœna legis antepenultimæ. §. fin. ff. eod. Gramm. cons. 35. num. 11. vers. nec obstaret, & nu. 12. in prin. Boss. in tit. de offic. corrupt. nu. 10. ante med. vers. & in quadruplo.

89 AMPLIA IIII. In pœna concussionis, quæ pariter non confunditur cum alia pœna, quando re vera concussio interuenit, secundum Boss. in titu. de offic. corrupt. numero 7. in fine, vide tamen Menoc. de arbitr. quæstio. libro 2. cas. 342. numero 10. & sequen. vbi concludit, quòd quamuis isto casu iudex teneatur crimine repetundarum, & concussionis, prout dixi supra numero, 41. non tamen poterunt diuersæ pœnæ imponi, sed vnica tantum, videlicet arbitraria, quia vt dixi supra, numero 16. & 39. tam pœna repetundarum, quam concussionis arbitraria est.

90 AMPLIA V. In pœna priuationis officij, quæ nec etiam confunditur cum alijs pœnis, quia semper venit in consequentiam, vt per Boss. in titu. de offic. corrupto. nu. 7. in princ. vers. si vero delinquit in causa criminali, & nu. 10. vers. & in priuatione officij. Vbi quòd in hoc omnes concordant, & idem voluit Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 2. cas. 342. num. 13. ad med. versic. quemadmodum, & illa.

91 AMPLIA VI. In pœna repetundarum, quæ vti dixi supra, num. 16. est arbitraria non censetur sublata per alias pœnas à iure impositas iudicibus pretio corruptis malè iudicantibus, in omni enim casu, & secundum omnes leges pœnas prædictas imponentes pœna est arbitraria, secundum qualitatem causæ, & secundum qualitatem sententiæ etiam vsque ad mortem inclusiuè (prout dixi supra pariter num. 16.) sic enim ni fallor, latè probauit Menoch. de arbitr. quęst. lib. 2. cas. 342. num. 7. in princ. & seqq. vsque & post num. 17.

92 AMPLIA VII. In pœna infamiæ, quæ nec etiam confunditur cum alia pœna criminali, quæ imponitur iudici pecunia corrupto, & malè iudicanti, quia illa non est pœna principalis delicti, sed in consequentiam secundum Menoch. de arbitr. q. lib. 2. cas. 342. num. 13.

93 AMPLIA VIII. In pœna suspensionis per annum de qua in cap. 1. de re iudic. in 6. quæ non tollit alias pœnas tam legales, quam canonicas huiusmodi iudicibus pretio, aut alias per sordes malè iudicantibus inflictas, prout ad literam dicit text. in d. cap. 1. in fine, ibi. *Saluis alijs constitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerunt, & instigant; dignum est enim, vt qui in tot præsumit offendere, pœna multiplici castigetur*, & ibi Dominic. in figuratione casus in princ. in versic. Nam vltra pœnas legales, & in 3. notab. & glo. in fine illius tex. in verbo *instigunt*, & in verbo *pœna multiplici*. Vbi ex hoc dicit approbatam opinionem Doctorum legum dicentium, quòd in hac materia omnes pœnæ à legibus impositis locum habent (de quo generaliter dixi supra, num. 80.) & ibi etiam Host. ante num. 1. versic. Nec per hoc intendit, & num. 17. in verbo *instigunt*. Archid. in fine, num. 6. in verbo *tot*. & in verbo *multiplici*. Ioan. Andr. num. 8. in verbo *constitutionibus*. Gemin. in §. si quis, num. 13. in fine Turrecrem. in c. non licet, num. 2. ibi venit multipliciter puniendus, 11. quæst. 3.

94 De-

34 Declara, vt non tollat origini, ſecus quoad exequutionem quia non niſi vna pœna imponi poteſt, prout dixi ſupra num 81. & expreſsè declarat. Boſſ. in tit. de offic. corrupto. num. 10.

95 AMPLIA IX. In pœna refectionis expenſarum, & damnorum, quæ etiam venit cumulatiuè cum alijs pœnis criminalibus, ſecundum Iacob. Butrig. in l. fin. ante med. verſ. At hic loquitur de ciuili. C. de pœn. iud. qui malè iudicauit. Alber. in l. 1. §. hoc autem iudici. num. 3. ff. de calumn. Vbi generaliter, quòd ciuilis actio, non tollit criminalem, & idem ibi dixit Bald. nu. 3. ad med. verſ. in eadem gloſ. & Paul de Caſtr. nu. 5. verſ. item ſi fuerit.

96 AMPLIA X. In æſtimatione litis, quæ etiam venit cumulatiuè ad alias pœnas criminales, ſecundum Butrig. in l. final. verſ. item oppono. C. de pœn. iud qui malè iudica. & eſt de mente text. in d. c. 1. §. ſi quis autem iudex in verbo *nihilominus*, de ſentent. & re iudic. in 6. & ibi notat Dominic. in figuratione caſus, verſ. Nam vltra pœnas legales, & ibi Archid. nu. 3. ad finem, col. 4. in verbo *nihilominus*. Ioan. And. nu. 3. eod. verbo *nihilominus*.

97 LIMITA HVIVS VI. articuli propoſitam regulam in pœna ſtatutaria, quæ tollit in hac materia oēs pœnas iuris cõmunis, ſecundum Gram. conſ. 35. n. 56. Vbi ꝙ ita alias fuit diſputatum, & concluſum Ianuæ, & totus mũdus ita obſeruat, licet in contrariũ faciant aliqua deducta per eundem Gram. ibidem ſupra, num. 12. verſ. Præterea, & nu. 14. & hæc opinio Gram. rationabilior, & verior videtur quamuis non placuerit Menoc. de arbit. q. lib. 2. caſ. 341. nu. 18. & hinc inferri põt, ꝙ ſtante vrbis Statuto lib. 2. c. 60. officialis. Cur. Capitolij, qui ſe corrumpi permiſit, non niſi in quadruplum, & officij priuatione puniri poſſit.

ARGVMENTVM.

De pœnis corrumpentis iudcem.

SVMMARIVM.



Orrumpens iudicem tenetur eadem pœna, qua tenetur iudex corruptus, num. 98.

Corrumpens iudicem tenetur pœnā falſi, & relegatur, num. 99.

Corrumpens iudicem punitur in quacumque cauſa, ſiue priuatā, ſiue publica, & ſiue fiſcalis ſit num 100.

Arbitrum corrumpens pecunia, vel ambitione tenetur de dolo, num. 101.

Corrumpens iudicem non pecunia, ſed prece, aut alio modo punitur pœna centum aureorum, num. 102.

Tentans corrumpere iudicem, qui non permiſit ſe corrumpi adhuc puniendus eſt, num. 103. & ſeq. Vbi etiam quid vigore bannimentorum generalium, ſtatus eccleſiaſtici, & Vrbis.

Iudici dans pecuniam nulla expreſſa cauſa, punitur vt corruptor, num. 105.

Corrumpens iudicem tenetur actione de dolo ad expenſas, quas aduerſarius fecit, nu. 106.

Corrumpens iudicem non repetit pecuniam, quam iudici dedit, quia turpiter dedit, num. 107.

Iudici ſi quis pecuniam dedit ſimpliciter, non exprimendo cauſam præſumitur dediſſe in turpem cauſam, ideo eam non repetit.

Iudici dans pecuniam, vt iuſtitiam faciat, vt cito expediat, aut pro redimenda vexatione, aut pro conſeruatione ſui iuris, non dicitur dediſſe in turpem cauſam, ideo illam repetit, nume. 109. & ſeq. Vbi amplius, quòd tantundem repetit, ſed an hæc procedant de iure nouo authenticorum, vt ſcilicet licitum ſit dari iudici pecuniam, vt iuſte iudicet, & an pecunia data eodem iure repeti poſſit, num. 111. & ſeq.

Iudici ſi quis dedit pignus, vt ipſum corrūperet, poterit illud repetere rei vendicatione, num. 113.

Inquiſitus capitaliter non prohibetur pro redemptione ſanguinis ſui corrumpere iudicem, num. 114. & ſeq. Vbi quòd hoc etiam licet extraneo.

Sanguinem ſuum redimere etiam corrumpendo iudicem licitum eſt, num. 114. & ſeq. Vbi ampliatur hæc concluſio.

Iudici dare pecuniam licet pro conſeruatione iuris ſui, vel pro redemptione indebita vexationis, num. 116.

Pecunia data iudici ſemper præſumitur data in turpem cauſam, & ideo qui contrarium dicit probare debet, num. 117.

Iudici pecuniam dare an liceat, vt iuſtam proferat ſententiam, nu. 118. & ſeqq.

Iudici pecunia data publice, & palam non inducit corruptelam, num. 119.

Iudici dans pecuniam, vt cito cauſam expediat non punitur, nu. 123.

QVÆST. CXI. ART. VII.

98 

EGVLA ſit, quòd corrumpens iudicem tenetur eadem pœna, qua tenetur iudex corruptus ſecundum gloſ. in l. 1. in princ. in verbo *non faceret*, ff. de calumniat. in qua lege, vt dixi ſupra num. 67. corruptus officialis, ſeu alius infra annum tenetur ad quadruplum, & poſt annum ad ſimplum, ergo ſic ad iſtud quadruplum tenebitur corrumpens, vt ibi per gloſ. quam etiam ſequitur ibi Barr. in verſ. quæro quid de eo. Alber. num. 1. verſ. quærit. gloſ. Bald. poſt num. 3. verſ. in gloſ. eum facere, vbi dixit generaliter, quòd pœnæ ſtatutæ contra aliquid accipientes, per barattariam videntur etiam inſtitutæ contra dantes. Odofr. num. 2. verſ. ſed denuo quæro. Bonif. de Vital. in rub. ad l. Iul. repetundar. num. 2. Vbi quòd qui dedit pecuniam corrumpendo oficialem tenetur ad quadruplum. Amad. de ſind. num. 169. & aduerte, vbi quòd pœna impoſita à ſtatuto iudici aliquid recipienti per barattariam cenſetur etiam impoſita danti. Quamuis expreſsè non dicatur ſequitur Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, c. 1. num 6. Gram. conſ. 34. nu. 14. & 16. Vbi reddit rationem, quia corrumpens & corruptus ſunt correlatiua, & diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio etiam reſpectu pœnæ, & num. 15. Vbi quòd imò corrumpens debet maiori pœna puniri, quàm iudex corruptus ſecundum Iacob. de Beluiſ. in loco per eum relato ad quæ vide Menoch. de arbitr. q. lib. 2. caſu 343. num. 3. Vbi propterea, quòd ſicut iudex corruptus tenetur pœna repetundarum, quæ arbitraria eſt, ita etiam & eadem pœna tenetur corrumpens iudicem, & num. 8. in fin. & ſeqq. vſque ad num. 16. bene declarat, an corrumpens iudicem delinquat plus, aut minus, vel æqualiter quā ipſe corruptus iudex. Decian. in tract. crim. lib. 8. caſ. 35. num. 37. & c. 39. num. 23. Vbi dixit, ꝙ quamuis ſit communis opinio, corrumpentem iudicem puniri eadem pœna, qua corruptus iudex; verius tamen eſt, ꝙ quandoque punitur plus, & quandoque minus ſecundum qualitatē delicti, & perſonarum, & aliarum circunſtantiatū, & ita teſtatur notari per omnes Doctores in d. Auth. nouo iure, & per Io. Bapt. de Sancto Blaſio in tract. de correlat. 24 & plura ad deteſtationem corrumpentis iudicem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus ponuntur per Nauar. de dar. & promiſ. in quæſt. notab. nu. 16. Et ita communiter Doctores, vt vides ſequuntur gloſ. in d. l. 1. Quamuis ibi Paul. de Caſt. num. 3. dixerit, quòd leges, per glo. allegatæ hoc non probant. Vide tamen vrbis ſtatutum lib. 2. cap. 60. Vbi corrumpens officiales. Cur. capitolij data pecunia, non niſi in triplum eius, quòd datum eſt condemnari poteſt, & vide etiam conſtit. Marchiæ. lib. 2. cap. 4. Vbi non niſi pœnam pecuniariam imponere videtur iuxta quātitatem pecuniæ datæ, & rurſus vide bannimenta generalia ſtatus eccleſiaſtici edita de anno 1599. num. 61. Vbi imponit pœnam ſcutorum 200. & trium ictuū funis publicæ, quòd & idem ſtatuerunt bannimenta Vrbis edita de anno 1591. cap. 28.

99 AMPLIA I. Vt teneatur inſuper iudicem corrumpens pœna falſi, & relegatur ad tempus ſecundum glo. in l. qui explicandi in verbo *non minus*, verſ. item crimen falſi, C. de accuſat. per text. quem allegat. in l. qui duobus, ff. de falſis & faciunt in ſimili, quæ de iudice corrupto dixi ſupra, num. 18. Gram. conſ. 35. num. 13. & eſt melior text. in l. 1. §. 1. in fine verſ. & qui iudicem, ff. de falſis, per quem tex. ita etiam dixit Menoch. de arbitr. q. caſ. 343. num. 2. Vbi propte-

propterea infert, quòd cum pœna falsi sit arbitraria, ita etiam est arbitraria pœna corrumpentis iudicem.

100 AMPLIA II. Vt iudicem corrumpens puniatur in quacunque causa, siue publica, siue priuata, & siue fiscalis. tex. ad literam in l. 1 C. de pœn. iud. qui male iudicauit, & ibi Cyn. in sum. Odofr. post nu. 1. Bar. nu. 1. Bal. in summ. & Saly. nu. 1. verſ. & nota, q. hæc lex, vide, quæ in simili de iudice corrupto dicam, nu. 165. verſ. distingue.

101 AMPLIA III. Vt arbitrum corrumpens pecunia, vel ambitione teneatur de dolo secūdum Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 38. per tex. in l. ita demum, ff. de arbitris. An autem arbiter pecunia corruptus puniatur, & quomodo, dicam infra nu. 224.

102 AMPLIA IV. Vt corrumpens iudicem non pecunia, sed prece, aut alio modo, licet non amittat causam, vt dicam infra, num. 129. Punitur tamen pœna centum aureorum secundum Foller. in pract. crimin. in fragmen. nu. 179. in fine, per tex. in l. 1. in fin. & ibi glo. ff. ad l. Iul. de ambitu. Clar. in pract. §. fina. quæst. 73. num. 2. versic. iudex committens barattariam in fine.

103 AMPLIA V. vt tentans corrumpere iudicem, si iudex corruptionē non acceptauit adhuc videtur aliqua pœna puniendus, licet causam non amittat secundū Salyc. in l. 1. num. 5. verſ. quæro hæc lex loquitur Bertachin. in repertorio, in verbo *corrumpens iudicem*, num. 18. vbi quòd corruptionis attentatio punitur sicut corruptio, & facit text. in l. 1. §. 1. in fine versic. & qui iudicem ibi *corrumpendumue curauerit*, ff. de falsis. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. caſ. 343. num. 16. & seqq. vbi tamen, quòd ista tentatio debet esse ad aliquem actum proximum perducta, vt quia per tentantem non steterit quin corrumperet, veluti si pecuniam obtulit, & iudex recusauit. Quo enim ad ipsum offerentem corruptionis actus perfectus est, vt ibi per eū, & cum hac declaratione intelligenda sunt dicta per Caputaquen. decis. 214. num. 3. par. 3. Quem refert, & sequitur. Viu. decis. 113. num. 5. dum dicunt, quòd non dicitur quis corrumpere iudicem ex solo conatu. Adde tu ex Menoch. in loco præcitato, & ex prææallegatis, nisi conatus fuerit perductus ad actum proximum, vt puta, quia per corrumpere volentem fuerit facta oblatio, licet non acceptata. Decian. in tracta. crimin. lib. 8. cap. 40. nu. 10. vbi quòd pœnitentia etiam re integra non excusat dantem pecuniam, pro corruptione iudicis.

104 Concordant bannimenta generalia, status ecclesiastici edita de anno 1595. cap. 61. vbi tentanti corrumpere aliquem officialem iustitiæ, etiam quòd effectus non sequatur iniungit pœnam scutorum 200. & trium ictuum funis publice, & amplius, quòd detur fides officiali cuius corruptio tentata fuit concurrente aliqua alia verisimilitudine, seu præsumptione. Quòd & idem disponunt generalia Vrbis bannimenta edita de anno 1591. cap 28.

105 AMPLIA VI. quia dans iudici pecuniam simpliciter nullā expressa causa videtur puniendus, vt corruptor, per ea quæ dicam infra num. 116 vbi quòd in dubio pecunia præsumitur data potius ad malum, quam ad bonum, nisi contrarium probetur item faciunt tradita infra num. 131. vbi quòd isto casu dans pecuniam causam amittit, & dicam etiam infra num. 108. vbi quòd, nec etiam pecuniam repetit. Quippe iudice sic simpliciter accipiente, vt dicam pariter infra num. 162.

106 AMPLIA VII. vt amplius corrumpens iudicem teneatur actione de dolo ad impensas, quas eius aduersarius fecit in lite secundum glo. in l. 1. in verbo *amittat*, versic. datur etiam contra corrumpentem. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit, & ibi Cyn. num. 4. in fine, verſ. itē plus.

107 AMPLIA III. vt pecunia, quam iudici corrupto dedit corrumpens, non repetitur, quia turpiter dedit secundum glo. in l. 2. versic. & hoc quadruplum, ff. ad l. Iul. repetundar. Odofred. in l. 1. num. iure. 2. C. de pœn. iudic. qui male iudic. Barr. in Auth. nouo iure, num. 3. verſ. vltimo quæro, C. eod. Iacob. Buttig. in l. fin. verſ. item quæro, C. eod. Bellapert. ad fin. verſ. sed nunquid repeteret Cyn. num. 2. & Salyc. n. 2. col. 2. verſ. quærit gloſ. text. in l. 3. & ibi in glo. 1. ff. de condit. ob turp. cauſ. cuius text. verba clara sunt hæc, *Vbi autem & dātis, & accipientis turpitudo versatur, non posse repeti dicimus veluti, si pecunia detur, vt male iudicetur*, & ibi expresse notat Salyc. in summ. Odofred. in l. 1. col. 2. versic. sed vbi est turpitudo, & d. col. 2. in fine, verſ. Hor Signori. ff. eod. & ibi Bart. in summ. & num. 1. Fulgoſ. in princ. Alex. in summ. & num. 1. Paul. de Caſt. nu. 2. in fin. & in eadem, l. 1. §. ob rem, nu. 5. verſ. interdum do, vt ferat sententiam iniustam, & num. 9. & Iaſ. in eadem l. 2. in summ. & num. 2. gloſ. in l. quòd euitandi in glo. 1. in fine, C. de cōd. ob turp. cauſ. est text. in l. 3, §. illud. ff. de calumniat. & in l. in hæredem, §. sed etiam, ff. eod. glo. in d. §. sed etiam in verbo *dantis*, Odofred. in l. 1. num. 2. col. 3. versic. & ad solutionem, ff. eod. & in d. §. sed etiam in princ. Abb. in cap. cum ab omni, nu. 8. de vit. & honest. cleric. vbi quòd hoc est indubitabile, glo. in c. q recte, in verbo *expectat*, vt dicunt quidam 11. q. 3. & de iure canonico videtur tex. expressus in cap. non sane in verſ. qui verò pro iniquo iudicio dedit 14. quæst. 5. & ibi Arch. nu. 1. ad finem in verbo *timerem*. Turrecrem. col. fin. post princip. & Bellamer. post nu. 2. in verbo *qui quæro*. Bonifac. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. num. 5. Paris de Put. de sind. in verbo *officialis*, cap. 10. num. 5. verſ. tamen dans turpiter non repetit. Anton. Rondinell. de sind. official. num. 14. Boer decis. 153. num. 24. Bertachin. in repertorio in verbo *corrumpens iudicem*, num. 7. Clar. in pract. §. final quæst. 73. num. 2. post med. ibi *pars autem iudicem corrumpens*, &c. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. caſ. 343. num. 5. verſ. præterea, quòd dedit non repetit, & ibi in addit. nuper per eum editis, nu. 3. & ista pecunia data iudici fisco applicatur, vt dicunt Doctor. præcitati, & dixi supra, num. 62.

108 AMPLIA præcedentem ampliationem, quia si quis pecuniam dederit simpliciter, non exprimendo causam, vt scilicet, cito expediat, vt iste iudicet, vel è contra, vt præcise pro se sententiam ferat datam pecuniam non repetit secundum Cyn. post Petr. de Bellapert. in l. fin. post num. 2. C. de pœn. iudic. qui male iudicat. Odofred. in l. 1. num. 5. in fine, ff. de de condit. ob turp. cauſ. Odofred. in l. 1. col. 3. versic. & ad solutionem. ff. de calumniat. Archid. in cap. non sane, num. 6. versic. vel ibi loquitur 14. q. 5. & ibi Bellamer. col. penultima in fine, & pro hac conclusione faciunt scripta infra num. 131. vbi probaui, q. isto casu dans pecuniam, etiam amittit causam, & etiam, num. 117. vbi pariter probaui, quòd in dubio pecunia simpliciter data præsumitur data ad malum, nisi contrarium probetur, & part. 3. vbi quòd iste sic simpliciter dans pecuniam iudici punitur sicut pariter dicam, num. 167. vbi quòd pariter punitur iudex recipiens pecuniam simpliciter, sibi datam.

109 LIMITA I. præpositam VIII. ampliationem non procedere, quando in dante pecuniam cessat turpitudo, vt puta si eam dederit, vt iustitiam consequatur, vt cito expediatur, pro conseruatione iuris sui, pro se redimendo à vexationibus, aut quid simile, tunc data pecunia repeti potest, prout videtur de mente glo. in d. l. 2. versic. & hoc quadruplum ibi *quando turpiter dedit*, sumpto ab his verbis argumento a contrario sensu. ff. ad l. Iul. repetundar. & expresse voluit Bart. in Auth. nouo iure, num. 3. versic. si pecuniam dedit. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit. Buttig. in d. l. fin. eodem verſ. item quæro C. eod. & ibi etiam Bellapert. eod. versic. sed nunquid, & Salyc. num. 2. verſ. aut dedit ei pecuniam, est text. in l. 1. in fine, & ibi gloſ. 1. etiam in fine, & ib verbo *accipientis*. ff. de condit. ob turp. cauſ. & in l. 2. §. sed si dedi, & ibi glo. in verbo *sed si dedi*, iuxta secundum intellectum, ff. eod. Odofret. in d. l. 1. col. 1. versic. si est turpitudo ex parte accipientis, & col. 2. sed & si dedi & d. col. 2. in fine, verſ. hor Signori. ff. eod. & ibi etiam Bar in summ. & num. 1. vbi quòd glossæ secunda lectura vera est Bal. in d. §. sed & si dedi in summ. Fulgoſ. in ead. l. 1. in princ & num. 2. Alex. in summ. & nu. 1. vbi quòd secundus intellectus glossæ communiter tenetur. Paul. de Caſt. num. 2. in fine, & in eadem l. ob rem num. 5. & Iaſ. in d. l. 1. in summ. & num. 1. post num. 2. versic. in 2. ibi, &c. Gloſ. in l. quòd euitandi in glo. 1. & in verbo *accipies*, C. de condit. ob turp. cauſ. & ibi Iacob. Buttig. in summ. & in fine, Bart. etiam

etiam in fumm. Bald. ante num. 1. verf. Nam hic fola turpitudo. Odofred. in l. in hæredem, §. fed etiam. ff. de calumniat. & in l. fi ab eo, num. 1. ff. eod. Card. Zabarell. in cap. cũ ab omni, num. 4. in fecunda oppofitione in fine, de vita, & honeftat. Clericor. & ibi etiam Imol. num. 6. Turrecrem. in cap. vendentes, num. 2. verf. vnde tenetur ad reftitutionem prima quæft. tertia. glo. in cap. qui recte in verbo *expectat*, verfic. fed fi fimpliciter 11. q. 3. idem Turrecrem. in cap. non licet. num. 1. 11. q. 3. & de iure canonico eft text. expreffus in cap. non fane 14 quæft. 5. vbi dicitur *ille tamen folet tanquam male fibi ablatam pecuniam repetere, qui iuftum iudicium emit*, & ibi glo. in verbo *ille declarat*, quando quis dedit iudici pecuniam non animo, vt illum corrumpat, fed vt ius, & quietem fibi conferuet, & Archid. in fine, nu. 6. vbi loquitur quando dans pecuniam proteftatur, quòd illam dat, vt iudex pro eo iuftam ferat fententiam, hoc enim modo inquit, ibi Archid. tollitur præfumptio, quòd fit data ad malum finem, de qua dicam infra num. 117. & Bellamer. colum. penul. in fine, in verbo, *ego credo*, & in verf. vnde dicebat Bernardus, vbi pariter videtur requirere proteftationem prædictam Felin. in cap. tua nos, num. 5. de Simon. vbi de eo qui dat pecuniam caufa conferuandi fui iuris, & quietis. Marfil. fing. 190. iudices, feu officiales, verf. & ideo dicit. text. Clar. in pract. crimin. §. final. quæft. 73. num. 2. verf. iudex committens barattariam ante finem, vbi reftatur hanc conclufionem frequentiori Doctorum calculo receptam ex Didac. in loco per eum relato. Menoch. de arbitr. quæft. lib. 2. caf. 342. num. 16. & 343. num. 7. in fine, verf. Porro certum eft, & fequenti, in addit. nuper per eum editis, & ibidem, num. fexto, Viui. decif. 113. num. 11. Mafcard. de probationibus, lib. 1. conclus. 166. num. 6.

110 Et ifto cafu non folum is qui pecuniam dedit illam repetit, fed etiam tantundem ex allegatis fupra num. 64.

111 Verum præmiffa videntur procedere de iure antiquo. ffornm; fecus autem de nouo Authenticorum fecundum quòd videtur prohibitum etiam dare iudici, vt iufte iudicet fic enim per text. in Authen. vt litigantes iurent, & c. circa principium voluit expreffe Bart. in Auth. fed nouo iure, num 3. in fine. C. de pœn. iudici qui male iudicauit, & ficut ex parte iudicis indubitatum, eft quòd non poteft recipi pecunia, etiam vt iufte iudicet, prout dicam infra num. 151. ita & pariter reputari debet hoc illicitum ex parte dantis arguendo à correlatiuis; & propterea, quòd hodie, nec etiam repeti poffit pecunia data iudici pro iuftitia confeqnenda expreffe voluerũt Iacob. Butrig. in d. l. fin. ad finem, verf. dic quòd aut dedi, & ibi etiam Salyc. num. 2. in fine, verfic. hodie vero, C. eod. de pœn. iudic. qui male iudicauit, glo. in l. 2. §. fed fi dedi in fine, & ibi Bald. colum. 1. verf. hodie fecus, & Alberic. num. 3. verfic. hodie non, ff. de condit. ob turpit. cauf. Odofred. in l. 1. ante finem. verf. hodie tamen & ibi Bart. num. 4. verfic. hodie vero ff. eod. Alberic. in l. 1. poft num. 5. ff. de calumniator. facit glof. in cap qui recto in verbo *expectat*, in fine 11. q. 3. vbi dixit, q. plerique legum Doctores tenent non repeti pecuniam iudici datã qualitercunque detur. Imol. in cap. cum ab omni, num. 6. verfic. fed hodie de vit. & honeft. Clericor. Boer. decif. 155. num. 23.

112 Contrarium quòd etiam hodie repeti poffit pecunia, quando ex parte dantis non adeft turpitudo, & q. hoc iure in antiqua non fint correcta voluerunt in d. l. 1. ff. de condit. ob temp. cauf. Fulgof. n. 3. & feqq. Alex. n. 5. & Iaf. nu. 3. Nec diffentire videtur Abb. in cap. cum ab omni, poft num. 8. de vit. & honeftat. Clericor. loquens, in cafu in quo quis dedit pecuniam iudici timens grauari. Boff. in tractat. de oppof. contra teftes, num. 147. vbi fequitur Iaf. & Alexand, in locis præcitatis, & quicquid inter fe controuerrant Doctores iuris ciuilis, & de iure ciuili, de iure canonico hæc vltima contraria opinio videtur indubitanter procedere fecundum eundem Imol. in d. cap. cum ab omni, num. 6. verfic. videtur poffe dici de vit. & honeftat. Clericor.

113 LIMITA II. eandem VIII. ampliationem quia fi quis iudici dederit non rem, feu pecuniam, fed pignus aliquod. tũc poterit illud à iudice repetere rei vendicatione in qua non eft turpitudo, & fi iudex excipiet de turpitudine dantis replicabitur a dante, de turpitudine iudicis recipientis, & fic exceptio cum replicatione confundetur, & remanebit prima actio, fine turpitudine ex qua iudex condemnabitur, vt in l. apud Celfum, §. Marcellus. ff. de do. ma. & hęc funt verba. Iacob. Butrig. in l. fi in fin. C. de pęn. iudic. qui male iudicauit, & voluit glof. in l. 2. §. fed fi dedi in verbo *fed hic quoque*, & ibi Bal. colum. 2. verf. quærit glof. an pignus, ff. de condit. ob turp. cauf. vbi reddit rationem, quia fcilicet pignus non poteft accedere obligationi nullæ, & inefficaci ad quam materiam, vide Bart. in l. 1. num. 1. in fine, verf. quærit glof. & num. 2. & feq. ff. eod. Alberic. in l. 2. num. 4. per totum. ff. eod. Fulgof. in eadem l. 1. num. 6. ff. de condit. ob turp. cauf. & ibi etiam Alex. num. 2. Paul. de Caftr. in ead. l. 1. §. ob rem, num. 10. Salyc. num. 2. & 3.

114 LIMITA I. huius VII. articuli regulam non procedere in capitaliter inquifito; is enim non punitur fi pro faluando vitam iudicem corrumpit, per regulam, quòd vnicuique, licet fanguinem fuum redimere quomodocũque, & qualitercunque etiam pecunia mediante, de qua in l. 1. in fine, de bon. eor. & in l. penultima ff. de præuaricatoribus, & in l. tranfigere. C. de tranfact. Per quæ iura fic in fpecie hanc conclufionem firmat Bart. in l. qui explicandi, verf. audiui dubium, C. de accufat. & ibi. Ang. in verf. fed quæro quid fi crimen erat capitale, vbi quòd ifto cafu poteft imponi pœna relegationis in infulam. Paris de Put. de findic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 11. in fine, & cap. 3, num. 8. Bertachin. in repertorio in verbo, *corrumpens iudicem*, num. 14. Foller. in pract. crim. in pragm. nu. 180. & hanc Bart. doctrinam veram effe dixit Laderch.

115 Imolen. confil 203. num. 3. & feq. Vbi ampliat hoc etiam licere alteri extraneo, qui propterea impune poterit iudicem pecunia corrumpere, vt alterius capitaliter inquifiti fanguinem redimat, & eft pulchra ampliatio, & modo illam habeo de facto.

116 LIMITA II. in dante iudici pecuniam pro conferuatione iuris fui, vel etiam pro redemptione indebitæ vexationis is enim non tenetur in aliquo, nec punitur quia hoc non eft malum, nec fpecies mali. Argumento tex. in c. qui peccat 23. q. 4. facit text in cap. quæfitum prima, quæft. 3. & in cap. dilectus extr. de fimonia per quæ iura hanc firmarunt conclufionem glof. in cap. cum ab omni in verbo *abftinere*, de vit. & honeftat. Clericor. & ibi Hoftien. ante num. 1. in verbo *abftinere*, & num. 1. verf. fed fi redimo vexationem. Bal. nu 2. in fine, verfic fi quis tamen, vbi quòd non dicitur committere fimoniam is, qui non potens fuam iuftitiam obtinere, illam redimit Ioan. Andr. num. 8. Card. Zabarell. poft num 4. Imol. poft num. 5. verfic. in glo. 1. & num. 6. in princip. & verf. videtur poffe dici, & Abb. num. 7. verf. in glof. 1. num 8. verfic. fed dubitabilis cafus eft, & verfic. fatis ergo putarem, & Anchar. poft num. 7. Paris de Put. de findic. in verbo *corruptio*, cap. 3. nu. 5. in fine, verfic. an pro iuftitia confequenda Contard. de findic. num. 52. fub quæft 98. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 40. num. 13.

117 Bene verum eft, quòd in dubio pecunia femper præfumitur data in malum, & ideo qui contrarium dicit, vt puta dediffe pro redimenda vexatione, vel conferuatione iuris fui, debet hoc manifefte probare fecundum glof. in d. cap. cum ab omni in verbo *abftinere*, femper tamen præfumitur effe malum de vit. & honeft. Clericor. & ibi Hoftien. ante num. 1. in verbo *abftinere*, vide tamen eo loci. Abb. num. 8. verfic. fatis ergo putarem, vbi videtur tenere fatis effe ex circumftantijs apparere, quòd pecunia fuerit data propter grauaminis timorem, & quòd in dubio pecuniæ iudici datæ præfumantur potius ad malum, quam ad bonum. videtur de mente Archid. in cap. qui rector, nu. 2. verfic. & leges prædictæ locum habent cum eft dubium, quo animo dent 11. quæft. 3. & ibi etiam Præpof. Alexandrin. num. 3. in fine, & eft de mente Archid. in cap. non fane 14. quæft. 5. dum dixit, quòd ad tollendum iftam præfumptionem eft neceffe, vt dans pecuniam expreffe proteftetur,

testetur, quòd illam dat non animo corrumpendi iudicem, sed vt iustitiam consequatur, & ibi Turrecrem. columna finali, in versic. præsumitur enim voluisse iudicem corrumpere, & Bellamer. colum. penultima, in fine, in verf. vnde dicebat Bernardus.

118 LIMITA III. in dante iudici pecuniam, vt iustam proferat sententiam, is enim non videtur puniendus de iure ciuili, licet secus de iure canonico secundum Parid. de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. tertio, num. 5. in fine.

119 Et vide in proposito Boss. in tit. de oppos. contra testes, num. 147. versic. est verum, vbi quòd si datur iudici peccunia palam, vt iustam proferat sententiam non dicitur corruptela, sed cautela, & redemptio vexationis, propterea datur cautela, vt hæc pecunia detur iudici coram duobus testibus, & tabellione.

120 Verum præmissis obstant tradita per doctissimum, & integerrimũ Nauarr. in const. Gregorij 13. de dat. & promiss. num. 48. vbi loquens secundum terminos l. secundæ, & tertiæ, ff. de condit. ob turp. caus. dixit quòd qui dat pecuniam iudici, vt recte iudicet, dicitur offendere legem, non solum quia quidquid ore dicatur, in rei veritate dari videtur ad corrumpendum iudicem, sed etiam quia iustitia quæ inuendibilis, & inestimabilis, est venditur, & emitur. Quod & idẽ suadetur ex trad. per Virg. Bocc. in tract. de pact. par. 3. num. 88.

121 Sed rursus contra hæc proxime dicta faciũt scripta per eundem Nauarr. vbi supra in 9. notab. num. 16. in versic. pactio vero facta ob causam secundam, &c. vbi docet pactionem cum iudice factam, vt rectam faciat iustitiam, vel citius quam alias faceret sine alicuius præiudicio regulariter iure naturæ prohibitam non esse, nec quoad forum interius, nec quoad forum exterius, si de sinceritate ipsius paciscentis constaret.

122 Et an isto casu, qui pecuniam dedit illam repetat, vide supra, num. 109. & an amittat causam infra num. 131.

123 LIMITA IV. in eo qui iudici pecuniam dat, vt cito eum expediat, is enim non punitur secundum Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 5. in fine, & an isto casu detur danti repetitio datæ pecuniæ, vide supra num. 109. & an amittat causam infra num...

ARGVMENTVM.

Iudicem corrumpens an causam amittat.

SVMMARIVM.

Corrumpẽs iudicem amittit causam, & actionem, nu. 124.
Corrumpens iudicem, si reus est ius deffendendi amittit, nu. 125. & seq. vbi idem in criminalibus.
Corrumpens notarium perdit causam non aliter, ac si iudicem corrupisset, num. 127.
Corrumpens iudicem amittit actionem, & causam non ipso iure, sed per sententiam, nu. 128.
Corrumpens iudicem non pecunia, sed precibus, aut alio modo non amittit causam, nu. 129.
Iudici dans pecuniam simpliciter causa non expressa non amittit causam, nu. 130. contra, nu. 131.
Iudici dans pecuniam, vt cito causam expediat non amittit causam, nu. 131. & 133. Declara, vt nu. 136.
Iudici pecuniam dans vt iustitiam faciat, causam amittit, nu. 134.
Iudicem indemnem conseruans pro iusta sententia causam amittit, nu. 135.
Reuelans corruptionem iudicis non amittit causam, nu. 137.

QVÆST. CXI. ARTIC. VIII.

124 REGVLA sit, quòd corrumpens iudicem amittit causam, & actionem tex. ad literam in l. 1. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & ibi Bellapert. in summ. Cyn. etiã in summ. Odofred. num. 1. & 2. vers. & in super causam perdo. Bart. in summ. Bal. pariter in summ. Bellapert. in l. fin. in fine. C. eod. & ibi etiam Cyn. num. 2. etiam in fine. Bar. in l. 1. num. 1. ff. de condit. ob turp. caus. Bal. in l. 2. §. sed & si dedi in summ. ff. eod. Paul. de Castr. in eadem l. 1. §. ob rem igitur, num. 5. in fine, verf. interdum do, vt ferat sententiam iniustam. Saly. in l. venales num. 2. versic. Quæro an qui corrumpit, puniatur. glos. in l. qui explicandi in glos. 1. vers. quæ autem sit hæc pœna, & in verbo *non minus*, vers. dic ergo, C. de accusat. item est text. etiam expressus, (qui mentionem facit de dicta constitutione Imperatoris in præallegata l. 1. C. de pœn. iudic. qui male indicauit) & in il. 1. §. sed & constitutio, ff. de calumniat. in illis verbis, *& ex hac causa litem perire iussit*, & ibi glos. in verbo *nostri*, Bart. num. 1. Alber. post num. 1. Bald. num. 1. in 2. notab. Ang. ibidem in §. qui autem in summ. Odofred. ante num. 1. versic. Quarto dicitur, & nu. 2. col. 3. vers. & ad solutionem. Felyn. in cap. cum venerabilis, post num. 20. de except. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 10. & cap. 2. num. 1. vers. & etiam, & cap. 3. num. 3. vers. iudicem corrumpens, & in addit. litera A. Cyrill. in summa crim. rubr. 33. de pœn. iud. male iudicant. §. fina. nu. 5. vers. constat etiam car. 178. à tergo. Boer. decis. 153. nu. 24. Firman. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, num. 2. Foller. in pract. crimin. in fragmen. num. 179. vers. de iure vero communi. Clar. in pract. §. fina. q. 73. num. 2. vers. iudex committens barattariam, post med. ibi *pars autem iudicem corrumpens, &c.* Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 343. num. 5. Adden. ad constit. March. lib. 2. cap. 4. in verbo, *corrũpere*, Vir. Boccac. in tract. de pact. par. 3. n. 108. vbi alijs relatis testatur de communi opinione.

125 AMPLIA I. vt corrumpens iudicem si reus sit, & nõ actor amittit ius defendendi, & sic etiam ipse causam amittit. secundum glos. in l. 1. in verbo *amittat*, versic. tu dic idem in reo. C. de pœn. iudic. qui male iudic. & ibi Iacob. Burrig. colum. 1. ad med. versic. nunc venio, vbi quod hæc opinio est vera, & communiter approbatur. Odofred. num. 2. versic. sed nunquid in reo, Bar. post num. 3. reprobata per eum glo. contrarium tenente in l. eleganter. §. pe-

126 nult. ff. de dolo. Bal. num. 2. & 7. Vbi ampliat etiam in criminalibus, dicens propterea, quòd corrumpens iudicem perdit ius suæ innocentiæ, si innocens erat propter delictum corruptionis, & Salyc. col. 2. vers. sed quid in reo. Bar. in l. 1. §. sed & constitutio, num. 7. ff. de calumniat. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 2. num. 5. Cyrill. in summa crimin. rubr. 33. de pœn. iudic. male iudican. §. fi. num. 5. versic. constat etiam car. 178. a tergo. Bertachin. in repertorio in verbo *corrumpens iudicem*, num. 2. Adden. ad constit. March. libro secundo, cap. 4 in verbo *corrumpere*.

127 AMPLIA II. quia etiam corrumpens notarium perdit causam non aliter, ac si iudicem corrupisset. Salyc. in l. final. in fin. C. de pœn. iudic. qui male iudica. vbi ad hoc iura comprobantia adducit, & ante eum hoc voluit Bal. in l. 2. num. 7. vers. vltimo quæro. C. eod. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 7. Fely. in c. cum venerabilis, post num. 20. de emptionib. Bertachin. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, nu. 8. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 35. num. 36.

128 LIMITA I. vt corrumpens iudicem amittat actionem, & perdit causam non ipso iure, sed per sententiam ferendam secundum Burrig. in l. 1. in fine, versic. certe, &c. C. de pœn. iudic. qui male iudica. & ibi etiam Bellapert. post principium, vers. potest dici. Bar. num. 4. Bal. num. 2. & Salyc. colum. 2. ad med. vers. & hic attende idem Bart. in l. 1. §. sed & constitutio num. 3. ff. de calumniat. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 2. nu. 3. in fine, vers. & requiritur sententia, & ibi in addit. litera A. Bertachin. in repert.

repert.in verbo *corrumpens iudicem*, num. 3. Adden. ad constir. March.lib.2.cap.4.in verbo *corrumpere*.

129 LIMITA II. qua corrumpens iudicem non pecunia,sed præcibus, aut alio modo non amittat actionem, & litem, sed lis suo marte decurrit sententia nulla remanente(iuxta tradita supra num.260) secundum Iacob.Butrig.in l.1.colum. 1.ad finem, vers. aut quæris de viribus causæ principalis,& colum.2.in fine, vers.sed quid de causa principali.Bart.in l.2.post num.1.C.de pœn. iudic. qui male iudic.Bertachin.in repert.in verbo *corrumpens iudicem*,num.2.versic.prædicta vera.Clar.in pract.§.fin.quæst. 73.num.2.vers. iudex committens barattaria in fine.

130 LIMITA III. vt qui dans iudici pecuniam, vt male iudicet causam amittat nô tamen illam amittit si dedit pecuniam simpliciter non exprimendo, vt male, vel bene,aut celeriter iudicet secundum Odofred. in l. 1. post num.2. versic.si autem do iudici.C.de pœn.iudic.qui male iudicauit. Cyn.in l. fina.ad finê,C.eod. Odofred.in l. 1. col.3. vers.& ad solutionem ff. de calumniat.

131 Contra quòd, & causam amittat, qui iudici dat pecuniam simpliciter non exprimendo causam, in quam dat, voluit. Paul.de Castr. in l.1.§. ob rem num.5.in fine,ff.de condit. ob turp. caus. faciunt scripta supra num.117. vbi quòd in dubio præsumitur data in malum,faciunt tradita supra num.108. vbi quòd ista casu, nec etiam pecunia data reperitur. Addo pro hac contraria opinione. Parid. de Put.de sindic.in verbo *corruptio*, cap.2.num.3. Boer.decis. 153.num.3.

132 LIMITA IIII. vt multo minus amittat causam,qui iudici pecuniam dat, vt cito iudicet, & causam expediat secundum Bellapert.in l.finali,in fine, C.de pœn.iudic.qui male iudicauit.Menoch.de arbitrar.quæst.libro secundo, cas.343.in addir.per eum nuper editis, num. 2.

133 Contra quòd etiam isto casu dans pecuniam iudici litê perdat videtur voluisse Bart. in l. 2. §. sed & si lædi, columna prima, versic. sed vbi datur pecunia,ff. de condit. ob turp.caus.& ibi etiam Alberic.num.3.Ias.in l.1. post n. 3. vers.tene contrarium,ff.eod.

134 Sic & contra, quòd immo litem perdat is qui iudici pecuniam dat etiam in bona causa, & vt iustitiam faciat est text. in l.2 §.sed si dedi, & ibi etiam glos.& Bal. in fine,ff. de condit. ob turp. caus.Bart.in l.1.nu.1.ff.eod. Paul. de Cast.in ead.l.1.§.ob rem,num. 5.vers.& propter hoc Ang. in l.1.§.qui autem, num.3. vers.& nota bene,ff de calumniat.& ibi etiam Paul.de Castr.num.3. Imol. in cap. cum ab omni post num.6.de vit. & honest. Clericor, & est glo. in cap.non sane in verbo *ille* 14.quæst.5. & ibi Archid. in fine,num 6.Turrecrem.col.fin.post principium in vers.& ideo non repetit,& amittit litem, & Bellamer.col.penult. in fine,in verbo *ego credo*, Paris de Put.de sind.in verbo *corruptio*,c.1.n.10.Neuiz.in Silua nuptial lib.5.vers.Quâdo iudicandû,post n.101.Cataldin.de sindic. n.52.sub q.99.

135 Vbi quòd etiam amittit causam is, qui iudicem indemnem conseruat pro iusta sententia.Boss.in tit.de oppos.côtra testes,num.147.Clar. in pract.§.fina.quæst.73.num.10. versic.iudex committens barattariã,post med. ibi pars autem iudicem corrumpens,&c.Menoch.de arbitrar.quæst. libro 2.cas.343.in addit. nuper per eum editis, num.1. Decian.in tract.crimin.lib.8.cap.39 num.24.

136 In hac contrarietate crederem posse distingui, vt prima opinio negatiua procedat, quando nisi pars iudici pecuniam dedisset causam non expedisset,aut si expediuisset iustitiam non fecisset, tunc enim, cum licite pecunia tradatur, vt dixi supra num.116.Non video quare debeat causam amittere, secunda autem affirmatiua opinio procedat,quâdo pars diffidens de iure suo adhuc malo modo,& per corruptionem voluit iustitiam consequi, tunc enim non ab re erit dicere, quòd causam amittat, & ideo credo esse puram veritatem.

137 LIMITA V. in reuelante corruptionem, quia sicut ab omni pœna immunis est propter reuelationem prædictam,ita etiam, nec amittit causam,vt dicam infra,num. 191.hic non repeto.

ARGVMENTVM.

Iudex pecunia corruptus iniustitiam faciens quando,& in quibus casibus puniatur.

SVMMARIVM.



Iudex pecunia corruptus iniustitiam faciens punitur pœna repetundarum, aliisq; pœnis q.111.num. 138.

Conscij, participes,& complices corruptionis, & barattariæ commissæ a iudice, & officiali puniuntur eadem pœna qua punitur iudex seu officialis corruptus, num. 139.

Familiares & de cohorte iudicis,& officiales pecunia corrupti tenentur pœna repetundarũ,sicut tenetur iudex, seu officialis, n.140.

Officialis, et potestas tenetur pro suo ministro, qui corruptionẽ seu barattariã commisit,n. 141. et seq. vbi quòd tenetur pœna quadrupli.

Potestates & officiales terrarum tenentur exhibere omnes suos ministros, & familiares inquisitos de concussione,& barattaria, nu. 143.declara.vt num.144.

Officiales, & potestates terrarum exhibendo suos ministros, & familiares inquisitos de corruptione liberantur, nec amplius tenentur pro illis,nu.145. Declara duobus modis,vt nu.146. & seq.

Iudex pecunia corruptus, vt omittat facienda, & faciat non facienda tenetur pœna repetundarũ,n.148 sed an isto casu habeat locũ pœna suspensionis a diuinis per annum a iure canonico inflicta num.149.& seq.

Iudex punitur,& tenetur de barattaria,ẽt q accipiat pecuniã, pro iustitia facienda,nu.151.& seq. Declara vt nu.153 & seq. vbi de materia,& nu.156 & seqq. vbi etiam an isto casu iudex incurrat pœnam suspensionis infra annũ a iure canonico inflictã.

Iudices debent habere manus mundas, & de materia,nu. 152.

Iudici nec ẽt licitũ est capere pecuniã,vt cito cãm expediat, nu. 159.

Corruptio, & barattaria committitur etiam a iudice aliquid recipiente a sponte dante,num.160.

Barattaria committitur etiam in vno nummo,num 161.

Iudex committit barattariam ex sola promissione,& illius acceptatione,n.162. Amplia ẽt q promissio non sit acceptata dũmodo non fuit recusata, nu.163. Limita dummodo promissio fuerit certa, & specifica de. certa summa, aut re tradenda secus vero si fuerit generalis,& incerta,num 164.

Iudex pecunia corruptus iniustitiã faciens tenetur, siue causa sit criminalis,siue ẽt ciuilis, n. 165. cõtra n. 166. distingue,vt d.n.166.

Iudex tenetur de barattaria recipiendo pecuniam, etiam quòd non exprimatur causa propter quam illam recipit, nu. 167.

Iudex committit barattariam, & corruptionem non solum accipiendo pecuniam, sed etiam omnem aliam rem atque etiam si inde sentiat aliquod commodum, seu vtilitatem, num 168.

Iudici nec etiam licet recipere pecuniam sub titulo venditionis, donationis,aut cuiusuis alterius contractus, num.170.

Barattaria committitur à iudice, qui pecuniam gratis recipit sub nomine mutui, nu. 161. Amplia etiam quòd iusta proferatur sententia, nu. 172. Præsumitur enim corruptio ex mutuatis pecunijs iudici,num.173.licet alij contra,num. 174.

Contractus omnes facti cum iudice, seu magistratu adhoc,vt iustitiã faciat sunt nulli, num. 175.

Iudex tenetur de barattaria,etiam recipiendo pecuniam per interpositã personã,vt puta vxorem, filium,aut alios similes,nu.176.

Iudex tenetur de barattaria,& corruptione,ẽt q non fecerit illud q facere promisit,n. 177. Quamuis in hoc crimine re integra habere locũ pœnitentiã dixerunt aliqui,n.178. Limita 1.vt effectu non sequuto,non puniatur iudex eadẽ pœna,n.179. Limita 2.nisi ẽt datam pecuniam restituerit, quia tunc nullatenus punitur,nu. 186.et seq.vbi quid si datio pecuniæ nõ interuenit,sed sola pmissio.

Iudex ciuilis potest ẽt criminaliter cognoscere, & punire de crimine barattariæ,concussionis, & extorsionis pecuniæ,num. 182. Sed nunquid hoc possit facere ex eorum processu,nu.183.& seq.

Officialis etiam durante officio potest accusari,& conueniri de barattaria,num.185.

Accusare quilibet potest in crimine barattariæ, & repetundarum, num.186 & seq.

Repetundarum actio datur etiam contra hæredes, sed intra annum à die mortis eius, qui crimen commisit verum, quando currere incipiat iste annum,nu.88.& an in hoc crimine poterit memoria de-

ria defuncti damnari, nu. 189. et an hac eadem actio trāseat ad haredes, num 190.

Reuelans corruptionem iudicis, & quòd sit conscius, & particeps gaudet impunitate, n. 191. Item debet habere pramium, n. 192. dūmodo reuelatam corruptionem probauerit, n. 193. & eā non probando punitur, n. 194 Sed tamen ēt non probata corruptione iudex debet purgare se p iuramentum, & alias, vt n. 195. nec isto casu poterit reuelans ex sua confessione ad alium finem facta condemnari, num. 196.

Sententia lata à iudice corrupto per peccuniam, etiam quòd iusta sit, est tamen ipso iure nulla, num. 197. Amplia primo, vt etiam omnia acta sint ipso iure nulla, num. 198. Amplia secundo, vt isto casu iudex non possit iterum valide pronunciare, nu. 199. Limita primo, quando sententia est lata à pluribus iudicibus, quorum vnus tantum iudex fuit corruptus, quia tunc sententia non est ipso iure nulla, nu. 200. & seq. Vbi declaratur hac prima limitatio. Limita ij. in sententia iudicis, qui peccuniam accepit post latam sententiam, nu. 202. Limita iij. in sententia arbitri, nu. 303. & seq. vbi duobus modis declaratur hęc iij. limitatio. Limita iiij quando iudex sententiam protulit nō corruptus pecunia, sed alio modo per dolum, & sordes, nume. 206. & 207. Vbi an in dubio, sententia prasumatur lata pratio, an verò per sordes, & nu. 208. Vbi declaratur vno modo hac tertia limitatio. Limita v. quando pecunia data iudici fuit modica, num. 209.

Iudex non dicitur committere barattariam, nec punitur, quando pecuniam recipit post latam sententiam, nu. 210 Licèt alij contra num. 211. Prasertim in iudice ordinario, & durante magistratu, nu. 212. Limita, vt nec etiam post sententiam licitum sit aliquid recipere. quādo ante eam pracedebat aliqua promissio, aut promissionis suspitio, aut aliqua tacita conuentio, aut spes recipiendi, nu. 213. & seqq. Vbi amplius, quòd in dubio prasumitur fraus, & sic pecuniam data post sententiam fuisse datam in vim pracedenti promissionis.

Iudicem corrumpere non dicitur, qui illum indemnem conseruare promittit pro sententia ad sui fauorem lata, num. 216. Declarā tribus modis, vt nu. 217. & seqq.

Iudex qui palam, & publicè aliquid accipit, non prasumatur accipere in malam causam, nu. 220. Declara, vt num. 221.

Iudex accipiendo ea, qua dari solita sunt, excusatur à consuetudine, num. 221. & seq.

Consuetudo excusat iudicem a crimine concussionis, nu. 223.

Arbiter qui peccunia corruptus iniustitiam facit, non punitur pœna suspensionis à diuinis per annum a iure canonico inflicta, nu. 224. Benè tamen facit litem suam, nu. 225. Teneturq́, etiam ad alias pœnis iuris ciuilis, num. 226.

Episcopus, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, non tenetur pœna suspensionis à diuinis per annum à iure canonico inflicta, n. 227.

Auditor, seu merus executor pecunia corruptus aliquid iniustè agens non tenetur pœna suspensionis à diuinis per annum à iure canonico imposita, nu. 229.

Sportula, & salaria à Principe, seu Republica taxata. possunt licitè à iudicibus recepi, nu 230. Vbi de materia huius conclusionis.

Barattaria, & repetundarum pœna praescribitur per lapsum anni à tempore depositi officij, & quid à tempore mortis, quando agitur contra haredes, & de materia, num. 231. & seqq.

QVÆST. CXI. ART. VIII.

138 REGVLA sit, quòd iudex pecunia corruptus iniustitiam faciens punitur pœna repetundarum, alijsq; pluribus pœnis, de quibus dixi supra in primo articulo nu. 1. & seqq.

139 AMPLIA I. vt pena repetundarum teneantur non solum officiales, & iudices, qui pecunia corrupti iniustitiam faciunt, sed etiam omnes alij extranei, qui corruprionis prædictæ sunt participes, conscij, & complicis, secundum gloss. in l. in comites, per illum tex. ff. ad l. Iul. repetundar. quam etiam ibi sequitur Bar. facit tex. in l. 1. §. 1. in fi. ff. ad l. Corn. de fals. ibi, *Et qui iudicem corruperit corrūpendūue curauerit*. Ang. in l. si ab eo, in prin. ff. de calumniat. Vbi ponit exemplum in amicis iudicis, qui illus intuitu sunt mediatores, vt accusati pro absolutione dēt ipsi iudici pecuniam. Neuizz. in silua nuptial. lib. 5. rubr. quomodo iudicandum in 8. ampliat. vbi loquitur de secretarijs, seu notarijs, alijsuè proxenetis, & lenonibus extortorsionem & barattariatum, quibus iudices non audentes petere, committunt, vt petant.

140 AMPLIA II. vt pœna pariter repetundarum plecti possit non solum iudex, seu magistratus, qui propter pecuniam iniustitiam facit, sed etiam omnis alius, qui sit de eius cohorte, & pariter pecunia corruptus non agenda agit l. 1. ibi, *Vel cum ex cohorte, cuius eorum est*, ff. ad l. Iul. repetundar. & ibi glo. in verbo *ex cohorte*, vbi declarat, idest, ex societate, & in verbo *eorū est*, vbi extendit ad comites, & ibi Alber. versic. vel dic. Bar, in l. 2. nu. 4. ff. eod. vbi idē de comitibus, & socijs. Alius text. in l. in comitens, ff. eod. (& ibi glo. declarat in *comites*, idest conscios, & socios, de quo particulariter dixi supra nu. 139.) Bar. ibi in vltimis verbis, tex. in l. 1. C. ad l. Iul. repetundar. vbi de domesticis manipularijs, & ministris. Paris de Put. de sindic. in verbo *barattaria*, num. 1. Vbi de domesticis, & ministris, & in verbo *officialis*, cap. 10. num. 5. Vbi de comitibus iudicum, idest assessoribus, & in verbo *Iudices ad sindicatum*, cap. 2. num. 25. Neuiz. in silua nuptiali lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, nu. 99. in 8. ampliat. vbi loquitur de secretarijs, & notarijs.

141 AMPLIA. III. (& hæc ampliatio venit ampliatiuè ad præcedentem) quòd quando aliquis de cohorte officialis committi barattariam; tunc tenetur ipse officialis pro dicto suo ministro, secundum Bar. in l. 2. sub. nu. 4. ff. ad l. Iul. repetund. Salyc. in l. 1. nu. 2. C. eod. & nu. 4. vbi eam reddit rationem, quia s. magistratus malorum opera vsus fuit. Ang. ibidem in vers. nota hic casu, vbi generaliter dixit, quòd præses tenetur pro furto, rapina, & barattaria commissa per suum ministrum, vel officialem. Bonif. de Vital. in rubr. ad l. Iul. repetund. nu. 4. vbi quòd officialis tenetur etiā ad quadrupli restitutionē pro suis familiaribus, si aliquid extorserunt, abstulerunt, vel rapuerunt a subditis. Paris de Put. de sindic. in verbo *familiaris, siue familia Potestatis*, cap. 5. num. 1. & in verbo *potestas*, cap. 1. per tot. in discursu, vbi alia ad materiam. Ant. Rondinell. de sindic. official. nu. 59. Vbi, quòd tenetur iudex pro sua vxore, quæ barattariam commisit. Cyril. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin nu. 19 car. 180 ex quibus iunctis alijs, de quibus in prima parte tit. de delict. & pœn. q. 24. num. 53. & seqq. (vbi alia ad materiam reperies) apparet hanc ampliationem esse communiter receptam.

142 Tenetur inquam Magistratus pro suis ministris ad penam quadrupli, prout loquitur text. qui etiam in domesticis ampliat in l. 1. C. ad l. Iul. repetūdar. & ibi Bal. in summ. & Salyc. num. 1. & alij Doctor. cōiter. Paris de Put. de sin. in verbo *officialis*, c. 10. num. 5. & sic ad pœnam ciuilem, nō aūt ad criminalem, prout est de mēte præallegatorū Doct. & magis clarè distinguendo declarat Cyril in summ. crim. rub. 33. de pœn. iud. qui mal. iudic. §. fi. nu. 19. quibus adde.

143 AMPLIA IV. (& hæc ampliatio pariter venit ampliatiuè ad secundam ampliationem) quia Potestas tenetur exhibere omnes suos ministros, & officiales, & familiares, qui sunt inquisiti de concussione, & barattaria, secundum Parid de Put. in tract. sindic. in verbo *Iudicis ad sindicadum qui sunt*, c. 2. nu. 25. vb ad id plura allegat iura, & in verbo *familiaris. siue familia Potestatis*, c. 5. nu. 9. in fin. & faciunt, quæ dixi supra parte prima, tit. de delict. & pœn. q. 24. num. 95. & seqq. vbi alia de materiam.

144 Nisi dicti officiales, seu ministris Potestatis essent, aut mortui, aut banniti sine dolo, aut culpa eiusdem Potestatis, quia tunc non tenetur illos exhibere, secundum Parid. de Put. de sindic. in verbo *familiaris, siue familias Potestatis*, c. 5. nu. 9. vers. An potestas, & num. 10.

145 LIMITA hanc iiij. ampliationem, vt exhibendo suum ministrum, qui crimen hoc commisit liberetur iudex, seu magistratus principalis, Bar. in l. 2. num 4. vers. tamen exhibendo illum ff. ad l. Iul. repetundar. sequitur Salyc. in l. 1. nu. 5. C. eod. & ibi etiam Ang. post princ. vers. exhinendo tamen. Paris de Put. de sindic. in verbo *officialis*, c. 10. sub n. 4 & in verbo *familiaris, vel familia Potestasis*, cap. 5. num. 1. Cyrill. in summ. crim. rub. 33. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin. num. 9. vers. familiam tamen exhibendo.

146 Nisi

146 Niſi in aſſumptione officij Poteſtas expreſsè ſe obligauerit etiam pro ſuis miniſtris, & officialibus, quia tunc illos exhibendo non liberatur, ſecundũ Ang. in l. 1. poſt prin. verſ. quòd intellige. C. ad l. Iul. repetundar. Paris de Put. de ſindic. in verbo *familiaris, ſiue familia Poteſtatis*, cap. 5. poſt num. 3.

147 Vel niſi etiam idem Poteſtas fuiſſet particeps aliquo modo, aut in vim mandati, aut in vim ratificationis cum ſuo miniſtro, qui fecit barattariam, aut ẽt ſi participaſſet de lucro, pecuniaue tradita conuerſa eſſet in vtilitatem Poteſtatis; tunc enim non liberatur exhibendo ſuos familiares, & miniſtros, qui barattariam commiſerunt ſecundum Paris de Put. in tract. ſindic. in verbo *familiaris, ſiue familia Poteſtatis*, num. 2. & 3. Vbi benè comprobat hanc declarationem, & ita practicaſſe teſtatur.

148 AMPLIA V. vt iudex puniatur non ſolum ſi pecunia corruptus faciat non facienda, ſed etiam ſi non faciat facienda, glo. in l. 1. in verbo *acceperit*, ff. ad l. Iul. repetundar. eſt tex. in l. 3. ibi, *ob iudicandum, vel non*, & in l. 4. ibi, vel quo magis aut minus, & in l. lex Iulia, ibi, *faciendum, vel nõ faciendum*, & ibi glo. in verbo *alijs*, & ibi Alber. n. 1. ff. eod. facit, & text. in l. quòd euitandi. C. de condit. ob turp. cauſ. & ibi Bald. in princ. verſ. Item ſi aliquid dedit, ne mitteretur ſic, & edictum de calumniatoribus (quòd vt dixi ſupra num. 17. habet locum etiam in iudice, qui pecunia corruptus iniuſtitiã facit) procedat etiam, ꝙ pecunia capiatur, vt aliquid omittatur, eſt tex. expreſſus in l. 1. in princ. ibi, *vt faceret, vel non faceret*, & in §. hoc autem iudicium, ibi, *ob negotium faciendum, vel non faciendum*, ff. de calumniat. Bonif. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. nu. 1. Amad. de ſindic. nu. 163. in princ. Paris de Put. in eodem tract. de ſindic. in verbo *officialis*, cap. 10. num. 1. Ioan. Berber. in pract. part. 1. de l. Iul. repetund. rub. 13. num. 1. Gramm. conſ. 31. n. 4. Boſſ. in tit. de offic. corrupto, ſub nu. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 342. nu. 18 Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 33. ſub nu. 9. & c. 35. num 6. & 9. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 164. num. 1. & concluſ. 453. num. 4. Virgin. Boccac. in tract. de pact. part. tertia, nu. 77. in fine.

149 LIMITA hanc V. ampliationem, vt non procedat in pœna ſuſpenſionis à diuinis per annum, quæ de iure canonico infligitur Eccleſiaſtico iudici prętio, ſeu aliàs per ſordes malè iudicanti, vt in cap. 1. de re iudic. in 6. Nec enim pœna requirit factum iudicis, & ideò ſecus ſi aliquid omittat, & non faciat, ſecundum Domin. in dict. c. 1. poſt figurat. caſus in 6. notab. in 6. requiſito.

150 Sed ꝙ immò etiam prædicta pœna locum habeat in iudice eccleſiaſtico omittente aliquid facere per ſordes, videtur voluiſſe Hoſtien. in c. 1. nu. 12. verſ. & idem ſi omittat eod. tit. de re iudic. in 6. Nec videtur ibidem diſſentire Ioan. Andr. nu. 2. in fin. in verbo *fecerit*, verſ. contrarium. Gemin. num. 7. in §. ſi quis, & expreſsè voluit ibidẽ Franch. num. 5. in 5. requiſito, reprobato Ioan. Andr. & Hoſtien. contrarium tenentibus in loco per eum relato.

151 AMPLIA VI. vt puniatur iudex etiam, quòd pro iuſtitia facienda pecuniam recipiat, non enim licet dare iudici, nec iudici recipere, vt iuſtitiam faciat, ſecundum Bart. in Auth. ſed nouo iure, nu. 3. C. de pęn. iudic. qui mal. iudica. vbi loquitur de iure nouo per tex. in Auth. vt litigantes iurent, circa principium, facit text. in l. 2. §. ſed ſi dedi. ff. de cond. ob turp. cauſ. Vbi, quòd adhuc videtur corrumpere iudicem, qui pecuniam illi dedit, vt in bona cauſa pronunciet, & ibi notat Bald. col. 1 in princ. verſ. Item iuris fictione fingitur corrumpere iudicem, & Alber. nu. 2 dicit, quòd mortaliter peccat, qui pecuniam recipit, vt iuſtam ferat ſententiam, & Paul. de Caſtr. in ead. l. 1. §. ob rẽ igitur, nu. 4. notat, quòd quando quis tenetur aliquid facere, vel non facere gratis, ſi pecuniam recepit, iniuſtè recipit, gloſ. in l. quòd euitandi, in verbo *recipies*, C. de condit. ob turp. cauſ. Vbi, ꝙ turpiter accipit iudex, etiam quòd accipiat, vt non faciat non facienda, & ibi propterea text. eundem iudicem impunitum non dimittit, & ibi hæc notat Bart. in vltimis ibi, & turpitudo punitur, & Salyc. nu. 1. Amad. de ſindic. nu. 163. verſ. iudicium enim. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 10. & cap 3. num. 4. Cyrill. in ſumm. crim. rub. 33. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin. num. 5. verſ. Non enim licet, car. 178. à tergo. Grammat. conſ. 35. nu. 3. Boſſ. in tit. de offic. corrup. num. 1. & 2. Vbi diſcuſſo articulo in hac ampliatione reſidere videtur Iacob. Port. Imolen. conſ. 96. num. 26. Menoch. de arbitra quæſt. lib. 2. caſ. 342. nu. 19. & ſeqq. Decian. in tract. crimin lib. 8. cap. 35. nu. 8. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 164. nu. 3. 6. & 7. Vbi de communi opinione, & concl. 453. num. 3. Nauar. in conſtit. Greg XIII. de dat. & promiſſ. nu. 48. Vbi huius ampliationis affert nouam rationem, nu. 4. verſ. tertio, quòd omnia. Vbi benè probat, quòd venditio iuſtitiæ prohibita eſt iure naturali, & diuino, iuxta illud Matthæi 10. *gratis accepiſtis, gratis date*. Relatum in c. gratia 1. q. 1. cum alijs ibi per eum relatis, & num. 5. in princ. & in verſ. Quarto quod, & in verſic. ad quartum reſpondeo, quibus in locis pluribus probat pro iuſtitia facienda nihil recipi.

152 Ratio huius ampliationis eſt, quia debent iudices habere manus mundas, prout eſt text. in l. 3. in princ. C. ad l. Iul. repetundar. dum ibi dicitur, *omnes cognitores, & iudices à pecunijs, atque patrimonijs, manus abſtineant*. Et pręſertim glo. & Bald. in ſumm. Angel. in l. fin. C. eod. in ſumm. Item & text. in Auth. vt iudic. ſine quoq. ſuffrag. §. ſi quis autem, præter, in illis verbis, *Puras enim exigimus eſſe prouincialibus iudicibus manus*. Angel. in eadem Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. §. oportet, il 1. num. 5. Ama. de ſindic. 163. in princ. & nu. 166. in fi. verſ. ſed meo iudicio. Io. Berber. in pract. part. 1. rub. 37. de concuſſ. nu. 4. Cyrill. in ſumma crimin. rubr. 33. de pœn. iudic. mal. iudican. §. fina. num. 5. in fine, car. 178. à tergo. Marſil. ſing. 190. incipiendo, Iudices, ſeu alij officiales.

153 Verum in hoc vide gloſſ. in l. 1. §. hoc autem iudicium, in verbo *crimina*. verſ ſed in alio differunt. ff. de calumniatorib. Vbi diſtinguendo dixit, quòd quando agitur de pœna falſi, aut repetundarum corruptus tenetur accipiendo pecuniam, etiam quòd ſine calumnia aliquid faciat, ſi verò agitur de pœna concuſſionis, aut ex edicto de calumniatoribus, & tunc non tenetur, niſi pecuniam acceperit, vt aliquid per calumniam faciat, vel non faciat. Nec diſſentit ibidem Paul. de Caſt. ſub num. 5. ſequitur Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap 34. num. 11. verſic. notandum tamen. Immò ſecundum Menoch. de arbrit. quæſt. lib. 2. d. caſ. 342. n. 16. ſi iudex pecunia accepta in cauſa ciuili rectè iudicauit, non ad aliam pœnam tenetur, niſi ad reſtituendum, quòd accepit.

154 Et an in caſu huius ampliationis pecuniam datam quis repetat, vide ſupra nu. 109.

155 Et an qui dedit pecuniam, amittat cauſam, vide ſupra nu. 132. & ſeq.

156 LIMITA hanc vj. Ampliationem non procedere de iure canonico in pœna ſuſpenſionis per annum ab officio ordinis, & à diuinis, de qua in c. 1. de iudic. in 6. quæ locũ non habet, niſi eccleſiaſticus Iudex contra iuſtitiam iudicauerit, etiam quòd prætio, ſeu aliàs per ſordes ſuam protulerit ſententiam; ſic enim communiter, & vno ore tradunt Doct. ibi. vt videre eſt apud Domin. in 6. notab. in 1. & 3. requiſito. Archid. col. 3. in verbo *ſordes*, verſ & dicũt quidam. Io. Monac. nu. 7. in fin. in verbo *iuſtitiam*, Io. And. num. 10. verſ. in gloſ. hoc eſt Gemin. in §. ſi quis, nu. 13. in 6. requiſito & ibi etiam Franch. nu. 5. verſ. ſecundo, quòd, cõtra iuſtitiam, & videtur de mente Parid. de Put. in tract. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 5. in fin. Catald. de ſindic. num. 52 q 98. in fine, Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 40. num. 13.

157 Contrarium ſuadetur ex pluribus iuribus Pontificis, quibus iudicibus interdicitur per pecuniam etiam, iudicare, ſicut præſertim aduertunt etiam Archidiac. in d. cap. 1. num. 3. & ibi etiam Gemin. num. 7. in fin. eodem tit. de re iudic. in 6. facit text. in cap. ſtatutum. §. inſuper de reſcript. eodem lib. 6. vbi dicitur, *Inſuper, vt gratis, cum omni puritate iudicium coram ipſo procedat*, & ibi hoc adnotarunt gloſſ. in verbo *gratis*, & Anton. de Butr. in dicto §. inſuper. num. 3. in fine, verſic. in gloſſa ſuper verbo *gratis*, & Gemin. n. 1. in primo notab. Anchar. in cap. cum ab omni, num. 7.

num.7. in 5.notab. de vit. & honestat. Cleric. & ibi etiam Imol. num. 4. versic. Item nota, quòd etiam iustum iudicium. &c. Item & tex. in cap. vendentes, in quæst. 3. Vbi vendentes iustitiam æquiparãtur vendentibus, qui à Christo ex templo eiecti fuerunt, & ibi Turrecrem. num. 1. & seqq. disputata ad partes quæst. concludit etiam ex Sãctorum, & Theologorum authoritatibus iudicem non posse pro iustitia facienda pecuniam recipere, & accipiendo grauiter peccare, & ibi contrarijs respondet. Item & tex. in cap. qui rectè 11 q. 3. cuius aurea verba ad propositum etiam referre libuit, *Qui rectè*, inquit Gregorius, *iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iniustitia, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit*, & quæ sequuntur, & paulo infra, *Acceptatio nummorum præuaricatio veritatis est*, & ibi Turrecrem. num. 1. & seq. pariter à contrariis defendit hanc conclusionem, quòd iudex non possit licitè recipere, aut expectare prætium pro iustitia facienda, & Præpos. Alexand. in summ. & num. 1. Item & text. expressus in cap. non licèt 11. q. 3. vbi ad literam dicitur, *non licet iudici vendere iustũ iuditium*. Alius tex. in cap. nõ sanè. 14. q. 5. ibi, *Sed non ideò debet iudex vendere iustum iudicium*, & paulo infra ibi, *cum autem iudicia, nec iusta, nec vera vendenda sunt*, & ibi Archid. num. 1. post med. in verbo *ordo*, Quibus addo benè scripta per Nauar. de dat. & promiss. num. 4. vers. Tertio quod omnia, & versic. Quinto denique, & versic. quãto quòd promittere, & versicul. Ad quartum respondeo, & per Virg. Boccac. in tract. de pactis. par. 3. num. 75. & num. 85.

158 Crederé ex communi mente Doctorum posse has opiniones concordari, vt prima opinio procedat in foro fori, & quoad punitionem, secunda autem in foro poli, & quoad peccatum.

159 AMPLIA VII. quia nec etiam iudici licitum est capere pecuniam, vt cito causam expediat secundum ea, quæ in simili tradita sunt supra num. 123. & 132. & in specie voluit Boer. decis. 153. num. 2. sequitur Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 342. num. 26.

160 AMPLIA VIII. vt corruptio, & barattaria committatur etiam in iudice, qui aliquid recipit à sponte soluente, sed dante. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 2. versic. officiali ex causa officij, & num. 5. ad med. vers. officiali nihil licet. Cyrill. in summ. crimin. rubr. 33. de pœn. iud. malè iudican. §. fina. num. 5. ad finem. car. 178. à tergo. vbi facit generalem conclusionem, paria esse cogere aliquem ad dandum, vel à sponte dante illicitũ recipere; Vtroque enim casu est par pœna, iuribus ibi per eum allegatis. Minsinger. obser. 75. num. 1. centur. 2. vbi exornat. & comprobat hac conclusionem, & eam declarat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 342. in addit. nuper editis, num. 4. & seq. Decian. in tract. crim. lib. 8 cap. 40. nu. 6.

161 AMPLIA IX. vt barattaria etiam committatur in vno nummo. Amad. de sindica. post num. 166. Paris de Put. in tract. de sindic. in verbo *barattaria*, post num. 4. & in verbo *Iudex*, c. 7. sub nu. 2. Vbi, quòd officiales redimentes homines in re magna, parua, aut tenui puniti debent. Viu. decis. 113. num. 15. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 9. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 453. num. 1. Vide tamen ad præmissa declarantem Nauar. in constitut. Gregorij xiij. de dat. & promiss. in 10. notabil. nu. 20. vers. per quæ omnia, & in notab. 11. num. 23. sub. versi. Quinto denique.

162 AMPLIA X. vt iudex dicatur corruptus, & corruptionis pœna teneatur, non solum ex traditione pecuniæ, sed etiam ex sola promissione, & illius acceptatione prout est tex. in Auth. sed nouo iure. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit, ibi, *Dedisse alicui, vel promisisse*, & paulo infra in §. 1. ibi, *qui accepit, vl promissionẽ suscepit*, & ibi Odofred. in princip. versic. secundo dicitur Bart. nu. 4. Bald. in l. & generaliter in 2. notab. ff. de calumniat. Ama. de sindic. num. 165. in fin. versic. & prædicta locum habẽt,
163 & nu. 166. Vbi ampliat siue promissio sit acceptata, siue ẽt non acceptata, & non recusata. Paris de Put. de sindic. in verbo *barattaria*, post nu. 4. & in verbo *corruptio*, cap. 1. n. 6. Grammat. cons. 35. nu. 6. & 8. Baiard. ad Clar. q. 73. num. 23. Vbi quod solum pactum sufficit. Menoch. de arbitr. quæst lib. 2. cas. 342. num. 28. & ibi in addit. nouissimè per eum editis. Decian. in tract. crimin. cap. 35. num. 11. & cap. 40. num. 18. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 453. nu. 5. & seq.

164 Declara dummodo promissio fuerit certa, & specifica de certa summa, aut re tradenda, secus verò si fuit generalis, & incerta; tunc enim si ob id iudex non iniquè pronunciet, sed iustitiã faciat, non tenetur de barattaria, quãuis generalis illa, & incerta promissio præcesserit sententiam, secundum Boer. in decis. 152. num. 34. 35. & 37. Vbi simplices vocat illos iudices, qui credunt suasionibus partium, & generalibus promissionibus, quæ promittentem non ligant. Addo pro hac eadem solutione Decia. in tract. crim. lib. 8. cap. 40. num. 18.

165 AMPLIA XI. vt puniatur iudex pecunia corruptus iniustitiam faciens non solum in causa criminali, sed etiã in causa ciuili, secundum glos. in l. lex Iulia, in verbo *pecuniauè, &c.* per illum text. ff. ad l. Iul. repetund. & facit Text. in l. 3. C. eod. in verbo *priuatorum*. Nec ab ista opinione tanquam secundo loco per eum relata dissentire videtur Cyn. post Petr. de Bellaper. in l. 3. num. 1. C eod. & hodie ista opinio videtur transire sine difficultate per Auth. nouo iure. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit. Vbi expressè imponitur pœna tã in causa pecuniaria, & ciuili, quàm in criminali, & tam in pœna repetundarum, quàm edict. de calumniatoribus quòd (vt dixi supra numero 17.) habeat locum in omni causa tàm ciuili, quàm criminali, & tàm publica, quàm priuata est text. expressus in l. prima, §. hoc autem iudicium, & ibi gloss. & communiter Doctores omnes. ff. de calumniat.

166 Contra, quòd immò iudex corruptus in causa ciuili nõ puniatur pœna repetundarum, videtur tenere glo. in d. l. 3. in verbo *primatorum*, C. eod. sequitur ibidẽ Iacob. Butrig. verum, quòd contra iudicem corruptum per Auth. nouo iure. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. etiam in causa ciuili habeat locum pœna priuationis officij, vltra restitutionem tripli, aut dupli, dixi supra num. 34. Distingue secundum mentem glos. in dicta l. 3. pœna quadrupli pecunia habet locum etiam contra iudicem corruptum in causa ciuili, pœna autem corporalis, & extraordinaria, de qua in l. ante penult. ff. eod. non habet locum, nisi contra iudicem in causa criminali, in qua imponeretur confiscationis bonorum, vel maior pœna, & sequitur ibidẽ Salyc. n. 2.

167 AMPLIA XII. quia iudex punitur non solum si ei datur pecunia, vt malè iudicet, sed etiam si datur simpliciter non dicendo, vt benè, vel malè, aut celeriter iudicet, secundum Odofr. in l. 1. post num. 2. versic. si autem de iudic. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. (Qui tamen non loquitur in iudice corrupto, sed in corrumpente ad effectum ne reperat pecuniam datam, de quo dixi supra, nu. 107 & 117. Vbi in specie & de pœna ipsius corrumpentis) & hęc ampliatio credo procedat sine difficultate, quia si iudex dicitur turpiter pecuniam recipere, & deponitur, quãdo pecuniam recipit expressè vt iustè iudicet, vt dixi supra num. 151. multo magis turpiter accepisse dicetur, & punietur, quando simpliciter accepit, eo præsertim, quia, vt dixi supra num. 117. In dubio præsumitur iudici data pecunia, non in bonum, sed in malum. Gramma. cons. 35. num. 5. & 6. vbi idem si iudex capiat pecuniam, & nihil promittat. Boss. in tit. de offic. corrupt. num. 1. in fin. & 2. in discursu. Menoch. de arbitra. quæst. lib. 2. cas. 342. num. 27. Vbi benè declarat, qua pœna puniendus sit is iudex. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 164. nu. 7. in fin. vbi, quòd hæc ampliatio communi Doctorum consensu recepta est, & conclus. 453. post. num. 4

168 AMPLIA XIII. vt iudex dicatur corruptus non solum si pecuniam accipit, sed etiam si aliam rem accipiat, vel inde aliud commodum, sed vtilitatem sentiat. Bald. in l. 1. num. 8. in fin. vers. & dicitur venalis. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. Pecuniæ enim appellatione, in materia de qua agitur venit omne id, quod pro pecunia accipitur, prout fere ad literam dicit text. in l. 1. §. pecuniam autem. ff. de calumniatorib. & ibi Bart. declarat pecuniæ appellatione venire omne commodum Bursat. & Bal. nu. 3. in 4. notab.

dixit,

dixit, quod appellatione pecuniæ omnis vtilitas continetur. Odofred. num. 1. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. ſub num. 1. Cyrill. in ſumm. crim. rub. 33. de pœn. iudic. mal. iudican. § fin. num. 4. in princ. & in verſ. & generaliter, car. 178. & ad præmiſſorum comprobationem addo Neuizz. in ſilua nuptiali, lib. 5. rubr. quomodo iudicādum, num. 101. ad med. Grammat. conſ. 35. nu. 8. poſt med. Bertachin. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, num. 15. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 342. in addit. num. 2. verſ. extenditur octauo. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 7. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 164. num. 4. ad med. & concl. 453. num. 10.

169 Hinc & muneribus iudicem corrumpi non eſt dubitādum, & dicam infra in ſeq. 10. articulo.

170 AMPLIA XIIII. vt iudici non liceat recipere pecuniam, etiam ſub titulo venditionis, donationis, aut cuiuſcumque alterius contractus. Nam tunc eo magis hæc omnia videntur facta in fraudem, & pro velamento barattariæ, text. eſt in l. fin. C. ad l. Iul. repetundar. in illis verbis, *aut dationis, donationiſuè titulo, aut alio velamento cuiuſcumque contractus*. Butrig. col. 1 in 3. oppoſit. & in verbo, *ſed ſi per ſona*, & in verbo *ſi quis litigantium*. Alber. in l. 2. num. 1. ff. de calumniat. Vbi de remiſſione obligationis, & Bald. in princ. dixit, quòd qui liberè dat aliqua alicui gratis, videtur donare. Odofred. in l. 1. §. pecuniam, in princ. ff. eod. vbi loquitur etiam de locatione, ſeu venditione facta minori prætio prout tempore meo faciebat quidam bonus iudex nomen taceo. Paris de Put. de ſindic. in verbo *barattaria*, num. 4. in fin. vbi, quòd barattaria committitur, quomodocumque officialis pecuniam recipiat. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr. 33. de pœn. iud mal. iudican. §. fin. num. 4. car. 178. Vbi de liberatione, & obligatione de re locata, aut vēdita pro minori pretio. Gramm. conſ. 35. num. 8. vbi de relaxatione debiti iudici facta. Iacob. Port. Imolen. conſ. 94. num. 9. Vbi de pecunia recepta per officialem ſub tit. liciti contractus, quod præſumitur in malam partem recepta. Baiard. ad Clar. q. 73. num. 27. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. caſ. 342. num. 33. Vbi etiam de remiſſione debiti, & ibi in addit. nuper per eum editis. Maſcard. de prob. lib. 1. concl. 453. num. 8. Vbi adhuc de remiſſione debiti. Et eſt communis ampliatio.

171 AMPLIA XV. vt barattaria committatur à iudice, qui pecuniam recipit ſub nomine mutui, ſecundum Bald. in l. venales, in fin. num. 5. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Vbi loquitur in eo, qui à fæneratore gratis pecuniam recipit. Ang. in l. 1. §. pecuniam. ff. de calumniat. vbi infert ad magiſtros mutuantes pecuniam diſcipulis, vt ſub eis intrent, quòd vſurarij ſint. Odofred. ibidem, vbi pariter loquitur de traditione pecuniæ gratis vtendæ. Amad. de ſindic. num. 166. verſ. Item ſi accepit pecuniam à fæneratore gratis. Quibus adde etiam Parid. de Put. de ſindic. verbo *corruptio*, cap. 3. nu. 1. Cyrill. in ſumm. crimin. rub. 33. de pœn. iudic. mal. iudican. § fin. num. 4. in princ. car. 178. Grā. conſ. 35. num. 8. verſ. Item committitur hoc crimen, ſi iudici fuerit aliquid mutuatum. Vant. in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. ſiue ordinis, num. 138. in fin. verſ. quid in mutuante. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 342. num. 3. verſic. & hoc idem. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num.

172 7. & 23. Maſc. de probat. lib. 1. concl. 164. num. 4. vbi ampliat etiam, quòd iuſta proferatur ſententia, & concl. 453. num. 10. & ſeq. quidquid contrarium affirmaſſe videatur Cataldin. in tract. ſind. nu. 50. in fin. q 96.

173 Præſumitur enim corruptio, & barattaria ex mutui pecuniarum iudici facta ſecundum Amad. de ſindic. num. 166. in fine. Paris de Put. de ſindic. in verbo *barattaria*, num. 4. verſ. in officiali, & in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 1. & in verbo *præſumptio officialis*, cap. 1. poſt num. 2. Gram. d. conſ. 35. num. 8. ad finem. Iacob. Port. Imol. conſ. 94. nu. 9. Baiard. ad Clar. q. 73. nu. 27. Decian. in tract. crimin. lib. 8. d. cap. 35 eod. num. 7. & cap. 38. num. 14. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 164. num. 5.

174 Quamuis contrariū, quòd iudex non videatur corruptus recipiendo pecuniam gratis à fænerarore dixerit Cataldi. d. ſind. nu. 50. q 96. allegando Bald. (qui tamen, vt ſ. eum retuli contrarium dicit) in l. venales, in fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.

175 AMPLIA XVI. vt oēs contractus facti cum iudice, ſeu magiſtratu ad hoc, vt iniuſtitiam faciat ſunt nulli, text. in l. penult. ff. ad l. Iul. repetund. dum ibi dicitur, eadem lex venditiones oēs locationes eius rei cauſa pluris minoriſuè factas, irritas facit Fulgoſ. in l. 1. n. 5. ff. de condit. ob turp. cau. vbi generaliter, quòd cōtractus, & promiſſiones ſic ob turpem cauſam factæ, ſunt ipſo iure nullæ. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 39. nu. 34.

176 AMPLIA. XVII. vt multo magis teneatur iudex ſi pecuniam, ſeu alias res, ac etiā munera accepit non per ſe, ſed per interpoſitam perſonā; tunc. n. id uidetur actū magis in fraudē legis, tex. in l. fi. C. ad l. Iul. repet. in illis verbis: *ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam*, & ibi glo. in uerbo, *in fraudem*. Alius tex. in l. 2. ff. de calumniat. ibi, *nec refert ſi ipſe pecuniam acceperit, an alij dari iuſſerit, vel acceptum, ſuo nomine ratum habuerit*, Amad. de ſind. n. 169. vbi de pecunia data vxori officialis de eius mandato. Io. Beib. in pract. par. 1. rubric. 13. n. 2. verſ. Nec excuſātur, vbi de iudicib. recipiētib. per mediū ſuorū ſeruitorū. Cyrill. in ſum. crim. rub. 33. de pœn. iud. qui mal. iud. § fi. n. 4. in princ. vbi de pecunia data non iudici, ſed alteri iudicis iuſſu, aut poſt darionē ratificatione ſequuta. Neuiz in ſilua nupt. lib. 5. rub. quomodo iudicandū, nu. 98. in fi. verſ. alij ſunt. vbi ponit exēplū de aliis iudicibus, qui faciunt, ut eius filij, ſeu vxor munera capiāt. Iac. Port. Imol. conſ. 94. nu. 10. ubi pariter de pecunia recepta ab vxore, ſeu altero de mandato iudicis, de quo etiam per Baiard. ad Clar. q. 73. num. 28.

177 AMPLIA XVIII. vt puniatur iudex, qui pecuniā accepit ob aliquid faciendū, ēt quod nō fecerit id, quod facere promiſit, tex. expſſus in l. et generaliter. §. ſi igitur. ff. de calū. cuius tex. uerba ſunt hæc: *Si igitur accepit, vt negotiū faceret ſiue fecit, ſiue non fecit, tenetur, & qui accepit ne faceret, & ſi fecit tenetur*. Et ibi glo. in verbo *ſiue non fecit*, notat puniri in hoc crimine propoſitū, licet non ſequatur effectus, & Bald. in fi. teſtatur fuiſſe determinatū Florentiæ contra quendā, qui in officio commiſerat barrattariā, & re integra pœnituerat, & hæc pœnitentia ſibi non profuit. Amad. de ſindic. nu. 167. ubi quod officialis attentans barattariā punitur, & ſi non perficiat, ut puta, ſi accipiat pecuniā, & nondū tulit ſententiā. Paris de Put. in tract. de ſind. in uerb. *barattaria*, n. 4. ubi ꝙ in crimine barattariæ non habet locū pœnitētia, & in uerbo *corruptio*. c. 1. n. 3. ubi ꝙ nec re integra datur in hoc crimine pœnitentia (Quāuis vt ſubdit in contrariū faciat tex. in Auth. nouo iure C. de pœn. iud. qui mal. iudic. q vt ſuo loco dixi, loquitur in pœnitente, & reuelante, nō in pœnitente ſolū) Ant. Rōd. de ſind. offic. n. 58. ubi ꝙ non excuſatur iudex ſi pœniteat barattariā cōmiſiſſe. Quibus adde Rom. ſing 332. incipiente, Iudex capiens pecuniā. Boer. deciſ. 153. n. 22. Grām. conſ. 35. n. 7. ubi de iudice, qui pœnitēs facit contrariū eius, ꝙ promiſit. Baiard. ad Clar. q. 73. n. 22. Menoch. de arb. quæſt. lib. 2. caſ. 342. n. 30. & ſeq. Decian. in tract. cri. lib. 8. c. 40. n. 10 Maſc. de prob lib. 1. concl. 164. n. 8. & concl. 453. n. 7. faciunt dicta per Nauar. in conſt. Greg. xiij. de dat. & prom. in 8. notab. in uerſ. Tertio, ꝙ ad incurrendas, & ſeqq. ex quibus negari non poteſt hanc ampliationem eſſe communiter receptam.

178 Quamuis, quod & in hoc crimine re integra habeat locum pœnitentia affirmauit Paris de Put. in tract. ſindic. in verbo *barattaria*, nu. 3. verſ. niſi pœniteat re integra, ſed voluit intelligere dummodo re integra, reuelet.

179 Declara hanc xviij. Ampliat. vt non ſequuto effectu, non puniatur paciſcens eodē modo, & eadē pœna, ac ſi effectus fuit ſequutus, ſecundū Alber. in l. 2. poſt nu. 2. uerſ. Hic quæſit. ff. de calūniat. ubi magiſtraliter loquendo conſiderat in propoſito duo delicta, unū qn̄ corrumpens, & corruptus paciſcuntur, & iſtud ſola pactione perficitur, & punitur, etiā non ſequuto effectu, & ēt quod paciſcentes pœniteat, aliud quando pactū executioni mandatur, & iſtud nō punitur, ſi effectus non ſequatur. Et hæc declaratio eſt veriſſima, & procedit ſine difficultate, ſecundū generalē conſuetudinē, quod non ſequuto effectu, nūquam punitur eadem pœna, affectus præſertim, quando interuenit pœnitentia, prout loqui-

loquitur Alber. in loco præcitato,& alibi latius dicam.

180 Declara etiam eandem xviij. Ampliationem, nisi iudex pecuniam receptam restituerit,runc enim talis restitutio, iuncta pœnitentia reddit immunem ab omni pœna iudicē, qui iustam protulit sententiam,quamuis ante illius probationem se corrumpi permiserit,secundum Boer.decis.153 num.33. & seqq. vsque ad num.37.

181 Vbi etiam quid si pecuniam non accepit, sed sola promissione corruptus fuit, ita quòd non datur pecuniæ restitutio. An tunc subsequens pœnitentia, & quia iuste iudicauit,ipsum excuset. Vide ibi per eum, vbi,ni fallor,videtur distinguere inter promissionem generalem,& incertam,& inter promissionem certam,& specialem. Vt primo casu excusetur;secundo autem non, & quòd iudex restituendo pecunias,& iustè iudicando, non punitur. Voluit etiam Menoch.de arbitrar.quæst. lib.2.cas.342. num.32.& ibi in addit. nuper per eum editis. Vbi declarat declarationem ibi omnino videas.Decian.in tractat.crimin.lib.8.cap.40. num.10.in fine.

182 AMPLIA XIX. Vt licet ciuilis Iudex regulariter non possit de causa criminali cognoscere, in crimine tamen barattariæ, & concussionis,seu extorsionis pecuniarum,iudex,qui ciuiliter cognoscit,potest etiam criminaliter punire, secundum Cyn. in l. quòd euitandi, per illum text.C.de condit.ob turp. caus.& ibi Bald. nu.1. Vbi amplius, quòd potest ex suo officio,etiam sine alio accusatore contra delinquentem procedere,sequitur ibidem Salycet. num.2.in fine,vers. Item nota quod idem iudex. Bartol. in l.si ab eo,per illum tex.ff.de calumniat. & ibi etiam Fulgo. num.2.& Paul.de Cast.num.3.Decian.in tract.crim. lib.8. cap.37. num.15. quem videas.

183 Sed nunquid ex eodem processu ciuili possit criminalē pœnam imponere,vide Bald. in d.l. quòd euitandi,numer. 1.& seq. C. de condit. ob turp.caus. Vbi arguit pro,& cōtra,& postea videtur amplecti opinionem negatiuam concludens,quòd processus iste ciuilis deseruiet iudici loco notificationis,seu denunciationis ad effectum formandi alium processum criminalem, & ex eo postea imponendi pœnam criminalem,non autem ex primo: Nec dissentire videtur ibidem Salyc. num.1.in fine, vers.& nota quòd hic cognouit ordine successiuo. Amad. de Sind. nu.197. vers. & poterit iudex.

184 Contrarium videtur voluisse idem Bald. in l. Venales, num.4. C.quando prouoc.non est necess. vbi dixit, quod idem iudex potest ex eodem processu punire ciuiliter, & criminaliter, & quod hoc est speciale in iudicibus delinquentibus in officio, per tex. in Auth. vt iudic. sine quoq; suffrag. §.oportet,il primo, sequitur ibidem Salyc.num. 3. vbi apertius dixit,quòd potest iudex isto casu simul, & semel ciuiliter,& criminaliter puniri. Et dicit Alber. in l. si ab eo,num.3.quòd in hoc crimine potest simul ciuilis, & criminalis actio intentari,& quòd ita de consuetudine seruatur,licet de iure contrarium statutum sit, & ibi Bald. in princ. dixit, quòd eodem processu fit restitutio rei, & condemnatio criminalis.Paris de Put.de sindic. in verbo *corruptio*, cap.1.num.4.in fine.Gramm. vot. 25. sub num. 7.Cataldin.de sindic.num.52. quæst. 98.in fine. Decian.in tract. crim.lib.8.cap.37. nu.15.vbi vide ex quibus ita magis communiter recepta esse facilè credo dici possit.

185 AMPLIA XX. Quia licet alias non possit officialis durante officio conueniri, accusari, seu alias sindicari.Attamen pro barattaria in officio commissa,etiam eo durante, conuenitur,& accusatur, secundum gloss.in l.1.in verbo *acceperit*, vers.& dic,quòd etiam durante officio ff. ad l.Iuli. repet. tex. in l.iubemus, ibi, *vel administrante eo*, C. ad l. Iul. repetundar.& ibi gloss.in verbo,*vel administrante*, vbi eam reddit rationem,quia scilicet deliquit in offic. & occasione officij,conuenitur Magistratus,ideo eo durante,datur iudicium contra officialem,& ibi etiam Bellaper. Butrig.Cyn. Ang. & Salyc. plenè tractantes materiam, an scilicet & quando officialis possit durante officio conueniri,seu accusari,an verò sit expectandum tempus sindicatus. Bart. in Auth.ut iudic. sine quoque suffrag. & in §.si quis autem præter,per illum tex.in princ.& ibi etiam Ang. in summario,& in secundo notab.Bonif. de Vitalin. in rubric.ad l.Iul. repetundar. num.6.Paris de Put. de sindic in verbo *barattaria*, num.5, in fine. Anton.Rondinel. de sindic. offic.num.64. Decian.in tract.crimin.lib.8.cap.37.numer. 7.

186 AMPLIA XXI. Quia in crimine barattariæ vnusquisque admittitur accusator, quia repetundarum actio popularis est,secundum gloss.in l.2.post princ. vers. & hoc casu.ff.ad l.Iul. repetund.text. in l. iubemus, in princ. in verbo *si quis*,C.ad l.Iul.repetundar.

Vbi Imperator gloriam, & præmium promittit etiam extraneo crimen hoc contra iudicem reuelanti,& ibi præsertim Ang.in summar. text. in l.fin. in fine. C.eodem,ibi *accusandi crimen cunctis, tanquam crimen publicum concedimus facultatem*. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap.3.num.2. & 5. ad med. vers.vbi quis, & in verbo *Iudex*,cap.7.in fine,num.19. Cyrill. in summa crimin. rubric.33.de pœn.iudic.qui malè iudicauit.§.fin.num.6.car. 178.à tergo. Gramm. vot.25.numer.6. Baiard. ad Clar. q. 73.num. 21.vbi declarat. Dec. in tract. crimin.lib.8. cap. 36.num. 28.& cap.37. num.6.

Vbi ampliando dicit hoc crimen esse publicum, etiam quod ciuiliter agatur, & ista ampliatio communiter ab omnibus admittitur.

187 Intellige,vt talis actio sit popularis,quando agitur cōtra iudicem corruptum,aut criminaliter ad pœnam extraordinariam,aut etiam ciuiliter ad quadruplum, in casu,in quo totum fisco applicatur,iuxta tradita supra num.62.secus si agatur in casu,in quo quadruplum applicatur medium fisco,& medium parti læsæ,iuxta tradita supra num. 63. quia tunc hæc actio non competit,nisi illi, qui pecuniam soluit,aut eius hæredibus, secundum Ang. in l. 1. ante med. vers. ad hanc pœnam intelligendam. C. ad l.Iul.repetundarum.

188 AMPLIA XXII. Quia repetundarum hæc actio datur etiam contra hæredes,intra annum, tamē à die mortis eius,qui de hoc crimine arguebatur.

Verum an iste annus currat lite contestata cum mortuo an verò etiam lite non contestata, & an detur in quadruplum,& an etiam si ad hæredem nihil peruenit, & generaliter de materia,vide text.& ibi gloss.Bart. & Alber.in l.2. ff.ad l.Iul. repetundar. & in l.2. vbi etiam gloss. Iacob. Butrig.Cyn. Bellapert. Ang.Bald.& Salyc. C.eod. Barto.in l.1 num.9. C.de pœn. iudic. qui malè iudicauit, & in l. in hæredem,& ibi pariter gloss.& communiter omnes. ff.de calumniat.Bart.num.5.in fine. Paris de Put. de sind. in verbo *barattaria*,num.1. vers.& illa pœna. Ant. Rondinell. in tract.de sindic. official. num. 63. in fine. Iodoc. in practic.crimin. cap.130. rubr.de corrupt. post num.7. Bertachin. in repertorio,in verbo *corrumpens iudicem*, num. 4. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.37.nu.8.

189 Vbi an accusatio hęc detur contra mortuum,ita vt eius memoria damnari possit,& num.21.& cap.39. num.37.

190 Sed numquid hæc eadem actio ad pœnam ciuilem,seu criminalem, detur hæredi illius in cuius præiudicium corruptio per pecuniam facta erat. Vide text. & ibi gloss. & communiter omnes in l.hæc actio ff. de calumniat.

191 AMPLIA XXIII. Vt reuelanti corruptionem iudicis,etiam quod reuelans sit ille, qui corrupit, aut alias conscius,aut particeps partitur, secundum gloss. in l.1.in verbo *amittat*, post principium. C.de pœn. iud. qui malè iudicauit.text.apert.in Auth. nouo iure,in princip.C.eod. & ibi gloss.in verbo *meretur*.

Vbi propterea generaliter notat spontè confitenti parcendum. (De quo tamen alibi dixi de Reo confess.& con uict.) Iacob. Butrig. colum. 1. vers. oppono quòd in delictis.

Vbi dixit hoc esse speciale in hoc crimine, propter difficultatem probationis,& reuelanti parcitur, quia alias nūquam sciretur delictum, & illud remaneret impunitum. Bellapert. in princ. vers. dicit Authentica ista. Cyn. in primo notab.Odofred.in princ. vers. aliquis litig. Vbi benè figurat casum,& nu.1.Bald.in princ.Salyc.num.1.in figuratione casus, & num. 3. in prima oppositione. Paul. de

Castr.

Caſtr.in l.1.§.ob.rem.nu.6.ff.de cond.ob.turp.cauſ.gloſ.in l.qui explicandi in glo.final.in fine, verſ. ſed hoc. C. de accuſat.& in l.1.§. ſed, & conſtitutio, in verbo *litem perire* ff.de calumniat. Vbi dixit,quòd reuelans, nec etiam litem perdit, propter veniam ſibi à iure conceſſam.Et idem ibidem affirmauerunt, Bart.ſub num.primo, verſic. ſolutio hæc limitatur per illam. Alber. num. 4.in fine,in prima oppoſit. & Paul.de Caſtr. poſt num. 6. Amad. de ſindic. ſub num.165. Adde ad præmiſſa,Pari de Put. de ſindic.in verbo *corruptio*, cap.1.num. primo. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr.33. de pœn.iudic. malè iudican.§.fin. num.3. ante finem, verſ.ſed nouo iure,car.178. Bertachin. in repert. in verbo *corrumpens iudicem*, numer.1. vbi idem, quando is, qui corrupit iudicem,dat contra illum quærelam in ſindicatu de corruptione. Foller. in pract. crimin. in fragm. nu. 179.ad med. Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſtes,nume.59. verſ ſis tamen memor. Iacob. Port. Imolen. conſ. 96. nu. 19. verſ. octauo tollitur. Decian in tract.crimin.lib. 8.cap. 37. num.17.& cap. 40.num.5. Concordat ſtatutum vrbis, lib.2. cap 60. in quo parcitur corruptori officialium, Cur. Capitolij, ſi tempore eorum ſindicatus corruptionem denunciauerit ſindicatori.

192 Et non ſolum reuelanti parcitur, ſed etiam ei datur gloria, victoria, & præmium, text. in l. iubemus, in fine, & ibi gloſſ. fina in verbo *gloriam*, C. ad l. Iul. repetund. & ibi etiam Ang. in ſumm. Decian. in tract. crim. lib.8. cap.37. num. 17. vbi declarat præmium, quòd conſequuntur iſti accuſatores.

193 Dummodo tamen reuelatam corruptionem probauerit ea enim non probata,nec honor,& gloria , nec præmiū reuelanti debetur. text. in l. Iubemus,in fine.C.ad l.Iul.repetundar.ibi,*crimen deferat delatum approbet, cum probauerit,&c.* & ibi etiam Ang. in vltimis verbis, faciens generalem concluſionem , quòd qui allegat concuſſionem , & barattariam, debet eam probare,& Salyc. num. 2. dicit , quòd deferentes debent probare,quæ deferunt,alias ſunt vituperandi. text. apert. in Auth. nouo iure in princ. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. in illis verbis, *& hoc probauerit , &c.* & ibi præſertim Salyc. num. 1. in figuratione caſus,& in ſecundo notabil.

194 Immo ſi huiuſmodi reuelans , ſiue accuſator aſſertam corruptelam non probauerit,punitur in extimatione litis, ſi cauſa erat ciuilis,ſi verò erat criminalis, confiſcantur bona, tex. in Auth. nouo iure.§.ſed ſi litigatur. C.de pœn. iudic.qui malè iudicauit,& ibi Cyn. in 4. notab. vbi generaliter notat, quòd accuſans,& non probans, punitur pœna tallionis. Odofred. ante num.... verſ. Quarto dicitur. Bald. in princid. Amad. de ſindic. num.165. verſ.quę autem ſi pœna, in fine. Paris de Put. de ſindicat. in verbo *corruptio*, cap 1.num.1.verſ. & ſi non probat. Anton. Rondinell.de ſindic. officialium, num.78. Gramm. conſ.35.nu. 43. Bertazz.conſ. 81.num.19. lib. 1. vbi quòd tenetur ad expenſas litis,& ad damna, & intereſſe paſſa.

195 Licèt benè verum ſit,quòd etiam non probata per reuelantem,aſſerta corruptione, tenetur ipſe iudex per proprium iuramentum,ſe purgare,quòd ſi iurare recuſauerit, punitur,ac ſi delictum eſſet probatum. Et nihilominus etiam ſi præſtito iuramento , fuerit abſolutus , poteſt accuſator , ſeu reuelans etiam poſt ſententiam dictam corruptelam probare per decem menſes, poſt ſententiam abſolutoriam probantur hæc omnia in Auth nouo iure , in §. ſed ſi datum,& §. penult. & final. C.de pœn. iudic. qui malè iudican. & ibi gloſſ. in verbo *refutauerit* , & in verbo *dediſſe* , Bellapert. in verſ. Item dicitur hic Cyn. in 3.5.& 6.notab. Odofred.in 3.5.& 6. notab. & num.2. Bald. poſt principium, & in verſ. nota quòd deferens in purgatione, num. 2, & Salyc. num.1 . in figuratione caſus, & in 4.5. 6. & 7. notab. Gramm.conſ.35. num.43. Foller. in pract. crimin. in fragmen.nu.179.verſ.vbi verò. Decian.in tract.crimin.lib. 8.cap.37. num.18.

196 Et quamuis reuelans aſſertam corruptelam non probauerit , non tamen ex hac ſua confeſſione, poteſt ipſe de eadem corruptela condemnari,quia confeſſio facta in accuſatione,ſeu reuelatione principaliter facta eſt , propter aliud, & propterea nullum ſortitur effectum,ſecundum Baldum in Auth. nouo iure,num.4.& ibi etiam Salyc.num.3. in fine.C.de pœn. iudic. qui malè iudica. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap.1.num.5. verſ. An qui accuſauerit. Bertachin in repertorio,in verbo *corrumpens iudicem*, num.1. Decian. in tract. crimin. lib.8. cap. 37. num. 19. Surd.deciſ. Mantuan.309. nu.1.

197 AMPLIA XXIIII. Vt ſententia lata à iudice, pecunia corrupto, quamuis iuſta,ſit nulla ipſo iure , ſecundum gloſſ.in l. Iubemus, in verbo *ſententiam*, C.ad l.Iul.repetundar.& in l.1.in verbo *amittat* , in princip. verſ. dic ſecundū B. & in fine,verſ.poſſet etiam dici.C.de pœn.iud. qui malè iudica.& ibi Butrig. in col 1.ad med.verſ. modo quæritur, gloſſ.& col.2.in fine,verſ. pone ergo caſum . Bellapert.poſt princip. verſ.ſi ergo videris. Bart.num.5. Bald. num.2.& 8. & Salyc.col.2.verſ. Primo caſu,gloſſ. in l.fin.in verbo *aut gratia*, C.eod. & ibi Iacob. Butrig. verſ. ſed dic quòd æquiparatur. Odofred. num.1. & Bart.num.1.Paul.de Caſ. in l.1.§.ob rem,num.6.ff.de condit.ob turp.cauſ.vbi quòd ſententia ipſo iure nulla eſt, ſiue detur pecunia iudici , vt iniuſtam ferat ſententiam, ſiue etiam,vt iuſtè pronunciet, & fuerit ſimpliciter data abſque expreſſione cauſæ. Qui omnes ad comprobationem huius ampliationis adducunt text.expreſſum in l.Venales. C.quand. prouoc. non eſt neceſſ. Et ibi hoc adnotarunt gloſſ. in verbo *infirmus*, Barto. in ſummar.Bald. etiam in ſumm. Ang.nu.1.Paul.de Caſtr. num.1.Albet.in l.1.poſt num.5.ff.de calumniat.Archidiac. in cap.1.col.3.in verbo *ſordes*, de re iudic. in 6. & ibi etiā Ioann. Monac. num.9. in fine. in eodem verbo *ſordes*, Ioan. Andr num.3. Gemin.in §. ſi quis,num. 8. Text. in cap. cum ab omni,in fine,de vita,& honeſt.Cleric. & ibi gloſſ. in verbo *reprobentur* . Et ibi etiam Hoſtien.numer.22. Bal. num.2. Imol.num.5. & Abb.num.7. gloſſ.in cap. vendentes,in verbo *iuſtitiam*, prima quæſt. 3. & ibi etiam Turrecrem.num.7. & Bellamer. in princ. Alius de iure canonico text. expreſſus in §. Venales, & ibi gloſſ. in verbo *venales* , 2.q. 6. gloſſ. in cap.qui recto, in verbo *expectat* , in vltimis verbis 11. quæſt.3. & ibi Archid.num.1.Turrecrem.num. 2.in fin. verſ. tum tertio. Præpoſit. Alexandrin.num.2.Felyn.in cap.tua nos,num.5 de ſimon. Paris de Put. de ſindi. in verbo *corruptio*, cap.1.num.4 verſ.licet ſententia, & nu. 5. Vbi quòd ſtante nullitate ſententiæ,non poteſt iudex iterum validè pronunciare,& num.11.verſ. ſi quid datur? Vbi ampliat etiam,quòd pecunia data fuerit iudici,aut ſimpliciter,aut vt iuſtam proferat ſententiam,& cap. 2. num. 1.& poſt num.3. Cyrill. in ſumm.crimin.rubr.33. de pœn. iudic. malè iudican.§.fin. nume.5.car.178. à tergo. Socin. reg. 356. in princ. Marſil.ſing.190. Iudices, ſeu alij officiales, verſ.& ideo dicit. Text. Neuiz. in ſilua nuptiali,lib.5. rub. quomodo iudicandum, num.101. Cataldin.de ſindic. num.51.quæſt.97.Franc. Marc.deciſ.686.nu.4.par. 1.Vant. in tit.de nullit.& defect proceſſ.ſiue ordinis,nu.136. Contard.in l.1.C.ſi de momentan.poſſeſſ. limitat.10. num. 22. Baiard.ad Clar.q.73.num.20.

198 Vbi etiam,quòd omnia acta ſunt ipſo iure nulla. Menoc. de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.343.num.6.Decian.in tract.crimin.lib.8.cap. 36.num.3.& cap.39 num.26.& 29.

199 Vbi ex Parid.de Put.in loco præcitato, pariter ampliat, quòd corruptus iudex non poteſt iterum validè pronunciare,licet ſecus eſſet,ſi ſententia eſſet nulla ex alia cauſa, Maſcard.de probat. lib. 1.concl. 166.numer 5.Sfort. Odd. de reſtit.in integ.par.1.q.13. num.5.& ſeq.Virg. Boccac.in tract.de pact. part.2. num.29 in fine,& nu.30.

200 LIMITA I. hanc xxiiij. Ampliationem procedere in ſententia lata ab vno iudice,ſecus ſi fuerit lata a pluribus iudicibus,quorum vnus tantum fuerit corruptus,alijs hanc corruptionem ignorantibus, quia tunc ſententia nō eſt nulla ipſo iure,ſed venit reſcindenda, ſecundum Ang. in l.Venales,num.1.C. quando prouoc.non eſt neceſſ. vbi remiſſiuè ex Ioann Andr.ad ſpecul.in loco per eum citato, & ibi etiam Paul.de Caſt. num. 2. vbi etiam remiſſiuè ex Bart.in Auth. qui ſemel.C.de probat. Felyn.in cap. tua nos nu.5.verſ.Tertio limita de ſimon. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap.3.n.4.Socin.regul.356. in ſecunda fallen.

fallen. Neuizzan. in silua nuptiali, lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, numer. 101. vers. Item quando inter plures iudices, & in repertorio, in verbo: *corrumpens Iudicem*, num. 17.

Vbi remissiuè Franc. Marc. decis. 689. num. 1. & 2. par. 1. Vant. in tit. de nullitat. ex defect. process. siue ordinis, &c. num. 138. vers. præmissa etiam intellige. Menoch. de arbitr. quæst. lib 2. cas. 343. num. 8. Decian. in tract. crim. lib 8. cap. 39 nu. 27.

201 Vbi benè declarat hanc conclusionem procedere, quando iudices erant plures, quam duo, & eorum maior pars non fuerit corrupta, secus si duo tantum erant iudices, & vnus fuit corruptus, vel si tres erant iudices, & duo fuerunt corrupti. His enim duobus casibus sententia est ipso iure nulla, vt ibi per eum, Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 166. num. 9.

202 LIMITA II. eandem xxiiij. Ampliationem non procedere in sententia iudicis, qui post illius promulgationem, pecuniam accipit ab eo ad cuius fauorem lata est, quia non est nulla, neque irritatur, quamuis antequam eam proferret. Idem iudex nulla præcedente pactione, remunerationem expectaret, secundum Archidiac. in cap. qui rectè, sub num. 1. vers. sic & iudex 11. quæstio. 3. & ibi etiam Turrecrem. num. 3. vers. sic iudex, qui præter pactum, & Præpos. Alexandrin. post num. 2. Felyn. in cap. tua nos, numer. 5. vers. secundo limita, de simon. Marsil. sing. 190. Iudices, seu alij officiales, vers. scias tamen, & ver sic. sed ego dubito.

Vbi videtur hanc conclusionem ampliare, etiam quòd ante sententiam præcederet promissio de dando pecuniam post sententiam, (sed hanc ampliationem improbat Boer. decis. 153. num. 35. in fine) Idem Marsil. in l. lege Cornelia, num. 3. ff. de sicar.

Vbi generaliter, quòd pecunia accepta post sententiam, non reddit illam venalem, nec ipso iure nullam, quibus adde Vant. in tit. de nullit. ex defect. process. siue ordinis, &c. num. 138. vers. præmissa etiam intellige, Mascard. de prob. lib. 1. concl. 166. num. 8.

203 LIMITA III. dictam xxiiij. ampliat. procedere in sententia iudicis, secus in sententia arbitri, quæ licet per corruptionem data rescindatur doli exceptione, non tamen est nulla ipso iure, secundum gloss. in d. l. venales, in verbo *infirmas*, C. quando prouoc. non est necess. & ibi Bald. post num. 2. vers. quæro quòd in sententia arbitri, & Salyc. num. 1. colum. 2. in princ. vers. oppono, quòd immo gloss. in cap. cum ab omni, in fine, in verbo *reprobetur*, de vita, & honest. Clericor. & ibi etiam Hostiens. in fine, num. 23. Bald. post num. 2. & Imol. in fine, post nu. 10. Felyn. in cap. tua nos, post num. 5. de simon. Socin. regul. 356. in prima fallen. Neuizz. in silua nuptiali, lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, num. 101. post med. Vant. in tit. de nullitate, & defect. process. siue nullitatis, &c. num. 138. vers. Præmissa etiam intellige. Decian. in tract. criminal. lib. 8. cap. 40. num. 17. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 166. num. 7.

204 Nisi essemus in arbitro in quem fuerit factum compromissum, nulla adiecta pœna, tunc enim cum non agatur ex stipulatione pœnali, sed ex sententia, & sic cessat ratio, qua mouentur Doctores ad dicendum, quod sententia arbitri isto casu non sit ipso iure nulla. Idcirco ob non adiectionem pœnæ sententiam hanc ipso iure nullam reputari voluit Salycet. in d. l. Venales, num. 1. post med. colum. 2. vers. & pro tanto. Imol. in d. cap. cum ab omni nu. 10. de vita, & honest. Cleric.

205 Vel etiam, nisi essemus in arbitro iuris, cuius sententia per corruptionem pretij lata est nulla ipso iure, prout est illa, quæ à iudice lata est, secundum Bald. in d. l. Venales, numero 3. vers. quæro quid in arbitris iuris. C. quando prouoc. non est necess. & ibi etiam Salyc. num. 1. ad finem, ver sic. & hoc in arbitris ex compromisso. Cataldin. de sindic. nu. 51. q. 97. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 343. numer. 7.

206 LIMITA IIII. vt eadem xxiiij. Ampliatio procedat, quando iudex fuit corruptus pecunia, & præmio, secus si precibus, aut alio modo per dolum, & sordes, non tamen cum pecunia, quia tunc non est nulla ipso iure, sed venit rescindenda, secundum gloss. in d. l. 1. in verbo, *amittat*, in fine. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. & ibi etiam Iacob. Butrig. colum. 1. post med. vers. Aut interuenit corruptela gratiæ, & colum. 2. in fine, vers. certè illam perdit actor, non ipso iure, sed per sententiam, Bellapert. d. versic. sic ergo videtis. Bart. num. 5. Bald. numer. 9. glos. in d. l. fin. in verbo *aut gratia*, C. eod. & ibi Iacob. Butrig. d. vers. sed dic, quod æquiparantur, Odofred. post num. 1, vers. si autem fert sententiam gratis. Bart. num. 1, & apud præfatos Doctores reperies etiam quomodo, & qua actione rescindatur sententia lata per gratiam. Addo pro hac eadem limitatione, Bald. in l. 1. §. primo, numer. 6. ff. quod quisque iur. & ibi etiam Paul. de Castr. in l. 2. num. 3. ff. eod. (relato, & reprobato Ang. contrarium tenente) & Curt. iun. num. 7. Quibus addo gloss. in l. venales, in verbo venales. C. quando prouoc. non est necess. & ibi etiam Bart. in summario, & Alex. in addit. Bald. etiam in summario, num. 1.

207 Vbi etiam an in dubio sententia præsumatur lata pretio, an vero prece, seu alias per sordes. Idemque credit sententiam latam propter latam culpam, aut inimicitiam non esse nullam ipso iure, sed rescindendam ope restitutionis in integrum. Ang. num. 1. vers. si autem iudex fuisse corruptus prece, & Salyce. post num. 1. in vers. ibi *per gratiam*, vbi fert verba Baldi in eadem lege, & d. num. 1. in fine, vers. quæro quid si est lata per latam culpam. Archid. in cap. 1. colum. 3. in verbo *gratiam*, de re iudic. in 6. & ibi etiam Ioann. Monac. num. 9. in eod. verbo *per gratiam*, Ioan. Andre. num. 3. Gemin. num. 8. in §. si quis. Imol. in cap. cum ab omni, num. 5. vers. quid autem, si iudex non sit corruptus, de vit. & honest. cleric. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 2. num. 1. & post num. 3.

Vbi idem de sententia data propter latam culpam. Cataldin. de sindic. num. 51. q. 97. vers. Item quod sententia lata per gratiam. Franc. Marc. decis. 286. num. 5. par. 1. Vant. de nullit. ex defect. process. siue ordinis, &c. num. 135. Contard. in l. vnica. C. si de momentan. possess. limitat. 10 num. 21. & seq. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 342. sub num. 8. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 39. nu. 26. vers. secus si per gratiam.

208 Nisi sententia, prece, aut alias per sordes lata (licet non pretio) fuisset data contra fiscum, Ecclesiam, vel minorem quia tunc etiam est nulla ipso iure, secundum Ang. in d. l. venales. in fine. C. quand. prouoc. non est necess. Contard. in l. 1. C. si de momentan. poss. limitatione 10. nu. 22.

209 LIMITA V. quia sententia per corruptionem non est nulla ipso iure, quando pecunia data fuit modica, secundum Neuiz. in silua nupt. lib. 5. rubr. quomodo iudicandũ, numer. 101. post med. ex Bolognin. in loco per eum relato, obstante tamen huic conclusioni, quod dixi sup. numer. 161.

210 LIMITA modo huius ix. articuli propositam regulam pluribus modis, & primo, eam procedere in iudice pecuniam recipiente ante sententiam, tunc enim finito iudicio, non prohibetur iudex aliquid recipere, spontè, & sine fraude, & ex mera liberalitate partis, pro qua fuit lata sententia oblatum, secundum Præpos. Alexandrin. in cap. qui rectè, num. 4. 11. q. 3. vbi, & iure, & ratione hanc probat limitationem iure per text. in cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. qui dixit *qualitercumq;* ad excludendum quemcumque modum munerum, sed non dixit *quandocumq;*, quia non videtur voluisse includere, nisi tempus quo durat iudicium.

Ratione, quia causa prohibitionis receptionis pecuniarum, & munerum in iudice fuit, ne corrumpatur.

Vnde cessante corruptione præsupposito, quòd iudicium fuerit purè sine fraude, & sine vlla remunerationis expectatione prolatum (prout mox dicam) cessare etiam debet legis dispositio.

Quòd ante eum voluit Gemin. in cap. statutum, §. insuper, nu. 10. de rescrip. in 6. Felyn. in c. tua nos, nu. 5. vers. 2. limita, de sim. faciũt dicta per Anch. in cõs. 271. de titulis cri-

criminum, col. mihi 4. ad med.num.4.& 5. Marsil. singu. 190. Iudices, seu alij officiales, ad med. in vers.scias tamen. Neuizzan. in silua nuptial. lib. 5. rub. quomodo iudicandum, numer. 101. in fine, vers. Item limita, quando datur post latam sententiam. Marsil. in l. lege Cornelia, in princ.nu.5.ff.de sicar. Boss.in tit.de offic.corrupt.nu.4. Corrad.in pract.ciuil.nu.6. vers.declarari tamen, fol.9. Baiard. ad Clar.q.73.nu.29. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.cas.342 num.39.& in addit.nuper per eum editis,nu. 7. & 9. vbi q; fine controuersia hæc conclusio, procedit quando aliquid datur post sententiam iudici,qui functus est officio,atque ita vi actu,& potentia iudex esse desierit,& cas.517.num. 8. Decian.in tract.crim.lib.8.c.40.nu.9. Masc.de probat. li. 1.concl.164.nu.14.& seq. Bertaz.cons.71.nu.32.

211 Et quamuis contrarium suaderi videatur,ex text. in l.fin. C.ad l.Iul. repetūdar.in illis verbis *Nihil penitus, tàm in administratione positos, quam post depositum officium, pro aliquo p̄stito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt accepturos*. Item ex text. in l.1.§.hoc autem iudicium, in fine,ff.de calumniat. vbi dicitur, *qui accepit pecuniam, siue ante iudicium, siue post iudicium acceptam tenetur*, & sic voluit Amad.de sindic.post nu.163.& post nu. 166. ad med. vers. siue ante iudicium, siue post. Paris de Put. de sindic.in verbo *poculenta*, c.2.num.2. in fin. vbi quòd prohibetur iudex præmium recipere post sententiam, & illud recipiēdo post factum, punitur, ac si recepisset ante factum,& Bald.in loco per eum relato. Mascard. de probat.lib.1. conclus. 164. nu.4 ad med.vers.siue ante iudicium, siue post, & ibi bona

212 iura allegat. Et hæc contraria opinio præsertim procedere videtur in ordinario,qui durante Magistratu propter vitādam suspitionem non debet recipere etiam à sponte offerētibus,nisi esculenta,& poculenta,& consequenter ipsis videtur prohibitum post sententiam aliud recipere, secundū Præposit. Alexandrin.in d.c.qui rectè,nu.4.vers.quę tamen dicta 11.q.3. Vbi sic credit esse declaranda, & intelligenda dicta per Gemin.in d.c.statutum.§.insuper,de rescrip. in 6. Non tamen per hoc recedas à proposita limitatione, quæ vt vides magis communiter recepta, adiecta tamen infrascripta declaratione.

213 SVBLIMITA hanc primam limitationem, vt nec etiam post sententiam licitum sit aliquid recipere,quando ante sententiam,aut pręcedebat promissio pecuniæ expressa,aut aliqua promissionis suspitio,aut aliqua tacita conuētio,aut spes recipiendi,prout benè probat text.in c.1.de re iudic. in 6.in princ.in illis verbis, *aut expectatio præmij iustitiam non euertat*, & ibi Hostien.nu.7. in verbo, *expectatio*, Archid. nu.2. in fine,in eod. verbo *expectatio*,& nu.3. vbi iudex qui præmium remunerationis expectat fraudem in Deum perpetrat,per tex.in c.qui rectè 11.q.3. Ioa. Monac. in c.eod.verbo *expectatio*, Ioan.Andr. n.1. in fin.in eodem verbo *expectatio*,Gemin.nu.3. & 7.vers. quæro quoniam, facit etiam text.in c.qui rectè,in princ. in verbo *expectat*, 11.q.3. vbi probatur solam expectationem pecuniæ, post sententiam,quamuis nulla præcesserit pactio reprobatam esse,& ibi gloss. in verbo *expectat*, inquit peccare eum, qui sententiæ remunerationem expectat,sicut fænerator, licet pactio non intercesserit. Per tex.in c. 1.xiiij.q.3.& ibi in eodem cap.qui rectè.Idem voluit Turrecrem.nu.3.&8.in verbo *expectat*,& Pręposi. Alexandrin.nu. 1.in fin. Amad. de sindic.nu.166.vers.Verum quia,& ad præmissa adde Neuiza.in silua lib. 5.rub.quomodo iudicandum,num.97. in 6. ampliat.& 101.in fine. Boss.in tit.de offic.corrupt.nu.4.ad finem.Menoch.de arbitr.quæst. lib.2.cas.342.nu.39.in fin. & in addit. nuper per eum editis,nu. 8. Vbi amplius,quòd iudicis arbitrio relinquitur, an ante sententiam præcesserit aliqua suspitio, vel coniectura promissionis. Decian. in tract. crimin.lib.8.cap.35.nu.2.vbi generaliter dixit,quòd sola spes aliquid consequendi in iudice, & magistratu, inducit crimen repetundar.& cap.40. nu. 15.

214 Et in tantum hæc sublimitatio procedit,vt in dubio præsumatur fraus,& sic pecuniā fuisse datam post sententiam in vim præcedentis promissionis,nisi ex circumstantijs, & qualitate personarum appareat de bona mente, & sic de cōtrario,secundum Boss.in tit.de offic.corrupto,nu.4.in fine vers.& in dubio præsumitur fraus,& est de mente Baiar. ad Clar.q.73.num.29. in fine.Decian.in tract. crimin. lib. 8.cap.38. num.15. & cap.40. num.9. Addo in proposito benè loquentem Claud. ad Bertaz.in cons.71.littera B, Quā-

215 uis contrarium dixisse visus sit, Menoch. post Anch.quem allegat de præsumpt.lib.5.præsumpt.8.nu.12. volens non argui corruptionem,ex donatione facta iudici post latam sententiam.

216 LIMITA II. eandem regulam non procedere in eo, qui fouens bonam causam iudicem indemnem conseruat, non enim tunc dicitur corrupisse iudicem, qui propterea in his,quæ licitè facit pro exequutione sui officij, potest in demnitatis conseruationem recipere (licet non pignus) secundum Bald.in l.1.num.11.& seq.C.de pœn. iud. qui malè iudicauit (per tex.in l.1.C.de magistr.aut.conuen.& ibi etiam Salyc.nu.5. & Bart. in Auth. nouo iure,nu. 4. Qui tamen cogitandum relinquit,& ibi Alex.in addit. littera D,C.eod. & clariùs in l.si quis vxori,§.si fugitiui.ff.de furtis.Bal.in l.2.in fine,nu.16.C.eod.& in l.2.§.sed,& si dedi, col.1.vers.quæst.de illo,& col. 2.in fi.ff.de condit. ob turp. Paris. de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap.3. in princ. & nu.4.in fine,Catald. de sindic.nu.51.q.99. Bertachin.in repert.testium,in verbo *corrumpens iudicem*, n. 16. Menoc. de arbitr.quæst. lib.2. cas.342. in addit.num.10 in princip. Decian.in tractatu crimin. lib.8.cap.40.nu.12. Anton.Maria.Cotat.in tractatu de commun. opinion. lib. 3. tit. 12. num.56.

217 Et quamuis contrarium affirmauerit Rom.in l.1.ff.de cōdit.ob turp.|caus. allegans, Bald. in eadem l.1.& in c. cum ab omni,nu.3.de vit. & honest. Clericor. Non tamen recedas a proposita limitatione, quia Bald. tàm in d.l.1.quàm in l.2.C.de iudic.qui malè iudicauit, vt supra eum allegaui, primam amplectitur opinionem, & in cap. cum ab omni, licèt dixerit hanc promissionem indemnitatis præsumi cōtinere barattariam, loquitur tamen quando illam promittens fouerit malum ius, secus si foueret bonum ius, prout præsupponitur in proposita limitatione, & cum hac distinctione in substantia pertransire etiam videtur Decian. in tract.crim.lib.8.cap.35.num.12. vers. ego vero sic distinguentem,& cap.40.num. 12. in fine,& Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. lib.3. tit. 12. num. 58.

Quicquid etiam in contrarium sensisse videantur alij relati per Menoch. de arbitr.quæstio.lib.2. cas.342. in addit. num.10. vers. dissentiunt tamen.

218 SVBLIMITA I. hanc secundam limitationem, nisi iudex pro releuatione suæ indemnitatis, non fideiussorem, sed pignus reciperet.

Hoc enim non licet secundum Bertachin. in repertorio in verbo *corrumpens iudicem*, nu.16.

Vide tamen Decian. in tract. crimin. lib. 8. c.35. nu. 12. Vbi nullam videtur facere differentiam inter receptionem pignoris,& receptionem cautionis.

219 SVBLIMITA II. dummodo iudex hanc indemnitatis cautionem recipiat, aut post sententiam, aut etiam ante sententiam declaret votum suum parti cautionem prædictam, ob id offerenti, & præstanti, quia tunc illam accipiendo iudex punitur.

Sic enim concordando contraria distinguit Paris. de Put. de sindic.in verbo *corruptio*, cap. 3. in princ. sed vide in hoc Decian. in tract. crimin.lib.8. cap.35. num. 12. vbi relata hac Paridis de Put. distinctione, aliam posuit distinctionem.

220 LIMITA III. in iudice, qui palam, & publicè aliquid accipit, non enim præsumitur accipere pro venditione iustitiæ, sed pro alia causa, per regulam, quòd ex actu palam gesto omnis excluditur dolus, & in specie adnotauit gloss. in l. final. in verbo *conuictus*, C. ad l. Iul. repetundar. facit, quòd voluit Archidiac. in cap. qui rectè, num. 2. 10. quæst. 3. vbi quod licitum est dare iudici publicè pro iusta sententia, & etiam Præposit. Alexandrin. num.3. Neuizzan. in silua nuptiali, lib. 5. rub. quomodo iudicandum,nu.101. in fine, vers. Item quando datur palam. Baiard. ad Clar. quæst.73. num. 26. vbi de sportulis palam,& bona fide receptis. Bertazz.cons.71.num. 31. &

59.lib.1. & cons.81. num.6. quibus in locis benè demonstrat cessare malam præsumptionem, quãdo iudex palam, & publicè aliquid recipit, nisi enim sic potuisse recipere crediddisset non palam, sed clam recepisset, vt ibi per eum.

221 Verum ne decipiaris, aduerte, quòd quandocunque detur iudici pecunia, siue clam, siue publice ante sententiam ad hoc, vt iudex iniustitiam faciat, siue etiam iustitiam, male facit iudex illam recipiendo, prout dixi supra num. 151. si vero datur simpliciter, & tunc quia, vt pariter dixi sup.num.117. præsumitur data in malum potius, quam in bonum, iccirco hæc mala præsumptio tollitur ex eo, quòd publice detur pecunia, cũ tunc præsumatur data nõ ex mala causa, aut occasione iustitiæ vel iniustitię cõsequẽdę, sed ex alia causa, & ita põt intelligi gl. præallegata in l.fi.C.ad l. Iul.repetundar. prout etiã si eadem pecunia publicè detur post sententiam tollit præsumptionem præcedentis conuentionis, & expectationis expressæ, aut tacitæ de qua dixi supra, num. 213. & in ijs terminis loquitur. Archid, in d. cap. qui recte, quòd si constet pecuniam fuisse iudici datam vel ante sententiam, pro emptione iudicij, seu iusti, siue iniusti, vel etiam post sententiã, & præcedente expressa, aut tacita conuentione, & tunc, siue clam, siue publice detur, habetur pro male data, & corruptionem inducit.

222 LIMITA IIII. in iudice, qui accipit ea, quæ iudicibus dari solita sunt, consuetudo enim excusat recipientem secundum glo. in l. finali, in verbo *conuictus*, in fine. C. ad l. Iul. repetundar. Alber. in l.2.num.3. in fine, ff. de cõdit. ob turp. caus. vbi quòd potest iudex recipere secundum morem regionis. Paris de Put. de sindic. in verbo *poculenta*, c.2. post num. primum, vers. quòd dici verum, & in verbo *Iudex*, num.2. in fine. Vbi amplius videtur tenere, quod

223 consuetudo excusat à crimine concussionis, & extorsionis. Bertaz. consil.71. num.15. & seq. lib.1 & cons. 81. num.3. & seq.

224 LIMITA V. in arbitro compromissario in quo pœna iuris canonici, videlicet suspensionis à diuinis per annum, locum non habet, quamuis pretio, aut alias per sordes male iudicauerit, licet secus in arbitrio iuris secundũ glos. in cap.1. in §. si quis autem iudex, in verbo *in iudicio*, de senten. & re iudi. in 6. & ibi etiam, Hostien. in num. 12 in verbo *iudicio*, Archid. column. 2. in fine, in verbo *delegatus*, & colum. 3. in verbo *in iudicio*, Ioan. Monach. num. 8. in eodem verbo *in iudicio*, Gemin. in §. si quis, num.13. & ibi etiam. Franch. num.4. & 7.

225 Non tamen per hoc arbiter male iudicando aufugit, quin faciat litem suam, secundum Archid. in d.c.1. num.6. in verbo *iudicibus*, de senten. & re iudic. in 6.

226 Nec etiam crederem, quòd effugeret pœnas iuris ciuilis ex allegatis per Bertachin. in repertorio, in verbo *corrumpens iudicem*, num.10.

227 LIMITA VI. in Episcopo, in quo pœna suspensionis a diuinis per annum de qua in capitulo 1. de re iudic. in 6. non habet locum, quamuis ipsi Episcopi si in hoc corruptionis crimine deprehendentur, magis peccent, magisue delinquant, quam alij inferiores; non enim comprehenduntur sub canone suspensionis pœnam infligente, de illis expressam facit mentionem, cap. quia periculosum de sentent. excommun. in 6. & c. si compromissarius, §. huiusmodi de electionibus eod. lib. & per hæc iura in specie sic voluit glos. in d. cap.1. §. si quis autem iudex, in verbo *ordinarius*, eod. tit. de re iudicat. in sexto, & ibi Hostien, num.5. in fine, in verbo *iudices*, & num. 9. in verbo *ordinarius*, Archid. columna secunda, ad med. in verbo *si quis ordinarius*, Ioan. Monach. num. 7. in eod. verbo *ordinarius*, Ioan. Andr. num.9. in fine, versic. in glos. fallit, &c. Gemin. in §. si quis post n.11. & ibi etiam Franc. post. num.2.

229 LIMITA VII. in auditore, vel in mero exequutore, in quo pœna iuris canonici, suspensionis scilicet à diuinis per annum, de qua in cap.1. de re iudic. in 6. non habet locum text. enim ille loquitur in iudicibus, auditor autẽ, vel merus exequutor non sunt iudices cap. super quæstionum. §.1. & §. verum de offic. delegat. & in specie voluit glos. in d. cap. 1. in verbo *in iuditio*, in fine, & ibi etiam Hostien. num. 11. in verbo *feceris*, Archid. column. 2. in fine, in verbo *delegatus*, Ioan. Monach. num.9. in verbo *fuerit*, Gemin. in §. si quis, num.13. & ibi etiam Franch. num. 4. in verbo ....

230 LIMITA VIII. in salarijs ac sportulis taxatis à Principe, seu à Republica, quæ si iudex recipiat, non potest dici pecunia corruptus text. in l. fina. ibi exceptis solis salarijs, C. ad l. Iul. repetundar. Alber. in l.2. num. tertio, ad finem. ff. de condit. ob turp. caus. Turrecrem. in cap. vendentes, num.1. prima quæst. 3. vbi quòd in hoc nulla est difficultas. Mascard. de probat. libro primo, conclus.164. num. 16. Bertaz. consil.71. num.32. in fine, & cons.81. num.3. & sequentibus, & generaliter, tam de salario, quam de sportulis, quando, & quomodo debeatur, & ad materiam, vide Archidiac. in cap. statutum. post num.12. de rescrip. in 6. Bal. & omnes, in cap. cũ ab omni de vit. & honest. Clericor. Neuiz. in Silua. nuptiali lib.5. rubr. quomodo indicandum, post. num.96. & seq. in 2.3.4. & 5. ampliatione. Menoch. de arbitrar. quæst. lib.2. cas.342. num. 40. & in addit. nuper per eum editis, num.3.

231 LIMITA XI. quia repetundarum pœna præscribitus per lapsum anni à tempore depositi officij, quando agitur contra ipsum officialem, à tempore autem mortis, quãdo agitur contra hæredes, iuxta tradita supra num.188. secundum glos. in l.2. per illum text. in 1. glo. f. in prine. ff. ad l. Iul. repetundar. & ibi Bar. num.3. Salycet in l.2. in fine, num.4. C. eod. & est text. expressus in l. vnusquisque, C. eod. vbi loquitur in barattaria etiam commissa per concussionem, & ibi etiam. Bellapert. Butrig. Bal. Ang. & Salyc. Bonif. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. nu..... Paris de Put. de sindic. in verbo *barattaria*, num.4. in fine. Decian. in tracta. crim lib.8. ca.40. num. 20.

232 Sed quòd immo talis causa debeat terminari intra 30. dies per text. in l.1. C. vt omnes iudic. opponit. Bart. in d. l. 2. nu.5. in fine, versic. vlterius oppono. ff. ad l. Iul. repetundar. vbi pro solutione dicit quod illa l. prima loquitur, quando officialis conuenitur in loco, in quo officium exercuit, text. autem in d. l. 2. loquitur, quando quis conuenitur in propria domo, & deinde ex hac solutione infert, quod in domo sua pro delictis, & excessibus commissis in officio poterit officialis conueniri perpetuò, & quandocunq; secundum naturam actionis, & postea distinguit de illo, qui officium exercuit in prouincia sua, seu in aliena, ex quibus cũ videatur reddi dubia proposita limitatio ideo ad materiam, vide Alex. ibi ad Bart. litera E. Salycet. in l. vnusquisque, num.2. in 3. opposit. Ang. in l. si filius familias, nu.3. versic. plus etiam dico. ff. de iudic. vbi quòd pro extorsionibus potest officialis in proprpia patria cõueniri, etiam finito tempore sindicatus, & ibi Paul. de Castr. nu. 6. & Iacobin de Sancto Georg. num.6. declarat hoc procedere, nisi iudex in sindicatu fuisse absolutus, quoniam tũc si in patria propria conueniatur pro eadem materia obstabit accusatori exceptio rei indicatæ ex eod. Angel. quem allegat in l. iubemus, C. ad l. Iul. repetundar.

233 Datur tamen etiam post annum actio in simplum, vt dixi supra. nu.67.

234 LIMITA X. vt omnia præmissa procedant dummodo constet de corruptione, & barattaria aliter secus, quando autem, & quomodo de hoc constare dicatur dicam infra in 11. articulo.

ARGVMENTVM.

De munerum receptione iudicibus prohibita.

SVMMARIVM.

Munera excæcant oculos sapientum, mutantque verba iustorum, & alia similia, num.235.

Iudices, & officiales munera recipere prohibentur, numero 236.

Mune-

Munera recipi non poſſunt ab officialibus, etia finito officio, num. 237.

Iudex probibetur recipere munera, præſertim in pecunia etiam in minima quantitate, num. 238.

Iudices recipientes munera puniuntur pœna triginta librarum auri, num. 239.

Iudices criminales in Vrbe accipientes munera puniuntur pœna vitæ, & confiſcationis bonorum, num. 240.

Iudices non habentes ſalarium, an probibeantur recipere munera à ſponte dantibus, nu. 241.

Iudex non probibetur recipere munera ab amicis, num. 242. Declara vt nu. 243. & ſeq. & 249.

Iudex non probibetur recipere munera à ſuis conſanguineis, quod an verum ſit, & quando, num. 245. et ſeqq.

Iudices non prohibentur recipere eſculenta, & poculenta, num. 250. licet alij contra, num. 251.

Iudices nec etiam eſculenta, & poculenta recipere poſſunt niſi à ſponte dantibus ſecus ſi aliquo modo etiam indirecto petantur, & affectentur, num. 252.

Iudices ordinarij, nec etiam eſculenta, & poculenta, recipere poſſunt à litigantibus coram ipſis, num. 253. contra num. 254.

Iudices nec etiam eſculenta, & poculenta recipere poſſunt niſi moderate, & in quibus conſiſtat hoc moderamen, nu. 255.

Iudices nec etiam eſculenta, & poculenta recipere poſſunt, niſi ea, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, num. 256. licet non fuerint cõſumpta, num. 257. & habetur reſpectus non ad iudicem ſolum, ſed ad omnem familiam, num. 258. & infra quot dies eſculenta, & poculenta conſumi poſſint, vt dicantur moderata, num. 259. & ſeq.

QVÆST. CXI.

ART. X.

235 Orrumpitur iudex nedum quando pecunia, aut alia re interueniente expreſſe paciſcitur aliquid facere, vel non facere ad fauorem alicuius, ſed etiam ſi nullo interueniente pacto ſub ficto muneris colore aliquid recipit; munera enim excæcant oculos ſapientum, mutantque verba iuſtorum, ignis deuorabit tabernacula illorum, qui libenter munera accipiunt, iuſtitia auro cito violatur munus a norma recti diſtorquet acumen iudicis, & nigra inuoluit caligine mentem. Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit. Nullum eſt officium, tam ſanctum, tamque perfectum, aut tam ſolemne, quòd auaritiam comminuere, atque violare non ſoleat. Muneribus non homines ſolum, ſed & Deos flecti conſueuiſſe antiqui illi Etnici clamare ſolebãt, vbi muneribus agitur, iuſtitiæ locus eſſe non poteſt. Nec cum legibus pacem habere poteſt, qui munera recipit, prout hæc, & ſimilia adnotarunt. Ang. in l. non dubiũ. C. de teſt. Paris in addit. ad Bart. in l. plebiſcito, ff. de offic. præſid. & ibi etiam. Alberic. nu. 3. Archid. in cap. 1. num. 3. de re iudic. in 6. & ibi etiam. Ioan. Andr. num. 1. in fine. Gemin. num. 7. etiam in fine. Iacob. Menoch. in cap. ſtatutum poſt num. 18. in verbo *aliud*, de reſcript. in 6 & ibi etiam Archid. num. 11. in fine Abb. in cap. cum ab omni, nu. 8. § in fine, de vit. & honeſtat Cleric. Turrecremat. in c. vendentes, nu. 1. 1. quæſt. 3. Archid. in c. qui recte, n. 1. 11. quæſt. 3. Paris de Put. de ſindic. in Verbo *poculenta*, cap. 2. num. 2. in diſcurſu. Boer. deciſ. 153. nu. 26. Neuiz. in Silua. lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, nu. 94. & 98. vbi bene loquitur, & bene exemplificat. Vant. in tit. de nullit. & defect. proceſſ. ſine ordinis, nu. 137. Menoch. de arbitr. quæſt. caſ. 517. num. 1. & ſeq. & 9. & 15. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 36. num. 4. Maſcard. de probat. l. 1. concluſ. 164. num. 1. verſ. vnde iure optimo. Nauar. de dat. & promiſſ. num. 5. ad finem verſ. quarto quòd omnia. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. nu. 38.

236 REGVLARITER icc irco iudicibus, & officialibus munerum receptionem prohibuit Modeſtinus iuriſconſultus in l. plebiſcito, ff. de offic. præſid. dum ibi dicitur, *plebiſcito continetur, ne quis Præſidum munus donumue capere*, & de iure canonico eſt text. in cap. ſtatutum ibi, *nullum munus, &c.* de reſcrip. in 6. gloſ. in c. cum ab omni in verbo *præter expenſas*, verſ. munera enim de vit. & honeſt Clericor. & ibi Hoſtien. num. 11, Turrecrem. in cap. vendentes num. 3. in 2. concluſ. 1. quæſt. 3. facit etiam tex. in cap. qui recte in fine 11. quæſt. 3. & ibi præſertim Præpoſ. Alexandrin. in ſumm. Bonif. de Vitalin. in rubr. ad l. Iul. repetundar. num. 1. verſ. ratio quia, Anton. Rondinell. de ſindic. officialium, num. 62. Anchar. conſil. 271. de titul. crimin. colum. mihi 4. ad med. num. 5. Alexand. conſ. 206. nu. 9. lib. 2. Bertachin. in repertorio, in verbo *officialis*, il 1. nu. 9. Boſſ. in tit. de offic. corrup. num. 3. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 517. num. 1. & ſeqq. & num. 9. & ſeqq. Viu. deciſ. 113. in princ. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. ſub num. 14. vbi quòd hæc munera antiquo iure vocabantur furta, & rapinæ.

237 AMPLIA I. vt etiam finito officio non poſſint officiales munera recipere ſecundum Paris de Put. poſt Bald. quem allegat in tract. ſindic. in verbo *poculenta*, cap. 1. num. 1. vbi huius concluſionis duplicem reddit rationem, primo quia quòd fit in ingreſſu, vel egreſſu officij dicitur fieri in officio l. iuris gentium, §. quinimo, ff. de pact. ſecũdo quia ex datione munerum, finito officio oritur præſumptio præcedentis promiſſionis durante officio. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 164. num. 2.

238 AMPLIA II. vt iudex prohibeatur recipere munera, præſertim in pecunia quamuis minima ſecundum Alexãd. in conſ. 206. num. 9. iuncto num. 11. lib. 2. vbi ampliat etiam in valore vnius denarijs.

239 AMPLIA III. vt iudex recipiens munera puniatur pœna triginta librarum auri. Anton. Rondinell. de ſindic. officialium, num. 63. per tex. in §. interdicimus in Auth. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. & in l. 1. C. publicæ letitiæ, & a-

240 pud nos in vrbe ſi iudex fuerit criminalis, & ordinarius habemus Chirographum. S.D.N. Clementis VIII. de anno 1595. publicatum, & intimatum in quo iudicibus prædictis munera accipientibus pœna vitæ, & confiſcationis bonorum infligitur.

241 LIMITA I. in iudicibus non habentibus ſalarium, qui non prohibentur accipere munera à ſponte dantibus ſecundum Angel. in l. 1. in fine. C. ad l. Iul. repetundar. Salyc. in l. iubemus, num. 5. ante finem, C. eod. Amad. de ſindica. num. 164. verſ. aduerte tamen, vbi quòd officiales poſſunt accipere à ſponte dantibus, pro ſui & ſuæ familiæ ſuſtentatione, quam aliter ſuſtentare non poſſunt propter ſalarij paruitatem. Paris de Put. de ſindic. in verbo *corruptio*, cap. 3. num. 3. vbi quòd officiali non habenti ſalarium à publico licet accipere munera, pro præmio ſui ſalarij, & non vltra, & in verbo *poculenta*, cap. 1. ante finem, & cap. 2. in princ. & num. 1. vbi tamen loquitur in eſculentis, & poculentis etiam datis à ſponte offerentibus. Anton. Rõdinell. de ſindic. officialium. num. 66. vbi ſimpliciter dixit iudicem non habentem ſalarium de publico non puniri ſi aliquid acceperit à ſubditis ex Saly. in d. l. iubemus. Boer. deciſ. 153. num. 28. vbi tamen loquitur de receptione xeniorum. Neuiz. in Sylua nupt. lib. 5. num. 99. vbi pariter loquitur de eſculentis, & poculentis minimis. Menoch. de arbitrar. quæſt. libro 2. caſ. 517. num. 21. vbi & ipſe loquitur in iudice, aut nullũ, aut tenue hñte ſalariũ, quòd poſſit eſculenta, & poculenta non magni valoris recipere, & ita etiam loquitur. Viu. deciſ. 113. num. 7. in fine Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 40. num. 7. vbi quòd officialis non habens ſalarium, aut aliud vnde poſſit nutriri licite recipit, & licite datur, dummodo non faciat iniuſtitiam. Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 164. num. 11. vbi de officialib. non valentibus propter tenuitatem ſalarij ſuam familiam ſuſtentare aliquid à ſubditis recipientibus.

242 LIMITA II. quia ab amicis etiam licitum eſt iudici munera recipere ſecundũ gloſ. in l. 1. in verbo *a ſobrinis*, ff. ad l. Iul. repetundar. Cyn. in l. 1. num. 4. verſ. aut ratione amicitiæ, C. eodem, Alber. in l. 2. poſt num. 3. ff. de condit. ob turp. cauſ. Amad. de ſindic. num. 169. verſic. ſed cum amicus. Boſſ. in tit. de official. corrupto, num. 3. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 517. num. 4. Decian. in tract.

crimin.lib.8.cap.35.sub num.14.vers.si enim amicus, & cap.40.n.8. Mascard.de probat.lib.1.conclus. 164. nu. 12. & seq. Bertaz. consil. 71. num.50. lib.1.

243 Dummodo in toto anno ab omnibus amicis non recipiat iudex dono plusquam centum aureos secundum glos. in d.l.1.in verbo *a sobrinis*, ff. ad l. Iul. repetundar. & ibi Alber.in princ. & est text. in l.ead. lege in fine, ff.eod. ibi. *Neue plus doni, munerisue in anno accipiant, quam, quod sit aureorum centum*, idem Alber. in leg.lex Iulia, num.1.ff. eod. Cyn.in l.1.nu.4.vers.& tunc potest in centum aureorum. C.eod.& ibi etiam Ang. ante finem, Alber.in leg.2.sub nu. 9.ff.de condit. ob turp. caus. glos. in cap.non licet in glos. magna in fine 11.q.3.Paris de Put.de sindic.in verbo *corruptio*, cap.3.num.2.in fine.Boer.decis.153.nu.25.in fine. Neuiz.in Silua.nuptial.lib.5. rubr.quomodo iudicandum in dubio, num.99. versic. adde tamen.Boss.in tit. de offic. corrupto sub num. 3. Menoch. de arbitrar.quæstio. lib. 2.cas.517. num. 4.Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num.14.

244 Sed hodie videtur non licere iudici vllo modo ex causa amicitiæ aliquid accipere præterquam esculenta secundum Ang. in l 1. in fine, C.ad l.Iul.repetund. per tex.in Auth.vt iudic.sine quoque suffrag.§.scriptum il 2.Paris de Put.in d.verbo *corruptio*, cap.3.nu.3.in fine.

245 LIMITA III. quia licitum est etiam magistratui, & iudici munera accipere a suis consanguineis, & cognatis tex.in l.1.in fine, ibi *excipit lex à quibus licet accipere, à sobrinis proximiore gradu cognatis suis, vxoreue*, ff.ad l.Iul.repetūdar.& ibi glos.in verbo *a sobrinis*, reddens rationem quia scilicet ratio sanguinis suspitionem tollit, & ibi Alber.in princip.idem Alber.in l.lex Iulia, in prin.post nu. 1.ff. eod. Cyn.in l.1.num.4.vers.& tunc, aut ratione consanguinitatis C.eod.& ibi etiam Ang.post med.in versic. sed ex alia causa. Alber.in l.2.post num. 3.ad med.vers.& tunc aut est consanguineus.Parid.de Put.de sindic. in verbo *corruptio*, cap.3.num.2.vers.officiali. Ioan.Berber.in pract.par. 1.rubr.13.de l.Iul. repetundar.nu.2.in fine.Boss. in tit.de offic. corrupto, post num. 3. Menoch.de arbitrar. quæst. lib.2.cas.517.num.4.Decian.in tract. crimin.lib.8.cap.40. num.1.

246 Proximiores autem, & consanguinei, seu cognati a quibus munera accipere licet intelliguntur vsque ad sextum gradum secundum glo. in d.l.1. in verbo *a sobrinis*, ff.ad l. Iul.repetundar.per tex,in §.sexto instit.de gradib.cognat. Alber.in l. lex Iulia in fin.principij, ff.eod.Boss.tit.de offic. corrupto post num.3.

247 A quibus quidem consanguineis, & proximioribus accipere licet munera in infinitum, & in omni quantitate nulla adiecta taxatione secundum glos. in d. l.1. in verbo *à sobrinis*, ff. ad l. Iul. repetundar. & ibi Alber. in princip. Angel.in l.1.post medium. Vers.sed ex alia causa, C.eodem Paris de Put. de sindicat. in d. verbo *corruptio*, cap. 3. num.3.

nu. 2. versic. officiali, &c.Boss.d.tit.de offic.corrupto post

248 Quamuis quòd nec a consanguineis licitum sit recipere munera nisi vsque ad centum aureos in anno inaduertenter ni fallor, dixerit. Boer.æquiuocando de muneribus consanguineorum ad munera amicorum in decision. 153.num.27.

249 SVBLIMITA præcedentes duas limitationes dummodo iudex ab amicis, & consanguineis munera non accipiat ratione officij secundum glo. in d. l.1. in verbo *à sobrinis*, versic.& dic, ff.ad l.Iul. repetundar.& ibi Alber.in vers. & non ratione officij idem Alber.in l.eadem lege, §.l. Iulia in fine versic.& sic non ratione officij, & in l.lex Iulia, nu 1.ff.eod. Cyn. in l.1.num.4.vers. aut ratione officij C. eod. & ibi etiam Angel. vers.in ea glo.Decian. in tract. crim.lib.8.cap.40.num.1.& 8.

250 LIMITA IV. in esculentis, & poculentis quorum receptio iudicibus non est prohibita secundum glo.in l.1. in verbo *à sobrinis*, in fine, ff.ad l.Iul. repetundar. & in l.eadem, l.in fine in verbo *aureorum*, ff.eod. Bart.in l.lex Iulia. §. apparet, num.1.ff.eod. Ang.in l.1.in fine, vers.saluo nisi accipiant esculentum.C.ad l.Iul.repetundar. glos.in l.iube mus in glos.fina.versic.item fallit hæc lex in esculentis, & ibi Salycet.num. 3. C.eod. Bellapert. in l.final. in princip. versic. & hoc est verum præter esculentum, & poculentum, C.eod. Alber. in l.2.post num.3.ff. de condit.ob turp. caus.est text.in l.solet, §.non vero in princ.& in fine, ff.de offic. proconsulis, vbi huiusmodi esculenta, & poculenta xenia vocantur diciturq; quòd appellatione munerum non veniunt, & ibi glos.in verbo *non pertinet*, est etiam text.in verbo *plebiscito*, in illis verbis *nisi esculentium, poculentiumue*, ff.de offic. præsidis. Vbi quamuis glos. in verbo *poculentum*, dixerit hodie, nec etiam licere recipere huiusmodi esculenta, & poculenta per text.in Auth. scriptum exemplar in fine, collat.2.Bart.tamen ibi post Guliel. de Cun.reprehendit, illam glos.& respōdet texiui in d. Auth. per eam allegat, nec à Bart. & aliorum prædictorum opinione, quæ sine dubio communis est dissentit, Alber. in d. l.plebiscito, num.1.in fine, vbi declarat qui sit esculentum, & poculentum, esculentum scilicet, quod editur, poculentum, quod bibitur, & de iure canonico est etiam tex.in c. statutum.§. insuper in illis verbis *nisi forsan esculentum, vel poculentum*, de rescrip.in 6.& ibi glos. in verbo *nisi forsan*, & in verbo *consumi*. Reddit rationem quia scilicet non est verisimile propter ista esculēta, & poculenta iudicis animum à recto tramite commoueri sequitur ibi Archid. post num.12.& Gemin. in summario, & num. 4. vbi pariter declarat quid sit esculentum, & poculentum glo. in c. cum ab omni in verbo *præter expensas*. vers.munera de vita, & honestat. Clericorum, & ibi Hostien. num.12. Imol. num.8.vbi dixit opinionem Guliel.& Bar. in d.l.plebiscito contra glo. multoties in practica seruatam (quamuis glossæ opinio videatur magis honesta) Turrecrem. in c. vendentes, num. 5. in 4.conclus.1.q.3. Iodoch.in pract. crim. cap.130.rubr. de corrupt.num.9.vbi exemplificat in lepore, cuniculis, caponibus, pernicibus, pizzonibus, phasianis, mullo, lupo, lucio, murena, sturione, salmone, aut varijs vinorum generibus. Boer.decis. 153. num.4. Bertachin.in repertorio, in verbo *officialis*, il 1. num. 9. versic. nisi esculenta, & poculenta. Boss. in tit.de offic. corrupto post num. 3. vers. aduerto quoque Menoch. de arbitrar. quæst.lib.2.cas.517.num.5.& seqq. vbi etiam declarat, quę proprie dicantur xenia, & latius, nu.18.& seqq. Viu.decis. 113.in princip.

251 Quamuis contrarium, quòd hodie iudici habenti salarium, (nam de non habente dixi supra, num. 241.) Nec etiā licitum sit recipere xenia, seu esculenta, vel poculenta per tex.in Auth. scriptum exemplar in fine, collatione 2. & post glos.in d l.plebiscito in verbo, *poculentum*, ff. de off. præsid. voluisse videatur. Paris de Put. de sindic. in verbo *poculenta*, cap.2.in fine, principij, vbi quòd hodie d.l.solent. & d.l.plebiscito sunt correctæ, & num.1. vbi quòd locum non habent nisi in iudice ordinario, non habente salarium de publico, vel habente minus sufficiens de quo dixi supra num. 241. Alexand. consil. 206. num.9. & seq. lib.2.vbi quòd opinio glos.est verior, & quòd eam sequuntur Rayner. Iacob. de Aren. & Ioan.de Imol. in locis per eum relatis, & quòd propterea ab ea non est recedendum. Nec dissentire videtur Gondisal.de Villadreg. in tractat. de heret.quæst.8.num.8. Boer. decis.158.num. 25. Neuiz. in Sylua.nuptiali, lib.5.rubr.quomodo iudicandum, num. 97. in 7.ampliatione, & num.98. Corrad. in pract.ciuili.§. e.num. 6. vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur fol. 9. & pro hac contraria opinione addere etiam potes relatos per Menoch. de arb. quæst.lib.2.cas.517.num.12.& seq.

252 SVBLIMITA L. præcedentem IIII. limitationem, vt poculenta, & esculenta recipere iudici liceat, quando illa dantur mera dantis liberalitate, secus autem si aliquo modo directe, aut indirecte à iudice petantur, seu affectentur.prout bene probat text. in d. c.statutum. §. insuper in illis verbis *mera liberalitate oblatum*, de rescript.in 6. & ibi aduertit, glo. in verbo *mera liberalitate*, Ioan. And. num.11.in fine, in verbo *liberalitate*, Archip, post num. 12. Anton. de Butr. in eod. §. insuper, num.3. versic. prædicta intelligit vera, & Gemin.num. 4 ad finem vers.& ponderá,

dera, eam reddentes rationem, quia ſcilicet offerentis liberalitas ſuſpitionem tollit iuribus, ibi per eũ allegatis, ideo ceſſante ſpõtanea oblatione arguitur ſuſpitio. Turrecrem. in cap. vendentes, num. 5. 1. quæſtio. 3. Gondiſal. de Villadreg. in tract. de hæret. quæſt. 8. numero 9. Boer. deciſ. 153. num. 29. Boſſ. in tit. de offic. corrupto poſt num. 3. verſic. & aduerte. Viu. deciſ. 113. num. 8. ad quæ, vide etiam bene loquentem Nauar. in conſtit. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. notab. 21. num. 35. verſ. Non obſtat, quòd gloſ. & num. 36. vbi bene declarat quando xenia dicantur data ex mera liberalitate.

253 SVBLIMITA II. eandem IIII. limitationem procedere in iudice delegato; ſecus in ordinario, qui à collitigantibus præſertim, nec etiam eſculenta, & poculenta recipere poteſt, quia cenſentur donari ad captandam iudicis beneuolentiam, & propterea ab ijs iudices ſe abſtinere debent propter vitandam ſuſpitionem, ſecundum Turrecre. (qui tamen hanc limitationem remiſſiue declarat) in c. vendentes, nu. 5. 1. q. 3. & in c. qui recte, nu. 4. in 3. & 4. concluſione 11. q. 3. vbi pariter hãc xeniorum acceptionem à partibus litigantibus, videtur admittere in iudice delegato non autem in ordinario. Paris de Put. de ſindic. in verbo *poculenta*, cap. 2. nu. 1. in fine, vbi quòd periculoſum eſt recipere eſculenta, & poculenta à litigantibus, quia non datur pro charitate, ſed pro corruptione, & qui dat vnam gallinam iudici, dat cum intentione, vt habeat ab eo bouem, quem forſan ruſticus litigat, & propterea ex ijs, & alijs ſimilibus rationibus exiſtimat dicta poculenta, & eſculenta non eſſe recipienda à litigantibus. Quamuis vt ibi per eum de iure, & ſecundum capitula Regni poſſint recipi Gondiſal. de Villadreg. in tract. de hæret. quæſt. 8. num. 8. in fine, vbi in iudice ordinario tenet prohibitam eſſe xeniorum receptionem. Boſſ. in tit. de offic. corrupto nu. 3. poſt med. verſic. Nam in ordinario, vbi quòd in delegato eſt licita xeniorum acceptio in ordinario vero iudice habente ſufficiens ſalarium ſecundum veriorem opinionem eſt prohibita, & idem repetijt, poſt numer. 5. poſt Imol. quem allegat.

254 Contrarium quòd etiam ordinarius poſſit recipere poculenta voluit Minſinger. obſer. 75. ante finem, verſic. aut volo dare centur. 2. ſic & contrarium, quòd iudices poſſint a litigantibus coram eſculenta, & poculenta recipere videtur de mente Iacobi Menoch. de arbitrar. quęſt. lib. 2. caſ. 517. num. 5. & omnibus ſequentibus, vbi relatis contrarijs videtur permittere, & admittere receptionem eſculentorum, & poculentorum nedum in iudice, qui non actu, ſed potentia poteſt eſſe iudex in cauſis ipſius donantis, ſed etiam in iudice, qui actu, & reipſa eſt iudex dictæ cauſæ, & ita apud nos communiter ſeruatum fuit vſque ad promulgationem Chirographi Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis VIII. in quo ſub acerrimis pœnis iudicibus ordinarijs (criminalibus tamen) interdicta fuit receptio eſculentorum, & poculentorum etiam in minima quantitate, & de hac obſeruantia Romanæ Curiæ ſtatus eccleſiaſtici, & etiam totius Italiæ teſtatur. Ioſeph. Ludou. concluſ. 38. ib. lat. 102. Quem in propoſito refert. Viu. deciſ. 113. num. 14. Nauar. in conſtit. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. notab. 21. num. 35. verſ. pro contraria tamen parte, vbi pariter teſtatur de hac conſuetudine in Curia Romana dandi xenia eſculentaue, & poculenta tam iudicibus delegatis, quam ordinarijs, & tam ab extraneis, quam à collitigantibus; namque conſuetudinem vti naturali, aut diuino iuri non contrariam omnino valere pluribus contendit, & à contrarijs defendit; de qua quidem conſuetudine videas etiam teſtantem Virg. Boccac. in tracta. de pactis, par. 3. num. 101.

255 SVBLIMITA III. quia nec etiam iſta eſculenta, & poculenta recipere licet, niſi moderate. prout dicit text. in d. l. ſolet §. non vero ff. de offic. pro conſul. *Non vero*, inquit ibi Vlpian. *In totum xenijs abſtinere debebit proconſul, ſed modum adijcere, vt neque moroſius in totum abſtineat, neque auare modum xeniorum excedat*, & paulo infra, *nam valde inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum, & omnia auariſſimum*, & ibi gloſ. in verbo *vil:ſſ*. prouerbium dixit xenia non omnino, neque ſemper, neque ab omnibus recipienda eſſe, & in verbo, *ſed paſſim*, pariter declarat id eſt *ſine delectu*, & in verbo *auariſſimum*, dicit in receptione xeniorum eſſe tenendum modum, & ibi etiam Alber. num. 3. ponit quatuor requiſita, adhoc vt xenia dicantur moderate recepta, & præſertim conſiderat qualitatem perſonarum, vt ſcilicet non recipiantur à calumniatoribus, & perſequentibus innocentes non ab iniuſte vexatis, & non etiã ab infamibus gloſ. in cap. cum ab omni in verbo *præter expenſas*, verſ. ea tamen moderatione de vit. & honeſt. clericor. & ibi Hoſtien. num. 13. verſic. ſed & modus ſeruandus eſt. Turrecrem. in cap. vendentes num. 5. 1. quæſt. 3. & vide gloſ. in cap. non licet in 1. gloſ. magna ad finem, vbi moderata, ſeu modica credidit eſſe illa xenia quæ iudicantis animum veriſimiliter non immutent. Amad. de ſindic. poſt num. 164. verſic. & in ſumma, vbi bene. Paris de Put. de ſindic in verbo *poculenta*, cap. 1. num. 1. ad finem, vbi videtur permittere receptionem poculentorum in minimis, vt in paruo caſeo, & in duabus amphoris vini. Alex. conſ. 206. ſub num. 10. lib. 2. vbi pariter exemplificat in vno pari caponum. Ioann. Berber. in pract. crimin. par. 1. rubr. 13. de l. Iul. repetund. num. 2. vbi damnat in officialibus talium munerum frequẽtem vſum ex quo poſſet pecunia imburſari. Quòd ego notandum cenſui contra modernos iudices, qui ex munerum venditione receptum pretium ponunt in burſa. Non enim ij dici poſſunt moderati munerum receptores, prout iura requirunt. Iodoch. in pract. crimin. cap. 130. rubr. de corruptione, num. 10. vbi propterea infert in Francia iudicibus eſſe permiſſum recipere vina in amphoris; ſeu fidelijs non autem in dolijs cupis, aut vaſis. Gondiſal. de Villadreg. in tracta. de hæret. quæſt. 8. num. 4. verſ. adiungit tamen, vbi pariter exemplificat in duobus faſianis, vel duabus phialis maluaſiæ. Neuiz. in Silua. nuptial. lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, num. 99. vbi etiam refert conſiderata per Alber. in loco pręcitato. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. num. 3. ad med. verſic. veruntamen, vbi quòd iſta eſculenta, & poculenta non debent excedere centum aureos in anno, & in verſ. tametſi, vbi pariter ponit exemplum in duobus phaſianis, & amphora vini cretici accipiendo amphoram ſecundum vſum loquendi, & in duobus caponibus Corrad. in pract. ciuili §. 1. num. 6. vbi etiam quòd hæc eſculenta, & poculenta non debent recipi à calumniatoribus, ab iniuſte vexatis, & ab infamibus, nec in toto anno debent excedere centum aureos, ſed debent eſſe parua, & minimi valoris, prout ſunt duo phaſiani, & duæ phialæ vini. Menoch. de arbitrar. quæſt. libro 2. caſ. 342. num. 35. & ſeq. vbi quòd eſculenta, & poculenta egregij valoris recipere non licet; modici autem valoris ſic, & caſ. 517. nume. 3. & 22. verſicu. quo circa, vbi bene etiam explicat in quibus conſiſtat moderamen in receptione eſculentorum, & poculentorum. Viui. deciſ. 113. num. 11. verſic. eſt bene quidem verum, & nume. 12. vbi pariter moderamen conſiſtere affirmat dummodo in toto anno eſculenta, & poculenta non excedant ſummam aureorum centum. Decian. in tracta. crimin. libro 8. cap. 35. ſub numerum 14. faciunt ſcripta per Nauar. in conſtit. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. in 10. notab. numero 22. verſicu. per quæ omnia ex cuius dictis elici poteſt concluſio, quòd illa dicuntur moderata munera, quæ veriſimiliter non ſunt apta ad mouendum iudicem à recto iudicio, & è contra, & notab. 21. nume. 35. verſicu. ſecundo facit in fine, & verſicu. ad ſecundum autem, & verſic. ex quibus ſub infertur.

256 SVBLIMITA IIII. (& hæc ſublimitatio venit declaratiue ad præcedentem) vt nec pariter acceptare liceat eſculenta, & poculenta niſi ea, quæ paucis diebus conſumi poſſunt text. eſt in d. l. plebiſcito in fine, ibi *infra dies proximos*, ff. de offic. præſid. voluit Cyn. in l. 3. num. 2. C. ad l. Iul. repetundar. & de iure canonico eſt tex. in c. ſtatutum §. inſuper in illis verbis, quòd paucis conſumi poſſit diebus de reſcrip. in 6. Turrecrem. in c. qui recte, num. 6. 11. quæſt. 3. Imol. in c. cum ab omni, num. 8. de vita, & honeſt. clericor. Alex conſ. 206. num. 10. in fine, lib. 2. Ioan. Berber. in pract. par. 1. rubr. 13. de l. Iul. repetundar. Iodoch. in pract. crimin. cap. 130.

cap.130.rubr.de offic.corrupt.nu.10.Gōdisal.de Villadieg. in tracta.de hæret.quæst.8.num.9.Boer.decis.153.post nu. 24.Boss.in titu. de offic.corrupto, num.3. ad finem. Menoch. de arbitr. quæst. libro 2.cas.342.num.37.& cas.517. num.22.

257 Vt aduertit per illum tex.in c.statutum §.insuper Ioann. Andr.ibi.num.12 in verbo *possint*, quòd ad hoc vt ista esculenta,& poculenta licite dicantur acceptata, non est necesse, quòd infra paucos dies consumantur, seu consumpta fuerint, sed quod potuerint consumi sequitur ibidem Anton.de Butr.in d.§.insuper, nu.3.& Gemin.nu 4.vers.item etiam Menoc.de arbitr.quæst.lib.2.cas.517.nu.23. Vbi propterea infert, quòd non faceret contra legem iudex, qui in vna die à diuersis personis dono reciperet decem paria perdicum, vel caponum, vel leporum.

258 Et pariter ista cōsumptio infra paucos dies mensuranda est, non quoad iudicem solum, sed etiam quoad eius familiam, secundum Ioan. Andr.in d.c.statutum, num.11.in fine in verbo *poculentum*, de rescript. in 6. Vbi propterea infert, quòd si iudex non comedat perdices, vt puta, quia religiosus sit, non tamen ex hoc prohibetur illas sibi dono missas recipere, prout etiam, nec prohibetur fœnum pro equis acceptare, & ibi etiam Gemin.num.4. versic. quæro an intelligatur. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.cas.517. nu. 22.in fine.

259 Verum infra quot dies huiusmodi xenia consumi possint, aliqui dixerunt hoc iudicis arbitrio remissum esse Alber.in d.l.plebiscito, num. 2. vers. Tu dic arbitrio iudicis pro qualitate personarum, ff.de offic præsid.per tex.in c.& si quæstionis extr. de simon. & voluit glos.in d. cap. statutum, §.insuper in verbo *paucis*, de rescript.in 6. Hoc esse remissum arbitrio boni viri, habita consideratione personarum, tam recipientis, quam donantis, & qualitati consuetarum expensarum, & ibi Archid.post num.12. versic. sed hoc,&c.dixit magnum verbum, id scilicet relinquendum esse conscientiæ ipsius recipientis. Boss.in tit.de offic.corrupto, num.3.in fine. Vbi dicit inspiciendum esse qualitatē iudicis accipientis,& suam solitam impensam, & qualitatem dantis. Menoch.de arbitr.q.lib.2.cas.342.num.38.& cas.517.post num.22.vers.crediderim itaque.

260 Iste autem iudex indubitanter, non minus arbitrari potest possibilitatem consumptionis esculentorum & poculentorum quam infra duos dies, si enim iura prædicta dicunt *infra paucos dies*, & sic loquuntur per numerum pluralem. Vtique pluralis iste numerus, non potest in minori numero verificari, quam in duobus, prout bene aduertit eadem glo.in d. c.statutum, eo. § insuper in verbo *paucis*, vers. & saltem duo dies & ibi etiam Archid. post num. 12. vers.sed cum hæc litera, sed apud nos vsu receptum est, vt consumptio esculentorum,& poculentorum infra paucos dies intelligatur de tribus diebus,& propterea in pluribus literis patentibus officialium vidi appositam prohibitionem receptionis munerum, & mandatum præstandi iuramentum de illa non recipiendo præterquam esculenta, & poculenta, quæ triduo consumi possunt.

ARGVMENTVM.

De probatione Barattariæ.

SVMMARIVM.



Barattaria, & corruptio iudicis, ac officialis, non præsumitur, ideo per allegantem probanda est, nu.261.& seq. licet alij contra, num.263.

Iudex, & officialis habet præsumptionem pro se, ideo cautè contra eos procedendum, nu.261.et seq. Vbi præsertim, quando officialis est aliàs bonæ famæ, licet alij contra, num.263.

Barattaria, extorsio & concussio plenè, & concludenter probanda est, quando agitur contra officialem criminaliter, num. 264. & seqq. Vbi agatur contra officialem malæ famæ, quia tunc leuiores sufficiunt probationes.

Barattaria, seu corruptio iudicis, & officialis, quando criminaliter agitur, debet probari per testes idoneos legitimos, non suspectos, & omni exceptione maiores, nu 268 licet alij contra, nu.270.

Testes, qui fuerūt carcerati à iudice, seu officiali, non dicuntur idonei, si deponant contra ipsum officialem, num.269.

Testis mediator est idoneus testis, in probatione Barattariæ, quando agitur contra officialem ciuiliter, secus quando agitur criminaliter, quia tunc non facit nisi præsumptionem, nu 271.& seq.

Barattaria, & iudicis corruptio non probatur per eum, qui contra iudicem, & officialem petitionem, & querelam dedit in sindicatu, num.273.contra, num.274.

Barattaria, & iudicis corruptio, non probatur per eum, qui deponit iudici pecuniam dedisse, & illum corrupisse, num.275.

Barattaria, & corruptio iudicis probatur per testes domesticos, & familiares ipsius iudicis, num. 276.

Barattaria, & corruptio iudicis, non requirit plenam probationem ad effectum inferendi torturam, num.277.

Officialis factus diues, in officio, an præsumatur locuples euasisse ex corruptionibus, barattarijs, & extorsionibus, nu.278.

QVÆST. CXI. ARTIC. XI.

261 EGVLA sit, quòd Barattaria non præsumitur, ideo per allegantem probanda est. Habēt enim officiales præsumptionem pro se, præsertim propter iuramentum, in principio eorum officij præstiti, cum non præsumantur immemores eorum salutis. tex.in l.fin. Vbi præsertim Bal. & omnes Doctores, C.ad l.Iul.repetundar. Bonifac.de Vital.in rubr.ad l.Iul.repetundar.num.3. Cataldin.de sindic. num.50.q.94. Paris de Put.de sindicat.in verbo *præsumptio officialis*, capit.num.2.& 3. Cyrill.in summ.crimin.rubr.35. de pœn.iudic.mal.iudic.§.fin.nu. 17. cas.380. Vbi propterea cautè contra officiales, & iudices procedendum esse existimauit, quia cum ex eorum debito officij teneantur delinquentes castigare, & punire, & ob id omnibus morē gerere, atque placere nequeant, sunt propterea quasi signum ante sagittam positi. Gramma. consil.35. num.18.

262 & 39. Vbi declarat, nisi officialis præcipitanter processisset (de quo etiam dixi infra artic. 14. num. 390. Vbi & isto casu dolum iudicis probaui præsumi,) & num.45.& seqq. Vbi multo magis præsumitur pro officiali, qui sit bonæ famæ, Cataldin.in tractat.de sind.num.50.quæst. 94. Boss. in titu.de oppos.contra testes, sub nume. 59. Ceph.consil. 459.num.71.& 72.lib.3. Decian.in tract.crimin.lib.8.cap. 38.num.5 Bertaz.consil.71.num.8.& seq.lib.1.& cons.81. num.7.

263 Quamuis contrarium, quòd immo contra officiales stet semper præsumptio Barattariæ, & extorsionis suaderi videatur ex trad.per Viu.decis.113.num.6. Vbi quòd de iure communi in officialibus præsumitur fraus, & voracitas, præsertim in potestatibus terrarum habentibus vultum terribilem, imò dicit hæc non esse solam præsumptionem, sed puram veritatem loquens de officialibus Regni, & quòd scit, quid scribit.

264 AMPLIA I. Quia quando agitur cōtra officialem de Barattaria, extorsione, aut concussione criminaliter, vt is possit tanquam conuictus de hoc crimine condemnari plena requiritur probatio tex.in l.quod euitandi, ibi. *In dubia probationis luce constiterit*. C.de condit.ob turp. caus.facit tex.in l.iudices in verbo *conuicti*. C.de dignitat.lib.12. Amad.de sindic.num. 168.in princ. Vbi quòd debent esse probationes luce meridiana clariores,& idoneæ. Gramm. cons.35.num.16.vers. Nec suffragaretur, & num.17.36.& seqq. Vbi quòd probationes contra officialem debent esse legitimæ,& multum euidentes,& num.41.& 44. Vbi quòd probationes debent esse legitimæ,& disertissimæ, & num. 45.& seqq. Vbi si officialis, sit bonæ famæ, tunc euidenter requiritur probatio. Boss.in titu. de oppos.contra testes, num. 59. Vbi quòd contra officialem probationes debent esse euidentes, secundo autem casu sufficiant coniecturæ. Contar.in l.1. C. si de momentan. possess.limitat.11.num. 5. Baiard.ad Clar.q.73.num.16. Vbi quòd probationes debent esse legitimæ, & luce meridiana clariores. Decian.in tract.

tract.crim.lib.8.cap.38. Vbi quòd probationes debent eſſe claræ, & vrgentes, ac idoneæ maximè ad condemnandum. Maſcard.de probat.lib.1.concl.165.num.1.& ſeqq. Vbi bene comprobat communem diſtinctionem, an ſcilicet agatur ciuiliter, an vero criminaliter, vt primo caſu ſufficiãt coniecturæ, & præſumptiones, ſecundo autem caſu probationes debeant eſſe euidentes, & luce meridiana clariores. Bertaz.conſ.71.nu.11.lib.1. Vbi quòd probationes debent eſſe legitimæ, diſertiſſimæ, & luce meridiana clariores, & conſ.81.num.7. Vbi quòd probatio debet eſſe euidens, & manifeſta, non autem occulta, & præſumpta; præſertim contra iudicem bonæ famæ, & ſolitũ habere manus mundas: concordat Vrbis ſtatutum lib.2.c.60. Vbi requiritur, quòd officialis ſit de crimine conuictus, & faciunt, quæ de probando dolum iudicis, dixi infra art.14.num.382.

265 Et quamuis Ioan.de Plat.in d.l.iudices, nu.1.diſtinguendo dixerit, quòd ſi iudex deliquit extra officium, tunc de delicto debet conuinci per teſtes, aut alio legitimo modo, ſi vero deliquerit in officio, tunc ſufficiat ſemiplena probatio, iuncto partis iuramento, & dicta per Ioann.de Platea, eo loci referat Hector.Emil.in tract.de teſtib.in verbo teſtis barattariam deponens, num.10.& ſeqq.fol.328. Tu tamen non recedas a præcedenti communi opinione, quando criminaliter agitur, tum ex præallegatis, tum etiã quia ſuo loco dixi, in quæſtionibus ciuilibus, & in terminis aduertit. Bertaz.in d.conſ.71.num.13.& conſ.81.ſub num.7. in criminalibus cauſis non defertur iuramentum ſuppletorium, & allegata per Ioan.de Platea, poſſunt procedere, quãdo officialis aufugit ex officio (de qua re alibi diximus, in materia fugæ, in tit.de indit.& tortur.) alias ſecus. Hoc enim vltimo caſu requiritur probatio per teſtes, & non per iuramentum, prout bene declarat. Ang.in Auth. vt iudic.ſine quoque ſuffrag.§.oportet, il 1.num.5. Amad.de ſindic.num.168.in fine. Vbi etiam declarat. Gramm.conſ.35. num.42. Boſſ.d.tit. de oppoſ.contra teſtes eod.num.59.ad med. verſ.aliud dicerem. Decian.in tract.crim.lib.8.c.38. num.1.iuncto num.9.& 10.

266 Quidquid etiam in contrarium conſulendo tradiderit. Iacob.Port.Imolen.conſ.94.num.21.& ſeq.& Baiard.incontinenti ſibi contrarius ad Clar.d.quæſt.73.num.18.ad

267 med. Quorum opinio ſecundum Decian. in loco præcitato poteſt procedere contra officialem malæ famæ. Tunc enim leuiores requiruntur probationes, vt ibi per eum, alias ſecus.

268 AMPLIA II. Quòd contra officialem, quando agitur de barattaria teſtes debent eſſe legitime examinati, legitimi, & omni exceptione maiores. Gramm.conſ.35.nu.37.

269 & ſeqq. Baiard.ad Clar.q.73.num.16. Vbi propterea, quòd non poſſunt recipi teſtes, qui fuerunt carcerati à iudice, contra quem datur de barattaria. Decia.in tract.crim.lib. 8.cap.38.nu.3.& 4. Vbi refert, & ſequitur Gram.in d.conſ. 35. Maſcard.de probat.lib.1.conclu.165.num.5. Vbi quòd teſtes debent eſſe idonei, & non ſuſpecti ſequitur. Hector. Emil.in tract.de teſtibus, in rubr.teſtis barattariam deponens, num.7.& 8.fol.327. Bertaz.conſ.71.nu.12.lib.1. Vbi alios refert, & conſ.81.num.7. verſ.& teſtes contra ipſum

270 inducti debent eſſe omni exceptione maiores. Quamuis contrarium dixerit. Franc.Marc.deciſ.685.num.6. Vbi infert ad teſtes infames, impuberes, & mulieres. Quę in propoſito refert Hector. Emil.in tract.de teſtib.in rubr.teſtis barattariam deponens, num.10.& ſeqq.fol.328.

271 AMPLIA III. Quia pariter, ſi agitur ciuiliter mediator eſt idoneus teſtis, in crimine barattariæ, ſecus ſi criminaliter. Cataldi.in tracta.ſind.num.39.in fine, quæſt.66. Amad.de ſind.nu.168. Vbi criminaliter agi putauit, quando agitur ad pœnam tripli, vel exilij. Anton.Rondinell.de

272 ſind.official.nu.69. Vbi tamen videtur tenere, quòd etiam criminaliter agendo dictum mediatoris faciat præſumptionem. Grammat.conſ.35.num.15. verſ. Præterea extat depoſitio, num.19.& omnibus ſeqq. Vbi relatis, & probatis contrarijs concludit, quòd mediator, & particeps barattariæ, ſi præſertim habuit, & ipſe partem pecuniæ, non facit inditium contra officialem etiam iunctis adminiculis, & num. 44. Vbi pariter, vt ſupra diſtinguit, quòd mediator quando agitur ciuiliter eſt idoneus teſtis, ſecus ſi criminaliter. Boſſ.in tit. de oppoſit.contra teſtes, num. 58. & ſeq. Vbi de illo mediatore, qui deponit pecuniam ad iudicem detuliſſe, dicitque hunc talem nullam fidem facere, etiam quoad torturam, & in hoc non eſſe recedendum ab opinione Amadæi, in loco præcitato. Decia.in tract.crim.lib. 8.cap.38.num.2. Vbi refert, & ſequitur. Gramm.in d.conſ. 35. Hector.Emil in tract.de teſtibus in rubr.teſtis barattariam deponens, num.13.fol.mihi 328.in fine Bertazz.conſil.71.num.34.& conſ.81.num.13.

273 AMPLIA IIII. Quod qui dedit libellum contra officialem, vel petitionem in ſindicatu non poteſt contra ipſum eſſe teſtis, quia eſt ſuſpectus, ſecundum Amad. de ſind.nu. 168.verſ. vnde qui dedit libellum. Decian.in tract. crim.lib.8.c.38.num.6. Vbi refert, & ſequitur. Amad.in loco præcitato. Maſcard.de probat. lib.1.concluſ.165.nu.6. Hector.Emil.in tract. de teſtibus in rubr. teſtis barattariã deponens num.9.fol.mihi 328. Bertaz.conſ.71.nu.25.lib.1. & iſta eſt communis.

274 Contra, quod barattaria probetur per iuramentum actoris voluiſſe videtur. Anton.Rondinell.de ſind official. num. 70. Vbi tamen loquitur, quando actores ſunt plures, licet in diuerſis cauſis. Marſil.in l.lege Cornelia, num.3.ff. de Sicar. Franc.Marc.deciſ.648. num.1.& q.685.nu.4.par. 1. Vbi quòd iuramentum actoris, cum ſemiplena probatione probat, contra officialem delictum commiſſum in officio. Aret.in §.1.num.8.in fine inſtit.de oblig. quæ ex.quaſ. delict.naſcun.

275 Sic pariter, & qui iudicem corrupit dando illi pecuniã, non poteſt eſſe teſtis, contra ipſum iudicem Bertach.in repertorio teſtium in verbo *corrumpens iudicem*, nu.19. Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſ.517.num. 25. Vbi contra iudicem non admittitur probatio per iuramentum eius, qui munera dedit ex Bald. & alijs ibi per eum relatis. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.38 num.7.

276 LIMITA I. Quia barattaria probatur per teſtes domeſticos & familiares iudicis. Franciſ.Marc.deciſ.648.nu. 3.& deciſ.685.ſub num.6. par. 1. Maſcard.de probat.lib.1. concluſ.166.num.3. Vbi quòd familiares iudicis, tam actiuè, quam paſſiuè probant barattariam. Hector. Emil. in tracta. de teſtib. in rubr.teſtis barattariam deponens, nu. 14.& 15.fol.mihi 329.

277 LIMITA II. Quia licet ad probandum corruptionem iudicis plenæ requirantur probationes, quando agitur de ipſum condemnando, ſecus tamen eſt, quando agitur de torquendo, quia tunc ſufficiunt coniecturæ, & inditia ex allegatis per Decian.in tract. crim. lib. 8. cap.38.nu. 8.& credo verum dicat, ſi enim hoc regulare eſt in alijs delictis, vtique multo magis debet procedere in hoc crimine, quòd eſt occultum, & difficilis probationis.

278 An autem officialis factus diues in officio præſumatur locuples euaſiſſe ex corruptionibus, barattarijs, & extorſionibus vide Bar.Bal.Luc.de Penn.Ange.& alios pro, & contra relatos per Neuiz. in Silua nuptial.lib.5.rubr.quomodo iudicandum, num.110.ad med. verſic.fit etiam memor index.

ARGVMENTVM.

Promittens bonum litis euentum apud iudicem, an, quomodo, & quando puniatur.

SVMMARIVM.



Romittens, recepta pecunia, bonum litis euentum, & ſententiam fauorabilem apud iudicem punitur eadem pęna, qua punitur is, qui pecuniam dat ad hunc effectum, nu.279.

Fumi venditores dicuntur illi, qui accepta pecunia promittunt bonum litis euentum, & alia in deteſtationem huius termini, num.279.& ſeq.

Reus-

Reuelantes sententiam, siue mentem iudicis pecunia accepta tenentur, & puniuntur, num. 280.
Promittentes sententiam fauorabilem iudicis accepta pecunia tenentur ipsi iudici actione iniuriarum, & fustibus caduntur, n. 281.
Iudices boni debent cauere à familiaritate, & conuersatione eorum, qui accepta pecunia fauorabiles sententias promittunt, nu. 282.
Promittentes bonum litis euentum tenentur etiam ad ipsius litis aestimationem, num. 283.
Aduocatus seu procurator, qui faciens se amicum iudicis accepta pecunia, promittit clientulo suo bonum litis euentum tenetur, & punitur, num. 284.
Notarius, qui accepta pecunia reuelat mentem, & votum iudicis, tenetur pœna falsi, num. 285.
Promittens bonum litis euentum vtrique parti, & si ab vtraque pecuniam acceperit, grauius punitur, quam si ab vna tantum parte pecuniam accepisset, nu. 286.
Promittens iudicis fauorabilem sententiam punitur etiam, quòd pecuniam non acceperit, intercedente, tantum promissione, nu. 287.
Promittens fauorabilem sententiam pecunia accepta, punitur etiam, quòd eam accipiat ab inquisito de crimine capitali, nu. 288 licet alij contra, num 289.
Promittens bonum litis euẽtum accepta pecunia punitur etiam, quòd ea de re iudici nihil dicat, num. 290.

QVÆST. CXI. ARTIC XII.

279 REGVLA sit, quòd promittens bonum litis euentum, & sententiam, puta fauorabilem, & ob id pecuniam recipiens punitur eadem pœna, qua puniendus est corrumpens, & qui pecuniam dat pro tali ferenda sententia. tex. in l. qui explicandi. C. de accusat. & ibi glos. 1. & in verbo *qui explicandi*, & in verbo, *non minus*. Vbi ponitur exemplũ in Comitibus, vel Assessoribus iudicis, ac etiam in alijs ipsius familiaribus Bellapert. in prin. Vbi bene figurat casum in eo, qui vendit sententiam iudicis dicens. *Informabo iudicem ad voluntatem meam, ita quod pronunciabit pro te, si voluero*. Bal. in summ. Ang. etiam in summ. Vbi tamen, quòd isto casu iste promittens iudicis fauorabilem sententiam punitur, sicut corruptor, sed non eadem pęna. Sed quod immo pari pœna puniatur expresè voluit ibidem Odofr. ante finem in verbo *pollicetur*, vers. Vnde pari pœna sunt puniendi, & voluit etiam glos. in l. item apud Labeonem, §. idem ait, il 2. in verbo *vendidit*. ff. de iniur. Paris de Put. de find. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 11. in fine vers officialis Pręsidis. Cyrill. in summ. crim. rubr. 33. de pœn. iud. mal. iudic. §. fin. num. 3. post med. vers. Prætor etiam ad quæ vide omnino. Menoch. de arbitrar. q. lib. 2. cas. 344. per tot. Vbi plura in detestationem huius criminis. Hosque sic litis euentum promittentes, & iudicis amicitiam, ac familiaritatem vendentes fumi venditores appellat. Relatisque antiquioribus pęnis, & illis quidem grauissimis huius criminis reis olim dari solitis hodie hanc pœnam arbitrariam esse optimè demonstrat, in qua re præcipuè aduertendum ad qualitatem personarum, an sint videlicet iudicum Comites, an vero extranei, & an accepta pecunia sic promittant, an vero, non accepta pecunia, & ex gratia hoc faciant. De-
280 cian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. num. 27. & 41. Vbi amplius, quòd reuelantes sententiam, siue mentem iudicis pecunia accepta, tenentur ex sola hac reuelatione ex Parid. de Put. in loco per eum relato, & vide etiam in proposito. Nauar. in constit. Greg. XIII. notab. 29. num. 42. & notab. 32. post num. 43. iuncto, num. 45. Vbi alia plura in detestationem prædictorum fumi venditorum, & eorum præsertim, qui mentientes extorquent pecunias sub prætextu, quòd eas dare velint iudici, aut illi, apud quem se plurimum posse profitentur, & re vera nihil dant, nec aliquid procurant, licet se maria, & montes facere affirment.
281 AMPLIA I. huius XII. articuli regulam, vt isti qui recepta pecunia promittunt, quòd iudex fauorabilem dabit sententiam, pro eo, à quo pecuniam recipiunt, puniuntur pœna iniuriarum, eo quia sic promittendo iudici iniuriam faciunt, & propterea fustibus cæduntur, secundum glo. in l. qui explicandi, in glo. 1. in fine, & in verbo *non minus*, vers. familiares autem, C. de accusat. & ibi et Bellapert. in fine. Ang. colu. 1. vers. Tu dic, vbi rñ quod pp hanc iniuriam credit posse imponi pœnam relegationis, in insulam, sed qñ immo iniuriarum hæc criminalis actio fustiũ castigationem in se contineat est tex. expressus in l. item apud Labeonẽ, §. l. item ait, il 2. ff. de iniur. cuius tex. verba sunt hæc. *Idem ait eum, qui euentum sententiæ velut laturus pecunia vendidit fustibus à Præside, ob hoc castigatum iniuriarum damnatum videri, vtique autem apparet hanc iniuriam ei fecisse, cuius sententiam vendidit*. Et in hoc notat. Alber. post num. 1. & Ang. in summ. Vbi dixit hoc esse notandum contra barattarias curiarum sæpissimè in palatijs conuersantes, & recepta pecunia euentum sententiæ promittentes, ad idem Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. 1. num. 12. Cyrill. in summ. crim. rubr. ; · de pœn. iud. mal. iudican. §. fin. nu. 3. post med. vers. Prætor etiam Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 344. num. 6. & post num. 10. Vbi tamen sibi re tè eius dicta perpendantur pœnam hanc fustigationis nõ præcisè infligendam putauit, sed aliam extraordinariam iudicis arbitrio, & credo verũ dicat. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. num. 27. vers quinimò tenebitur.
282 AMPLIA II. Vt propterea boni iudices si volunt euitare has iniurias, & infamias cauere debent à conuersatione, & intrinseca amicitia similium personarum, si enim non permittent hos homines ad se venire, tolletur occasio intendi huiusmodi pactiones, secundum Odofre. in d. l. qui explicandi in fine, C. de accusatio. & voluit. Ange. in l. item apud Labeonem, §. item, ait il 2. nu. 4. ff. de iniur. dicens etiam esse cauendum ab amicitia meretricum, ex quo vidit quandam meretricem, quæ stabat in camera iudicis, & quę ipsius votum audiuerat in ferenda capitali sententia, & accepta pecunia illam propalauit, ferè combustã fuisse, & iudicem stetisse in periculo refert Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, c. 1. sub nu. 12.
283 AMPLIA III. Vt isti puniantur etiam ad litis æstimationem per ea, quæ in simili de iudice corrupto dicta sunt supra, num. 37. & in specie voluit. Iacob. Burrigar. in l. qui explicandi, vers. vel. dic, C. de accusat.
284 AMPLIA IIII. Etiam in Aduocato, qui recepta pecunia à suo Clientulo promittit iudicis fauorabilem sententiam eo, quia est sibi amicus idem iudex. Nam quod & is teneatur eadem pœna, qua tenentur illi, qui sunt de familia, & cohorte iudicis similia promittentes voluit. Bellapert. in l. qui explicandi, vers. nunquid idem in Aduocato, C. de accusat. Caueant propterea iudices ab istis Aduocatis, qui, & quod peius est, vt plurimum pecunias recipiunt simulantes se velle eas iudici tradere, vt ad tradentis fauorem pronuntiet, & sic vno, & eodem tempore non solum decipiunt suos clientes, sed etiam dedecus, & iniuriam faciunt ipsi iudici iuxta tradita supra, nu. 281. Quod & idem de Aduocatis, & Procuratoribus, quòd isto casu grauiter puniantur, quando indubitanter promittunt se facturos, cum iudice, quod ad fauorem eius, à quo ob id recipiunt pecuniam, pronunciabit propter amicitiam, quam secum habent voluit. Ange. in l. apud Labeonem, §. item ait, il 2. num. 5. ff. de iniur. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, c. 1. post num. 12. Decian. in tract. crim. lib. 8. ca. 35. nu. 27. Vbi de Aduocatis, & Procuratoribus.
285 AMPLIA V. Vt & Notarius, qui sciens votum iudicis reuelat sententiam ferendam, & ex reuelatione pecuniam accipiens teneatur pœna falsi, secundum Parid. de Put. de sind. in verbo *corruptio*, c. 1. num. 12. in fine.
286 AMPLIA VI. Vt multo magis puniendus sit ille, qui fauorabilem sententiam promittit vtrique parti actori, scilicet, & reo, tunc enim committi turpissimam barattariam, & iniquam mercaturam, Huncque promittentem latronem reputari credidit. Odofred. qui bene casum figurat. in d. l. qui explicandi, C. de accusat. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, nu. 6. Vbi ad propositum dixit post Bald. quem allegat posse in vna, & eadem persona concurrere plures barattarias, & vide ad materiam, quæ dixi supra, num. 61. & Neuiz. in Silua nuptial. lib. 5. rubr. quomodo iudicandum, post octauam ampliat.
287 AMPLIA VII. Vt puniatur is, qui iudicis fauorabilem



lem promittit sententiam, non solum si pecuniam recipit effectualiter, sed etiam si recipit solam promissionem, secundum Ange. in l. qui explicandi 3. notab. C. de accusat. dicens illam, l. esse notãdam contra barattarios, qui accipiunt promissionem pecuniæ promittendo iudicem condemnaturum, vel absoluturum, ad suam instantiam, & ibi Odofred. in figuratione casus idem affirmat, quando pecunia deponitur pœnes tertium, vt sic promittenti consignetur, in casu sequutæ sententiæ.

288 AMPLIA VIII. Vt puniatur iste, qui recepta pecunia iudicis fauorabilem sententiam promittit etiam, quòd illam promittat reo inquisito de crimine capitali. Quamuis enim vt dixi supra, num. 114. licitum sit reo capitaliter inquisito quomodocumque, & qualitercumque, & etiam mediante pecunia sanguinem suum redimere, non tamen hoc licebit alteri extraneo super hoc iudicis absolutionem promittenti, secundum Bar. (Qui tamen hoc cogitandum reliquit) in d. l. qui explicandi, C. de accusat. sed absque alia cogitatione hoc ibidem affirmauit. Ang. in versic. sed quæro, Paris de Put. de sind. in verbo *corruptio*, c. 1. nu. 11. in fine Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 35. nu. 27.

289 Quamuis, quòd isto casu, & quod plus est, nec puniatur iudex, qui permittit se corrumpi à reo inquisito in causa capitali dixerit, (& quidem contra omnia iura, & communes Doctorum sententias.) Bertach. in reper. in verbo *corrumpens iudicem*, nu. 34. allegando. Bar. in d. l. qui explicandi, qui hoc non dicit.

290 AMPLIA IX. Vt puniantur ibi, qui recepta pecunia fauorabilem iudicis promittunt sententiam etiam, quòd iudicem non corrumpant ipsique iudici, nihil de hac re dicant, sic enim fore intelligendum, text. in d. l. qui explicandi, C. de accusat. expresse adnotauit ibi. Bart. in summ. & Odofred. in figurat. casus ponit exemplum, quando iudex contemplatione illius promittentis, nec quidem (vt illius verbis vtar) festucam fecit.

ARGVMENTVM.

De dantibus, & recipientibus pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam; an, quando, & qua pœna puniantur.

SVMMARIVM.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam sunt excommunicati, num. 291. & seq. Vbi quod excommunicati excommunicatione maiori, & num. 293. Vbi amplius, quòd sunt anathematizati, & numero 294. Vbi amplius, quòd ab ista excommunicatione non possunt absolui, nisi a summo Pontifice, vel ab alio ad id speciale mandatum habente præterquam in articulo mortis.

Excommunicatus, & qui aliquid dederit, seu receperit pro obtinenda gratia, vel iustitia non absoluitur nisi prius quantum dedit, vel recepit, integrale pauperibus largiatur, num. 295. & seq. Vbi amplius, quod non sufficit donatio, seu remissio partis, licet bene excuset impotentia restituendi, sed an isto casu, non valens pauperibus restituere luat in corpus, vide ibidem, nu. 297.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia, sunt priuati omnibus beneficijs sæcularibus, & ecclesiasticis ipso iure, sed an requiratur declaratiua, & citatio, nu. 298. & seqq.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam, sunt perpetuo infames, ac etiam inhabiles ad alia obtinenda beneficia, nu. 301. & seq.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, & iustitia ad sedem Apostol. vltra alias pœnas excommunicationis priuationis, & infamia puniuntur etiam aliqua alia pœna extraordinaria arbitrio iudicis, num. 303.

Excommunicatus ex eo, quòd aliquid dederit, aut receperit pro obtinenda gratia, aut iustitia apud sedem Apostolicam, si postea in diuinis se ingesserit, irregularis est, num. 304.

Excommunicatio, quam quis incurrit ex receptione, seu datione pecuniæ pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam comprehendit omnes personas, siue Clericos, siue religiosos, siue masculos, siue fœminas, & siue etiam familiares curiæ, num. 305. & nu. 306. Vbi an comprehendat Episcopos, nu. 307. Vbi an comprehendat Cardinales.

Proxeneta, seu mediator in obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam, cum datione, seu receptione pecuniæ est etiam excommunicatus, num. 308.

Auxilium consilium, vel fauorem præstantes in datione, seu receptione pecuniæ pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sed. Apostol. sunt excommunicati, num. 309. & seq. Vbi etiam quid si non sequatur effectus.

Recipiens pecuniam pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedẽ Apostolicam incurrit pœnam excommunicationis etiam, quòd re vera nihil procuret, & nihil operetur, num. 311.

Vtentes gratia, seu iustitia obtenta apud sedem Apost. mediante pecunia, sunt etiam excommunicati, num. 312.

Promissio sola absque eo quod aliquid detur, vel recipiatur pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicã facit incurrere pœnam excommicationis, nu 313. Declara hanc conclusionem duobus modis, vt nu. 314. & 315. & an sufficiat generalis promissio, num. 325. & seq.

Excommunicatio, & aliæ pœnæ inflicta propter dationem, seu receptionem pecuniæ pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sed. Apost. locum habent etiam quod gratia, seu iustitia non obtineatur, num. 316.

Dantes, aut recipientes pecuniam pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sed. Apost. incurrunt excommunicationem & alias pœnas etiam, quòd pecunia detur, seu recipiatur simpliciter, non facta expressione in quam causam detur, num. 317. & seqq. Vbi etiam quid de promissione tacita, quid de eo, qui nõ promittit, sed facto deponit. Quid de datione, seu receptione pecuniæ nulla præcedente promissione, & ijs similibus.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam, sunt excommunicati, &c. Vbicumque existant, & non solum orti in Vrbe, & oriundi ab ea, sed etiam inhabitantes eam, & reliquam, & aliam Hispaniam, Galliam, & quæuis alia regna, num. 322.

Dantes, aut recipientes etiam quid minimum pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam, sunt excommunicati, numero 323.

Dantes, aut recipientes, siue palam, siue occulte pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam sunt excommunicati, numero 324.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam sunt excommmunicati, non solum. si dent, aut recipiant pecunias, sed etiam omnem aliam rem, seu vtilitatem, numero 327.

Dantes, aut recipientes pro obtinendo solam iustitiam apud sedem Apostolicam, sunt excommunicati, numero 328. declara, vt numero 329.

Dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam non solum in scriptis, vt puta, per literas Apostolicas, sed etiam alias quomodocumque; sunt excommunicati, numero 330.

Scientes, & non reuelantes eos, qui pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam aliquid dederunt, seu receperunt, sunt excommunicati, numero 331. Declara duobus modis, vt numero 332. & seq. Sic & è contra si quis particeps, et conscius huius criminis alios reuelauerit, impunitate gaudebit, numero 334. & sequentibus.

Socius criminis in datione, seu receptione pecuniæ pro obtinenda gratia, vel iustitia apud sedem Apostolicam, an possit ferre testimonium contra alium socium, nu. 335.

Munera, nec etiam dare, aut recipere licitum est, pro obtinenda, seu facienda gratia apud sedem Apostolicam, numero 336. & sequenti. Vbi etiam quid de xenijs, seu esculentis, & poculentis in Vrbe dari solitis à litigantibus Iudicibus ordinarijs, seu delegatis.

Gratia, seu iustitia obtenta à sede Apostolica mediante pecunia, est nulla ipso iure, num. 338.

Iudici, nec etiam in arbitrarijs aliquid dare, seu recipere licitum est, num. 339.

Pœna

Pœna imposita illis, qui pecunia mediante procurant gratiam, seu iustitiam apud sedem Apostolicam ligant etiam in foro conscientiæ, num. 340.

Pactum de quota litis facientes, an incurrant excommunicationem de qua in extrauag. Bonifacij VIII. & Gregorij XIII. nu. 341.

Dantes, aut recipientes, aut etiam promittentes pro gratia, aut iustitia obtinenda, non à sede Apostolica, sed ab aliquo alio Principe, & magistratu, non incurrunt excommunicationem de qua in extrauag. 1. de sentent. excommunicationis, & in constitutione Gregorij XIII. num. 342. declara, quia non per hoc effugiunt pœnas constitutionis S.D.N. Clem. VIII. numero 343. Item declara, quia non per hoc effugiunt alias pœnas de quibus, nu. 344. & seqq.

Simonia est dare, aut recipere pecunias pro obtinenda gratia, circa spiritualia, num. 345.

Dare, aut recipere pecuniam an liceat pro obtinendis officijs, iurisdictionibus, ac magistratibus, num. 346.

Dare, aut recipere pecuniam pro obtinendo aliquid temporale vendibile, & extimabile, non est improbatum à iure, nu. 347.

Dare, aut recipere aliquid post obtentam gratiam, vel iustitiam non est improbatum, num. 348.

Dare, seu promittere pecuniam ad redimendum se ab indebita vexatione non est prohibitum, num. 349.

Iudici licitum est aliquid dare, vel promittere, vt citius causam expediat, num. 350.

Dare, aut recipere pecuniam pro differenda, aut auferenda iustitia, an sit licitum, num. 351. & seq.

Excommunicatio imposita propter dationem, seu receptionem pecuniæ, pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam, non habet locum, quando non interuenit realis datio, promissio, pactum, aut aliquod verbum, quia sola cogitatio, & mentalis resolutio non sufficit, num. 353.

Aduocatis, Procuratoribus, & Tabellionibus, non est prohibitum dare aliquid pro eorum salario, & mercede, num. 354. & seq. Vbi secus si aliquid daretur Aduocato, tanquam, vt amicus iudicis ipsum flecteret ad proferendam sententiam ad sui fauorem, & num. 356. Vbi etiam quid de promittente, seu dante sollicitatori aliquid plus vltra suam mercedem, vt maiori sollicitudine sollicitaret.

Excommunicatio, & aliæ pœnæ imposita ijs qui dant, seu recipiunt pecuniam, pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam, non habent locum, nisi talis datio, seu receptio, dolo, & malo animo interueniat, num. 357.

Sportula, seu propinæ iudicibus dari solita, non faciunt incurrere dantem, aut recipientem in aliquam pœnam, num. 358.

Constitutiones extrauagantis primæ de sent. excomm. & Greg. XIII. de datis & promissis recipiunt interpretationem ab antiquo iure naturali diuino, vel humano, num. 359.

QVÆST. CXI. ARTIC. XIII.



NON absimilis præcedenti se offert, articulus de ijs, qui interponunt se apud sedem Apostolicam ad procurandum ab ea gratiam aliquã, aut iustitiam, mediante pecunia, in qua re plures Summorum Pontificum prouiderunt Constitutiones, & pro resolutione.

291 REGVLAM constituo, quòd dantes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicã sunt excommunicati. text. in cap. 1. de senten. excommun. in extrauag. communes, quæ Constitutio fuit Bonifacij VIII. & olim reuocata per Clemẽtem V. prout ex aliorum testimonio refert Nauar. de dat. & promiss. num. 1. versic. 2. quòd illa fuit reuocata, sed deinceps renouata confirmata, & aucta per Gregor. XIII. anno eius tertio, 1574. vt in Bullario, parte secunda, fol. mihi 128. & per Sanctissimum Dominum Nostrum Clementem Octauum, anno eius primo 1592. in Constitutione de bono regimine, ante finem, quas quidem Constitutiones Bonifacij, & Gregorij, vltra Ioan. Monac. in d. cap. 1. plenissimè commentati sunt. Nauar. & Virg. Boccac. in locis infra allegandis, & plura in detestationem tanti sceleris, & pactionis, dationis, receptionis, & promissionis pro iustitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apostolicam, ponuntur per eundem Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 2. num. 4. & seqq.

292 AMPLIA I. vt excommunicatio de qua in d. extrauag. 1. de sent. excommunic. intelligenda est de maiori, & ea quæ excludit à fidelium communione, non autem de minore, sic enim per text. in cap. si quem de senten. excommunic. Voluit Ioann. Monac. in d. extrauag. 1. verbo *excommunicamus*, vbi respondet textui in cap. pia, de exceptionibus in 6. Nauar. in constitut. Gregorij XIII. de dat. promiss. in 4. notab. numero 8. & 9. vbi arguit ad partes, & hanc benè defendit sententiam. Eamque septem fundamentis comprobat Virg. Boccac. in tractatu de pact. parte prima, numero primo, versic. hanc excommunicationem.

293 AMPLIA II. vt dantes, & recipientes pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam non solum excommunicantur, sed etiam anathematizantur. Declarat quid sit anathema, vnde dicatur de qua materia, & multa de anathematis natura, & substantia, & præsertim in quo differat ab excommunicatione, videas etiam per Nauar. in constit. Gregorij xiij. de dat. & promiss. nu. 10. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. nu. 2. & seqq. pluribus vsque ad nu. 12. vbi plura de anathematis natura, ac differentia inter anathema, & excommunicationem.

294 AMPLIA III. Vt sic excommunicatus non possit absolui, nisi à Pontifice, vel ab alio ad id speciale mandatũ habente, prætérquam in articulo mortis. tex. in extrauag. 1. de senten. excommun. in §. decernimus. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. nu. 1. in 2. notab. & num. 58. & 59. vbi ponit formam specialis mandati per Papam faciendi, ad effectum dandi absolutionem in casu, de quo agitur, & nu. 60. vbi de eo, qui in mortis articulo constitutus est, & nu. 61. vbi de eadem materia.

295 AMPLIA IIII. Vt nec etiam sic excommunicatus absolui possit, nisi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur, prout sunt clara verba contex. in d. extrauag. 1. §. decernimus, in fi. de sent. excom. & ibi Io. Monac. in verbo *largiatur*. vbi bonas reddit rationes, quare scilicet recipiens restituere tenetur, & dans repetere non potest. Nauar. in constit. Gregorij XIII. de dat. & promiss. in 23. notab. Vbi hanc ampliationem ampliat

296 vno modo & alio modo eã declarat. Ampliatio est, vt non sufficiat parti, quę pecuniã dedit, remissio, seu donatio. Declaratio est, vt impotentia restituendi excuset. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. num. 1. in 9. notab. & numero 61. vbi quòd integraliter debet fieri hæc restitutio, & numero 63. vbi an teneatur etiam pauperibus restituere fructus perceptos ex gratia obtenta, & nume. 63. vbi de eadem materia.

297 AMPLIA V. vt is, qui dedit, aut recepit pro gratia, vel iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, si non habet in bonis, vt possit pauperibus tantundem quod dedit, vel recipit. restituere debet luere in corpus, nec aliàs absoluetur, secundum Ioann. Monac. in d. extrauag. 1. de senten. excommunic. in verbo *recipit motus*, & generali illa conclusione, quòd in pœnis pecuniarijs ex delicto insurgentibus male agens, si non potest in bursa, luat in corpore, l. 1. in fine ff. de pœn. cũ alijs ibi per eum allegatis. Vide tamen in proposito Nauar. in constitut. Gregor. XIII. de dat. & promiss. notab. 23. numero 38. versic. Tertio quòd huic est consequens, vbi tenet quòd isto casu impotentia restituendi excusat. Vide etiam Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. num. 61. vbi videtur tenere, quòd in mortis articulo constitutus, si non põt restituere pauperibus, vt q̃a non habeat modum, neque potest absolui sine speciali ordine Papæ, eo quia fuit data certa forma, quæ seruari debet.

298 AMPLIA VI. vt licet de iure canonico non infligatur isto casu, nec priuatio, nec suspensio à beneficio, prout dixi supra nume. 75. vigore tamen constitut. Gregorij XIII. expressè omnium beneficiorum priuatio imponitur, vt patet in versic. quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio ecclesiastico, &c. & ibi Nauar. notab. 31. nu. 44. & ad materiam hujus ampliationis vide Virg. Boccac. in

tract.

tract. de pactis par. 2. num. 36. & ſeqq. vbi etiam benè declarat, quæ in propoſito dicantur beneficia eccleſiaſtica, ſæcularia, vel feudalia, & quæ etiam dicantur beneficia eccleſiaſtica cum iuriſdictione, vel ſint ſæcularia, vel temporalia.

299 AMPLIA VII. vt non ſolum incurratur priuatio officio eccleſiaſtici, ſed etiam officij ſæcularis, & temporalis, prout expreſsè cauetur in eadem conſtitut. Gregorij XIII. in fine d. verſiculo, quin etiam, & ibi Nauar. notab. 31. num. 40.

300 AMPLIA VIII. vt hæc priuatio beneficiorum, & officiorum ipſo iure incurratur, prout pariter cauetur in d. conſtitut. Greg. xiij. in fine, ibi, *ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus*. Ad quæ vide Virg. Boccac. in tract. de pact. parte prima, num. 66. & ſeq. vbi an iſto caſu requiratur ſententia declaratoria, vel partis citatio, & par. 2. num. 43.

301 AMPLIA IX. vt etiam incurratur infamia, vltra pœnas prædictas, vt in dicta conſtitutione Gregorij xiij. in fine, ibi, *& præterea infamia ſubiectos perpetuo, &c.* & ibi Nauar. notabil. 31. nu. 40. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. nu. 65. vbi propterea quòd is, qui infamiam hâc incurret, non poterit in iudicio eſſe teſtis, nec contrahere, aut aliquid aliud facere, quòd excommunicato prohibitum ſit, & par. 2. num. 45.

302 AMPLIA X. vt ſic priuati in officio, & beneficio eccleſiaſtico reddantur etiam inhabiles in poſterum ad illa, ſeu alia officia, ac beneficia obtinenda, prout expreſsè cauetur in dicta conſtitut. Gregorij XIII. in fine, ibi, *Ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus*, & ibi Nauar. notab. 31. numero 40. Virg. Boccac. in tracta. de pact. parte ſecunda, num. 47.

303 AMPLIA XI. vt vltra ſupradictas omnes pœnas, poſſit etiam iudex arbitrio ſuo, aliam pœnam extraordinariam, iuxta facti, & perſonarum qualitatem imponere, prout colligi videtur ex eadem conſtitut. Gregorij xiij. in fine, ibi, *A quibus etiam prout quaq; res erit tales pœna exigantur*, & ibi Nauar. notab. 31. nu. 40. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 2. nu. 48. vbi videtur concludere, quòd pœna extraordinaria, de qua in dicta conſtit. Greg. xiij. locum habere debeat in his caſibus, & delictis non expreſſis in d. cõſtitut. in caſibus verò expreſſis hæc arbitraria pœna locum non habeat cum certa pœna ſtatuta ſit, & forſan non eſt mala opinio.

304 AMPLIA XII. quia ſi quis poſt incurſam excommunicationem in prædictis conſtitutionibus contentam celebrauerit, aut aliquo alio modo in diuinis ſe ingeſſerit irregularitatis laqueo ſe inuoluit, ſecundum Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. num. 64. per text. in cap. 1. de re iudic. in 6.

305 AMPLIA XIII. vt idem ſit in omnibus perſonis, ſiue Clericis, ſiue religioſis, ſiue laicis, ſiue maſculis, ſiue fœminis, & ſiue etiam familiaribus curiæ, ſiue alijs, prout pariter expreſsè ſtatuitur in d. cap. 1. de ſent. excomm. in 6. in princ. Nauar. in conſtit. Gregorij xiij. de dat. & promiſſ. in 6. notab. num. 11. in princip. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. num. 1. in 1. notab. & 14. vbi de religioſis, & 15. vbi de laicis vtriuſque ſexus, & 16. vbi de familiaribus curiæ.

306 AMPLIA XIV. vt ſub pœna extrauag. 1. de ſent. ex comm. ſuppoſiti ſint etiam Epiſcopi, ſecundum Ioan. Monac. ibi in verbo *Clericos*, Tum propter generalitatem verborum in dic. extrauagan. poſitorum. Tum quia vnumquemque crimino ſum, dignitas comitari non debet, l. Iudices. C. de dignit. lib. 12. & l. ne quis officialium. C. de decur. lib. 10. cum alijs, de quibus ibi per eum, Nauar. in conſtit. Greg. xiij. num. 11. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. num. 12.

307 AMPLIA XV. vt etiam Cardinales ſic dantes, & recipientes pro gratia, ſeu iuſtitia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam incurrant cenſuras, de quibus in d. extrauag. 1. de ſenten. excommunic. ſecundum Ioann. Monac. ibi, in verbo *Clericos*, verſic. & hoc argumento, ea motus ratione, quia factum, quod eſt malum in ſe, quanto committẽs, in illud eſt maior, tanto grauius peccat, cap. homo, diſtinct. 40. & reſpondet contrarijs, Nauar. in conſti. Gregorij xiij. in 6. notab. num. 11. Vbi arguit ad partes, & poſtea diſtinguendo facit tres concluſiones, quas ibi per eum videas Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 1. num. 13. vbi refert diſtinctionem Nauarræ in loco præcitato, deinde dicit ſe vix credere poſſe, quòd in Cardinalibus cadere valeat cogitatio aliqua paciſcendi, promittendi, dandi aut recipiendi aliquid pro obtinenda gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam.

308 AMPLIA XVI. Etiam in eo, qui dat, ſeu promittit non pro ſe, ſed pro alio, & ſic etiam in tertia perſona, pro ut eſt proxeneta, ſeu mediator; ſic enim colligitur ex verbo, d. extrauag. 1. de ſent. excomm. ibi, *pro ſe, aut pro alio*, & voluit ibi Ioan. Monac. in verbo *Clericos*, in fine, in verſ. ſed numquid mediatores. Vbi ponderat alia verba illius extrauagantis, & verba, *& hanc ſententiam*, in prin. ſequitur Nauar. in conſtit. Greg. xiij. de dat. & promiſſ. in 20. notab. num. 30. verſ. Tertio dico, & in verſ. ex quo infertur. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. nu. 40. 41. & 79. & par. 3. num. 94. in fine.

309 AMPLIA XVII. vt pœnæ prædictæ locum habeant etiam in præſtantibus auxilium, conſilium, vel fauorem, prout expreſsè cauetur in conſtitut. Gregorij xiij. ibi, *Dantesq; illis, & alijs ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem*. Nauar. ibidem in 7. notab. nu. 12. vbi extendit ad mandantes, ratificantes, monentes, perſuadentes, precantes, in-

310 ſtruentes, aut vtilitatem proponentes, & notab. 30. num. 43. vbi an conſilium, auxilium, vel fauor, pœnis prædictis plectatur, effectu non ſequuto, arguit ad partes, & concludit, quòd non, quando nulla eſt ſequuta pactio, promiſſio, datio, vel receptio; ſecus ſi hæc interuenerint, ſed gratia, ſeu iuſtitia non fuerit obtenta, nec enim vltimo caſu incurruntur pœnæ ex ſolo conſilio, auxilio, vel fauore. Virg. Boccac. in tracta. de pact. parte ſecunda, numero 22. vbi in propoſito declarat, quando dicatur quis auxilium præſtare, & numero 24. vbi quando quis dicatur præſtare conſilium, & numero 25. & 26. vbi quando quis dicatur præſtare fauorem, & num. 32. & 33. vbi etiam benè refert dicta per Nauar. in loco præcitato, An, ſcilicet, & quando, propter conſilium incurrantur pœnæ prædictæ non ſequuto effectu.

311 AMPLIA XVIII. vt multo magis pœnæ impoſitæ in extrauag. 1. de ſenten. excommu. & in conſtitut. Gregorij xiij. locum habeant in eo, qui recipit pecuniam pro obtinenda gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam, & re vera nihil procurant, & nihil operantur, licèt ſe multa facere iactent, & confingant; ſic enim colligitur ex d. conſtitut. Gregorij xiij. in verſic. quidam etiam, & præſertim ponderando ibi verbum *affingant*, Et ibi hoc optimè adnotauit Nauar. ſub num. 49. in verſic. non autem poſſunt, & ſub num. 42. vbi multo magis, quando quis mendaciter fingit ſe dediſſe pretium, vel munera alicui alteri pro d. gratia, ſeu iuſtitia obtinenda, & d. num. 42. notab. 29. per totum. vbi quatuor modis ponderando verba conſtitutionis Greg. xiij. benè hanc ampliationem comprobat, ad quam vide etiam ſcripta per Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 2. num. 10. 21. & 35. vbi plura in deteſtationem iſtorum, qui ſic in mentiendo, & fingendo alienas furantur pecunias.

312 AMPLIA XIX. vt eadem excommunicationis pœna innodentur ij, qui ſcientes vtuntur gratia, ſeu iuſtitia ſic, vt ſupra, propter aliquod datum vel receptum obtenta, vt pariter apertè ſtatuitur in d. extrauag. 1. §. fina. de ſentent. excommunicatio. & ibi Ioann. Monac. in verbo *vtentes*, vbi allegat in ſimili alia concordantia iura. Nauar. in conſtit. Gregorij xiij. de dat. & promiſſ. notab. 25. nu. 38. in fine. Virg. Boccac. in tract. de pactis, parte 1. num. 1. in primo notab. & num. 72. & 73. vbi de materia huius ampliationis.

313 AMPLIA XX. vt ſola promiſſio dandi etiam quòd aliquid non detur, faciat incurrere pœnam d. extrauag. 1. de ſent. excommunic. tàm reſpectu promittentis, quàm reſpectu acceptantis promiſſionem, vt patet ibi in princ. in verbo

in verbo *promiserunt*, & in §.1.ibi, *& hanc sententiam promittentes, &c.* Nauar.in Constitut. Gregorij xiij.in 8.notab.num.13.versic. Tertio, quòd incurrendas, & versic. seqq.& in 12.notab.num.24.in fine, versic.quarto quod.

314 LIMITA I. hanc vigesimam Ampliationem, vt non omnis promissio faciat incurrere pœnas prædictas, sed tantum illa, quæ est prohibita, & quæ iure naturali diuino, vel humano ante harum constitutionum promulgationem inducebat peccatum mortale; secus si talis promissio non erat improbata, & prohibita, & quatenus prohibita, ex ea promittens mortaliter non peccabat, secundum Nauar.in constit. Greg.xiij. de dat.& promiss.in 11. notab.num.21. & seqq. vbi benè hanc declarationem exemplificat, & præsertim in promissione gratitudinis, & antidoralis iure naturæ debitæ.

315 LIMITA II. eandem xx. ampliationem respectu eius, cui promittitur, vt non procedat ampliatio, nisi promissio ei facta fuerit acceptata, aliàs secus, sic enim suaderi videtur, ex d.extrauag.1.de sentent. excommunicat.in princ ibi, *vel promissionem receperint*, & iterum infra in §.1. ibi ad promittentes, & acceptantes, ex quibus verbis credo colligatur, quòd respectu promissoris, sola promissio sufficiat, respectu verò eius, cui promittitur sit necessaria promissionis acceptatio, ad quæ vide Nauar.in Constitur. Gregorij XIII.in 8.notab.numero 13.versic.Tertio quòd ad incurrendas, & in seqq.versic. vbi, ni fallor, benè comprobat primum caput distinctionis prædictæ, vt scilicet respectu promissoris sola promissio etiam non acceptata faciat ipsum incurrere in pœnas, de quibus in d.constitutione, & in 12.notab.numero 24.in fine, versic. Quarto, quod vbi, quòd sola acceptatio promissionis etiam si promissa res non tradatur, facit, vt incurrantur pœnæ illius constitutionis. Virg.Boccac.in tracta.de pactis, par.1.numer.22. vbi de promissione facta absenti per nuncium, vel epistolam, & numero 33. vbi etiam de sola promissione non acceptata.

316 AMPLIA XXI, vt & pœnæ prædictæ locum habeant etiam quòd non obtineatur gratia, seu iustitia, pro qua data, promissa, seu recepta fuerit pecunia, Constit. enim Greg. XIII. de dat.& promiss. solum etiam conatum punire videtur, ponderando illud verbum, *audentes*, in ipsa constitutione posito, quòd relatis, & improbatis contrarijs argumentis, & rationibus pluribus defendit Nauar. in ead.constitur. Gregorij XIII.in 8.notab.num.13. vers. Tertio quòd ad incurrendas, & seqq. addo pro hac eadem ampliatione. Virg. Boccac. in tracta.de pact.parte 3. num.31.

317 AMPLIA XXII. non solum si detur, vel recipiatur aliquid cum expressione, vt id quod datur sit ex causa obtinendæ iustitiæ, vel gratiæ apud Sedem Apostolicam, sed etiam si simpliciter datur, non facta aliqua verborum expressione, secundum Ioan. Monac.in d.extrauag.1.de senten excomm.in verbo *sub generalibus*, in princ.in vers. sed quid, si verbo, eam reddens rationem, quia scilicet facta loquuntur, & plus exprimitur facto, quam verbo l.si tamen. §.1. ff.de edilit. edict. cap. cauere, 22. q. 5. cum alijs ibi per eum allegatis. Nauar.in constit Greg. XIII. de dat.
318 & promiss.in 9.notab.num.16.in versic. Pactio autem facta ex certa causa, vbi loquitur de pecunia data, vel promissa iudici simpliciter pro eo, quòd dans, seu promittens cupit, non facta expressione, an sit iustum, nec ne, & in 11.
319 notab.num.23.sub.vers.quinto, denique infertur. Vbi loquitur de promissione tacita, & de eo, qui non promittit, sed facto deponit dandum, ex Ioan.Monac.in loco præci-
320 tato, & in notab.31. in versic. ex quo sequitur. Vbi de datione, & receptione pecuniæ nulla præcedente promissio-
321 ne ante obtentam grãm (Quid aũt post obtentam gratiam dicam infra num.348.) Ad quæ vide etiam Virg.Boccac. in tract.de pact.par.1.num.26.versic.& idem si verbo nihil dicit, sed facto deponit, & num.29 vbi de datione, & receptione pecuniæ nulla præcedente promissione, & num. 30. vbi de dante pecuniam absq; eo, quòd loquatur, & nu. 33. vbi etiam de receptione pecuniæ non præcedente promissione.

322 AMPLIA XXIII. vt sub eadem excommunicatione supponantur etiam omnes personæ, vbicumq; existẽtes, prout videtur de mente tex.in d.extrauag.1.de sentent. excomm.ponderando illud verbum *vndecumq;*, in ea positum. Nauar.in constit.Greg xiij.de dat.& promiss.in 7.notab.num.12. vbi propterea infert, quòd sub hac constitutione includuntur non solum orti in Vrbe, & oriundi ab ea, sed etiam inhabitantes eam, & reliquam Italiam, Hispaniam, Galliam, & quæuis alia Regna, & hoc propter dictionem, *vndecumq;* in d.constitut.appositam, de cuius natura est, vt nullus excludatur locus, ca. vndecumque, distin.56. cum alijs ibi per eum relatis. Virg.Boccac.in tract.de pact. par.1.num.17.

323 AMPLIA XXIV. Etiam quòd id, quod datur, & recipitur, sit quid paruum, tex.in d.extrauag.1.in princ.de senten.excommunic.ibi, *seu aliquod paruum, vel magnum*, & paulo infra, ibi. *Quicquam dederint, aut receperint magnum, aut paruum.* Nauar.in constitut.Gregor.xiij.de dat.& promiss.in 10.notab.num.20. vbi arguit ad partes, & postea distinguendo resoluit, quòd ad hoc, vt illius constitutionis pœnæ locum habeant, non sufficere dationem cuiuscũque rei paruæ, nisi etiam ante dictæ constitutionis promulgationem esset mala, & mortifera, secundum rem, & non secundum solam intentionẽ, & quod propterea requiritur, vt sit tanta, quæ probabiliter præsumenda sit apta ad mouendum, & flectendum à recto recipientem; vnde secus si datio, ac receptio rei paruæ credatur, non motura iudicem, vel authorem gratiæ à recto, tunc enim nec dantes, nec recipientes pœnas prædictas incurrunt, vt ibi per eum Virg.Boccac.in tract.de pactis, parte 1.num.31. vbi in proposito declarat, quando dicatur quid magnum, vel paruum.

324 AMPLIA XXV. vt excommunicationis hæc pœna incurratur, siue promissio, vel datio sit occulta, siue etiã manifesta. Text in d.extrauag.1.in princ.de senten.excom. ibi, *occulta, vel manifesta*. Virg.Boccac.in tracta.de pactis, par.1.num.23. vbi declarat, quæ dicatur occulta promissio, & num.25. vbi pariter declarat, quæ dicatur promissio manifesta.

325 AMPLIA XXVI. Etiam quòd promissio fuerit generalis, prout expresse statuitur in d.extrauag.1.de senten. excommunicat.ibi, *sub generalibus, & plenariè non expressis, siue sit sub specialibus, & expressis apertè verbis*, & ibi Ioann. Monac. in verbo *sub generalibus*, ponens exemplum in eo, qui dixit, *Non intendo vobis esse ingratus*, vel dixerit, *Decens est, vt laborans pro alio recognoscatur*, Virg.Boccac.in tracta. de pact.par.1.num.26.

326 LIMITA hanc xxvj. ampliationem, vt non qualilibet generalis promissio faciat incurrere has pœnas, sed tantum illa, quæ iure naturali diuino, aut humano antiquiore: & ante harum constitutionum promulgationem erant prohibita, peccatumque mortale inducebant. Secus autem si tãtum venialiter essent illicita, secundum Nauar. in constit. Gregorij XIII. de dat. & promiss.in 11. notab. num. 21. & seqq. vbi infert ad promissionem gratitudinis antidoralis iure naturæ debitæ, & plura ponit exempla promissionis generalis, ob quam promittens pœnas prædictas non incurrit, & in notab.12.num. 24.sub vers. Tertio quòd est intelligenda. Vbi pariter quòd acceptans promissionem generalem sibi factam non incurrit pœnas prædictas, nisi malo animo deuiandi à recto, & obtinendi ex illa generali promissione, aliquod notabile bonum, si acceptauerit, quod, & idem affirmauit d. num.24.in fine, vers.ex quo infertur, ad quæ vide etiam Virg.Boccac. in tract.de pact.post num.26.

327 AMPLIA XXVII. Non solum si detur, vel promittatur pecunia, sed etiam si detur, vel promittatur alia res, seu vtilitas, prout sunt clara verba d.extrauag.1.de senten.excommunic.ibi, *de quacumq; re, aut vtilitate*, Nauar. in Constitut. Greg.XIII.de dat.& promiss.in 12.notab.nu. 28.vbi ampliat constitutionem illam procedere, nõ solum in promissione dandi, sed etiam faciendi, nisi forsan quis promitteret pro recepto beneficio deprecari Deum, vel Sanctos diligere, laudare, suscipere in hospitio, vel comitari

tari

tari ad palatium eũ, à quo gratiam, ſeu iuſtitiam obtinet, aut quid ſimile. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 1. num. 33. & 34. vbi in propoſito, quòd rei appellatio iura corporalia, & incorporalia continet, & ad omnem obligationẽ, & contractum pertinet, & num. 35. vbi de quacumque vtilitate, commodo, fructu, vel emolumento neceſſario, aut delectabili.

328 AMPLIA XXVIII. Etiam quòd quid detur, ſeu promittatur pro conſequendo iuſtitiam, prout apertè voluit text. in d. extrauag. 1. de ſenten. excomm. ibi, *Pro aliqua iuſtitia, &c.* Et faciunt ſcripta per Nauar. in conſtitut. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. nu. 28. vbi probauit, quòd qui dat pecuniam iudici, vt rectè iudicet, dicitur offendere legem non ſolum, quia videtur dare ad illum corrumpendum, ſed etiam quia iuſtitia quæ inuendibilis, & inextimabilis eſt, emitur, & venditur. Virg. Boccac. in tract. de pactis, par. 1. nu. 38. & par. 3. nu. 71. & ſeq. vbi hanc ampliationem procedere affirmat, quando quid datur, aut promittitur animo, & intentione obtinendæ victoriæ in lite, & num. 88. & 96.

369 LIMITA hanc xxviij. Ampliat. ſecundum eundem Nauar. vbi ſup in 9. notab. num. 16. verſ. Ratio verò facta ob cauſam ſecundam, vbi dixit, quòd quando conſtat de ſinceritate animi illius, qui pecuniam dedit, aut promiſit, vt iudex iuſtitiam faciat. Tunc talis pactio non eſt verè prohibita iure naturæ, nec quoad forum interius, nec quoad forum exterius, & conſequenter, nec etiam nunc eſſe locum pœnis in d. conſtitutione Greg. XIII. inflictis, niſi aliquid detur, vel promittatur pro iuſtitia facienda in ſpiritualibus quia tunc eſt ſimonia, vt ibi per eum, & hanc Nauar. declarationem refert, & ſequitur Virg. Boccac. in tracta. de pact. num. 71. & 72. par. 3. Nec diſſentijt Rota in vna Auximane bonorum, coram . . . . . . die 8. Iunij 1578.

330 AMPLIA XXIX. etiam quòd detur, ſeu promittatur pro conſequenda gratia non ſolum in ſcriptis, vt puta per literas Apoſt. ſed etiam aliàs quomodocumque prout colligitur ex verbis, d. extrauag 1. de ſenten. excom. in ſi princip. ibi, *per literas Apoſtolicas, & quibuſcumq; modis.* Nauar. in conſtit. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. in 7 notab. numero 29. Virg. Boccac. in tracta. de pactis, par. 1. numero 46. & 47.

331 AMPLIA XXX. vt ſcientes culpabiles, & non reuelantes intra tres dies incurrant pœnas d. extrauag. 1. de ſenten. excomm vt expreſsè ibidem decernitur in §. illos quoque, & ibi Ioann. Monac. in verbo, *& hanc ſententiam,* & in verbo *perferatur,* vbi plura ſimilia adducit iura, quibus ſcientes reuelare tenentur, & benè declarat, quando quis dicatur ſcire, non ſcilicet is, qui ab alio audiuit, ſed qui poteſt probare, vt in cap. plerique 2. quæſt. 7. cum alijs ibi per eum allegatis. Nauar. in conſtitu. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. 22. notab num. 37. vbi huic am

332 pliationi duas affert declarationes. Prima eſt, vt ad hanc reuelationem non teneantur, niſi ſoli exiſtentes in curia: Secunda, vt ante reuelationem debeat præcedere fraterna correctio. Ad quæ vide Virg. Boccac. in tracta. de pactis, par. 1. num. 50. & 51.

333 Vbi contra Iann. Monach. in loco præcitato videtur tenere, quòd quis tenetur reuelare ad hoc, vt effugiat pœnam excommunicationis, etiam quòd delictum ſit occultum, illudq; probari non poſſit, & num. 52. & 53. pariter contra Nauar. in loco præcitato dubitat triduum reuelare debenti conceſſum currere etiam abſq; fraterna correctione & numero 54. declarat, an, & quando quis ſcire dicatur ad effectum, vt reuelare teneatur, & an modica ſcientia ſufficiat, & num. 55. & ſeq. declarat ad quem finẽ, & effectum facienda ſit reuelatio prædicta, & quos operetur effectus, & num. 57. pariter declarat, cui ſufficiat hanc reuelationem fieri.

334 AMPLIA XXXI. Vt ſi quis criminis particeps, & conſcius reuelauerit hoc crimen, & complices, gaudebit impunitate, & ab omnibus prædictis pœnis immunis erit, prout in d. Conſtitutione Gregorij XIII. in fine, ibi, *Illis tamen qui rem adhuc incognitam, complicesq;, ac fautores, & ſocios retexerint impunitas concedatur.* Virg. Boccac. in tract de pact. par. 1. num. 55. in fine, & 56. etiam in fine, & par. 2.

335 num. 13. 50. 53. 54. & 52. ponit, an in caſu de quo agitur ſocius criminis poſſit ferre teſtimonium contra alium ſocium.

336 AMPLIA XXXII. vt pro iuſtitia, & gratia facienda, nec etiam dare, aut recipere licitum ſit munera, & ſic pœnæ prædictæ procedere videntur, etiam quòd aliquid detur, ſeu recipiatur, ſub nomine doni, ſeu muneris, prout videtur de mente Nauar. in Conſtitu. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. num. 4. verſ. Quarto quòd omnia, & ſeqq. verſicu. in notab. 21. nu. 35. verſ. ſecundo, quòd illicitum eſt. Virg. Boccac. in tracta. de pact. pat. 1. numero 32. in fine, & par. 3 num. 89. vbi de muneribus datis, & receptis mala intentione.

337 LIMITA hanc xxxij. ampliationem non procedere in xenijs, ſeu eſculentis, & poculentis, quæ de conſuetudine in Vrbe paucis conſumenda diebus dari ſolent à litigantibus, & iudicibus ordinarijs, ſeu delegatis, prout ſunt Rotæ Auditores, & Referendarij Hãc enim conſuetudinem, vti non contrariam iuri naturali, vel diuino, abſque incurſu pœnarum in dictis conſtitutionibus contentarum valere, dummodo in ſignum gratitudinis, & ex mera liberalitate, non autem ad iudicem corrumpẽdum dentur & dummodo non ſint tàm grandia, vt inſpecta qualitate perſonarum inducant probabile periculum flectendi animum iudicis à recto, benè defendit Nauar. in Conſtitut. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. notab. 21. num. 35. & 36. vbi benè declarat infert, & exemplificat. Ad quæ vide etiam Virg. Boccac. in tract de pactis parte prima, numero 32. & parte. 3. num. 101. vbi extendit hanc declarationem ad omnes alios Vrbis iudices, videlicet Auditorem Cameræ, Gubernatorem, Vicarium Papæ, & Senatorem, qui ſunt Viri Illuſtriſſimi.

338 AMPLIA XXXIII. vt gratia, ſeu iuſtitia ſic obtenta ſit nulla ipſo iure, prout cantant clara verba dictæ extrauag. 1. de ſenten. excomm. in §. Iuſtitiam, & ibi Ioan. Monach in verbo *momenti*, facit generalem concluſionẽ, quòd vitium, vel defectus partis facit gratiam, vel iuſtitiã nullam, & ibi bona iura allegat ad d. concluſionis comprobationem. Nauar. in Conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. poſt num. 38. in 23. notabil. Virg. Boccac. in tract. de pact. parte prima, numero 1. in 4. notab. & numero 68 & ſeqq. vſque ad num. 72. vbi benè exornat hanc ampliationem, & par. 3. num. 102. vbi ampliat etiam in exequutione facta in vim gratiæ, & iuſtitiæ obtentæ, quæ eſt nulla ipſo iure.

339 AMPLIA XXXIV. vt pœnæ prædictæ locum habeant etiam in dante, ſeu promittente aliquid iudici, vt faciat aliquod arbitrarium, ad quod eum non obligat iuſtitia; iuxta l. non quicquid. ff. de iudicijs, prout eſt dare, vel non dare dilationem maiorem, vel minorem, differre, vel anticipare ſententiam, deferre, vel non deferre appellationi, & alia de quibus in propoſito per Nauar. in Conſtitut. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. in 9. notab. numero 17. nec diſſentit Virg. Boccac. in tracta. de pactis, parte 3. num. 95.

340 AMPLIA XXXV. Quia pœnæ impoſitæ in extrauag. Gregorij XIII. videntur etiam ſubeundæ in foro conſcientiæ, ſecundum Nauar. in Conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. nu. 18. in fine, in 25. notab vbi tantum loquitur in pœna nullitatis obtentæ gratiæ, ſeu iuſtitiæ, ſed generaliter quid in alijs pœnis, vide ibidem per Nauar. num. 44. notab. 31. vbi concludit, quòd pœna excommunicationis, reſtitutionis, & nullitatis obtentorum, debetur etiam in foro conſcientiæ, ſecus autem aliæ quinque pœnæ, videlicet priuatio à beneficio Eccleſiaſtico, ſæculari, perpetuo, vel temporali, priuatio ab officijs, infamię incurſus, inhabilitas ad prędicta beneficia, & officia, & pęna extraordinaria.

341 AMPLIA XXXVI. Vt hęc Bonifacij Conſtit. renouata à Gregorio XIII. locum habeat in facietibus pactum de quota litis, ſaltem quoad pœnam excommunicationis, reſtitutionis acceptorum, & nullitatis obtentę ſententię

tentiæ, secundum Virg.Boccac.in tracta de pactis, par. 1. num.75.& latius par.3.num. 64. & seqq. vsque ad num. 74. vbi proponit contraria, & illis respondet, sed contrarium resoluisse videtur Rota coram . . . . . in Auximana bonorum 8. Iunij 1588. & fuit eadem causa in qua Virg.Boccac.ea,quæ supra retuli, sic latè scripsit, & comprobauit.

342 LIMITA I. huius xiij. articuli propositam regulã, vt pœnæ contentæ in d.extrauag.1.de senten. excommun. & in constitut.Gregor.XIII procedant in gratia,seu iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, vt patet ibi in fine principij, *apud Sedem Apostolicam, &c.* ergo secus, si quid detur,aut promittatur pro obtinenda gratia, vel iustitia ab aliquo alio Principe,Magistratu,seu persona.Nauar.in Constitut.Gregorij XIII. de dat.& promiss.num. 29. in 18. notab. vbi benè declarat, quando quis dicatur gratiam, seu iustitiam obtinere apud sedem Apostolicam, & ibidem in versic.ex quibus infertur, Primo, &c. Infert ad Gubernatorem Vrbis, vel Burgi, ad Iudices Capitolij, vel eorum delegatos, & in versic. secundo quòd infert ad delegatos Auenionis,Anconæ, vel aliarum terrarum Sedi Apostolicæ subiectarum, & in versic. Tertio, quòd infert ad Pœnitentiarium, Vicarium, Auditores Rotæ Auditorem Cameræ, aut alios quoscumque ministros Papæ, vel Sedis Apostolicæ. Ad quæ vide Virg. Boccac.in tract. de pact.parte prima, numero 45.& 48 vbi bene declarat, quando iniustitia,seu gratia dicatur obtineri apud Sedem Apostolicam,dicitque se credere constitutiones prędictas verificari in omnibus causis delegatis à Papa, iudicibusque Romanæ Curiæ, siue sint Auditores Rotæ, siue Auditor Cameræ, aut alter iudex ordinarius Vrbis, vel Referendarius, vel Clericus Cameræ, vel Prælatus, & siue causa sit spiritualis, siue profana, siue criminalis, & fine etiam mixta,& parte tertia,numero 97. & 98. Vbi contra Nauar.in loco præcitato dicit posse teneri, quòd constitutiones Bonifacij, & Gregorij prædictæ habeant locum etiam in omnibus iudicibus Apostolicis, Legatis, videlicet,& Vicelegatis,Gubernatoribus,& alijs officialibus status Ecclesiastici, habentibus iurisdictionem ciuilem, & criminalem. Quamuis enim, vt ipse inquit,constitutiones prædictæ sint pœnales, sunt tamen reputandæ fauorabiles,eo quia præcludunt viam peccatis, cap.1. & ibi Archid. Turrecrem. Dominic. & Præpos. distin.4.& propterea forsan extendendæ ad omnes iudices prædictos status Ecclesiastici, ac etiam ad Nũcios per orbem delegatos, sed hoc, vt metu pœnæ non audeant talia committere, vt ibi per eum.

343 SVBLIMITANDO I. hanc primã limitationem vide Bullam S.D.N.Clementis VIII.de bono regimine cõmunicatam de anno 1592.die 15.Augusti prope finem Bullæ,vbi constitutiones Bonifacij VIII.& Gregorij XIII.extendit etiam ad promissa data, & recepta pro obtinenda gratia nedum apud Sedem Apostolicam, sed & in quocũque tribunali,aut iudicio etiam sæculari, & tàm in Curia Romana,quàm extra in quacumq; prouincia,ciuitate,aut loco status Ecclesiastici.

344 SVBLIMITA II. eandem primam limitationem, quia licèt recipientes pecuniam, & alia munera pro obtinenda gratia, vel iustitia nõ apud Sedem Apostolicam,sed apud alios Principes sæculares,Magistratus, ac Superiores apud quos fauoribus,& amicitia se plurimum pollere profitentur non incurrant pœnas prædictas, non tamen ab alijs pœnis immunes sunt, quasi quòd id ipsis iure permittatur,quòd enim hæc facere sit improbatum, pluribus demonstrat Nauar. in d. constitut. Gregorij XIII. notab.32.

345 numero 45.& omnibus seqq. Vbi quæstionem hanc in tria capita distinguit. Primum, quando quis recipit pecunias pro obtinenda aliqua gratia circa spiritualia, vt puta beneficia, & tunc ex hoc simoniam committi indubitanter affirmat.Et propterea is sic recipiens non solum incurrit censuras iure canonum simoniacis inflictas, sed etiam

346 tenetur ad restitutionem fructuum. Secundum quando quis recipit pecuniam pro aliqua gratia non in spiritualibus, sed in temporalibus non tamen iure vendibilibus, prout sunt officia,iurisdictiones,magistratus,& ijs similia. Et tunc nec isto casu pecuniarum receptores, & tales gratiarum procurantes pecunia, non trãsire sine peccati labe,

347 pluribus contendit,& affirmat. Tertium,quando quis recipit pecunias ad procurandum gratias pro aliquo temporali,quòd vendibile,æstimabile, & locabile sit. Et hoc vltimo casu licitam esse pecuniarum receptionem benè etiam demonstrat. Quare in occurrenti casu ad Nauar.in loco præcitato te remitto,quia singula præmissa distinctionis capita benè comprobat, exemplificat, infert,ampliat, & declarat.

348 LIMITA II. easdem extrauagantes non habere locum,si quid detur, aut recipiatur post obtentam gratiam, vel iustitiam; sic enim ponderando illud verbum *obtinenda*, colligi videtur sumpto argumento à contrario sensu, ergo secus in obtenta ex contex. in d. extrauag. 1. de senten.excommun.in fine principij, & ibi Ioann.Monach.in verbo *sub generalibus*, ante finem, versic.sed nunquid, vbi loquitur,quando nulla præcessit promissio, & respondet textui in cap.eos, in fin.1.q.1. pluribus hanc limitationem comprobat,& respondet contrarijs.Nauar.in constit.Gregorij XIII.de dat.& promiss. in 21.notab.nume.31.versic. quinto dico,& seqq. Vbi ampliat tàm in dante, quàm in recipiente, respondet contrarijs, & benè hanc limitationem declarat dicto num. 31. in fin.vers.quòd tamen videtur limitandum,declarationem ibi videas,& num.32 vbi, quòd etiam per dationem,seu receptionem pecuniæ in spiritualibus post obtentam gratiam, quamuis de se illicitam minimè incurruntur pœnæ illius constitutionis, & generalem facit conclusionem, quòd omnes dationes, & receptiones post obtentam gratiam, seu iustitiam apud Sedem Apostolicam (licèt de se illicitæ,& reprobatæ) non faciunt incurrere pœnas prædictæ constitutionis, eo quia loquitur de datis, & receptis pro obtinenda graria, & iustitia, non autem post gratiam, & iustitiam obtentam. Adde pro hac eadem limitatione Virg. Boccac. in tracta. de pact. par.3.num.78.Vbi declarat dummodo ea,quę dantur post obtentam gratiam, vel iustitiam sint moderata, aliàs secus.

349 LIMITA III. in pecunia data,seu promissa ad redimendam vexationem, quam quis patitur super iure iam quæsito;tunc enim talis actio non est, nec à iure naturali, nec à diuino prohibita, quando bona fide, & iusta credulitate datur,aut promittitur,& propterea cessant pœnæ in constitutionibus prædictis appositæ, secundum Nauar.in constit.Gregorij XIII.de dat.& promiss.in 9.notab. num.16.in versic. Pactio verò facta ob quartam causam. Virg.Boccac.in tracta.de pactis, par.3 num.71. & seq.vbi benè declarat,quando quid dicatur datum,seu promissum bona fide, & nu. 96. Vbi simpliciter videtur tenere contra hanc limitationem.

350 LIMITA IV. quando quis cum iudice pacisceretur,aliquidue ipsi daret,aut promitteret, vt citius causam expediret, quam aliàs faceret sine tamen alcuius præiudicio,& cum vera animi sinceritate, vt non ad alium effectum,nec ad iudicem corrumpendum sic dederit,aut pro miserit: Tunc enim pactionem hanc iuræ naturæ non esse prohibitam, nec in foro fori, nec in foro poli probat Nauar.in constit.Greg.XIII.in 9.notab.nu.6.vers.Pactio vero facta ob causam secundam. vbi propterea infert isto casu non succedere pœnas d.constitutionis,nisi agatur de causa spirituali.

351 LIMITA V. quando pecunia daretur, & reciperetur non pro iustitia obtinenda,sed pro ea differenda, aut auferenda, secundum Ioann. Monach. in d.extrauag.1.de senten.excommun.in verbo *sub generalibus*,post med.vers. vnde dato,duplici motus ratione.Primò,quia lex loquens in vno casu non trahitur ad alium l.commodissime. ff.de liber.& posthum.cap. susceptum de rescript.in 6. secundo quia pœnalis constitutio extendenda non est cap. pœnæ distinct. 1.

352 Contrarium, quòd immò & isto casu incurrantur pœnæ prædictæ defendit Nauar. in constitut. Gregorij XIII. de dat.& promiss. in 9. notab.numero 19.& hanc contra-

riam

riam Nauar. opinionem tenet etiam Virg. Boccac. in tract. de pactis, par. 3. num. 77.

353 LIMITA VI. quia ad hoc, vt habeat locum pœna excommunicationis, de qua in d. extrauag. 1. de ſenten. excomm. requiritur aliquod verbum, vel pactum. Vnde ſecus ſi vnus in mente reſolueret ſe daturum, & alter recepturum, vel alter tantum daturum, & alter pariter tantum recepturum. Tunc enim ex hac ſola cogitatione pœna nō incurritur, ſecundum Ioann. Monach. in d. extrauag. 1. de ſenten. excommun. in verbo *ſub generalibus*, in fin. faciunt ſcripta per Nauar. in conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. in 8. notab. num. 14. vbi probat cogitationis pœnam neminem mereri debere l. cogitationis. ff. de pœnis, cum alijs ibi per eum allegatis, ſequitur Nauar. in conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. in 11. notab. nu. 23. in fin. verſic. non tamen ſufficeret. Adde pro hac eadem limitatione Virg. Boccac. in tract. de pactis, par. 3. num. 79.

354 LIMITA VII. in Aduocato, Procuratore, & tabellione, quibus ſi aliquid detur pro ſalario, & mercede, ſeu etiam à prædictis petatur non intrat pœna d. extrauag. 1. de ſenten. excomm. ſecundum Io. Monach. ibi in verbo *ſub generalibus*, ante med. in verſ. ſed nunquid Aduocatus. Ratio enim d. extrauagantis non refertur ad perſonas iuſtè, & ſecundum ius ſalaria recipientes, Auth. principales. C. de iuram. calumniæ, cum alijs ibi allegatis per eum, qui & hanc limitationem ampliat etiam, quòd tabellio plus debito acciperet, adhuc tamen non teneretur pœna d. extrauag. 1. quia non recipit pro iuſtitia, ſeu gratia conſequenda, prout requiritur in eadem extrauag. Nauar. in conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. in 15. notab. nu. 26. & notab. 21. num. 34. Vbi declarat hanc limitationem non procedere, quando aliquid daretur Aduocato, vt tanquam amicus iudicis, & multum apud eum valens amore, vel precibus flecteret eum ad ferendam pro eo ſententiam. Tunc enim verè illud plus principaliter datur potius pro conſequenda iuſtitia, & ſententia, quàm pro ſalario, licèt ſub palliato, & ſimulato ſalarij nomine ſoluatur ea propter pœnas prædictas ſaltem in foro interiori, tunc incurri benè declarat Nauar. in loco præcitato, & notab. 27. nume. 40.

355

356 Vbi de ſolicitatore, ſeu alio, cui pro mercede, ſalario, vel honorario laboris, induſtriæ, & ſolicitudinis aliquid promittitur, datur, vel recipitur, etiam quòd paulo plus iuſto in ſignum gratitudinis detur adhuc enim, nec propterea iſto caſu incurruntur pœnæ dictarum extrauagantium, ſed quid ſi huic ſolicitatori detur ſalarium, vel honorarium exceſſiuum. Virg. Boccac. in tract. de pact. par. 3. num. 63. Vbi refert, & ſequitur dicta per Ioann. Monach. & Nauar. in locis præcitatis.

357 LIMITA VIII. vt pœnæ prædictæ non incurrantur, quando aliquid datur, vel recipitur ſine dolo, & malo animo, ſic enim ſuaderi videtur ex illo verbo *Audentes*, in conſtitutione Gregorij XIII appoſitum, quod de ſui natura dolum ſignificat, prout dixi ſupra in tit. de pœnis temperan. quæſt. 87. num. 32. ſine autem dolo excommunicationis pœna non incurritur in tantum, quòd nec ſufficit lata culpa, ſecundum Bald. in l. data opera, num. 4. verſic. item ſi propter latam culpam quis non excommunicatur. C. de his, qui accuſ. non poſſ. Bero. in cap. 2. num. 32. in fin. de conſtit. Summa Ang. in verbo *excommunicatio*, il 5. nu. 14. Silueſtrin. in eodem verbo *excommunicatio*, il 6. num. 2. & 6. in caſu, verſic. intellige etiam. Nauar. conſ. 30. num. 2. par. 2. tit. de ſenten. excommun. Vbi amplius, quòd ab iſto dolo quęlibet cauſa etiam iniuſta excuſat, & in ſpecie propoſitam limitationem ponderando dictum verbum *audentes*, in dicta conſtitutione appoſitum benè comprobat idē Nauar. in conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. notab. 23. poſt num. 38. Virg. Boccac. in tract. de pactis, par. 2. nu. 19. & 20. Vbi benè in propoſito ponderat, & declarat verbum *Audentes*, in dicta conſtitutione Gregorij XIII. appoſitum.

358 LIMITA IX. in ſportulis, ſeu propinis à conſuetudine taxatis, & approbatis, quas propterea poſſe poſt latam ſententiam iudicibus dari, & ab illis recipi abſque incurſu pœnarum prædictarum, voluit Nauar. in conſtitut. Greg. XIII. de dat. & promiſſ. ſub num. 4. & 5. verſic. ſexto, quòd conſuetudine, iuncto verſic. ad ſextum reſpondeo, & nu. 32. Vbi quid ſi deponantur propinæ maiores, quam debitæ illæque dentur, aut recipiantur, & ad materiam huius ampliationis vide ſcripta per Virg. Boccac. in tract. de pactis, par. 3. num. 76.

359 LIMITA X. quia conſtitutiones prædictæ Bonifacij, & Gregorij interpretationem recipiunt ab antiquo iure naturali, diuino, vel humano, & propterea comprehenduntur, & extenduntur ad oēs illas actiones dictis iuribus prohibitas in hac gratiæ, ſeu iuſtitiæ conceſſione ante earum promulgationem, prout pariter, & è contra extenduntur ad illas actiones, quæ prius iure naturali, diuino, vel humano improbatæ non erant, & ſic ab antiquo iure extenſionem, & limitationem recipiūt, ſecundum Nauar. in conſtit. Gregorij XIII. de dat. & promiſſ. num. 7.

ARGVMENTVM.

Iudex, qui non pecunia corruptus, ſed aliàs dolo, & per ſordes iniuſtitiam facit, quomodo puniatur, ad quid teneatur, tàm criminaliter, quàm ciuiliter, ex quibus, & quando in iudice præſumatur potius dolus, quàm imperitia.

SVMMARIVM.

Iudex, qui per ſordes iudicat dolo iudicare dicitur, nu. 360.
Sordes, quæ dicantur, quandouè iudex per ſordes iudicare dicatur, num. 361.
Iudex dolo iudicans, & iniuſtitiam faciens, non ſolum tenetur ad intereſſe, & facit litem ſuam, ſed etiam tenetur ad totius litis æſtimationem ſic inſolidum, num. 362. Declara hoc nō procedere in beneficialibus, nu. 363. Quid ſit iſto caſu teneri ad litis æſtimationem, num. 364.
Iudex, qui per ſordes malè iudicauit facit litem ſuam, immò tenetur in ſolidum, & ad æſtimationem litis, num. 365.
Iudex, qui malè iudicauit dolo non ſolum tenetur ad intereſſe, ſed etiā ſi iudici videbitur poterit vltra intereſſe condemnari, num. 366. Vbi etiàm an teneatur actione iniuriarum.
Iudex malè iudicans dolo criminaliter punitur, nu. 367. videlicet extra ordinem & arbitrio iudicis, nu. 368. Declara, vt num. 369. Vbi diſtinguitur inter dolum commiſſum in cauſa ciuili, & in cauſa criminali.
Iudex, qui dolo, aut per ſordes iniuſtam protulit ſententiam incurrit pœnam infamiæ, nu. 370. & ſeq.
Iudex, qui dolo malè iudicauit tenetur pœna falſi, nu 372.
Iudex propter iniuſtam ab eo prolatam ſententiam condemnatur parti ad intereſſe, ſi non habet in bonis ex quibus poſſit dictum intereſſe ſoluere, An verò ſolum carcerari, & de materia, num. 373 & ſeqq.
Iudex, ſeu magiſtratus aliquid iniuſtè ſtatuens tenetur ex edicto, quod quiſque iuris, num. 376.
Iuratur in litem contra iudicem, qui dolo iniuſtitiam facit, num. 377. Secus ſi per negligentiam, nu. 378.
Iudex, qui dolo aliquem ad mortem condemnauit, & tradidit, tenetur & ipſe pœna mortis, nu. 379. Secus ſi per imperitiam, quia tunc mitiori pœna punitur, num. 380.
Dolus in iudice regulariter non præſumitur, nu. 381.
Dolus iudicis probandus eſt non præſumptiuè, ſed euidenter, & concludenter, num. 382. Declara ſi criminaliter agitur, ſecus ſi ciuiliter, num. 383.
Iudex non dolo, ſed per imperitiam in dubio malè iudicaſſe præſumitur, num. 384.
Dolus in iudice, & non imperitia præſumitur, quando ipſe iudex reputabatur peritus, nu. 385. Idem, quando enormiter partem læſit, nu. 386. Idem ex notoria iniuſtitia, num. 387. Licèt alij contra, num. 388. Idem ex capitali inimicitia, nu. 389. Idem ſi proceſſit de facto, & ſine cognitione cauſæ, num. 390. Idem ſi denegauit audientiam, num. 391. Idem ex qualitate perſonæ iudicis, nu. 392. Idem ex qualitate facti, num. 393. Idem ſi non fecit id, quod

quòd ratione sui officij facere debebat, nu. 394. Idem si iudex dixisset se velle iudicare odio, vel amicitia, num. 395.

QVÆST. CXI. ARTIC. XIV.

360 VIDIMVS hucusque de iudice, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, videamus modo de iudice, qui non accepta pecunia, sed aliàs dolo, & per sordes iniustè agit. Qui enim per sordes iudicat per dolũ iudicare dicitur, tex. in l. si filius, in fin. ff. de iudic. vbi expressè dicitur, quod dolo malo iudicare vt is, in quo arguitur, vel inimicitia, vel sordes, & ibi Bal. col. 2. in princ. versic. item nota. Anchar. Regien. q. 4. nu. 16. vers. Aut dolo malo. Nauar. de dat & promiss. nu. 4. in 3. notab. Vbi magistraliter docet sordes esse prohibitas etiam de iure diuino, & naturali.

361 Per sordes autem iudicare dicitur, quando quis ad iudicandum mouetur, vel ex pretio, seu premio, vel ex prece, seu gratia, vel ex odio, seu inimicitia, vel ex timore, Tex. in l. si filius. in fin. ff. de iudicijs, & in cap. 1. de re iudic. in 6. & ibi glo. in verbo *odium*, & in verbo *non euertat*, & in verbo *in iudicio*, videlicet in addit. Hostien num. 7. & 13. Anton. Rondinell. de sindic. num. 42. Franc. Marc. decis. 686. nu. 2. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 33. num. 3. & seqq. Vbi pluribus demonstrat sordes appellari corruptiones pecuniæ. Virg. Boccac. in tracta. de pact. par. 3. num. 80. & seqq. vbi post alios antiquiores benè declarat omnes modos, quibus sordes committuntur, videlicet, odio, fauore, timore, & præmio.

362 REGVLA sit, quòd iudex malè iudicans non ex imperitia, sed dolo, non solum tenetur ad interesse, & facit litem suam, sed etiam tenetur ad totius litis æstimationem, & sic insolidum secundum glos. in l. fina. in verbo *de ea re*, versic. sed vbi dolo. ff. de var. & extraord. cognit. Alex in addit. ad Bar. ibi litera A, in princ. versic sed contra, & litera F, post med. vers. sed si dolo. Aret. in § 1 num. 2. versic. nota, quòd iudex facit litem suam, institu. de oblig. quæ ex qua. delict. nascun. & num. 7. ad finem, versic. aut dolo. Alciat. in l. si quis in conscribendo, num. 31. in princ. C. de pact. Bald. in l. mancipia, num. 2. C. de seru. fug. Alex. in l. Argentarius. §. cum autem, num 9 versi. & satis. ff. de eden. & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num. 16. versic. & aduertite, & Fulgos. num. 2. Et pro hac conclusione est tex. expressus in l. si filius. §. iudex. ff. de iudic. qui tex. licèt loquatur in iudice filio familias, extenditur tamen communiter ad omnes alios iudices, vt ibi per glos. Bar. Bal. Alber. Odofred. Ang. Iacobin. de Sancto Georg. Fulgos. & Paul. de Castr. Idem Ang. in l. 4 §. in eum, num. 1 versic. si autem redarguitur de dolo. ff. de damn. infect. & ibi etiam Roman. num. 7. vers. secundo facit. Imol. num. 49. versic. sed si dolo iudicauit Paul. de Castr. num. 2. versic. si autem per dolum. C. de pœn. iudic. qui mal. iudicauit. Cataldin in tract. sindic. num. 68. q. 122. & num. 69. q. 114 Paris de Put. de sindic. in verbo *iudex malè iudicans*, cap. 1. num. 13. & in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 15. in princ. versic. & idem si iudex, & cap 2. num. 9. ante finem, versi. secundo, quando dolo pronunciat, & c. 4. num. 1. versic. sed si dolo. Anton. Rondinell. de sindic. num. 40. & seq. vers. si verò, & num. 45. in fine Roman. sing. 162. nu. 2. Anton. Maria Corat. in tract. de communi opinione, tit. 12. sub num 45. Boss. in tit. de offic. corrupto, num. 11. & 22. ad finem, vers. & aduerte. Anchar. Regien. q. 4. num. 16 versic. Aut dolo malo, par. 2.

363 Contard. de moment. possess. limit. 11. nu. 3. & 18. Vbi hoc limitat non procedere in causis beneficialibus, eo quia in illis non cadit vera litis æstimatio, nisi ratione expẽsarum. Ideò tunc iudex punitur plus, & minus arbitrio iudicantis secundum Bal. quem allegat in cap. dilectus filius, num. 8. de rescriptis. Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 41. nu. 15. & 17.

364 Verum ad hęc vide Alciat. in d. l. si quis in conscribendo eod. nu. 31. vers. ego siue dolo. C. de pactis. Vbi quamuis dixerit iudicem malè iudicantem propter dolum teneri ad totius litis æstimationem, hanc tamen æstimationem litis non credit aliud esse, quam illati damni æstimationem.

365 Sic & iudex, qui per sordes malè iudicauit non solum facit litem suam, sed etiam tenetur insolidum ad totale interesse, & ad totius litis ęstimationem, secundum Alciat. in l. si quis in conscribendo, num. 31. in prin. C. de pact. & est tex. in l. fin. C. de pęn. iudic. qui malè iudic. Vbi ad effectum vt iudex teneatur non solum ad damna, & interesse, sed etiam æstimationem litis, æquiparat corruptionem pretij, & corruptionem gratiæ. Et hæc eadem æquiparatio ad eundem effectum reperitur de iure canonico in cap. 1. de re iudic. in 6. & ibi communiter notant omnes Doctores, quos retuli supra num. 37. Anton. Rondinell. de sindic. sub num. 40. & seq.

366 AMPLIA I. quia iudex, qui malè iudicauit dolo, non solum tenetur parti ad interesse insolidum, sed etiam si iudici videbitur poterit vltra interesse condemnari, sm Alex. in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera A, post principium, versic. si autem iudex est in dolo. Vbi amplius, quòd isto casu datur actio iniuriarum ciuiliter tantum, quod & idem ante eum voluit Bal. in c. 1. §. iudices, nu. 1. ante finem, vers. si autem iudex est in dolo de pace iuram. firman. Paris de Put. de sind. in verbo *iudex malè iudicans*, c. 1. num. 9. vers. & si iudex Contard. de momentan. possess. limit. 11. num. 4.

367 AMPLIA II. quia iudex malè iudicans dolo criminaliter punitur, secundum Salyc. in l. fin. col. 1. vers. quæro nunc cum glos. C. de pœn. iud. qui mal. iudicauit. Bal. in c. 1. §. iudices, num. 1. in fin. de pac. iuramen. firman. & facit, quia sicut post Bald. in l. fin. C. eod. scripsit Barbat. in cons. 12. num. 6. lib. 4. Iudex, qui inique, & iniustè iudicat delinquit contra Deum, contra Rempublicam, & contra partem litigantem.

368 Ista autem criminalis pœna videtur esse arbitraria, & extra ordinem, per ea, quæ de iudice per imperitiam malè iudicante dicam infra num. 445. & in specie habemus glo. in l. 1. in verbo *pronunciasse*, versic. & si sine pecunia. C. ad l. Iul. maiestat. Vbi generaliter dixit, quod iudex sine pecunia iudicans contra legem tenetur crimine stellionatus, & est de mente Bar. in q. 9. incipiente, iudex per imperitiam, num. 18. in fine, dum dixit, quòd si iudex per dolum malè iudicauit tenetur in quantum religioni iudicantis videbitur, de quibus in l. fina. ff. de var. & extraord cogni. & instit. de oblig. quæ ex quas delict. nascun. in princ. declarat referri ad meram pœnam, quando iudex dolo malè iudicauit, quòd iudicio meo idem est ac si diceretur puniri pęna arbitraria. Boer. decis. 153. num. 3. Vbi loquitur in causa criminali.

369 Ad quæ vide Boss. in tit. de offic. corrupto, nu. 12. Vbi, quod quando in iudice interuenit dolus, tunc ipse tenetur ex maleficio, & etiam criminaliter punitur, quando causa est criminalis, si verò dolum committit in causa ciuili, & tũc non videtur incurrere aliam pęnam, nisi pœnam infamię, de qua in specie dicam infra nu. 370. & hanc infamiæ pœnam maximam ibi existimat Boss. quia in futurum non poterit amplius esse nec testis, nec iudex, nec aliquam habere dignitatem, subdit tamen, quòd posset iudex ita contemnere legem, vt etiam in causa ciuili teneretur pœna falsi, de qua etiam dicam infra, num. 372.

370 AMPLIA IIII. quia iudex, qui dolo iniustam protulit sententiam est infamis ad ea, quæ dixi supra numero 31. Quibus addo gloss. in l. fina. in verbo *de ea re*, ff. de var. & extraord. cognit. glos. in § primo, in verbo litem suam, versicu. Nam si dolo, Institut. de obligat. quæ ex qua delict. nascun. Et ibi etiam Nicas. numero 5. Alciat. in l. si quis in conscribendo, numero 31. in fine, in vltimis verbis. C. de pactis. Roman. in l. 4 §. in eum, numero 7. versic. secundo facit. ff. de damn. infect. Anton. Rondinell. de sindic. sub num. 41. ad med. Pract. Corrad. rubr. de senten. numero 34 in princip. colum. 192. Boss. in tit. de offic. corrupto, num. 11. & faciunt pro hac ampliatione, quæ dixi supra num. 31.

371 Sic & iudex, qui per sordes malè iudicauit infamis est, secundum Nicas. in §. 1. nu. 5. Institu. de oblig. quæ ex quas delict. nascun. glo. in l. fin. in verbo *æstimationis*, in fin. C. de pœn. iudic. qui mal. iudicauit. Anto. Rondin. de sindic. sub num. 41. ad med.

372 AMPLIA IIII. vt iudex, qui dolo malè iudicat, teneatur pœna falſi ad ea, quæ generaliter dixi ſupra nu. 18. vbi in ſpecie, quando malè iudicat pecunia corruptus, ſed generaliter, quando p dolum malè iudicat. Aret. in §. 1. nu. 6. inſtit. de oblig. quæ ex qua delict. naſcun. glo. in l. 1. in verbo *pronunciaſſe*, in fine. C. ad l. Iul. maieſtat. Anto. Rondin. de ſindic. nu. 41. ante finem. Pract. Corrad. rubr. de ſenten. nu. 34. fol. mihi 192. col. 2. in fine. Boſſ. in titu. de offic. corrupto, nu. 13. Vbi declarat, quando hæc pœna falſi in iudice locum habeat.

373 AMPLIA V. vt iudex ob iniuſtam ab eo prolatam ſententiam condemnatus parti ad intereſſe, ſi non habet in bonis luat in corpore, licèt de conſuetudine ſolum ponatur in carcere, ſecundum Alex. in addit. ad Bat. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera A, verſ. & ibi ſubdit, &c. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. filiusfamilias, num. 5. ff. de iudic. Bal. in c. 1. §. iudices, num. 2. & ibi in addit. litera B, de pact. iuram. firman. Amad. de ſind. nu. 151. & 160. Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 11. num. 4. Vbi poſt Afflict. quem allegat, dixit iudices, qui propter paupertatem non poſſunt ſoluere pœnam pecuniariam fuſtigandos eſſe in corpore.

374 LIMITA hanc quintam ampliationem procedere, quando iudex dolo iniuſtè iudicat, & per ſordes, ſecus ſi per imperitiam; quia tunc non ſolum debet luere in corpus, ſed nec etiam debet carcerari, ſecundum alios Adden. ad eundem Bar. in d. l. ſi filius. ff. de iudic. ex Bal. quem allegat. in l. pignus. C. de pignorat. actione, & hoc ea ratione, quia quando iudex per imperitiam malè iudicat, non tenetur, niſi in quantum facere poteſt, prout dixi infra num. 561. Quod & idem voluit Alexan. in l. 4. §. in eum, num. 8. ff. de damn. infect. Bald. in rubr. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit, nume. 5. Vbi expreſsè dixit, quòd numquam iudex debet luere in corpus, niſi propter dolum, & ſi remanet condemnatus, tamen exequutio non fit propter inopiam. Et hoc dicit notandum Paris de Put. de ſindica. in verbo *Iudex malè iudicans*, cap. 1. nume. 12. & in verbo *negligentia*, cap. 1. nu. 19. verſ. & ſi non ſint ſoluendo. Boſſ. in tit. de offic. corrupto, num. 23. Contard. de momentan. poſſeſſ. in 11. limitat. num. 17. in fine, verſic. ſed ſi per imperitiam.

375 Quamuis contrarium, quòd etiam iudex ſi per imperitiam malè iudicauit, ſi non habet in bonis pro ſatisfaciendo intereſſe parti læſę debeat luere in corpore, ſuadetur ex eo, quòd ſic per imperitiam malè iudicando tenetur ex quaſi maleficio, prout dixi infra num. 561. Is autem, qui ex quaſi maleficio tenetur ad intereſſe, licèt alio modo criminaliter non puniatur, luit tamen in corpus ſi in bonis non habeat, ſecundum eundem Bal. in dicta rubr. C. de pœn. iudic. qui mal. iudica. nu. 16. verſic. nota quem ex quaſi maleficio, &c.

376 AMPLIA VI. quia iudex, ſeu magiſtratus aliquid iniuſtè ſtatuens, ſi caſus eueniat, quòd ipſe ſit in pari cauſa pati debet contra ſe id, quòd contra alium aliàs decreuit, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis ſi dolo ſic egerit, tex. eſt in l. 1. §. qui magiſtratum, & per totum. ff. quòd quiſque iuris. Vbi Doctores plenè examinant materiam, quæ cum videatur non cõuenire cum materia, quam nos tractamus, quando ſcilicet, & quomodo puniatur iudex in ſindicatu malè iudicans etiam non expectato caſu, quod idem iudex ſit in pari cauſa. Idcirco de eo adnotat. ibi per Docto. lectorem remitto.

377 AMPLIA VII. Quia etiam iuratur in litem contra iudicem, qui dolo malè iudicauit, & iniuſtitiam fecit, ſecundum Alex. in addit. ad Bar. in l fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera B, ad finem, verſic. an autem contra iudicantem. Vbi remiſſiuè. Ang. l 4 §. in eum, num. 1. verſic. ſi autem redarguitur de dolo. ff. de dam. infect. Et ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 2. verſic. in hoc tamen eſt differentia. Cuman. num. 1. verſic. ex quo nota. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, c. 4. nu. 2. Boſſ. in tit. de offic. corrupto, poſt num. 15.

378 Quòd intellige, qñ iudex eſt in dolo, prout loquuntur præcitati Doctores, ſecus quando non in dolo, ſed in ſola negligentia eſſet, quia tunc contra ipſum non iuratur in litem, ſecundum glo. in l. 4. §. in eum, in verbo *ad quantitatem*, & in verbo *non ad pœnam*, ff. de damn. infect. & ibi etiã hoc notatur per Ang. ante nu. 1. verſ. in glo. quantitatem, & d. nu. 1. in fine, vbi quòd eſt regula generalis, quòd contra negligentes non defertur iuramentum in litem. Paul. de Caſtr. nu. 2. verſ. ſecundo caſu non. Cuman. nu. 1. verſ. ex quo nota, & Alex. num. 10.

379 AMPLIA VIII. quia ſi iudex dolo aliquem ad mortem condemnauit, & tradidit tenetur pœna legis Corneliæ de ſicarijs ſecundum Ioan. Fabr. in §. 1. num. 2. verſic. ſi tamen per dolum. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcun. Alber. in l. 2. num. 2. in fine, & 3. ff. quòd quiſque iuris. Bal. in rubr. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. numero 6. vbi, quòd iudex, qui de facto fecit aliquem ſuſpendi, punitur per ſimilitudinem ſupplicij, & ibi etiam Salyc. in l. fina. numero 4. verſic. ſexto an iudex. C. eod. Amad. de ſindica. numero 149. in fin. Paris de Put. de ſindic. in verbo *iudex malè iudicans*, cap. 1. num. 11. verſ. iudex, qui aliquem. Anton. Rondinell. de ſindic. numero 208. & 225. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. § fina. numero 4. verſic. ſecundò verò caſu, & num. 11. in fine, & ſeq. Boer. deciſ. 153. num. 8. vbi tamen num. 9. arbitrio ſuperioris hoc remittere videtur, vt minorem etiam poſſit pœnam infligere (quod vtique erit intelligendum ſi id per imperitiam fecerit, prout mox dicam aliter) Boſſ. in tit. de offic. corrupto, num. 11. in fin. verſ. dic. vbi & nu. 12. verſ. ad hoc etiam. Vbi ampliat etiam, quòd non interuenerit barattaria. Corrad in pract. tit. de ſentent. diffinit. crimin. num. 6. verſ. debet etiam iudex. Et ad materiam vide, quæ dixi in ſimili ſuper hac eadem quæſt. num. 31. & ſeqq. & infra num. 528.

380 LIMITA hanc octauam Ampliationem procedere in iudice, qui per imperitiam aliquem ad mortem condemnauit, & condemnationem exequutus eſt. Is enim punitur arbitrio iudicis, non autem eadem pœna mortis, ſecundum Ioan. Fabr. in §. 1. numero 2. verſic. quòd ſi condemnauit hominem ad mortem. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcun. Alber. in l. 2. num. 2. in fine, & 3. ff. quòd quiſque iuris, vbi, quòd ſi Poteſtas centum homines decapitaret contra ius, non debet ipſe decapitari, niſi dolus probaretur. Et ꝙ propterea malè fecerunt Cremonenſes, qui non probato dolo ex hoc fecerunt decapitare vnum ſuum Poteſtatem. Nec diſſentit ibidem Iaſ. num. 1. verſ. limita primo, ſequitur ibidem Dec. num. 7. in 6. notab. & Bolognet. numero 20. Vbi benè explicat, & comprobat hanc concluſionem. Cyrill. in ſumm. crimin. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. §. fina. numero 1. Boer. deciſ. 153. num. 12. Petr. à Plac. in epith. delictor. cap. 26. num. 2. Vbi huic iudici ex quo aſſumendo officium iudicandi ſe peritum profeſſus eſt pœnam corporis afflictiuam infligendam cenſuit, quod & ante eum voluit Anton. Gomez. delict. cap. 3. rub. de homicidio, numero 16. verſicu. ſecundus caſus eſt. Menoch. de arbitrar. quæſtio. libro ſecundo, caſ. 339. num. 3. in fine, vide tamen ad materiam huius limitationis, quæ dixi ſupra q. 87. nu. 45. & hac eadem quæſt. nu. 529. & ſeq.

381 LIMITA vnico modo huius xiiij. articuli propoſitam regulam, vt in iudice non præſumatur dolus, & propterea, qui dicit iudicem dolo aliquid egiſſe probare debet: ſic enim colligitur ex tex. in l. ſi filius in §. iudex, verſ. dolo autem malo. ff. de iudi. & ibi notat Iacobin. de Sanct. Georg. num. 7. allegat text. quem dicit pulchrum in l. 2. ibi *quòd non arbitramur*. C. de offic. ciuilis iudic. & in cap. ſicut extr. de te iudic. in c. præſentia de renunciat. Paris de Put. de ſindic. in verbo *iudex malè iudicans*, nu. 10. Claud. in addit. ad Bertazz. conſ. 81. litera B.

382 Et ad iudicis dolum probandum non ſufficiunt præſumptiones, niſi ſint euidentes, & concludentes, prout colligitur ex ead. l. ſi filius. §. iudex, verſ. dolo autem malo, in verbo *euidens*, ff. de iudicijs, & ibi hoc notatur per Bal. col. 1. in fi. in verbo *ſi euidens*. Idem Bald. in l. obſeruare § proficiſci, nu. 14. in 29. q. ff. de offic. proconſul. & lega. dum dixit dolum non præſumi ex facti qualitate, niſi ſit talis, vt nulla paliatione velari poſſit, ſequitur Paris de Put. de ſind. ver-

bo *iudex malè iudicans*, cap. 1. nu. 10. Anto. Rondin. de sind. nu. 47. Vbi, quòd isto casu dolus debet apparere ex perspicuis inditijs. Cyrill. in summ. crim. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin nu. 1. vers. atque semper. Fran Marc. decis.
383 687. num. 1. par. 1. Vbi refert, & sequitur Bal. in d. §. proficisci. Boss. in tit. de offic. corrupto, num. 14. Vbi declarat hoc procedere, quando criminaliter agitur, secus si ciuiliter. Anchar. Regien. q. 4. nu. 16. vers. aut dolo malo, par. 2. Contard. de momentan. possess. in 11. limit. nu. 5. post Gulielm. Mayner. & Plot. in locis per eum relatis vide, quæ de barataria probanda dixi in simili supra hac eadē quæst. nu. 264.
384 Et quòd in dubio iudex non dolo, sed per imperitiam malè iudicasse præsumatur, scripserunt Alciat. in l. si quis in conscribendo, nu. 31. vers. & ideo Doctor. C. de pact. & ibi etiā Curt. iun. nu. 49. & 50. vbi ponit contraria, & illis respondet Alber. in l. 2. nu. 2. in fine. ff. quod quisque iuris. Bal. in l. si filiusfamilias in summ. ff. de iudic. & licèt idem Bald. in 2. notab. dicat, quòd sententia iniqua præsumitur dolo data. Aduerte, quòd debet intelligi secundum terminos illius legis, quando scilicet euidenter constat de gratia, seu inimicitia. Aliter incontinenti ipse Bal. dixisset duo contraria. Addo pro hac eadem conclusione eundem Bal. in l. obseruare. §. proficisci, num. 14. in 29. q. ff. de offic. proconsul. & legat. Amad. de sindic. num. 128. Anto. Rondinell. de sind. nu. 46. Cyrill. in summ. crim. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. §. fin. num. 1. vers. atque semper per ignorantiam malè iudicasse præsumitur, Franc. Marc. decis. 687. nu. 1. Boss. in titu. de offic. corrup. num. 19. Contard. de moment. possess. in 11. limitatione, num. 6. & seqq. Bertaz. cons. 71. num. 10. & cons. 81. post num. 7. Quamuis contrarium, quòd in iudicio præsumatur dolus, & non culpa voluerit Alex. in l. 4. §. in eum, nu. 5. ff. de damn. infect. sed contra Alex. & pro hac conclusione faciunt Docto. in l. 1. ff. quod quisque iuris, quos retuli infra, nu. 479. communiter dicentes, quòd ex iudicis imperitia præsumitur culpa lata, non autem dolus, & dixi etiam supra in 1. par. quæst. 37. num. 121.
385 SVBLIMITA hanc vnicam limitationem, in qua iudicis dolus excluditur, non procedere in pluribus casibus, in quibus, non per imperitiam, sed dolo iudicem malè iudicasse præsumendum est. Quorum primus est, quando iudex qui malè iudicauit communiter tenetur, & reputatur peritus, tunc enim asserenti ipsi per imperitiam malè iudicasse, non creditur, præsumetur in eo dolus, non autem lata culpa, seu imperitia, secundum Sebast. Sapia. in repet. legis. 1. nu. 20. ff. quod quisque iuris.
386 Secundus est casus, quando iudex enormiter partem læserit, quia tūc & dolus præsumitur, secundum Bal. in rubr. C. de pœn. iudi. qui malè iudic. num. 2. sequitur ibidem Salyc. in l. fi. nu. 3. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 531. num. 154. Vbi quòd magnus excessus in iudice habente arbitriū arguit dolum. Contard. de moment. possess. in 10. limitat. num. 10.
387 Tertio præsumitur dolus in iudice ex notoria eius iniustitia, secundum Mascard. qui alios refert concordantes de proba. lib. 3. conclus. 532. num. 4. & faciunt, quę dixi infra, num. 498. Vbi propterea quod errando in iure notorio tenetur iudex ad veram litis æstimationem, & insolidum. Ad quam sine dubio non tenetur, nisi ex dolo, vt dixi supra, nu. 361. Contard. de moment. possess. in 10. limitat. nu. 9. 13. & seqq. Paul. Granut. Theorem. 11. nu. 9. vers. rursus, &c.
388 Quarto præsumitur dolus, in iudice quando constat à quo pecuniam recepit, secundū Ant. Rond. de sind. nu. 47.
389 Quinto præsumitur dolus in iudice ex eo, quòd esset capitalis inimicus illius, contra quem iniustam protulit sententiam. Mascard. post Bal. in locis per eum relatis de probat. lib. 1. conclus. 532. nu. 5. Contard. de momentan. possess. limitat. 10. num. 19.
390 Sexto præsumitur dolus, in iudice quando processit, sine causæ cognitione, & de facto secundum Parid. de Put. de sind. in verbo *iudex malè iudicans*, c. 1. nu. 13. Vbi de iudice, qui damnum infert, sine sententia Cyrill. in summ. crimin. rubr. de pœn. iud. malè iudic. §. fin. nu. 11. vers. item si absq;
391 causæ cognit. Boss. in tit. de offic. corrupt. nu. 17. Vbi idem si iudex denegat audientiam. Mascard. qui alios refert de probat. lib. 1. conclus. 532. nu. 6. Contard. de moment. possess. limit. 10. num. 20. & faciunt, quæ dixi supra in 1. par. in tit. de indit. & tortur. q. 37. nu. 144.
392 Septimo præsumitur dolus in iudice ex qualitate illius personæ. Boss. in tit. de offic. corrup. num. 18. & 19. Vbi quòd bona qualitas iudicis excludit præsumptionem doli, & sordium, sicut è contra dolus præsumitur in illo iudice, qui malè audit, & solitus est similia facere.
393 Octauo præsumitur dolus in iudice ex qualitate facti, secundum Bal. in l. obseruare. §. proficisci, num. 14. in 29. q. Vbi tamen quod hæc qualitas facti debet esse talis, vt nulla palliatione velari possit.
394 Nono præsumitur dolus in iudice, qui nō facit id quod ratione sui officij facere debet, secundum Amad. in tract. sindic. num. 80. Paris de Put. de sind. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 18. in fine, vers. Vbi quis ratione officij Anto. Rondinell. de sind. num. 17. in fine Boss. in tit. de offic. corrupto, num. 21. Vbi de iudice non seruante ea, quæ seruare debet.
395 Decimo, & vltimo præsumitur dolus in iudice ex illius verbis, vt puta si dixisset se velle ferre sententiam odio, vel amicitia, secundum Pau. de Castr. in l. seruo inuito, §. cum prætor. num. 2. ff. ad Trebell. prout illum refert, & sequitur. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 532. nu. 3. Contard. de moment possess. limit. 10. nu. 8. Vbi quòd aliter nō videtur bene posse probari iudicis dolum ex Pau. de Castr. in loco præcitato.

ARGVMENTVM.

Iudex, seu officialis negligens in faciendo iustitiam, seu alias, quando, & quomodo puniatur, seu teneatur tam ciuiliter, quam criminaliter.

SVMMARIVM.

IVdices, & officiales tenentur, & sindicantur etiam de negligentia, num. 396.

Iudex negligens facere iustitiam tenetur actione ex facto ad interesse, num. 397.

Iudex ex negligentia facit litem suam, num. 398. licet alij contra, numero 399.

Iudex ex negligentia tenetur insolidum ad verum, & totale interesse, non autem quantum religioni iudicantis videbitur, & ex quasi maleficio, nu. 400. licet alij contra nu. 401. Declara hanc conclusionem, vt nu. 402. & seqq.

Negligentia iudicialis, quando prouenit ex dolo, vel dolo proxima est facit iudicem teneri ad omne interesse, secus si processit ex culpa, seu imperitia, quia tunc non facit ipsum teneri, nisi ex quasi maleficio ad id tantum, quòd religioni iudicantis videbitur, num. 403. & seqq.

Negligentia iudicis magna punitur, secus si parua, num. 405.

Negligentia iudicis, quæ absorbet totum ius partis facit ipsum teneri ad totale interesse, secus si in aliquo particulari læderet, quia tunc non tenetur vltra id, quod lædit, nu. 406.

Iudicis hæredes tenentur ex negligentia ipsius, quia talis actio datur hæredibus, & contra hæredes, num. 407.

Negligentia iudicis punitur etiam criminaliter, num. 408. & quando criminaliter agitur potest etiam incidenter peti ciuiliter interesse partis, num. 409.

Contra quod contra iudicem negligentem, non possit tractari de pœna criminali, num. 411. Pro concordia distingue, & declara, vt nu. 412. & seqq.

Iudex ob negligentiam condemnatus, in pœnam pecuniariam, si non habet in bonis luit in corpore, num. 410.

Iudex negligens facere iustitiam, de iure canonico excommunicatur, num. 416.

Iudex negligens in suo officio priuatur salario, nu. 417. & seq. Vbi amplius, quòd priuatur omni emolumento, & lucro percepto ex administratione, & officio.

Iudex propter negligentiam priuatur officio. Ut puta ſi videns aliquos rixari, non ſe intromittit ad ſedandum rixam, num. 419. & ſeq. Declara pluribus modis, vt nu. 421. & ſeqq.
Iudices, & officiales de conſuetudine non ſindicantur, niſi de negligentia diſſoluta, & dolo proxima, nu. 421.
Iudex non tenetur de negligentia, quando aderat alius iudex, qui poterat adiri, num. 426. Declara, vt nu. 427.
Iuramentum in litem, non datur contra iudicem negligentem ob eius negligentiam, num. 428.
Iudex non poteſt redargui de negligentia, niſi præcedat requiſitio, interpellatio ſeu proteſtatio, num. 429. Imo vltra requiſitionem neceſſe eſt, vt ſuperior adeatur. 430. ſed an vnica ſufficiat proteſtatio, ſeu interpellatio, an vero plures requirantur, nume. 431. & ſeq.
Iudex ad hoc vt dicatur negligens, quòd tempus intercedere debeat, num. 433.
Iudicis negligentia excuſatur ex impedimento, nu. 434.

QVÆST. CXI. ARTIC. XV.



IDIMVS ſupra in antecedenti articulo, de iudice per ſordes, ſeu alias dolo malo iniuſtitiam faciente, ſuccedit modo videre de iudice negligente in qua re.

396 REGVLAM conſtituo affirmatiuam, quòd ſcilicet iudices, & officiales tenentur, & ſindicantur etiam de eorum negligentia & pro ea puniūtur, ſecundum Aret. in §. 1. num. 10. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcuntur, glo. in l. mancipia in fine per illum text. in verbo *exigatur*, verſ. item nota, & ibi etiam Bald. in ſumm. & Salycet. num. 6. C. de ſeru. fugit. Alber. in l. ſi quando num 6. in fine, & 7. C. de teſtib. Vbi allegat plura iura, quibus iudex de negligentia tenetur, & punitur. Ioann. de Platea in l. iudices, nu. 4. ad finem verſ. ſed quæro nunquid Aſſeſſores, C. de annon. & tribut. lib. 10. Amad. in tract. ſind. num. 69 & ſeq. & 72. & ſeq. Vbi plura allegantur iura, pluresque referuntur caſus, in quibus iudicis negligentia punitur, & nu. 155. in fine, vbi quod officialis tenetur de omni eo quod facit minus diligenter in officio ſuo, quia præſumitur in culpa, iuribus per eum allegatis. Paris de Put. de ſindic. in verbo *negligentia*, c. 1. & ſeqq. Vbi etiam plures ponuntur caſus, in quibus negligentia iudicis punitur, & non punitur, & etiã quando, & ex quibus in iudice dicatur ineſſe negligentia, & in verbo *lis ſua*, c. 1. num. 2. verſ. & in proinde punitur de ſua negligentia, & num. 6. Vbi quòd iudex negligens facere iuſtitiam delinquit in Deum, in Principem, & in partẽ. Ant. Rond. de ſind. num. 14. Capoll. cautel. 236. num. 1. Ludou. Gomez. ſuper reg. Cancellariæ, in regul. de triennal. poſſeſſ. q. 28. Vbi ponit caſus 59. in quibus particulariter iudex de negligentia punitur. Decia. in tract. crim. lib. 8. c. 41. num. 5. Vbi de iudicibus non adminiſtrantibus iuſtitiam illam petentibus.

397 AMPLIA I. Vt iudex negligens facere alteri iuſtitiam teneatur actione in factum ad intereſſe, ſecundum Bar. in l. fi. in fine, ff. de var. & extraord. cognit. ea motus ratione, quia ſi negligentia punitur criminaliter, prout dixi infra num 408. ſubintrat regula, quòd vbicumque quis poteſt criminaliter accuſari ex eodem facto datur contra accuſatum actio intereſſe, l. qui nomine, ff. de falſ. l. nec quicquam, ff. pro ſoc. Alex. ad Bart. in eadem, l. fin. litera A. ad finem, verſ. & dum communiter dicitur, & litera F. in prin. Alb. in l. ſi quis, num. 3. C. de offic. Præfect. Præt. Orien. Iacob. de S. Georg. in l. ſi filius familias, num. 10. & ſeqq. ff. de iudic. & pro hac concluſione eſt tex. expreſſus, in l. 4. §. in eum, ff. de dam. infect. Qui tex. licet ſpecialiter loquatur in iudice negligente, circa præſtationem cautionis de qua in ea lege generaliter tamen extenditur ad omnes magiſtratus quomodocumque, & qualitercumque in eorum officio negligentes, ſeu alias iuſtitiam facere recuſantes. Dicuntque propterea ibi communiter Doct. quod ex hac negligentia tenentur actione in factum ad verum intereſſe, vt videre eſt apud gloſ. ibi in verbo *intereſt*, Bart. in ſummario. Alber. in ſummario. Bal. ante num. 1. Ang. in princip. Roma. in ſummario, & num 1. in primo notab. & in verſic. regulariter, & num. 7. in fine verſic. tertio per negligentiam. Imol. num. 45. Fulgo. ante num. 1. & num. 1. verſic. nota, quòd iudex negligens, & pro hac concluſione eſt tex. in cap. 1. §. iudices de pace tenenda in vſib. feudo. vbi ad literam dicitur, quòd qui iuſtitiam facere neglexerint damnum omne iniuriam paſſo reſarcire compelluntur, & ibi hoc notat. Bal. nu 6. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, cap. 4. ante num. 1. & 8. Anton. Rondinel. de ſind. num. 20.

398 AMPLIA II. Quia iudex ex negligentia facit litem ſuam, gloſ. in l. ſi quando in verbo *omnem ſalluram*, C. de teſtib. Bal. ibidem ante num. 1. & 2. in fine, verſic. ex negligentia autem tex. eſt expreſſus in l. ſi quis in conſcribendo in vltimis verbis, ibi quod ſi neglexerint etiam litem ſuam facere intelligantur, & ibi præcipuè. Ange. num. 2. & Dec. num. 15. C. de pact. Ang. in l. mancipia, num. 2. in fine, verſic. ſi autem facit litem ſuam negligendo, C. de ſeruis fugit. Iacob. de S. Georg. in l. Argentarius, §. cum autem, nume. 46. ff. de edendo. Bal. in cap. 1. §. iudices, num. 6. de pact. iuram. firman. & de iure canonico eſt, glo. in cap. excommunicamus §. moueantur in verbo *neglexerint*, de hæreticis. Cataldin. in tract. ſindic. poſt numer. 68. quæſt. 122. Paris de Put. de ſindic. in verbo *negligentia*, cap 1. poſt numer. 13. & cap. 2. ſub num 8. & cap. 4. poſt numer. 2 & 7. verſic. Iudex negligendo facit litem ſuam, & in verbo *lis ſua*, cap. 1. numero 1. verſic. Item iudex, & num. 7. verſic. ſicut iudex Anton. Rondinell. de ſindic. ſub numero 21. in diſcurſu pract. Conrad. in rubr. de ſentent. numero 33. in octaua ampliatione fol. mihi 192. colum. 1. in fine. Boſſ. in titu. de offic. corrupto, num. 24. Vbi etiam declarat, quòd iſto caſu ſit facere litem ſuam. Menoch. de arbitrar. quæſt. libro 2. caſ. 341. num. 1. & 8. Vbi loquitur, tam in iudice, quam in arbitro.

399 Quamuis contrarium, quòd ex negligentia iudex non faciat litem ſuam dixerit Roma. in l. 4. §. in eum, ff. de dam. infect. Paris de Put. de ſindic. in verbo *negligentia*, c. 2. nu. 3. verſ. Iudex qui negligit.

400 AMPLIA III. Quia ob negligentiam iudex, non ſolum tenetur ad intereſſe, & facit litem ſuam, vt ſupra in præcedentibus ampliationibus, ſed etiam tenetur inſolidum ad verum, & totale intereſſe, non autem, quantum religioni iudicantis videbitur, & ex quaſi maleficio, ſecundum Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera F. verſic. & ad prædicta adde allegat. glo. in c. hoc etiam 2. queſt. 6. & reddit rationem, quare iudex per imperitiam malè iudicans, non tenetur inſolidum, ſed quãtum facere poteſt, & quantum iudici æquum viſum fuerit ob negligentiam tenetur autem in plus, & ad veram litis æſtimationem. Bal. in l. 4 § in eum, num. 1. ff. de damn. infect. Vbi etiam reddit rationem, quia ſcilicet negligentia in magiſtratu eſt lata culpa, & propterea tenetur inſolidũ, (licet in meo libro dicatur in ſolutionem errore impreſſoris, quia vult dicere *inſolidum*, Imol. in d. §. in eum, num 48. & 49. Vbi pariter reddit rationem diuerſitatis inter iudicem per imperitiam malè iudicantem, & iudicem negligentem, & Paul. de Caſtr. in ſumm. & num. 2. Vbi & ipſe affert rationem, quia ſcilicet ex hac negligentia oritur dolus præſumptus, qui facit iudicem conuenire in totum. Addo. Bart. in l. ſi quando, num. 14. & ſeq. C. de teſtib. & in d. l. 4. §. in eum, & ibi etiam Roma. num. 1. ad finem verſi. quod eſt falſum, ff. de dam. infec. Idem Bar. in d. l. mancipia, num. 1. Vbi dixit officialem negligentem non puniri actione in factum, quæ deſcendit ex quaſi maleficio, tanquam fecerit litem ſuam, ſed alijs remedijs, quòd tantum eſt dicere, ac ſi dixiſſet, quòd tenetur ad verum intereſſe, & non quantum iudicantis religioni viſum fuerit, prout etiam declarat ibi Paul. de Caſtr. num. 4. in fine, & pro hac concluſione facit tex. in l. 4. §. in eum ff. de dam. infect. & in l. ſi quando, C. de teſtib. & in cap. 1. §. iudices cum ibi notatis per Doct. quos retuli ſupra, num. 397. Dicentes, quòd ex negligentia iudex tenetur ad id, in quo partem læſit, & non in quantum religioni iudicantis videbitur ex quaſi maleficio. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 15. & cap. 2. numero 3. in fine, & 5. etiam in fine, & 9.

etiam in fine,& c.4 ante num.1.& num.1. Ant.Rondin. de sind.sub numer. 21. in princ.& numero 22. ex quibus negari non potest hanc opinionem magis communiter receptam esse.

401 Quamuis contrarium, quod ex negligentia iudex non teneatur insolidum,& ad totale interesse, sed ex quasi maleficio quantum iudicantis religioni visum fuerit scriptum reliquerint Alber. in l.4.§.in eum, ff.de dam.infect.dicens contrarium ibi fuisse statutum ex speciali ratione. Rip. in d.l.3.§.hoc autem iudicium,nu.94.& hanc opinionem cōtra Bar.sibi magis placere dixit. Boss.in tit.de offic.corrupto, nu.24 ibi & licet sit dubitatio.

402 LIMITANDO hanc III.Ampliationem,& pro cōcordia contrarium potes distinguere, quod si negligentia in iudice est specialiter,& determinatè punita ab aliqua lege, & tunc in casu in quo lex determinat, tenetur iudex ad verum interesse,& non ex quasi maleficio ad id,quod ęquum visum fuerit, si vero ratione negligentiæ iudicis nulla est determinata pęna in iure,& tunc faciat iudex litem suam, non insolidum,& ad totum interesse, sed ex maleficio, & quantum iudici æquum visum fuerit, prout colligitur ex Ang.in d.l.mancipia,num.4.vers.in glo.exigatur,& nu.5. C.de seru.fugi. Refert & sequitur Paris de Put. de sind.in verbo *negligentia*,c.1.num.16.& c.4.ante nu.1.vers.quod est iterum.

403 LIMITANDO II. hanc III. Ampliationem potes iterum distinguere,quòd si iudicis negligentia ex dolo prouenit,aut dolo proxima fuerit, tunc teneatur iudex ad id totum,quòd interfuit,& ad omnem iacturam,prout dixit text.in l.si quādo,C.de rest.si vero negligentia processit,ex culpa, seu imperitia, & tunc ex eadem negligentia non oriatur actio,nisi ex quasi maleficio, & ad id tātum,quòd religioni iudicantis videbitur, sic enim ni fallor,in specie declarat.Alex.in l.Argentarius, §.cum autem, num.9.in princ. Iuncto vers. & satis probabilis conclusio videtur, & num.10.vers.& eadem ratione, ff.de eden. Dum in proposito dixit maiorem esse culpam in faciendo,quam in negligendo, si enim iudex malè faciendo per imperitiam,nō tenetur insolidum,sed tantum quantum religioni iudicantis videbitur,prout dixi infra num..... Ergo multo minus teneri debet negligendo ex ratione prædicta, nisi vt dixi, negligentia ex dolo prouenerit,prout etiam declarat Iacobin.de Sancto Georg.in eodem, §.cum autem num.16.& melius declarat idem Alex.in l.4.§ in eum, num.2.& seqq. ff. de damn. infect. Vbi relatis in hoc diuersis Doctorum opinionibus pariter concludit,hac negligentia iudicis nūquam venire totale interesse, & veram litis estimationem nisi illa fuerit dissoluta,& seu dolo proxima. Boss.in titu. de offic. corrupto, num. 24. ante med. versic.& ideo dicendum.

404 Negligentia enim si fuerit dissoluta, & dolo proxima, & multo magis si fuerit dolo commissa, tūc facit iudicem teneri insolidum,& ad totale interesse, secus si non ex dolo,sed ex culpa, vel imperitia fuerit perfecta,quia tunc iudex non tenetur,nisi in quantum bono viro æquum videbitur,secundum Alex.in l.si quis in conscribendo,num.5. in princ.C.de pact.& ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num.6.vers.ad præmissa simile est. Quod dixit. Dec.in eadem,l.si quis in conscribendo, post num.15.vers.& hoc in-
405 telligitur.Quod scilicet negligentia puniatur,si magna sit, secus si parua,ex Abb.quem allegat.in c.ea,quę de stat.Monachor. Addo pro hac eadem limitatio. Ange. in l.mancipia,num.5.C.de pact.Alex.in l. Argentarius,§.cum autem num.9.versic.& satis,ff.de eden. Iacob.de Sancto Georg. in l.si filius familias, num.12.vers. Aut negligentia iudicis est dissoluta, & num.13.ff.de iudic.Alex.in l.4 §.in eum, num.3.in fine,4.& seq.ff.damn.infect.Amad.de sind.num. 83.Paris de Put.de sind.in verbo *negligentia*, cap.1.post nu. 16.Anto.Rondin.de sind.nu.14.in fine, & 1. Vbi amplius, quòd iudex propter dolosam negligentiam incurrit infamiam.

406 LIMITA III. dictam III. Ampliationem,vt negligentia iudicis, quæ absorbet totum ius partis faciat ipsum teneri ad totale interesse; secus, si in aliquo particulari læderet ius partis, quia tunc non tenetur iudex,nisi illo particulari in quo lædit,secundū Alex.in in l.si quis in conscribendo,num.5.C.de pact.Bal.in l.si quando,nu.2.in fine,C. de testib.& ibi etiam Salyc.num.3.Paris de Put.de sind.in verbo *negligentia*,c.4.nu.5.in fine, vers.Iudex ex negligentia. Ant.Rond.de sind.nu.21.in fine.

407 AMPLIA IIII. Quia actio, quæ ratione negligentiæ datur,contra magistratum ad interesse datur etiā contra eius hæredem perpetuo, ne dū hæredi damnum passo. tex.expressus, in l.4.§.fi.ff.de dam.infect.& ibi gl.in verbo *dabitur*,quærit de ratione,proponit contraria & ea non resoluit, & Alber. soluendo contraria dicit non dari actionem in hæredem iudicis,quando malè iudicat, & sic delinquit in committendo, prout loquuntur contraria. Bene autem dari, quando est negligens, & delinquit in omittendo, eo quia delictum in committendo maius est, quam in omittendo.Bald.in summ.Ang.ante num.1. Vbi facit regulam negatiuam, quòd hæres Assessoris, non tenetur stare ad sindicatum pro ipso Assessore, & deinde ponit fallentias huius regulæ.Rom.in eadem, l. 4. §.in eum ante nu.1. & num.4.ff.eod.de dam. infect. Vbi etiam ponit casus, in quibus actio competens, contra iudicem competit etiam contra hæredem, & præcipuè illum,quando lis fuit contestata cum defuncto, & num.7.in fine, vbi videtur tenere, quòd negligentia dolo iudicis causata, & actio ex ea proueniens nunquam transit in hæredem de iure ciuili, licet secus de iure canonico. Imol.num.73. Vbi de eadem materia, de qua vide etiam Paul. de Castr.& Alex.in d.§.fin. Paris de Put.de sind.in verbo *negligentia*,cap.2.num.9.ante finem.

408 AMPLIA V. Quia negligentia iudicis punitur criminaliter,secundum Bar.in l.fi.ad finem,ff.de var.& extraord.cognit.per tex.in Auth. vt differ. iudic.§. si vero hoc non custodiant.Alex.ibi in addit.litera A ante med.versic. & adde quod iudex negligens criminaliter punitur. Iacob. de S.Georg.in l.si filius familias,num.11.ff.de iudic.Rom. in l.4.§ in eum,num.1. versic.regulariter autem,ff.de dam. infect.& num.6.vers.& punitur criminaliter.Imol.num. 45.vers.& videtur concludere. Paul.de Castr.num.2.versi. secundo vero recurritur per viam querelæ, & d.num.2.in fine.Bar.in quæst.9.incipiente iudex per imperitiam,num. 10. & pro hac conclusione est tex. (qui tamen loquitur in iudice negligente vindicare pacis violatores)in cap.1.§. Iudices de pace iuram.firman. in vsib. feudor. Vbi maiorib. iudicib.imponitur pœna decem librarum auri,minoribus tantum trium librarum. Paris de Put.de sind.in verbo *negligentia*, cap.4.ante num.1.& in verbo *lis sua*, c.3.num.6. vers.Iudex negligens criminaliter punitur.Ant.Rond.de sind.num.20.Boss.in tit.de offic.corrupt. num.12. Vbi bene explicat pœnam negligentiæ iudicis, in causa ciuili, & in causa criminali,& nu.24.in fine,vers.& vltra remedia ciuilia,& num.25.post med. Vbi ponuntur aliqui casus,in quibus ideo pro negligentia iudicis imponitur pœna capitalis. Menoc.de arbitrar.quæst.lib.2.cas.341.num.2. Vbi quod punitur pœna arbitraria, & extraordinaria, sicut punitur iudex,qui per imperitiam iudicauit. Vbique testatur de vera,ac recepta Doctor.opin.& num. 6. Vbi quandoque punitur pœna capitali.

409 Et quando contra negligentem criminaliter proceditur, tunc incidenter potest in eo peti restitutio damnorū, & interesse, & hoc modo cum criminali iudicio cumulabitur ciuile, secundum Ang.in l.4.§.in eum post nu.2.ff.de dam.infect. sequitur Paris de Put.de sind.in verbo negligentia,c.4.ante nu.1.vers.quod est verum.

410 AMPLIA rursus præcedentem ampliationem, quia si iudex condemnatus in pęnam pecuniariam,non habeat in bonis, ex quibus possit dictam pœnam soluere potest condemnari in pœnam corporalem. text.in c.1.§.qui vero de pace iuram.firman.In vsibus feudor. Vbi quòd verberibus afficitur,& per quinquaginta milliaria per quinquēnium à loco habitationis bannitur (sed certè, prout ibidem aduertit,glo.in verbo *verberibus*, in fine ille tex.videtur loqui in casu speciali,quando scilicet iudex negligit punire violatores pacis, & sic propter criminis enormitatem)

tem) vide, quę in ſimili de iudice dolo iudicante dixi ſup. num.373. & ſeq.

411 LIMITANDO I. hanc v. Ampliationem aduerte, quòd contra eam expreſſe facit. tex. in l. 4. §. in eum ibi nõ *ad pœnam*, ff. de damn. infect. per quem tex. ibi Bald. num. 2. notat officialem propter negligentiam non teneri ad aliquam pœnam, ſed tantum ad intereſſe, & licet Doctores dicant negligentem iudicem arbitrio iudicis puniri. Hoc tamen iudicis arbitrium minimè extendere videntur ad pœnam criminalem fiſco applicandam, ſed tantum ad intereſſe partis plus, & minus ſecundum quod fuit negligens, prout in ſimili de iudice malè iudicante per imperitiam dixi infra, num.446. & ni fallor, benè declarat Menoch. d. caſ. 341. num.2. & 3.

412 Ideo pro concordia crederem prædictã concluſionem procedere, quando negligentia iudicis fuit cauſata à dolo illius, prout ijs terminis loquitur Boſſ. vbi ſupra allegatus d. tit. de offic. corrupto, num. 12. ſecus autem ſi negligentia proueniat ex imperitia, & culpa iudicis, quia tunc crederem eum, non teneri, niſi ad intereſſe per text. in d. §. in eum, & faciunt generaliter quæ dixi ſup. nu.404. Menoch. de arbitr. caſ.341. nu.3.

413 LIMITA II. eandem v. Ampliationem, vt negligentia criminaliter puniatur, quando eſt commiſſa à iudice in cauſis criminalibus, tunc enim videtur ſuccedere pœna pecuniaria fiſco applicanda, & poſui exemplum infra, nu. 533. de iudice negligente inquirendo, contra malefactores, & illos puniendo, ſecus ſi negligentia fuerit commiſſa in cauſa ciuili, quia tunc videtur nullam criminalem pœnam imponi poſſe, ſecundum Amad. in tract. ſind. num.83. & 84.

414 LIMITA III. dictam V. Ampliationem, vt tunc demum criminaliter puniatur iudicis negligentia, quãdo ſcilicet à iure hoc expreſsũ reperiatur, & in caſibus in quibus pœna eſt determinata à iure, ſecus autem, vbi pęna nõ eſt expreſſa, & in caſibus à iure non determinatis, quia tũc negligens iudex, non punitur criminaliter ex tit. vt differen. iudic. ſed tãtum punitur, quia facit litem ſuam quoad intereſſe partis, ſic enim videtur de mente Angel. in d. l. 4. §. in eum, num 2. ff. de damn. infect. & ibi Fulg. num. 1. dum dixit, quòd iudex negligens miniſtrare iuſtitiam tenetur ad intereſſe, & non ad aliam pœnam, licet quandoque iura ibi per eum allegata ſpecialiter certam pœnã impoſuerint.

415 Sed contra quod etiam extra caſus, in quibus contra iudices negligentes ſtatuta eſt certa pœna poſſit idẽ iudex ex negligentia extra ordinẽ, & criminaliter puniri expreſsè voluit. Paul. de Caſt. quem ſupra retuli in d. l. 4. §. in eũ, num. 2. in fine, ff. de damn. infect.

416 AMPLIA VI. Quia de iure canonico iudex negligens facere iuſtitiam excommunicatur, ſecundum glo. in c. excommunicamus, §. moneantur in verbo *neglexerit*, de hæret. alleg. tex in c. adminiſtratores 23. q. 2. quia tamẽ tex. loquitur in caſu ſpeciali videlicet, non in iudice, ſed in principe temporali negligente in protectione eccleſiarum, & miſerabilium perſonarum.

417 AMPLIA VII. Quia iudex negligẽs in ſuo officio priuatur ſalario, ſecundum Alex. in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de var. & extraor. cognit. littera A, ante med. verſ. & adde q iudex ex Ang. quem allegat in l. ſi vacantia. C. de bon. vacantib. lib. 10. Dec. in l. ſi quis in conſcribendo, poſt num. 15. C. de pactis. Vbi dixit, quod ſecundum qualitatem negligentiæ ſalarium officiali, aut in totum tollitur, aut diminuitur. Rip. in l. 4. §. hoc autẽ iudicium, nu.95. in fine, ff. de dam. infect. & in hac materia habemus tex. qui loquitur in officiali negligente exigere publica tributa, in l. iudices, C. de anno. & tribu. lib. 10. vbi Io. de Plat. nu.1, generaliter notat iudicis negligentiam in amiſſione ſalarij puniri, & nu. 2. diſtinguit, quod vbicunq; iudex negligens eſt, in extractione tributorũ, & aliorũ debitorũ fiſcaliũ, tunc indiſtinctè priuatur toto ſalario, ſi vero eſt negligens in alia re, tũc ſi negligentia reſpicit totum tempus officij, toto ſalario priuatur, alias priuatur tantum pro parte temporis in quo fuit negligens. Adde ad comprobationem huius ampliationis, & eorum, quæ ſupradicta ſunt, Cataldin. in tract. ſind. num.53. q. 10. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, c. 4. num. 5. & in verbo *lis ſua*, c. 3. num. 6. verſ. Immo poteſt priuari toto ſalario. Anton. Rondin. de ſind. nu.20. & poſt num. 21.

418 Vbi amplius, quòd priuatur omni emolumento, & lucro percæpto ex adminiſtratione, & officio, & nu.28.

419 AMPLIA VIII. Quia de iure ciuili etiam propter negligentiam iudex priuatur officio, & deponitur, vt puta, ſi viderit aliquos rixari, & ſe non intromittit ad illos diuidẽdum. (De quo etiam particulariter dixi ſupra par. 1. q. 50. num.50.) ſecundum Bal. in l. 1. §. quis in fine, ff. de offic. præfect. Vrbis, & Bald. ſic dicentem referr, & ſequitur Dec. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 15. C. de pact. facit tex. in l. mancipia ad finem, C. de ſeru. fugit. & ibi gloſſa in verbo *exigatur*, in fine, verſ. repelli etiam poteſt ab adminiſtratione. Cyn. num. 1. Alber. in princ. Rom. in l. 4. §. in eum, num. 6. ff. de damn. infect. Rip. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 95. verſ. Item iudex negligens, ff. eod. Ioan. de Platea, in l. iudices, nu. 2. verſ. Poteſtas ergo, C. de anno. & trib. lib. 10. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, cap. 2. num. 2. & cap. 3. Vbi quod remotus ſemel ab officio amplius ad aliud officium, vel honorem nõn admittitur per text. in l. quicumque, C. de diuerſ. officialib. lib. 12. & c. 4. num. 7. & cap. 5. num. 8.

420 Vbi exemplum ſupra poſitum de officiali non diuidente rixantes declarat, non procedere, quando rixa eſſet cum armis, & tumultu, ita quòd illi occurrere non poſſet, ſiue ſuę vitæ periculo, quia tunc non dicitur negligens. Nec ad aliquid tenetur vt ibi per eum. Boſſ. in tit. de offic. corrupto, num. 24. in fine, verſ. & poteſt etiam priuari officio. Clar. in pract. §. fin. q. 73. num. 3. verſ. Item iudex in princ. Baiard. in addit. ad eund. Clar. num. 33. & ſeq. Vbi etiam quomodo puniantur in regno iudices negligentes in expeditione cauſarum, & vide quæ dixi ſupra, nu.149. & ſeq.

421 LIMITA I. hanc viij. Ampliationem primo, non procedere de iure canonico, quia ob negligentiam iudex non tenetur pœna ſuſpenſionis de qua in c. 1. de re iud. in 6. loquitur enim ille tex. de iudice, qui dolo iniuſtitiam facit, non autem de negligente ſecundum Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera F, verſ. & an iudex negligens. Roman. in l. 4. §. in eum, num. 2. ff. de dam. infect. Vbi remiſſiuè, & ibi etiam. Imol. num. 46. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, cap. 2. num. 9. verſ. an iudex negligens, & nu. 4. in fine.

422 LIMITA II. eandem viij. Ampliationem non procedere in officiali perpetuo, quia propter negligentiam nõ deponitur, nec priuatur officio, ſecundum Bald. in l. mancipia, nu. 4. C. de ſeru. fugit.

423 Officialis autem non perpetuus, ſed ad tempus, prout eſt Poteſtas alicuius terræ priuatur officio propter enormia, ſecus pro minoribus culpis, pro quibus non remouetur ab officio, ſed punitur tempore ſindicatus, ſecundum Bald. in l. mancipia, n. 4. ad med. verſ. quoddam eſt officium ad tempus, C. de ſeru. fugit. & ibi Salyc. num. 7.

424 Hanc diſtinctionem admittit in officialibus maioribus. Minores autem officiales facilè remoueri poſſe exiſtimat, ad quæ vide etiam. Io. de Platea in l. iudices, nu. 2. in fi. C. de anno. & tribut. lib. 10. Paris de Put. de ſind. in verbo *negligentia*, c. 3. num. 1. verſ. vnde officiales, & c. 5. num. 5. & 7. Vbi refert, & ſequitur Bal. in d. l. mancipia. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. poſt num. 24. Vbi quod pro magna negligentia iudex priuatur officio, ſecus pro parua. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. caſ. 341. num. 5.

Vbi ponit exemplum quando negligentia officialis aliquis moriatur.

425 LIMITA I. huius XV. Articuli propoſitam regulam quòd licet de iuris rigore officialis ſindicetur de omni negligentia, prout dixi ſupra, nu. 396. De conſuetudine tamẽ ex ſcrupuloſa negligentia inquiſitio non ſeruatur, quia nõ ſindicantur officiales, niſi de negligentia diſſoluta, & dolo proxima, ſecundum Ioan. de Plat. in l. Iudices, nu. 4. in fine, verſ. ſed quæro nunquid Aſſeſſores, C. de annon. & tribu. lib. 10. Amad. in tract. ſind. num. 69. ex Bal. quem allegat in l. obſeruate, §. proficiſci, in 9. q. ff. de offic. pro conſul. & leg.

Paris

Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, c. 1. nu. 11. & c. 4. num. 8. vers. & hoc casu. Ant. Rondinell. de sind. post n. 14. Boss. in tit. de off. corrup. nu. 16. Vbi quod sic obseruat consuetudo, prout attestantur omnes. Clar. in pract. §. fi. q. 73. nu. 3. vers. Item iudex. Vbi quòd de consuetudine non sindicantur officiales ex negligentia, quæ consistit in leui, aut leuissima culpa, sed tantum de ea, quæ consistat in lata culpa, sitq; dolo proxima. Bertaz. cons. 71. nu. 4. & ibi. Cla. in addit. littera F, idem Bertaz. cons. 81. nu. 2.

426 LIMITA II. eandem regulam, quia iudex non tenetur de negligentia, nec ad interesse, quando pro causa, in qua aditus, & requisitus prætenditur negligens, poterat alius iudex adiri, si. n. ipse aditus neglexit facere iustitiam, non propterea facit litem suam, quia ex hoc pars damnum non reportauit, ex quo poterat ad alium habere recursum, secundũ Bart. in l. 4. §. si tam vicinũ, ff. de dam. infect. Quæ quidem Bart. opinio & concl. an sit vera, & quando, videas per Alex. post Ang. quem alleg. in addit. ad Bar. in l. fi. ff. de var. & extr. cognit. littera A, ad fin. vers. dum cõmuniter dicitur & Ang. Bart. sententiã sequi videtur. Amad. in tract. sind. nu. 80. Paris de Put. de sind. in verbo *negligentia*, c. 4. nu. 3. Anton. Rond. de sind. nu. 18. Gram. cons. 4. nu. 9.

427 Verum hæc Bar. opinio communiter reprobatur per Doct. in d. §. si tam vicinum, qui bene respondet rationi per Bar. adductę, ac etiam declarant, quomodo procedat dispositio illius, §. & in quo casu potest habere locum opin. Bar. vt videre est ibi apud Ang. in ver. & dixit Bart. Rom. in eadem l. 4. § in eum, nu. 3. ff. eod. de damn. infect. Vbi quòd opinio contra Bart. est verior, & idem affirmat. in d. §. si tã vicinum, Imol. nu. 69. Pau. de Cast. in d. §. si tam vicinum, n. 2. & 3. Cuman. nu. 2. in fin. & 3. & Alexã. post nu. 1. vers. sed contra Bar. Paris de Put. de sind. in verbo *negligentia*, ca. 4. num. 4. vers. an si magistratus.

428 LIMITA III. Quia contra iudicem propter solam negligentiam, non iuratur in litem, prout dixi supra, nu. 368. hic non repeto.

429 LIMITA IIII. Quia non potest iudex, seu officialis redargui de negligentia ciuiliter, aut criminaliter, nisi prius fuerit requisitus, & interpellatus iudicialiter, & ipso pro tribunali sedente. text. expressus in l. 4. §. hoc autem iudiciũ, ff. de dam. inf. Vbi glo. & cõmuniter Doct. omnes hinc sumpta occasione ponunt materiam illam, an scilicet quando, & in quibus casibus, iudex etiam non petenti impartiri debeat suum officium. Ioan. de Plat. in l. iudices, nu. 4. C. de annon. & tribut. lib. 10. Catal. in tract. de sind. post num. 68. q. 122. vbi infert ad statuta imponentia pœnam iudici si non expediuerit causam intra tempus, vt intelligantur si pars petat, aliter secus. Amad. de sind. in verbo *negligentia* cap. 1. num. 2. & seqq. & 11. in fine, vers. & tunc est necesse, quòd officialis fuerit requisitus, & cap. 2. num 8. in fine, & seq. & cap. 3 post num. 2. vers. id quòd incumbit magistratui. Ant. Rond. de sind. nu. 17. & 19

430 Vbi amplius, quòd non sufficit sola requisitio, nisi etiam superior adeatur, & nu. 39 Cæpoll. Cautel. 136. nu. 2. in fi. Gram. cons. 54 nu. 4. & seqq Bertazz. cons. 71. nu. 55. & ibi Claud. in addit. littera F, Vbi quòd vltra requisitionẽ est etiam necessaria protestatio.

431 Vnica tamen videtur sufficere protestatio, seu requisitio ad effectum, vt iudex dicatur negligens secundum Io. de Platea in l. iudices, nu 4. vers. & sufficit, semel factũ fuisse C. de annon. & tribut. lib. 10. & faciunt, pro hac conclusione iura, & Doctores allegati per Osasch. decis. Pedemõt. 12. num. 1. & seqq. vsq; ad nu 6.

432 Sed quod immo non sufficiat vnica requisitio, seu protestatio facit text. in cap. administratores, ibi post secundã, & tertiam admonitionem negligere inuenti fuerint 23. q. 5. & sic trina videtur necessaria requisitio (sed re vera, ille tex. loquitur ad effectum incurrendi pœnam excommunicationis de qua in eo) Paris de Put. de sind. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 1. & cap. 5. num. 8. ad med. & hanc partem, & iuribus, & Doctorum authoritatibus latissime comprobat Osasch. decis. Pedemont. 12. num. 5. vers. in contrarium, & nu. 6. & seqq omnibus, vbi nu. 8. testatur de communi. Bertaz. cons. 81. num. 16. vbi quòd trina requiritur interpellatio.

433 LIMITA V. quia iudex non dicitur negligens, nisi non faciat illud, quòd facere tenetur intra tempus sibi à iure, vel à statuto præfixum, quòd si tempus aliquod non est determinatum debet procedere, quam primum potest, alias dicitur negligens secundum Amad. in tract. sindi. num. 81. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. nu. primo.

434 LIMITA VI. quia iudex excusatur ab omni negligentia, quando fuit impeditus multitudine causarum, aut aliquo alio modo. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. sexto, & seqq. & cap. quarto, nu. 4. vers. & prædicta iura limitarem.

ARGVMENTVM.

Iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, aut alio modo iniustitiam fecit, ad quid teneatur, & quando.

SVMMARIVM.



Vdex, qui per imperitiam iniustitiam facit, tenetur, & punitur, num. 435.

Iudex, qui per imperitiam male iudicat, delinquit contra Deum, contra Rempublicam, & contra litigatorem, numero 435.

Iudex male iudicans per imperitiam facit litem suam, nu. 436. declara vt num. 437.

Iudex per imperitiam malè iudicans non tenetur insolidum ad omne interesse, & ad omnem litis æstimationem, sed tantum quantum facere potest, num. 437.

Litem suam facere quid sit, num. 438. & seqq.

Iudex ex imperitia malè iudicans tenetur actione in factum, numero 442.

Iudex per imperitiam iniustitiam faciens tenetur in quantum religioni iudicantis aequum visum fuerit, num 443. & seq. vbi etiam declaratur, quid sit teneri in quantum religioni iudicantis aequum videbitur.

Iudex male iudicans per imperitiam criminaliter, & pœna arbitraria puniri potest, nu. 445. contra nu. 446.

Iudex tam ordinarius, quam delegatus per imperitiam male iudicans tenetur, & facit litem suam, nu. 447.

Iudex filius familias non excusatur si per imperitiam, quid male egerit, nu 448. & seq. vbi quid in filio emancipato.

Arbiter si ex imperitia male iudicauit tenetur, & punitur sicut iudex, nu 450. & seq. contra, nu. 452.

Arbiter, si infra tempus compromissi nõ fert laudum, an teneatur parti ad aliquod interesse, num. 451.

Arbiter male arbitrando per imperitiam non facit litem suam, quando compromissum est factum cum iuramento, & sine pœna, num. 453. contra, num. 454.

Arbitrator, qui male iudicauit per imperitiam facit litem suam, nu. 455. & seq. vbi quod arbitrator tenetur de dolo, & lata culpa, declara procedere, quando immodice læserit, secus si modice, nu. 457. & seq. vbi limitatur hæc declaratio, nisi arbitratori fuisset data facultas etiam immodicè lædendi.

Assessor tenetur de malo consilio dato iudici, etiam per imperitiam, num. 459. & seq. vbi amplius, quòd tenetur ad veram litis æstimationem.

Auditor alicuius Præsidis facit litem suam, malè iudicando per imperitiam, num. 461. non tamen tenetur Præses pro sententia sui Auditoris, num. 462.

Iudex delegans non tenetur de imperitia delegati, nu. 462.

Episcopus non tenetur de imperitia sui Vicarij, nu. 462.

Consultor qui iudici dedit malum consilium, per imperitiam tenetur, & facit litem suam, num. 463. contra num. 464. Resolue, vt nu. 465. & seq.

Iudex facit litem suam male iudicando, etiam quod sic iudicauerit de consilio sapientis Assessoris, vel Consultoris, numer. 467. & seq. immo videtur, quòd isto casu iudex teneatur ad totale interesse,

num.

QVÆST. CXI.

ART. XVI.

435 EGVLA ſit quòd iudex, qui per imperitiam ſeu imprudentiam iniuſtitiam facit, & male agit, tenetur, & punitur tex eſt in l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit. & ibi gloſ. in verbo *per imprudentiam*, adducit alia concordantia iura continentia plures caſus in quibus imprudentia punitur. Bal. in l. mancipia, num. 2. verſ. ſi autem ſe credit iuſtū facere C. de ſeru. fugit. Bal. in l. fin. num. 9. C. de pœn. iudic. qui male iudic. vbi quòd iudex per imperitiam male iudicans delinquit contra Deum, quia eſt periurus, contra Rempublicam, quia eſt infidelis, & contra litigatorem, quia ipſum opprimit. Paris de Put. de ſindic. in verbo *iudex male iudicans*, cap. 2. num. 1. & ſeq. vbi bene comprobat hanc concluſionem Aſin. in pract. §. 32. cap. primo, in 39. ampliat. numer. 1. Vbi plures referuntur concordantes.

436 AMPLIA I. quia iudex male iudicans per imperitiam, & imprudentiam videtur facere litem suam ex l. final. in princ. ff. de var. & extraord. cognit. in princ. ibi *si iudex litem suam fecerit &c.* & tamen text. ille loquitur in iudice, qui per imprudentiam, & imperitiam male iudicat, vt patet ibi licet *per imprudentiam, &c.* similis text. in §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. & ibi glos. in figuratione casus, vers. iste enim iudex dicitur litem facere suam, & in verbo *litem suam*, & in verbo *iudex*, vbi loquens de filio familias expresse dicit illum facere litem suam, si per imperitiam male iudicat, Ang. Aret. in princ. in 8. notab. & magis clare, num. 2. ad finem, vers. nota quòd iudex facit litem suam, & quòd iudex male iudicando etiam per imperitiam faciat litem suam admittunt communiter omnes Doctores in l. si quis in conscribendo C. de pact. dum in hoc, ibi æquiparant Arbitrum, & Iudicem, vt videre est ibi per Bellaper. in colum. prima, vers. habemus ergo Barto. num. 6. Odofred. num. 2. Ang. num. 3. Fulg. num. 3. Alex. num. 3. Paul. de Castr. num. 10. Iacobin. de Sanct. Georg. num. 7. Aret. num. 3. Alber. in l. 1. num. 2. ff. quod quisque iuris, & ibi etiam Ang. num. 2. Paul. de Castr. num. 7. Ias. num. 16. & licet tex. in l. si filius §. iudex videatur probare, quòd iudex non faciat litem suam nisi dolo malo, & in fraudem legis sententiam dixerit secundum intellectum Iacob. de Rauen. qui multum applaudit verbis dicti textus, & cum quo etiam videtur transire. Alber. ibi sub num. 2. post med. attamen retento communi intellectu glos. & Doctorum, quòd scilicet eo loci Iurisconsultus loquatur in princip. legis in iudice male iudicante per imperitiam, quem & litem suam facere ibidem statuatur à quo intellectu minime recedendum dixit, ibi Iacobin. de Sanct. Georg. num 25. in fine, vtique ex eo deprehenditur, & probatur, quòd iudex litem suam faciat, siue dolo, siue per imperitiam iudicauerit, licet vltimo casu non teneatur insolidum. Primo autem casu sic, vt mox dicam, & propterea glo. in d. l. si filius in verbo *intelligitur*, expressè dixit, quòd etiam sine dolo iudex facit litem suam, & ne decipiaris ad scripta per Ang. in d. l. si filius in princip. vbi summando illum text. dixit quòd iudex inique iudicans nunquam litem suam facit, aduerte quod necesse est illud verbum *nunquam*, fuisse ibi positum, & additum impressoris incuria. Alioquin illud summarium esset contra præcisa verba ipsius text. & contra omnium Doctorum sententiam. Addo pro hac eadem conclusione. Roman. in l. 4. §. in eum, num. 1. in fin. ff. de dam. infect. & num. 7. vers. primo quando Bal. in cap. 1. §. iudex num. 3. de pace iuran. firman. Bald. in cap. pastoralis §. quia vero, num. 3. de offic. deleg. Paris de Put. de sind. in verbo *iudex male iudicans*, cap. 2. in discursu. Pract. Corrad. tit. de sent. num. 32. fol. 190. col. 2. in fine. Anton. Maria Corrat. in tract. de commu. opin. tit. 12. num. 37. & pluribus seqq. vbi pluribus relatis concordantibus testatur de communi Doctorum opinione Contard. de momenta. possess. limit. 11. nu. 1.

437 LIMITANDO hãc I. Ampliationem aduerte, quòd licet iura glos. & Docto. dicant iudicem per imperitiam male iudicantem facere litem suam, non per hoc tamen intelligunt, quòd regulariter teneatur in solidum ad omne interesse, & ad omnem litis æstimationem, sed tantum, quãtum facere potest, prout dixi infra num. 562. ac in quantum religioni iudicantis videbitur æquum, iuxta tradita infra num. 443. stãt enim insimul, quòd iudex faciat litem suam, & quod non teneatur ad veram litis æstimationem, prout dixi infra num. 441. Quicquid in contrarium, quòd immo faciendo litem suam teneatur iudex ad totale interesse dixisse videatur Ias. in l. 1. in princip. num. 16. ff. quod quisque iuris, sed re vera loquitur in iudice, qui male iudicauit non ex imperitia, sed dolo, prout sunt termini illius legis, & edicti.

438 LIMITANDO II. eandem I. Ampliationem aduerte, quod litem suam facere idem est, ac damnum alterius in se transferre, secundum glos. in §. 1. in figuratione casus vers. iste enim iudex instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Alciat. in l. si quis in conscribenda, num. 31. C. de pact. vbi dixit idem esse litem suam facere, ac litis periculum ad se transferre simile est, quòd voluit Anton. Maria Corrat. in tract. de commun. opin. tit. 12. numer. 49. dicens litem suam facere aliud non esse, quam partes eius, ad cuius fauorem iniuste fuit pronunciatum in se suscipere ipsiusque causam pro sua defendere coactum esse.

439 Vel dicas, quòd litem suam facere est idem, quod teneri ad id in quo iudex aliquem lædit in lite secundum glos. in dict. §. 1. in verbo *litem suam*, instit. de obligat. quæ ex quas. delict. nascun. Alber. in l. 2. num. 2. ff. quòd quisq; iuris, vbi propterea, quòd officialis litem suam faciens tenetur damna reficere damnum passo Bald. in cap. 1. §. iudex num. 3. de pace iuram. firm.

440 Vel clarius dicas, quòd facere litem suam est idem, quòd teneri ad veram litis æstimationem secundum Ioan. Fab. in d. §. 1. num. 1. institut. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. & pro hac opinione non modice vrget tex. in l. si filius ff. de iudic. secundum intellectum Iacobin. de Rauenn. quem ibi refert. Alber. num. 2. post med. dum ibi dicitur, quòd iudex tunc facit litem suam, quando male sententiam dixit, & quod tunc etiã veram æstimationem litis præstare debet, quasi quod litem suam facere, & ad veram litis æstimationem teneri idem sit ita etiam declarat. Anton. Rondinell. de sind. nu. 40.

441 Quòd immò credo verum per ea, quæ dixi supra 436. vbi quòd iudex per imperitiam male iudicans facit litem suam, & tamen certum est, quòd non tenetur ad veram litis æstimationem, sed quantum religioni iudicantis videbitur, & sic stant hæc insimul, quòd iudex faciat litem suam, & quòd non teneatur ad totam æstimationem litis, sed quantum bono viro æquum visum fuerit, prout in simili de iudice negligente colligitur ex trad. per glos. in l. argentarius, §. cum autem in verbo *de iudice*, cum ibi notat per Docto. & præcipue per Ang. num. 5. & Alexand. num. 9. & facit tex. in d. l. si filius ff. de iudic. ex quo retento communi intellectu gloss. & Doctorum (à quo minime recedendum dixit ibi. Iacobin. de Sanct. Georg. nu. 25. in fine) probatur quòd iudex facit litem suam, etiam quòd per imperitiam male iudicauerit nedum si dolo, & tamen primo casu non ad veram litis æstimationẽ teneri, Boss. in tit. de offic. corrupto num. 24. vers. & sensus huius conclusionis, vbi concludit litem suam facere idem esse, quod teneri in quantum religioni iudicantis tenebitur.

442 AMPLIA II. vt iudex imperitia male iudicans teneatur actione in factum, text. qui ad litteram hoc dixit in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. De qua re an scilicet isto casu detur actio in factum, aut aliqua alia, & quæ, vide ibi per Bart. num. 2. & per Alex. in addit. ad eum litera F. in principio gloss. in l. si quis in conscribendo, in verbo *intelligantur*, in princip. C. de pact. & Odofred. nu. 1. in fin e. Bart. in l. argentarius §. cum autem, num. 1. ff. de edend. glos. in l. si filius familias, num. 1. ff. eodem notant communiter Doctores in l. 4. §. in eum, & ibi præsertim. Alex. in summar. ff. de damn. infect. glo. in l. fin. in verbo *discriminis*, in fine. C. de pœn. iudic. qui male iudic. Anchar. Reg. q. 4. num. 16. par. 2.

443 AMPLIA III. vt iudex, qui per imperitiam iniustam protulit sententiam, aut aliquid aliud iniuste agit punitur in quantum religioni iudicantis visum fuerit, text. ad literam in l. final. in fine, ff. de var. & extraord. cognit. ibi, *& in quantum de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit pœnam sustinebit*. Ad idem text. in §. 1. instit de obligat. quæ ex quas. delict. nascun. & ibi glo. in figuratione casus in fine. Aret. ibidem, num. 2. in fine, Alciat. in l. si quis in conscribendo, numer. 31. in fin. vers. ex imprudentia. C. de pact. Alexan. in l. argentarius §. cum autem, num. 10. ff. de edend. & ibi etiam Iacobin. de Sanct. Geor. nu 16. vers. & aduertite. Ang. in l. 4. §. in eum, num. 1. ff. de damn. infect. & ibi etiam. Roman. num. 1. in fine, & num. 7. vers. Primo quando Imol. num. 49. vers. sed male iudicans. Paul. de Castr. num. 2. Alexand. in l. 4. §. in eum, num. 7. in fine, & 8. ff. de damn. infect. vbi infert ex hoc iudici datum esse arbitrium condemnandi ex causa,

sa, etiam in minus, quam sit interesse. Bellapert. in l. finali, versic. dicit glos. C. de pœn. iudic. qui male iudic. Bartol. in l. fin. num. 3. vers. Quandoque iudex iudicat male propter imperitiam. C. eodem, & ibi etiam Salycet. numer. primo, vers. sed vbi per simplicem imprudentiam. Bartol. in q. 9. incipiente iudex per imperitiā, & in vsib. feudor. habemus glos. in cap. 1. in §. iudices in verbo *facere neglexerit*, in fine de pact. iuram. firman. Cataldin. in tract. sindic. num. 69, quæst. 124. Paris de Put. de sindic. in verbo *iudex male iudicans*, capit. 1. num. 7. & 8. & in verbo *negligentia*, cap. 2. num. 9. versic. Primo cum iniuste pronunciat ex ignorantia, & cap. 4. num. primo, vers. & si male iudicat per imperitiam. Anton. Rondinell. de sindic. num. 40. Cyrill. in summ. crim. rubr. de pœn. iudic. male iudican. §. finali, num. 18. Pract. Corrad. rub. de sentent. num. 34. fol. 192. colum. 2. Roman. singu. 162. num. 2. Pract. Berber. prima part. rub. 13. de lege Iulia repetundar. n. 6. in fine, versic. si per imperitiam. Franch. March. decis. 686. num. 3. pat. 1. Boss. in tit. de offic. corrupt. num. 22. Anchar. q. 4. num. 16. par. 2. Contard. de moment. possess. limit. 11. nu. 3.

444 Quid autem sit teneri in quantum religioni iudicantis æquum videbitur, & ad quantum isto casu iudicans possit condemnari, vide glos. in §. 1. institut. de obli. quæ ex quas. delict. nascun. vbi quòd isto casu iudicans poterit secundum, quòd officialis plus, & minus errauerit, ita & ipse in plus, vel minus condemnare. Alexand. in l. argentarius §. cum autem, num. 10. ff. de edend. vbi quòd quandoque condemnabit ad totum interesse, & quandoque ad minus secundum qualitatem culpæ. Bart. in quæstio. 9. incipiente iudex per imperitiam, num. . . . vbi declarat ista verba *in quantum religioni iudicantis videbitur*, quomodo intelligantur, & an referantur ad pœnam respectu iudicis, an vero ad interesse respectu partis, subditque, quod ex verbis prædictis datur iudici arbitrium, vt ex causa possit iudicis imperitiam condemnare in minus, quam sit interesse partis. Boss. in titu. de offic. corrupto, num. 24. vers. & sensus conclusionis, vbi quòd interdum iudicans condemnabit ad omnem litis æstimationem interdum ad medium interesse, & interdum ad nihil.

445 AMPLIA IIII. quia iudex male iudicans per imperitiam pœna arbitraria puniendus est, sic enim videtur colligi ex allegatis supra numer. 443. vbi dicitur iudicem hunc teneri in quantum iudicantis religioni visum fuerit (sed certe Doctores ibi allegati, & iura loquuntur quoad interesse non, quoad pœnam) sed magis expresse quòd arbitrio iudicis puniatur, seu quòd pœna arbitraria plectatur scriptum reliquerunt. Nicas. in §. 1. num. primo, instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Cuman. in l. 4. §. in eum. num. 2. ff. de damn. infect. vbi dixit, quòd iudici, qui male iudicando fecit litem suā non tm̄ pœna, pro interesse, sed etiam alia arbitrio boni viri imponitur Bald. in l. final. numero primo. C. de pœn. Iudic. qui male iudicauit, vbi ad literam dixit, quod iudex qui per stultitiam male iudicat non tenetur crimine falsi, sed punitur extraordinarie per regulam l. final. ff. de priuat. delict. & facit gl. in l. prima in verbo *pronunciasse*, C. ad l. Iul. maiest. vbi dixit, quod iudicans contra legem, & constitutionem Imperatoris pecunia non recepta tenetur crimine stellionatus. Amad. de sindic. num. 169. in fine, vbi quod iudex qui per imperitiam male iudicauit non punitur pœna falsi, sed extraordinarie per regulam l. fin. ff. de priuatis delictis, & facit glos. in l. 1. in verbo *pronunciasse*, C. ad l. Iulia. maiest. vbi dixit, quòd iudicās contra legem, & constitutionem Imperatoris pecunia non recepta, tenetur crimine stellionatus. Amad. de sindic. num. 169. in fine, vbi quod iudex qui per imperitiam male iudicauit non punitur pœna falsi, sed extra ordinem pœna arbitraria sequitur. Paris de Put. de sindic. in verbo *corruptio*, cap. primo, num. 4. & in verbo *iudex male iudicans*, cap. 1. num. 9. in fine, vbi propterea quòd tenetur pœna pecuniaria. Boer. decis. 153. nume. 3. vbi loquitur in causa criminali, pro qua dicit, quod si iudex per imprudentiam male iudicauit pœna extraordinaria punitur. Menoch. de arbi. quæstio. lib. 2. cas. 339. num. 3. vbi loquitur in causa criminali, pro qua dicit, quòd si iudex per imprudentiam male iudicauit pœna extraordinaria punitur. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 339. num. 3. vbi ad literam dixit, quòd iudex per imperitiam iudicans extra ordinem iudicis arbitrio punitur. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 39. num. 3. vers. ergo si per imprudentiam, vbi idem dixit.

446 Contrarium quòd non puniatur criminaliter, nec iudex contra iudicem male iudicantem possit pœnam criminalem arbitrari, sed tantum ipsum condemnare ad interesse partis probare videtur text. in d. l. fin. ff. de var. & extrao. cognit. ponderando illa verba *de ea re*, quæ proprie ad partis interesse referuntur, & est de mente glos. ibi in verbo *de ea re*, & quòd iudex male per imperitiam iudicans non teneatur vltra refectionem damnorum, & interesse alia criminali pœna, voluisse videtur. Bal. in rub. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. post num. 16. vbi generaliter notat ex quasi maleficio quem criminaliter nunquam puniri, nisi modica castigatione, quòd si non posset soluere luat in corpore, & cum hac opinione videtur etiam sentire Menoch. de arbitr. quæst. libro 2. cas. 339 num. 4. in fine, & seq. vbi cum prius dixisset iudicem, per imprudentiam male iudicantem extra ordinem iudicis arbitrio puniendum, declarat pœnam hanc arbitrariam aliud non esse, quam vt parti læsæ damna reficiat in quantum facere potest. Paul. Granut. Theorm. 11. num. 8. ante finem, vbi dixit iudicem ex imperitia male iudicantem teneri arbitrarie parti ergo non fisco.

447 AMPLIA V. regulam procedere, tam in iudice ordinario, quam in delegato, qui male iudicans ex imperitia tenetur; sicut ordinarius glos. in l. final. in verbo *de ea re*, ff. de var. & extraord. cognitionib. Bart. ibidem, num. primo. Nicas. in §. 1. sub num. 6. instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Aret. ibidem, num. quarto, in fine, glos. in l. si quis in conscribendo in verbo *Pedaneos*, C. de pact. & ibi etiam Cyn. numer. 4. Franch. in cap. 1. §. si quis autem, num. 2. de re iudic. in 6. Pract. Corrad. rubr. de sent. nu. 32. in 2. ampliat. fol. 191. col. 1.

448 AMPLIA VI. etiam in filio familias. Non enim ex hoc, quòd sit in patria potestate excusatur, si ex imperitia male iudicauerit secundum glos. in l. fin. in verbo *de ea re*, in fine, ff. de var. & extraord. cognit. & in §. 1. instit. de oblig. quę ex quas. delict. nascun. in verbo *iudex*, vbi ampliat etiam, quòd non solum ipse potest conueniri, sed etiam quòd pater tenetur pro eo, quatenus est in peculio, tempore, quo male iudicando fecit litem suam, & ibi Nicas. num. secundo, bene declarat, quòd ex hoc resultant tria specialia. Primum quod quis tenetur de peculio ex quasi maleficio, cum alias non teneretur, nisi ex contractu, vel quasi l. 1. §. si filius, & §. cum seruus, ff. de his qui deiecer. vel effud. secundum quod quantum fuit in peculio attenditur tempus iniustæ sententiæ, cum alias attendi deberet tempus condemnationis ipsius filij l. quæsitum ff. de peculio. Tertium quòd etiam filius potest conueniri, cum alias tantum pater conuenitur nomine filij l. si filius ff. de iudic. Aretin. ibidem, num. 3. vbi amplius, quod si filius familias dolose, & male pronunciauerit tenetur insolidum, & in materia habemus, text. expressum in l. si filius, ff. de iudic. in quo secundum communem intellectum statuitur, quòd si filius familias iudex male iudicauit, per imperitiā non tenetur insolidum, sed in quantum religioni iudicantis videbitur, qui ipsum non in plus condemnabit, quam sit in peculio, si vero male iudicauerit dolo, tunc tenetur insolidum ad totum interesse, & ad veram litis æstimationem, sed nunquid solus filius teneatur, an vero pater, ita quòd in patrem detur actio, & alia ad materiam videas ibi per Bart. Bald. Alber. Ang. Fulg. Odofred. Iacobin. de Sanct. Georg. & Paul. de Cast. & ad materiam huius ampliationis vltra præallegatos, vide Cataldin. in tract. sindic. num. 40. quæst. 68. Ama. de sindic. num. 162. vers. item si potestas. Anton. Rondin. de sindic. num. 45. Contard. de momentan. possess. in 11. limit. num. nono Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 341. nu. 4. vbi de filio familias, qui sit negligens in suo officio . . .

Quid

449 Quid in filio emancipato. Dic, quòd tenetur in quantum facere potest, sicut si non esset filius familias secundum Nicas. in d. §. 1. num. 2. in fine, instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. per text. in l. 2. ff. quòd cum eo.

450 AMPLIA VII. In Arbitro, qui si ex imperitia male iudicauit tenetur, & punitur sicut iudex secundum glo. in l. fin. in verbo *de ea re*, ff. de var. & extraordin. cognit. Barto. ibidem, num. 1. glos. in §. 1. in verbo *litem suam*, versic. sed nunquid instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. & ibi etiam Nicas. num. 6. & quòd arbiter iniustitiam faciens, siue in omittendo, siue in committendo faciat litem suam, sicut iudex est tex. in l. penult. C. de pactis & ibi hoc notatur per glos. in verbo *Pedaneos*, & in verbo *intelligantur*, versic. sed videtur, vbi facit contrarium de Auth. decernimus de Arbitris, & illud soluit. Iacob. Butrigar. colum. prima in 5. oppositione, versic. item oppono, quòd arbiter. Bellapert. pariter in colum. 1. vers. habemus ergo Cyn. num. 4. Bart. num. 6 Bald. num. 7. in princip. Odofred. num. 2. vbi reddit rationem quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Ang num. secundo in fin. & 3. Fulg. nu. 3. Rom. nu. 10. & 11.

451 Vbi quid si infra tempus compromissi non fert laudum. Alex. num. 3. Paul. de Castr. num. 10. Iacobin. de Sanct. Georg. num. 7. Salyc. num. 4. in fine, in 11. opposit. Aret. num. 3. & Dec. num. 16. Bal. in l. si filius ad finem, vers. item quòd idem in arbitro, ff. de iudic. & ibi etiam. Ang. num. 4. Iacobin. de Sanct. Georg. num. 1. Paul. de Castr. num. 4. Abb. in cap. pastoralis §. quia vero, num. 6. ff. de offic. deleg. & ibi etiam Felyn. num. 20. Catald. de sind. num. 41. q. 70. Paris de Put. de sind. in verbo *negligentia*, cap. 1. post num. 20. & in verbo *lis sua*, cap. 3. num. 1. & cap. 5. num. 5. vers. sicut iudex, & arbiter. Pract. Corrad. rubr. de senten. nu. 32. in 2. ampliat. fol. mihi 191. colum. prima. Roman. sing. 707. incipiente, Tu habuisti.

Vbi quòd arbiter facit litem suam non solum malè iudicando, sed etiam negligendo. Asin. in pract. §. 32. cap. 2. in 40. ampliatione. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 339 num. 6. & seqq. Octau. Simoncell. in tract. de Decreto, li. 2. tit. 6. num. 82.

452 Contrarium, quòd arbiter compromissarius non faciat litem suam, sicut iudex etiam si neglexerit obseruare iura in iudicando, voluit Aret. in §. 1. num. 4. Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. ex text. quem allegat in l. penul. in fine. C. de pactis, cum ibi nota. per Doctor. & ex Bart. quem pariter allegat in l. fin. ff. de var. & extraordinar. cognit. (Vbi, ni fallor, tenet primam opinionem, vt supra eum allegaui) prout & eandem primam opinionem tenent Doctores in dicta l. penult. C. de pact. prout supra eos retuli.

453 LIMITA hanc vij. ampliationem, quando in arbitrum est factum compromissum cum iuramento, & sine pœna; tunc enim male iudicando per imperitiam non videtur teneri, secundum glos. in l. fin. in verbo *de ea re*, ff. de var. & extraordin. cognit. Ioann. Fabric in §. 1. num. 1. in fine, eiusdem glossæ, Instit. de oblig. quæ ex quasi delict. nascun. Bellapert. in l. si quis in conscribendo, col. 1. versic. fallit.

Vbi partes elegerunt Arbitrum cum iuramento. C. de pactis. Vbi eam reddit rationem, quia scilicet lex prohibet Arbitrum cum iuramento elegi, ea propter stante nullitate arbitrij, non facit isto casu Arbiter litem suam, & alia ibi ponit ad materiam huius declarationis. Odofred. in d. l. si quis in conscribendo, num. 2.

Vbi aliam reddit rationem, quia scilicet si litigatores promiserunt stare arbitrio cum iuramento, tunc si Arbiter iniquè iudicauerit à solo Deo pœnam expectat, vt in Authen. decernimus de arbitris sequitur ibidem Iacobin. de Sanct. Georg. num. 7. versic. falli in Arbitro, qui iurauit benè iudicare, & Aret. num. 4. ad finem, vers. & quòd hic dicitur, pariter ponit exemplum, quando iuramentum fuit præstitum ab Arbitro in acceptatione compromissi, prout etiam ita loquitur Claud. Seysell. sub nu 9. & sic vides, quòd Doct. in ista l. si quis in conscribendo loquûtur generaliter, quando partes in compromisso iurarunt illud seruare, vel quando arbiter iurasset benè pronunciare.

Quibus addo Patid. de Put. de sind. in verbo *lis sua*, cap. 5. num. 1. vers. tamen quando. Asin. in pract. §. 32. cap. 2. in 40. ampliat. num. 2.

454 Sed contra, quòd etiam isto casu Arbiter faciat litem suam malè arbitrando per imperitiam, voluisse videtur gl. in §. 1. in verbo *litem suam*, in fine, vers. sed certè quid in conscribendo in verbo *pedaneos*, C. de pact. Vbi affirmat arbitros facere litem suam, siue sint compromissarij cum pœna, siue etiam electi sine pœna.

455 AMPLIA VIII. in Arbitratore, qui malè iudicando per imperitiam facit litem suam, & tenetur sicut iudex prout colligi videtur ex dictis Bart. in l. fina. num. 1. vers. sed quid in Arbitrator. ff. de var. & extraordin. cognit. dũ dixit, quòd Arbitrator est sicut Proxeneta ad componendas partes adhibitus, l. Pomponius scribit. §. recepisse. ff. de Arbit. & propterea sicut Proxeneta tenetur de dolo, & lata culpa, ita etiam tenebitur Arbitrator, si tenetur de lata culpa, prout eum teneri dixi infra num. 456. ergo tenebitur de imperitia, quia errare in iure per imperitiam aliud non est, quam culpa lata, prout pariter dixi infra num. 479. & Bart. sic dicentem referendo sequuti sunt Aret. in §. 1. num. 5. & ibi etiam Nicas. num. 6. Institu. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Roman. in l. si quis in conscribendo, num. 11. ante medium, & ibi etiam Paul. de Cast. num. 10. & Dec. num. 16. C. de pact. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. sub num. 20. vers. qua ratione, & in verbo *lis sua*, cap. 3. num. 3. & num. 4. vers. Idem in arbitratore. fol. 191. col. 1. Anchar. Regien. q. 4. num. 18 par. 2. Asin. in pract. §. 32. cap. 2. in 41. Ampliat. Menoch. de arbit. quæst. cas. 339 num. 18.

456 Tenetur itaque Arbitrator de dolo, & lata culpa, quia sic etiam tenetur Proxeneta l. 2. in fi. ff. de Proxenetis, ita per hanc rationem dixit Bar. in l. fin. num. 1. ff. de var. & extraord. cognit. Aret. in d. §. 1. sub num. 5. instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. reprobata glo in l. fi. C. de contrahẽ. empt. volente Arbitratorem, & compositorem teneri ex dolo tantum. Bal. in l. si filius, ad fin. vers. sed quid in Arbitratore, ff. de iudicijs, & ibi etiam Ang. nu. 4. Iacob. de Sanc. Georg. nu. 1. vers. item in Arbitratore. Paul. de Castr. num. 4 Abb. in cap. Pastoralis, § quia verò, num. 6. in fin de offic. deleg. & ibi etiam Felyn. num. 20. Catald. in tract. sindic. nu. 41. q. 70 Paris de Put. de sind. in verbo *lis sua*, cap. 5. num. 5. vers. sicut iudex.

457 LIMITA hanc 8. ampliationem procedere, quando arbitrator immodicè læserit, secus si modicè; tũc enim non tenetur, nec facit litem suam, quia videtur sic faciendi potestatem habuisse. Aret. in d. §. 1. eod. num. 5. Instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. & ante eum Bal. in d. l. si quis in conscribendo, nu. 10. & ibi etiam Fulg. num. 3. versic. de Arbitratore autem. Roman. num. 11. post med. vers. sed Bal. vbi modicam læsionem esse declarat vsque ad sextam partem. Iacob. de S. Georg. nu. 8. Salyc. num. 5. & Aret. num. 4. in fi. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. Felyn. in c. Pastoralis §. quia vero, nu. 21. de offic. Deleg. Paris de Put. de sind. in verbo *lis sua*, c. 3. nu. 4. vers. quod dicit verum. Practic. Corrad. rubr. de senten. nu. 3. in 2. ampliat. vers. & in Arbitratore fol. 191. col. 1.

458 SVBLIMITA hanc limitationem non procedere, quando Arbitratori esset data latissima potestas, quia tunc etiam quod immodicè læserit partem nõ facit litem suam, sicut iudex, secundum Bal. in l. si filius, in fi. ff. de iudic. Vbi ponit exemplum, quando Arbitrator habebat potestatem à partibus auferendi ab vna, & dandi alteri, tam in parua, quam in magna quantitate. Felyn. in d. c. Pastoralis, §. quia vero, nu. 21. de offic. deleg. Pract. Corrad. rub. de senten. n. 32. in 2. ampliat. ante fin. vers. nisi sit data latissima potestas, fol. 191.

459 AMPLIA IX. in assessore cuius consilium iudex sequi debet, qui tenetur si per imperitiam malum dedit consilium, secundum Nicas. in §. 1. num. 6. vers. de Assessore tñ. instit. de oblig. quę ex quas. delict. nascun. Io. Fab. dicto §. 1. nu. 1. vers. sed quid de Assessore, Text. in l. 2. in fi. ibi. *sed ipsi assessori*, ff. quòd quisque iuris, & gloss. in verbo *Assessor*, in princ.

princ. Vbi bonam aſſignat rationem, & Bart. in ſummario, & in verſ. quæritur gloſſ. in l. 1. in fine princip. verſ. in gl. quæ incipit. ff eod. & in dicta l. 2. in ſummario in verſic. in gloſſ. ſua, in 2. lectura. Vbi ex hoc aduertit aſſeſſores imperitos eſſe in magno periculo, & in 3. lectura, in verſ. in text. aſſeſſori, &c. & in 4. lectura in fine, & ibi etiam Alber. nume. 1. & 4. Odofred. poſt numer. 1. & in verſ. vnde aſſeſſor. Ang. in ſummario, & num. 1. poſt medium, & num. 2. Fulgoſ. in ſummario, & num. 2. Alexand. etiam in ſummario, & ſub num. 2. Iacob. de S. Georg. num. 1. 4. ſeqq. & 11. in 1. lectura, & in 2. lectura, num. 1. Iaſ. nu. 1. & 2. verſicu. item pondera, & num 3. Dec. num. 3. & 8. Curt. iun. num. 6. Vbi proponit contrariũ, & illis reſpondet. Bal. in rubr. C. de pœn. iudic. q. malè iudicauit, n. 3. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſua*, nu. 4. verſ. & etiam idem in aſſeſſore. Cyrill. in ſumm. crim. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. § fina. nu. 16. verſ. ſin autem aſſeſſoris imprudentia.

460 Immò aſſeſſor malè iudicando per imperitiam videtur teneri ad veram litis æſtimationem, ſecundum quoſdam, prout dicit Bal. in l. hoc edicto in vltima lectura, ff. q. quiſq; iuris, quod ego minime verum credo, per ea, quæ dicta ſunt ſupra nu. 441. & infra nu. 562.

461 AMPLIA X. in Auditore alicuius Præſidis, qui pariter tenetur malè iudicando per imperitiam, ſecundũ Ioan. Fabr. in §. 1. nu. 1. verſ. ſed quid de Auditore. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcũtur. Paris de Put. de Put. de ſind. in verbo *conſilium*, c. 1. nu. 3.

462 Non tamen tenetur Præſes de iniuſta ſententia per imperitiam lata à ſuo auditore, ſecundum Alexan. in l. 2. nu. 10. ff. quòd quiſque iuris. Vbi dixit poſt Bal. & Salycet. in locis per eum relatis, quòd delegans non tenetur de imperitia delegati, nec Epiſcopus de imperitia ſui Vicarij. Bald. in rub. C. de pœn. iudic. qui malè iudicau. num. 12. & ſeqq. Vbi, quòd ordinarius nõ tenetur de imperitia delegati, nec Epiſcopus de imperitia Vicarij, nec Poteſtas de imperitia ſui collateralis. Quòd vltimum declarat, vt non teneatur de dolo, ſed benè de culpa teneatur, eo quia debet eſſe curioſus, ne quis in ſua curia iniuſtitiam faciat, ſequitur ibidem Salycet. in l. fina. num. 4. verſ. nono an Ordinarius, & ſeqq. C. eod. Ad quæ vide etiam Anton. Rondinell. de ſindic. num. 86. Vbi, quòd iudex tenetur de imperitia ſui aſſeſſoris, & nu. 87. Vbi, quòd Poteſtas tenetur de facto ſui Officialis dati in coadiutorem officij, & ſi ſoluat pro eo habet contra eum actionem negotiorum geſtorum, vel mandati.

463 AMPLIA XI. in conſultore, qui iudici iniuſtum dedit conſilium. Nam quòd is teneatur videtur ſentire Ioan. Fabr. in §. 1. num. 1. verſ. ſed quid dices de aſſeſſore, ſeu conſiliario, Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcunt. Vbi poſt Specul. in loco per eum relato æquiparat in hoc Aſſeſſorem, & conſiliarium. Roman. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 12. C. de pact. & ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 10. verſ. & idem videtur in conſultore ex Claud. Seyſell. num. 8. in fin. Abb. in cap. Paſtoralis, §. quia vero, num. 7. de offic. deleg. Et ibi etiam Felyn. num. 22. Paris de Put. de ſindic. in verbo *conſilium*, cap. 1. nu 3. vbi loquitur de Vicario Poteſtatis, de cuius conſilio Poteſtas iniquam protulit ſententiã. Practic. Corrad. rubr. de ſenten. nu. 32. in 2. ampliat. in fine, verſ. conſultorem ex iniuſto conſilio fol. 191. col. 1. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. nu. 3. & ſeq. vbi ponit quatuor pœnas conſultoris, qui iniuſtũ dedit conſilium.

464 Contrarium, quòd iſto caſu conſultor non teneatur de eius conſilio, quia iudex non tenebatur illud ſequi, voluit Nicaſ. in §. 1. num. 6. verſ. ſecus eſt de conſultore. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſcunt. Alber. in l. ſi filius, nu. 3. verſ. ſed an teneatur. Vbi dixit conſultorem non teneri de malo conſilio ſi per imperitiam ſic malè conſuluit, ſecus ſi dolo, & ita teſtatur eſſe communem opinionem, ſequitur ibidem Ang. num. 10. in fin. Iacobin. de Sanct. Georg. num. 20. in fine. Vbi pariter teſtatur de communi ex Alber. in loco præcitato. Paul. de Caſtr. nu. 11. Paris de Put. de ſindic. in verbo *conſilium*, cap. 1. num. 3. ante finem, & in verbo *lis ſua*, cap. 3. num. 3.

465 Crederem poſſe diſtingui ſecundum ea, quæ ſcripſit Curt. iun. in l. 2. num. 6. ff. quòd quiſque iuris, quòd prima opinio procedat, quando conſultor dat ſuum conſilium gratis. Secunda autem, quando locat operas ſuas. Nec ab hac diſtinctione diſſentire videtur Paris de Put. de ſindic. verbo *lis ſua*, cap. 3. num. 4.

466 Vel potes dicere ſecundum Amad. in tract. ſindic. num. 123. quòd ſi conſultor fuit electus à partibus teneatur parti læſæ de malo conſilio, ſed ſi fuit electus à iudice non teneatur iudici, ex Ang. in locis per eum relatis.

467 AMPLIA. XII. vt etiam teneatur iudex, qui ex imperitia malè iudicauit, etiam quòd ex conſilio ſapientis aſſeſſoris, vel conſultoris ſic iudicauerit, ſecundum Alex. in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. litera A, ante med. verſic. & an iudex. Bal. in l. mancipia, nu. 3. C. de ſeru. fugit. & licèt contrarium ſonent verba text. in l. 2. ff. quòd quiſq; iuris. eſt tamen aduertendum, quòd ille tex. loquitur, quoad pœnam illius edicti, non autem quin propterea ipſe iudex faciat litem ſuã, prout ibi benè declarat glo. in verbo *Aſſeſſori*, in fine, verſic. Quidam tamen dixerũt. Bart. in prima oppoſit. Vbi, quòd tenetur actione in factũ ex quaſi maleficio. Idq; menti tenendum aduertit, quia Ang. ante num. 1. verſ. & ratio. Fulgoſ. num. 3. Vbi in fine teſtatur de communi, quamuis de iure non videatur aſtrictus Poteſtas ad aliud, niſi ad ipſum repræſentandum. Alex. num. 8. reprobato Imol. poſt glo. contrarium tenente in loco per eum relato. Iacobin. de S. Georg. num. 2. & 13. in 1. lectura, & in 2. num. 6. Iaſ. num. 1. verſ. ſecundo limita, & num. 4. vbi teſtatur de communi opinione. Dec. num. 56. & ſeq. iuncto num. 12. Curt. iun. num. 5. Claud. Seyſell. nu. 4. Alber. in l. ſi filius familias, nu. 3. ff. de iudicijs, & ibi etiã Ang. num. 10. Iacobin. de Sanct Georg. num. 20. Paul. de Caſtr. num. 10. Bald. in rubr. C. de pœn. iudic. qui mal iudicauit, num. 4. ſequitur idem Salyc. in l. fin. num. 3. verſ. quinto an Poteſtas. Idem Bal. in l. obſeruare, § proficiſci, nume. 14. in 31. quæſt. verſ. ſi autem iudex elegiſſet. ff. de offic. proconſul. & lega. Cataldin. in tracta ſind. nume. 43. quæſt. 72. Amad. de ſind nume. 124. Paris de Put. de ſindic. in verbo *conſilium*, cap. 1. num. 3. verſic. quando autem de conſilio ſapientis, & cap. 1. nu. 1. & in verbo *lis ſua*, cap. 3. nu. 6. Anton. Rondinell. de ſindic. nu. 88. & 150. Anto. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. nume. 46 Vbi de communi Doctorum opinione. Boſſ. in titu. de offic. corrupto, nu. 27. Afin. in pract. §. 32. cap. 2. in 39. ampliat. nu. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 339. nu 16.

468 Contra, quòd excuſetur iudex requirendo conſilium peritorum, & ſapientum, & illud ſequendo probat Alex. in l. fina. num. 1. verſ. ſed nunquid poteſt euitare periculum ff. de var. & extraordin. cognitionib. Roman. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 11. ante medium, C. de pactis. Vbi de arbitro ferente laudum de conſilio ſapientis, quòd excuſatur, & quòd nunquam teneatur parti ad intereſſe, facit tex. in l. 2. ff. quòd quiſque iuris. Vbi ad literam dicitur, quòd aſſeſſoris imprudentia magiſtratui officere non debet ſed re vera, vt ſupra præmonui tex. ille non loquitur de officiali querelato in ſindicatu, ſed quando poſt ſindicatum pro ſimili cauſa agitur cõtra ipſum ex illo edicto, quòd quiſq; iuris, prout ibi communiter notãt omnes Doctores, quos ſupra mox retuli.

469 Immò videtur iſto caſu, quòd iudex, qui malè iudicauit ex conſilio ſui aſſeſſoris ad totale intereſſe parti læſæ teneatur, ſecundum Iaſ. in l. 2. num. 4. ff. quòd quiſque iuris, poſt glo. ibi, quam communiter approbatam aſſerit, ſed labitur Iaſ. quia gloſſ. non dicit, quòd teneatur ad totale intereſſe, vel ad integram litis æſtimationem, ſed tantum, quòd facit litem ſuam; & ideò non ex hoc ſequitur, quòd teneatur ad totale intereſſe, prout dixi ſupra nu. 437. & 441.

470 LIMITA hanc xij. ampliationem non procedere in pluribus caſibus, quorum primus eſt, quñ vigore alicuius ſtatuti iudex omnino teneretur de neceſſitate ſecundum conſilium, & votum ſibi datũ iudicare, ſecundũ Alex. in addit. ad Bar. in l. fi. ff. de var. & extraordin. cognit. litera A, ante med. & an iudex. Paris de Put. de ſindic. in verbo *conſilium*, c. 5. nu. 3. Anto. Maria Coriat. in tract. de cõm. opin. tit. 12. nu. 47.

nu.47.Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.cas.339.nu.36.

471 Secundus est casus,quando idem iudex fuit deceptus à suo consultore,seu assessore,non in iure, sed in facto, secundum Curt.iun.in l.1.num. . . . vers.& ideo ista limitatio.ff.quòd quisque iuris, vbi subdit,quod multoties magistratus etiam periti volunt elaborare circa uidendos processus. Et propterea solent eligere Assessores,qui referunt factum,& est notabilis excusatio pro iudicibus Vrbis, qui mandant suis substitutis, & quandoque etiam substitutis fiscalibus,vt sibi faciant summarios processus,& cum illis iudicant. Sed ego si horum Iudicum essem sindicator, & superior eos nullo modo excusarem, prout nec excusandi sunt,quando præsertim in criminalibus,& in re graui sententiam proferrent non videndo originalis processus, prout à bonis iudicibus,& videntur,& videri debent. Amad. de sindic.nu.124.vers.sed si Potestas.

472 Tertius est casus,quando consultor non est electus à iudice,sed à republica,vel à parte,secundum Bald.in l. mancipia,nu.5.C.de seru.fugit.Alex.in l.hoc edicto,nu.8. vers. secus si respublica elegisset.ff.quòd quisque iuris,& ibi etiã Iacob.de Sanct. Georg.num.6. in 2.lectura.Ias.num.4. vers.limita ista glo.Dec.nu.13.ante med. Claud. Seysell.nu. 4.Vbi ampliat etiam,quòd assessor eligatur de consilio Rei publicæ. Bal.in rubr.C.de pœn. iudic. qui malè iudicauit, num.4.sequitur ibidem Salyc.in l. fin.num.3.vers. quinto an potestas.C.eod. Idem Bald. in l.obseruare.§.proficisci, nu.14.in 31.quæst.ff.de offic.proconsul.& lega. Amad. de sindic.sub num.124.Paris de Put.de sind.in verbo *iudex malè iudicans*,cap.1.num.14.& in verbo *consilium*,cap.2.num. 1.& cap.3.nu.1.& per totum, vbi de materia,& cap. 5. nu. 1.vers.& adde,quòd excusatur,& nu.3.in fin.in verbo *negligentia*, cap.1.num.15.in fin.Anto.Rondinell.de sind.nu. 88.& 150. Cyrill. in summ.crim.rubr.de pœn.iud.mal.iudican.§.fin.nu.16.vers.secus tamen foret si respublica illũ elegisset. Afin.in pract.§.32.cap.2.in 39.Ampliatione, num. 2.& seqq. quem benè declarantem videas Menoch.de arbitr.quæst. lib.2.cas.339.num.37.

473 Quartus est casus, quando electus consultor habebat instrumentum suæ approbationis factæ à Doctoribus de collegio, vt moris est in studiis generalibus, secundum Alexan.in l.2.nu.9.post Salyc.quem allegat.ff.quod quisque iuris,& ibi etiam Iacob.de S.Georg.sub n.6.in 2.lectura. Ias. nu.4.in 2.limit.Dec.nu.13.ad med.vers.eodem modo.

474 Vbi declarat nisi approbatio fuisset facta ab improbis Doctoribus,& nisi etiam non obstante approbatione publicè reputaretur pro ignaro,& imperito. Paris de Put. de sind. in verbo *consilium*,cap.2.post num.1.& cap.5. num.2. Anton.Rondin.de sindic.num.88.Cyrill. in summ. crimi. Rub.de pœn.iud.malè iudic.§.fin.num.16.in fin. vers.vel nisi,&c.Boss.in tit.de offic.corrup.num.27.

475 Quintus est casus,quando consultor erat publicè exercitatus in similibus officiis,in quibus se peritum docuit,& pro perito habitus,& reputatus fuit secundum Alex.in l.2. nu.9.vers.& idem dicit ff quòd quisque iuris,& ibi etiam Iacob.de Sanct.Georg.num.6.in fine. vers. Tertio limitatur,in secunda lectura.Ias.num 4.in fin. Vbi ampliat hanc declarationem etiam,quòd assessor non esset Doctor. Dec. nu.13.in fine.vers.& eod.modo.Salyc.in l.fin.nu.3.in fine, vers.Item nisi prius.C.de pœn.iudic.qui mal.iudicauit. Paris de Put.de sind.in verbo *consilium*, cap.2. numer.1.vers. quod est etiam verum,& vers.unde si elegisset aliquem,& cap.5.num.2.Boss.in tit.de offic.corrupt. nu. 28. in fine.

476 Sextus est casus,quando Potestas, & iudex exhiberet consultorem illum,seu Assessorem,de cuius voto, seu consilio malè iudicauit,quia tunc videtur liberatus, secundũ Iacobin.de Sanct. Georg.in l. 2.num.2.in fin. ff.quòd quisque iuris in prima lectura, sequitur ibidem Ias. post num. 4. Vbi videtur reprobare Fulgos.ibi contrarium dicentẽ. Dec.nu.13.vers.& si pro delicto.

477 Contrarium, quòd per huiusmodi exhibitionem non sit liberatus iudex secundum communem Doctorum opinionem,ni fallor,testatur Fulgos.in l.2.nu.3.in fin. ff.quòd quisque iuris.

478 Declarandi videntur omnes ferè prædicti casus, vt non procedat, quando ipse iudex, seu Potestas erat peritus tunc enim verisimiliter cognoscens iniustitiam consilij tanto minus in iudicando debebat illud sequi, & propterea non excusatur etiam in casu,in quo alias excusaretur secundum Alexand. post Bar. Bald. & Salycet.in locis per eum relatis in l.2.num.12.ff quod quisque iuris, & ibi etiam Dec.num. 6. vers.& hoc verum est. Curt.iun. num.1. in fin.Claud. Seysel. num.1. Anton. Rondinell. de sindic. num.88. in fin. vers.quid si iudex erat Doctor. Cyrill.in summ.crim.rub.de pœn.iudic.mal.iudican. §.fin. num.16. vers.sin autem assessoris imprudentia.Boss. in tit. de offic. corrupto, num.28. Vbi quòd quando potestas est ipse Doctor, tunc non excusatur, sequendo consilium sapientis Doctoris,& approbati.

479 AMPLIA XIII. vt sicut iudex tenetur malè iudicando per imperitiam,ita etiam teneatur si ex lata culpa malè iudicat,seu aliam facit iniustitiã ex alleg. per Amad. in tract. sindic.num.69. in fin.& quia errare in iure lata culpa est l.latè.ff.de verb. signif. l. liberorum. §. notantur cum ibi notat.per Docto.ff.de his,qui nota.infam.Bart.in l.fin.num.1.in fine, vers.est autem lata culpa,ff.de var.& extraord. cognit. Aret.in §.1.post num.5.vers.sed lata culpa est ignorare iura.Instit.de oblig.quę ex quas delict.nascuntur Roman. in l.si quis in conscribendo, num. 13. C. de pactis.

Vbi,quòd imperitia iuris lata culpa est. Alexan. ibidem sub num.5.vers.& ex his habes,& in vers.sed iudex per imperitiam iudicans,& Aret. sub nu.4.vers.& ideò videretur dicendum. Bal.in l.2.quæ incipit hoc edicto,in vltima,& penultima lectura.ff quòd quisque iuris, & ibi etiam Paul. de Castr. num.5.

480 Vbi amplius,quod ex hac iudicis, seu assessoris ignorantia,vel imperitia,licet arguatur lata culpa, non tamen inde arguitur dolus,quod & idem ibidem voluerunt. Alexan.post nu.2.& 3.

Vbi,quòd isto casu ex imperitia,nec etiam inducitur dolus præsumptus. Iacobin. de Sanct. Georg.num.4. in 2.lectura, Dec.num.3.& 4.Claud.Seysel.num.2.Sebast.Sapia,

481 num.20. Vbi adhuc dicit non latam culpam,sed dolum arguit in iudice cuius imperitia notoria est, & tamen malè iudicauit Paul.de Castr. in l.4.§. in eum,num.2. vers. non ergo est curandum.ff.de damn.infect. Vbi pariter, quod imperitia iudicis non est dolus,sed lata culpa.Ad quæ vide etiam Bald.in rub.C.de pœn.iudic.qui malè iudic. num.3. & ibi etiam Salyc.in l.fi.nu.3.vers.quarto an error iuris. Catell.Cotta in suis memoralib.in uerbo *Doctor malè iudicans*, folio mihi 186.Et licet Mascard.de probat. libro primo.conclus.531. num.120.dixerit præsumi dolum in iudice errante in iure ex Afin.& Hippolyt. Rimin. in locis per eum relatis,quod & idem voluit Contard.de momentan. possess.in 10.limitat.num.16.& sequenti.

Vbi testatur de cõmuni,& alios refert concordantes;hęc tamen opinio, vt ex præallegatis apparet communiter reprobatur,quia veritas est,quòd iudex errando in iure non in dolo,sed in lata culpa esse dicitur,prout etiam sic magis communiter per Doctores teneri dixi supra in prima parte,titu.de indit.& tortu.quæstio.37.num. 121.& ibidem Contard.vbi supra,num.18.hanc eandem primam opinionem pariter dixit communem ex Alciat.quem allegat regula tertia,præsumptio.31. in fine.

482 AMPLIA hanc decimam tertiam ampliationem, vt iudex,qui lata culpa malè iudicauit teneatur parti læsæ ad interesse in solidum,non autem in quantum facere potest,secundum Alex.in addit.ad Bart.in l.fin. litter a A, in princ.vers.sed contra hoc.ff.de var.& extraordin. cognit. Boss.in tit. de offic.corrupt.num.22.vers.& si est lata culpa. Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.cas.329.num.5.uers.nisi hęc imperitia sit ex lata culpa.

483 Verum de hac conclusione valde dubito, quia si vera esset sequeretur,quòd iudex per imperitiam,& imprudentiam malè iudicans,teneretur ad interesse,quia,vt dixi supra num.479. Iudicis imperitia latæ culpæ adscribitur. Et tamen certum est iudicem per imperitiam malè iudicantem non teneri in solidum, sed quantum religioni iudi-

iudicantis videbitur, prout dixi supra, num. 443. & faciunt scripta per Alciat. in l. si quis in conscribendo, sub num. 3. versic. quòd si culpa deliquerit, & ibi etiam Alex. sub num 5. C de pactis. Vbi dixerunt, quòd iudex, qui nō ex dolo, sed ex culpa malè iudicauit, non tenetur ad totale interesse, nec ad totius litis æstimationem, sed tantum ad id, quod interest, & in quo pars fuit læsa.

484 Benè verum est, quòd si iudex fuerit in latissima culpa: tunc punitur etiam criminaliter, ne dum, quòd teneatur in solidum ad interesse, secundum Salyc. in l. fin. column. 1. in fine, versic. quæro nunc cum glos. C. de pœn. iudic. qui male iudicauit.

485 Si verò culpa fuerit leuis; Tunc, quòd nullatenus teneatur, voluit Anton. Maria Corat. in tract. de cōmun. opin. tit. 12. num. 48. sed quòd immò adhuc teneatur non in solidum, sed quantum religioni iudicantis videbitur, voluit Amad. in tract. sindic. num. 127.

486 Quòd si in iudice malè iudicante fuerit culpa leuissima, tunc quòd ad nihil teneatur scripserunt Alex. in addit. ad Bar. in l. fina. ff. de var. & extraordin. cognit. litera A, post principium, vers. item interdū. Vbi idē dicit in Arbitro, & ante eum Bald. in cap. 1. §. iudices, num. 1. ad med. vers. item interdum, de pac. iuram. firman. Amad. de sindic. nu. 69. in fin. Paris de Put. de sindic. in verbo *Iudex male iudicant*, cap. 1. num. 9. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. num. 48. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 339. num. 21.

487 Contra, quò immò de leuissima culpa iudex licèt non teneatur in solidum, teneatur tamen quantum religioni iudicantis videbitur, voluit idem Amad. de sindic. num. 127. & 129. vbi propterea, quòd culpa leuissima mitius punitur, quàm leuis. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 19. in princ.

488 In hac contrarietate vide Parid. de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 20. Vbi, quòd prima opinio procedit, quando officium à iudice non fuit procuratum. Secunda autem, quando fuit procuratum ex Bald. in loco per eum relato.

489 AMPLIA XIV. vt iudex, qui contra æquitatem iudicat, etiam quòd ex imperitia hoc faciat videtur facere litem suam: text. est in l. fina. ff. de var. & extraordin. cognit. in primis verbis, declarat glos. ibi in figuratione casus, & in verbo *si iudex*, secundum quorundam opinionem.

490 Quòd tu intelligas, vt non ex hoc teneatur insolidum, & ad veram litis æstimationem, sed solum in quantum facere potest, pro vt dixi infra num. 562. & in simili dixi supra num. 437.

491 AMPLIA XV. Vt teneatur iudex malè iudicans contra iura quamuis sic iudicauerit credens se benè iudicare secundum suam conscientiam, secundum Nicas. in §. 1. num. 4. Instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. quòd quando verū sit, & de materia vide Bald. in l. final. num. 4. C. de pœn. iudic. qui mal. iudica. notant Docto. in cap. 1. de senten. & re iudic. in 6. vide omnino gloss. in cap. Pastoralis, §. quia verò, in verbo *tenetur*, de offic. Deleg. & ibi Docto. omnes, & præsertim Abb. num. 8. & Felyn. num. 23. & seqq. vbi facit regulam negatiuam cum septem limitationibus. Amad. de sindic. num. 161. Paris de Put. de sindic. in verbo *iudicare*, cap. 2. per tot. fol. mihi 220. & seqq. Virg. Boccac. in tract. de pact. part. 3. num. 85. & in Constit. Marchiæ gloss. 3. n. 6. Clar. in pract. §. final. quæst. 66. versic. scias autem. decis. Pedemon. 1. num. 39. & sequētibus. Capra conclus. 32. per tot. Vbi latè, & latè etiam Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 948. & quidem hæc materia tractatur per Canonistas in cap. 1. de offic. Ordinarij, & in cap. 1. de re iudica. in 6. & particulariter, An iudex cui in iudicando concessum est liberum arbitrium, possit secundum suam conscientiam iudicare. Et quid importet clausula; *secundum conscientiam suam*, dixi in meis quæstionibus ciuilibus.

492 AMPLIA XVI. Vt teneatur iudex per imperitiam malè iudicans, nō solum si iudicauit contra iura, & contra leges, sed etiam si iudicauit contra communem Doctorum opinionem. Nam & tunc, quòd faciat litem suam, scripserunt Aret. in §. 1. num. 7. versic. Quòd tamen intelligerem verum. Instit. de obligat. quæ ex quas. delict. nascun. Vbi concordantia iura, & doctrinas allegat. Bar. in l. fina. num. 5. C. de pœn. iudic. qui malè iudicauit, & ibi etiam Bal. num. 10. & Salycet. num. primo, vers. sed quid si de intellectu, & versic. vtile est igitur. Idem Bald. in cap. 1. §. iudices, num. 4. de pace iuram. firm. & ibi Adden. litera B Cataldin. in tract. sindic. num. 35. sub quæst. 61. Cyrill. in summ. crimin. rubr. de pœn. iudic. malè iudican. §. fina. nu. 18. versic. aut iudex errauit in eod. pract. Corrad. titu. de sentent. num. 21. fol. mihi 187. & num. 32. folio 190. Vbi, quòd iudex contra communem iudicans perdit animam, honorem, tenetur parti ad interesse, & facit litem suam. Stephan. Lamberten. in tract. de contractib. eorum. glos. 1. num 180. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. num. 1. & seq. vbi idem de Arbitro, & Arbitratore, & num. 3. & seqq. Vbi idem de consultore, & num. 25. & seqq. Vbi latissimè de iudice iudicante contra communem opinionem, & num. 34. & seqq. Vbi, quòd tenetur ad interesse partibus, & facit litem suam, etiam quòd per imperitiam contra communem iudicauerit, & alijs pluribus relatis concordantibus testatur de communi, & recepta Doctorum opinione; & num. 51. & seq. vbi. quòd tenetur etiam in foro conscientiæ, & num. 53. Vbi tamen, quòd non tenetur actione iniuriarum, & tit. 13. num. 1. & seqq.

493 Vbi latè disputat, An excusetur iudex allegando ignorantiam communis opinionis. Ex quibus sine dubio dici potest ita communiter à Doctoribus receptum esse, quamuis contra faciant scripta per Bart. in l. prolatis, in fine, ff. de re iudic. prout illum refert. Aret. in §. 1. num. 7. Instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Vbi vult excusari iudicem, qui in iudicando sequutus fuit in vna lege, quæ habet plures intellectus, intellectum multorum Doctorū, licèt ille non sit communis, sed certe Aret. eo loci non dicit isto casu iudicem excusari in totum, sed mitius puniri.

494 LIMITA hanc xvj. Ampliationem procedere, prout loquitur, quando scilicet constat de communi opinione Doctorum, secus verò, quando in conflictu opinionum non adest aliqua communis, seu magis obseruata: tunc enim iudex in diuersitate opinionum, sequendo potius vnam, quam aliam ad aliquid, secundum eundem Bar. in l. fina. post num. 5. C. de pœn. iudic. qui malè iudic. & ib etiā Saly. num. 1. vers. vtile est igitur. Ad quam materiam, quando scilicet iudex, sequendo potius vnam opinionem, quā alteram excusetur. Vide Bald. in l. obseruare. §. proficisci, num. 14. in quæst. 30. ff. de offic. proconsul. & lega. Adden. ad eundem Bald. in cap. 1. §. iudex. num. 4. litera D, de pace iuram. firman. Amad. de sindic. num. 123. Paris de Put. de sindic. in verbo *Iudex malè iudicans*, cap. 1. num. 11. & in verbo *iudicare*. cap. 3. per tot. fol. 221. & seqq. Vbi latè Rōdinell. de sindic. num. 51. & seq. Cyrill. in summ. crim. rub. de pœnis. iudic. malè iudican num. 18. vers. si vero illæ variæ opiniones, latissimè Anton. Maria Corat. in suo tractat. de commun. opin. per tot. in discursu, & dixi in meis questionibus ciuilibus, in quibus in specie hanc quæstionem disputandam reassumpsi, An scilicet, & quando iudex teneatur sequi communem Docto. opinionem, & ibi posui regulam cum suis ampliationib. & limitationibus. Boss. in tit. de offic. corrupto, post num. 22. Menoch. de arbitrar.

495 quæst. lib. 2. cas. 339. num. 19. & sequentibus. Vbi præsertim, num. 22. & sequentibus benè explicat, an, & quando in conflictu opinionum, & sic in casu dubio adhæret illi opinioni, quæ facit pro suo amico. Stephan. Lamberten. in tract. de contractib. eorum. glo. 1. num. 147.

496 LIMITA rursus eandem xvj. ampliationem in pluribus casibus, in quibus iudex iudicando contra communem opinionem non facit litem suam. De quibus per Doctor. allegatos in præcedente limitatione, & in specie per Paris de Put. in verbo *iudicare*, cap. 3. per tot. fol. 221. & seqq. Vbi latè Pract. Corrad. rubr. de senten. num. 35. iuncto num. 23. & seqq. Menoch. de arbitrar. quest. lib. 2. cas. 339. num. 21. in fine.

497 AMPLIA XVII. & multo magis, quando iudex erranit

errauit in iure certo & notorio; Tunc enim eo magis tenetur, secundum gloss. in §. 1. Instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. in figuratione casus in fine, & in verbo *videbitur*, vbi ponit exemplum in eo, qui errauit circa l. fusiam caninam. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. si filius familias, num. 15. ff. de iudicij, vbi refert, & sequitur glos. in loco præcitato. Bart. in l. fina. num. 4. C. de pœn. iudic. qui mal. iudica. & ibi etiam Salv. num. 1. versic. quid autem iudex habeat arbitra. Cyrill. in summ. crimin. rub. de pœn. iudic. malè iudican. §. fina. num. 18. versic. sin autem lex facilis, & aperta foret.

498 . Immò videtur isto casu iudicem teneri insolidum, & ad veram litis æstimationem, per ea, quæ dixi supra, num. 479. quòd scilicet culpa lata sit errare in iure, præsertim notorio, & consequenter in solidum teneri debet ad ea, quæ dixi supra num. 482. & magis faciunt; quæ dixi pariter supra num. 387. Quòd scilicet in iudice dolus arguitur ex notoria iniustitia, iunctis traditis in num. 361. Vbi propterea, quòd iudex ex dolo tenetur ad veram litis æstimationem: quare idem omninò videtur dicendum si errauerit in iure notorio. prout. in specie videtur sic voluisse Nicas. in §. 1. nu. 7. in fine. Instit. de oblig. quæ ex quas. delict. nascun. Vbi, quòd tenetur ad totum interesse partis. Imol. in l. quarta. §. in eum sub num. 50. ff. de damn. infect. Contard. de momentan. possess. limitatione 10. num. 17. Vbi propterea, quòd iudex errans in iure vulgato dicitur in dolo, & limitat. 11. num. 10.

499 AMPLIA XVIII. Et multo magis, quando iudex male iudicauit per supinam imperitiam & ignorantiam, quia tunc tenetur ad interesse partis in solidum, & ad veram litis æstimationem, secundum Alexand. in addit. ad Bart. in l. fina. ff. de var. & extraord. cognitionibus. litera F, post med. vers. sed si imperitia iudicantis fuit supina. Roma. in l. 4. §. in eum, num. 1. ad finem, vers. non tamen supina. ff. de damn. infect. & ibi etiam Imol. num. 10. Paris de Put. de sindic. in verbo, *negligentia*, cap. 4. num. 1. in fine, vers. nisi fuerit supina ignorantia. Contard. de moment. possess. limitat. 11. num. 10.

500 AMPLIA XIX. vt iudex non seruans consuetudinem, & contra illam iudicans, faciat litem suam non aliter, ac si iudicasset contra ius, secundum Bald. in cap. 1. in §. iudices, num. 5. de pace iuramen. firman. Amad. de sindica. num. 130. versic. sic etiam, vbi declarat dummodo cõsuetudo sit notoria, vel si nõ est notoria, allegetur per partem, & probetur; aliàs secus. Paris de Put. de sindic. in verbo *lis sua*, cap. 4. num. 4. in fine, vers. Iudex, qui contra cõsuetudinem, & in verbo *iudicare*, cap. 1. num. 5. Anton. Rõdinel. de sindic. num. 122. & 125. Pract. Corrad. rubr. de sententen. num. 32. in prima ampliatione. fol. 191. col. 1.

501 AMPLIA XX. Quia Iudex pronuncians contra statuta, & reformationes facit litem suam, & tenetur ad interesse, non aliter, ac si pronunciasset contra leges, quod an verum sit, & quando, vide Cataldin. in tracta. sindica. nu. 38. quæst. 62. vbi declarat dummodo statuta, & reformationes fuerit assignatæ officiali in principio eius officij, aliter secus, Amad. de sindic. num. 130. vbi quòd iudex tenetur seruare statutum, etiam quòd à parte non producatur; reformationes autem non tenetur seruare si in corpore statutorum non sunt insertæ, aut aliàs iudici assignatæ, vt mox dixit.

502 AMPLIA XXI. Quia si iudex, qui malè iudicauit per imperitiam non potest parti soluere interesse, debet luere in corpus, quod an verum sit, & quando, dixi supra num. 374. & seq. hic non repeto.

503 AMPLIA XXII. Quia si iudex qui per imperitiam male iudicauit, soluerit parti læsæ interesse, non potest solutum repetere ab altera parte, nec etiam potest petere cessionem actionum ab eo, qui soluit. Alexand. in addit. ad Bart. in l. fina. ff. de var. & extraord. cognit. litera. D. ante med. vers. & ibi subdit, &c. Bald. in l. sancimus, in fine. C. de iudicijs, Ang. in l. si quis dolo. §. si qs, &c. post med. vers. in gloss. accepit, & ibi etiam Alex. num. 2. & 3. ff. de re iudic. Idem Angel. in l. Stico. §. si mandato, in fine. ff. de solutionibus, Ioan. de Platea in l. missi opinatores, colum. penult. in fine, in 4. notab. post principium, vers. & pro hoc. C. de exactorib. tributor. lib. 10. Imol. in l. si tertius. §. fina. post med. vers. & propter illam legem, & ibi Roma. prope finem, num. 7. ff. de aqu. plu. arcen. Alex. in l. properandum. §. sin autem alterutra, num. 30. & ibi Ias. num. 33. & seq. C. de iudic. Allegatur text. in l. mancipia. Vbi præsertim Bald. in summario, & num. 7. Ange. num. 2. & 8. Paul. de Castr. num. 4. & Salyc. num. 8. in fine. C. de seru. fugit. Iacobin. de Sanct. Georg. in l. si filius familias, num. 21. & ibi etiam Paul. de Castr. num. 8. ff. de iudic. Bald. in l. obseruare § proficisci, n. 13. in quæst. 21. ff. de offic. proconsul. & lega. & in cap. 1. §. Iudices, num. 2. vers. sed numquid iudex de pace iuram. firman. Cataldin. in tract. sindica. quæst. 46. nu. 29. (Quamuis Ang. per eum relatus in l. Sticum. §. si mandato, ff. de solut. contrarium dixerit.) Paris de Put. in tract. sindic. in verbo *malè iudicans iudex*, cap. 1. num. 12. vers. An iudex, qui fuit condemnatus, & in verbo *negligentia*, cap. 2, num. 4. & in verbo *lis sua*, cap. 1. num. 5. & 6. vers. & ideo, & cap. 4. num. 1. Anton. Rondinel. de sindica. nu. 51. Pract. Corrad. rubr. de senten. post num. 36. fol. mihi 163. vbi etiam refert contrarium tenentes. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. nu. 54. & seqq. vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc conclusionem vti communem, & veriorem latè defendit.

504 LIMITA I. hanc 22. Ampliationem procedere quã do soluta per iudicem malè iudicantem æstimatione litis, Is, qui obtinuit non est liberatus, secus si sit liberatus: vt puta, quãdo iudex puntualiter soluisset totum id, ad quod erat obligatus debitor, ad cuius fauorem iniustè pronunciauit. Tunc enim datur iudici regressus contra dictum debitorem, pro quo soluit, secundum Angel. in l. mancipia, num. 8. vers. quòd intellige verum, & ibi etiam Paul. de Castr. num. 4. C. de seru. fugit. per tex. quem allegat in l. missi opinatores. C. de exactoribus tributorum, lib. 10. nec dissentire videtur Paris de Put. in tract. sindic. in verbo *lis sua*, cap. 1. num. 6. in fine, vers. Quòd intellige, & cap. 4.

505 num. 1. in fine, vers. quòd est verum. Vide tamen in hoc Parid. de Put. in tract. sindic. in verbo *lis sua*, cap. 1. num. 5. vbi relata hac declaratione, Angeli aduertit text. in d. l. missi opinatores loqui, non in officialibus, & iudicibus, sed in extraneis, & extraiudicialibus, ideo non inferendum. (Quamuis paulo infra, vt supra eum retuli hanc Angeli declarationem amplecti videatur) Quod, & idem aduertit in eodem verbo *lis sua*, cap. 4. num. 1. post medium, versic. Tamen illa lex.

506 LIMITA II. eandem 22. Ampliationem procedere, quando iudex malè pronunciauit. Tunc enim soluendo interesse habet regressum contra debitorem: secus si negligendo fecerit litem suam; tunc enim si soluit id, quod erat in obligatione, & quod per negligẽtiam suam creditor cõsequi non potuit, non impeditur pro restitutione debiti soluti, contra ipsum debitorem recursum habere, secundũ Ange. in d. l. mancipia, num. 2. versic. & hoc est verum. C. de seru. fugit. per text. quem benè inducit in l. missi opinatores. C. de exactorib. tribut. lib. 10. Anton. Rondinel. de

507 sindic. num. 51. in fine. Verum vt supra in præcedenti declaratione iterum admonui, tex. in d. l. missi opinatores, neque etiam hanc declarationem probare videtur, quia nõ loquitur in iudice, seu officiali, sed in extraneis, & extraiudicialibus, prout in specie aduertit Paris de Put. de sindic. in eod verbo *lis sua*, c. 4. num. 1. post med. vers. sed si facit litem suam negligendo.

508 LIMITA III. dictam 22. Ampliationem, quia iudex non potest petere cessionem iurium, & actionum ab eo, cui soluit, quando facit litem suam propter dolum, sed propter culpam, vel imperitiam, secundum Ange. in d. l. mancipia, num. 8. in fine, C. de seru. fugitiu. sequitur Cataldin. de sindic. num. 29. in fine, quæst. 46. fol. mihi 13. Amad. de sindic. num. 120. vbi sic distinguendo concordat contraria, Paris de Put. de sindic. in verbo *lis sua*. cap. 1. num. 7 & cap. 4. num. 1. in fine, vers. vbi autem iudex ratione doli.

509 AMPLIA. XXIII. Vt iudex per imperitiam malè iudicans, teneatur etiam quòd pars, contra quam fuit pronunciatum

nunciatum à ſententia contra ipſum lata nõ appellauerit, ſiue q potuerit ſiue etiam non voluerit appellare, facitq; p̃terea litẽ ſuã, ſecundũ Nicaſ.in §.1.num.4. Inſtit.de oblig. quæ ex quaſ.delict.naſcun.gloſſ.in l.1.§. qui magiſtratũ,in verbo *Noui iuris*, ad finem, verſ. quid autem in diffinitiua.ff.quod quiſque iuris, & ibi etiam Barr. nnum.9. Bald. num.5.in fine, verſ. ex hoc intellige,in prima lectura.& in 2. vel in additione, ante finem,verſ. in ea gloſſ.vbi præſertim loquitur,ſecundum terminos edicti,quod quiſq; iuris requirentis dolum,afferens rationem, quia ſcilicet dolus iudicis malè iudicantis præponderat culpæ condemnati non appellantis. Quod & idem dixerunt ibidem Ang. nu. 3.Fulgoſ.num.7.in fine, & 8. Alex.poſt nume.15.& ſeq. Iacobin.de Sanct.Georg. num. 10. & 11. in prima lectura, & num.6.in 2. lectura.Iaſ.num.15. Dec. num. 25. in fine, verſ.in ea gloſſ.& num.26.& ſeq.Curt.iun. num. 27. & 29. & Bolognet.nu. 41.& ſeq. vbi teſtatur de communi opinione à qua in practica minimè recedendum credit, eamquæ à contrarijs defendit Ange.in l.ſi filius familias,num. 2.verſ. quid autem, ſi pars non *appellauit*, ff.de iudicijs.Iacobin.de San.Georg. nnm.17. & ſeqq.Bart.in l.4 §.ſi iam vicinum,num.1. verſ. nam tenetur.ff. de damn. infect. & ibi etiam Roman.in §.in eum,num.9.& Imol.in §.hæc autem,num.74. Alex.in d.§.hæc autem,num.1. Bart. in q 9. incipiente iudex per imperitiam,,num.15.& ſeqq. vbi hãc firmat concluſionem poſt relata argumenta ad partes,decem,videlicet pro affirmatiua,& decem pro negatiua.Corrad.in prac.tit.de ſenten.num.32.in fine, fol.mihi 191.col. 1.Bald.in cap.1.§. iudices, num. 7.de pact. iuram.firman. Dec.in cap.ſæpe, num.21.& ſeqq. de appellar.vbi benè cõprobat,& reſpondet contrarijs, & num.16. vbi teſtatur de communi opinione, Abb.in cap. Paſtoralis, in §.quia verò, num. 5. de offic. deleg. & ibi etiam Felyn. num. 19. Amad. de ſindic.nu.133.& 138. vbi idem quando à ſententia non fuit appellatum propter expreſſam partium conuentionem. Paris de Put. de ſindic. in Verbo *negligentia*, cap. 2.nu.3.ad finem, verſ.& dicit Bald Pract.Corrad. rubr.de ſenten.num.32. in tertia ampliatione, in fine, fol. 191.columu.1.Barbat.conſil. 12.num.1.& ſeqq. lib.4. vbi præſertim num.3.in fine,& 4.verſ.ſecundo induco,& nu. 5.teſtatur de communi Doctorũ opinione, Diaz reg.363. in 4.limitatione, verſ.nec arbitrator.Ant. Maria Corar.in tract.de commun.opin.tit.12.num.50. Menoch. de arbit. quæſt.caſ.339. numeto decimo,& ſequentibus.

510 Quamuis contrarium,quòd ſi pars non appellauit, non teneatur iudex pro iniqua ſententia, nec quoad intereſſe, nec quoad expenſas, ſcripſerit Anton.Rondinel.de ſindic. num.128.

511 AMPLIA XXIV. Vt iudex ex iniuſta ſententia per imperitiam lata teneatur, & faciat litem ſuam, quamuis pars contra quam fuit pronunciatum ſemel, ant bis appellauerit, & in appellatione ſucubuerit, ſecundum Ang.in l.mancipia num.7.C. de pactis, & in l.1. in princ. num.3.ff.quod quiſque iuris, & ibi etiam Fulgoſ.poſt nu-8.Iacobin.de Sanct.Georg.num.17.Paul.de Caſtr.num.7. Corrad. in pract. tit. de ſenten. num. 32. in fine, fol mihi 191.column. 1. Amad. de ſindic. num. 133. verſic. ſed ſi pars à ſententia appellauit. Barba. conſil.12. num.2. lib.4. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. tit. 12. num.50.

512 Et pro hac ampliatione facit alia concluſio, quòd ſcilicet iudex malè iudicando facit litem ſuam, etiam quòd ſua ſententia fuerit ſemel, aut bis confirmata, ſecundum Iaſ.in l.1.in princip.num.16.in fine.ff. quod quiſque iuris vbi amplius loquitur, quando ex forma ſtatuti non poſſit amplius appellari, ſequitur ibidem Curt.iun. num.29. verſ.& iſtud procedit. Angel.in l.4.§.hæc autem actio,nu. 1.ff.de damn.infect. Roman. ibidem in §.in eum, num.5. & 8. verſ.ſecundo dicit Imol.in §.hæc autem actio,num. 74. & ibi etiam Alex. num.2. verſ. Item circa caſum, & num.4. vbi loquitur etiam quando non poteſt quis amplius appellare,vt puta quia fuiſſet contumax. Bald.in l.fina. num.9.C.de pœn. iudic.qui malè iudica. vbi pariter loquitur in tribus ſententijs conformibus,ſequitur ibidem Salyc.num.4. verſ. ſed quid ſi non fuerunt collegæ.Corrad. in pract.tit.de ſenten.num.32.in quarta,& 5.appellatione, verſic, ſi verò appellatus ſuccubuit, fol. 191. colum.2. & fol.192. colum.1. in princ. Bald. in l.obſeruare,§. proficiſci,num. 13. in. fine, in 28. quæſt.ff. de offic. proconſul.& lega. Abb. in cap. ſæpe, numero 17. ad med. de appellat. & in cap. Paſtoralis.§. quia verò, num. 5. de offic.delegat. Amad. de ſindica num. 134. Anton.Rondinel. de ſindica. num. 131. Barbat. conſilio 12.num.3. & 4. poſt medium, verſic. Tertio iſtud,lib. quarto. Menoch,de arbitr,quæſt. lib. ſecundo,caſ.339 numero 13 & ſequenti. Vbi propterea credidit malè ſenſiſſe Bart. (vt mox eum referam) dicentem contrarium in ſua quæſtione, incipiente iudex per imperitiam.

513 Contrarium, quòd immò nõ teneatur iudex ad aliquod intereſſe, ſi pars appellans in appellatione ſuccubuit, videtur voluiſſe Nicaſ.in §. 1.num.3. verſ. ſi autem pars appellauit,& ſuccubuit inſtit.de obligat.quæ ex quaſ. delict. naſcun. per tex. quem allegat in l. à Proconſulibus. C. de appellat. Anton. Rondinell.de ſin dica. num. 132.

514 Et pro hac contraria opinione faciunt alij Doct. volentes iudicem non facere litem ſuam, quando ſententia ab ipſo lata fuit confirmata, & multo magis ſi bis, & per duos iudices fuerit confirmata, quia tũc ſecunda ſñtia cõfirmatoria primæ ipſum primum iudicẽ excuſat,ſecundũ Bar.in q. 9. incipiente iudex per imperitiam, num.20. in princ. verſic. aut in cauſa appellationis appellatus ſuccumbit. Bald.in cap.1. §. iudices,num. 7.ad med. verſ. aut appellatio eſt proſequuta de pace iuramen.firman. Vbi dixit iſto caſu primum iudicem non poſſe conueniri, quia non exprimatur,ſed ex ſecunda ſententia agitur, & excipitur. Dec.in cap. ſæpe, num. 25. de appell. vbi dixit,quòd quando ſunt tres ſententiæ conformes, magna pro illis inſurgit præſumptio iuſtitiæ, & ideo videtur excuſatus iudex in ſindicatu. Idem Amad. de ſindica. num, 136. verſic. Item non tenetur.

Vbi quòd ſi ſunt plures ſententiæ conformes, tunc iudex non tenetur, quia omnes præſumuntur iuſtæ, & querelans contra iudicem præſumitur calumniari. Anton. Rondinell. de ſindicat.n.134. vbi quòd quando appellatus vincit in cauſa;tunc dicitur probata iuſtitia primæ ſententiæ,& num.132. vbi refert, & ſequitur dicta per Barr. in d q. Iudex per imperitiam. Boſſ.in tit. de offic. corrupto, num.22.poſt med.verſ. & ſi fuit confirmata ſententia. vbi refert,& ſequitur Bart.in loco præcitato.

515 Retenta prima opinione, quæ videtur magis cõmmunis, numquid in caſu in quo primi iudicis iniuſta ſententia fuit ab alijs confirmata in ſecunda, & tertia inſtantia,teneatur tantum primus iudex,an verò alij iudices,qui dictam primam ſententiam confirmarunt. Vide Bald. in d.cap.1.§. iudices, num 8.verſic.ſed pone, de pace iuram. firman. vbi dixit,quòd non primus iudex,ſed ſecundus facit litem ſuam,quando à ſecunda ſententia non fuit appellatum. Et vide etiam Roman.in l.4.§.in eum,ſub num.5.& 8. verſic. ſecundo dicit. ff. de damn. infect.vbi dixit quòd omnes iudices tenentur, quia vnius imperitia alium non excuſat, licèt benè vno ſoluente, alij liberentur. Adde ad idem Bald.in l. final. num. 9. & ibi etiam Salycet. num. 4. verſic.ſed quid ſi non fuerunt collegę.C. de pœn.iud.qui malè iudica. Amade.de ſindica.num.135. vbi refert, & ſequitur Bald.in d.§.iudices.

516 Contrarium videtur de mente Doctorum allegatorum ſupra in primo verſic. quia dum dicunt iudicem facere litem ſuam, & teneri de iniuſta ſententia, etiam quòd illa fuerit confirmata ab alijs iudicibus videntur expreſsè ſentire, quòd contra eundem primum iudicem agi poſſit, & magis expreſsè hoc idem voluiſſe videtur Barbat. in dicto conſil. 12. num. 3. & 4. ad med. verſic. Tertio iſtud.

517 AMPLIA XXV. Vt teneatur etiam iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, quamuis pars contra quam fuit pronunciatum à ſententia contra ipſum lata appellauerit, & in appellatione obtinuerit primam ſententiam reuocari, ſecundum Nicaſ.in §. 1.num.3.verſic.ſed ſi obtinuit

contrarijs,& nu.7.& 10. vers. & sic apparet. Testatur ita communiter teneri Anton. Maria Corat. in tracta. de commun.opin. tit. 12. num. 50. Anchar. Regien. quæst.4. num.17. par.2. Contard.de momentan.possess.limitat.12. num.2.

526 Quamuis contrarium voluerit Alex.in l.4.§.in eū, post num.2.ff.de dam.infect. & ante eum Bart. in q.9,incipiente iudex per imperitiam, in fine. Bald.in cap. 1.§. iudices, num. 10.de pace inramen.firman. Amad.de sindic.nu.135. versic. sed si appellans expressè renunciat. Menoch. de arbitr.quæst.lib.2.cas.339.num.15.

527 LIMITA hanc.28. ampliationem non procedere, quando pars expressè approbat sententiam contra se latā. Tunc enim non potest amplius contra iudicem dicere de illius iniquitate. Dec.in cap. sæpe,num.27.extr. de appella. vbi proponit contrarium,& illi respondet. Abb.in cap. Pastoralis.§.quia verò,num.5.versic.ex quo infertur,de offic. delegat. & ibi etiam Felyn. num.19. in fin. Pract. Corrad. rub.de senten.num.33. in 6. ampliatione, in fin. fol. mihi 192.colum.1. Menoch de arbitr. quæstion.lib.2.casu.339. num.15.

528 AMPLIA XXIX. (& hæc ampliatio, sicut omnes aliæ sequentes, veniunt illatiuè ex proposita huius 16. Articuli regula) vt multo magis teneatur, & puniatur iudex, si per imperitiam iniustè aliquem ad mortem condemnauit,& tradidit,prout dixi supra nu. 380. & 379. vbi etiam quid si per dolum, hic repetere non est opus. Verum in specie quid si statutum mandat puniri homicidam pœna pecuniaria,& iudex ipsum morti tradidit. An isto casu teneatur iudex excedens in hoc pœnam statutariam eadem pœna mortis, responde, quòd sic,nec iuuari potest statuto prædicto,quia q alteri,fecit,expectet,secundum Bart.in l. 1.§. qui magistratum,num.10.ff. quod quisque iuris,& ibi etiam Bald. post.numer. 6. vbi aduertit hanc Bart. conclusionem non probari ex æquitate edicti, quod quisque iuris,quia illud requirit paritatem terminorum,& quòd euenerit casus, quòd iste iudex fecerit aliud homicidium. Tunc enim benè sibi opponitur, quòd non potest gaudere beneficio statuti, quia quòd alteri fecit, &c. Secus autem si aliud non fecit homicidium, quia tunc non intrant termini illius edicti, sustinendo tamen opinionem Bart. Adhuc dicit hunc iudicem esse decapitandum ex alia regula,quòd scilicet in criminalibus ratione doli, iudex tenetur ad similitudinem supplicij, per text. in l.lege.§.fina.ff. ad l.Iul.repetundar. & ita communiter cum Bart. in d. l. 1. trāseunt Docto.omnes,vt videre est ibi apud Ang.num.6. Fulgos.num.8.vbi ita aliàs Parisijs fuisse seruatum, testatur Paul.de Castr. num.5. Alex.num.19.Iacobin.de S. Georg. num.15,Ias.num.1.Claud.Seysel.num.13,Sebast.Sapia,nu. 8.vbi testatur de communi,post Marsil. in loco. per eum relato.

529 LIMITA hanc 29. ampliationem procedere dummodo iudex sic pœnam statutariam excesserit dolo; secus si per imperitiam credens tale statutum non valere, aut quid simile,quia tunc non punitur eadem pœna vltimi supplitij,per ea quę dixi supra n.380.& in specie aduertit Dec. in d.l.1.num.9. versi.sed aduertendum est,nec dissentire videtur Curt. ibidem nu.30 in fine, dum se remittit ad scripta per Dec.eo loci,& latius hanc declarationem comprobat ibi Bolognet.nu.20.asserens insuper eam esse de mente Doctorum præcitatorum,qui sic intellexerunt dolo interueniente,& non aliàs.

530 Immo in istis terminis, quando scilicet vigore statuti pro homicidio non imponitur, nisi pœna pecuniaria, & iudex excedendo pœnam, fecit homicidam decapitare, dicit Bolognet.in d.l.1 num.20. versic.sed tamen, & num. 21. quòd etiam quòd iudex dolo statutariam pœnam excesserit nedum per imperitiam. Adhuc si de hoc excessu in sindicatu accusetur, non potest puniri pœna mortis, sed tantum pœna pecuniaria, prout dicta statuta puniunt. Et idem si condemnasset reum in metallum cum non debuisset condemnare vigore statuti, nisi pœna pecuniaria non debet in metallum condemnari,si de hoc accusetur in sindicatū, sed tantum ad interesse partis pro modo culpæ, licèt benè verum sit, q si deinceps idem iudex committeret aliquod homicidium, vel aliud delictum simile illi, pro quo reum in metallum damnauit. Tunc non potest ipse pœna statuti pecuniaria iuuari,sed debet similem pati pœnam: & habet locum contra eum retorquutio vigore edicti,quòd quisque iuris,vt ibi per Bolognet.nu.22.quæ quidem opinio palpabili ratione ab ipso comprobatur, & ab ea,si iudex essem, in iudicando nunquā recederem,quamuis negari non possit, quin sit contra communem,eo quia Bart.& qui eum sequuntur, loquuntur ne dum in terminis edicti, quòd quisque iuris, sed etiam quando iudex accusatur in sindicatu de excessu pœnæ. Et quidem ponamus casum,quòd iudex durante officio hominem occidat etiam dolo. Tunc sine dubio non punietur, nisi pœna pœcuniaria statuti: Ita nec maiori pœna puniri potest, si excedendo statutum iudicialiter occidat eum,qui pro homicidio commisso aliquam mereatur pœnam. Hæc ratio iuditio meo inconuincibilis est, & ex ea propterea à communi opinione recedo.

532 AMPLIA XXX. Quia etiam iudex, qui sine causa delinquenti pœnam minuit, aut auget, & sic si minorem, aut maiorem delinquenti,imponat pœnam, quæ de iure est, tenetur, & punitur,secundum Anton. Rondinell. de sindic.num.204.& seqq.Cyrill.in summ.crimin. rubr.de pœn.iudic.qui malè iudica.§. fina. num.13.& seqq. vbi latè Roman.singul. 78. vbi quòd iudex incurrit infamiam, & minus puniendo punitur ipse eadem pœna, qua puniendus erat reus. Boer.decis.153.num.13. vbi iudex qui in corpore condemnat quem condemnare non debebat, nō punitur pœna mortis, sed bonis confiscatis mittitur in exilium. Cœpoll.consil.136.num.1. vers. & licèt sit dubium,& vers. & idem tu dicas, vbi quòd puniendo minus punitur ipse eadem pœna, & infamatur,ex Roman. in loco præcitato. Tiraq. de pœn.temperan. in præfat. num.9. & seqq. vbi multa ponit notabilia,pluresq; explicat pœnas contra iudices qui delinquentibus pœnas remittunt, minuunt,vel augent, sine causa. Clar.in pract.§.fina q.85.nu. 10.vers. Vlterius quæro,post med.vbi quòd si iudex in causis criminalibus imponit minorem pœnam ea, quam de iure imponere debet, infamis est, per l.seruos.C.ad l.Iul. de vi publica & amplius punitur eadem pœna, qua erat puniendus ipse Reus, prout dicit colligi in text. in l.3. in fin. C. ne sanctum Baptis. reiter. & ad materiam vide quæ dixi in prima parte, in q.17.numero sexto.

533 AMPLIA XXXI. Quia, & iudex negligens in puniendo delinquentes, & non inquirens, contra eos tenetur, & punitur, secundum Rip. in l. 4.§. hoc autem iudicium, num. 95.ff. de damn. infect. vbi amplius, quòd isto casu iudex potest puniri, tanquam conscius patrati criminis,ex Bald.quem allegat in l.non solū. C. de commerc. & merc. Amad.in tract. sindic. num.83. vers.sed si fuit negligens. Vbi quòd isto casu iudex punitur, non pœna corporali,sed pecuniaria fisco applicanda,& num.84. vbi ponit aliquos casus in quibus iudex non puniendo delinquētes pęna capitali punitur.Paris de Put. de sindic.in verbo *negligentia*, cap.1.num.8.in fine,& seqq.vbi benè comprobat hanc conclusionem, & cap. 4.num.4.& 6. vers.Iudex negligens. Anton. Rondinell. de sindica. num.32. & seqq. vbi benè infert, & declarat Cyrill.in summ.crimin.rubr. de pœn.iudic.malè iudica. §.fina. num.13. Pract. Corrad. in rubr.de senten.num.33.in octaua ampliatione, fol.192.

534 LIMITA hanc 31. ampliationem procedere, quando delictum est notorium,& illud sibi fuit denūciatum à publico officiali,vel sindico, vel etiam ab aliquo priuato non suspecto accusationem porrigente,vel testes informatos subministrante, ijs inquam casibus iudex non procedendo tenetur, & punitur aliàs secus, secundum Amad. quem benè declarantem videas in tract.de sindic.num.78. 79. 81.& 82. Paris de Put. de sindic.in verbo *negligentia*, cap.4.num.8.&cap.5.num.1.& seq. vbi etiam quòd in iudice præsumitur ignorantia maleficij, nisi probetur scientia.Bost.in titulo de offic. corrup.nu.25.

535 AMPLIA XXXII. Vt & iudex qui noluit recipere accusationē sibi porrectam teneatur, & facit litē

suam, secundum Bald. in l.mancipa.in princ. vers. aduertit hic. C. de seru. fugit. vbi testatur se vidisse condemnari iudicem ad cuius cameram productam, & portatam accusationem, noluit recipere, nec super ea procedere, & ibi etiam Salycet. sub num.6. Amad. de sindic. num.71. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap.2. num.5. Anton. Rondiuel. de sindic. num.15. & 21. in fin.

536 AMPLIA XXXIII. vt iudex qui aliquem iniustè banniuit; teneatur ei ad omnia damna, & interesse, secundum Bald. in l. final. num.8. C. de pœn. iudic. qui malè iudica. vbi quòd tenetur non solùm ad damna litis, sed etiam ad alia, quæ aliàs bannitus non erat passurus, ex Innoc. quẽ allegat in cap. final. extra quòd met. caus. & reddit rationẽ, quia si ad ista damna tenetur iudex, qui aliquem temerè vocat, l. non ignorat. C. de fructibus, & lit. expen. Multo magis teneri debet condemnans. Anton. Rondinel. de sindic. num. 239.

537 AMPLIA XXXIV. Vt, & iudex, qui ex imperitia, aut ex dolo, aliquem indebite posuit in tortura, teneatur, & puniatur, sed qua pœna. An scilicet ipse idem iudex debeat etiam pati eandem torturam, an verò potius puniri aliqua alia pęna, & qua, & de materia vide Alex. in l. 1. in prin. num.19. in fine. ff. quòd quisque iuris. Et ibi etiam Iacobin. de Sanct. Georg. num.8. in 2. lectura Ias. nu.2. & seqq. Dec. num.10. Curt. iun. num.6. vers. Circa tertiam. Claud. Seysell. num.13. vers. & eodem modo in tortura. Sebast. Sapia, num.8. & Bologner. num.23. vbi latè Bald. in rubr. C. de pœn. iudic. qui male iudic. num.7. Et ibi etiam Salyce. in l. final. num. 4. versic. Septimo qui fecit aliquem torqueri. C. eod. Corrad. in pract. rubr. de senten. diffinit. & crimin. num.6. ante finem, sub versic. debet etiam iudex, fol. mihi 314. col.1. de qua re latius dixi supra parte prima, titul de indit. & tortur. q.37. nu.111. & seqq.

538 AMPLIA XXXV. Vt, & iudex qui noluit recipere probationes, vel aliàs fuit negligens in recipiendo testes, & præsertim super accusatione coram ipso porrecta, vel aliàs generaliter, tàm in criminali, quàm in ciuili causa, teneatur parti ad interesse, secundum Bart. in l. fin. num. 2. ff. de var. & extraord. cognit. Sed nunquid ad istud interesse detur condictio. ex d.l. Dec. in l. si quis in conscribendo, num.15. versic. & ponit exemplum. C. de pactis Bal. in l. mancipia, num.1. versic. Idem si recipit, & noluit examinare testes. & ibi etiam Salyc. sub num.6. & quòd teneatur iudex non admittendo probationes, seu testes qui de iure admitti debebant, allagatur cõmuniter tex. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo. vbi glos. in verbo *de iudice*, dicit, eum teneri actione in factum descendente, ex quasi delicto, in quantum tamen viro bono visum fuerit. Bart. ibidem num.1. vbi dicit idem, quod dixit in d. l. fi. ff. de var. & extraord. cognit. vt scilicet teneatur non actione in factum, & ex quasi maleficio, sed condirione, ex d. l. si quando. C. de testib. Bald. num.1. vbi quòd facit litem suam. Alber. ante num. 1. vbi sequitur dicta per gloss. ibi Alexand. num. 9. vbi pariter sequitur gloss. Ias. num. 4. vbi quòd facit litem suam, & tenetur parti ad interesse, & Fulgos. num. 1. vbi quòd tenetur ad interesse ei, quem læsit non recipiendo probationes. Allegatur etiam pro hac eadem conclusione, text. in l. si quando, §. fina. C. de testibus. cuius text. verba sunt hæc. *Ipsum autem Iudicem, si per eum steterit, quominus testimonium præstetur parti læsæ, omnem iacturam pro huiusmodi causa illatam ex suis facultatibus resarcire disponimus*, ex quibus verbis videtur apertè colligi iudicem hunc teneri simpliciter ad omne interesse passum, & non ex quasi maleficio, quantum religioni iudicantis videbitur. Et tñ ibi gloss. in verbo *omnem iacturam*, declarat, quòd facit litem suam ex quasi maleficio, & consequenter non quoad omne interesse, sed quantum iudici æquum visum fuerit, & ibi Bart. num.5. dixit simpliciter ꝓ isto casu iudex tenetur parti læsæ, & non dicit, quomodo, & in quantum, sed num. 14. & 15. expressè dicit, quòd teneatur ad totale interesse condictione, ex illa lege, non autem ex quasi maleficio, prout ibi gloss. opinatur Alber. num.6. vbi pariter, quòd tenetur ad omne damnum parti læsæ resarciendum, prout sonat litera illius text. Salyce. colum. 2. in princip. versic. & iudex. vbi quòd omnem iacturam resarcire tenetur, & num.3. Cataldin. in tracta. sindic. nu. 30. quæst. 84. vbi quòd iudex facit litem suam, nolens admittere probationem, quam admittere debebat, & num. 49. in fine, quæst. 92. Amad. de sindic. num.71. Paris de Put. de sindicat. in verbo *negligentia*, cap.1. num.21. vbi ꝙ tenetur iudex condirione, ex l. si quando. C. de testibus, & cap.2. num.5. & in verbo *lis sua*, cap.1. num.2. versic. Item si non admittit probationes. Anton. Rondinell. de sindic. num. 15. & 23. Boss. in titu. de offic. corrupto, post nu. 24.

539 Ex quibus vides communiter receptum esse, quòd iudex non recipiendo testes, aut probationes, teneatur ad interesse, sed an teneatur ad id totum, quod re vera interfuit, an verò quantum religioni iudicantis videbitur, ex actione descendente ex quasi maleficio: In hoc, vt vides, est controuersia inter prællegatos Doctores, ad cuius resolutionem, vide quæ dixi supra num. 376. & seq. & secundum ibi tradita pro nunc inclino, quòd teneatur ad totale interesse, si ex negligentia in recipiendo testes, & probationes arguatur aliquo modo dolus, aut illi quoquomodo proximus sit, iuxta ea, quæ dixi pariter supra, nu. 404. aliter secus, vt ibi.

540 LIMITA hanc 35. ampliationem procedere, dummodo pars cuius probationes non fuerunt admissæ, probet, quòd si admissæ fuissent ex illis, benè fuisset probata intentio sua, aliter secus, secundum Amad. in tract. sindic. num.71. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap. 1. num. 20. versic. si imputatur in sindicatu iudex, fol. mihi 237. vbi quòd ad hoc, vt iusto casu iudex teneatur, quatuor requiruntur. Primo, vt testes personaliter in iudicio producantur; secundo, vt producens, protestetur, & instet eos examinari; tertio, vt testes sint tales, qui probent intentionem producentis; quarto, quòd talis probatio producentem releuasset, & quòd propter testium non receptionem producens succubuit.

541 AMPLIA XXXVI. vt iudex faciat litem suam, si non facit restituere furtum, vel damna, damnum passo, secundum Bald. in l. mancipia, per illum tex. num.1. in fi. versic. Idem si non fecit restitui furtum. C. de seru. fugit. vbi amplius quòd talis negligentia est lata culpa, seu dolus præsumptus, & ideo tenetur insolidum, & ibi etiam Salyc. num.6. Amad. de sindic. num.72. Paris de Put. de sindic. in verbo *negligentia*, cap.2. num.5. in fine, Anton. Rondinell. de sindic. num.16.

542 AMPLIA XXXVII. vt, & iudex admittens probationes non admittendas, teneatur etiam ad interesse partis, secundum Alexand. in addit. ad Bart. in l. final. ff. de var. & extraordin. cognit. litera A. ad med. versic. & adde quòd iudex admittens, vbi dixit, quòd iudex admittens instrumentum, non tenens quantum ad probationem, facit litem suam, ex Innocen. & Bald. in locis per eum relatis. Quod, & idem voluit Cataldin. de sindic. num. 30. in fine, quæst. 49. Amad. de sindic. num. 155. Paris de Put. de sindic. in verbo *lis sua*, cap.3. num.7. & cap. 5. num.1. vbi infert, & exemplificat Anton. Rondinell. de sindic. num.188. Pract. Corrad. rubr. de senten. num. 33. sub 8. limitat. fol. 192. colum.2. Roma. singul.162. incipientes. Iudex qui admittit, num. 1.

543 AMPLIA XXXVIII. vt, & faciat litem suam iudex, seu arbiter admittens exceptionem non admittendam secundum Alexand. in l. si quis in conscribendo, nu. 3. C. de pact. Paris de Put. de sindic. in verbo *lis sua*, cap. 2. num.9.

544 AMPLIA XXXIX. & è contra, vt pariter faciat litem suam, & teneatur ad interesse iudex qui non admisit exceptiones legitimas, & admittendas. Amad. de sindic. post num. 73. vers. Item si non admittunt exceptiones legitimas.

545 AMPLIA XL. vt faciat litem suam, teneaturq; parti ad totale interesse, iudex qui fori declinatoriam exceptionem admittit iniustè, & per imperitiam, & ob id pronunciat se iudicem incompetentem, aut aliàs Reum absoluit ab obseruatione iudicij, secundum opinionem Bar. in l. si quis in conscribendo, num.7. C. de pactis, & ibi eam

sequitur

ſequitur Angel.num.3. Addentes ad Salyc.in d.l.ſi quis in conſcribendo, ſub num. 5. in Verbo intereſſe, litera B. & Aretin.num.3.& 4. Bald. in l.ſi filius.colum. 2. verſic. nota quòd iudex.ff.de iudicijs. vbi ſimpliciter dixit iudicem facere litem ſuam, ſi admiſit exceptionem declinatoriam non admittendam. Amad. de ſindic. num. 129. in fine, vbi quòd iſte iudex facit litem ſuam, etiam quòd non pereat ius partis. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſua*, cap. 1. num. 7. verſiculo ſi iudex malè abſoluit. vbi refert Bart. in d.l.ſi quis in conſcribendo, Anton.Rondinell.de ſindic. num. 190.

546 .. Sed quòd immo iſto caſu iudex non teneatur ad totale intereſſe, hoc eſt ad omnem litis æſtimationem, ſed tantum quantum bono viro æquum videbitur, & ſic non in plus, quam partem læſerit, apertè voluit Bald. in d.l.ſi quis in conſcribendo, num. 8. C.de pactis, & hanc Bald. opinionem ſequuti ſunt ibidem Fulgoſ. num. 7. vbi eam videtur afferre rationem, quia ſcilicet ex abſolutione, & obſeruatione iudicij non dicitur in totum conſumptum, Ideo non debet iudex teneri ad integralem æſtimationẽ litis, ſed tantum ad id quod intereſt. Alexand.num.4. & 5. Vbi pluribus hanc Bald. opinionem comprobat. Iacobin. de S.Georg.num.5. & ſequentibus. Iaſ. num. 10. Dec. num. 38. vbi quòd Bart. malè loquitur, cum loquatur etiam in iudice per imperitiam malè iudicante, & quòd contra eũ eſt communis opinio, & Claud. Seyſell. ſub num. 12. dicit, quòd Bart. in hoc communiter reprehenditur. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſua*, cap. 2. in fine num. 9. vbi q opinio Bart. non videtur vera, & cap. 4. poſt num. 3. Pract. Corrad. rubr. de ſenten. num. 31. in fine, in vndecima ampliatione, fol. 192. column. 2. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 139. num. 17. reiecta Bart. opinione (prout ſupra eum retuli) contrarium dicente.

547 .. Niſi forſan ex dolo ſic pronunciauerit, & ab obſeruatione iudici non abſoluendum abſoluerit. Tunc enim poterit procedere opinio Bart. quòd teneatur ad totale intereſſe prout declarat Bald in d.l.ſi quis in conſcribendo, nu. 8. verſ. niſi fortè dolo pronunciauerit. C. de pact. ſequitur ibidem Alexand. ſub num. 4. verſic. niſi dolo fecerit, & ſub num. 5. vbi propterea infert in hac materia non æquiparari dolum, & latam culpam, quæ vt dixi ſupra, nu. 479. Inducitur per imperitiam, & errorem iuris. Paul. de Caſt. nu. 8 in fine. Iacobin. de Sanct. Georg. num. 6. Salyc. num. 5. in fine, verſ. Alij diſtinguunt. Dec. num. 38. verſ. & iſta concluſio poteſt habere locum. Curt. iun. num. 48. vbi quod ita communiter tenent Doctores.

548 Vel niſi ex abſolutione, & obſeruatione iudicij pars dãnificaretur in totum, vt quia coram alio iudice non poſſet abſolutum conuenire propter probabilem amicitiam partis, vel propriam inimicitiam, ſecundum Roman. qui hoc caſu poſſe procedere opinionẽ, Bart. affirmat in d.l.ſi quis in conſcribendo, num. 9. verſ. Tu autem has opiniones ad concordiam reducas. C. de pactis, & videtur de mente Fulgoſ. ibidem ſub num. 7. Vbi loquitur quando ex dicta abſolutione ius actoris eſt in totum conſumptũ. Alex. nu. 5. vbi loquitur, quando iudicis abſolutio abſorberet totum ius partis. Quod, & idem in ſubſtantia voluiſſe videtur Paul. de Caſtr. ibidem ſub num. 8. dicens opinionem Bart. poſſe procedere, quando actori facilè non eſt iterum inchoare litem, opinionem autem Bald. procedere quando facilè poteſt actor litem inchoare; & primo caſu dicit iudicem teneri ad totale intereſſe; ſecundo autem non niſi in expenſis factis in prima lite, quæ fuerunt perditæ propter abſolutionem, ſequitur ibidem Iacobin. de Sact. Georg. poſt num. 6.

549 . Sed certè huic vltimæ diſtinctioni, numquam dari locũ exiſtimo; quia numquam ex abſolutione ab obſeruatione iudicij, poteſt dici ius actoris in totum cõſumptum. Ideq; actor in totum damnificatus ex eo, quòd non poſſit corã alio iudice ſuſpecto conuenire, quia quando iudex eſt ſuſpectus iura remedia tradiderunt pro alterius iudicis deputatione, prout nec etiam video difficultatem, quare actor non poſſit iterum inchoare litem.

550 . AMPLIA XLI. vt iudex non admittens appellationem, quam admittere debebat, teneatur ad intereſſe parti læſæ, ſecundum Ioan. Monah. in cap. 1. de appellationibus in 6 in glo. ſed tamen, prout illum refert Bal. in rub. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. num. 14. verſ. Quid ſi non iudicauit iniuſtè, vbi loquitur, ſiue per imperitiã, ſiue per malitiam iudex, appellationem non admiſerit, & vtroque caſu dicit illum non puniri, niſi in eo, quòd partem læſerit; ſequitur ibidem Salyce in l. final. num. 4. in fine, verſ. Duodecimo quid ſi, C. eodem. vbi è contra de iudice deferente appellationi cui deferre non debebat. Contard. de momentan. poſſeſſ. quæſt. 19. num. 4. & ſeqq. vbi de iudice qui friuolæ appellationi defert, q tenetur, & punitur, vt ibi per eum quem declarantem videas, & in 11. limit. num. 19. & & ſeqq. vbi etiam ponit practicam proteſtandi contra iudicem ad hoc, vt teneatur ad totale intereſſe, quando non vult admittere appellationem admittendam. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 41. Vbi quòd iudex non deferens appellationi in cauſa criminali iniuſtè condemnato punitur de vi publica. Lancell. de atten. cap. 12. ampliat. 5. num. 11. & ſeq. vbi tamen, quòd ex quo propter reuerentiam ſuperioris, in dubio iudex debet admittere appellationem. Idcirco excuſatur, ſi admiſit appellationem non admittendam, ex Dec. & Cæphal. in locis per eum relatis.

551 AMPLIA XLII. vt iudex qui relaxat carceratum de iure non relaxandum, ſi cauſa criminalis eſt, fiſco teneatur ad intereſſe, ſi verò cauſa ciuilis eſt, tenetur parti, ſecundum Anton. Rondinel. in tract. ſindic. num. 236. & propterea iudex indebite relaxans debitorem meum tenetur mihi ad ſolutionem debiti, & ad totale intereſſe ſecundum Paul. de Caſt. in l. ſi quis in conſcribendo ſub num. 8. ante med. C. de pactis.

552 AMPLIA XXXXIII. vt iudex non dans tutorem pupillis, quando fuit requiſitus teneatur etiam ad intereſſe actione in factum ex edicto de magiſtratibus conueniendis ſecundum Bart. in l. fina. poſt num. 2. verſ. ſed ego puto, ff. de var. & extraordin. cognit.

553 Sic & iudex tenetur de ſuo, & ad intereſſe ſi fideiuſſorem non idoneum recipit, vel recipi mandauit ſecundum Alexand. in addit. ad Bart. in l. fina. ff de var. & extraordin. cognit. litera A. poſt med. verſ. & iudex accipiens non idoneum fideiuſſorem. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſua*, cap. 3. num. 8. verſ. iudex recipiens fideiuſſorem. Anton. Rondinell. de ſind. num. 193. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. num. 39. ampliatione, num 1. ad finem, vbi alij referentur concordantes, & hinc tu iudex aduerte, vt nunquam facias à notario, nec in ciuili, nec in criminali cauſa recipi fideiuſſores particulares de tuo mandato (prout quandoque facere ſolent iudices in vrbe præſertim in criminalibus) quia ſi fideiuſſor ille idoneus non erit teneberis de tuo, de qua re latius dixi in 1. par. tit. de carceribus, & carcerat. q. 33. n. 83. & ſeqq.

554 Sic, & iudex, qui non vult deferre iuramentum in caſu in quo de iure deferre debet, facit litem ſuam. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſuas*, cap. 5. num. 5.

555 AMPLIA XXXXIV. vt iudex, qui facit deſertionẽ cauſa non pronunciando infra triennium, vel alias in debita inſtantia ſtatutaria, ſeu legali faciat litem ſuam, & punitur iux. tex. in l. properandum, §. ſin autẽ vterque vbi cõmuniter omnes, C. de iudicij. Alexan. cum allegatis per eũ in addit. ad Bar. in l. fin. ff. de var. & extraord. cognit. lit. E. in fin. verſic. & quid in iudice non expediente proceſſum. Cataldin. de ſindic. num. 43. in fine, quæſt. 74. & num. 48. in fine, quæſt. 86. vbi quid ſi non fuit in culpa propter breue tempus, & nu. 49. quæſt. 87. vbi quòd iudex non expediendo proceſſum, ſeu cauſam ſi non fuit in culpa non debet eſſe in pœna, & quæſt. 88. vbi quid ſi iudex cauſam nõ expediuit propter iuris difficultates. Amad. de ſindic. nu. 74. & ſeq. vbi quòd ſi cauſa fuit inſtructa, & iudex requiſitus ad expediendam illam tenetur expedire, & ſi non expediuit facit litem ſuam, ſecus ſi partes cauſam non inſtruxerunt, nec illius expeditionẽ petierunt & alia ad materiam, & idem repetit, nume. 82. Paris de Put. de ſindic. in verbo *negligentia*, capitulo 1. num. 6. & ſequentibus, vbi pariter quòd excuſatur iudex, quando eſt impeditus multitudine

titudine causarum, aut aliqua causa Principis, & num.8. vbi idem quando sibi non liquet de causa, & sic quando non est instructa. Anton.Rondinell.de sindic.num.38. in fin. Pract. Corrad. rubr. de senten.nu.33.in 8. ampliatione in fine, fol.192.col.2. Osasch. decis. Pedemont. 12.per totam, vbi an sit necessaria partis instantia, & requisitio, & quotuplex de quo dixi supra num. 429. Boss.in tit. de offic. corrupto num. 25. vbi quòd data requisitione partis, pro expeditione causæ iam instructæ iudex tenetur de negligentia, nisi iustum probauerit impedimentum.

556 AMPLIA XXXXV. vt iudex non condemnans in expensis illum, quem de iure condemnare debet, faciat litem suam. Amad. de sindic. post num. 73. versic. item si omittunt, condemnare. Anton.Rondinell.de sindic.num. 191. Pract. Corrad. rubr. de senten. num. 34. ante finem vers. Adde tamen præmissis. Lancillott. de attentat.par. 3. cap.31. num. 108. Asin.in pract.§.32.cap.2. in 39. Ampliatione sub num. 5.& seq.& cap. 20. num. 2.

557 Nec isto casu iudex, qui omisit condemnare victum in expensis, & propterea illas soluit vincenti, potest eas expensas à victo repetere, per ea quæ generaliter dixi supra num.503.& in specie scripsit Amad.de sindic. d. num. 73. eod. vers. item si omittunt.

558 AMPLIA hanc XXXXV. Ampliationem dummodo petatur, alias secus secundum Cataldin.in tract.sindic. num. 50.q.93. Amad.d. num. 73. eodem vers.item si omittunt. Paris de Put.de sindic. in verbo *lis sua*, cap. 5. num. 5.vers.& si non condemnat in expensis non petitis.Grat.respons.8.num.6.part 2. verum quando hæc limitatio vera sit, & quando non, vide Villalob in commun.opin.litera I, num.106.& omnem declarantem Asin. in pract. §.53.cap. 2.in 54. ampliatione, & Lancllot. de attentat.cap.31.num. 111.& seqq.

559 Verum quando hæc conclusio vera sit, & quando non, vide Bald.Specul.Cy. Imol.& Roman. in locis relatis per Paris de Put. in tract.sindic. in verbo *lis sua*, cap.4.num.1. vbi vltra adducit pro, & contra, & postea distinguit inter expensas, quæ veniunt ratione contumaciæ, ac iudicis officio, & eas quæ veniunt iure actionis ex contractu. Anton. Maria Corat. in tract. de commun.opin.lib.3.tit.12. num.59.vbi pariter, quòd iudex habet regressum contra partem, quæ tenebatur ad expensas iure actionis ex dispositione statuti, vel alio modo. Asin. in pract.§.32.cap.2.in 39.ampliatione num.6. & sequentibus, vsque ad num.12. vbi disputata quæstione dixit iudicem non posse solutas expensas repetere nisi simus in illis expensis, quæ iure actionis debentur.

560 AMPLIA XXXXVI. vt iudex, qui in contractib. minorem interponit decretum quòd iure interponere non debebat in præiudicium ipsius minoris teneatur, & punitur secundum Salycet.in l.iubemus,§. his quoque,C. de sacrosanct. Eccles.quem in proposito refert, & sequitur Octau. Simoncell.in tract. de decret.lib. 3. tit.8. num.48. vbi amplius, quòd isto casu iudex punitur in publicatione bonorum, & amissione dignitatis ex Neuiz.quem allegat, in cons.21.numero 10. & alijs ibi allegatis per eum, libro primo, tit.1.nu.12.vbi amplius, quòd tenetur ad restitutionem damnorum, & expensarum.

561 LIMITA I. huius XVI. articuli propositam regulã, vt iudex male iudicans per imperitiam, licet an aliquo peccare dicatur non tamen dicitur ex maleficio obligatus, sed ex quasi maleficio tenetur, prout fere ad literam dicit text.in l.fin.ff.de var.& extraordin.cognit.& in §.1. instit. de obli.quæ ex quas.delict. nascun.& ibi glos.in figuratione casus, Bart.Bellapert. Faber.& Aret.disputantes cur sit, quòd medicus; & aduocatus male se gerentes, etiam propter imperitiam in eorum officio tenentur ex vero maleficio: iudex autem non.Odofred. in l.si quis in conscribendo, num.1.in fin.C. de pactis, & ibi etiam. Alex.sub num. 5.ad med.Bar. in l.argentarius,§ cum autem,num.1.ff.de edendo.Bal. in l.si filius,column.2.vers.& nota, quòd iudicis officium,ff.de iudicijs, vbi loquens secũdum terminos illius legis, tam in iudice, qui per imperitiam iudicauit, quam si ex dolo: vtroque casu affirmat illum non teneri ex maleficio ea ratione, qui iudicis officium velat maleficium. Bart.in q.9.incipiente per imperitiam, num.2.& 12. in fine, vers. nono probatur. Cyrill. in summ. crim. rubr. de pœn.iudic.mal.iudican.§.fina. num. 18.

562 LIMITA II. vt iudex, qui per imperitiam male iudicauit non teneatur ad damna, & interesse insolidũ glos. in l.fina.in verbo *de ea re*, in princ.ff.de var.& extraordin. cognit.in quantum facere potest, sic enim intelliguntur verba tex.in d.l. fina. volentis quòd iudex per imperitiam male iudicans teneatur, quantum bono viro æquum videbitur secundum Alex.in addit.ad Bart. in eadem l.fin.litera A in prin. post Bald.quem allegat in cap.1.§.iudices, nu. 1.de pace iuram.firman. Ponamus enim inquit ipse quòd iudex imperitia male iudicauerit in causa iurisdictionis vnius Principatus, quomodo erit possibile, quòd soluat tantum quantum valet ille principatus ideo dicitur, quòd isto casu tenetur non insolidum, sed in quantum facere potest, sequitur Paris de Put.de sindic. in verbo *iudex male iudicans*, cap.1.num.7. Anton.Rondinell.de sindic.num. 44. Ad quæ vide etiam Nicas.in §.1.num. 3. ante finem in tit.de oblig.quæ ex quas. delict.nascun.vbi dixit quòd isto casu iudex tenetur ad damna, vel sumptus, licet non ad totum interesse. Ioan.Fab.in d.§.1.num.2.vbi dixit, quòd nec etiam condemnatur iudex ad veram litis æstimationem; & pro hac limitatione allegatur, text. in l.si filius,ff. de iudicijs, qui quidem text. licet loquatur in filio familias, eoque secundum communem intellectum statuatur, quòd si is per imperitiam male iudicauerit non teneatur ad interesse partis, nisi quatenus sint in periculo; attamen Doctores ibi hoc extendunt ad omnes alios iudices sic male, per imperitiam iudicantes, quòd scilicet non teneantur insolidum ad integrum interesse, &. multo minus ad veram litis æstimationem, sed solum in tantum quantum facere possunt, vt ibi videre est apud glos. Bal. Alber. Ang. Odofred. Iacobin. de Sancto Giorg. Fulgos. & Paul. de Castr. Addo pro hac eadem conclusione Bart. in l.fin, num.1.in fine.C.de pœn.iudic. qui male indicauit, vbi expresse dixit quòd non tenetur ad totam litis æstimationem. Bald. in cap.1.§.iudex, num. 3. ad med.vers. & ideo de pace iuram. firman.vbi pariter dixit, quòd tenetur ad æstimationem interesse, & non ad æstimationem litis. Franc.Marc. decis. 686.num.3. par.1. Boss.in tit.de offic. corrupto, num. 25. Menoch.de arbit.quæst.lib. 2.cas.339.num.5.

563 Et quamuis Bar.in l.si quis in conscribendo, num.7.in fin.C.de pactis videatur sentire, ꝙ iudex contra iustitiam pronuntians in causa principali teneatur ad totale interesse immo, & quòd plus est, idem dicit in iudice proferente sententiam interloquutoriam ab obseruatione iudicij: non tamen recedas à proposita conclusione, quia tum ex præmissis, tunc ex traditis supra num. 546. Apparet hanc Bart. opinionem esse communiter reprobatam.

564 Et quamuis etiam proposita limitatio videatur contraria ijs quæ dixi sunt supra, num. 436. vbi quòd iudex per imperitiam male iudicans facit litem suam iunctis alijs allegatis pariter supra num.440.vbi aliquid dicunt litem suam facere idem esse, ac teneri ad veram litis æstimationẽ; attamen saluando limitationem, dicere poteris, prout supra dixi, num. 437. Quòd quamuis iudex per imperitiam male iudicans faciat litem suam, & forsan etiam consequenter teneatur ad veram litis æstimationem non tamen teuetur insolidum, sed in quantum facere potest, prout dicũt præallegati Doctores, & etiam in quantum religioni iudicantis æquum videbitur, iuxta tradita supra nu. 441.

565 LIMITA III. vt iudex si male iudicauit per imperitiam in aliqua lege, seu materia difficili non teneatur ad aliquod interesse secundum Alex. in addit.ad Bart.in l.fin. ff.de var.& extraordin.cognit.litera F.ante finem, versic. secus quando Bald.in l.mancipia.num.2.vers. si autem ad id inducitur. C. de seru. fugitiu. vbi ꝙ quando passus est multum subtilis, & arduus, aut iudici parcitur, aut minus punitur Rondinel.de sindic.num.151.153.& seq. Anton.Maria. Corat. in tract. de commun. opinione tit.12. num.48. vbi quòd ita tradunt Doct. passim & est clarum in iure, & tit.13.num.8. Vbi quod ignorantia iuris dubij,

&

& obſcuri æquiparatur ignorantiæ facti, & propterea iudicem excuſat. Contard. de momentan. poſſeſſ. limitatione 10. num. 18.

566 Sed verius videtur, quòd adhuc teneatur, ſed non in tantum in quantum teneretur, ſi erraſſet in iure certo, & notorio, & ſic quod mitius puniatur, non autem, quòd in totum parcatur, ſecundum gloſſ. in §. 1. inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. delict. naſcunt. in figuratione caſus in fine, & in verbo *videbitur*, vbi ponit exemplum de iudice errante in materia, l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. & ibi Nicaſ. num. 7. Bald. in d. l. mancipia, num. 2. in fine, C. de ſeru. fugit.

Vbi quòd iſto caſu iudex non tenetur, niſi ad purum damnum partis, & non ad aliud intereſſe. Iacobin. de Sancto Georg. in l. ſi filius familias, nume. 13. ff. de iudicijs. Vbi refert, & ſequitur glo. in loco præcitato. Imol. in l. 4. §. in eum ſub nu. 50. ff. de damn. infect. Bart. in l. fina. nume. 4. C. de pœ. iud. qui mal. iudic. & ibi etiam Salycet. num. 1. verſ. quid autem iudex habeat arbitrari. Bartol. in quæſt. 9. Incipiente iudex per imperitiam, nume. 18. ad finem. Vbi quòd iſto caſu debet iudex condemnari in minus, quam ſit intereſſe partis. Cataldin. in tract. ſindic. num. 33. quæſt. 57. Amad. de ſindic. num. 123. verſic. excuſatur ſimiliter. Vbi quòd iſto caſu iudex tenetur ad purum dãnum partis, non autem ad intereſſe, vel pœnam. Paris de Put. de ſind. in verbo *Iudex malè iudicans*, cap. 1. n. decimo quarto, & in verbo *negligentia*, cap. 1. ſub num. 15. Cyrill. in ſummario crimin. rubric. de pœn. iudic. malè iudicando num. 18. verſ. Nam ſi contra caſum legis difficilis, & obſcuræ. Contard. de momentan. poſſeſſ. limita. 11. nu. 10. verſic. quod ſi iudex.

567 LIMITA IV. Quia actio in factum, & ex quaſi maleficio deſcendens, quæ datur contra iudicem malè iudicantẽ per imperitiã, non tranſit in hæredes iudicis, niſi de eo, quod ad ipſos peruenit. tex. in l. Iulianus, la prima, ff. de iudicijs, & ibi glo. ponit, quòd de iure canonico, & Ange. num. 1. de qua materia, & ad idem vide etiam. Iacobin. de Sancto Georg. in l. ſi filius familias, numero 1. 9. & 26. ff. eodem, & ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 12. & Fulgoſ. ante num. 1. & 3. & l. 4. §. in eum, num. 7. in fine, ff. de damn. infect. Vbi diſtinguit, an iudex malè iudicauerit per imperitiam, an vero per dolum, & quid de iure ciuili, quid autem de iure canonico. Decian. in tracta. crimin. lib. 8. c. 41. num. 16. Quid de actione, quæ competit contra iudicem ob eius negligentiam dixi ſupra, num. 407.

568 LIMITA V. Vt iudex in caſu, in quo malè iudicando tenetur parti ad intereſſe, tenebitur inquam ad intereſſe damni emergentis, non autem lucri ceſſantis, ſecundum Alexand. in addit. ad Bart. in l. fina. ff. de var. & extraordin. cognitionib. litera A. poſt princip. & ante eum hoc voluit. Bal. in cap. 1. §. iudicis, poſt nu. 1. ante med. de pace iuram. firman. Paris de Put. de ſindic. in verbo *iudex male iudicans*, cap. 1. num. 8.

569 Sic & iudex malè iudicans, licet parti teneatur ad intereſſe, hoc tamen intelligitur de intereſſe intrinſeco, non autem de extrinſeco ſecundum Alexand. in addit. ad Bart. in l. ſi. ff. de var. & extraordin. cognit. litera A. poſt principium, & ante eum hoc voluit. Bald. in cap. 1. §. iudices poſt num. 1. ante med. de pace iuram. firman.

570 LIMITA VI. Vt iudex per imperitiam malè iudicans, & errans in iure nõ faciat litem ſuam, quando error eſt expreſſus. ſi vero error non eſt expreſſus, tunc facit litem ſuam, ſecundum quoſdam teſte Accurſ. in l. final. in verbo *ſi iudex*, ff. de var. & extraord. cognit. & hanc diſtinctionem ſequitur etiam Bal. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 7. in fine, verſic. tu dic, C. de pact. Vbi eam affert rationem diuerſitatis, quia errore expreſſo ſententia eſt nulla, & ideo intrant tradita infra, num. 574. errore autem non expreſſo ſententia eſt valida, glo. in l. 1. § qui magiſtratum, in verbo *noui iuris*, ante finem, ff. quod quiſque iuris, & ibi Fulgo. num. 7. Paris de Put. de ſindic. in verbo *ſententia*, cap. 2. num. 3. in fine.

571 Intellige, vt iſto caſu ſi dicere velimus, quòd iudex faciat litem ſuã in caſu, non expreſſi erroris debet declarari, vt non per hoc teneatur in ſolidum ad omne intereſſe, & ad veram litis æſtimationem, ſed ſolum in quantum facere poteſt ad ea, quæ dixi ſupra, num. 437. & 562. Vbi in alio propoſito dedi ſimilem declarationem.

572 LIMITA VII. Vt quicquid ſit de iure, hodie de cõſuetudine iudices, & officiales, non ſindicantur de ſententijs per imperitiam malè latis, ſed tantum de furtis malè ablatis de dolo, & barattarijs, prout de hac conſuetudine teſtantur. Amad. de ſind. num. 136. in fine ex Accurſ. in loco per eum relato pract. Conrad. rub. de ſentent. num. 33. in 5. ampliat. in fine fol. mihi 192. col. 1. Gram. conſ. 54. nu. 11. Clar. in pract. q. 73. num. 3. in fine, verſic. item iudex. Bertaz. conſ. 71. num. 3. & conſ. 81. num. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 1. num. 50. & deciſ. 3. num. 39. & concluſ. 38. verſic. infertur 102. Vbi teſtatur de communi obſeruantia Vrbis, Status eccleſiaſtici, & totius Italię. Baiar. ad Clar. d. quæſt. 73. poſt num. 35. & ſeq. Franc. de Leonard. in ſua prax. offic. &c. cap. fin. num. 23. Paul. Granut. Theorem. 11.
573 num. 8. & ſeq. Vbi hanc conſuetudinem primo declarat, non eſſe extendendam extra locum in qua viget, nec de ea atteſtantibus Doctoribus credendum eſt, niſi in loco in quo verſati ſunt, ſecundo declarat, niſi iniuſtitia eſſet notoria, & euidens, quia tunc de ea poterit ſindicari non obſtante quacumque conſuetudine ex iis, quæ ſcripta ſunt ſupra, num. 387.

574 LIMITA VIII. Quando iudex per imperitiam nullam profert ſententiam, quia tunc non facit litem ſuã, quia ex nullitate ſententia non facit parti præiudicium, ſecundum Bar. in l. ſi quis in conſcribendo, num. 7. verſ. dices tu, C. de pactis, & ibi etiam hoc notant. Bald. num. 7. gloſſ. in l. 1. §. qui magiſtratum in verbo *ſtatuerit*, ff. quod quiſque iuris, facit tex. in ead. l. 1. §. hæc autem verba, in 2. ff. quod quiſque iuris, & ibi etiam Fulgo. num. 1. in fi. ff. eod. Angel. in dict. l. 1. §. hæc autem verba, num. 1. Paul. de Caſtr. nu. 3. Alex. nu. 3. Iacob. de S. Georg. nu. 6. in prima lectura, & num. 3. in 2. Dec. num. 3. Curt. Iun. num. 8. Paris de Put. de ſindic. in verbo *lis ſua*, cap. 2. num. 7. & cap. 4. num. 2. & in verbo *ſententia*, cap. 1. numer. 4. Rip. in l. 4. §. condemnatum, num. 4. ff. de re iudic. Felyn. in cap. ex tenore, num. 6. extra de reſcript. Diaz. regul. 363. in princip. Anton. Maria Corat. in tract. de commun. opin. titul. 12. num. 41. vbi teſtatur de communi Doctorum opin. Boſſ. in tit. de offic. corrupt. num. 22. ad med. verſ. ſcias, quòd ſi dicta ſententia.

575 SVBLIMITA I. hanc VIII. limitationem non procedere, quando iudex ſententiam nullam exequutioni mandauit, tunc enim facit litem ſuam, ac ſi fuiſſet valida ſi illa ſententia fuit iniuſta, ſecundum Fulgoſ. in l. 1. §. hæc autem verba, num. 1. verſ. quod tamen intelligite, ff. quod quiſque iuris, & ibi etiam. Alex. num. tertio, in fine Iacobin. de Sanct. Georg. num. ſeptimo, in prima lectura, & num. 3. in fine, verſ. ſecundo limitatur in ſecunda lectura. Iaſ. num. 14. Dec. num. quarto, Curt. Iun. num. octauo,, & in principio l. num. 27. Bald. in l. ſi filius, columna ſecunda, verſ. vel hic erat facta exequutio. ff. de iudiciis. Paul. de Caſtr. num. tertio. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, num 13. in quæſtio. 21. ff. de offic. proconſul. & lega. Amad. de ſindic. numer. 140. in fine, & 149. verſic. item tenetur, ſi mandat exequutioni. Paris de Put. de ſindic. in verbo *ſententia*, cap. primo, num. quarto, & capit. ſecundo, numero tertio, & quarto. Anton. Rondinell. de ſindic. num. 121. verſ. quod eſt verum. Felyn. in cap. ex tenore, numero ſexto, verſiculo, niſi exequutus fuiſſet extr. de reſcript. Diaz regul. 363. in prima limitatione.

576 Quod intellige, non procedere, quando exequutio ſententiæ nullæ eſt retractabilis, tunc iudex non facit litem ſuam ex eo, quòd illam exequutus fuerit, ſecundum Fulg. in l. 1. §. hæc autem verba, num. 1. verſ. quod ita limito, ff. quod quiſque iuris, & ibi etiam. Alexand. nu. 4. Iacobi. de S. Geor. ſub nu. 7. in prima lect. Diaz. reg. 363. in 1. limitat.

577 Contrariũ, quòd iudex teneatur etiã quod exequutio ſit retractabilis voluit. Decia. in d. l. 1. §. hæc autẽ verba num. quarto, ff. quod quiſque iuris, & Bolognett. numero 40.

verſ.

Series Cartarum.

† *a b c d.*

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T
V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm
Nn Oo Pp Qq.

Omnes ſunt Quaterniones præter †, & Q q, quæ ſunt Terniones,
& *d*, quæ eſt Quinternio.



P A R M Æ, Typis Eraſmi Viothi. M DC V.
Superiorum permiſſu

